

0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
16  
17  
18  
19  
20  
21  
22  
23  
24  
25  
26  
27  
28  
29  
30  
31  
32

2 400 40  MADE IN SPAIN

15. 989

# RVPERTI A. BA

TIS TVITIENSIS, VIRI VNDECVN


QVE DOCTISSIMI, SVMMIQVE INTER

*Veteres Theologi, Libri XLII. De operibus sanctæ Trinitatis, cum lucu-*

*lentissimis capitulorum argumentis, cunctisque scripturarum lo-*

*cis, nunc demum diligenter recogniti, & pristi-*

*ne integritati restituti.*



Tres primi Commentariorum Libri, Patri in diuinis attribuntur;  
Triginta subinde, Filio; Reliqui verò IX. sancto Spiritui.

Librorum ordinem ac numerum, Folium sequens indicabit.

*Permanet ad Con-  
suetudinem*

*ventum 1747  
1647*



*per 1747  
1647*

*4  
20-57*

LOVANI

Excudebat Sernatius Saſſenus, Expensis Viduæ Arnoldi Birckmanni, Anno

à CHRISTO nato, M. D. LI.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO CÆSAREO.



## Priuilegio Cæs. Maieftatis

Concessum est Seruatio Sasseno typographo Louanienfi iurato, vt proximo Sexennio solus excudat, & distrahat volumen Ruperti abbatis Tuitiensis, de Operibus Sanctæ Trinitatis: Interdictumq; est omnibus Typographis ac bibliopolis, ne eodem sexennio proximo alia impressione Volumen prædictum euulgent, Cuiuslibet præuaricatori confiscatio istiusmodi librorum, & multa Centum Caroliorum in pœnam constituta, Cuius multa pecuniariæ emolumentâ ad eundem Seruatium Sassenum pertinebunt, Iuxta antedictæ Cæs. Ma. sigillatas literas, Datas Bruxellæ, die XX, Octobris, Anno Domini M, D, XLVIII,

Subsignat. Per Imperatorem,

Subscrip. Verreyken,

## D. Ruperti abbatis Tuitiensis

vita, Authore Iohanne Tritenhemio,



**R**UPER TVS abbas Tuitiensis cœnobij, iuxta Coloniã Agripinam, ordinis S. Benedicti, natione Theutonicus, vir in diuinis scripturis spiritu sancto per visionem illustrante doctissimus, & secularium literarum non ignarus, monachus sancti Laurentij Traiectensis, propter incredibilem eruditionem suam à Friderico Coloniensi Archiepiscopo inde assumptus, & in abbatem Tuitiensis monasterij sublimatus, multa præclara opuscula composuit, Ex eo siquidẽ tempore quo cœnobium in iuuentute sua ingressus est, tantum se scripturis sanctis exercitauerat, vt nec dormiens quidẽ à meditandis illis videretur posse quiescere, quin lingua & labia eius quasi legendo mouerentur, De cuius opusculis, ego tantum ad præsens reperi subiecta. Ad Cunonem abbatem Sigebergensem postea Episcopum Ratisponensem.

De victoria verbi dei.	Lib. XIII.	Nuper cum tu hospes op.
In Genesim.	Lib. IX.	Quicumq; fidelis animæ dum.
In Cantica Canticorum.	Lib. VII.	Qui contra hominẽ similem.
In librum sancti Iob.	Lib. X.	In libros Regum de Dauid. Lib. XV.
De sancta Trinitate in vetus testa.	Lib. XLII.	
In Apocalypsim Iohannis.	Lib. XII.	Vt tu quoq; ò venerabi.
De officijs diuinis.	Lib. XII.	Ea quæ per anni circulum.
Meditationes de incendio Tuitiẽ.	Lib. III.	Ecce quomodo criminator.
In duodecim Prophetas minores.	Lib. XXX.	In euangelium Marthæi. Lib. VIII.
In euangelium Iohannis.	Lib. XIII.	Super regulã S. Benedicti. Lib. I.
Apologeticum eiusdem operis.	Lib. I.	Epistolarum ad diuersos. Lib. I.

Deniq; fertur & alia plura scripsisse, & nouũ & vetus testamentum pro maiori parte in multis libris explanasse, de quibus vsq; in præsens nihil vidimus præter ea quæ signauimus. Claruit multa sanctitate, doctrina & miraculis coruscans, sub Henrico V. Anno domini, M, CXXIII, Et sub Lothario tertio moritur.

## Librorum huius Tomi ordo

### AC NVMERVS.

In Genesim	IX.	In Esaiam	II.
In Exodum.	III.	In Hieremiam	II.
In Leuiticum.	II.	cum Threñ.	
In Numeros.	II.	In Ezechielem.	II.
In Deuteronomium	II.	In Danielem	I.
In Iosue	I.	adiunctis Aggæo, Zacharia, Malachia.	
In Iudicum	I.	In volumen quatuor Euangelistarum	I.
In libros Regum	V.	De operibus spiritus sancti	IX.
adiunctis Psalms.		& hi quidem vltimi.	

\* 5

B  
5  
104

# EPISTOLA RV- PERTI ABBATIS TVITIENSIS

ad Cunonem Abbatem Sigebergensem. S. P. D.



**Mat. 26.** **VI**CVNQVE fidelis animæ, dum verbo incarnato quodlibet impendit officium pietatis, non indignandum esse, censet eiusdem verbi auctoritas, tam vera quam mansueti, cum dicit: Quid molesti estis huic mulieri? Bonum enim opus operata est in me, nam semper pauperes, inquit, habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Nunquid enim, quia dixit, me autem non semper habebitis, & hoc dicto in cœlum abiit, idcirco iam caput & pedes eius unguento precioso nemo ungit? At tu idem, cuius magnitudinis non est finis, cuius cœlum sedes, cuius scabellum pedum terra est, eodem ore tuo dixisti: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi. Ergo quodam quidem modo: me autem, inquit, non semper habebitis, scilicet presentia corporea, presentia visibili, quodam autem modo vobiscum sum, ait, omnibus diebus usque ad consummationem seculi, videlicet in circumscriptæ diuinitatis presentia incorporea, presentia inuisibili. Constat autem, quod ea que tunc circa corpoream visibilemque illam presentiam gesta sunt, eorum que sub ista incorporea & inuisibili presentia gerenda erant, præsignatiua fuerint. Mulier videlicet quæ fuerat peccatrix, dum preciosum effunderet unguentum super caput, & super pedes quoque, vt Iohannes refert, ipsius recumbentis, in domo pharisæi, ecclesiam de gentibus præsignabat, que nunc illud spiritualiter agit, admissa in illam domum Iudaici populi, de qua Apostolus ait: Quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula amen. Illuc, inquam, admissa, ita vt idem Apostolus dicat: iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici dei, famatum hoc pietatis officium domino Iesu Christo spiritualiter impendit. Et aliter quidem in actiua, aliter autem in contemplatiua vita. Nam in actiua vita, pedes tantum ungit, dum pauperibus vel egenis pronomine eius, cuius tanquam capitis membra infima sunt, corporalibus ministrat subsidijs. In contemplatiua vero caput & pedes eius gratiosius ungit, dum de fidelis sanctorum radice, siue medulla scripturarum, pius conficiens sermonem suauius tractat, quantum potest, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Itemque, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Cum igitur tale quid facimus, ne indignentur discipuli domini, memores quia ipse dixit: Sinite illam. Quid illi molesti estis? Quod habuit hoc fecit, præuenit corpus meum ungere in sepulturam. Defensa est illo defensore, qui cor eius melius nouerat, fecitque securior de suo quod sibi complacuerat, expendit vbi voluit, & in quo voluit, quod de suo emerat. Quanto melius sic expendit, quam si vendidisset Iudas, vt volebat, trecentis denarijs fur loculorum domini? Nunc enim domus implera est ex odore unguenti, quia vbicunque prædicatur euangelium, dicitur, & quod hæc fecit in memoria eius. factor autem furti & inuidiæ illius in æternum non delebitur. Nosti hæc pater mi Cuno abba venerabilis & venerabilium studiosissime literarum, quodque maius est, monachicæ columna religionis, qui in monte Sigebergensi, ad memoriam sancti archangeli Michaelis, iam ecce annum ab ordinatione tua agens duodecimum (qui est ab incarnatione domini millesimus centesimus septimus decimus, cum indictione decima) Christo fideliter obsequendo, bono hæctenus implet odore domum domini. Nosti, inquam, hæc, nisi quia tu, imò per te Christus præsidio affuit, nimirum qui molesti fuere huic operi, tantummodo dictis, fremuissent etiam in me factis. Quasi paxillus tu mihi factus es, fixus in loco fidelis, in quo spei meæ possit vasculum suspendi. Proinde actum est, credo, per prouidentiam dei & patris (sine quo nec vnus passer in terram cadit) vt in notitiam venirem tuæ charitatis & fidei, vtque postmodum, migraturus ab hoc seculo pater meus, vir vitæ venerabilis & sapientiæ memorabilis, Berengarius abbas sancti Laurentij, in publico monte Leodij tuæ committeret fidei, tanquam pupillum tutori. Solus enim is qui nunc successit ei, vir fidelis & prudens Heribrandus, qui & ipse literarum peritus pueritiæ meæ magister exiit, illuc usque non possit mihi patrocinari, quo sicut scis inuidia peruenierat nominis mei. Recordabor ergo nunc clamoris mei, & somnij iure inter seria computandi, quoniam non dubito illud prælagium fuisse huius rei, quæ nunc accidit, quod scilicet ille, quem iam dixi, moriturus in manu tua me dereliquit inimicitias sustinentem odientium me gratis. Recordabor, inquam, clamoris mei in nocturna visione quando

EPISTOLA RYPER. AD CUNONEM IN OPVS SVVM.

quando clamabam sicut in responsorio cantare didiceram, clamorem illum magnum & nouissimum B. Dionisij Areopagitæ. Nunc iam domine per coronam martyrij cum fratribus meis seruis tuis suscipe me. Cantabatur nescio quid de contra, & circa me, in medio quasi magnæ ecclesiæ choris fortiter & altissime perstreperantibus, & opprobria exprobrantium, atque contendentium, quæ nunc ceciderunt super me, illa cantionis imago per contrarium vaticinabatur. Stabam interim taciturnus & mitis, quia coniunctus eram lateri, & manu in manum renebar iam dicti abbatis mei, cum ecce ille quasi alienæ manus, manum meam indidit mihi modo, quem vix eloqui pollim, vi delictet tanquam in chirothecam singulis digitis meis in singulos manus illius digitos immeris. Quid illa mihi manus, pater mi, nisi patrocinium significauit tuæ charitatis? Ille enim rebus excessit humanis, & me, contra que plurimi iam fuerant inciti, in manu tua, sicut tutè scis, dereliquit. Cantabatur itaque (vt iam dixi) & multiplicante cantilenam turba, vocalis fragor inualefcebat. Erupi tandem in vocem magnam, & altam, & mihi ipsi pro sua pulchritudine & compositione valde auditu mirabilem, omnium oculis in me conuersis decantans iam illud dictum responsorium B. Dionisij me manu deducere, quam iam dixi, manum tuam figurante, vt nunc res ipsa probauit. Tua namque post deum ope maxime tutus, & fretus testimonio, ecce respondeo exprobrantibus mihi verbum. Et dum facis ocium scribendi, auctoritatemque concedis superno muneri, quod mihi aspirasse spontè testaris, ad auditum publicum procedit hoc opus, quod ante te cognitum inoperam ad gloriam, & honorem sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Proposueram enim tripartitum hoc facere, ab initio primæ creationis usque ad finem seculi, ita videlicet, vt primum ab ortu primæ lucis usque ad lapsum primi hominis. Secundum ab eodem lapsu primi hominis usque ad incarnationem vel passionem secundi hominis Iesu Christi filij dei. Tertium extrunc usque ad seculi consummationem, id est, generalem mortuorum resurrectionem eiusdem operis diuindum sit. Et primum quidem patris, secundum filij, tertium proprium est spiritus sancti. Fecimus ergo de proprio patris opere, à prima creatione, id est, ab initio quo creauit deus cœlum & terram, usque ad id quod Adam de paradiso eiectus est, libros tres. Deinde de proprio filij opere, quo à iustitia vel morte Abel paulatim per figuras & visiones propheticas nobis appropinquans verbum domini, peruenit usque ad susceptionem carnis, & mortem crucis, libros triginta. Deinde de proprio spiritus sancti opere, scilicet ab incarnatione eiusdem Christi filij dei viui, quæ de spiritu sancto virgo concepit incorrupta, usque ad finem seculi, libros nouem, simul fiunt libri quadraginta duo. Verba ergo ipsa quæ sunt huiusmodi: Nunc iam domine per coronam martyrij cum fratribus meis seruis tuis suscipe me, iuuant fateor, dulcemque mihi faciunt hanc ollam spei meæ, quia videlicet per coronam martyrij, idem est, ac si dicam, per victoriam testimonij, licet magis testimonij perlatum usque ad effusionem sanguinis Græco nomine martyrium propter insigne significationis ad augendum appellari complacuerit. Porro testimonium veritati quicunque perhibent, certissime ab ipsa sunt veritate coronandi, quæ & cum ipsis fratribus meis, seruis tuis, me suscipere & annumerare dignetur, testimonium sibi perhibentem voce & literis. Inter eos tibi & omnibus sit pars in isto, & in omni bono & fideli sermone domini, per quos Christo suffragante animæ meæ, & quodammodo dicente: Bonum opus operata est in me, præuenit enim corpus meum ungere in sepulturam, videlicet non iam meam, sed suam, licuit & vacauit mihi utrunque & vbicunque coæptum opus triennio perficere, quod sancta Trinitas cui dicauit illud, dignetur in odorem suauitatis acceptum habere.

Diuisio huius operis.

Corona martyrij.

EPISTOLAE FINIS.

\* III

RERVVM

# RERVM ATQVE

## SENTENTIARVM, QVAS IN HVIVS

operis volumine est inuenire magis memorabiles, INDEX COS

piofus, & accuratè collectus.



**A**RON OBIVS SIGNVM fuit, quod sacerdotium Iudæorum finem fuerit habiturum. 192. b  
Aaron & Moyfes loquentes cõtra Pharaonem, quarũ rerum imagines prætulert. 113. a  
Aaron quid. 99. a  
Aad quid. 78. b  
Abel sacrificium confertur cum sacrificio Chrifti. 37. b  
Abel quid. 37. a  
Abel vnigeniti filij dei primus testis extitit. 34. b  
Abram quo modo mutatum, auctumq; fit nomẽ ex opinionone Hebræorum. 52. a  
Abram quid. 43. b  
Abrahã fide exiuit imperate deo, nefciens quo iret. 46. a  
Abraham ad ancillam suam ingrediens, quid mysticè insinuet. 50. b  
Abraham cur dissimulauit apud Ægyptios, Sarai vxorẽ suam esse. 46. b  
Abraham cur deus tentauerit. 42. a  
Abraham de Hur Chaldæorum, id est, de incendio, auxilio dei liberatus fuit. 45. b  
Abraham decimas dedit omnium Melchisedech sacerdoti, & non e contra, vt putant Hebræi. 48. b  
Abraham cur deus egredi iusserit, non solũ de terra sua, sed & de cognatione sua. 45. b  
Abraham orante, quod domus Abimelech fanata est, quid mysticè significet. 58. b  
Abraham vndẽ & ex quo propheta fuisse probari possit. 45. b  
Abraham non peccasse probatur, vxorem ducens filiam fratris sui. 77. a  
Abraham tertie ætatis mundi initium fuit. 45. a  
Abrahã mortuus cur nõ benedixerit Isaac. 92. a  
Abrahã feruus, quid mysticè designet. 64. b  
Abrahã qualem mercedem deus proposuerit, vt egrediretur de terra sua. 46. a  
Abrahã fides in quo maxime spectanda sit. 46. b  
Abimelech aliter deus corripuit atque Pharaonem, propter Sarai vxorem Abrahã. 58. b  
Abimelech, amicisq; eius cum Isaac fœdus ineuntibus, quid mysticè designet. 69. b  
Abigail quam sit imitabile exemplũ, quod Nabal ebrii culpam eius laudabiliter tacuit, quam digesto vino reuerenter dixit. 214. b  
Abigail quẽ prudenter Dauid, ne se vicisceretur manu sua de Nabal, præuenerit. 214. a  
Abaram quid. 200. a  
Abdiam quid. 180. b  
Abicodi velle à facie dñi, impõnitentis est animi. 27. a  
Abominaciones Ægyptiorum quæ sint. 116. a  
Accipiter quomodo per singulos annos plumescere dicatur. 351. a  
Adam & Eua quomodo, quantum ad neminis rationem spectat, distinguantur. 31. a  
Adam sacerdos ille mysticus fuit, qui delinquere fecit populum suum, pro cuius peccato vitulus oblatas est Chriftus. 156. a  
Adam vndẽ cognouerit, mulieris os esse de ossibus suis. 23. b  
Adã nõ solus maculus dicitur esse, sed & femina. 19. a  
Adã vbi vel qualiter penitentia egerit discutitur. 32. a  
Aedoniam perentem Abifach Sunamitẽ vxorem, cur Salomon occidi iusserit. 227. a  
Adipẽ vituli offerri pro peccato, reliquis extra castra crematis, quid mysticè significet. 157. a  
Adipem bouis, ouis, & capræ in cuius rei signum lex commedi prohibuerit. 167. a  
Adipem morticini in varios vsus habere, quid mysticè significet. 163. a  
Aduersa mundi plerumq; dilectam deo animam iuuant, vt anheliatus terdat ad deum. 27. a  
Aduentus Chrifti primus & secundus, quomodo distinguantur. 281. b  
Aduentũ Chrifti quomodo Esaias annuntiet. 256. a  
Aerem cur Moyfes non suo, sed tenebrarum nomine expresserit. 32. a  
Agar quare non viderit faciem, sed posteriora, videntis & loquentis cum ea domini. 51. a  
Aggæus quo tempore prophetauerit. 322. b  
Agnus paschalis in plenilunio immolari iustus, cuius rei typum gesserit. 119. a  
Agnũ paschalem figurã fuisse Chrifti ostenditur. 97. a  
Agni paschalis immolatione cur tandem superatus sit Pharo. 117. b  
Agni paschalis esus, quid mysticè significauerit. 118. b  
Agnæ septẽ, quas Abraham fecit stare seorsum in pasto cum Abimelech, quid mysticè significet. 61. a  
Agram Ephronis cum spelunca duplici cur Abraham emerit. 63. b  
Aira quid. 180. b  
Altare de terra sine gradibus fieri iussum, quid in se latentis intelligentia contineat. 157. a  
Almondebiaraim quid. 200. a  
Amalech quid. 15. b  
Amalechites mortem Saulis Dauid annuntians, quis fuerit. 215. b  
Aminadab quid. 180. a  
Ammiid quid Ibidem. 180. b  
Amram quid. 99. a  
Amisaddai quid. 180. b  
Amariationem timoris in eo esse, qd filij Israel numerati prosternuntur, ostenditur. 180. a  
Angelus apostata dictionem dei non habuit. 5. a  
Angelis Lothẽ Sodoma educentibus, quid sit secundum sensum anagogicum: Noli post tergum tuum respicere, & cetera. 57. a  
Angeli cur non nisi oppido compulsi à Loth, in hospitium eius diuenterint. 56. b  
Angeli cur duo Sodomã venerint, idq; vesperi. 56. a  
Angeli non ingrati incessanter creatorem suum laudat, confitentur, amant, adorant. 4. a  
Angeli non in celo placati sunt, sed illuc translati. 3. b  
Angeli comparatione nostri, spiritus sunt, comparatione verò dei, corporei. 3. b  
Quod cautè legendũ est, vt videlicet corporei vocentur, quicquid non est purus ætus, quem admodũ deus, sed quod potentialitatem habet ad nexam. 3. b  
Angelorum nouem sunt ordines. 17. a  
Angelis ofitium domus Loth claudentibus, & eos qui foris erant cecitate percutientibus, quid mysticè significetur. 56. b  
Angelis apud Abrahã tam familiariter hospitatis, quid mysticè declaretur. 54. b  
Angelos suos que modo deus spiritus faciat, & ministros suos ignem vrentem. 7. a  
Angelos cur deus non de celo fecerit, vt essent natura celestes. 3. b  
Angelica creatura designatur lucis nomine cum dicitur fiat lux. 3. a  
Angelica

## INDEX

Angelica creatura sicut initium habuit, ita habuit & profectum. 4. a  
Angelica creatura, non pro similitudine, sed reuera lux dicta est. 3. b  
Anima quæ per superbiam peccauerit, peribit exemplo Dathan & Abiron. 190. b  
Animæ humane non de celo ceciderunt secundũ Platonicos. 18. b  
Animæ humane non ex traduce fluunt, ne tot conseqatur quotidie animas perire, quot pereunt fornica. Ibidem.  
Animas omnes domus Iacob, cur beatus Lucas dicat fuisse L X X V. cum in Genesi tantum L X X. narrentur. 90. b  
Animas hominum in porcos, vel canes, deinde in arborum vel frutetum migrare, deliramentum est Epicureorum & Manicheorum. 42. b  
Animalia quatuor, quomodo vnum animal esse dicatur in visione Ezechielis. 296. a  
Animalium quæ lex nominatim decernit immunda haberi, quæ sint proprietates vel nature. 167. a  
Animalibus cunctis Adã nomina imposuit. 22. b  
Animalibus brutis naturale quoddam mutui amoris cõsiliũ deus indidit. 9. b  
Animantia cuncta cur homini iure in cibum sint concessa. 42. a  
Ancilla scapulae panem & vitem aquæ imponens Abraham, quid mysticè significetur. 60. a  
Ancilla Abrahæ dominam suam despicientis superbia, quid mysticè significet. 51. a  
Ancilla filium ençi de familia Abraham, quid mysticè significet. 59. b  
Anathema esse pro fratribus suis, quomodo beatus Paulus optauerit. 149. b  
Antichristus qualiter per hircum viuum sit præfiguratus. 172. b  
Anni lunaris & solaris, quæ sit differentia. 11. a  
Annos menstruos, vel quaternorum mensium in illa prima ætate hominum computari volentium, error reffellit. 37. b  
Apostoli quomodo in benedictione Zabufo & Isachar, benedicti probentur. 219. a  
Aphrica vndẽ sit appellata. 60. b  
Aqua triplicis distinctionis creaturã produxit. 12. a  
Aqua nomine etiã aer exprimitur in arcanis literis. 12. a  
Aqua in sanguinẽ conuersa, quid significet. 115. a  
Aqua omnes potabiles atque salubres vbicunq; fluunt, vel vnde cunq; appareant, de fonte paradisi per occultos meatus originem trahunt. 19. b  
Aqua super firmamentum quales sint. 6. b  
Aquam nomine, nonnunquam populi exprimitur. 128. a  
Aquam tanta abundantia vndẽ profuxerit tempore diluuii. 39. b  
Aquam quæ super firmamentum sunt, quales sit species. 6. b  
Aqua qua ratione deus in loci vnũ iusserit congregari, cum nõ sit aquarũ vna congregatio. 8. a  
Aqua sterile, terrarumq; pestimã, quomodo Heliseus sanauerit, sal mittens in vas nouum. 252. a  
Aqua firmamento superponi nõ esse impossibile ostenditur. 7. a  
Arida quid. 199. b  
Aran quid. 73. b  
Arare in boue simul & asino, quid sit secundum spiritum. 205. b  
Arbee quid. 65. b  
Arbores fructiferas cur lex obsecra ciuitate prohibeat succidere. 202. b  
Arca in cuius rei signum nusquam legatur reducta in Sylo. 206. b  
Arca domini in Cariathiarim manens, quid mysticè significet. 106. b  
Arca egredi præcipiente domino, quid mysticè significet. 41. a  
Arca Noe quid mysticè significet. 78. b  
Arcam tantæ latitudinis de lignis bituminatis constructam potuisse, nulli debet videri incredibile. 39. a  
Arca Noe cum suis mansuiculis & vniuerso schemate mystica expositio. 39. a  
Arcus, quem filij Israel per plancum Dauid discere debent, cuiusmodi fuerit. 215. b  
Area Ornã Hiebusai quid mysticè significet. 22. b  
Armatura Dauid cum Philistæo, quid mysticè significet. 211. a  
Arthema quid. 22. b  
Assurim. 66. b  
Ascensio Chrifti in cœlum qua ratione præfigurata fuerit in patriarcha Iacob. 79. a  
Ascensio Dauid in Hebron, quid mysticè in Chrito significet. 216. b  
Asinus vndẽ dicitur. 22. b  
Asiongaber. 199. b  
Aser quid. 75. a  
Athoniel quid. 228. a  
Auaritia quam sit abominabilis apud deũ, exemplo dicitur Achur. 227. a  
Auarus in deo spem suam non ponens, & nunc quamdiu viuũ, à curarum verme comeditur, & in futuro à verme qui non moritur comeditur. 133. a  
Aues quadrupes, quid mysticè innuant in arcanis literis. 166. b  
Aues non scient diuinant, sed pro cœli qualitatibus, diuersos motus concipiunt. 12. a  
Axa quid. 228. a  
Axa irriguam superius & inferius à Caleph petente, quid mysticè significetur. 228. a  
Axaf quid. 228. a  
**A**bel quid. 45. a  
Bala. 82. a  
Balaam ariolos de stirpe Nachor fratris Abrahã descendisse probatur. 63. a  
Balaam illorum prelatorum formam gessisse, apud quos cuncta venialia sunt, probatur. 194. b  
Balaam illum fuisse qui in libro Iob Helio vocatur, ostenditur. 194. b  
Banaias quid. 222. b  
Banichan quid. 199. b  
Baptizatis in Chrito cauendum est, ne malis operibus baptisimi gratiam perdant. 129. a  
Baptisima vnicum præ omnibus Iudæorum ceremonijs deo placere probatur. 257. a  
Baptismo renascimur deo, g nati eramus peccato. 354. b  
Baptisime causam mortis delente, cur adhuc carne moriamur. 361. a  
Baptismatis aqua cur appellata sit mare vitreũ. 127. a  
Baptismatis Chrifti ratio non coniecturæ humane verbis discutienda est, sed diuine autoritatis scripturis alliganda. 355. a  
Baptismatis sacramentum, quomodo fuerit per transfusum maris rubri præfiguratum. 127. a  
Baptismatis gratia, quomodo fuerit præfigurata in curatione Naaman Syri à lepra. 253. b  
Baptizari à Iohanne cur Chriftus voluerit. 329. a  
Baptisimi vnus idemq; fons, quomodo & vterus nobis fiat, & sepulchrum. 356. a  
Baptisimi Iohannis & Chrifti, quæ ac quanta sit distantia. 354. b  
Baptisimum cur beatus Paulus appellet fundamentum penitentia. 152. a  
Barach quid. 228. b  
Bafan quid. 213. b  
Basemat quid. 70. a  
Bellum quid. 21. a  
Beelsephon quid. 125. b  
Benedictio Iacob qualiter benedictionem præfigurãrit Chrifti, ostenditur. 71. a  
Benedictiones Afor quid secundum vtrunq; sensum habeant. 95. a  
Benedictiones Benjamin quid secundum vtrunq; sensum significet. 96. a  
\* iij      Benedictio-

I N D E X.

Benedictiones Dan quid ad literam, & quid secundum allegoriam habeant. 94.b  
 Benedictiones Ioseph quid in se contineant. 95.a  
 Benedictiones Zabulon & Iachar quid ad literam & quid secundum allegoriam in se habeant. 94.a  
 Benedictionis surreptione Isaac æquanimitate tolerante, quid mysticè designetur. 71.b  
 Benjamin cur Iacob timuerit mittere eum fratribus in Ægyptum. 88.a  
 Bersabee quid. 220.a  
 Beseleel quid. 152.b  
 Bestiæ quæ hominum magisterio subiectæ non sunt, contra naturam diuersis ex speciebus permiscuntur. 13.b  
 Bethsabee quid. 220.a  
 Bethsamitæ in cuius rei signum sint percussit, eo quod vident arcam domini. 206.a  
 Bethsamitis arcam domini cum gaudio videntibus, quid mysticè significetur. 206.a  
 Bitumen contra sentiam aquæ tenacissimum præsidium est. 99.a  
 Bonus nemo rectè censeri potest, nisi respectu boni dei. 4.a  
 Bonorum quæ Christus fecit, malorum quæ pertulit, quomodo quædam signa præcesserint in Dauid. 210.a  
 Botrus in vinea à duobus viris exploratoribus portatus Christi figuram tenuit. 189.b  
 Botes in vinea à duobus viris exploratoribus portatus Christi figuram tenuit. 189.b  
 Boves duodecim mare portantes, figuram tenuerunt duodecim apostolorum. 229.a  
 Brucus quid. 167.a  
 Brutorum animalium sacrificia cur deus instituerit. 168.a  
 Bubo quid. 167.a  
**C** Aathitæ cur vasa sanctuarij inuoluta iussu sint portare. 181.b  
 Caaltha quid. 199.b  
 Caballus vnde dicitur. 22.b  
 Cain cur dominus in signum posuerit, vt non cum interficeret omnis qui inuenisset eum. 36.b  
 Cain qui occiderit, quo sensu dicitur septuplum puniendus. 36.a  
 Cain generatio cur non nisi vsque ad Lamech extaretur. 33.a  
 Cain peccatum suum morte corporis expiasset existimantium error refellitur. 36.a  
 Cain quid. 33.a  
 Cain septemplex peccata probatur. 36.a  
 Candelabri aurei cum suis scyphis, calamis, sperulis, lucernis, pondere quoque & positione mystica descriptio. 143.a  
 Caleph quid. 228.a  
 Cham quid. 44.a  
 Chameleon quid. 167.a  
 Chanaan cur Noe maledixerit Cham patre peccante. 43.b  
 Chanaan quid. 128.b  
 Cameli, quos seruus Abrahæ secum adduxit quæsiturus sponsam Isaac, quid mysticè designent. 64.b  
 Canis vnde sit dictus. 22.b  
 Capadoces à Mefoch filio Iaphet nati sunt. 44.a  
 Castrorum positio in deserto quæ fuerit mystica ratio. 125.b  
 Cataractæ cæli quo sensu apertæ esse dicantur diluuij tempore. 39.b  
 Cantica Deboræ & Barach à quibus rectè secundum sensum mysticum in ecclesia sit canendum. 230.b  
 Carnem cum sanguine comedere, cur deus prohibuerit. 42.a  
 Cariatharbe quid. 47.b  
 Cariathiarum quid. 206.b  
 Cælum & terra qua ratione transire dicantur. 7.b  
 Cælorum regnum cum patribus antiquis clausum fuerit. 33.b  
 Ceraustes quid. 94.b  
 Ceremoniarum carnalium lex, quam rationabiliter cessare debuerit, veniente gratia euangelij. 372.b  
 Ceremoniarum legem non fuisse eisdem autoritatis

& stabilitatis, cuius Christi præcepta, probatur. 124.a  
 Ceremoniarum grauissimum onus ne imponeretur fide libus consilij diuini fuit. 372.a  
 Cherub quid. 4.b  
 Cherubin quid. 142.a  
 Cherubin cur deus ante paradysum collocauerit. 33.a  
 Creationum momentanea fuerit omnium rerum ex nihilo, an successiua. 9.b  
 Creator bonus & clemens iustè fecit, quem malum fore præcuiuit. 5.a  
 Cirogrillus quid. 167.a  
 Ciuitati obseque, cur lex primum pacem offerri præcipiat. 202.b  
 Ciuitatum terrenarum prima causa homicidium extitit. 37.a  
 Cynifus cur magi Ægyptij facere non potuerint. 115.b  
 Circuncisio quid ante aduentum domini contulerit. 53.a  
 Circuncisio non est foedus æternum, sed signum fœderis. 53.a  
 Circuncisio, signum fuit iustitiæ fidei. 52.b  
 Circuncisio cur quadraginta annis fuerit intermissa. 225.b  
 Circuncisio rectè cessare debuisse post aduentum Christi probatur. 52.b  
 Circuncidi cur iustus sit infans octo dierum. 53.a  
 Cyrus rex in quo assimilatus fuerit Christo. 322.b  
 Christus quomodo vsque hodie in monte visonis, id est, sancta ecclesia, in sacramento altaris offeratur. 62.b  
 Christus quomodo dixerit vel dicat, pro cuncto humano genere: Preat dies in qua natus sum. 346.a  
 Christus quomodo agni paschalis mysteria impleuerit. 110.a  
 Christus supernæ matris Hierusalem, patris quoque dei risus & gaudium est. 59.a  
 Christus qua ratione dicitur primogenitus. 89.a  
 Christus quomodo aliquid nescire dicitur. 343.b  
 Christus cur per Hircum mortuus sit præfiguratus. 172.b  
 Christus resurgens cur non statim peremptoribus suis insultauerit, nec dilectoribus suis repetè apparuerit. 353.a  
 Christus quam iustè exauditus sit à patre pro sua reuerentia. 349.b  
 Christus cur merito Noe possit comparari. 39.b  
 Christus cur vermi sit comparatus. 133.a  
 Christus ter vnctus est spiritu sancto. 40.a  
 Christus cur leoni comparetur. 376.b  
 Christus potestatem habens vite & mortis, cur ante diem tertium resurgere noluerit. 352.b  
 Christi ira & gratia præfigurata ostenditur. 55.a  
 Christo quomodo pater cælestis addiderit cuncta duplicia, quæ eius fuerant. 354.a  
 Christum à mortuis veraciter resurrexisse probatur. 259.a  
 Christum ante Mariam non extitisse, hæreticorum est dogma. 279.b  
 Crimen admissum vultu non prodere, quam sit difficile. 83.a  
 Coccineum signum propendens de domo Raab quid mysticè significet. 224.b  
 Cogitatio peccati omne tribus modis impletur. 207.a  
 Coloquintida qua ratione hæreticorum doctrina fit similis. 253.a  
 Columbæ septem naturales virtutes, quid mysticè in Christo significant. 341.b  
 Columna nubis & ignis filios Israel præcedens in deserto, quid mysticè significet. 125.a  
 Concupiscentia cur septenaria prohibitionibus inhibetur. 377.b  
 Copule matrimoniali quo tempore indulgendum non sit. 135.a  
 Coniuges patriarchæ Iacob liberæ & ancille, quid sint spiritualiter in Christo. 75.b  
 Coniugium Isaac, quid mysticè significet. 64.a  
 Confessio peccatorum absq; contritione & correctione saluare non potest. 163.b  
 Confessione humilè penitentium quam sapienter attendere oporteat. 179.a  
 Consentire alterius peccato quam sit perniciosum. 153.b  
 Consilij

I N D E X.

Consilij diuini fuit, ne grauissimum ceremoniarum onus imponeretur fidelibus. 372.a  
 Consilio vti propter deum maioris gratiæ est, & copiosorem remunerationem meretur. 375.a  
 Consilio profundo dei factum est, vt Iudæis cum suis ceremonijs relictis, gentiles cum sua fide sint recepti. 371.a  
 Consilio aliter vti deus propter homines, & aliter vti tur homines propter deum. 371.a  
 Consilij suis quam terribilis sit deus super filios hominum. 370.b  
 Consilij diuini tota vis eo ferè tendit, vt omnis à nobis auferatur occasio superbiendi. 371.b  
 Consilij sui secreta, cur deus abscondat à sapientibus & prudentibus, & reuelet ea paruulis. 371.a  
 Cōstantinus primus lege edixit, quid pateretur, quisquis Christiano molestus esset. 69.a  
 Contemptibiles quo sensu beatus Paulus velit præfici iudicis secularibus. 134.a  
 Conscientiam proximi nemo debet curiosus vel superstitiosus discutere. 208.b  
 Coturnice castra, & rore per circuitum castrorum operiente superficiem terræ in similitudinem pruinæ, quid mysticè significetur. 152.b  
 Cor Pharaonis quomodo dicitur deus indurasse. 112.b  
 Corui Heliam pascentes, quid mysticè significet. 247.b  
 Cortinarum quæ lex ac modus fuerit, & quid hæc in se mysteria habeant. 143.b  
 Crocodilus quid. 167.a  
 Corcidion quid. 167.a  
 Cupiditas cum sit omnium malorum radix, cur in præceptis decalogi, non primum positum est: Non concupisces. 136.a  
 Crux Christi fuit illa statera, in qua Iob petiuit peccata sua appendi. 346.b  
**D** Abir quid. 61.b  
 Dagon truncatus coram arca domini cadens, quid mysticè insinuet. 205.b  
 Dan quid. 75.a  
 Dan & Ephraim cur in Apocalypsi non commemorentur. 96.a  
 Daniel cur vir desideriorum dici meruerit. 317.a  
 Dauid cur tercio vnctus legatur. 208.b  
 Dauid percussit, quid est quod corruit Philistæus. 210.a  
 Dauid quartæ ætatis mundi initium fuisse probatur. 201.a  
 Dauid in cuius rei figuram non lenticula vt Saul vnctus sit, sed pleno cornu olei. 208.b  
 Dauid cur plurius nominibus appelletur. 210.b  
 Dauid cum iam præ senio calesceret non posset, in cuius rei figuram, adulescentula virgo ei est quæ sita. 222.a  
 Dauid nomine & factis regnū Christi præfigurauit. 208.a  
 Dauid quomodo in numero populū deliquerit. 221.b  
 Dauid quo ab officio ac corporis qualitatibus, Christi typum prætulerit. 209.a  
 Dauid ex quanta humilitate & sapientia ante arcam domini iusserit. 217.b  
 Dauid cur Abrahæ præpositus sit in generatione Saluatoris. 327.b  
 Dauid quo tempore promissionem acceperit, quod de eius semine Christus esset natus. 219.a  
 Dauid in cuius rei typum, in vxorem Vriæ Iabi permisit sit. 220.a  
 Dauid psallente, quid est quod refocillabatur Saul. 210.a  
 Dauid cur prophetarum primus dicatur. 232.a  
 Dauid percussit cor suū, eo quod abscondisset oram chlamydis Saul, qualiter vel quibus sit imitandus. 214.b  
 Dauidis quam mira innocentia fuerit, qua mortuū planxit Saul. 215.b  
 Debbora quid. 81.a  
 Debbora quo tempore Iudæos iudicauerit. 228.b  
 Detrahens fratri suo, qua castigatione sit feriendus. 171.b  
 Deus trinitas inseparabilis inseparabiliter operatur. 1.a  
 Deus omni numerositati creaturarum se eximit dicendo: Ego sum. 101.a  
 Deus quæcunq; fecisse dicitur manet, & quibuscunq; nomina imposuisse scribitur stabilia sunt. 15.a

Deus vnde sit dictus. 39.b & 375.b  
 Deus non absque iustitia mundum dilexisse probatur, vt filium suum vnigenitum daret. 62.a  
 Deus Hylen, id est, materiam coæquam sibi non habuit. 2.a  
 Deos primos fecit in orbe timor. 6.a  
 Dei ex curiositate videre velle, damnable est. 135.b  
 Deum verè esse ab hominibus timendum probatur. 39.b  
 Dentem molarem afini in cuius rei figuram dominus aperuerit, & sitienti Sampsoni largissimas aquas eduxerit. 234.a  
 Diabolus eodem vitio deceptus hominem, quo ipse de cælo decedit. 26.a  
 Diabolus quomodo ab initio homicida & mendax esse dicatur. 25.b  
 Diabolus quo sensu dicatur princeps carceris, vel prepositus mortis. 85.b  
 Diaboli quanta sit inuidia atque superbia. 4.b  
 Diabolo quando ablatum sit imperium. 98.a  
 Diabolum quomodo Christus moriendo vicerit atque ligauerit. 378.b  
 Diabolum quomodo nemo poterit foras mittere ante aduentum domini: quemadmodum nec Philistæum quicquam potuit superare ante Dauid. 210.b  
 Dibongad quid. 200.a  
 Dies tres qui sint secundum allegoriam, in quorum tercio carnis hostiæ vesca licitum non fuit. 162.b  
 Dies Pentecostes Iudæorum & apostolorum, simul impletos fuisse probatur. 134.a  
 Dies septimus, quibus præfulgeat prærogatiuis. 16.b  
 Dies quid. 10.b  
 Diei ac noctis ac tenebrarum quid in scripturis mysticè designentur. 51.b & 8.a  
 Diei & noctis qualis sit diuisio. 10.b  
 Diei septimæ, & cæterorum dierum quæ sit differentia. 16.b  
 Diei natiuitatis suæ & nocti conceptionis, cur Iob maledixerit. 345.b  
 Dei natura sterilis esse non potest, quæ rebus omnibus fertilitatem dedit. 9.b  
 Die tertio creationis rerum, cur dictum sit: vidit deus quod esset bonum. 8.a  
 Diluuij aquæ, quo anno & quo tempore anni cæperint inundare. 40.b  
 Diluuij quæ causa fuerit. 38.b  
 Dina quid. 75.a  
 Dina filia Lia & sibi corruptionis, & alijs iurgiorum causa extitit. 80.b  
 Dinam vxorem fuisse Iob Philo aserit. 81.a  
 Diomedæ quid. 167.a  
 Diuitiæ amicos dirimere solent, quos coniunxerat tenuitas. 47.a  
 Domus saltus Libani quid in mysterio significet. 225.b  
 Domum nouam edificare, & murum per recti circuitum facere, quid mysticè significet. 205.a  
 Dona septem spiritus sancti super Christum requieuisse probatur. 260.a  
 Dormire quando deus dicatur. 27.a  
 Duhel quid. 180.b  
**E** Brietas & nudatio Noe, quid mysticè in Christo significet. 44.a  
 Ebrona quid. 199.b  
 Ecclesia qualiter in domo Raab sit præfigurata. 224.b  
 Ecclesiæ sue quantam fecunditatem deus promiserit. 138.a  
 Ecclesiæ de gentibus qualem domum mysticè ille Salomon Christus fecerit. 226.b  
 Ecclesiam dei quibus profectibus ingredi quis debebat. 81.a  
 Ecclesiam sub præuaricatione Adæ iacentem nemo suscitare potuit, præter Christum. 373.a  
 Edom temporibus Ioram filij Iosaphat recessit, ne esset sub ditione Iudæ. 71.b  
 Ægyptum cur Israel sit ingressus. 97.b  
 Ægyptum poliare quo iure permillum sit Iudæis. 101.a  
 Ægyptiorum cor, quomodo dicatur deus conuertisse in odium

INDEX.

odium Iudæorum. 98. a  
 Electio David ad fastigium regni quam fuerit ab omni humano favore pura. 208. a  
 Eliazaph quid. 180. b  
 Elifama quid. 180. a  
 Elizur quid. 180. a  
 Elom quid. 70. a  
 Embolismus quid. 113. a  
 Ephrata quid. 92. a  
 Ephraim quid. 87. a  
 Epistolam Romanis inscriptam, quinque actibus distinctam esse ostenditur. 368. b  
 Equum & ascensorem, id est, mundum & diabolum quando deus in mare proiecit. 127. a  
 Esaias non tam propheta quam euangelista fuisse probatur. 255. b  
 Esau primogenita sua fratri Iacob vendens quorum typum gesserit. 68. a  
 Esau qualiter in typum Iudæorum peccatum suum auce- rit. 71. b  
 Esau quid. 68. a  
 Esau, in quo carnalium Iudæorum typum prætulit. 71. a  
 Esculapius legitur medicaminibus à se repertis, mortuum suscitasse, atque ob hoc fulmine à dijs peremptus. 32. a  
 Esmona quid. 190. b  
 Esse simpliciter vel absolute nihil eorum dicendum est, que sunt creata. 101. a  
 Ethan quid. 125. a  
 Etas quarta mundi quomodo respōdeat quarto diei primorum dierum seculi. 201. a  
 Etas quinta mundi similis esse probatur cum quinto die creationis mundi. 230. b  
 Etas mundi sexta similis esse diei sexto creationis mundi probatur. 226. a  
 Etas quintæ mundi initium computari à tempore vaticinij Hieremie probatur. 280. a  
 Etatum sex mundi determinationes & distinctiones, habere quandam similitudinem cum primis sex diebus seculi probatur. 34. a  
 Ethiope matrona pariens, quo argumento sit ab Quintiliano defensa. 76. a  
 Ethiope matronam uxorem Moysi qualem fuisse Iudæi fabulatur. 188. a  
 Eua quid. 31. a  
 Eucharistia quomodo percipienda sit ad modum agni paschalis. 120. a  
 Eucharistia non pro quantitate portionis, quam quisque ore percipit, sed pro conditione fidei ac deuotionis, remissionem operatur peccatorum. 132. b  
 Eunuchus qualis ab ecclesijs ingressus sit ascendus. 206. b  
 Eunuchorum quot sint species. Ibidem.  
 Euangelizandi quanta sit necessitas, ijs quibus credita est dispensatio. 302. a  
 Euangelistas cur tantum quatuor ecclesia receperit. 296. b  
 Excidium Hierosolymorum sub Tito & Vespasiano, quomodo præfiguratum fuerit in Heliseo. 252. a  
 Exploratores H I E R I C H O, quid mystice significent. 224. a  
 Extras quid. 22. b  
**F** Abam cur Pythagoras non comedendam putauerit. 42. b  
 Facies Moysi cornuta ex consortio sermonis domini, quid mystice insinuet. 152. b  
 Fatalia signa stellis non inesse probatur. 11. a  
 Farris offerendi quod sit ritus, quodque mysterium. 154. b  
 Fœdus quod deus cum Abraham pepigit quale fuerit. 40. b  
 Fœdus inter Abraham & Abimelech pactum, quid mystice significet. 60. b  
 Feminarum in conceptu est natura, ut quales mente conceperint in extremo voluptatis æstu quo concipiunt, talem sobolem procreent. 78. a  
 Femineum sexum tria diuina sententijs verbera, indefinenter cruciant. 29. a

Feminalium linearum cur nulla mentio fiat Moysi fratrem suum Aaron inducente. 164. a  
 Fenestra oblique templi Salomonis non manufacti quæ & quales sint. 224. a  
 Fermento quali fit abstinentium. 121. a  
 Ferramentum omne non esse auditum in domo, cum fabricaretur templum, quid mystice significet. 224. b  
 Ferrum de manubrio elapsum ac rediens, cuius rei typus extiterit. 254. a  
 Festos dies qua ratione Iudæi à die in diem transponere sint soliti. 774. a  
 Festos dies Iudæi nunquam continuant, ubiqueque vitare prævalent. 174. a  
 Festiuitates Iudæorum, ferè omnes terrenas causas habuerunt. 373. a  
 Fides quomodo reputata sit Abrahæ ad iustitiam. 49. b  
 Fides Abrahæ in quo maxime sit spectanda. 46. b  
 Fides oratione adiunatur. 67. a  
 Fide iustificari debere omnes per vnum hominem, & non aliunde, probatur. 369. a  
 Filius seu verbum dei, per quod cæli & terra creata sunt, principium est. 2. a  
 Filius contumax qua seueritate sit plectendus. 203. b  
 Filij quando vel quatenus plebs possint aut debeant, iniquitate parentum. 152. a  
 Filium dei, patri esse consubstantialem probatur. 14. a  
 Filij iræ cur omnes nascantur. 26. b  
 Filios huius seculi prudentiores esse filijs lucis in generatione sua, exemplo docetur. 134. a  
 Firmamentum cæli, quid. 6. b  
 Firmamentum, cur deus cælum vocauerit. 7. b  
 Firmamentum, ubi vel quando deus cælum vocauerit. 7. b  
 Firmamentum cæli cur volubile esse oporteat. 11. a  
 Fornicationem quanta seueritate Apostoli suis scriptis persequantur. 374. a  
 Fornicatione sola excepta vir uxorem suam deserere non potest. 23. a  
 Fortitudo quanta in Christo fuerit aduersus Iudæorum superbiam. 349. a  
 Fortitudo hominis vera apud deum est spiritus humilitatis, & mens subdita iustitiæ dei. 56. a  
 Fortitudinis spiritus, quam pulchre septem spirituum medius sit. 378. a  
 Frater nonnunquam pro filio poni in sacris literis, probatur. 66. b  
 Fulcra quid. 167. a  
**G** Ad quid. 75. a  
 Gal quid. 78. b  
 Galatæ à Gomer filio Iaphet sit propagati. 44. a  
 Gedeon quid. 180. b  
 Gedeon à paleis frumentata excutiens, & angelum videns, ad cuius imperium hædum coxit, quid moraliter significet. 211. a  
 Gemini in vtero Rebecce sese collidentes, quid mystice significant. 67. b  
 Genesis liber vnde vel cur vocetur. 1. b  
 Generationem illam Iudæorum, que Christum crucifixit, merito, & visibiliter Romanis, & inuisibiliter diabolo traditam fuisse probatur. 274. b  
 Generatione quarta filios Israel egressos ab Ægypto in Moysi & Aaron ostenditur. 113. b  
 Gentiles contra Iudæos gloriari non debere, ostenditur. 370. a  
 Giezi propter cupiditatis vitium lepra percussus, quorū in ecclesia figura extiterit. 254. a  
 Gladius versatilis ad paradysum, quis debeat intelligi. 31. b  
 Gladium quando dicatur deus euaginare. 123. a  
 Goliath Philistæus ex qua stirpe descenderit. 210. b  
 Gratia dei liberat hominem. 113. a  
 Gratia dei operosa semota nullus vel angelorū vel hominum, diuine habitationi potest esse idoneus. 17. b  
 Græci & Latini à Iaphet filio Noe traxerunt originem. 44. a  
 Gulæ

INDEX.

Gulæ consuetudine, tam in hominibus quam etiam bestijs, non soluta creuisset edacitas, multo minoribus epulis natura contenta esset. 16. a  
 Gimel quid. 288. a  
**H** Ebdomades septuaginta Danielis quomodo supputentur. 321. a  
 Hebræus quid. 48. a  
 Hebræi in angustia constituti, dum domini implorant auxilium, dicunt in monte dominus videbit. 63. a  
 Hædi duo in benedictioe Iacob, quid intus mysterij contineant. 70. b  
 Helias quarum rerum typum gesserit. 247. a  
 Helias quid. 248. b  
 Helias & Enoch num in paradysum terrestrem translati sint, discutitur. 33. a  
 Helias in cæli leuatus, quid mystice significet. 251. a  
 Helias in cæli leuatus, in cuius rei exemplum Iordanis aquas passio percussit, atque diuiserit. 251. a  
 Heli cum filijs suis, quarum rerum figuram tenuerit. 203. b  
 Heli qua seueritate deus damnauerit, ob nimiam erga improbos filios indulgentiam. 203. a  
 Heliseus cur Heliam in cælum leuandum deferere noluerit. 231. a  
 Heliseus in cuius rei signum habitauerit in Hiericho. 252. b  
 Heliseum duplici Helix spiritu præditum fuisse ostenditur. 255. a  
 Heli qua ratione dictus est non potuisse videre lucernam dei, antequam exstingueretur. 204. b  
 Helon quid. 180. a  
 Helisaphan quid. 166. a  
 Henam quid. 180. b  
 Her quid. 84. a  
 Herba omnis & omne lignum primò bifariam diuiditur. 9. a  
 Herodius quid. 167. a  
 Hereditatis diuidendæ hæc æqua est ratio, ut maior diuidat, & minor eligat. 47. a  
 Heresis quorūlibet in quouis ordine cohabitantiū, qualiter sit examinanda. 171. a  
 Heresis si post legitimas admonitiones perseverauerit, expellendi sunt eius authores, & si nec sic profecerit, tota domus est subuertenda. 171. b  
 Heresim quanta diligentia deus diiudicari voluerit, exemplo lepræ corporalis. 168. b  
 Hæreticus si ab errore respiscat, qua sit discretione ab ecclesia recipiendus. 217. b  
 Hæreticus ecclesie vnioni repositus, quas ceremonias & oblationes obseruare debet. 170. b  
 Hæreticus quomodo apud se habere probetur diuerfa pōdera in sacculo. 210. b  
 Hæretici penitentes, quomodo sint ad ecclesiasticam communionem restituendi. 170. a  
 Hæreticorum quomodo sint viranda consortia. 147. a  
 Hæreticorū omnis adinuentio, qualiter præfigurata sit in adinuentione vitulorum. 247. a  
 Hæreticorum scripta esse comburenda exemplo leprose vestis ostenditur. 170. a  
 Hæreticorum exemplum præcessisse in his qui se à domo David separarunt, probatur. 246. b  
 Ha resiarca & hæreticus quomodo differant. 169. b  
 Hieremias quibus rebus Christi figuram in se prætulit. 280. b  
 Hiericho cur Iosue anathematizauerit. 227. a  
 Hiericho tubis concerpantibus, penitus corruente quid mystice significet. 226. b  
 Hierosolymam quanta fames affixerit obsidionis tempore. 215. a  
 Hierosolymorum excidium concilio dei factum esse probatur. 375. a  
 Hyle quid. 2. a  
 Hyras quid. 84. a  
 Hiram quomodo ex patre Tirio plenus sapientia & intelligentia, & doctrina fuisse perhibetur. 227. a  
 Homo cur non dicatur factus ad similitudinem & imaginem dei, sicut ad imaginem & similitudinem, &c. 14. a

Homo per superbiam prius tumuit intus, quam foris per serpentem tentaretur. 24. a  
 Homo in paradiso formatus non est, sed in eo benignitate dei positus. 288. a  
 Homo qua sui parte præsit brutis animalibus. 14. b  
 Homo cur factus dicatur in animam viuentem. 19. a  
 Homo fidem, spem, & charitatem, deo debuit, sed ingratus non exhibuit. 21. b  
 Homo qualiter per furorem occidat seipsum. 352. a  
 Homo quod generat aliud esse non potest, quam quod ipse est, quod operatur, nullatenus esse potest quod est ipse. 4. b  
 Homo qua ratione dicatur factus ad imaginem & similitudinem dei. 14. a  
 Homo in se omnium rerum essentias continet, & propter eum cuncta que sub firmamento sunt cæli, sunt facta. 16. a  
 Homines quanta sit dignitas, quodque cum consilio prouideat trinitatis sit factus probatur. 13. b  
 Homini præuaricatori quomodo deus factus sit, velut visus infidians. 291. a  
 Hominem cur deus absque vlla conditione ac absque villo præcepto in paradiso non posuerit. 21. b  
 Hominem nudum serpentes contingere non audeat. 28. b  
 Hominem deus mortalem esse voluit, non ex ira, sed gratia. 30. b  
 Hominem cur deus non talem creauerit, ut non esset aliquid vitij perceptibilis, siue passibilis. 4. b  
 Hominem cur deus de limo fecerit. 18. a  
 Homines eosdem non fuisse generatos, nisi admisso peccato, fuissent eiectione de paradiso, arbitrarium erroris cōuincitur. 15. b  
 Homines in quantum debuissent multiplicari, si Adā non peccasset. 15. a  
 Homines natura præsumunt iumentis, ipsi autem hominibus gratia præsumunt homines dei. 14. b  
 Hominum nullus, Christo excepto, plenam habuit omnium rerum scientiam, & certissimam veritatem. 70. b  
 Hominibus solis cur deus benedixerit: Crescite, inquietis, & cetera, cum & herba & omne lignum pomiferum, nihilominus crearet & multiplicetur absque tali benedictione. 12. b  
 Homicidium per industriam vel infidias commissum, qua seueritate lex vetus puniri iubeat. 138. a  
 Homicidij quam sit grande peccatum ostenditur. 42. b  
 Hor quid. 190. b  
 Hostia pro peccato oblata, in cuius rei figuram comburi iussa est, & non comedi. 162. a  
 Hostia pacificorum, quid ab oblatione holocausti differat. 155. b  
 Hostia pacificorum, spes est. 160. a  
 Hostia pacificorum, cur non de volatilibus fieri præcipiatur. 156. a  
 Hostia pacificorum ritus quid mystice significet. 155. b  
 Hostia pacificorum lex qualiter in ecclesia publicis stationibus celebretur. 162. b  
 Holocaustum nostrum, charitas est. 160. b  
 Holocausti ex volatilibus offerendi ritus, quid mystice significet. 154. a  
 Holocausti ex pecoribus offerendi ritus, quid mystice significet. Ibidem.  
 Holocausti ex armento offerendi ritus, quid mystice designet. 153. b  
 Humilitas quanta fuerit in Mose. 100. b  
 Humanum genus quomodo deus in primo homine per cussit. 292. b  
**I** Aboch quid. 70. b  
 Iacob quid. 68. a  
 Iacob ad suggestionem Rebecce missus ad uxorem accipiendam, quid mystice insinuetur. 71. b  
 Iacob fratris plantam manu tenens in partu, quid mystice intus alar. 67. b  
 Iacob filios Ioseph benedicens, cōmutatione manuum, crucem Christi adumbravit. 92. a  
 Iacob

I N D E X.

Iacob cur timuerit in Aegyptum descendere.	90.a	Israel qua ratione dicitur sit filius dei primogenitus.	112.b
Iacob virgas ex parte decorticante, conceptusque tempore in conspectu ouium ponente, quid mysticè significetur.	75.b	Isachar quid.	75.a
Iacob cur in terra Aegypti noluerit sepeliri.	91.b	Israhel cur secundum carnem natus dicatur.	51.b
Iamin quid.	82.a	Israhel saluatus sit, nec ne expenditur.	54.a
Iaphet quid.	44.a	Iubileus, id est, dimittens annus Christianis q's sit.	175.a
Idolorum quanta seueritate apostoli suis scriptis persequantur.	374.a	Iubilei quæ fuerit gratia apud Iudæos.	174.b
Iepthæ votum quomodo spiritualiter imitandum sit ex sententia Chrysofomi.	232.a	Iuda quid.	75.a
Iethro socero suo cur non reuelauerit Moses mandatum dei in rubo.	112.a	Iudæ benedictio exponitur.	93.b
Iezrael quid.	250.b	Iudam proditorem cur Christus in suorum apostolorum consortium admiserit.	332.b
Ignis in altari semper ardere iustus, quid mysticè significet.	160.b	Iudæum & Græcum qua ratione beatus Paulus coequat.	368.b
Ignis corporeus spiritibus quoque malignis penalis est.	33.a	Iudæos Christi derisores, inexcusabiles esse ostenditur.	350.b
Ignea lex in dextera dei, quid mysticè designet.	217.a	Iudæi à deo in deserto tentati, in tribus infideles reperiuntur.	132.b
Ignorantia quales excuset à peccato.	160.a	Iudæorum dispersionem consilio dei actam esse ostenditur.	375.a
Ignorantia diuersus est modus.	160.a	Iudæorum peccata in quo fuerint Sodoma & Gomorrhæ peccatis similia.	256.b
Imaginis & similitudinis quanta sit distantia.	14.a	Iudæorum Christum crucifigentium peccatum, cur veniam non meruerit.	256.b
Incarnationis dominicæ quis sit fructus.	320.b	Iudæis de meritis suis nō esse gloriandū, probatur.	132.a
Inimicitia quales positæ sint inter mulierem & semen ipsius, & serpentem.	28.b	Iudæis cur deus bona tantum temporalia pollicetur, si obtemperent, mala quoque temporalia, si non obtemperent comminetur.	174.b
Inuidia alienis bonis crescit.	112.b	Iudæos cur deus non duxerit per viam terræ Philistinum.	124.b
Ioamin quid.	66.b	Iudæos qua iustitia tractare debeant principes Christiani.	88.a
Iob ab amicis suis derisus, typum gessit Christi, à consanguineo sibi populo Iudæo deridendi.	347.a	Iudæos in passione Christi excæcatos fuisse ostenditur.	346.a
Iob praclaro patientiæ exemplo Christi figuram prætulit.	345.a	Iudici iustitia concedit, vt factam iniuriam sibi, donet cui velit.	86.a
Iob de stirpe Nachor fratris Abraham descendisse probatur.	63.a	Iudicum liber vnde sit dicitur.	228.a
Iob cuncta duplicia recipite præter filias, quid in Christo mysticè significet.	354.a	Iudicium temerarium quàm sit damnabile docetur.	55.b
Tohannes euangelista cur aquilæ sit comparatus.	351.a	Iudicia cur ritè post præcepta decalogi ponantur.	137.a
Toiada quid.	222.b	Iudicij secularibus cur beatus Paulus præfici vellet contemptibiles.	134.a
Tomas creditur fuisse ille quem suscitauit Helias.	248.a	Iudith quid.	70.b
Tomes à Nauan filio Iaphet nati sunt.	44.a	Iumenta seu terræ animalia cur operi sextæ diei cū homine deputentur.	13.a
Tordanis fluuius vnde sit dicitur.	70.b	Iumenta vnde sint dicta.	13.a
Tordanè transiturus Israel, quid significet quòd iam circa Iordanem vrbes ac viculos possideat.	164.a	Iumentorum reptilium atque bestiarum triplex est species.	13.a
Ioseph in quo filij dei typum gesserit.	74.a	Iumentorum permixtionem primus Ana filius Sebeon filij Efa fecisse fertur.	13.b
Ioseph quomodo sol & luna, & vndecim stellæ adorauerint.	88.b	Iumentis cur medullitus libidinis ardorem inseri oportuerit.	15.b
Ioseph secundo venditus fuisse probatur.	83.b	Iusta negans dat omnia.	63.b
Ioseph in carcerem coniectus, quomodo nō sit à deo derelictus.	85.b	<b>L</b> aban quid.	65.b
Ioseph quàm gratiosè sit à domino liberatus, ne in turpe ministerium adsumeretur.	84.b	Laban pro Rachel Lyam superinducente, quid mysticè significet.	74.a
Ioseph quoto patris anno sit natus.	91.a	Laboribus exerceri hominem est vitæ.	130.b
Ioseph cur Iacob Nazareum appellauerit.	95.b	Lacerta quid.	167.a
Ioseph cur tam diu distulerit vocare patrem suum, expenditur.	90.a	Lamia quid.	294.a
Ioseph quo crimine fratres suos accusauerit apud patrem, expenditur.	82.a	Lapidoth quid.	228.b
Ioseph cur transferri ossa sua ad terram promissionis mandauerit.	96.b	Latrones cum Christo crucifixi, duorum populorum exemplum fuerunt.	273.b
Iris quid.	43.a	Legem quàm verè dixerit Christus se non venisse vt solueret, sed vt adimpleret.	377.b
Iridi qua ratione Christus comparatur.	43.a	Lemna quid.	199.b
Isaac cur in amorem Esau reprobū permiserit deus declinare.	70.b	Lepra quanta diligentia dijudicanda lex iusserit.	169.b
Isaac cur deus vxorem sterilem præparauerit.	67.a	Leopardus generatur ex permixtione leonis & pardæ.	13.b
Isaac mortuus cur non benedixerit Iacob & Esau.	92.a	Leui quid.	75.a
Isaac cur E S A V dilexerit, Rebecca verò Iacob.	68.a	Leuitæ purificandi in cuius rei significationem iubetur omnes pilos carnis suæ radere.	185.a
Isaac cur tantum vnam benedictionem habuisse referatur.	70.a	Leuitæ in cuius rei signum non sint numerati inter filios Israel.	180.b
Isaac falsum esse in benedictione Iacob, mirandum non esse ostenditur.	70.b	Leuiticus liber vnde sit dicitur.	153.a
Isaac cur timuerit confiteri, Rebecca sibi sociatam esse coniugio.	68.a	Lex decalogi quo die data sit.	139.a
Ijai quomodo aliàs septem, aliàs octo filij fuisse narrentur.	210.b	Lya cur in se actiue vitæ typum prætulit.	74.b
Isch quid.	19.a	Libellus repudiij quamobrem permittus fuerit, & quid mysticè significet.	208.a
Ischa quid.	Ibidem.		
Israël quid.	79.b		

Libidinis

I N D E X.

Libidinis confusio, pœna est originalis peccati.	26.b	Mors Isoseth filij Saul, quid mysticè significet.	217.a
Linguae omnes per donum spiritus sancti adunatæ sunt in apostolis.	44.b	Mors Rachel cur descripta sit, & non Lya.	81.b
Lignum si præcissum fuerit, habet spem, quomodo de C H R I S T O resurgente intelligi debeat.	350.a	Mortis causa, id est, peccato originali in baptismo deleta, cur adhuc carne moriamur.	361.a
Locusta quid.	167.a	Mortui quatenus sint plangendi.	96.b
Locus hominis deus est, extra quæ nusq̃ bene est.	27.b	Moses quid.	99.a
Loth cur de Segor ad montem migrauerit.	58.a	Moses verè mortuus fuisse probatur.	211.a
Lucas Euangelista, cur potius L X X. interpretes sit fecerit.	90.b	Moses cur non circumciderat filios suos.	112.a
Ludus Israhel cum Isaac qualis fuerit.	54.a	Moses in siccata postus, & à filia Pharaonis inuentus, matris suæ nutriendus traditus, quid præfigerit.	99.a
Lupus si ceruæ commisceatur, lynces generantur.	13.b	Moses quomodo quadraginta diebus sine cibo durare potuerit.	140.a
Lux sola cur in prima rerum creatione bona à deo prædicetur.	13.a	Moses quomodo de libro dei deleri maluerit, quàm populo non dimitti peccatum.	149.a
		Moses quo iudicio cognouerit se populi sui fore libertatorem, antequam vocaretur à deo.	99.b
		Mosem cur deus in diuersorio occidere voluerit.	102.a
		Moses filios Israel tanquam paruulos, vt sedulus nutritius excepisse probatur.	120.b
		Moses vxorem Aethiopsam habens, quomodo Christi figuram prætulit.	188.b
		Mosi quomodo colloqui dicitur est deus.	136.b
		Mosi quanta humilitas fuerit, quòd iustus ire ad Pharaonem toties recusaerit.	100.b
		Mosi cur deus potius in flamma ignis apparuerit, quàm in qualibet alia specie.	100.a
		Mosen quomodo deus constituerit deum Pharaonis.	114.a
		Mulier non minus ad imaginem dei facta probatur quàm vir.	15.a
		Mulier menstruæ fluxus vitio laborans à sacra communione arceri non debet.	172.a
		Mulier cur caput velari debeat.	26.b
		Mulier cur duplici quàm vir pœna mulctata sit.	26.a
		Mulier cur triplice in sexu proprio pœnâ habeat.	29.a
		Mulieris substantia in nullo differt à substantia viri præter sexum.	22.b
		Mulierem bello captam in cuius rei typum licuit Iudæis ducere vxorem.	203.a
		Mulieres omnes, præter vnicâ dei genitricem, in iniquitatibus & peccatis concipiunt, & concipiunt.	30.a
		Mulierem in paradiso factam nō esse probatur.	22.a
		Mulierem super viros potestatem agere & dominium, naturali legi repugnat.	29.b
		Mulierem virili veste indui, aut econtra non debere, quid mysticè significet.	204.a
		Mulierem cur deus ex viri costa formauerit.	22.b
		Mulorum vnde sit propagata natura.	13.b
		Mundi creatio, dei mutabilitati ascribenda nō est.	2.a
		Munera Abigail quibus placauit Dauid, quid mysticè significant.	214.a
		Musica dulcedinis sonus quantum valeat ad conciliandum spiritum sanctum.	252.b
		Mustela quid.	167.a
		<b>N</b> aason quid.	180.a
		Nabo quid.	200.a
		Naboth in quo Christi figurâ prætulit.	250.a
		Naboth quid.	250.a
		Nabuchodonosor ex hominibus electus, & scæni vt bos comedens, cuius rei figuram prætulit.	319.a
		Nachor quid.	73.b
		Nadab & Abiu offerentes ignem alienum domino, in cuius rei typum mortui sunt.	165.b
		Nathan quid.	223.a
		Nathanael quid.	180.a
		Nazareorum lex, quid mysticè in Christo significet.	182.b
		Nazarei in cuius rei signum capillos nutriunt, quos post votum incidunt.	183.b
		Nazareorum legem, quomodo Christus spiritualiter impleuerit.	183.a
		Nemroth quid.	45.a
		Nemroth princeps fuit ædificantium turrim Babyloniam.	45.a
		Nennis plantatum ab Abraham in Bersabee quid mysticè significet.	61.b
		Nephtalim quid.	75.a

\*\*



I N D E X.

Nephtalim benedictionis, qui in sese contineant. 97. a
Neruum omnem cur Iudaei non comedant. 80. a
Nilum fluuium cur olim Aegyptus pro maximo deo suo coluerit. 21. a
Noe quid. 33. b
Noe quantam mentis angustiam sit passus toto illo anno, quo arca inclusus, tenebatur super aquas. 39. b
Noe tres filij tres mundi partes impleuerunt. 43. b
Noe quam fuerit commendanda obedientia in ingressu & egressu arcae. 40. b
Noe magnae virtutis testimonium, diuina scriptura tribuit. 38. b
Noe quam recte sacrificium obtulerit, deseruatis cunctis animantibus. 41. a
Noe, quam requiem suo nomine significet. 38. b
Noctis atque diei nomina, quomodo deus appellauerit. 5. b
Noctua quid. 167. a
Nubibus apostoli cur sint comparati. 273. b
Nubem ascensum suum quando deus fecerit. 7. a
Nuditatem suam quare homo tandem commisso peccato erubuerit. 24. a
Nominu mutatio quam diuersimode facta sit in his tribus Patriarchis, Abraham, Isaac, & Jacob. 81. a
Numerus compositus & incompositus quis. 30. b
Oblatio omnis in cuius rei typum absque fermento & melle esse debuerit. 155. a
Oblatio familiae & de craticula, in cuius rei figuram vitraque absque fermento, oleo conuersa esse debuerit. 155. a
Oblatio omnis, in cuius rei typum sale conditi praecipua fuerit. 155. a
Oblatio de craticula non comminuenda, cuius rei typus fuerit. 155. a
Oblatio pro peccato quid differat ab oblatione holocausti & hostia pacificorum. 156. a
Obeth quid. 200. a
Obsidionis Hierosolymitanae quanta fuerit miseria. 102. b
Obsecricum Aegyptiarum mendacium a peccato aueritur. 98. b
Oculi prothoparentum quomodo aperti esse dicuntur post peccatum. 26. b
Odollamita quid. 84. a
Offerre recte non potest, qui non bene dimiserit. 163. b
Offerentis intentio facit, vt maioribus minoram nonnumquam sint chariora deo. 141. a
Oleum cur spiritus sancti gratiam exprimat. 164. a
Onam quid. 84. a
Onyx quid. 21. a
Onocrotalon quid. 167. a
Ooliab quid. 152. b
Opera bona non semper abscondi debere ab oculis hominum probatur. 209. a
Ophir quid. 231. a
Ophni quid. 203. b
Oratione Isaac Rebeckae sterilitas amota est. 67. a
Orante Mose superatus est prima regna Amalech. 133. a
Ostium Helisei contactu in cuius rei exemplar mortuus homo reuixerit. 254. b
Oza in cuius rei signum sit percussus a domino, eo quod arcam tetigisset. 218. a
Ozia regis temeritatem, quanta indignatione vltus sit deus. 207. b
Oziel quid. 165. b
Pacifcoru oblatio vt legitima sit, tria requirit. 163. b
Pactum illud quod vel quale sit, de quo deus dicit: Ecce ego situam peccatum meum, &c. 43. a
Pactum, in quo deus cum hominibus pepigerit. 43. a
Phadastur quid. 180. a
Panis triplex a deo petendus est. 73. a
Panis azymi quid significet. 120. a
Pharao cur Iudaeos abeuntes sit infecutus. 125. b
Pharao qua ratione diaboli typum praetulerit. 97. a
Pharaonis narrantur scelera. 98. b

Pharaonis domum deus flagellans propter vxorē Abraham, quid mystice velit intelligi. 46. b
Pharaone viuente cur non ingemuerint, nec vociferati sint filij Israel. 100. a
Phares quid. 84. b
Paradisum nihil perniciosarum arborum aut herbarum profert. 9. b
Paradisus quid. 19. b
Paradisum quomodo dicatur deus plantasse a principio. 19. b
Paradisum terrenum propter solum hominē deus plantauerat. 20. a
Paradisum verae terrae locum esse probatur. 19. b
Paradisum terrestrem ad exemplar paradisi caelestis esse plantatum, ostenditur. 20. a
Parentes suos homini relinquere licet, postente causa, coniugem verò nequaquam. 23. b
Phae quid. 121. a
Passeres duos offerre pro emundatione leprosi, quid mystice significet. 170. a
Passio Christi duo nobis condidit sacramenta, Baptismū videlicet & Eucharistiam. 354. b
Passio carnis cur a paucis vt poena agnoscat. 26. b
Pastores ecclesiae quales esse oporteat. 74. a
Pastoribus Geraræ pro duobus pureis cōtendentibus, & pro tertio nō, quid intus mysterij contineat. 69. a
Pater spiritalis qua seueritate vti debeat aduersus filium contumacem. 204. a
Patres veteris Testamenti, quamobrem beatus Paulus peregrinos & hospites appellat. 72. a
Patibulo crucis affixos ob scelera, cur lex sepeliri praecipiat. 210. a
Patientia dei quanto tempore expectauerit, dum fabricaretur arca. 39. a
Paulus cur Timotheum circumciderit, & purificatus Iudaico more in templum cum oblationibus intrauerit. 374. b
Paulus Apostolus quomodo in se absoluerit benedictiones Benjamin. 218. a
Paulus Apostolus quanta fuerit gratia intellectus a deo illustratus. 370. a
Paulus Apost. quomodo sit praefiguratus in Abner. 217. a
Paupertas spiritus quam eminenter splenduerit in Patriarcha Iacob. 72. a
Peccatum plebis, id est, subditi qua oblatione ac penitentia sit expiandum. 157. b
Peccatum suum quis contra se habere dicatur. 246. a
Peccatum suum quando quisquam apud se habere dicatur. 246. a
Peccatum generandi naturam non attulit, sed generationis instrumenta corrumpit, & generi honorem eripuit. 15. b
Peccatum principis, id est, praelati quo ritu sit expiandum. 157. b
Peccati lege per mortem Christi absolutos rursus peccare non debere quasi liberos probatur. 369. a
Peccati confessio indulgentiam inuenit, quam non habet defensio. 160. a
Peccata omnia deleri virtute passionis Christi probatur. 157. b
Peccatorum quatuor sunt incrementa. 28. a
Peccantibus in nobis quo moderamine disciplinam adhibere debeamus. 179. a
Pectusculum & armum dextrem cedere in vltus sacerdotum, quid mystice significet. 163. b
Pelles arietum rubricatae in protectione tabernaculi, quid mystice significet. 144. b
Poenituisse quomodo dicatur deum, quod hominem creauerit. 38. a
Persecutiones Christi quas a Iudaeis pertulerit, quomodo fuerint praefiguratae in Dauid. 212. a
Pentecostes sola festiuitas caelestem causam habuit. 373. a
Petra, qua percussa cunctis sitientibus aqua emanauit, quae sit. 133. a
Petro cur Christus resurgens prius apparuerit, quam B. Joanni. 333. a
Pheziel

I N D E X.

Pheziel quid. 180. b
Phiuroth quid. 125. b
Per Philistaeos Iudaeorum perfidia indicatur. 234. b
Phinees quid. 203. b
Phynon quid. 199. b
Piscis pennas habentes, quid significet mystice. 166. b
Pythagoras per medios latrones ire maluit, quam per segetes fabae. 42. b
Pythagoras ab omni animali atque legumine censuit abstinentium. 42. b
Plagis septem omnis generatio Iudaeorum deleta est in deserto. 198. a
Platonis error de spiritu mundi refellitur. 3. a
Plaustrum nouum arcam domini portans, quid mystice significet. 218. a
Pollutio nocturna ex varijs causis accidit. 207. a
Pollutio nocturna quando ab Eucharistiae impediat perceptione, aut quando non. 207. a
Porcus vnde dicatur. 22. b
Porticus in facie maioris, porticus quid mystice significet. 226. a
Porphirion quid. 167. a
Porticus ante templum Salomonis, quid in Christo significauerit. 224. a
Porticus ante templum Seminis, cur secundum alituidinem non describatur. 224. a
Praeceptoru decalogi quatuor pertinent ad dilectionem dei, sex verò ad dilectionem proximi. 136. a
Praeceptorum decalogi & consiliorum, qualis sit adinuenicm comparatio. 375. b
Praedicator cur gallo sit comparatus. 378. b
Praedicator verbi dei quomodo sit dispensanda. 186. b
Praedicatoribus verbi dei quae merito stipendia debeantur. 276. b
Praelatus cur arietem comparatur. 378. b
Praelatorum vitam, a subditis temere reprehendi nō debere, exemplo ostenditur. 218. a
Praelatis erga subditos suos inesse debet misericordia & iustitia. 149. a
Prauatiatione paterna, baptismatis sacramento deleta, cur adhuc carne moriamur. 361. a
Primitiam quando beatus Petrus acceperit. 333. b
Primitias cur deus ad constructionem tabernaculi tolli praecipit. 141. a
Primogenitorum quae lex fuerit. 123. b
Primogenitos omnes, a Sem primogenito Noe, quem & Melchisedech fuisse affirmant, Hebraeorum sententia est. 68. a
Primogenita Aegyptiorum non medio die, sed nocte media caesa, quid innuant. 122. a
Primogenita Ruben, cur reputata sint Ioseph. 75. a
Prophetiae spiritum non semper adesse prophetis ostenditur. 70. b
Propheciarum omnia dicta, testimonia esse Christi filij dei probatur. 212. a
Propitiatorium arcae, dominicae passionis signum fuisse probatur. 142. a
Psalmodum ter quinquaginta cum adiunctis titulum mysticis significationibus quis sit ordo. 132. b
Psalteri forma, quid mystice significet. 132. b
Psalteri decachordi qualis sit mystica compositio. 209. b
Ptolomus Philadelphus antiquum Testamentu in Graecum verti curauit per Septuaginta Interpretes. 99. b
Phua quid. 99. a
Pudor Rebeckae, quae conspecto Isaac pallio operuit se, quam sit commendabilis. 66. a
Puer Aegyptius, quo duce Dauid inimicos suos Amalechitas persequens comprehendit, quid mystice significet. 214. b
Pugna Gedeonis, cum trecentis viris probatis contra Madian, quid mystice significet. 217. a
Purgatorij ignis post hanc vitam assertio. 32. b
Paritas que in alijs quaeritur per consilium, in sacerdotibus exigitur per praecipium. 161. a

Quadrupedes aues, quid mystice significant. 166. b
Raab meretrix, cuius rei typum gesserit. 224. a
Raab meretrix a mendacio defenditur. 224. a
Rachel cur in se contemplatiuae vitae typum praetulerit. 74. b
Ramathaim quid. 201. b
Rameffe quid. 199. a
Raphidim quid. 199. a
Ratio quo sensu dicatur non esse apud inferos. 13. b
Ratio qua solus homo insignitur, quid. 13. b
Rationalis creaturae, duplex est paradifus. 20. b
Rationalis creaturae quae sit completio. 16. b
Rebecca quid. 65. a
Rebeckae mors cur nusquam in sacra scriptura exprimitur, sed tantum Debborae nutritis eius. 81. a
Rebeckae exempli qualiter in ecclesia sit imitandū, dum Jacob pro Esau ad benedictionem informat. 70. a
Rebeckam Isaac introducte in tabernaculum Sare, quid mystice designetur. 68. a
Regem postulantem Iudaei, cur peccatae perhibeantur, legem hoc non prohibente. 207. a
Regum primus & secundus libri, cur apud Hebraeos Salmuel vocentur. 201. a
Regina Saba ad Salomonem veniens, cuius rei figuram tenuerit. 211. a
Regnum Israel decem vicibus scissum fuisse, probatur. 246. b
Regibus quinque a quatuor superatis duce Abraham, quid mystice significetur. 49. a
Religio Christiana sine vi construenda probatur. 211. b
Religionem ingredi, absque mutuo consensu, coniugari non possunt. 25. a
Reptilia cur deus ab aquis produci iubet in animam viuentem. 11. b
Reptile quid secundum mysterium. 166. b
Requiescere cur deus dicatur ab omni opere, quod creauit, vt faceret, & non quod creauit & fecit. 17. b
Resa quid. 199. b
Retributiones quis sequi dicatur. 277. b
Rethmonphares quid. 199. a
Reuelationibus diuinis qui hominum digni censentur. 79. a
Rhei quid. 222. b
Rhinoerotus quae sit natura atque proprietates. 196. a
Romam cur beatus Petrus alteram Babyloniam appellet. 60. b
Ros quomodo fluere dicatur. 212. b
Ruben quid. 75. a
Ruben benedictus a patre, quorum typum gesserit. 92. b
Ruben cur ablata sint primogenita, & translata ad Ioseph. 75. a
Rubus ardens & non combustus, cuius rei praesagium fuerit. 100. a
Ruminare, quid mystice significet. 156. b
Sciendi triplex est modus. 343. b
Scripturae sacrae studijs quicunque accinctus incumbit, sensum verbi dei tenere contendens, instar Iacob cum deo luctatur. 80. b
Scirpus quid. 99. a
Secreta sua cur deus quandoque impijs reuelat. 217. b
Sedeur quid. 180. a
Segor primum Balae, deinde Saliffa est appellata. 58. a
Segor quid. 57. b
Seyr quid. 217. a
Selmōn quid. 65. b
Sem quid. 43. b
Sennaar quid. 44. b
Semei quid. 222. b
Sephera quid. 102. b
Septuplum puniti quid. 56. a
Sepulchra mortuorum vendere quam sit damnabile. 63. b
Septuagies septies peccare quid. 36. b
Sermonis incontinentia laborans, quomodo sit ab Ecclesia tractandus. 171. b
Serpens quomodo in paradiso esse potuerit. 24. b
Serpēs si vel extremae plantae hominis dentulā infixerit, occidit. \*\* h

INDEX.

occidit.	29. a	Stellio quid.	167. a
Serpentem qui loquebatur, vitrum irrationalem esse per naturam, homo nescierit.	24. b	Stellae in quaedam signa sunt, quae salua pietate homo Christianus qucat suscipere vel attendere.	11. b
Serpenti quomodo pro maledictione dictum intelligi debeat, super pectus tuum gradieris, cum hoc prius a natura habuerit vt reperet.	13. a	Stellis fatalia signa non inesse.	11. a
Syria quid.	257. b	Stephanus quanta fortitudine praeditus fuerit.	378. b
Serpentem ex medulla hominis mortui, quae in spina est, creari, sententia est Pythagorae.	28. b	Strolas binas fratribus suis proferente Ioseph, quid mystice significetur.	90. a
Serpentes cuidam genti innoxiae sunt.	13. a	Strutio quid.	167. a
Serpentum omne genus ex eo corruptum ac venenatum factum est, quod diabolus illo ad hominis mortem est abusus.	13. a	Strutionis quae sit natura.	294. a
Seruum emptitium Hebraeum, cur deus septimo anno liberum exire praeeperit.	137. b	Sue quid.	84. a
Seth quid.	33. b	Suna quid.	222. a
Sydon quid.	247. b	Sunamitis filium, cur puer ab Helizeo missus cum baculo, suscitare non potuerit.	253. a
Signorum quae facta sunt coram Pharaone, quae fuerint causae spirituales.	97. a	Superbiq; malum in cuius rei signum est per virgam germinantem cohibitum.	191. a
Signorum quae monstrabantur Mosi in signum, quae fuerint mysticae rationes.	101. b	Sur quid.	51. a
Symeon quid.	75. a	Surifadai quid.	180. a
Symeon & Leui, quorum typum paterna benedictione expraeserint.	92. a	Sabbata, ceteraq; Iudeorum festiuitates, cur deus odisse dicatur.	372. b
Sin quid.	199. a	Sabaoth quid.	78. b
Simile oblatio fartagine minutatim diuidenda, quod mystice significet.	155. a	Sabbata terrae, quomodo sint a Christianis spiritualiter obseruanda.	175. a
Sion mons, quid mystice significet, iuxta sententiam B. Pauli.	135. b	Sabbati carnalis lex fuit sancta, & iusta, & bona.	18. a
Socoth quid.	80. b	Sabbatizandum est homini spirituali, non vno tantum hebdomadis die, sed omni tempore.	18. a
Societas prauorum, quam sit cuique vitanda probatur.	80. a	Sabeae quid.	61. a
Societatem malorum quando quis patienter sustinere possit absque peccato.	253. b	Sacerdotes euangelici, quomodo imitentur benedictionem Leui.	217. b
Sodoma cum finitimis ciuitatibus subuertenda, cur Abraham deletionem deprecans a quinquagenario per inter medios descendendo in denario subfiterit.	55. b	Sacerdotis sacrificium oblaturi quod sit officium.	62. b
Sodomitae domum Loth priusquam cubitum iret cingentes, typum gesserunt Iudeorum dominum Iesum comprehendentium.	56. b	Sacerdotium Christi, dictis factisq; significati esse tempore Hieremiae probatur.	280. a
Sodomorum subuersionem, cur deus Abraham caelare noluerit.	55. b	Sacerdotij Aaron & Leui, cur Iacob filiis suis benedicens non meminerit.	96. b
Sodomorum peccatum typus fuit Iudeorum, qui dominum illudentes crucifixerunt.	55. a	Sacerdotium cur in vnam tantum Leuiticam tribum sit deriuatum.	181. a
Sol quid.	70. b	Sacerdotium vetus quomodo in figura noui sacerdotij, Christi prius oleo, postea sanguine, consecrati sit.	165. a
Solis, lunae, & terrae qualis sit inter se comparatio, respectu magnitudinis.	70. b	Sacrificij omne in Christo & a Christo perficitur.	153. b
Sole sublato omnis factura mundi, non solum infirma & egena, sed nulli viuientium sit habitabilis.	10. a	Sacrificium nostrum fides est.	160. a
Solennitas azymorum quo tempore anni, & quibus ritibus fieri sit praecipua.	173. a	Sacrificium panis & vini, veritatem carnis & sanguinis, & totam gratiam verbi incarnati continere probatur.	157. a
Solennitatum trium, Azymorum videlicet, primitiuorum, & congregatarum frugum, quae causae extiterint.	173. a	Sacrificium quale debeat homo deo offerre.	41. a
Somnium Pharaonis qualiter solus Ioseph interpretari potuerit.	86. b	Sacrificia omnia & Iudeorum festa, esse deo odibilia probatur.	257. a
Somnium Ioseph quomodo fratres adorantes impleuerint.	87. b	Sacrificiorum ritum non necessarium pro tempore institutum fuisse probatur.	153. a
Sopor irruens super Abraham, & horror magnus & tenebrosus cui inuadens, quid mystice significet.	50. a	Sacrificiorum omnium princeps est Christus.	153. b
Spicas virides offerre, easq; igni torere, oleumq; ac thus superimponere, quid mystice significet.	155. b	Sacrificia cur non nisi de armento, pecoribus & volatilibus sumi iubeantur.	153. b
Spicas de agro proximi cur frangere, & manu contere-re, falce autem metere non liceat.	207. b	Sancti veteris Testamenti quid minus habuerint, quam nunc in nouo Testamento fideles habeant, ostenditur.	34. a
Spiritus quando sacramento baptismi testimonium dare incipiat in terra.	356. a	Sanctos oes benedictione Afer benedici probatur.	220. b
Spiritus dei quomodo ferebatur super aquas.	2. b	Sanctificari hominem non posse hoc solo, quod carnem sanctificatam in ora vestimenti portet, quid mystice significet.	162. a
Spiritus hominis quo differat a spiritu iumentorum.	19. a	Sanctificationis preparatio in diem tertium mandata, quid portendat.	135. a
Spiritus intellectus qualibus experimentis sit in beato Petro declaratus.	361. b	Sadoch quid.	222. b
Spiritus intellectus quando vel qualibus hominibus sit datus.	362. a	Safer quid.	
Spiritus sanctus cur magis in columbae specie super Christum apparere voluerit.	340. a	Saga cilicina cortinas operientia, quid mystice significet.	144. a
Spiritum sanctum non a solo patre procedere probatur.	343. a	Sanguis quanta cum autoritate tum vtilitate testimonium ferat sacramento baptismatis.	357. a
		Sanguinem hominis quo modo dicatur deus requirere de manu bestiarum.	42. b
		Sanguinem Christi, sanguine vitulorum praefiguratum fuisse ostenditur.	159. b
		Salomon cur iure reprehensibilis fuerit, quod non dies longos, sed sapientiam a deo postulatuerit.	246. a
		Salomon quomodo Christi typum gesserit.	222. a
		Salomonis regnum cur fuerit abscessum.	246. a
		Salamiel quid.	180. a
		Samariam Benadab Syriae rege obsidente quanta fuerit in ea famis angustia.	21. a, b
			Samue

INDEX.

Samuel vncturus Daud in regem, in cuius rei typum vitulum clam secum adduxerit.	208. b	ostenditur.	282. a
Samuel quid.	180. a	Templi Salomonis mensura, quod mystice significet.	223. b
Sapientia quam bene coram domino Iuserit, diabolo per passionem Christi iuste deluso.	351. b	Templi vel altaris consecratio, non vanè per singulos annos festiuis laudibus celebratur.	73. a
Sapientia dei nequaquam ab oculis beatae virginis Mariae abscondita fuit, etiam passionis Christi tempore.	351. b	Tenebrae quales fuerint super faciem abyssi.	1. b
Sapientiae lampadem contemnescentes, vnde apud beatum Iob diuites esse dicantur.	247. b	Tentationum Iudaicarum catalogus recensetur.	190. a
Sapientiam dei qua ratione dicantur iumenta terrae nobis indicare.	247. b	Terra quae sit, quae susceperit sanguinem mystici Abel, id est, Christi, super quam Iudaicus populus vagus & profugus est.	38. b
Sapientia non eodem modo est apud deum & in creaturis.	348. a	Terra quomodo dicatur a deo fundari super stabilitatem suam.	8. b
Sapientia dei & sapientia huius mundi, qualiter vique in finem seculi sibi iniucè aduersari non desinant.	344. b	Terra quomodo dicatur germinasse herbam virentem, cum nondum sol factus esset.	10. a
Sapientia quanta in Christo fuerit contra Iudeorum malitiam.	348. a	Terra si aequalis vbiq; iaceret, non leuior quam in mari ventorum tempestas, in ea regnaret.	9. a
Sampson quomodo Christi typum gesserit, ostenditur.	232. a, b, & deinceps.	Terrae quid opus fuerit, vt ascenderent montes & descenderent campi.	9. a
Sampsonis matri in cuius rei typum iniuncta fuerit continentia.	232. b	Terram & caelum cum deus crearet, cur non dixerit, fiat caelum & fiat terra, sicut dixit, fiat lux.	2. a
Sampsonem cur carcere inclusum, erutis oculis molere fecerint Philistaei, iuxta Iudeorum & Iram fabulam.	235. a	Testimonium dari in caelo & in terra quid sit.	355. b
Samuel sanctus magna fide & largo fletu matris comparatus, fructus est orationis.	201. b	Theos quid.	275. b
Sarai quid.	53. b	Therh quid.	292. a
Sara quid.	53. b	Therebyntus quid.	81. a
Sara in domum Pharaonis sublata, quid mysterij significetur.	46. b	Theraphin quid.	77. a
Satio Isaac quid mystice insinuet.	69. a	Timor domini, quomodo dicatur ipsa sapientia.	350. b
Saul daemoniacus, regnum peccati in se adembrauit.	208. a	Timor fecit primos in orbe deos.	6. a
Saul in innocetia duobus annis regnasse probatur.	207. a	Timotheum cur beatus Paulus circumciderit.	257. b
Saul culpabiliter holocaustum obtulisse probatur, cum ab eo expectari debebat Samuel.	207. b	Tyrannorum ea est lex violentiae, vt eis quos opprimunt, liberationem optare, pro crimine audaciae ac contumaciae sit.	99. b
Saulis superbia quibus indicij possit agnosci.	207. b	Trinitas increata extra se exemplar nullum habuit, vt conderet haec tria, caelum, terram, & omnem ornatum eorum.	1. b
Sathanas quid.	87. b	Trinitatis increatae, triforme est iudicium.	38. b
Sathan, vbi lob tentandum expetebat, terram circuibat, cui verò Christum fecisset occidi, foras missus est.	345. b	Trinitatem personarum in diuinis, praemonstrari in capite libri Geneseos probatur.	3. a
		Tribus Israel cur tantum duodecim esse dicantur, additis ad duodecim filios Iacob Manasse & Ephraim filijs Ioseph.	96. a
		Triftega quid.	39. a
		Tonitruum quomodo fiat.	7. b
		Thronus eburneus Salomonis, quid mystice significet.	231. b
		Tubae duae ductiles argenteae, cur fieri iussae sint.	186. a
		Tunicas pelliceas, quomodo deus prothoparentibus nostris fecisse dicatur.	31. a
		Turris Babylonica quo tempore coepit aedificari.	45. a
		Vacca trima, & capra trima, & aries annorum trium, turtur quoque & columba, quid mystice significent.	50. a
		Vaccas arcam domini portantes, in cuius rei signum in holocaustum sunt caesae.	206. a
		Vaccis arcam domini portantibus, cur praedicatorum sint comparati.	206. a
		Vas fictile in quo cocta est hostia pro peccato, in cuius rei typum iubeatur confringi.	162. a
		Vasa templi Salomonis, in cuius rei figuram in terra argillosa inter Soroth & Sathan fusa esse referantur.	229. b
		Vestes quibus arca iubeatur portari, quos mystice designent.	141. b
		Velamen positum super faciem Mosi, quid mystice significet.	152. b
		Verbo dei aliquid apponere vel detrudere quam sit dannabile.	25. b
		Velleris Gedeonis geminum signum, quarum rerum futurarum praesagium fuerit.	276. a
		Vernaculorum Abraham 318. numerus, quid mystice significet.	48. b
		Vespere & mane quomodo factum sit dies vnus.	6. a
		Vestes Esau in benedictione Iacob, quarum rerum typum gesserint.	70. b
		Vestes Aaron, quomodo adumbrarint spirituale indumentum Pontif. magni Iesu Christi.	147. a
			* * * Vestimento

I N D E X.

Vestimentorum sacerdotum veteris Testamenti, quae fuerit mystica significatio.	146. b	Vnctio Aaron & filiorum eius, quo sensu praecipatur obseruari religione perpetua.	164. a
Via dei quae sint.	272. a	Vnctio David prima, cur clam in domo patris sui facta sit.	208. b
Vigiliae quatuor sunt noctis.	127. a	Vngulam diuidere quid sit secundum mysterium.	166. b
Vineam altero semine scri non debere, quid mystice significet.	205. a	Vocari hominem a deo & respondere illi, vtilius ne sit, quam loqui hominem, & deum respondere.	349. a
Vineam proximi ingredientibus, in cuius rei signum vuas intus concidere liceat, foris autem efferre nequaquam.	207. b	Voluntate dei nec homo perijt nec angelus.	4. b
Vinum & omne quod inebriare poterat, in cuius rei commendationem prohibitum sit filijs Aaron tabernaculum ingressuris.	166. a	Volatilia acutius sentire, quam reptilia probatur.	11. b
Vindicare bis in idipsum quid.	36. a	Volatilia omnia cum aqua produxerit, cur non omnia etiam sub aquis natalibus possint viuere.	12. a
Vipera nequissimum genus reptile, murenae ad coniugalem complexum sociatur.	13. b	Vorum viri, & maritae mulieris, & eius quae adhuc est in aetate puellari, quatenus obliget.	198. b
Virga Moisi eleuata super mare quid mystice significet.	126. a	Vota temeraria exemplo Iepthe esse cauenda ostenditur.	232. a
Virtutes tres Theologicas, fidem videlicet, spem, & charitatem, qua via Salomon tribus libris commendat.	245. a	Vota non adimplere, quam sit graue peccatum.	179. b
Visio Jacob quid mysterij in se contineat.	72. a	Vpupa quid.	167. a
Vita Christiana duplex est, actiua videlicet & contemplatiua.	74. b	Vrbes tres fugitiuorum, quid mystice significant.	201. a
Vitam hominis cur quidam Y Graecae litterae similem dixerint.	41. b	Vulgus promiscuum, & innumerabile cum filijs Israel ab Aegypto egrediens, quid innuat.	122. b
Vituli contriti puluis in aquam sparsus, & ad potandum exhibitus, quid mystice significet.	148. b	Vulpes trecentas, in cuius rei typum Sampson in segetes immiserit.	233. a
		Abulon quid.	75. a
		Zara quid.	84. b
		Zelotypiae lex, quid mystice in Christo significet.	182. b
		Zuar quid.	180. a

F I N I S.

Post Folium 26. attendendus est foliorum Numerus, quia in principio libri Regum repetitur Numerus 201.

# Prologus Ruperti in libros DE SANCTA TRINITATE ET OPERIBVS EIVS.

**F**ACIES Moysi cum vbiq; ex colloctione dei splendida sit, & iccirco figuratiuis cum vocibus sensum suum, qui per faciem intelligitur, velare oportuerit, tum verò in creatione mundi tanti splendoris est, quantum ferè nequaquam potuissent vnuerfi filii Israël, nisi illum grossiori textu literæ, quasi pannis infantie obuoluisset. Narrat enim nobis, in quantum homo ex prædicta dei colloctione discere potuit, illam ineffabilem genituram filii dei, de qua dicit ipse deus pater in Dauid: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Nihilominus & illos septem spiritus dei dinumerat, quos hodie missos in omnem terram sancta catholica nouit ecclesia. Scilicet spiritum sapientiæ, & intellectus, spiritum cõsiliij, & fortitudinis, spiritum scientiæ, & pietatis, & spiritum timoris domini. Hæc sine dubio si absque velamine palam omnibus scripsisset, sicut nunc vbiq; in toto mundo prædicatum est, ex quo iam glorificato Iesu, & spiritu dato, reuelata facie gloriam domini speculari licet: profectò nimis cornutam faciem, nimium dei splendorem impatientibus lipporum oculis obiecit. At ille velamen talis literæ, suæ faciei prudenter oppandit. Dixit deus, fiat, & factum est. Septies dixit, & septies distionis suæ bonitas sibi complacuit, & se primo die requieuit. Hoc talis literæ velamine subiecto inuenies illud quod ait, dixit deus, fiat, hoc ipsum esse quod ait pater in Dauid: Eructauit cor meum verbum bonum, vel quod dixit euangelista Iohânes de verbo, quod in principio deus apud deum erat, omnia per ipsum facta sunt. Porro septem boni operis eius species, septem dies dei sunt. Quia videlicet propter bonitatem suam, quæ est sepriformis spiritus sanctus, hoc verbum de corde suo pater genuit, quia septies dixit, & dicendo septem opera valde bona fecit. Licet autem futura sit octaua dies, nihilominus ramen, operis dei septem sunt dies, quia videlicet homo, cuius vnuerfalis resurrectio dies octauus est, non in alia, sed in ipsa qua conditus fuit specie, resurrecturus est.

**H**orum dierum singuli ex vespere constant & mane, quia profectò omne quod factum est in verbo dei erat antequam fieret. Nam quod factum est, inquit euangelista, in ipso, vita erat. Et vespere quidem erat, cum adhuc quod factum est, solummodo vita esset in ipso: quia videlicet, latebat in secreto dei luminosa faciendi hæc omnia potestas vel præscientia. Tunc autem mane splendidum venit, quando hæc vita quæ in ipso erat, in actum vel species rerum pariter effulsit. De his omnibus suis in locis plenius dicendum est.

**I**gitur adorandam sanctæ trinitatis gloriam, in hac peregrinatione quærentes, operum ipsius speculum sensibus nostris admouemus, vt quia pro conditione mortalitatis infirmos adhuc oculos in splendorem maiestatis eius figere non valemus, saltem opera eius contuentes in lumine eius aliquantulo, sine errore ambulemus. Est autem tripartitum eiusdem trinitatis opus, à conditione mundi vsque ad finem eius. Primum est ab exortu primæ lucis, vsque ad lapsum primi hominis. Secundum, ab eodem lapsu primi hominis, vsque ad passionem secundi hominis Iesu Christi filii dei. Tertium à resurrectione eiusdem vsque ad seculi consummationem, id est, generalem mortuorum resurrectionem. Et primum quidem patris, secundum autem filii, tertium verò spiritus sancti proprium opus est. Planè inseparabilis trinitas, vnus deus, inseparabiliter operatur. Veruntamen singulis horum, id est, patris, & filii, & spiritus sancti, sicut personæ proprietas, ita & in perfectione mundi consideranda est actio propria, videlicet vt patris creatio, filii redemptio, sancti spiritus proprium sit opus creaturæ innouatio. Denique cum pater per verbum omnia facit, & spiritus sanctus superfertur aquis, cooperantur quidem duæ personæ vni operanti, veruntamen ipsa verbi dictio, vel spiritus emissio, propria patris actio est. Item cum filius, i. verbum patris, ad saluandum mundum ingreditur, pater quidem illud de corde suo eructat in vterum virginis, & spiritus sanctus corpusculum illi de materna substantia compingit, & sic duæ personæ cooperantur vni operanti: veruntamen sola filii persona est, quæ carne induitur, pariterque moritur. Nihilominus cum spiritus sanctus per eiusdem filii passionem in peccatorum remissionem datur, pater quidem vt ille proredat, viscera sua super nos hæctenus iuste cõtenta, misericorditer laxat, & rediuitus filius hominibus insufflat, & sic duæ personæ vni cooperantur: veruntamen propria spiritus sancti persona patris & filii donum vel gratia est, tota exornatio creaturæ rationalis est.

**E**rit itaque in honorem patris, & filii, & spiritus sancti, hoc opus tripartitum. Prima pars de primorum hebdomada dierum, Secunda, de hebdomada sequentium mundi ætarum.

C

Tertia

Tertia de gemina resurrectione mortuorum, vnde vtraque hebdomada suppletur, & in octava perficitur. Prima nanque resurrectione animarum, quae est remissio peccatorum, mors peccati, quae est post septem dies admessa, deletur: secunda resurrectione corporum mors omnis carnis per septem aetates mundi mortuorum absorbetur.

Apocal. 4. & 5. **H**is ita propositis, iam nunc aspiciendum est ad osium apertum in caelo, & ad sedem positam in eo, & supra sedem sedens, qui omnia condidit, exorandus est, per septem lampades ardentes, quas ante thronum suum appendit, & per septem cornua, totidemque oculos agni, qui est in medio throni sui, ut praedictum creaturae ornatum, ter septenarius dignè nobis dislerere praestet, secundum veritatem libri magni, quem de dextera eius idem agnus accepit, & aperiens ut solus erat dignus, septem eius signacula soluit.

FINIS PROLOGI.

## Ruperti Abbatis Tuiti-

ENSIS DE TRINITATE ET

OPERIBVS EIVS. IN GENESIM COMMENTARIORUM Liber primus.

Quod extra se sancta Trinitas non habuerit exemplar, ut conderet haec tria, caelum, terram, & omnem ornatum eorum. CAP. I.



**S**CRIPTRARVM omnium vertex sublimis liber Geneleos sic incipit. [In principio creavit deus caelum & terram.] Duobus istis scilicet caelo & terrae postmodum adiicit tertium, dicendo: [Igitur perfecti sunt caeli & terra & omnis ornatu eorum.] Sanè caeli nomine, inuisibilis illa sanctorum angelorum patria, terrae autem vocabulo visibilis iste mundus designatus est. Porro, ornatu caeli angelica creatura, terrae autem cum caetera quae nascuntur vel sunt in ea, nisi praecipue genus humanum est. Quod habuit exemplar faciens haec tria, nisi seipsum, deus vnus, qui est trinitas? Plane non ideas, id est formas, quas philosophi seculares effinxerunt, sed seipsum pater deus, seipsum (inquam) artem dicit deus vnus, pater & filius, cum eo, quo pariter vterque naturaliter ornatu est, sancto spiritu: dum non solum caelum incorporeum, sed etiam corpulentiam creavit substantiam terrae, & vtrumque simili complerit ornatu, caelum scilicet angelicis spiritibus, terram autem implens hominibus, quos aequales angelis esse facturum. Coelum quippe & terra dum creantur, iam tunc in consilio creantis, cui nondum accedit consilium illud placitum erat, ut dei filius terrenam substantiam indueret, ac proinde caelum rectè secundum personam patris, terram autem creatam esse intelligimus secundum personam filii, vtriusque autem, scilicet caeli & terrae, ornatu eorum secundum propriam personam spiritus sancti esse factum, ex eo maxime liquet, quia priusquam mundi creatura ornari coepta esset, spiritus dei, inquit scriptura, ferebatur super aquas, & exinde septiformi ornatu expleto, requieuit (ait) deus ab omni opere suo, videlicet eo quod illam efficaciter creaturam in opere artis suae esse assecutus, super quem requiescere haberet spiritus eius, qualem facere vel inuenire gestiens, ante super aquas ferebatur. Igitur non ex trinitate quaeras, aut suspiceris fuisse exemplar, siue quas dixerunt sapientes huius seculi, creatoris adiutrices ideas, quia profecto, cum praeter deum nihil existeret, sola sibi, ut haec tria faceret, exemplar fuit ipsa trinitas.

Ideq; Platonis.

Duplex generatio verbi dei.

Cur dicatur Genesis.

CAP. II.

**I**am antequam ipsa scripturae verba ingrediamur, quaerendum est, vnde vel cur liber iste Geneleos vocetur. Etenim titulus iste bene perspectus, verè secundum nomen suum libri huius cellum illuminat caput. Dicitur enim titulus à tirane, id est sole, quo mundus iste illuminatur, quia videlicet praescriptione, qua titulum dicimus, quasi praemisso lumine, libri sequentis introitus aperitur. Vnde ergo liber iste Genesis dicitur? A generationibus caeli & terrae, imò à generatione illius diei, quo istae generationes creatae sunt, anteq; fierent, sicut in hoc libro scriptum est. Istae generationes caeli & terrae, quando creatae sunt, in die quo fecit deus caelum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnem herbam regionis priusquam germinaret. Quis est iste dies, in quo haec creata sunt, antequam orirentur siue germinarent, nisi ipse quem annunciamus, diem ex die, diem (inquam) ex die, id est, verbum ex patre, in quo (sicut ait Euangelista) vita erat, quod factum est antequam fieret. Huius enim verbi generationem geminam, liber iste continet: alteram, quae diuinitatis, alteram, quae humanitatis est. Diuinitatis nanque generaturam (sicut

(sicut iam in praefatione dictum est) in eo tetigit, quod ait de singulis, dixit deus, fiat, & factum est. Porro, generationem humanitatis in eo liber iste patenter exprimit, quod ad Abraham loquens deus, benedicam (inquit) tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Rectè igitur & nobiliter liber iste dicitur Genesis, quia cum generationibus caeli & terrae, vtramque eloquitur generationem, vnus eiusdemque dei, & hominis Christi filii dei. Nunc demum ipsa libri verba audiamus, ait.

Gen. 22.

Quod filius siue verbum, per quod caelum & terra creata sunt, principium sit.

CAP. III.

**I**n principio creavit deus caelum & terram. Cum ipsa creatio principium mundi sit, cur sic dictum est, in principio creavit? Idem enim est, ac si diceretur, in principio principium fecit, sed si hoc modo vulgariter hic accipias principium, cum dicitur, in principio creavit, vitium est in superfluitate dictionis. Bene ergo hoc loco principium sic accipitur, tanquam proprium quoddam filii vocabulum, quia videlicet sic ipse voluit, qui cum interrogaretur à Iudaeis: Tu quis es? Principium (ait) qui & loquor vobis. Nam verè in hoc principio creavit caelum & terram deus, quia omnia per ipsum facta sunt. Hoc & alia scriptura fatetur, cum dicit, omnia in sapientia fecisti, quae videlicet sapientia non est alia quam verbum dei, verbum deus, qui (ut iam dictum est) seipsum principium nuncupauit. Non quidem natua scripturae huius lingua, scilicet hebraica filium & principium eadem voce significat, filius quippe ben, principium verò breshith dicitur in illa lingua, sed & hoc dicimus quod & si non voce, sentu tamen filius principium est. Filius est, quia de deo natus, Principium, quia creaturam omnium prima & efficiens causa esse probatur. Itaque in principio, id est in filio, in verbo suo, in sapientia sua, creavit deus caelum & terram; Creavit, inquit, non ut philosophi gentium vanè putauerunt, sibi coeuiam habuit Hylem, siue materiam, sed de nihilo fecit caelum & terram substantiam. Quod si quis obiciat, hominem quoque cum non de nihilo, sed de terra factus sit, creatum dici, sicut scriptum est: Et creavit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, vel quod item dictum est, creauitque deus cetera grandia. Dicimus ad haec, rectè dictum, eo dumtaxat respectu, quia iam ipsa, de qua producta vel sumptae sunt species, creata fuerat materia, quibus nominibus, scilicet caelo & terra (ut supra dictum est) significari vnuerfam creaturam visibilem & inuisibilem simul, Et nihil excipit, ex symbolo quoque comprobatur apostolico, quo cum dicimus, credo in deum patrem omnipotentem, creatorè caeli & terrae, nihil creaturam adicietes, cuncta his nominibus visibilia simul & inuisibilia, nos comprehendisse non dubitamus. Nam in alio nihilominus catholico fidei symbolo cum dicimus: credo in vnum deum patrem omnipotentem, factorè caeli & terrae, statim exponentes quid dixerimus caeli & terrae, subiungimus visibilibus omnium & inuisibilium. Igitur (quod dictum est) in principio creavit deus caelum & terram, idem est ac si diceretur, per filium suum deus pater creavit omnium visibilium & inuisibilium substantiam vnuerfam, talè adhuc, qualem subsecutus terram exprimit, terra autè erat inanis & vacua.

Ioan. 5.

Psal. 103.

Cur non dixerit deus, fiat caelum, & fiat terra, sicut dixit, fiat lux. CAP. IIII.

**Q**uare autem non dictum est, in principio dixit deus, fiat caelum & fiat terra, & factum est ita: sicut postmodum dicitur, fiat lux, & facta est lux, &c. Ad quod tripliciter respondendum est: Primum, quia cum (ut iam dictum est) ipsum principium verbum dei sit, superfluum vel ineptum fuisset dici, in principio dixit deus, tanquam si diceretur, in verbo suo dixit deus. Deinde quia verbum imperarium, quale est hoc quod dicitur fiat, incongruè promittit vbi nondum est aliquid cui imperetur, vel praecipit ponatur. Nondum autem erat aliquid, si, ut verè credimus, & praesens scriptura testatur, caelum & terram creauit, id est, de nihilo fecit deus. Ergo ne nihil praecipitum dedisse diceretur deus, quod incongruè esset, rectè prius scribitur materiam qualemcunque confusam siue inferrem creauisse, & deinde praecipitum rei iam existenti dedisse, ut diceretur ac speciosas, quas non habebat, assumeret vel produceret formas. Tertium nihilominus & hoc sciendum, tantarum scriptorem rerum sic dicere debuisse, quatenus nulli vacaret suspicari, quod (ut supra dictum est) quidam de corde suo finxerunt philosophi, scilicet mundi quidem speciem, vel rerum quae in mundo sunt, formas diuersissimas fecisse: verum Hylem, id est materiam, de qua cuncta haec facta sunt, non à deo factam, sed deo semper fuisse coaeternam. Igitur quomodo dici debuit, sic dictum est, quia in principio creavit deus caelum & terram.

Quod non sit mutabilitati ascribendum, quod fecit deus mundum, contra eos, qui dicunt, mundum deo coaeternum. CAP. V.

**S**ed hoc mutabilitati dei ascripserunt quidam, quod fecit istum, quia non erat, mundum, illi videlicet qui volunt, deo mundum esse coaeternum. Dixeruntque: Aut deo coaeternus est mundus, aut certè mutabilis est deus. Si enim tandem aliquando fecit, quod in tantis aeternitatis suae spaciis non fecerat, profecto nouo consilio usus est, ac proinde mutabilis est. Ad haec inquit: Verissime, neque mutabilis est deus, neque deo coaeternus est mundus. Nunquid mutabilitate vitur

C ii quis

quis, quando sapientiam suam nolens esse occultam, pulchram orationem vel quippiam eiusmodi, quod utique in mente habet secretum, describit in charta per atramentum & calamus, & aduocat multos ut audiant sapientiam & intelligant vtilem scientiam: Nunquid mutabilis animi vicio dicendus est, pro eo, quia quod occultum habebat, vtiliter fecit, in publico ut cognoscere retur auditorio: Non utique de mutabilitate culpandus, sed de benevolentia collaudandus est. At vero mundus, & omnia quae caelo & terra continentur quaedam clarissima sapientiae dei signa sunt, quae videlicet sapientia siue verbum sic erat in corde dei, priusquam ista fierent, sicut in corde tuo sapientia vel ars prius est, quam notulis visibilibus aut opere aliquo illam significes. Vnde Euangelista, cum dixisset: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, statim adiecit, quod factum est in ipso, vita erat. Quae videlicet sapientia dei, ut sciretur: ut esset vnde vel à quibus cognosceretur, creauit deus caelum & terram, & posuit in caelo angelos, & in terra homines, qui ex seipsis & ceteris quae facta sunt, tantum artificem vtiliter cognoscerent: Ergo nisi tu nimium ingratus sis, non deum in hoc mutabilitatis accusas, sed de magna benevolentia collaudas, & supplices gratias agas ei, quia propter gratuitam bonitatem suam in principio creauit deus caelum & terram.

*Quale in illo principio intelligendum sit caelum. CAP. VI.*

**I**Am quidem cum audimus caelum & terram, animalis homo, qui nunquam in caelo conuersatus est, nec dicere potest cum Apostolo, nostra autem conuersatio in caelo est, hic talis nec opinari potest qualis habitatio caelum sit vel fuerit mox ubi creatum fuit, quippe cum nec spiritalis homo quantumcunque caelestia contempletur, dum viuunt, sufficienter diiudicare possit, nisi quia magnus & immensus locus, magna & spiritalis est patris domus, in qua ab initio mansiones multae paratae sunt beatis angelis, & sanctis hominibus, ubi localis est, & localiter seder secundum verum hominis corpus, pontifex summus, qui penetrauit caelos Iesus Christus filius dei, cuius videlicet spiritalis habitationis comparatione terra est, quicquid carnis oculis cernitur: ut recte per Psalmistam caelum caeli dicatur, qui cum praemisisset: Benedixi vos à domino, qui fecit caelum & terram, statim subiunxit: caelum caeli domino, terram autem dedit filiis hominum. Coelum caeli dixit, eo quod comparatione eius, hoc visibile firmamentum, quod secundo die factum est, non iam caelum, sed terra, aut ut multum quidam terrae ornatus sit, quia videlicet illud inuisibile est, istud autem terrenis animantibus conspicabile est. Illud (inquam) caelum caeli, quale factum sit, animalis homo nec opinari potest: terra autem forte statim animo eius talis occurrat, qualis in sua forma conspicitur, scilicet herba virenti, lignisque, & pomiferis arboribus, & diuersis animantium generibus plena. Proinde continuo sequitur: [Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi.

*Quomodo terra inanis erat & vacua, & quales tenebrae erant super faciem abyssi. CAP. VII.*

**C**reatis, inquit, caelo & terra, caelum quidem non omni ornatu inane vel vacuū erat, quippe quod ex lumine diuinae maiestatis respendit, sicut ad illius similitudinem caelum istud visibile & aer, solis huius refulgente lumine, verum terra, id est, corpulenta substantia inanis erat & vacua. Non quidem ipsa à diuina magnitudine remota erat, cum de illo verissime Seraphin clamant, dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus Sabaoth: Plena est omnis terra gloria eius, sed eam maiestas eadem, & si iam potestate, nondum tamen actu impleuerat vel ornata, licet hoc prophetice de praedicatione Euangelii Christi dictum possit intelligi, quia effectum est, ut non iam vna gens Iudaeorum tantum, sed omnis terra diuinitatis impleretur notitia. Ceterum, secundum quod iam dictum est, terra erat inanis & vacua, quia nondum illam creator ab aquis aridam segregauerat, nondum firmauerat, nondum sydera caeli huius palla vestierat, nondum tot creaturarum generibus exornauerat. Itaque si diligenter litteram consideres, non cum sua, quae tunc apparet visibili specie, creata est in principio terra, sed erat inanis, inanis scilicet ab omni germine, quod nunc in ea radicatur: & vacua videlicet à cunctis animantibus, quae nunc in ea mouentur. Praeterea & tenebrae erant super faciem abyssi, id est, super profunditatem aquarum, quae nondum diuisae, neque ut appareret arida, congregatae fuerant in vnum locum. Tenebrae, inquam, corporeae, circa indiscretum mundi corpus erant, quia videlicet nondum firmamentum erat in medio aquarum, nondum ea quae corporaliter lucent in eo, & terram illum minant, sol, luna, & sydera facta fuerant, quae die quarto facta sunt. Itaque summam, breuiterque tota praescripta est creaturae informitas, tam inops & vacua, ut frustra esset in principio, id est, in filio creata, nisi quia spiritus dei ferebatur super aquas, qui est tertia in trinitate persona. Sic enim protinus subiungitur: [Et spiritus dei ferebatur super aquas.

*Quomodo spiritus dei ferebatur super aquas. CAP. VIII.*

**D**einceps nanque creaturae eiusdem formatio vel exornatio succedit, tantamque ex intentione spiritus dei meliorationem, & tantum inopiae luxae supplementum capit, quantum pro modulo

suo melioratur ouum, in eo quod calore volucris animatur, & pullum producit. Quid autem putamus esse hunc spiritum, nisi bonitatem, amoremque dei, amorem non affectuum, sed substantialem: amorem, inquam, & vitam, virtutemque viuam in filio & patre manentem, vel ab utroque procedentem, patri, filioque consubstantialem. Hic nempe ferebatur super aquas, nihilo minus & super aridam, quae sub aquis latebat, quia videlicet, magno super creaturam suam creator affectu ducebatur, ut quia non poterat esse quod ipse qui creauerat: tales ex ea faceret formas, in quibus creatori coniungeretur, conuiueretur & conregnaret creatura. Hic amor, haec bonitas creatoris, spiritus sanctus est. Quem nesciens Plato, cum hanc scripturam legisset, spiritum mundi, id est aerem arbitratus est, qui secundum ordinem elementorum, aquis, utpote leuior, supereminet. Et quia per caelum quoque, de quo iam dictum est, in principio creauit deus caelum & terram, ignem significari suspicatus est, quatuor tantum elementa, scilicet ignem, terram, aerem, & aquam, hoc loco dinumerata esse putauit, utpote spiritum hunc non cognoscens, qui plane non spiritus est mundi, sed spiritus est dei: praesertim cum per tenebras, quae erant super faciem abyssi, vicinarius aer possit intelligi, qui desuper nullis adhuc luminibus radiabatur, & idcirco recte tenebrarum nomine designatur. Quare autem cum quatuor mundi elementa sint, haec duo tantum, scilicet terram & aquam scriptor sacrae huius historiae suis nominibus expressit, & aerem non proprio, sed tenebrarum nomine significauit? Videlicet quia pertinuit ad propolium eius, species istas in ornata creaturae quae tunc erat informis, tam diuersas, tamque multiplices tunc existentes, dicere vnde exorta sint. Constat autem, quia de tenebris istis, quae erant super faciem abyssi lux effulsit, restante Paulo, cum dicit: Quia deus, qui dixit de tenebris lucē splendescere, illuxit in cordibus nostris. Non ait in tenebris, sed de tenebris deus lucē splendescere dixit. Porro, de terra & aquis productae sunt omnium species rerum quas nouimus. Solus ignis, licet gignentibus terrae & aquis cooperetur, nihil tamen ex ipso gignitur, & proinde de hoc elemento non iniuria siletur, usque in quartum diem, quo fons illius, scilicet sol in firmamento libratur. Solem enim fontem esse ignis aetherei, physici quoque qui diligentiores fuere attestantur.

*Quod in capite libri praemonstratur trinitas. CAP. IX.*

**I**gitur in capite libri splendide praemonstratur creatricis praesentia trinitatis. Etenim in nomine dei, pater in nomine principii, filius intelligitur: & qui super aquas fertur, ipse est spiritus sanctus. Iam quid tantae maiestatis inuenta praesentia, factura vel dictura sit, audiamus. Sequitur.

*Quod lux quae facta est, angelica sit creatura. CAP. X.*

**D**ixitque deus, fiat lux, & facta est lux. Fortitudo & sapientia dei magna & terribilis, intentio spiritus suo vociferantis super aquas, & ineffabiliter clamantis in virtute & magnificentia, breuiter atque suauiter, cum dicitur, dixit deus, breuiter, inquam, nostris intimatur sensibus. Quid enim ex hac breuissima enunciatione colligimus, nisi quod certissimum est, quia per verbum suum omnia deus operatus est? Nec vero ita sensibus pueri sumus, ut putemus deum vocalem, dentibus, palato, & labiis, cum plectro linguae percussis, elementarisono dixisse, fiat lux: sicut nec in eo, quod spiritus dei ferebatur super aquas, phantasma illud admittimus, quod stans, aut sedens in aliqua parte, magnum anhelitum suum super aquas omnes sufflando emisit deus. Non, inquam, sic infantiliter, aut carnaliter de creatore spirituum deo sentimus. Sed nec illas affectiones, quibus mente promouemur, ut eo modo, quo dictum est, verba per aerem transcurrentia mittamus, incommutabili atque impassibili deo ascribimus. Quid ergo? Quid in eo quod dictum est, dixit deus, nisi generationem verbi aeterni, verbi deo consubstantialis, de cuius effectu, & nos & angeli rationales sumus, significatam intelligere debemus? Verè enim sine voce natum, & omnia potentialiter continens verbum, tunc pater actualiter generauit, quando caelum & terram creauit, quando lucem, & caetera fecit. Eructauit ergo cor patris verbum bonum, & ex vtero, id est, de luxae substantiae secreto, ante luciferum genuit illud, quando dixit: Fiat lux. Quid autem est hoc ipsum quod dixit, fiat lux? Quamnam est ista lux? Videtur enim nonnullis, lucem tunc esse factam, non aliam quam aeris illustrationem, & tenebras illas, quae erant super faciem abyssi, sic alternantibus nocte & die diuisas, ut peracto diurni temporis spacio duodecim horarum scilicet, lux extingueretur, & tenebrae succederent, & inde transacto nocturni temporis spacio, lux refulgeret, atque ita per triduum dies, & nox absque luminaribus istis corporeis, sole scilicet, & luna, & stellis, vtroque biuicem cesserint atque successerint. Sed hoc sensu vnus hic dies, omnium dierum pauperimus est, quippe cum linguli dierum caeterorum substantiarum creatione vel formatione illustrati sint, hic dies non nisi accidentis cuiusdam colore instabili iniecto dimissus sit, cum dictum sit, fiat lux. Nam quaecunque caeteris diebus facta sunt, substantialia sunt & permanent, illa autem accidentaliter lux tertio reaccensa deinceps omnino deperit. Et vide, vtrum condignum sit tantae maiestati, ut caeterorum dierum opera, verbi gratia, solem, lunam, & stellas, quae quarto die facta sunt, & aquarum diuisionem, quae secundo die facta est, statuerit in seculi & in seculum

Error Platonis de spiritu mundi.

1. Cor. 4.

Psal. 44.  
Psal. 109.

seculi, præceptumq; poneret illis quod nõ præteribit, opus autem primæ lucis tale faceret, quod mutato cõsilio post exiguũ tridusi funditus extingueret. Quid ergo? An idcirco spiritus dei ferebatur super aquas, & dixit fiat, quod dictũ, vt verè boni verbi eructatione, sancta miratur vt celebrat scriptura, vt talis tantummodo lux fieret accidens aeri mox interitura, & nulla crearetur substantia? Melius magni & nominatissimi patres intellexerunt naturã angelicam lucis non mine significatã. Eorum sensum rationabilè magis approbamus & sequimur, angelicam creaturam rectè lucem esse appellatam, lucem intellectualem, lucem, inq; non solum, quia vim discernendi habentem, verumetiam quia veri & incircumscripti luminis gratia resurgentem.

*Quòd non pro similitudine, sed pro re vera lux dicta sit angelica creatura.*

CAP. XI.

**N**ec verò pro similitudine, sed pro re vera lucem dicimus appellatam, id est, nõ ideo quòd similitudinem visibilis huius lucis habeat. Nam ista potius visibilis lux, hæc astra visibilia secundum similitudinem lucis illius sunt facta, vt cognoscat spiritalis homo, sic sanctos angelos in eadem felicitate differentis esse honoris & gloriæ, sicut stella differt à stella in claritate, & sic eos in comparatione solis æterni, scilicet creatoris sui, veram lucem non esse, sicut stellæ circa solem, in toto hemisphærio nequeunt suum lumen ostendere. Hoc animaduerso, iam non miramur hæsitantes, quid spiritus dei super aquas intenderit, quid vox domini super aquas, quid, inquam, deus maiestatis dominus super aquas intonuerit? Dignus enim est effectus hic qui totius trinitatis molimina consecutus est, scilicet spiritus sancti, super aquas spirantis, patris intonantis, & ipsius tonitruum, id est, verbi, quo dixit fiat. Siquidè talis creatura causa digna quæ, vt fieret, verbum illud intonatum est, quod concutiens abyssos vel aquas, & eas quæ super aquas erant tenebras, huiusmodi lucis fecit emicare cæteruas. Quid enim? Nunquid putamus, quòd de cælo fuerint angeli, & non potius hic facti & in cœlum translati? Nempe non magis angeli facti sunt in cælo, q̃ homo plasmatus in paradiso, plasmatus namq; fuit homo extra paradysum, & positus in paradiso, sicut scriptum est: Plantauerat autem dominus deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Ita nimirum & angeli extra paradysum conditi, & in cœlum translati, non natura, sed gratia cœlum inhabitant. De cælo namq; nemo venit, nisi qui super omnes est, & inde super omnes quia spiritus simplex est, & nullo compositus est, vnde & humanum spiritum cum corpore induere potuit, quod facere nemo potuisset ex spiritibus angelicis. Angeli autè etsi ad comparatione nostri, spiritus dicuntur & sunt: in comparatione tamen dei corporei sunt. Habent namque, vt doctri quoque & magni viri perhibent, corpora ex isto aere crasso atq; humido, qui vento flante sentitur impulsus, præsertim quælis erat cum adhuc tenebræ essent super faciem abyssi, de quibus (vt Apostolus ait) deus lucẽ splẽdescere iussit. Cuius eorum conditionis experimentum capere licet ex eis, qui ceciderunt. Nam sicut homo mortuus redeundo in terram palam facit, quia de terra sumptus fuit, sic isti qui deserto perenni fonte luminis extincti sunt, obscuritate sua palam faciunt, quia de tenebris, cum essent, non natura sed gratia splendidi facti sunt. Quod bene idem apostolus perspicuus, non ait: deus qui dixit in tenebris, sed qui dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in faciẽ cordis nostri ad illuminationem claritatis in faciem Iesu Christi. Etenim viri usque propositiuncula non parua distantia est. Nam splendet in tenebris lux vera deus, cum descendit in tenebris nobis illuminare dignatur. Splendescimus de tenebris nos, cum ab infidelitate exeuntes, in faciem eius per fidem alpicimus. Itaque cum angelos, quamuis subtilia corpora, tamen ex ipsorum origine habere constet, ex eo quòque liquet, quia & locales sunt, & cum volunt, hominibus apparèt. Quòd si idcirco non permanens, sed ad horam sumptum, de aere corpus habere putantur, quia nõ semper apparèt, & cum apparuerint, repenti disparent, nos econtra dicimus, dominum nostrũ post resurrectionem tale corpus suum, vtiq; terrenũ sic exhibuisse, vt cum vellet repenti hominibus appareret, & cum vellet protinus euanesceret, habent ergo angeli corpus, ex illo vtiq; aere & humore, super quem cũ ferretur spiritus domini, dixit: fiat lux. Quare, inquis, nõ de cælo fecit deus angelos, vt essent natura cœlestes? Videlicet, quia nõ idcirco fecerat deus cœlũ, vt inde eos crearet, sed vt creatos sola in cœlũ gratia subleuaret. Sed de hoc latius postmodũ dicemus.

*Quòd illa lux confiteatur creatori, secundũ versiculũ psal. CIII. Confessione & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento.*

CAP. XII.

**I**gitur non nouo consilio vitur in nos deus, dum vt supra primæ origenis nos reparat dignitatem, & æquales faciat angelis, hoc necessarium proponit, vt renascamur ex aqua & spiritu dei, baptizati in nomine patris & filii & spiritus sancti. Nam & in conditione angelorũ dixit, id est, verbum suum, quod est filius suus, ædidit deus, & tertia persona spiritus sanctus super aquas ferebatur. Item non minus illis, q̃ nobis humilitatis commonitio est, ipsa sui conditio, quoniam vt nobis terra, vel puluis, sic & illis tenebrosa abyssus existendi principium vel materia fuit. De tenebris enim, iubente deo, lux ista respandit, vt supra dictum est. Vnde non ingrati creatorem suum

suum incessabiliter laudant, consentunt, amant, adorant: Huius eorũ laudis vel confessionis assiduitatem & incessabilem intentionem mirificè Psalmista his verbis exprimere contendit. Confessionem & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. Hoc procul dubio de huius lucis formatione dixit. Sequitur enim: Extendens cœlum sicut pellem, qui regis aquis superiora eius, &c. Prius namque dixit: fiat lux & facta est lux, deinde firmamentum extendit, quod & cœlum appellauit, ergo de pulchritudine laudis angelicæ dixit, confessionem & decorem induisti, adiungens, amictus lumine sicut vestimento. Magnificentius, & dignitatem eius qui laudatur, & eorum qui laudant instantiam, exprimere non potuit. Suo namque indumento iure quisque vestiporis eius bene accommodatum est. Cum ergo dicit: confessionem & decorem induisti, amplissimè gratulatur, & optime dicit dignum illum esse tantis consentantium angelorum laudibus, & decere illum quicquid boni clamare possint, aut norint, eo quòd ipsa substantiæ vel vocis eorũ organa ille fecerit, & in circuitu excelsi solii sui in magno honore feliciter constituerit, vel ordinauerit. Cum autem addit, amictus lumine sicut vestimento, nihilominus hanc lucem factam ab ea luce quæ fecit, magnificè decernit. Amictus namque corpus quidem ornatur vel honoratur, sed ipse de corpore non est. Hoc ergo cum dicit, faceret beatos spiritus lumen quidem esse, sed tantum distare ab illo à quo creati sunt incircumscripto lumine, quantum distat amictus à corpore, id est, habere quidem verum lumen deum in se, sed de eius substantia non esse. Sequitur. [Et vidit deus lucem quòd esset bona, diuisitque lucem & tenebras]

*Quòd illa lux bona dicta sit, non sicut de cæteris operibus est dictum, & vidit deus quòd esset bonum.*

CAP. XIII.

**N**otandum in primis, quòd dictum est, vidit deus lucem quòd esset bona. Nemo enim bonus, nisi vnus deus. Porro quicumque bonus predicatur, siue homo siue angelus, nõ nisi respectu boni dei, rectè bonus predicatur: quia cum nemo sit bonus nisi vnus deus, quicumque bonus est, vel esse dicitur, non nisi tantummodo bonus est, in quantum bono deo participatur. Proinde non dictum est: Vidit deus terram quòd esset bona, vel luminaria quòd essent bona, quia videlicet bonitatis capacia non sunt. Dictum est autem de singulis, vidit deus quòd esset bonum. i. bona res, bona inq; i. vtilis res. Sola namque rationalis creatura diuine bonitatis, i. spiritus dei capax est, & ideo homo vel angelus tantummodo bonus absolute dicendus est, videlicet in quantum homo vel angelus boni dei particeps factus est. Igitur & hoc ipsum iudicium, quo vidit deus lucem quòd esset bona, lucem illam cogit intelligi quæ capax diuina est bonitatis, lucem rationalem, lucem intellectualem, angelicæ creaturæ splendidam dignitatem. Quomodo autem dictum est, & vidit deus lucem quòd esset bona? Nonne anteq̃ faceret, hoc ipsum viderat, quia facere bonum erat? Nonne & Euangelista sic dicit de verbo isto in quo dixit, fiat, quia quòd factum est, in ipso vita erat? Ergo quòd vidit, id est, iusto iudicio ponderauit, & conspectu suo dignam duxit. Sequitur enim. [Et diuisit lucem & tenebras.] Diuisio ista lucis & tenebrarum, terribile dei iudicium super diabolum esse factum insinuat. De quo Psalmista: Tu terribilis es, inquit, & quis resistet tibi? Extunc ira tua, tanq̃ diceret: Quis tibi resistere potest, cum ex quo tibi quis resistit, extunc terribilis exardescat ira tua? Nam ex quo diabolus resistit, id est, resistere voluit tibi, tu iratus es, & resistere non potuit. Cecidit enim angelus & factus est diabolus. Hoc terribile iudicium per diuisiõnem insinuat lucis & tenebrarum. Quæ enim sunt istæ tenebræ, nisi omnes angeli satanæ, cum eodem suo principe? Has vtiq; tenebras deus lucemque diuisit, quia malos angelos à bonis separauit, diuisit, inquam, separatione immutabili, ita vt nec isti qui ceciderunt, relurgere, nec illi qui cum peccare possent, peccando cadere noluerunt, vltius vnq; habeant, vel possint peccando cadere. Verbo namque dei cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorũ, ista lux isti sunt cœli. Lux, inquam, quam deus à tenebris diuisit, & cœli quos verbo suo, quos spiritu, id est amore suo deus firmavit, vt iam obscurari vel dissolui non possint: congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos: quæ omnia secundum litteram iam in illo exordio facta esse dubium non est. Timeat ergo dominum omnis terra, ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem. Quia profecto qualis tunc destruxit consilia superbiorum spirituum, talis & vsque in finem dominus dissipauit consilia gentium. Reprobabit autem cogitationes populorum, & reprobat consilia gentium. Vnde autem venerint istæ tenebræ, iam dictum est, videlicet vnde venit prædicta lux, inde venerunt & istæ tenebræ, fuerunt enim lucentes angeli, & proprio vitio facti sunt daemones tenebrosi.

*Quòd angelica creatura sicut initium, sic habuerit & profectum.*

CAP. XIII.

**H**ic iam cum admiratione quæri solet, quomodo bonæ substantiæ vitium surrepere potuerit, & lux in tenebras demuta sit? Admirationis autem ea vel maximè causa est, quia nõ recogitant plerique quòd angelos æque vt homines mox vt creati fuerint innocentes quidem,

sed non repente summos exiisse, nihilque præter deum sine profectibus in summo consistere, vel firmamentum apprehendere quicquam. Hoc inq̄ pleriq̄ non recogitant magnitudine nominis angelici sic præoccupati, vt non vacet illis scire, quia spiritalis creatura sicut habuit in initium, sic habere debuit & profectum. & ex necessitate quidem habet esse, sed ex voluntate tendere capit ad similitudinem bonæ essentia. De hoc ergo paucis respondendum est.

*Quod voluntate creatoris, eiusdem creaturae pars quadam vitata sit.* CAP. XV.

Deus neminem vult perire.

**P**rimò omnium de creatore deo piè sentiendum est, videlicet quòd voluntate eius, nec angelus nec homo perierit, & non de vtero eius glacies egressa sit, vel gelu de cœlo sic genuerit, vt vel malam creaturam creauerit, vel bonam naturam prior ipse relinquendo, in malam demutauerit. Quid ergo inquis: Si creaturam suam saluam esse voluit, quare non talem creauit, vt omnino non esset alicuius vitii perceptibilis siue passibilis: Ad hæc inq̄, Huius rei à nota imagine dei, scilicet ab homine, documentum capiendū est. Ecce homo & naturaliter generare, & operari potest voluntariè. Quod generat, aliud esse non potest, quàm quod est ipse, quod operatur, nulla tenus esse potest quod est ipse. Gignit enim homo non aliud quàm hominem. Operatur, verbi gratia, domum quam inhabitet, vel quam induat decoram vestem. Horum nihil est hoc ipsum quod est ipse. Laudatur autem, si hæc operatur scitè vel commodè, sicut est dignum se. Sic nimis deus gignit quidem hoc ipsum quod est ipse, scilicet deus deum, impassibilis impassibilè, immutabilis immutabilem, lux vera, nihilominus veram lucem, videlicet vnicum filium suum dominum nostrum Iesum Christum, ante omnem creaturam primogenitum, imò & vnigenitum, Operatus est autem vestimentum suum, de quo supra dictum est, secundum psalmum dicentem: *Psal. 103.* Amictus lumine sicut vestimento, scilicet angelicam creaturam, dicendo: fiat lux, & hanc mundi fabricam, in qua fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam, quorum omnium nihil hoc ipsum esse debuit aut potuit, quod est ipse qui fecit, vel compar ei quod idem factor genuit: sicut fabricatura vel pictura nullo modo idem esse potest, quod est faber aut pictor, vel quod ille de carne sua genuit. Dignum verò laude est, & curiositati nostræ debet sufficere, quòd talem creaturam potuit facere omnipotens, quæ capax eiusdem factoris possit existere, & diuinitatem quam non habet per naturam, valeat consequi per industriam. Igitur commutabilem oportuit esse angelum & hominem, vt pote de nihilo creatos, etenim illud vnde facti sunt, de nihilo creatum est. Et creatus quidem est vterque purus & innocens, sic videlicet, vt de ipsa innocentia, vel proficere ad summa, vel deficere ad ima possit. Profecisse nanque, imò & adhuc proficere sanctos angelos, Apostolus quòque testis est, scribens ad Ephesios, vt innotescat (inquit) principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Itaque in costatu factis omnibus angelis, vt proficiendo in deo perficerentur: vel deficiendo, in idipsum vnde facti fuerant, id est, in tenebras eicerentur. Alii quidem dilectionem creatoris recipientes, confessione & decore illum induerunt, & sic eis creator amictus est sicut vestimento, assidue clamantibus: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth, & sic illis non existentibus ingratias, vidit deus lucem quòd esset bona, & in operibus suis lætatus est.

*De inuidia vel superbia diaboli.* CAP. XVI.

Esaie 16.

**I**nuidit magnus vnus de magnæ curia principibus, cuius audiuius superbiam, quia superbus est valde, & superbia eius, & indignatio eius, plus quàm fortitudo eius. Initium namq̄ peccati eius superbia fuit, qua tumens magnus nimis vnus est, plenusque sapientia, & perfectus decore, & nihilo indigens sapientia dei, cum in splendore suo complaceret sibi. Vnde cum improprio apud Ezechielem dicitur Cherub, id est, plenitudo sapientia dei, videlicet quia sapientia dei aulus est tele comparare, dicendo deus sum ego, & in cathedra dei sedi, & dedit cor suum quasi cor dei. Et paulo post dicit idem propheta cum improprio & ironia. Tu signaculū similitudinis plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sardis, topatius, & iaspis, chrysolitus, & onyx, & berillus, sardonius, carbunculus, & smaragdus. Aurum, opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Tu Cherub extensus & protegens, &c. Hoc inquam cum ironia dictum est, id est, non quòd reuera omnis lapis preciosus ornamentum eius fuerit. Etenim nouem angelorum ordines, qui per istos significantur lapides, solius creatoris ornamentum sunt, & ipse amictus est hoc lumine sicut vestimento, qui ad laudem & gloriam suam creauit eos, sed quia sic sibi cōuenire arbitratus est, in quo & fallus est. Quod videlicet ironicè esse dictum, ex alio propheta clarum est, qui sic illi impropere, Dicebas in corde tuo: in cœlum conscendam, super astra dei exaltabo solium meum, sededo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Nam per astra dei iidem qui per nouem lapides angelorum designati sunt ordines. Ergo sicut nunquam reuera supra astra dei sedem suam posuit, vel similis altissimo fuit: sic non verè vnquam omnis lapis preciosus operimentum eius exiit, sed sic sibi arrogauit, sic dixit, sic

Esaie 14.

sic putauit non verè lumen, sed rebellis lumini. Huic sensui fortè illud repugnare videtur, quòd eadem autoritate prophetica perfectus in viis suis perhibetur, cum dicitur, In medio lapidum Ezecl. 28. ignitorum ambulasti perfectus in viis tuis, à die conditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te. Durum est hic asserere, illum non fuisse perfectum: durius autem affirmare, illum habuisse vnq̄ in se creatoris dilectionem, sine qua nulla est perfectio viarum. Nam etsi propheta prædictus dixit: aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es præparata sunt, non tamen & hoc dicit vel villo modo significat, quòd eidem foraminibus auri ligaturam recepit, quia videlicet cum sit rationalis creatura, vtique ingenium, intellectum, & memoriam habuit, quibus quasi foraminibus spiritum amoris dei, quod est aurum optimum, recipere cum debuisset, superbè recusauit. Ergo quod dicitur, perfectus fuisse in viis suis, hypocritin eius percutit, quia etli consubstantialis spiritus allucere, & multos seducere potuit, deum tamen latere nequiuit, cuius iudicium terribile innuit, dicendo, donec inuenta est iniquitas in te. Igitur contra creatorem quærendum non est, cur non creaturam suam sic fecerit, vt esset naturæ inconuertibilis, vel nullius vitii perceptibilis, quia videlicet tale hoc est, ac si queraris de figulo, cur non omne figmentum, quod finxit, tale sit, qualis est ipse, vel filius quem genuit de seiplo.

*Quod creator bonus & clemens, iuste tamen fecerit quem malum præsciuit,*

*& de casu eius.* CAP. XVII.

**S**ed quaeritur adhuc: Quare creator bonus & clemens illum fecit, quem perituum esse præsciuit? Mira & importuna, imò & violenta quaestio, & sic inepta, vt in sensu eius nulla sit ratio. Quid enim, nisi quod futurum erat præscire potuit? Aut quomodo nõ fieret, quod sic vel sic futurū esse præscitū fuisset? Vicinius rationi esset, si sic diceretur: Quare substantiā malorū spiritū deus, vel hominum impiorum subsistere permittit, quoniam malè subsistit, & non sic funditus interire facit, sicut interit & esse definit spiritus iumentū? Possit nanque responderi, iustū esse vt semper sit in pœna, cui pro culpa sua desit vt non sit semper in gloria. Porro dei iustitia nunquid quid mitior est, quàm eius præscientia? Itaque sicut non iniustū est, quod nunc viciatæ creaturæ non interimit funditus substantiam: sic non iniustum fuit, quòd & præscitam damnauit malitiam, & tamen non omisit bonam creare naturam. Verum, quia nihil satis est inquisitori contentiosum, iam nunc dicamus ei cum Apostolo: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid nõ habet potestatem figulus facere, de eodem luto aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliā? Illò que remota, fateamur, quia cum vidisset deus lucem quod esset bona, iuste dixit lucem & tenebras, formosam formans in cœlo lucem, & deformes abiciendo tenebras. Sanctos enim angelos, quorum confessionem & decorem induerat, perpetua stabilitate firmauit, & pro parte illorum lætatus est in operibus suis. Satanas verò cum suis satellitibus sicut fulgur de cœlo cecidit. Sicut fulgur (inquam) quia sicut fulgur decussum cum tonitruu fragore, nubibus motis breue lucet, & repente dissiparet, sic ille terribiliter indignatione dei tremētibus cunctis angelorum ordinibus, cœlo excussus, in hunc aerem miser cecidit, ab omni luce extinctus, & in æternam lucem dei nõ visurus. Et nunc quidem in hunc aerem illum esse deiectum, & omnes satellites eius, quos aereas carterus dicimus, passim in scripturis habemus, verbi gratia in Apostolo dicente: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Futurum est autem, vt in infernum inferiorem, videntibus cunctis, præcipitetur in ignem æternum, qui præparatus est ei & angelis eius. Sicut enim homo propter primum peccatum de paradiso, in quo nequaquã conditus fuerat, eiectus est, vt operaretur hanc terram, de qua sumptus fuerat. Sic & ille de cœlo, quo per gratiam cum ceteris spiritibus receptus fuerat, in hunc, de quo creatus fuerat, reiectus est aerem caliginosum, vt pote necdum sole & luna & stellis illustratum, cum ille creatus esset: in quo nec modo sibi ad recipiendam lucem, sol iste prodesse potest, & inde cum angelis suis & malis hominibus, propter peccata perseverantia, in die iudicii præcipitandus est. Vtrumque iudicium eius Petrus apostolus exprimens, peccantibus (inquit) angelis deus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos, in tartarum tradidit in diem iudicii cruciandos referuari. Infernum siue tartarum sic appellauit istum aerem, videlicet ad comparisonem cœli, de cuius altitudine ceciderunt, qui tum & cœlum dicitur, vnde & volucres cœli dicimus, ad comparisonem illius inferni, de quo Psalmista Et liberaſti inquit animam meam ex inferno inferiori. Esaia quòque propheta, cum de primo eius iudicio dixisset, quomodo cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris, &c. continuo de secundo adiunxit: Veruntamen ad infernum detrahèris in profundum lacu. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, & que prospicient.

Rom. 9.

Luc 10.

Eph. 6.

Tob. 40.

Matr. 23

2. Pet. 2.

Psal. 85.

Esaie 14

*De appellatione diei & noctis, & que sit illa dies, & que sit illa nox.* CAP. XVIII.

**A**ppellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Lucem (inquit) quam vidit quòd esset bona, appellauit diē: & tenebras, quarum esse bonum nõ est, appellauit noctem. Diligenter animad



animaduertendum. Prius vidit lucem quod esset bona, & deinde diuidens lucem & tenebras, cōdigna singulis imposuit vocabula. Si literæ ordinem ita contexuisset, dixit deus, fiat lux, & facta est lux, diuisitque lucem & tenebras, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem, & vidit deus quod esset bonum, putarem tenebras siue noctem hic eo modo dici, quo in die quarto dictum est, fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, siue ut item inferius dicitur, lucem & tenebras, quorum utiq; diuisio bonū est, ut positus (iuxta Psalmistā) tenebris & facta nocte in ipsa perranseat omnes bestię syluę. Ortō autem sole exeat homo ad opus suū, nocturna refectus quiete. Nunc autem tenebras à laude boni seclufit. Primum enim (vt iam dictum est) dixit, quia vidit deus lucem quod esset bona, & deinde diuisit, & vtriusque nomina inuicem optata dedit, quia lucem diem, & tenebras noctem appellauit. Ergo istę tenebrę sunt eiusmodi, in quibus nihil intelligitur boni. Et quidem tenebrę, de quibus istam lucem splendescere iussit, bonum aliquod erant in prouidentia dei, quemadmodum lignum vel ferrum bonum est in manu periti artificis. Proinde & illas laudi suę ascribens. Ego, inquit, dominus, & non est amplius formans lucem, & creans tenebras. Etenim tenebras, de quibus splendesceret formata lux (vt iam dictum est) creasse, quę & ferebatur super faciem abyssi, bonum fuit: verum formatam iam lucē in tenebras reuertit, pessimum & apostaticum esse, nemo cui dubium sit. Igitur, ne lōgum faciamus disputationis circuitum, super appellatione diei & noctis, secundum spirituum naturam ocularum, quales soli tunc erant, accipi oportet diem & noctem, spirituales scilicet diem, & spirituales diem, videlicet bonorum angelorum pulchritudinem, & malorum horridam tetramque fœditatem, quibus nominibus res eadē nunc vsque spirituales viri appellat. Verbi gratia, Paulus cū dicit: Omnes vos filii lucis estis, & filii diei. Non sumus noctis & tenebrarum. Et multa ad hunc modum. Sed dicit aliquis: Hęc & huiusmodi per similitudines magis q̄ secundum rerum naturam dicta sunt, id est, non quod verē ciuitas illa cœlestis Hierusalem, cuius filii sumus, dies: aut quod illa ciuitas diaboli, cuius eramus quondam, verē nox sit, sed quod in illis quędam diei & noctis similitudo sit, & per metaphoram dicuntur, quęcunque scriptura loquitur in huiusmodi. Ad hęc, inquam: Non illa inuisibilia istorum visibilia, sed hęc visibilia illorum inuisibilia imagines & similitudines sunt. Non enim illa propter hęc, sed hęc propter illa facta sunt. Er in illis veritas, in istis vmbra, imō & vanitas est. Vidi (inquit Ecclesiastes) quę sūt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas. Verum quia apud sensus eorum, qui de illis inuisibilibus imbuuntur, ista priora sunt, & prius ab exulibus nobis cognoscuntur, quam illa prima nostra quam per didimus, iccirco illa istis similia dicuntur. vt lippientes oculi, quia cœlestium claritatem spectare nequeunt, imagines eorum in istis speculis contemplantur. Igitur lucem, id est, bonorum angelorum pulchritudinem, diem, & tenebras, id est, malorum squalorem spirituum deus (sicut iam dictum est) appellauit noctem.

Item, Quomodo appellationes illas deus posuerit. CAP. XIX.

Appellasse autem diem & noctem dicitur deus, non quia vel Hebraicę, vel Gręcę, vel Latine fuerit locutus, quippe, qui nec linguā, nec labia quę moueret habuit, nec enim est corporeus siue localis, sed quia sententiam cuique parti firmam posuit, quę vterius mutari nō possit. Hęc appellatio diei, stabilitamentum est felicitatis, firmamentum gratię & honoris, vt amplius lux illa, quę hoc nomen ex ore dei semel accepit, dieique vocari meruit, iam non possit in tenebras conuerti, iam non valeat amoueri à fonte luminis æterni. tunc apostatantibus spiritibus lucifugis, in luce stare maluit, & iccirco iam in æternum, lux decoris & pulchritudinis huius pro uecta est eo, vt perfecta sit ad similitudinem patris luminis, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudo obumbratio. E contra, noctis appellatio firma & stabilis est ex ore eiusdem incommutabilis dei semel prolata tenebrarum damnatio, vt quia venit illis pes super bñę, & de loco suo moti, sua iponte ceciderunt, & iniquitatem operati sunt, iam semel expulsi nō possunt stare inconuertibiles apostate. Quamuis quorundam hereticorum stulta compassio fuerit ausa promittere illis, necio quod tempus poenitentię. Grauisimē ergo dictum, sapienter est accipiendū, quia deus, qui non est homo vt mutetur, aut filius hominis vt mentiat, semel huiusmodi lucē diem, & huiusmodi tenebras appellauit noctem, & sic vtriusque sententiam posuit quę nō præteribit. Proinde de quiscumque cum illo sentit, dicat verē, quia lux illa dies est, & illę tenebrę nox. Hoc enim intuenti, multa elucescunt in scripturis. Verbi gratia, vt illud beati Iob: Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Noctem illam tenebrosius turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Quod idem esse clarer, ac si dixisset: Pereat ille, pereat, inquam, merito, vt verē perierit, id est, lux siue dies desinat esse diabolus, in quo secundum Adam natus sum, qui nō iam verē, sed simulatē dies, verē autem nox est, qui iam non computabitur in diebus anni, nec numerabitur in mensibus, quia videlicet semel obreuebratus, & nox effectus est, nulla vnq; mutatione, in pulchritudinem reformabitur illius lucis, quā deus laude dignā ducens diē appellauit. Tandē inferitur.

Cur

Cur non dictum sit, facta sunt tenebrę & nox dies primus, sed factum est vespere & mane dies vnus. CAP. XX.

Factumque est vespere & mane dies vnus. Notandum hic in primis est, quod non dixit, facta sunt tenebrę & lux dies vnus. Hoc bene & prudenter à scriptore sacro obseruatum est. Quę enim deus diuisit, quomodo coniungi, vel vnū quid efficere possint? Diuisit autē lucem & tenebras, appellauitque lucem diem, diem (inquam) totum & plenum absq; consortio tenebrarum. Bene ergo dictum est, facta sunt tenebrę & lux dies vnus, quia (sicut iam dictum est) quę deo diuidente separata sunt, sociari vel vnū quid efficere non possunt. Proinde quęrendum est, quod vespere, & quod mane factum sit, ex quibus sano intellectu, dies vnus valeat computari? Quod vt tandem expeditius fiat, primò illud sciendum est, quod certā ob causam non dictum sit, dies primus. Quid enim? Nunquid iste angelicę claritatis dies, quamuis pulcher, quāuis decorus, dies est primus? Minimē. Absit hoc. Nam longē minor est illo die sanctificato & benedicto, in quo requiescit deus, de quo in hoc libro post ceteros dies, ita scribitur: Istę generatio nes cœli & terrę, quando creatae sunt. In die quo creauit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq; herbam virentem priusquam germinaret. Quē enim putas hunc esse diem, in quo creatum est omne virgultum, & omnis herba priusquam oriretur, vel germinaret in terra, quem (inquam) vel quid putas esse hunc diem, nisi verbum illud, in quo omne quod factum est, vita erat, priusquam fieret? Bene ergo dictum est hic non primus, sed vnus dies, quia videlicet ille alius primus dies, imo & dierum dies est. Dicis ad hęc. Si ille est primus, cur iste non dictus est secundus? Videlicet quia dies ille non de ordine, nec de natura ceterorum dierum est, sed dierum originalis causa est, eorumque qui ex diebus ceteris creatorem cognoscentes glorificant, & gratias agunt, eorum (inquam) hic dies perpetua merces est, vt requiescant in eo, post laborem dierum istorum respirantes, & ideo rectē ceteris diebus in ordine nō suppositus, sed superpositus est. Sed de hoc plenius suo in loco dicemus. Nunc demum quia iam sensus patet, videamus quomodo factum est vespere & mane dies vnus. Profectò quando dixit deus fiat lux, vespere erat, quia sol dictionis huius in corde patris latebat, quia in verbo eius lux ista nondū in actū expolita, sed in meditatione illius solis abscondita vita erat. Quando autem facta est lux, tunc mane factum est, in quo & lucifer ille, qui cecidit ante diem, primus emicuit, & exinde dies plenus est, & in oculis omnium nostrum lucet. Omnes enim scimus, & ter rifico exemplo nobis est, diuisio lucis & tenebrarū quę illic facta est. Igitur factum est vespere & mane, vespere (inquam) & mane, non tenebrę & lux, & exinde perseuerat hic dies vnus.

Quis & qualis sit ille dies vnus. CAP. XXI.

Hic vnus dies causa originalis est, cur spiritus dei quiferebatur super aquas, vt fieret ista lux, rectē dicatur spiritus timoris domini. Ab hoc enim facto primū creatura deo subditā, didicit, quod creator verē timendus sit. Vnde & Psalmista: Initium, inquit, sapientię timor domini. Quare ergo, inquis, alius propheta timorem in vltimo constituit, dicendo: Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientię & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini? Videlicet quia ille, in quem hęc dicuntur, cum non tantum homo, sed & deus sit, licet secundum humanitatem sapientia, ætate, & gratia profecerit: attamen secundū id quod est & erat deus, nullum profectum habuit: sed cum esset ipsa sapiētia, de supernis suis ad ima nostra descendit. Verum creatura non solū humana, sed & angelica profecit, vt superius iam dictum est, restante Apostolo, & proficit, & profectuum eius initium est, habere timorem domini, quia initium sapientię timor domini. Et ab isto scilicet cognitionis eius initio, scilicet timoris, Gręcę dicitur θεός, quod nomen parçē detortum, Latine dicitur deus, eo quod iure timeatur. Quod in sua licet vanitate, tamen sciens quidam Ethnicorum, dixit: Primos in orbe deos fecit timor. Verum illos qui non erant timendī, stultus timor deos fecit appellari. creator autem quia solus iure est timendus, rationabili timore deus nuncupatur.

De eo quod dixit deus, fiat firmamentum. CAP. XXII.

Dixit quōque deus, fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentum, diuisitque aquas, quę erant sub firmamento, ab his quę erant super firmamentum. Et factum est ita. Nam confessionem & decorem indutus, iam intellectuāli (vt supra dictum est) amictus lumine sicut vestimento, magnificus dominus cœlorū continens thronos, & tremenda maiestate sedens super Cherubin, sociā terroris sui pietate intuitus est abyssos, & vt damna cœli repararet de profundis abyssi, vehementius operatus est, & sic opus suum incepit. Extendens cœlum sicut pellem, & regens aquis superiora eius, ponens nubem ascensum suū, & ambulans super pennas ventorum. Faciens autem angelos suos spiritus, & ministros suos ignē virentem. Hęc enim omnia secundū opus esse diei, Psalmista euidenter innuit, prorsus subiungens opus diei tertii: Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi,

seculi. Primum ergo, quid vel vnde sit firmamentum, propter simpliciores dicendum est. Firmamentum non solidum quid, aut durum, ut vulgò putatur, sed aer est extensus, & adeo subtilissimus, ut licet videri queat, rectius tamen spiritus dici possit, quam corpus, testante Ecclesiaste, cū dicit in luminaribus, quæ visibiliter in eo feruntur: Lustrans in circuitu pergit spiritus, & in circuitos suos reuertitur. Hoc itaque cum solidum non sit, sed neque ita corpulentum, ut hæc inferior pars aeris, alunde tamen scriptura illud nuncupauit firmamentum, videlicet eo quod diuidat aquas ab aquis.

**Q**uæ sint illæ aquæ super firmamentum. CAP. XXIII.  
Magnorum quòque & illustrium virorum, in hoc quòque capitulo scripta dissentiunt, videlicet in eo quod dictum est. Et diuidat aquas ab aquis, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant super firmamentum. Alii nanque, quod dictum est, qui regis aquas superiora eius, sic accipiunt, ut dicant, Superiora cœli iuxta Genesim ab aquis reguntur, aquas super firmamentum positas esse dicit, quas angelorum multitudines intelligimus, iuxta illud: Et aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini. Verum si hoc voluit citharædus, præceter ille laudum, deum laudans de cœlis, laudans eum in excelsis, cur dicitur, & aquæ quæ super cœlos sunt laudent nomen domini, præmisit, laudate eum omnes angeli eius? Vniuersaliter namque dicendo, laudate eum omnes, neminem angelorum eius excepit, & proinde superflue repetisset, dicendo: & aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini, si aquarum nomine, multitudines angelorum voluit intelligi. Item & in hymno trium puerorum, cum dicitur primò, benedicite angeli domini domino, & deinde, benedicite cœli domino, benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt domino, profectò nomine aquarum aliud quam angelos scriptura cogit intelligi. Præterea si aquarum nomine quæ sunt super firmamentum, intelligi oportet angelos, quomodo vel in quo huiusmodi aquæ, diuisæ sunt ab his quæ sunt sub firmamento? Nempe istæ sunt, de quibus postmodum dicit deus: Congregentur aquæ quæ sunt sub firmamento in locum vnum & appareat arida, &c. Quomodo ergo ab istis aquis angeli diuisi sunt? Denique ab illis potius, qui reprobii facti sunt, spiritibus diuisi sunt, utpote angeli lucis ab angelis tenebrarum, vnde iam dictum est in diuisione lucis, & earundem tenebrarum. Porro alii doctores, nomine aquarum quæ sunt super firmamentum, nihil aliud quam aquas simpliciter intelligi volunt. Eorum proculdubio sententiâ iustus atque tutius placet, videlicet ut à sacræ historiæ litera sensus non discrepet. Veruntamen non vique adeo consentimus, aquas esse super firmamentum, ut concedamus etiã congelatas esse, quod aliqui magis coniecturaliter quam rationaliter opinati sunt.

**Q**uæ vel qualis estimanda sit illarum aquarum species. CAP. XXIII.  
Vòd si à nobis quaeritur, in qua ergo specie aquæ illæ super firmamentum sunt, si congelatæ non sunt? Interrogemus eos: in qua specie fuerunt antequam fieret firmamentum? Verum hoc respondere nequeunt, quia chaos erat, & confusa moles, qualis ab humanis sensibus diiudicari non potest. Igitur criptam mundi huius exiguam, quam in medio abyssi magnæ, mirabilis artifex deus excavando fecit, in qua nati sumus, cum vix attendere possumus philosophando, quantum volumus, de circumstantiis aquarum natura vel specie taceamus, quia videlicet nec istis aquarum reliquiis, quæ postea speciem vel formam suam acceperunt, omnino similes probabiliter definire valeamus, nec aliquid fingere dignum arbitramur, ut verbi gratia congelatas esse (sicut iam dictum est) opinemur. Vnum hoc ut certum teneamus, cameram huius mundi positam esse in medio aquarum, quia videlicet firmamentum, quod quasi tectum eiusdem cameræ est, vndique ambiens autoritate sacræ scripturæ, factum est in medio aquarum. At enim, quia dicit deus: fiat firmamentum in medio aquarum. Ad quid? Et diuidat (inquit) aquas ab aquis. Quod ne parum similitatis haberet, semel dictum, iterum scriptura hoc ipsum repetiuit, dicens: Et fecit deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his quæ erant supra firmamentum. Itemque, quia in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum, addidit, & factum est ita. Hæc enim tria repetitio in singulis operibus dei secundum vespere & mane, & totum diem obseruatur, vnde iam dictum est, & adhuc dicendum est. Igitur quia spiritus dei, qui seiebat super aquas, spiritus pietatis est, hoc verè dignum se opus fecit, ut inopem fundum abyssi penetraret, & interiora ventris eius, tantis ornamentis illustraret, quorum nouissimū & optimum deus & homo Christus est, administrationem principatum & potestatum in cœlebus, ut eis paulatim sapientia eius multiformis innotesceret. Verè pius dominus post ruinam aedificatorum spirituum, adorantes dominationes, & trementes potestates, resocillate pietatis opere erudiuit ad veram humilitatis sapientiam, dum de interioribus abyssi, super cuius faciem erant tenebræ, regem & dominum ipsorum parans educere, talem hoc modo incepit fabricam. Hic ordo & nobis hodieque competit, ut omnis anima, prius timore, post amoris pietate compungatur. Etenim sic ut nos prius angimur timentes gehennam, & postea pro modulo nostro delectamur amantes æternam vitam, sic illi & prius in calu damnatorum angelorum, terribilem, & ex sublequen-

Deut. 10.  
Ephes. 1.

subsequentibus operibus dei cognouerunt amabilem. An parum hoc illis profecisse putas ad pietatem, quæ viderunt in tali firmamento suæ firmitatis similitudinem? Etenim sicut illæ aquæ quæ super firmamentum sunt, non delabuntur, & quæ sub firmamento sunt super illud non leuatur, sic nec illi beati spiritus ultra casuri, nec isti reprobi sunt amplius in statu proprii vili mutatione reuocandi.

**I**tem, de non impossibili aquarum positione, super firmamentum. CAP. XXV.  
Ta vehementer (ut supra dictum est) magnificatus est dominus deus noster, primū amictus luminis sicut vestimēto, deinde extendens cœlum sicut pellē, & reges aquas superiora eius. Et mirum quidē opus magnifici dei, quod aquarū molē, subterfusi sustinet firmamēti natura subtilis: Veritatem hæc ipsa admiratio ex presenti exemplo tolerabilior fit, ne illud cuius incredibile sit. Quid enim terrā grauissimā, de qua postmodū dicendum est, aliud sustinet, nisi vndiq; circumfusis aer, idem licet crassior, & aquæ partim circumfluētes. Hoc enim admirās Psalmista: Cōfitemini (inquit) domino qui facit mirabilia magna solus, qui fecit cœlos in intellectu, qui firmavit terrā super aquas.  
De eo quod scriptum est in psalmo memorato, qui ponis nubem ascensum tuum. CAP. XXVI.

**Q**uid verò est, quod vbi idē propheta dixit: qui regis aquas superiora eius, protinus adiungit: qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum, qui facis angelos tuos spiritus, & ministros tuos ignē vrentem? Etenim mysticè quidē prophetia est, de hoc ipso qui cœlum extendit magnificentissimò deo dei verbo, quia homo factus est & mortuus, post resurrectionem suam in cœlum ascendit. Tunc enim posuit nubem ascensum suum, & ambulauit super pennas ventorum, videntibus quippe apostolis suis, eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Verum hic nos literæ sensum quaerimus, ut certum historiæ fundamentum teneamus. Quid ergo est, qui ponis nubem ascensum tuum, & cetera. nisi quia diuersos sub eodem firmamento cœli huius, id est aeris, motus huic habitationi necessarios beneficio conditoris fieri, commendare debuit. Tunc enim ponit nubem ascensum suum, & iterum ambulat super pennas ventorum, quando ad temperandum cœli feruorem aquæ de mari, siue fluminibus, ita gurgitibus & paludibus exhalatæ glomerantur, actæque flabris ventorum iterum in terram per conueras pluuiæ guttas deferuntur. Hoc modo & planè ponit nubem ascensum suum, & ambulat super pennas ventorum, non quidem vagando in circumscripta eius substantia, sed cōperens auxiliū conferēdo, quādo vult & prout vult, ad regendū ea quæ cōdidit, prouidentia eius semper indiget. Hoc (inquit) modo facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignē vrentem. Et si rectè iuxta præsentis loci causam accipias, magnificentius dici non potest. Spiritus namque procellarū hic intelligendi sunt, qui tam certis effectibus faciunt verbum eius, & non magis aberrant à voluntate vel arbitrio eius, quam rationales spiritus, quos angelos, id est, nuncios dicimus. Proinde qui facit (inquit) angelos suos spiritus, & ministros suos ignē vrentem, id est, qui spiritibus tempestatū, siue procellarum pro angelis vel nunciis suis, & igne vrente pro ministris suis vtitur. Quod est alium sensum habere videtur, scilicet quod rationales angeli, secundum propriam vitam ipsorum, & secundum corpora sua ignis vrens fieri dicatur, ut quibuldam dubiè visum est, illud tamen verum & certum est, quia hæc quæ dicta sunt, sic domino mundi ministrant, ut cōsuetudine nunciandi, tēpora nobis nota fecerint, & perseverantia ministrandi illi nūc vsque creaturæ eius enutriant. Et notandū, quod non in præterito dixit, qui posuisti nubem ascensum tuum, qui ambulasti super pennas ventorum, qui fecisti angelos tuos spiritus: sicut postmodū ait, qui fundasti terrā super stabilitatem suam, & terminū posuisti aquis quæ non transgredient, & fecisti lunā & tēpora, & posuisti tenebras, & facta est nox, sed presenti tēpore dixit, qui ponis nubem ascensum tuum, qui ambulat super pennas ventorum, qui facis angelos tuos spiritus. Non enim de creaturæ alicuius cōstitutione hic agit, sed de accidēte motu creaturæ, scilicet cœli huius, quia videlicet spūs istius, vtriusque, non per se ipsi creaturæ, sed quia quidā anhelitus sufflatis naturæ vel creaturæ motus sunt. Quæ cū semper moueant eodē nutu creatoris, qui & firmamentū superius semper voluit, & inferius aquæ fluuiales semper labuntur, non tamen semper equaliter, vel cōstante motu, sed nunc animosius, nūc trāquillius agitur. Solutū firmamentū eadē semper & inuariabili celeritate voluitur, sicut cōtra, terra semper immobilis tenet, nisi quod singulis annis secundū superiorē speciem permutat. Media autē, scilicet aqua, & quæ terræ est proximus aer, nunc quidē segnius, nūc verò rapidius feruntur. A gente deo, cuius aspectus nullā in re publica sua naturam oculari patitur. Sunt autem omnes huiusmodi spiritus duodecim, quatuor principales, & octo laterales, bini singulis principibus, dextra leuaque adherentes, certis regionibus, & nominibus suis ex lōga consuetudine sui ministeriū multis, & maxime pelagi cursoribus, iam cogniti. Suntque in amplissima mundi huius domo, quasi magni patrisfamilias scopæ grandes, cunctas aeris corruptiones, suo quique tempore certatim euercentes.

**I**tem de igne vrente, tonitruo, ac fulmine. CAP. XXVII.  
Interdū etiā, si quādo ignis vrens, qui & ipse pro parte sua necessarius minister est, nimis impotens extiterit: non vnus, sed plures è diuerso insiliunt, & inter se obuersis viribus animosè

D

constrin-

constringunt. Fit fragor illis colluctantibus, quam tonitruum dicimus, & inter eos ignis coangu status dissipatur, ac per scintillas fulgurando desilit, aut etiā nimis exasperatus fulminando terrā ferit. Pavidū vulgus firmamentū confringi, vel cœlū ruere arbitrat. Ar illud secundū nomen suum firmiter stat, & nequaquā vlla tempestatis vi contingitur. Nam nec infimū lunæ circuli iste tumultus excedit. Rectē igitur præterito quidem tempore dictum est, quia fecit deus firmamentum, extendens illud sicut pellem. præsentī verō, qui ponit nubem ascensum suum, qui ambulat super pennas ventorum, qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem vrentem.

**V** De eo quod dictum est, *vocavitque firmamentum cœlum.* CAP. XXVIII.  
**Gen. 9.** Vocavitque deus firmamentum cœlum. ] Vbi vel quando vocavit deus firmamentū cœ-  
**Gen. 15.** lum? Et quidem quando ad Noe loquens: Ponam (inquit) arcum meum in nubibus cœli,  
 vel quod certius est, ad Abrahā: Suscipe (inquit) cœlū, & numera stellas si potes, non enim in quo  
 cunque cœlo, sed in firmamēto stellæ suspiciuntur, tunc sine dubio vocavit deus firmamentū cœ-  
**Gen. 2.** lū. Veruntamen quid hoc sibi vult, quod scriptor ipsum deū astruit firmamentū cœlū vocasse?  
 Non enim sine causa esse putandū est, quod de animantibus loquens quæ sine dubio præterit, ad-  
 duxit (inquit) ea ad Adā, ut videret quid vocaret ea. Omne enim quod vocavit Adā animæ vi-  
 uentis, ipsum est nomen eius. Lucis autē nomē, id est, diē, & tenebrarū, i. noctē, ipse deus posuit, de  
 quibus sanē dubium non est, quia præterire vel mutari non possunt. An & cœli & terræ perenni-  
 tatē ex eo scriptor idē innuit, quia deus firmamentū cœlū, & aridam terrā nominans, per seipsum  
 vocabula imposuit? Fortē dicis ad hæc: Cœlum quoque & terra transitura sunt. Ait enim idem  
**Matt. 24.** dominus: Cœlū & terra transibunt, verba autē mea non transibunt. Sed rursus alia scriptura di-  
 cit: Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Proinde est distinguen-  
**Ecclef. 1.** dum quod cœlū, aut quæ terra, siue quomodo transitura sit, quoniā vtrancū scripturā veram esse  
 oportet, scilicet & eā quæ dicit: Cœlū & terra transibunt, verba autē mea nō transibunt, & illā, quæ  
 ait: Terra autem in æternū stat. Petrus Apostolus cū dixisset in epistola sua, latet enim eos hoc vo-  
**1. Pet. 2.** lentes, quod cœli erāt prius, & terra de aqua, & per aquam consistens dei verbo, per quæ ille tunc  
 mundus aqua inundatus perit, ita subiunxit: Cœli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo re-  
 positi sunt, igni referuati in diem iudicii, & perditionis impiorum hominum. Pater sententiā, quia  
 illam terram & illos cœlos, qui diluuiō perierunt, & post diluuium repositi sunt, igni vltimo per-  
 dendos asseuerat. Cum itaque dicit dominus: Cœlū & terra transibunt, non substantiā terræ, sed  
 stantiam eius non perisse dicat apostolus, per quæ ille tunc mundus inundatus perit aqua: mul-  
**Psal. 101.** to magis nec pro eo quod dicit Psalmista: Initio tu domine terrā fundasti, & opera manuum tua-  
 rum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes: æstimandū est quod firmamentum periturū sit,  
 præsertim cum & tunc pereuntibus cœlis secundum quantitatem & speciem huius aeris, quos  
 aqua excrescens occupauit, firmamentum nihilominus steterit. Sunt autē cœli superiores, in fir-  
 mamento videlicet, per quos feruntur sol & luna, & præter hæc quinque stellæ quas dicitur planē-  
 tas, id est, erráticas, sed vtrū & ipsi sint perituri igne, an hi soli qui etiā diluuiō perierunt, disputa-  
 tio est aliquanto scrupulosior inter doctos. Veruntamen cum veritas dicat, tunc iusti fulgebunt  
**Matt. 13.** sicut sol in regno patris eorum, de resurrectione loquens mortuorum: quid ibi facient sol & luna  
 vbi quasi tot erunt soles, quot iustorum corpora? Nempe etsi supererunt, lucere non valebunt,  
**Apoc. 22.** tam multorum corporum claritate reuerberante lumen ipsorum. Sed & Iohannes dicit: Et nox  
 vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine solis. Proinde scrupulosa (vt iam di-  
 ctum est) inter doctos disceptatio est, vtrum & ipsa luminaria cum ipsis per quos feruntur cœlis,  
 siue circulis peritura sunt? Igitur eorum quibus nomina per semetipsum deus imposuit, & ipso-  
**Ibidem.** rum quibus homo vocabula dedit, hæc obseruanda distantia est: quia illa quidem, quamuis mu-  
 tata permanent, hæc autem transitoria sunt. De solo mari, pro eo quod dictum est in Apocalyp-  
 si, & mare iam non est, vtrum illo magno incendio, cum iudicabitur seculum per ignem, excice-  
 tur, an in melius commutetur, non facile quis dixerit. Potest tamen intelligi, quod de turbulento  
**Ibid. 20.** præsentī seculo dixerit, & mare iam non est, quia videlicet (vt supra) cum dicit: & mare reddidit  
 mortuos suos, sub eodem nomine hoc seculum intelligi oportet.

**Q** Item, quare vocavit firmamentum cœlum. CAP. XXIX.  
 Vare vocavit deus firmamentum cœlum, cū posset (vti faciendo cæperat) vocare firma-  
 mentum? Videlicet, quia firmamentum ad aliquid dicitur, & relatiuum nomen est. Om-  
 ne namque firmamentū alicuius firmamentū est. Et cum dicitur hoc firmamentū, oportet dici vel  
 subaudi, diuisionis aquarū, quia videlicet ad hoc illud deus fecit, vt diuideret aquas ab aquis.  
 Sed hoc vulgus nescit. Cœlum autem absolutum nomen est, etenim cum dixeris cœlum, cui-  
 us sit cœlum non opus est quærere, sicut cum dicitur, terra vel mare, non necesse habes quærere,  
 cuius terra vel cuius mare. Proinde quia cōmuni sermoni commodius est vno in eadē re vt vo-  
 cabulo, quā multis, rectē vocavit deus firmamentū cœlum, quia sic magis absolutum vocabulum  
 est cœ-

est cœlum, quā firmamentum, sicut homo & Adam magis absolutum est, quā creatura vel  
 figmentum. Cœlum autem a cernendo est dictum, congrua scilicet causa, quia videlicet oculos  
 habentium neminem latet. Vnde & Græcè vranos dicitur.

*Quod factum est vespere & mane dies secundus, & quid sit dies  
 secundus.* CAP. XXX.

**E**T factum est vespere & mane dies secundus. ] Dies iste reuelatio creatoris est, dies (inquam)  
 iste gentilium quoque oculis deum manifestauit. Inuisibilia enim eius (inquit Apostolus) a  
 creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, quorū hoc vnū vel maximū est,  
 per quod cum cognouissent deū, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt. Et factū est  
 (inquit) vespere & mane, quia videlicet non casu factū est, sed vespere, i. in illa occulta dei sapien-  
 tia dispositū, & factum est, priusquā in actum visibilē exiret, & mane factum est, videlicet vt quod  
 in occultis dei erat, in publicū per euidentē opus exiret, sicut iā de anteriori die dictū est. In hoc secū-  
 do die notandum est, quia secundum hebraicam veritatē, operis laudatio deest, quæ in cæteris di-  
 ebus appositā est. Et vidit deus quod esset bonū, sed in lxxx. additū est. Cur ita scriptori, imō spi-  
 ritui sancto, qui per illū scripsit, complacitū sit, meritō quærere solet. Ad quod primo respondendū  
 est, quia deest vnū quid totū esse, quod iure dicatur bene factū esse. At verō firmamentū vna qui-  
 dē & pulchra species est, veruntamen iuxta intentionē operantis vnū quid totum nō est. Quid, n.  
 intendebat ille architectus deus, cū dixit, fiat firmamētum in medio aquarū, & diuidat aquas ab  
 aquis? Hoc vtiq; vt faceret mundi huius amplā domum, pulchrā domum, cuius quasi rectū hoc  
 firmamentū est. Et sicut rectū domus pulchrū quidē opus esse potest, sed nōdum domus, nisi quā-  
 do fundamētō, & parietibus superpositum est, atque idē nō totum quid est: sic firmamentum pul-  
 chra quidē pars mundi, sed nōdum mūdus erat, anteq; terra & mare proprias haberēt species, qui-  
 bus firmamētum præemineret. Itaque iā laudare, iam dicere: vidit deus quod esset bonum, nimis festi-  
 num fuisse. Quare ergo, inquis, nō sicut hoc, ita distulit dicere & illud, factum est vespere & ma-  
 ne dies secundus? Cur vni mundo nō vnum tātum, sed duos ascripsit dies? Ad hæc inq;. Nūquid  
 duos tātum, & non etiā tres in cōpositione mundi digessit dies, secundum tres ipsius partes? Nēpe  
 antequam dixit, & tenebræ erāt super faciē abyssi. Quā videlicet abyssiū, cōfusam aquarū mul-  
 titudinē, & profunditatē oportet intelligi, & in hoc secūdo die dixit, quia diuisit deus aquas ab a-  
 quis. Nec hoc nec illud quod bonum esset deū vidisse dixit, donec tertio die dicat deus, congregē-  
 tur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida. Tunc enim dicitur est,  
 & vidit deus quod esset bonum. Adde quod ad eundem diem pertinet, quia cum dixisset: Ger-  
 minet terra herbam virentem, &c. subiunctum est, & vidit deus quod esset bonum. Et ecce sicut  
 tres mundi partes, & tres dies, sic nihilominus tria bona habes, formationem bonæ lucis, distin-  
 ctum opus mundi, plantationem paradisi. Et nota, quod cum sint bis terni dies, præter septimū,  
 qui est diei requies, tam tertius primorum, quā & tertius sequentium duplici bonitatis laude de-  
 corati sunt, vt sicut sunt septem dies, sic & septem sint bonitatis species, septiformē spiritum dei  
 mirabiliter ex semetipsis contestantes. Illius, i. tertii diei, nunc opus ingrediamur.

**D**e die tertio, & cur ibi dictū sit, *vidit deus quod esset bonum.* CAP. XXXI.  
 Dixit verō deus: Congregētur aquæ quæ sub firmamēto sunt in locum vnum, & appareat  
 arida, factumque est ita. Et vocavit deus aridā terrā, congregationēque aquarū appella-  
 uit maria. Et vidit deus quod esset bonum. ] Hinc tandem scriptor dei, imō & auditor trinitatis, tri-  
 bus partibus, i. cœlo, terra, & mari mundum habens explicitum tertia die, rectē & oportune di-  
 xit, quia vidit deus quod esset bonū. Notandū quippe super aquas ternariū potentie creatricis impe-  
 riū. Primo, tenebræ erant super abyssiū in principio creatā, & non dictū est quod esset bonum, de-  
 inde interposito firmamento diuisæ sunt aquæ, neque tunc dictum est quod esset bonum, ter-  
 tiō congregatæ sunt aquæ in locum vnum, & ita apparente arida, dictum est, quia vidit deus  
 quod esset bonum. Hoc enim verē bonum est, quia trinitati gratiæ suæ thesauros sub aby-  
 sso quæriti, opus efficacissimū est. Sed iā nunc ipsa pericrutatis abyssiū verba perscrutemur. Con-  
 gregētur (inquit) aquæ quæ sunt sub firmamēto in locum vnū, & appareat arida. A quæ profectō  
 quæ sub firmamēto sunt, reliquæ, vel pars aquarū sunt, quæ sunt super firmamētum. Sic, n. dictū  
 est, fiat firmamētum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, &c. Ergo diuisio aquarum, de  
 qua supra dictum est, simpliciter siue literaliter accipi debet. i. nō ea quā dicunt philolophi diuisi-  
 onem vocis, in plures significationes: sed ea quam dicunt totius in partes diuisionem.

**Q**uomodo dictum sit, *congregentur aquæ in locū vnum.* CAP. XXXII.  
 Congregentur (inquit) aquæ in locum vnum. Quomodo congregentur dixit in locum v-  
 num, cum vna non sit congregatio aquarum? Nec enim sic dictum est, congregatio quæ a-  
 quarū appellauit maria, sed cōgregationē quæ aquarum appellauit maria. Quo modo ergo con-  
 gregētur dixit in locū vnum, nisi ac si diceret, secedāt hinc & hinc aquæ, & confluent seorsum &  
 seorsum, nullumque operi proposito faciant impedimentum? Quo, n. tendebat summa artificis  
 D ii industria

industria, nisi ad hoc quod ait, & appareat arida. Aridam querebat iam dudum latentem in profundo abyssi, antequam diuideret & aquas ab aquis, quam solus ibi esse nouerat, qui solus creauerat. Querebat (inquam) aridam, magni & pulcherrimi operis materiam, quod apud se pertractabat mirò & ineffabili confitio, de infima & ignobili massa cœli sui superioris aurea perornaturus pallacia. Hac ergo inuenta, vidit deus quod esset bonū, vidit inq̄, nec suus eum visus fefellit. Nā sicut tunc vidit, ita nunc factum est, quia videlicet de arida veritas orta est, quæ ortum in cœlo superaret. Et vocauit inquit deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Iam superius dictum est, quā virtutem innuat positio diuinæ vocationis, videlicet: quod earū substantiam quibus nomina per semetipsum deus imposuit, transitoriam non facile quis dicere possit. Et terram quidem secundum naturam quam condidit ipse, constat esse aridam. Etenim reuera naturaliter arida est, & nisi ex humoris temperamento solidaretur, puluis esset, omnique v̄to leuiter cederet. Proinde sicut aliunde iuuatur, & nunquam omnino in sua inopia relinquitur, recte illi nomen quoque muratum est, vt iam non arida, sed terra vocetur. Item & quod iam consuetudinaliter mare dicitur, naturaliter congregationes aquarum est.

Item de congregatione aquarum, & de arida, & de eo quod dictum est in eodem

psalmo, Qui fundasti terram s. s. s. CAP. XXXIII.

**H**oc mirabiliter dixit mirabilis deus, hoc imperium protulit æterni verbi genitor. Hoc dixit antiqua & secreta atque incomprehensibili dictione, & ita factum est. Et hoc admirans inclinat in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum amictus eius super montes stabunt atque. Ab increpatione tua fugient, a voce tonitruu tui formidabunt. Ascendunt montes & descendunt cāpi in locum quē fundasti eis. Terminum posuisti, quem non transgredietur, neque conuertentur operire terrā. Quid mirabilius dici potuit, eo quod ait: qui fundasti terrā super stabilitatē suā. Sed & huic simile est, quod in alio psalmo, dñi confessionis huic diuinæ bonitati decantat, dicens: qui fecit cœlos in intellectu, statim subitūxit, qui firmavit terrā super aquas. Quid, n. mirabilis us dictū est, qui fundasti terrā super stabilitatē suā, an qui firmavit terrā super aquas? Imo cū vocibus hæc diuersa sint, sensibus æquipollētia sunt: quis, n. nesciat, nō terrā aquis, sed aquas terra sustineri? Vndique aquis orbis terræ cinctus est, vndiq; circūfuso aere vallatus est. Quod si antipodes nostris sub terra obuersi pedibus essent, vt gentiliū philosophi opinati sunt, non magis illis timēdū foret, ne caderent deorsum, q̄ nobis pauendū est, ne ruamus in cœlū. Omnia nanque pōdera, in terrā suo nisu feruntur, & vndique à terra aquæ supportantur. Quid ergo dictū est, qui firmavit terrā super aquas, nisi ac si diceretur, qui firmavit terrā, nullū habentē fulcimentū, nisi ipsas quas portat ipsa aquas? Ergo firmavit terrā super semetipsam, ergo fundauit terrā super stabilitatē suam. Verūm scioli huius mundi philosophi hoc ipsum sciētēs, scilicet terrā quasi centrū super inane pendere in medio mēdi, olim irridebant sacrā scripturā quasi de imperitiā & sensu pererili, quod terrā super aquas firmatā esse dixerit, cū potius admirari vera sapiētia & philosophia sit, q̄ super nihili nisi super humidū aerem grauē terrā creatoris imperitiū firmiter atque immobiliter stabilierit. Iam vero cū de cōgregatione aquarū dicit, Abyssus sicut vestimentū amictus eius, super montes stabunt aquæ, ab increpatione tua fugient, a voce tonitruu tui formidabūt fortitudinē verbi, maiestātē imperii, per quod illud factū est, quātum potuit homo conuenienter cū figura, quæ metaphora dicitur, expressit. Nunquid, n. aquæ animatæ sunt, aut sensibiles, vt diceret ab increpatione tua fugiēt, a voce tonitruu tui formidabūt? Simulque notandū, q̄ dum rē amplificare vel exornare nititur, sapiens quidē, sed pro rei quātitate infantulus, solacii mo quoq; v̄sus est, pro tēpore præterito ponens futurū, fugient & formidabūt, pro eo vt diceret, fugerunt & formidauerūt. Quod tandē ait, terminū posuisti, quē non transgredientur, neque cōuertentur operire terrā, hoc ita verū est, vt nec in diluuiō terminū suum mare transgressum fuerit, quo terrā operiret. Sed rupti sunt (inq̄ scriptura) omnes fontes abyssi magnæ, & cataractę cœli apertę sunt, facta que est pluuia super terrā xl. diebus, & xl. noctibus. Quanto magis terminū suum maria nō non transgredient, postq̄ per semetipsum iurauit dominus, dicens: Non adiciā vltra aquas diluuii super terras, ponā arcum mēū in nubibus cœli, & recordabor foederis mei, vt nō perdā aquis diluuii omnem carnē. Igitur mirabiles quidē elationes maris, sed mirabilis in alcis dominus, qui circūdedit illud terminis suis, posuitque v̄ctē & ostia, & dixit: Hucusque venies & hic confringes tumētēs fluctus tuos. Commoueat mare, & plenitudo eius, quoniā ita expedit, aliter enim non valerent putentes aquę eius, nec aptæ essent alendis piscibus, præsidem suum hominem pascentibus. Commoueat (inq̄) nunc ventorum impulsu, nunc naturali accessu vel recessu, sic aquæ vegetentur, quæ in ocio vel quiete morerentur. Turam quippe reddidit deus aridam, quod positum sibi terminum non transgredientur, neque conuertentur operire terram.

Quid opus fuerit arida, vt ascenderent montes, & descenderent campi.

CAPVT XXXIII.

Porro

**P**orro, quid opus erat eidem aridæ, id est, terræ, vt ascenderent montes, & descenderent campi, in locum inquit, quem fundasti eis? Hic planè illud sciendum est, quia si terra æqualis v̄bique iaceret, non leuior quàm in mari ventorum tempestas in ea regnaret. Nam soler & Psal. 103 nunc in locis illis, qui montibus carent, videlicet maxime in Libia, tempestas, non minus quàm in pelago turbare foris deprehensos quoscunque tam pedites quàm equo sedentes. Etenim vbi per loca æqualia & nuda gignentium, ventus coortus arenam humo excitauit, magna vi agitata, ora oculosque implet, & ita profectum incessumque impedit, vt in nullo mari maius naufragium. Quid si nulli vsquam montes ascendissent, si cuncta in planum terra descendisset? Si vbi paululum ventis currere licet, rantes vires breui colligunt, quid possent, si nullum in toto mundo haberent repagulū? Ergo nec istud magnifici dei laudibus deesse debuit, quod ascēdunt montes, & descendunt cāpi in locū quem ille fundauit eis, fundauit inq̄, videlicet vt neq; montes semel ascendere iussu descendat, neq; cāpi semel deprelli consurgant. Cū ita terræ fundator abyssum, quæ sicut vestimentū amictus eius erat, dispulit, eadē ipse potentia competens aquarū subsidiū per intimas eius venas large diffudit: Non enim sic ab increpatione eius aquæ fugerunt, & congregatæ sunt in locū vnum, vt hæc apparens sic de vtero abyssi proticeretur, tanq̄ abortiuū. Sed indefinenter trahens aquas in omnes venas copiosam fugit abyssū mammā, & ascendentem per nubes, rursusq; labentem temporaneā & serotinam accipit de cœlo pluuiā. Alitur intrinsecus dulciscētibus aquis rigatur extrinsecus de superioribus suis. Itē scaten fontes, fluūt amnes. Quod iridē laudans Psalmista: Qui emittis (inquit) fontes in conuallibus, intermediū montiū pertranstunt aquæ. Proinde & Ecclesiastes aquarum fluentiū originem considerans: Omnia (inquit) flumina intrant mare, & mare non redundat. Quare? Videlicet, quia non influit illuc, nisi quod exinde prædictis modis sumitur. Sed ita super terram emissum verbi potentis audiamus imperium.

De eo quod dictum est, germinet terra herbam virentem & de cuiusq; dictionis triplicatione. CAP. XXXV.

**G**erminet terra herbam virentem & afferentem semen, & lignum pomiferum facies fructū iuxta genus suū, cuius semen in semetipso sit super terrā. Factumque est ita. Et protulit terra herbam virentem, & afferentem semē iuxta genus suū, lignumque faciens fructū, & habēs v̄nū quodq; semen secundū speciem suā. Et vidit deus quod esset bonū. Factūq; est vespere & mane dies tertius. Quia creatricis trinitatis hæc sunt opera, benè testimoniū suū sancta scriptura vbiq; triplicat. Tria nēpe dicta sunt, imò rer vñū idēq; dictū est. Dixit deus, cuius dixisse fecisse est. Factūq; est ita, & protulit terra. Et primū quidē secundū vespere est. i. verbi dei secretū, in q̄ vita erat: quicquid mane. i. substantiali rerū pductione: factūq; est aliud secundū hoc ipsum mane, tertū secundū diē continuū quomodocūque perseuerātis creaturę. Hoc in cōctis sex diebus operibus inuenies. Dixit deus, fiat luminaria, & factū est ita, & fecit deus duo luminaria magna. Itē, pducāt aquę reptilia, creauitque deus cere gradā, Benedixitque illis deus, &c. Sed in creatione lucis dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & diuisit lucē & tenebras. Vbiq; tria cōsonāt testimoniū verba, quia tota vbi que vespere & mane & toto diē creatrix operatur trinitas. Et hæc est sanctę ac iustę legis originālis causa, qua scriptor idem sanxit, vt testibus plus q̄ tribus nulla iudicialis indigeat causa.

Item de herba virente, & herba semen afferente, de ligno pomifero, & de ligno, cuius solum semen est in semetipso. CAP. XXXVI.

**G**erminet (inquit) terra herbā virentem, &c. Omnis herba & omne lignū primò bifariam diuiditur. Est enim herba solummodo virens, vt fœnum quod producit terra iumentis. Et est herba semen suū afferens, vt triticum vel apū, cæteręque species quas producit seruituti hominū. Item, est lignū nullum afferens fructū, sed solum semen suū, vt fagus aut ilex, cætera que ligna campi, & cedri, libani, vbi iuxta Psalmistā, passerēs nidificant, quæ arbores nequaquā proprie dici possunt. Et est lignū pomiferū quod arborem dicimus, vt malus siue pyrus, vel quodcūq; tale afferens fructum, & in fructu semen iuxta genus suū. Horum omnino nil dei præceptū omittit, in hac scriptura. Non enim dixit solummodo herbam afferentem semen, sed & præmisit quod vniuersalius est herbam virentem. Item, non dixit solummodo, & produxit terra lignum pomiferum & faciens fructum, sed addidit, & afferens semen vnumquodque in genere suo.

De plantatione paradisi, & de eo quod dictum est, qui vinit in æternum, creauit omnia simul. CAP. XXXVII

**A** hoc ornatus terræ principio plantauerat dominus deus (vt inferius scriptum est) paradisum voluptatis, in quo formatū hominem posuit, plantauerat (inq̄) non surculos aliūde petēs, sed huius præcepti sui vim semel infigēs, vndē natura vel virtus germinādī terrę innata est. Cuius plātationis, quia mētio nō se obrulit, quis suo loco plenius debeat dici, ita nūc tamē quærendum est ab eis qui omnem creationem repentīnam, & commixtam fuisse volunt, quomodo accipiant

D. iij

accipiant

Gen. 2. accipiant illud quod dictum est: Plantauerat paradysum voluptatis à principio. Nam propter illud quod alibi scriptum est: Qui viuit in æternum, creauit omnia simul, voluit repente & absque vllis profectibus herbam maturam, & ligna robusta, cum pomis & seminibus suis constituisse, simul luminaria in firmamento, simul reptilia maris, & volatilia cœli efferbuisse, simul nihilominus animantia terræ & ipsum hominem subito obambulasse in pedes. Hoc plane à ratione dissentit, nec huiusmodi sensum præsentis lectionis textus admittit. Nam à principio iam dictum est, quia plantauerat dominus deus paradysum voluptatis, & homo non erat qui operaretur terram, sed fons ascendebar de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Cæterum & illud: Qui viuit in æternum creauit omnia simul, quomodo accipiendum sit, saluo ordine lectionis huius, oportuimus dicemus, cum ad illam creationis conclusionem venerimus, qua sic dicitur: Istæ generationes cœli & terræ quando creatæ sunt, &c. Nunc illud dicendum fuit, quod ab hoc ornatus terræ principio paradysum deliciarum plantauit dominus deus, quia profectio in eius plantatione longè gloriosius effusus est hoc domini gratiosum imperium dicentis germinet terra herbam virentem, & afferentem semen, lignumque pomiferum, quam in isto penurioso humani generis exilio, vbi terra homini laboranti in sudore vultus sui peræpe non dat fructus suos. Nam in illo delizioso terræ loco, & cœlis proximo, salubria cuncta sunt herbarum siue lignorum semina: in hac autem terra, de qua sumpsit & in quam propter peccatum reiectus est homo, plerumque nascitur eidem homini noxia. Nec mirum, maledicta enim (inquit) terra in opere tuo, cum operatus fueris eam non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Si maledictionis est, spinas & tribulos germinare pungentes: quanto magis à maledicto est, afferre herbas & succos occidentes? Nonne vnde est homini superfluam & ad benedictionem, quæ in paradiso data est, non pertinentem gignere sobolem, dicente mulieri domino, multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos: inde & terræ eius accidisse credendum est, vt diffundat humores varios & noxios non pertinentes ad hæc benedictionis verba, germinet terra herbam virentem: &c.

Item de eo quod dictum est, vnumquodque iuxta genus suum, & consubstantialiorem esse deo patri filium. CAP. XXXVIII.

Elaiç 40. **Q**uis in his & in huiusmodi adiuuit spiritum domini, aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Quis (inquam) ostendit illi, vel quo instructus fuit ab exemplari, mandare terræ, vt afferret herbam, lignumque vnumquodque cum semine generis sui? Querimus hoc à iudeis, pariterque ab hereticis, quicumque impio sensu deum patrem omnino sterilem esse volunt, negantes eum consubstantiali sibi protulisse verbum, non credentes eum coæqualem sibi genuisse filium. Vos iudei, nullum, vos Arriani dissimilem dicitis illum habere filium. Vnde ergo non solum animantibus, sed etiam herbis terræ dedit habere singulis in semetipsis semen generis sui, si in semetipso nihil talis naturæ vel vigoris habuit? Sitis igitur vos foenum, quod Behemoth, id est animal, scilicet diabolus sicut bos comedat: sitis (inquam) sicut ligna sylvarum, quæ fructum non ferunt, ad nihil vtilia, nisi vt excidantur, & in ignem mittantur, quicumque deum creatorem omnium, aut nullum, aut dissimilem sibi genuisse blasphemantes dicitis filium. Natura nanque dei, neque sterilis est, qui creaturæ suæ fertilitatem dedit: neque genitura eius degenerauit, vt gigneret aliud deus quam deum, qui dixit & factum est, vt vnumquodque lignorum siue herbarum afferret in semetipso semen non aliud, quam secundum genus suum.

Item, de die tertio. CAP. XXXIX.

**I**n hoc die tertio species illa diuinæ bonitatis fulget, vnde sanctus septiformis spiritus tertio loco ascendentibus, post timorem & pietatem, spiritus scientiæ nuncupatur. Pulcherrimæ namque scientiæ est, quod illum paradysum deliciarum talis ac tantus plantauit hortulanus, scientiæ (inquam) cuius spe inflatus est homo, dicente sibi diabolo, comedite & eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Indignabatur enim miser, inspiratus à diabolo, quod alienum hortum sub alieno custodierit imperio, aliquo sibi lignorum interdito, & ideo tanquam medicinam caprabat, vt haberet & ipse scientiam plantandi sibi paradysos. Sed de hoc aliis. Planè & in cæteris septem dierum operibus absque scientiâ nihil operatus est deus. Veruntamen secundum proprias distinctiones, singula de singulis potentie septiformis vocabula magis proprie sumpta sunt. Vt ubi gratia: Pisces quoque maris scientissimè fecit, & volatilia cœli. Verum in istorum natura iam illa creatricis potentie virtus cognoscitur, quæ spiritus consilii nuncupatur. Habent enim naturale quoddam mutui amoris consilium, quo concilientur inuicem qui consociet masculi & feminam, & amantes conueniant, vt pariter nidificent, vt foetus alant. Sic & in singulis cæterorum dierum operibus, præter scientiam dei, aliud magis proprie consideratur & prædicatur. At vero ex opere huius tertii diei, nihil melius quam multiplex prædicatur scientia dei, quia videlicet præter suum esse nihil adhuc operantur extrinsecus, nisi quod significant tantam scientiam plantatoris. Factum est igitur vespere & mane dies tertius, sicut supra dictum est. Hoc opus scientiæ dei subsequitur aliud opus cum euidentiâ magnæ fortitudinis.

De die

**D**e die quarto, de luminariibus, & virtute maioris luminaris. CAP. XL.

**D**ixit autem deus, fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti. Hoc plane dixit & fecit deus in spiritu fortitudinis. Nam vt raceam de luna & stellis, quarum potetias penè soli vt cunque nouerunt Physici, de sole quis rusticola nescit, quod sine illo factura mundi, non solum infirma & egena, sed & nulli viuentium sit habitabilis? Cum ab hac regione habitabili paulo longius abest, nulli lignorum siue herbarum semini telus idonea est. Pigrescunt arua, constringuntur flumina, frondiflua moriuntur nemora, piger ad focos agricola damnosa ducit ocia. Quid si idem sol diutius in longinquo abisteret, aut omnino nullus esset? Proinde cum propius ascensu suo nos visitans, aruorum duritiam radiis inualescentibus effringere coeperit, comparatur ariet. Cumque altius ascendens boum labores apparere fecerit, tauro dicitur similis. & cum segetes maturas, vrgente desuper calore, solidauerit, comparatur leoni.

Item de eodem, & quod ante illud paradysus deliciarum floruerit, & quod illa sit terra promissionis. CAP. XLI.

**H**ic iam prætereundum non est, quod de hoc magno præfide huius cœli eleganter prædicare solent physici, quod sit fons ignis ætherei, cor cœli siue mens, & temperatio mundi, Nam quod mundum verè temperet, inquit, ratio in aperto est. Ita enim non solum terram, sed ipsum quoque cœlum temperari sole certissimum est, vt extremitates eius, quæ à via solis longissimè recesserunt, omni careant beneficio caloris, & vna frigoris perpetuitate torpescant. Hanc eorum rationem contemnere difficile est. Nam hoc ipsum Psalmista tetigisse videtur, cū dicit: Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus. Desertos quippe montes australi atque boreali polo subiacentes terras appellat, ob longinquitatem solis perpetuo gelu rigentes, quos inter mediamque zonam, quam perustam vocant, duas aiunt esse, hinc frigore, hinc calore temperatas, vt sint habitabiles. Quaritur itaque, qualiter ante factum solem germinaret terra lignum pomiferum, herbamque virentem, & afferentem semen: cum & nunc tamdiu, sole in cœlo flammante prædictæ partes perpetuo frigore steriles permaneant propter hoc solum, quod ab eo longius remotæ sint. Ad quod ecclesiasticis auribus facile responderetur, quia quod notum vel creditum non fuit curiosis illis mundanæ creaturæ scrutatoribus, paradysus ille, quem plantauit dominus deus à principio, dicendo: germinet terra herbam virentem, & afferentem semen, lignumque pomiferum, &c. Hoc enim principium fuit omnium quæ in mundo nasci iussa sunt, paradysus inquam ille, quem hac verbi sui dictione plantauit dominus deus, paradysus voluptatis est, paradysus deliciarum est, alterius cœli, alterius temperiei, non vicibus subiacens ætatis & hyemis, aut veris & autumnii, sed perpetuæ voluptatis & permanentium deliciarum paradysus est, semper floridus, semper lucidus, sempiterna suauitate, visu delectabilis ac gustu. Cuius perpetuas delicias hic idem scriptor sub nomine illius terræ repromissionis, ad quam rudem dominus introducebat populum, ita gratiosus descriptionibus commendat. Dominus enim deus tuus in trodudet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumque & fontium, in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi, terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogra nata, & oliueta nascuntur, terram olei & mellis, &c. Item terra enim quam ingredieris posside- dam, non est sicut terra Aegypti, de qua existi, vbi iacto semine in hortorum morem aquæ ductur irriguæ, sed montuosa est & campestris, de cœlo expectans pluuias, quam dominus deus tuus semper inuisit, & oculi illius in ea sunt à principio anni, vsque ad finem eius. Hæc iccirco nunc dicta sunt, vt certum sit ante hunc solem germinasse terram ad præceptum domini, quia videlicet terra illa, cuius plenitudo tantis non potest exprimi descriptionibus vmbaticis, non indiget vt reflorescat vilicatione solis, quam semper inuisit dominus deus, in qua sunt oculi illius à principio anni vsque ad finem eius. Sed iam potestatem eiusdem solis ac lunæ, secundum ipsa creatoris verba contemplemur.

Item de luminariibus & eorum magnitudinibus. CAP. XLII.

**F**iant (inquit) luminaria in firmamento cœli, &c. Luminaria solem & lunam dixit. Sic enim sequitur: [Et fecit deus duo luminaria magna, luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti.] Vtraque luminaria magna sunt relatione stellarum, quæ vtrique minoris potentie sunt, ad alterutrum autem relatione vel comparatione facta, luminare maius sol, & luminare minus est luna. Nam sicut curiosi huius mundi philosophi inuestigauerunt, terra quidem maior quam luna est, sed terræ magnitudine sol qui præ altitudine circuli sui, nostrorumque paruitatem oculorum, quasi paruus conspicitur, octies (inquit) est maior. Amplius autem ex eo sol luminare maius est, quam luna, quia lucet luce propria, nam luna relucet ab illo, luce scilicet non sua, sed aliena. Solis enim lumen in corpus lunæ infunditur, & inde resplendescens

D iiii solam

folam refundit claritatē nō calorem, sicut & speculum cum splendorem, de se vī oppositi eminus ignis emittit, folam ignis similitudinem, carentem sensu caloris ostendit. Alii tamen dicunt eam proprium lumen habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurū esse, dum que mouetur in circulo suo, partem eandem qua lucet paulatim ad nos conuertit, vt videri à nobis possit, & ideo prius quali cornicularam apparere. Vt aliter opinio vera sit, maius quidē luminare est sol, tam orbis sui quantitate, quam luminis, sed hæc duo luminaria magna sunt, vide licet comparatione stellarum, quæ longē minus illuminant mundum, & minoris potestatis sunt.

*De luminariū atq; stellarum diuersa positione in firmamento. CAP. XLIII.*

**S**ciendum verò, quòd licet cum dixisset: Fiant luminaria: subiunxit, in firmamento cœli, pariterque de stellis, & posuit eas in firmamento cœli: quamuis non diuersa sit dictio: diuersa tamen horum loci positio. Nam quòd astronomici melius experti sunt, stellæ quidem omnes præter quinque planetas, id est, erraticas, & præter hæc duo luminaria magna, in firmamento fixæ sunt, & cum firmamento feruntur. Siquidem luminaria hæc, & stellæ quinque (vt prædictū est) quas idolorum suorum nominibus sacrauerunt, scilicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris, atque Mercurii, circos habent proprios, qui contrario motu feruntur, voluntur enim contra firmamentum. Horum aliorum circos Saturni, inferior Lunæ circulus habetur. Bene inquit, fiant luminaria in firmamento cœli, id est, vniūquodque in sui firmamento cœli. Dicuntur enim & istorū luminariū & cæterorum planetarum circuli cœli qui laudant dominum, iuxta Psalmistam dicentem: Laudate eum cœli cœlorum, id est, cœli, vel circi maiores, minorum complexui circulo rum. Non enim parua materia diuinæ laudis est firmamentum, cuius eorum quem nunq̄ excedunt, incessanter currendo, seque in circulos suos reflectendo motu duplici, videlicet motu superioris firmamenti, quod dicunt aplanen, & motu proprio, quo contra ipsum iugiter feruntur. Vtrumque motum Ecclesiastes de sole loquens, exprimit his verbis: Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique renascens girat ad austrum, & flectitur ad aquilonem. Lufrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Hoc idem de Luna & cæteris est sentiendum, quæ quanto maiores vel minores circulos habent, tãto plus vel minus temporis gy rando & regy rando expendunt.

*De diuisione diei & noctis, & potestate luminariū. CAP. XLIIII.*

**A**d quid fiant hæc luminaria? [Et diuidant (inquit) diem & noctem, &c.] Hæc præcipua causa est cur facta sint luminaria. Vnde & tertio repetitur, cum dicitur: Luminare maius vt præesset diei, & luminare minus vt præesset nocti. Itaque postmodum, vt lucerent (inquit) super terram, & diuiderent lucem & tenebras. Si iam ante per se ipsum diuiserant lucem & tenebras, quid necesse erat vt luminaria diuiderent diem & noctem siue lucem & tenebras? Imò, quomodo diuiderent, quòd iam deus diuiserant, & nemo rursus confuderat. Ergo illic de intellectu ali luce, & spiritalibus tenebris dictum est, nam hic de corporeæ visionis luce & tenebris sermo est. Et has quidem tenebras, deus bene posuit quippe cuius positione & præcepto, quòd non præteribit, sol deorsum descendit, & tunc ex umbra terræ superius hemisphærium tenebre fecit & nox fit, vt in ipsa pertranseant omnes bestię syluæ, catuli leonum rugientes, vt rapiant, & quæ rant à deo escam sibi vt orto sole congregentur in cubilibus suis, exeat autem homo ad opus suū, & ad operationem suam vsque ad vespeream. Bene (inquam) hoc inter ea, quæ valde magnifica sunt, opera tua domine in sapientia fecisti. Proinde has tenebras scriptor præmisit, vt diuiderent in lucem & tenebras, ac deinde subintulit, & vidit deus quòd esset bonum. Illas autem tenebras à laude boni seclusit prius dicendo, & vidit deus lucem quòd esset bona, & tunc de mum, diuisit (inquit) lucem & tenebras. Diuidant (inquit) diem & noctem, ita videlicet vt luminare maius præsit diei, & luminare minus præsit nocti. Hoc & Psalmista conscribens in confessionibus domini: Confitemini (inquit) domino, qui fecit luminaria magna, solem in potestatem diei, lunam & stellas in potestatem noctis. Et in Psalmo superius memorato: Fecit (inquit) lunam in tempora, sol cognouit occasum suum. Itaque si quæras quomodo luminare maius præsit diei, occidendo videlicet præest & renascendo. Nam sol cognouit occasum suum, quòd metaphorice dictum est, videlicet quòd ita certo tempore occidat, & tanquam sciens, quid agat, certa nihilo minus hora reuertatur ad ortum & secundum eundem occasum certis ex causis nunc citiorem, nunc tardiorē alternatim variatur longitudo breuitasque dierum. Nam altius ad aquilonem progrediendo, quia nobis tardius occumbit, diem producit. Rursusque ad Austrum descendendo, quia nobis citius absconditur, diem breuiorem efficit. Non enim aliunde dies, nisi quia sol super terram est, sicut e contra nox non aliunde, nisi quia sole sub terram demisso, umbra terræ soli obiecta super nos exaltata est. Et si antequam solis globus horizonti emergat, mane lucet illustratus aer, & dies est, hoc de vicinia solis fit, sicut e contra vespere cum iam nobis absconditus fuerit, non continuò, sed paulatim disparet, quæ super sunt reliquæ luminis. Ita luminare maius præest diei semper, Luna verò temporaliter præest nocti. Vnde & pulchre Psalmista: Fecit, inquit, lunam

lunam in tempora. Non enim cunctis noctibus vel toti nocti præest, sed pluribus noctibus, & plurimæ parti noctis deest. Crescit quippe temporaliter, decrevit nihilominus temporaliter. Item & aliter hic diei, atque aliter illa præest nocti. Hic enim præest diei, quia de seipso diem efficit: illa præest nocti, quia tenebras eius aliquantulum superat, præsidio mutuari à sole luminis. Igitur diuidant diem & noctem, inquit, scilicet vt ille omnem diem suo lumine efficiat. Hæc aliquas noctes, vel aliquantulum noctis illufret.

*De eo quod dictum est, & sint in signa & tempora, & dies & annos.*

*CAPVT XLV.*

**E**t sint, inquit, in signa & tempora, & dies & annos. Quatuor dicta sunt, signa, tempora, dies, & annos. Horum tria, scilicet signa, tempora, & dies, ad solem pertinet, quia videlicet ex ipso percipiuntur, maximè horarum signa, quas cū obseruet rusticana quoque plebecula, magis ad seruendum deo religiosa considerat Christi ecclesia, & secundum ipsum variantur veris, æstatis, atque autumnii, & hyemis tempora. Porro, quòd in dies hoc luminare sit, omnium palam subiectum est oculis. Per singulos nanque ortus suos, singulos dies efficit. Porro lunæ deputantur anni, cum suis partibus, id est mensibus duodenis. Hebræi nanque (quibus data, vel à quibus profecta est hæc scriptura ad nos) solos nouerit lunares menses & annos. Est autem mensis vnginti nouem dierum ac semissis. Annus autem, siquidem communis, id est, duodecim mensium sit, ccc. lxxiii. dierum. Si autem embolismus, id est, tredecim mensium sit, ccc. lxxxiiii. dierum est. Romanis tamē luminare maius in annum est. Solarem namque computant annum ccc. lxxv. dierum, superaddito diei quadrante. Sed hic annus non adeo naturalis est, quippe cuius partes, scilicet menses non naturaliter currunt, sed ad placitum dispositi sunt. Lunaris autem annus naturalis est, quippe cuius partes, id est, menses itidem lunares à natura veniunt: vnde & cuncti quæ titatis eiusdem sunt, nisi quod semissem qui xxxix diebus superest, quia pro integro die cõputari non potest, seruari oportet, vt alter xxxix. alter xxx. dierum mensis habeatur. Hos annos, vel huiusmodi menses ante diem Christi, Romanus orbis non obseruabat, sed & nunc indoctum vulgus ignorat. Proinde & in communi vsu annum computat Christi ecclesia, qualem scripturæ huus signata constituit gentilitas, & pro legitimo ritu festi paschalis menses & annos Hebræorum secundum lunam, tam communes quam embolismales rationabiliter obseruat.

*Quare postremo dictum sit, & illuminet terram. CAP. XLVI.*

**Q**uare autem post hæc omnia continuò subiunxit: [et illuminet terram] Videlicet ne per res, ante hæc luminaria terram aliqua luce corporea fuisse illuminatam. Nam forte dices: iam & antea terra illuminata fuerat, sed non in signa & tempora, non in dies & annos distincta vicissitudine lux illa obseruabilis erat. Vt ergo superadiicerentur ista, iccirco facta sunt ista luminaria. Hunc omnino sensum literæ textus excludit, dum hoc etiam adiicit, & illuminet terram. Nam ex hoc quoque palam datur intelligi, quia super hanc terram nulla prius erat lux vifibilis. Veruntamen de illa terra paradisi illud sciendum est, quia mox (vt dixit deus) congregetur aquæ quæ sunt sub firmamento in locum vnum, & appareat arida, sic apparuit, vt postea nū quam disparuerit, sicut nihilominus mox (vt dixit deus) germinet terra herbam virētem, &c. sic germinauit, sic floruit, & fronduit, fructumque attulit, vt iam vltra deflorescere non possit. Nā vt raceam de luce angelicarum specierum, quæ nunquam ibi defunt, si in hoc exilio quædã terræ huius particulæ, scilicet preciosi lapides, quales maximè carbunculi sunt, sic apparent, vt in nocte pro lucernis esse possint, quam splendide putas terram illam apparuisse, vbi neque huiusmodi lapidū, neque alicuius boni quod visum delectet quicquam potest abesse. Hunc ergo mundum tantummodo luminaria hæc illuminant. De quibus nec illud prætereundum est, quòd maximè horum causa firmamentum volubile esse oportuit, videlicet vt sol, qui tanti est feruoris vt (sicut superius dictum est) fons ignis ætherei appellatus sit, ad hoc factus, vt non solum illuminatio, sed & temperatio mundi frequens esset, & cunctis partibus adesset, & stellarum ordo notabilis toties regy rans notior existeret. Siquidem multo melius nunc est, cū sol feruidus breuiter quidem, sed frequenter adesset, quam si spacio sex mensium desuper terras exurens, itidem sex mensium spacio sub terra delitesceret, tanquam longam noctem cū eadem prolixitate, frigoris nobis relinqueret. Duodenis nanque mensibus Zodiacum circuit, quo circuitu solo circunferretur, cessante motu firmamenti, & proinde quòd nunc annus est, hoc tunc vnus cum nocte sua, dies existeret.

*Cur dicendo, & stellas non addidit, & sint in signa & tempora, & de eodem die quarto, & quid sit dies quartus. CAP. XLVII.*

**E**t fecit, inquit, deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti. Et stellas. Notandum in hac repetitione, cū dicit, & fecit deus duo luminaria magna, & stellas, non addidit in signa, videlicet ne occasionem daret illis qui putant in stellis signa esse fatalia, homines quippe creaturæ magis, q̄ creatoris imitatores, & à creatura Rom. mundā

Cur firmamenti volubile esse oportet.

Tob 9.  
Tob 38.

mundi cognitum deum non sicut deum glorificantes, aut gratias agentes. in isto quoque dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, dum stellis penè omnem creatoris ascripturam, ita ut dicerent ex earum momentis vitæ & mortis suæ fatalem pendere necessitatem. Huiusmodi suspicio de hac scriptura nasci non potuit. Nam cum dixisset, & fecit deus duo luminaria, sic subiit, & stellas, ut in signa subaudire non liceat. Attamen & stellæ in quædam signa, & in quædam tempora sunt, quæ salua pietate Christianus homo suscipere vel attendere queat, verbi gratia, de qualibus loquitur scriptura: Quis fecit arcturum, & hyadas, & orionam? Item, nunquid coniungere valebis micantes stellas pleiades, aut gyrum arcturi dissipare poteris? Nunquid produces luciferum in tempore suo, aut vesperum super filios terræ congregare facies? Hæc & his similia suscipere, & ex illis serenitatis vel procellæ significationes attendere perniciosum non est, imo pauidis maxime nautis vtile est. Amplius autem ex huiusmodi positionibus vel significationibus stellarum spirituale sensum per idoneas similitudines capere laudabile est. Item, & tempora notis de altitudine cuiuslibet stellæ, ex his quæ fixæ cū firmamento fuerunt, admoto horoscopo, deprehendere iucundum artificium, atque innoxium exercitium, imò & nocturnæ laudis dei, quibus horis fiat, pulchrum spectaculum est. Sed de huiusmodi ad præsens negotium non pertinet. Nam qui verè sapientiam querit, & à creatura mundi creatorem cognoscere, glorificare, & gratias agere cupit, hoc solum de illa scire contentus est, quod sacra testante scriptura, creatrix diuina instituit, videlicet, quòd ad hoc posuerit ea quæ prædicta sunt. i. luminaria, & stellas, in firmamento cœli, ut lucerent super terram, ut præessent diei ac nocti. Et vidit deus quòd esset bonum, vidit, inquam, & verū vidit, neq; in suo visu falsus est. Nam veræ bonitatis eius bonus hic effectus, bona inquam & pulchra boni operis eius quarta hæc species est, factumq; est hoc vesperè & mane, quia videlicet & erat prius in oculata & inuisibili dispositione, & nunc est in hac visibili specie præ clara dies verbè æterni, pulchra & lucida clarificatio vnigeniti filii.

*De die quinto, & quid sit dies quintus. CAP. XLVIII.*

Sup. ca.  
39.

**D**ixit etiam deus, producant aquæ reptilia animæ viuētis & volatile super terram sub firmamento cœli. Creauitque deus cete grandia, & omnem animam viuētem atque morabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne reptile secundum genus suum. Sicut ita superius dictum est, in hac specie creaturæ. i. in reptilibus maris, & volatilibus cœli, quoddam naturale vel affectiuum consilium est, quia videlicet dictante genitrali amore, masculus & femina conueniunt, & successioni propagandæ, tanto studio consulunt, quantum satis sit ad hoc prouidendum vel efficiendum, ne deficiat quasi desiderata posteritas ipsorum. Proinde indubitanter pronunciare licet, hanc speciem boni operis dei ad spiritum pertinere consilii, sicut supra memoratum, & ante hoc præcedens opus esse monstratum est de spiritu fortitudinis. Porro cur ab huius operis quinto die scriptor exceperit iumenta & reptilia vel bestias terræ, cum illorum non aliorum quam horum essentia sit, pariter quippe funguntur quinque sensibus corporis, opportunus suo in loco dicendum est.

*De eo quod dictū est, producant aquæ reptilia animæ viuētis. CAP. XLIX.*

Virg. in  
Geor. li.  
bro 1.

**P**roducant, inquit, aquæ reptilia animæ viuētis. Mirum quidem de fluxu aquarum elemento solida nasci vel produci corpora, sed mirabilius est, quòd de nihilo potens conditor iam ipsum aquarum elementum fecerat. Cum autem dicit, producant aquæ reptilia, quid opus est adiacere animæ viuētis? cum ipsum nomen reptilium viuētem animam satis exprimere possit. Etenim viuūt & sentit omne quod repit, quamuis non onane quod viuūt, repit, vel reperi possit. Viuūt namque herba, virens & afferens semen, quam terra germinat, viuūt omne lignum pomiferum, vel habens semen suum in semetipso quod terra producit. Sed vita huiusmodi sicut line sensu, ita & sine motu est. At verò omne quod repit (ut iam dictum est) etiam viuūt. Quid igitur cū dixisset, producant aquæ reptilia, addidit, animæ viuētis? Videlicet, ut animam reptilium distingeret ab anima hominum. Cum enim dicit, animæ viuētis, subaudiri vult, & non etiam discernentis. Nam eo quidē vita reptilium vitam superat herbarum atque lignorum, quòd sensibilibus est, nam & illa viuunt quidem, sed non sentiunt: verum longè inferior est, quam vita hominis, quia nō solum sic viuūt homo, ut sentiat, sed & viuūt, & sentit, & quod dignissimum est, discernit. Hoc ergo cum dicitur, producant aquæ reptilia, mox oportune subiungit, animæ viuētis: viuētis, inquit, tantummodo, non etiam discernentis. Itemque & volatile, subauditur, producant aquæ animæ viuētis nihilominus & non discernentis. Nam acutius quidem volatilia quam reptilia sentiunt, sed nihilominus discretionem vel rationem carentia sunt. Acutius autem illa sentire nō dubium est. Nam & acuminis sensus illorum intantum maligni spiritus abusi sunt ad augendum errorem gentilium, ut auspices quoque, siue augures ex eo constituti fuerint, quòd ab auium garritu siue inspectu, ventura libi crederent bona siue mala spectanda præsignari. Contra quod eximius eorum poeta paulo melius sentiens, ait: Haud equidem credo, quia sit diuinitus illis ingenium, aut fato rerū prudētia maior. Verum vbi tempestas & cœli mobilis humor Mutauere vias, vertunt

pecudes, & ouantes gutture corui, Dixit aues non scienter diuinare, sed pro cœli qualitatibus, diuersos motus concipere. Quippe quæ sprete grauiore terra, sursum spaciatur, & aere leuiore feruntur, mobilique corpore minus prægrauatam supernè ducunt agilem vitam. Econtra, reptilia grauior deprimunt natura, tantòque in acumine sensuum prædictis volatilibus cedunt, quanto aeris natura crassius aquarū est elementum. Cum itaq; dixisset, producant aquæ reptilia animæ viuētis, notandum quia nihil addidit: volatile autem, inquit, producant, & addidit, super terram. Sed & hoc nondum satis fuisse, nam & reptilia sub aquis terræ incubant, nec enim semper natant, & de terra siue arena victum querunt. Ergo benè & hoc addidit, sub firmamento cœli. Hæc productionis volatiliū plena & sufficiens definitio est, quia videlicet produxerunt aquæ reptilia animæ viuētis, produxerunt inquam, non etiam emiserunt, licet quædam ex illis, ut delphini siue phocæ ad horā patiente natura foras prodire audeant. Volatilia autē & produxerunt, & super terram sub firmamento cœli emiserunt. Vna nanque hæc animantium species nihil magis gaudet, quam libertate volandi, natantibus, sub firmamento cœli, spaciando peninulis, si cut cætera reptilia quæ retinuerunt aquæ, in semetipsis earundem aquarum profundo, & maxime fluuiialibus vndis. Porro, volatiliū quæque species, prout pennas densiores, & minora habent corpora, ita & sub firmamento cœli altius atque celerius euolant, verbi gratia, ut accipiter, ardea, siue aquila. Nam econtra, quorū corpora densa, pennæ verò raræ vel paruæ sunt, tardius leuantur, & minus volant, ut vultur, aut cerre struthio, quæ etiam penas habet, nullatenus tamen volare potest.

*Cur cum omnia volatilia aquæ produxerunt, non etiam sub aquis viuere possunt. CAP. L.*

**Q**uari nunc potest, cur cum omnia volatilia aquæ produxerunt, non etiam sub aquis natalibus eadem viuere possint? Nam sunt quidem quæ dicantur aues marinæ, ut fulicæ, siue parua quidem sed nobilis halcyon, quæ nidificare dicitur in littoribus patientia maris expectante, in tantum, ut per bis septem dies, donec pullos educat, nullatenus moueatur vel perturbetur fida tranquillitas. Sed hæc vel cetera cum de aquis producta sint, non etiam sub aquis viuere possunt. Cur ergo natura illis quasi à materno vtero tā diuersa succedit? Cur illic vitam retinere nō possunt, vnde vitam sumplerunt? Et quidem questio hæc difficilior soluitur, si aquarum nomine vnus tantum elementi gurgites accipimus. Nunc autē & aer, aqua potest rectè dici, quippe qui ex aqua vel per aquam consistit. Vnde dicitur in epistola Petri Apostoli: Later enim eos hoc volentes, quòd cœli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens dei verbo. Alia æditio sic habet: Cœli erant olim de aqua, & per aquam constituti. significat autem aerem istum humidū, atque turbidum. Hunc ergo cœlum appellare scriptura consueuit. Vnde scriptum est. Miluus in cœlo cognouit tempus suum. Potesit ira que & aer simul cum aquarum elemento intelligi. Sed contra fortè dicitur: Potesit hoc sensu & sic dici: Producant aquæ reptilia animæ viuētis, & volatilia, atque iumenta siue bestias. Nam & terra (ut prædictum est) de aqua & per aquam consistit. De aqua videlicet, quia dixit deus, congregentur aquæ in vnum locum, & appareat arida. Et factum est ita. Per aquam verò, quia diuina dispositione venis aquarum tota intrinsecus plena est, sicut corpus animantis redundat venis sanguinis, ne videlicet ariditate deficeret, si aquarum irrigatio cessaret. Ad hæc inquam postquam deus aridam apparere iussit, eamque terram appellauit, non licet illam aquæ nomine signari. At verò aeris nomen eadem auctoritate non est positū, sed ab hominibus dictus est aer ab altitudine: & ἄρῆς namq; græcè, sursum rollo dicitur latinè. Per hūc feruntur aquarum globi mari exhalante subuecti, ne putes hanc partem nomine firmamenti signatam, cum firmamentum diuidat aquas ab aquis, per hunc autem aerem palam sit densa aquarum volumina ferri, ut nubes penè flumina sint. Cum ergo dicitur, producant aquæ, licet aerem quoque simul intelligi, quia videlicet cū ascendētes aquæ per aeris spacia, ut frigoris vertatur in nubes, eadem facultate per virtutem præcepti potuerūt verti in aues. Itaque & de aquis productæ sunt, & tamen sub aquis viuere non possunt, quia fortè nequaquam sub densis fluctibus vitam sumperunt, sed de rarioris & per nubeculas volantis aquæ globis volantium auium corpuscula facta sunt. Verum quocunq; modo produxerint, illud constat, quia produxerunt aquæ reptilia animæ viuētis, & volatilia super terram sub firmamento cœli, naturæ suæ terminis ab eo, cuius præceptum quod semel posuit non præteribit, triformiter ibi definitis. Nam sequitur.

*De triplici distinctione creaturæ, quam produxerunt aquæ. CAP. LI.*

**C**reauitque deus cete grandia, & omnem animam viuētem atque motabilem quam produxerant aquæ in species suas, & volatilia secundum genus suum. Cur ita distinxit? Creauitque deus cete grandia, & omnem animam viuētem atque motabilem: cum & cete grandia comprehendere vel significari potuissent, si hoc solum dixisset, creauitque deus omnem animam viuētem atque motabilem: Etenim hoc dicto, nec cete grandia, nec paruos spiniculos exceperit. Cur ergo sic distinxit? Videlicet ut hoc etiam creatricis opus trinitatis in tres diuisum esse species

Cur aues i  
aquis viuere  
non possunt.

Responso.

1. Pet. 3.

Hier. 9.

Species insinuat. Viuentium namque siue motabilium, alia per seculum veniunt, id est, catuligena sunt, quorum cetera maxima sunt: alia per ouum veniunt, quorum multo plura genera sunt. Quibus adde, & omne volans secundum genus suum: Et ecce habes huius quoque creationis opus tripartitum. Porro, quod cum dixisset, creauitque deus cetera grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, adiunxit dicens, quae produxerant aquae, congrue & in singulis operibus dici potuisset: Creauit enim & luminaria quae fecerat, & cetera omnia quae fecerat distincte, deus idem fecerat simul, eo videlicet respectu quia sicut iam dictum est, quicquid factum est in ipso, vita erat. Quapropter & de omnibus in fine generationum istarum sic dicitur. Istae generationes coeli & terrae, quando creatae sunt: In die quo creauit deus coelum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur, &c. Quomodo intelligendum est illud, quod creauerat deus omne virgultum antequam oriretur, sic & quod nunc dicuntur aquae iam produxisse omnem animam viuentem atque motabilem cum crearet illa deus.

Iohan. i.

Genes. 1.

Item de eodem quod dictum est: Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris. CAP. LII.

**B**enedixitque illis deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Ecce hic manifestius elucet, cur in istis operibus dei singulorum factura operum tertio repetita sit. Videlicet quia quod factum est in ipso vita erat, primo dixit deus, producant aquae reptilia animae viuentis, & volatilia super terram sub firmamento coeli. Deinde quia quod in ipso vita erat, per visibiles essentias in actu demonstratum est. Et creauit, inquit, deus cetera grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem, quam produxerant aquae in species suas, & volatilia secundum genus suum. Et quia per successiones suas eadem creatoris potentia subsistere vnumquemque oportebat, benedixit deus illis, inquit, dicens: Crescite & multiplicamini, & cetera. Tria sunt verba benedictionis, crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, sed vnus idemque sensus est, quippe qui vno tantum verbo rursus exprimitur cum subiungitur, auesque multiplicentur super terram. Nec mirum. Etenim tria nomina siue tres sunt personae eius qui benedixit, sed vnus idemque deus est. Quare autem qui multiplicationes horum in benedictione fieri mandauit, Herbam quoque virentem & afferentem semine, lignumque pomiferum & habens vnumquodque semen suum in semetipso cum iussisset produci a terra, non benedixit itidem dicens, crescite & multiplicamini, & replete terram? Aut vnde illis tanta creaturae aut benedictionis in multiplicatione copia, cum non eis quoque benedixisset deus? Etenim ipsa quoque crescunt & multiplicantur, & secundum genus cuiusque passim noua veteribus, tenera robustis, plantaria, verbi gratia, sagis aut quercubus, de paruo semine succrescunt, & celsa in auras paulatim cacumina surgunt. Quid ergo amplius reptilibus maris siue volatilibus coeli, quid inquam plus quam terrae virgultis in suo genere benedictio compotes fuit, vel in quo eius effectus certius cognoscendus erit? Ad haec inquam, crescit quidam & multiplicatur herba virens, lignumque pomiferum vnumquodque in genere suo, sed differt incrementorum ratio pro diuersa essentiarum qualitate. Etenim herbam virentem siue lignum pomiferum, eadem terra, quae germinat vel producit, multiplicat, & semen illis ipsa importat, & cadentia recipit, etiam si ferentis manus forte defuerit, & ideo multiplicandae posteritati, solum ipsorum esse sufficit. Veram reptilibus siue volatilibus si nullus fuisset appetitus, non ipsa crescerent aut multiplicarentur, & non steterit eorum genus. Cum ergo initium existendi accepissent, oportuit eiusdem creatoris imperio naturalem illis medullitus inferi amorem vel appetitum, ut masculus ardens ad semen ingerendum, foemina nihilominus avida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio contulit, & ob hoc necessaria fuerit. nam inde reptilia creuerunt, & multiplicata sunt, & repleuerunt aquas maris, auesque multiplicatae sunt ex eis. Ad hoc, tenet hanc animantia vinculo amoris magna huius benedictionis vis. Quamdiu enim emittentur fontes in conuallibus, & inter medium montium pertransibunt aquae: tam diu super ea volucres coeli habitabunt, & de medio petrarum dabunt vocem. Et quamdiu irriguis superioribus & pinguedine terrae saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quae plantauit: tam diu illic passeris nidificabunt. Et eodem amore vel desiderio & gallina languida vocem mutabit, & luscina laetabunda paruulis ouis super sedens rota peruigil nocte decantabit, tanta cantilenae suauitate, ut tibi videatur haec esse iumma eius intentio, quod possit non minus dulcibus modis foetus animare, quam fori corporis. Hinceducta progenies vespere & mane, & meridie quodam modo narrabit, & creatoris laudem non ingrata natura annuntiabit: & ei qui dat escam omni carni, tanto concentu confitentur deo coeli, ut erubescere debeat homo rationalis, si vnquam dona creatoris in escam murus ab eius laude perceperit. Item & quamdiu steterit hoc mare magnum & spaciosum manibus, in quo naues pertranseunt, quod qualiter transiturum sit, nouit ipse qui dixit, coelum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: tam diu perseverante huius benedictionis virtute, illic erunt reptilia, quorum non est numerus, animalia pusilla cum magnis, & omnia non frustra a creatura expectabunt, ut det illis escam in tempore, & eo

Triaverba benedictionis.

Psal. 103.

Matt. 24

& eo dante illis colligent, & aperiente illo manum suam omnia implebuntur bonitate, tam base na quam rana, tam crocodilus quam murena.

Cur non dictum sit, vidit deus volatilia seu reptilia quod essent bona, sed vidit quod esset bonum. CAP. LIII.

**E**t vidit deus quod esset bonum, factumque est vespere & mane dies quintus. Si tam stabili iustitia viueret homo, certo ordine seruant ea quae praedicta sunt, statutum benedictionis imperium, recte formato homine, sicut dictum est, & vidit deus lucem quod esset bona, sic nihilo minus singulariter diceretur, & vidit deus hominem quod esset bonus. Verumtamen nec dixit, nec dicere scriptura debuit, & vidit deus volatilia coeli, siue reptilia maris, quod essent bona. Sed vidit deus (inquit) quod esset bonum, subauditur sic esse factum, in quo non creaturae huius (quod nolum est) laudatur meritum, sed bonum creatoris ponderatur ingenium. Similiter cum dicitur: & vidit deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona, non creaturarum praedicantur merita, sed (quod longe aliud est) creatoris commendatur sapientia. Sola lux, quia voluntatem habere potuit, & voluntarie suam ad deum essentiam direxit, bona dicta est, utpote boni dei capax, quem quia cum amore exceperit, recte illi diuinae bonitatis communicata est laus.

Cur iumenta siue terra animantia operi diei sexta cum homine deputentur. CAP. LIIII.

**S**exta creaturae dei species, homo est, cuius in essentia is qui a timore sextus est intellectus manifeste praesulget. Hoc perspicuum est, rationalis enim creatura est, & non solum intellectum, sed & ingenium atque memoriam habet, vnde ad spiritualium cognitionem & dei sapientiam peruenire potest. Sed cur iumenta cum irrationabilia sint, sexto diei cum illo deputantur? Nihil enim magis iumenta quam reptilia maris siue volatilia coeli, quinque corporis sensus excedunt, nec minus aut magis quam illa haec rationis experta sunt. Ad haec inquam. Et si in eodem essentiae gradu iumenta, in quo & volatilia siue aquarum reptilia tenentur, quia pariter corpora sunt animata & sensibilia, nec vltra valent: recte tamen cum homine diei sexto computantur, quia cuius homo, eiusdem partis mundi, scilicet terrae, ornatus quoque iumentorum genus est & eius potissimum substituta seruitio sunt, sicut videmus quia neque volatilia, neque reptilia, quae prodixerunt aquae, sed sola iumenta homini cooperantur & collaborant. Cum itaque illis, id est volatilibus siue piscibus, pro conditionis aequalitate: huic autem, id est homini pro materiali origine iumentorum genus cotiguum sit, recte potiori, id est homini cessit, ut cum illo vnus diuinae operationis sit dies, cum quo vnus partis mundi, scilicet terrae ornatus est. Sed iam ipsa creantis imperii verba consulamus.

De triplici specie iumentorum reptilium atque bestiarum. CAP. LV.

**P**roducat, inquit, terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terrae secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit deus bestias terrae secundum species suas, & iumenta, & omne reptile in genere suo. Sub vno genere animae viuentis, quam terra producit, tres species manifeste scriptura distinguit, iumentorum, reptilium, atque bestiarum. Et nota diligenter praedictorum dei inuestigabilium prouidentiam. Ab vna namque specie, id est a reptilibus, homo seductus est: ab vna, id est a bestis terrae, iuste peccator idem infestatur: ab vna, id est a iumentis, eiusdem miser hominis debilitas, misericordia dei refouente, iuuatur. Dicuntur enim iumenta, quod sunt quaedam hominis adiumenta: reptilia vero reptilia, siue serpentina: bestiae quae si fecerit, per antiphrasim, quod sunt infestae. Hic iam quaeritur, quomodo serpenti dicatur pro maledictione, super peccatum tuum gradieris, cum hoc a natura prius habuerit ut repperet, quod est super peccatum suum gradieretur. Etenim sicut iumenta, sic & reptilia, iam fuerant iussa produci. Sed de hoc suo in loco oportunius dicendum erit.

Quod omne genus serpentum corruptum ex eo, siue venenatum sit, quod diabolus illo usus est ad mortem hominis. CAP. LVI.

**N**unc illud sciendum, quia repebat prius ut nunc omne huius speciei vel generis animal, sed reptatus eius nulli horrorem haberet, si non illo diabolus ad mortem domini eius hominis usus fuisset. Multo magis vero, nec virus pestiferum vomeret, vel in seipso haberet, si non illi idem creaturae deo adulator veneficus illo suae malitiae veneno polluisset, & per os eius homini (ut iam dictum est) mortem infibillasset. Ecce hodieque (ut taceam quod multis sanctorum Christi seruatorum non solum innocuos, sed etiam obedientes legimus fuisse serpentes) gens tota esse traditur, quae in medijs rutam agat vitam serpentibus. Vnde ait quidam Romanorum auctor nobilissimus: Gens vnica terras incolit a saeuo serpentum innoxia morfu, Marmaridae Psylli, par lingua potentibus herbis. Ipse cruor tutus, nullumque admittit virus, vel cantu cessante, potest. Quamto magis tunc homo cunctorum animalium princeps & dominus, reptilibus quoque terrae ordine legitimo imperitaret, si vel diabolus per os serpentis nullumque infibillasset, vel si ipse homo cum in honore esset, sic

Luca. 11. 9. Phras.



intellexisset, vt venenum suasionis eius non admisisset: Ergo bona quidē creatio cunctorum, sed homini, quia deo cōtrarius factus est existens sibi metipso grauis, in malū iure versa sunt ea quæ bene facta erant. Cæterum quia præscientiā eius qui fecit quæ futura sunt nec illud latebat, quod aliud, id est, homo siue diabolus facturum erat, non mirū si truces homini peccatori bestias, & venenata præparauit animalia, qui infernum quoque futuris dæmonum vel hominum peccatis præparauerat. De istis enim æquæ vt de cæteris, non est dubium, quia in illo secreti sui vespere dixit deus, producat terra animam viuentem in genere suo: & mane, id est, in primæua generis huius creatione, factum est ita, & per successiones posteritatis singulorum nunc vsque facit deus bestias terræ in species suas, & iumenta, & omne reptile in genere suo.

*De adulterina permixtione iumentorum. CAP. LVII.*

**P**erfeuerat hæc posita semel naturæ lex, quibusque posteritatem suā propagantibus in genere suo, vt verbi gratia, nec de equina specie nascatur asini, nec de leonibus generetur vrsi, nec de bobus cerui, nec de camelis procreentur elephanti, aut de bubalis onagri. Fuit ramen quædam naturarum ex inæquali permixtione adulteria, cū (verbi gratia) de equa & asino mulus, de hirco & oue nascitur tityrus, quod hominum instinctu fieri lex vetat, cum dicitur: iumenta tua non facies coire cū alterius generis animantibus. Hoc primus fecisse fertur Ana, filius Sebeon filii Esau, scilicet quod æquarū greges ab asinis in deserto fecerit primus ascendi, vt mulorū inde noua, contra naturā, animalia nascerentur. Veruntamen & bestiae, quæ sub hominū magisterio non sunt, contra naturam diuersis ex speciebus permiscuntur, vt leo dū permiscetur pardæ, & nascitur leopardus: & dum lupo ceruæ commiscetur, lynces generantur. Et in reptilibus quoque permixtio nis inordinatio reperitur. Tradunt enim physici, quia vipera nequissimum genus reptile, & super omnia quæ serpentina sunt generis, astutior, vbi coeundi cupiditatem assumpsit, murenæ maritimæ copulam requirit, progressaque ad litus, sibilo testificata sui præsentiam ad coniugalem amplexum illam euocat. Murena inuitata non deest, & venenatæ serpenti expetitos vius suæ coniunctionis impartitur. Et de his quidem iam satis dictum. Deinceps ad hominis creationem (quæ nostra criminosa & laboriosa dies est) articulum promoueamus.

Finis Libri primi in Genesim.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENESIM  
Commentariorum Liber Secundus.

*De dignitate creaturæ hominis, & quod cum consilio provide trinitatis factus est. CAP. I.*

**T** vidit deus quod esset bonum, & ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & prælit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæ terræ, atque omni reptili quod mouetur in terra. ] Ecce artificem omnium, dei sapientiam, gyrum cœli solā circumeuntem, & in fluctibus maris solam ambulantem à longe profecuti, tandem ad eam quæ propositi vel operis huius summa est, peruenimus causam, scilicet ad nos homines, quos creator noster facere dignatus est, ad imaginem & similitudinem suam. Quid enim propositum est, nisi sanctæ trinitatis gloriā per opera ipsius quasi per speculum contemplari? Et cuiusque personæ proprietatem agnoscere ex proprii qualitate operis? Hæc planè humana scilicet creatura illud potissimum opus est, quod eadē beata trinitas, magna sibi dignatione diuisit, vt pater cōderet, filius redimeret, spiritus sanctus igniret. Huius ergo creationis dignitatē, non per qualemcumque iudicē, sed per digitū dei, cuius est scriptura hæc, diligenter expressam, reuerteretur (vt dignū est) audiamus. Ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Mutauit vocem suā, quippe qui hæcenus de singulis dixit, fiat, & factū est, producat terra, producat aquæ, & factū est. Nunc autē tanquam à circuitu terræ, cœli, & maris, lassā bundus refederit, & inter respirandū in mentem illi venerit, adhuc vnū deesse quod deceret vel oporteret fieri: Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Domine, inquit propheta, consilium tuum antiquum, verum fiat. An tibi paruum videtur consilium, his paucis sanctæ trinitatis dictiunculis esse significatum? Magnum plane consilium in illo sapientie concilio, in illo talium personarum, patris, & filii, & spiritus sancti, non tam senatu quam soliloquio venerando de nobis peccatoribus habitum est. An putas eorū quicquam quæ circa nos acta vel agenda sunt illic defuisse? Plane ibi omnis nostra in medio causa posita est, mors vel perditio nostra quæ futura erat, illic perspecta est, & inde totum consilium habitum, vt vnaquæque persona suam operis partem susciperet, vt scilicet (sicut iam dictum est) tunc quidem pater conderet, postea in plenitudine temporis filius perditū redimeret, spiritus sanctus remissionem peccatorum

peccatorum, & carnis resurrectionem perficeret, atque ita communi trinitatis consilio redificaretur in homine deferta seculorum, & fundamenta generationis & generationis suscitarentur. Laus sapientie creatoris, honor gratie liberatoris, gratiarum actio pietati illuminatoris, adoratio vni diuinae creatrici, liberatrici, & gubernatrici omnium Trinitati. Repleatur os nostrum Psal. 70. laude, vt tantam eius gloriam, tantam eius magnitudinem tota die cantemus.

*Quæ distantia sit imaginis atque similitudinis, in eo quod dictum est: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. CAP. II.*

**P**rimum illud quaeritū dignū est, quænam distantia sit imaginis atque similitudinis: & deinde clarebit, quod non casu, sed pro rationis intuitu litera sic ordinata sit, vt nō diceretur: faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostrā, sed ad imaginem & similitudinem nostram. Imago & similitudo hoc differunt, quod imago vnus imago est, similitudo autē nunquam minus quam duo vni similitudo est: Est autē imago dei filius eiusdem dei patris. Sicut de illo Apostolus qui est (inquit) imago dei inuisibilis. Imago (inquit) dei inuisibilis est filius æquæ inuisibilis. Multis tamen modis imago dicitur. Est enim imago hominis vel equi pictura in pariete, vel sculptura in ligno vel lapide: videtur in puteo imago solis vel lune. Non sic imago dei dicitur filius, sed ita, vt sit (sicut in alio loco dicit Apostolus) figura substantie eius, quia videlicet sicut substantia quælibet ex conspecta figura sua cognoscitur: sic deus pater per verbum suum, quod est filius, cognoscitur. Dicitur tamen & imago hominis proprietate substantie eius, quo sensu illud de primo homine dictum necessario intelligitur. Vixit autem Adam centum triginta annis, genuitque filium ad similitudinem & imaginem suam, & vocauit nomen eius Seth. Est ergo filius imago patris. Sanctus autem spiritus similitudo patris & filii, communis enim bonitas siue charitas est patris & filii. Ergo nō recte dici potest: Faciamus hominem ad similitudinem & imaginem nostram: quia profecto, filius, sicut non pater simul & spiritus sancti, sed solius patris filius est: sic non patris & eiusdem spiritus sancti, sed solius patris imago est. Contra rectissime dictum est, ad imaginem & similitudinem nostram, quia videlicet spiritus sanctus sicut patris & filii communis bonitas vel dilectio, sic eorundem communis similitudo est.

*Item de eodem. CAP. III.*

**Q**uid tandem est: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostrā, nisi, faciamus hominē, qui trine operationis nostræ in semetipso habeat euentiam? Nam aspice hominem quempiam bene constitutum, verbi gratia, qualis nunc est is ipse, qui scripsit hæc, imò quales erūt electi omnes, à quibus hæc eadē beata trinitas in gloria sua vidēda est. Vtque viuūt, quod commune illis est cum iumentis: & discernunt, quod comune illis est cum hominibus reprobis, vel etiam malignis spiritibus: & sancti vel iusti sunt, quod proprium est filiorum dei. Ergo quod ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, hoc dicere est, faciamus hominē viuentem, rationalem, deo similem. Paulo ante de brutis animantibus loquens: producat (inquit) terra animam viuentem in genere suo. Eiusmodi animam duplici honore præcellit hominis conditio, dum dicitur, ad imaginem & similitudinem nostram. Ad imaginem videlicet, vt sit rationalis: ad similitudinem nostram, vt rectus sit, sectando iustitiā dei. Horum altero, scilicet rationalitate carere non potest: alterum, id est diuinæ rectitudinis vel iustitiæ similitudinē, nisi per gratiam assequi non potest. Sed ea, qua carere non potest homo, facultas rationalitatis, instrumentum est siue oculus quidam ad quaerendam similitudinem dei. Est ergo inexcusabilis, cum ad similitudinem dei non peruenerit: quia videlicet bono instrumento, ad hoc, propter quod sibi datum est, vt inuoluit. Verum cum primum fecit deus hominem, non solum rationale, sed & similitudinis sue fecit honore pollentem. Deus enim (inquit scriptura) fecit hominem rectum, ipse verò implicuit se multis quaestionibus. Nunc autem seductus perdidit quidem honorem similitudinis dei, sed facultas rationis in eo remansit, per quam reuocantem audire, & ad restaurationem sui ducem ac præceptorem valeat sequi.

*Quod non dictum sit, ad similitudinem & imaginem nostram, sed ad imaginem & similitudinem nostram. CAP. IIII.*

**I**gitur rationalem & sanctitatis suæ participem deus hanc esse volens creaturā: Faciamus, inquit, hominē ad imaginem & similitudinem nostram. Non dixit scriptura, quia dixit deus, fiat homo ad imaginem & similitudinem nostrā, & factus est homo, sicut dixit, fiat lux, & facta est lux. Quare? Videlicet quia nō repente, sed operose agendum erat, vt consummatus homo staret ad creatoris sui imaginem & similitudinem. Angelica namque creatura, semel facta, iam nec in illis qui steterunt commouebitur: nec in illis qui ceciderunt, in antiquū restitueretur. At verò homo post primam sui facturam casurus, & miserantis recreatione erat innouandus. Idcirco tres personæ quasi muro se cohortant, dicendo: Faciamus. Sciendum tamen, quod & illa pauciora verba, quibus dictum est, fiat lux, & facta est lux, & hæc plura, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, parem angelorum & hominum electorum dignitatem vel gloriam significant. Nam

E ii & electus

& electus angelus, quia lux est, ad imaginem & similitudinem dei factus & perfectus est: & homo, qui ad imaginem & similitudinem dei factus & refectus est, lux est. Et quia uterque rationalis est, ad imaginem dei factus est: & quia bene constitutus ac deo subditus est, ad similitudinem dei factus est. Proinde sicut ille lux, vel angelus lucis: sic & iste lux dicitur, & filius lucis. Nihilominus sicut quod dictum est, fiat lux, solos electos angelos creatori curae esse innuit, & angelos tenebrarum excludit, quanquam & ipsos creauerit: sic & ista dictio: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, solos eos amplectitur, quos praedestinavit ad vitam, nec illos admittit qui superflue de vitata postmodum radice super numerum nascituri erant. Itaque si quaeratur, cur intulerit scriptura deum sic dicentem, fiat lux, dum dicere posset. Fiant angeli, vel fiant spiritus: interrogemus cur hoc totum dixerit idem deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cum dicere posset solummodo faciamus hominem, & intellectui communi sufficere posset ad indicandum, quod eam, quae nos sumus substantiam significaret. Paria namque sunt, ut utrinque recte respondeas, quod ad os domini non pertinuerit mandare de illis quos ipse nescit. Nullo autem nomine solos qui ad se pertineant, melius exprimere debuit angelos vel spiritus, quam nomine lucis: nulla nihilominus definitione illos homines quos praordinasset ad vitam aeternam, melius designasset quam ista, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Igitur hic & illic suos angelos, suos homines congruis deus vocibus in scriptura sua, per hunc interpretem suum expressit, & ab aliis, qui ad se non pertinent, sufficienti sermonis paritate distinxit. Nunc iam literae ordinem prosequamur.

*De praesidatu hominis, quod dictum est, & praesit volatilibus caeli, et piscibus maris, & bestiis terrae. CAP. V.*

**C**um dixisset deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, continuo subiunxit: & praesit volatilibus caeli & piscibus maris, & bestiis vniuersae terrae, atque omnium reptili quod mouetur in terra. Haec diuinae dictionis pars laxius patet, quam illa quae praedicta est, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Omnem enim hominem complectitur. Vnde enim piscibus maris, & volatilibus caeli, bestiis quoque, & reptilibus terrae, homo praesit, nisi ex eo quod ipse rationalis est, illa autem irrationalia sunt? Haec nempe differentia multum omnibus illis hominem praeposit, quia non quomocumque illis praesit ut solummodo dignior sit, sed ita etiam, ut omnium illorum naturas domare possit. Ergo ad hoc ut illis praesit homo, rationalem illum esse satis est. Verum illud nimis certum est, quod maxima pars hominum cum ratione polleat, a similitudine dei vacui sint, & cum omnibus animantibus (ut iam dictum est) omnes utpote ad imaginem dei facti praesint, deo sunt rebelles, & non subditi quamplurimi, vnde & longe sunt a similitudine dei. Itaque quod dictum est, & praesint volatilibus caeli, &c. latius excedunt dictionem illam: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, quia videlicet iumentis omnes homines praesunt: ad imaginem autem, simul & similitudinem dei, soli electi facti, imo & perfecti sunt. Praesint igitur natura homines iumentis, ipsi autem hominibus gratia praesint homines dei. Imo quia cum in honore esset non intellexerunt, cōparentur pro vitio suo homines iumentis: qui autem dignitate naturae suae deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, similes deo sunt, filii dei nominentur, & sint, ut Iohannes apostolus ait. Sequitur.

*Cur subsecutus scriptor non dixerit, & creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, sed tantum ad imaginem. CAP. VI.*

**E**t creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, masculinum & foeminam creauit eos. Quidnam hoc est, quod scriptor iste cum retulisset deum dixisse: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, subsecutus, vni ex his duobus omisit, dicendo: & creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum? Nunquid casu vel obliuione tam magna parte conditione hominis in suo sermone diminuit, quam in dei dictione tam nobiliter utraque parte ex tulit? Non utique, sed sciēter quid deus intendisset, in verbis eius expressit, & quid accidisset ipse in suo sermone prudenter obseruauit. Cum enim diceret deus, faciamus hominem, ipse utique illum ad imaginem & similitudinem suam facere intenderat: cum autem hoc ipse scriberet, homo per peccatum, dei similitudinem amiserat. Et quidem nouerat iste, quod illud dei propositum nullus auertere posset, & in hac fide vel scientia, dum respiceret in eum dominus, facies eius splenduerat, veritatem certa nondum persona conlurrexerat, in qua absque vlla contradictione recuperata monstraretur illa diuinae similitudinis gloria, quae in illa primi hominis persona deperierat. Erant sancti, erant homines iusti, quorum ex praecipuo erat hic ipse Moyses, sed non nisi ex fide & spe venturi hominis, qui sic ad imaginem dei & similitudinem fieret nascendo de virgine, ut in filios adae perditam dei similitudinem refunderet, vbi sibi cōsimiles suosque filios efficeret abolita vetere, reddita noua origine. Proinde ergo, cum scripsisset dixisse deum: faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, hoc solummodo subscripsit, creauit deus hominem ad imaginem suam, ut subaudias, recreaturus aliquando ad similitudinem suam. nam illum quodammodo nondum fecerat ad imaginem & similitudinem, sed

sed tantum ad imaginem suam, qui euauerat & perdiderat illius similitudinis gloriam. Notandum, quippe quod quaecumque deus fecisse dicitur manent: & quibuscumque nomina posuisse scribitur, stabilia sunt. Dicitur est, quia fecit deus firmamentum, & vocauit caelum, & ipsum manet: dicitur est, quia plantauit paradisum, & ille manet. Sic, &c. E contra, quae mouentur in terra, & in mari non manent, sed semper aliis succedentibus alia decedunt, & idcirco cautum est, ut non diceret scriptura: Dixit deus, fiant reptilia maris, & bestiae terrae, quorum esse cito praeterit, sed dixit deus, producant aquae reptilia, producat terra iumenta vel bestias. Et recte, manet enim ipsa producedinaura. Itaque certo tenore seruato, dicitur est: quia creauit deus hominem ad imaginem suam, quod iam ita factum fuerat, ut deesse vel defieri non possit. rationalis enim est homo & aeternus, quia factus est ad imaginem dei: non dixit hoc rotum, & creauit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, quia nondum factum fuerat ut mutari non potuisset.

*Quod mulier, eque ut vir, ad imaginem facta sit. CAP. VII.*

**P**orro, cur hoc ipsum secundo repetit, dicens: Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, ipse statim aperuit subiungendo, masculinum & foeminam creauit eos. Nam quia homo non vnus tantum, sed vtriusque sexus nomen est, & uterque sexus ad imaginem dei creatus, quia uterque rationalis & aeternus est, recte propter sexus duos, duplicem poluit enunciationem creationis secundum imaginem dei. Proinde vir quidem (ut cauti sume ait Apostolus) non debet velare caput, quoniam imago & gloria est dei: subsecutus, adiunxit idem: Mulier autem gloria est viri. Non dixit, mulier imago & gloria viri est, sed mulier, inquit, gloria viri est. Et causam reddens, non enim, inquit, vir ex muliere est, sed & mulier ex viro. Etenim mulier aequae ut vir imago dei est, verum pro conditionis causa vel materia, mulier quaedam viri gloria est. Igitur dum secundo repetit, ad imaginem dei creauit illum, & continuo subiungit, masculinum & foeminam creauit eos, aperta significatione innuit, quod tam masculinum quam foeminam, vel quod non magis masculinum quam foeminam fecit deus ad imaginem suam, quia videlicet ibi (sicut ait idem Apostolus) ibi inquam, vbi factus est homo ad imaginem dei, non est masculus neque foemina, ut verbi gratia, piscibus maris, & volatilibus caeli, cunctisque animantibus terrae magis praesit masculus, quam foemina.

*De benedictione, qua dictum est: Crescite & multiplicamini. CAP. VIII.*

**B**enedixitque illis deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris & volatilibus caeli, & vniuersis animantibus quae mouentur in terra. Huius benedictionis gratia, profecto illud propositum dei resonat, quod Apostolus intendens, cum dixisset: Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, statim subiunxit, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quod propositum, quia nequaquam malis intercurrentibus auerti potuit, pulchra deinde gradatione prouentus ordinem ita subter annectit. Nam quos praescriuit, & praedestinavit, conformes fieri imaginis filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem praedestinavit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & magnificauit. Illud (inquam) dei propositum haec benedictio commendat, qua solos ad gratiam suam pertinentes, iam ante saecula praescriptos, & praedestinos praesentibus oculis habens, tunc in illis generis nostri primis radicibus masculo & foeminae benedixit, quos tandem in plenitudine temporis vocatos & iustificatos magnificabit, dicens illis congregatis, & ad dextram suam constitutis. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Caeterum superfluitas perditorum non ignorata, sed iam damnata, illic designata est, vbi post peccatum mulieri loquens dicit idem deus: Multiplicabo aerumnas tuas, & conceptus tuos.

*Item quid sit: Crescite & multiplicamini, vel in quantum, si non peccassent homines, debuisent multiplicari. CAP. IX.*

**C**rescite (inquit) & multiplicamini. Crescite videlicet virtutum dignitate, & multiplicamini numerosa quantitate. Crescite (inquam) & multiplicamini, subauditur, utque ad caeli regnum, certumque numerum, qui utique solius eius scientiam non lateret, cui capilli quoque capitis nostri omnes numerati sunt. Porro quod sequitur, & replete terram, commune quidem est electis cum reprobis, qui omnes eodem modo nascendo pariterque viuendo replent terram, sed in eo discernuntur, quod sequitur, & subiicite eam. Soli namque electi, quorum est terra viuentium, hanc terram, quam corporibus repluerunt, libertate animorum sibi subiiciunt, quippe qui solum deum praeposcentes, terrena omnia fortiter contemnunt. An & reprobi terram sibi subiiciunt, dum illa aratro vertunt, aut modus de benedictione dei non est, cum contra propter peccatum dictum sit homini, in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et arma non benedictionis gratia, sed cupiditatis inuenerit immanitas. Itaque hoc quod dictum est, & subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis vniuersae terrae, & omni reptili quod mouetur in terra, benedictionis est fructus,

qui in electis manifestus apparet, quippe quos terræ vel brütis animantibus, cupiditas subicere non potest vel poterit, quemadmodum reprobos, de quibus scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. **Psalm. 48.** Attamen illi quoque cunctis præfunt animantibus rationis dignitate, præfunt inquam solummodo: isti autem non ut cunctis præfunt, sed etiã dominantur in illo, quo deo piè subditi sunt, honore. Et hæc benedictio primis hominibus data crementi & multiplicationis causa effectiua est. Cæterum futüre nonnulli, qui putarent eosdem homines non fuisse generatos, nisi admisso peccato fuissent eieci de paradiso. Hi proculdubio quod valde absurdum est, deo volenti ut haberent naturam, peccatum hominis existimant fuisse necessarium, quasi non potuisset ipse talem eius facere naturam quæ generaret, nisi adiuuisset peccatum. Verum contra hæc longa dissertatione opus non est, cum dicat deus: crescite & multiplicamini & replete terram, cuius dictio naturæ compositio est: nec solum naturæ hominis ad generandum, sed etiam naturæ terræ ad germinandum, suauis est hoc sentire, quod si homo non peccasset, tam multa, tamque virtuosa progenies de carne eius non pullulasset, sed solum prædictæ benedictionis fructum, id est, electos omnes & solos germinasset, non more iumentorum ruendo in libidinem, sed rationis imperio per mundam carnem naturam ædificando prædestinatæ cæli progeniem. Peccatum quippe, generandi naturam non attulit, sed generationis instrumenta corrupit, & generi honorè eripuit. Consideremus cur oportuerit iumentis medullitus inferi libidinis ardorem, & indubitanter agnosceremus, non pertiuisse ad hominem, ut eundem ad generandum acciperet in carne sua monitorè. Nempe quando dixit deus cæteris animantibus: crescite & multiplicamini, & replete aquas maris, auctorem multiplicentur ex eis, ipsa non intellexerunt quid vellet deus, vel quod posset de commixtione masculi & foeminae propagari cuiusque ipsorum genus. Propterea necessario monitorum accepit, vrentem carnis suæ stimulum, ut inlilit malculus in foeminam rabido libidinis turbine, nulla conscientia posteritatis propagandæ, sicque creatori scienti seruiat bruta ignorantia creaturæ. Verum homo rationalis est, & proinde si creatorem dilexisset, domumque eius pia charitate edificare voluisset, nullo alio monitorè indignisset: sciens enim & prudens cælesti reipub. militaris ciues gigneret, & ad hoc opus carnis suæ ministerium eadem pietate impenderet, qua nunc linguam vel vocem suam ad hoc impendit sacerdos vel pontifex, ut male natos huic mundo, deo per Christi gratiam bene regeneret. At ille spiritu deprauatus diabolico, non deo generare, sed sicut deus ipse voluit esse: tanta perueritate abductus, ut mallet ad honorem vel nomen suum, quam ad gloriam creatoris sui filios facere. Non enim arbitrandum est, illud promissum serpentis, quo dixit, eritis sicut dii, sic esse dictum ac si diceretur, eritis sicut angeli, cum præsumptionem eius & vanam spem grauissima deus ironia percutiens dixerit: ecce Adam quali vnus ex nobis factus est, eandem in se vno pluralitatem personarum indicans, quam & supra cum diceret: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. An ille ad honorem dei generare cuperet, & non potius à generationis opere vacare mallet, qui ipse sicut deus esse appetisset? **Psalm. 37.** Reverte ergo deus vindex aduersus contumacem infurrexit, & bestialis arma libidinis in aduersarium coniecit, ut seruiliter vincitus & catenatus in pœna & verecundia sua generet, qui in honore & charitatis delictis deo generare potuisset. Cuius libidinis tumultum barbaricum, quoties eruditus quisque sentit, rectè illud cum Psalmista clamat & dicit: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me: quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam, non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ, &c. Sed de his vel huiusmodi locus postmodum oportunior ad loquendum erit. Nunc illud dixisse satis est, quod non per peccatum, sed per dei benedictionem generandi usus homini datus sit, & per illam missos fuisse solos electos generari vel nasci, ita ut quandoque absque transitu mortis in ætherum translari paradisum beatis confocietur angelis in gloria, quam præuaricator angelus perdidit.

*De eo quod dictum est, ecce dedi vobis omnem herbam &c. ut sint vobis in escam.*

*CAP. X.*

**D**ixitque deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersum lignum, quod habet in semetipso semen generis sui, ut sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cæli: & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, ut habeant ad vescendum. Factumque est ita. Sicut de homine loquens quem creauit deus ad imaginem suam dixit: quia masculum & foeminam creauit eos, & non dixit: quomodo vel quo ordine prius virum, & deinde mulierem fecit de viro, sic & nunc eadem narrat scriptura, communiter homini, cunctisque animantibus terræ dixisse deum. Ecce dedi vobis omnem herbam semen afferentem super terram, & vniuersum lignum quod habet in semetipso semē generis sui, ut sint vobis in escam, & dicit, quod ligna non qualiacunque, sed ligna paradisiaca, quæ cunctas huius seculi longè superant diuitias, homini dederat ad vescendum, & quod vnum ex omnibus eidem interdixerit. Nondum enim plena historia est, sed distinctio dierum, qua certe & clarissime

rissime operis dei distinguuntur species, quibus explicitis tunc demum cæteris ommissis, historia de homine ordiendæ est. Ecce (inquit) dedi vobis: hoc sanè datum dei, naturæ positio vel constitutio est. Nec enim sola hominis ratio sapit, sed & gula eius, & cunctorum animantium auida natura sentit, quod hæc sibi in escam data sunt. Apperunt quippe motu naturali, ita, ut videas maximè in gulosis auidibus stomachum quoque ad guttur hiantia subilire, dum festinant ad oblatam rapiendam escam sibi datam, natura teste. Itaque dicendo, ecce dedi, non herbam aut omnem lignum digito ostendit, sed naturalem eorum appetitum animantibus in stomacho istorum fundauit, nec solum animantibus, quæ animantia siue animalia notum est esse vel dici, sed etiã in vermiculis, quæ vsus publicus animantia siue animalia nuncupare dedignatur. Proinde non contenta fuit scriptura dicere & cunctis animantibus terræ, sed addidit, & vniuersis quæ mouentur in terra. Adhuc autem, ne quid deesse, addidit, & in quibus est anima viuens. Sunt enim quædã viuentia quidem, sed immobilia, quibus solus cælestis sensus cunctis aliis cogitationibus destitutus, quales sunt conchæ maris, aliæque quæ saxis hærentia nutriuntur. Nec ista diuinam excepisse prudentiam scriptura indicat, dum non contenta dixisse & cunctis animantibus terræ, & vniuersis quæ mouentur in terra, addidit insuper, & in quibus est anima viuens. Et hæc creatoris dictio sicut iam dictum est, naturalis appetitus constitutio est. Vnde & signanter continuo ait: Factumque est ita. Quid enim factum est ita, nisi quod secundum dicentis nutum perseverat nascentium & euentium natura, producens (ut ait Psalmista) fœnum iumentis, & herbam seruituti hominū, **Psalm. 105.** ut educat panem de terra, & vinum lactificet cor hominis, ut exultaret faciè in oleo, & panis cor hominis confirmet, ut saturentur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit. Aliiter namque non viuere, sicut & ipsa herba, siue quodcunque lignum, neque viuens, neque pomiferum esset, nisi ceratim veluti ore sugens radicibus suis terræ succum traheret. Hoc est commune quidem, sed mirabile cunctis, quæ de terra nascuntur, paratum à deo conuiuium, ut materiam terræ succum suis germina eius radicibus combibant, & in grano herbarum pomorumque lignorum, paulatim adulerum atque grossarum succum eundem in ora, dentesque traducat cunctorum animantium. Contenta enim esset his epulis natura, nisi consuetudine gulæ, tam in hominibus quæ etiam in bestiis soluta creuisset edacitas. Quod gentiliū quoque quidam nobilis autor ita declamat: O prodiga rerum, Luxuries nunquam paruo contenta paratis. Et quæstorum terra, pelagoque ciborum, Ambitiosa famæ & lautæ gloria mens, Dicitur, quam paruo liceat producere vitam. Non auro myrrhaque bibunt, sed gurgite paruo. Viri rediguntur sicut populus, fluuiusque, crescit. Veruntamen omnis creatura dei bona est (inquit Apostolus), & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Nam eiusdem dei autoritas miseris & nunc infirmioribus quam in paradiso fuissent subuenit hominibus. Loquitur enim deus ad Noe, omnes pisces maris manui vestræ tradidi, & omnia quæ mouentur & viuunt, erunt vobis in cibum. Quasi herbam virentem tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis, &c.

*Quod vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, & cur non dictum*

*vidit hominem quod esset bonus.*

*CAP. XI.*

**E**T vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. In homine terrenarum omnium rerum præfide cuncta quæ hæcenus facta singillatim complacuerant, nunc simul vniuersa huius bonitatis laudatione decorata sunt, dicente scriptura: & vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et notandum, quod licet homo diuinæ sit capax bonitatis, utpote rationalis, non tamen dictum est, & vidit deus hominem quod esset bonus, sicut dictum fuerat, & vidit deus lucem quod esset bona, quia videlicet homo qui non intellexit, quod sibi adherere deo bonum esset, nondum singularem laudem meruerat. Attamen & hic, & cætera quæ tantus opifex fecerat secundum sapientiam eius, dicta sunt valde bona. Et rectè in vltima hominis creatione, cuncta collaudata sunt. Nam & propter hominem cuncta hæc sub firmamento cæli facta sunt, & omnium essentias in se homo continet, & adhuc vno, quod optimum est, rationalitatis privilegio cuncta superat. Nam ut essentiarum incrementa manifestius pateant, iam à principio mundanæ huius creationis, reperendum est firmamentum, diuidens aquas ab aquis: est quidem, sed esse eius soli ex omnibus sensibus visui subiectum est. Terra verò est, & esse eius visui simul & tactu comprehensiuum est. Luminaria sunt, & esse illorum & visui nostro, & calore suo noscibile est, in super & semper in motu est. In motu (inquam) locali, non simpliciter, ut firmamentum, neque ut terra in motu mutabilium qualitatum, sed in motu locali secundum duplicem modum. Nam & motu firmamenti quotidie circumferuntur, & præter hoc sicut iam superius dictum est, in cælesti currendo propriis motibus in circulos suos reflectuntur. Horum esse animantium essentia superat, quippe quæ non solum nostris subiecta sunt sensibus, sed & ipsa funguntur quinque sensibus, visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu. Homo tadem super hæc omnia & supra quinque sensus corporis, hoc etiam habet, quod ratione utatur. Igitur in eo cui cuncta hæc subiacent, & qui dignitate præest omnibus, rectè cuncta complacent, & valde bona indicantur.

*E iiii*

*Item*

Item de die sexto, & quid sit dies sextus. CAP. XII.

Esais n. F A ctumque est vespere & mane dies sextus. Recte à spiritu timoris (vt iam dictum est) sexto loco spiritus intellectus per prophetam constituitur, quia videlicet hic à iudicio superborum atque damnatorum angelorum sexto loco, id est, sexto die, homo, in quo manifestè viget intellectus, creatus inuenitur. Magnus hic dies, magnum atque longum mundo atque angelis, & hominibus spectaculum prebet. Etenim per huius creationis opus, principatibus, & potestatibus in cœlestibus maximè innotescit multiformis sapientia dei. In hoc hætenus, & ex hoc nunc & vsque in seculum mirabilis est deus, mirabilis & gloriosus, terribilis atq; laudabilis, & facies prodigia quæ nos miremur. Sed prius diè septimū huic sexto superpositū aspiciamus, de quo protinus subditur.

De die septimo, & quid sit dies septimus. CAP. XIII.

C AP. II. C ompleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab omni opere suo quod parauerat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit deus vt faceret. Istæ generationes cœli & terræ quæ creatae sunt: In die quo creauit deus cœlum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemq; herbam regionis, priusquam germinaret. Tota hæc litera diem septimum commendat. Et quis iste sit dies, iam superius in initio dierum dictū est, videlicet, quia primus est dies, & quia cæteris diebus non tanquam minor postpositus, sed vt longè dignior superpositus est. Et enim dies iste splendor paternæ gloriæ, lux lucis, & fons luminis, dies dierum illuminans, sol ipse verus & inefficiens, dies non factus, sed omnem diem efficiens. Huius diei proprietates vel propria dignitas, diligenter nobis hoc loco spectanda est. Primum hoc à cæteris diebus differt, quod vespere & mane non habet, nec enim dixit scriptura, qui factum est vespere & mane dies septimus, sicut dixerat: factum est vespere & mane dies sextus, factum est vespere & mane dies quintus, similiterque de cæteris omnibus. Sed nec hoc saltem dixit, & factus est dies septimus. Sic omnino dicendum fuisse (vt dictum est) catholica fides consentit. Dies enim iste natus, non factus est: genitus, non creatus est. Quomodo ergo vespere & mane haberet, vel quomodo factus rectè diceretur. Nam de singulis quidem cæterorum dierum, erat quando non erat, rectè dicas, quia videlicet erat vespere quando non erat, & factum est mane quando quilibet eorum cœpit existere. At verò de hoc die dicere, erat quando non erat, vel putare q; villa eum vespere præcesserit, aut q; vnquam mane nouum essentiale eius fuerit, hæreticorum est. Nam catholica fides nihil aliud de hoc die nouit, nisi quia est. Igitur magna huius, cæterorum dierum quoque in hoc distantia est, q; de illis sic dicitur, factum est vespere & mane dies vnus, dies sextus. Hic autem repente quippe qui factus non est, sed erat, & est ante omnes, sic inferitur. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit, & cætera.

Item de differentia diei septimi, & cæterorum dierum. CAP. XIII.

D E inde & hoc à cæteris diebus iste differt, quia cæterorum dierum opus in illo completū est. Sic enim ait. [Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit ab omni opere suo quod parauerat.] Et notandum diligenter, q; non dictum sit, compleuitq; deus die septimo omne opus suū, quod fecerat: sicut dictū est protinus, & requieuit ab omni opere suo quod parauerat: sed compleuit (inquit) deus opus suum, quod fecerat. Etenim non omne opus dei quod fecerat ipse, hoc felici & glorioso die completur, sed solum rationalis creaturæ opus, gloria eius impletur. Deniq; non hoc firmamentum vel cœlum, non mare & arida, non terræ germina siue plantaria, non sol & luna, non reptilia maris, siue volatilia cœli, non iumenta, aut bestiæ, siue reptilia terræ, sed sola rationalis creatura, id est, angelica lux, & homo ad imaginem & similitudinem dei factus, sanctam huius diei claritatem intuentur. Bene ergo non dictum est, compleuitq; deus die septimo omne opus suum, sed, compleuit die septimo opus suū quod fecerat, quoddam opus suum, quandam creaturam suam, rationalem creaturam suam quam fecerat. Requieuit autem ab omni opere suo quod parauerat. Ab omni (inquam) opere suo requieuit, quia nullam deinceps nouam creaturæ speciem fecit: quoddam autem opus, id est, angelicam creaturam iam sic in hoc septimo die compleuit, in quo & ipse requieuit, quandoq; completurus eodem die, eadem felicitate sapientiæ præelectam, & ex illis duobus, masculo & femina, nascituram multitudinem humani generis. Quæ est enim completio creaturæ rationalis, nisi videre æternaliter siue immortaliter claritatem huius diei? Eo namq; tendit tota prædestinatio dei, super his quos præsciuit, tam hominibus quam angelis, quicunq; secundum propositum eius vocati sunt sancti, vt conformes eos faciat imaginis filii sui. Hac tamen differentia, vt ille quia vnigenitus, idcirco & primogenitus in multis fratribus sit. Ibi planè completur opus dei, vbi isti per quem facti, eidem sunt reformati. Hoc est principium, & hic finis operis. Vnde dicit ipse sic: Ego sum a & ω, primus & nouissimus, initium & finis. In illo die suo tantus operarius deus requieuit, sanctos iam dudum angelos, participes habens suæ requieitionis. Illo namq; in die firmati, illo in die remunerati, & in suo quisq; ordine glorificati sunt.

De nouem

De nouem ordinibus angelorum. CAP. XV.

S Vnt enim eorum nouem ordines ex authenticis scripturis nominati, scilicet Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes, Cherubim, atque Seraphim. Quorum ad societatem, quia constat electos homines colligi, vnumquemq; in suo ordine, & eisdem sanctis angelis similes fore, alios alii, secundum diuersos ordinationis eorum gradus differentiasq; claritatis, quæ intelliguntur ex ipsorum ordinum nominibus præscriptis, consequens esse putant pleriq; quod de angelorum ordinibus cunctis peccantes angeli ceciderint, quod nisi la scriptura prodit. Quasi verò aliud sit, sanctos angelos firmari, aliud nouem ordinibus distinguere. Verbi gratia: Si antequam firmati fuissent electi spiritus, illi iam erant, alii throni, alii autem Cherubim, & alii Seraphim, quid post hæc pro firmamento acceperunt? Quid enim huic firmamento vel firmamento potest adici, quod est incendium diuini amoris, quod intelligitur per nomen Seraphim: vel in quo potest alius creatura firmari, quam in eo vt sit thronus dei? Ergo non ante quam caderent apostatæ angeli, iam erant ordines distincti: sed illis cadentibus, isti qui permanerunt, in ea qua firmati sunt remuneratione sunt & ordinati, nouemq; ordinibus distincti. Alio quin non iam decem tantum, sed vndecim drachmas illa euangelica mulier habuit, & non vna tantum, sed duæ perditæ fuerunt, & cæteræ quoq; diminutæ sunt, si angelorum iam ordinatorum vnus ordo cecidit, & de cæteris ordinibus partes secum abstulit. Sed absit hoc, nam decem tantum drachmas habuit sapientia dei, & ista quæ requiritur, anteq; perditæ, imo & anteq; creata fuisset, secundum præscientiam vel prædestinationem dei decima & vna erat ex illis. Igitur sanctorum ordines angelorum in sabbato sunt, & ex eo throni, dominationes, principatus, & potestates, virtutes, cherubim, & seraphim sunt, ex quo requieuerunt, & eodem die quo requieuit deus, ipsi quoq; beata requie completi sunt, quam in requiem quisquis semel introierit, non laborabit in æternum.

De eo quod dictum est, benedixit diei septimo, & sanctificauit illum. Cap. XVI.

E T benedixit diei septimo & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit deus vt faceret. Dubium ne hoc est, quod hunc æternitatis diem pater benedixit & sanctificauerit? Primus ipse benedictus & sanctificatus dicit Iudæis. Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura: quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius dei sum? Nunquid hoc sine autoritate vel testimonio scripturæ dixit? Plane sicut interrogatus ab eisdem Iudæis dicentibus: Tu quis es? ad hanc scripturam respexit, & dixit: Principium qui & loquor vobis. In principio quippe non alio quam in verbo suo creauit deus cœlum & terram. Sic nihilominus cum dixisset: ego & pater vnus sumus, dicentibus illis, quod blasphemaret, & hanc respiciens scripturam, hæc dixit: Quæ pater sanctificauit & misit in mundum, & sanctificauit, ne dictum putes, de benedictione assumptæ carnis, siue sanctificatione humanæ naturæ quam assumpsit, sed sanctificauit (inquit) & deinde misit in mundum. Et propheta in psalmo, venturum esse hunc diem, & illuminaturum omnem mundum. Hæc est (inquit) dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. Et continuo: O domine saluum me fac, o domine bene prosperare, benedictus qui venturus es in nomine domini. Hunc diem, quem fecit dominus, benedictum dixit, eundemque venturum esse in nomine domini, de quo clarum certumq; est, quia iam venit. Et subinde gratulabundus, deus (inquit) & dominus, subauditur est hic dies & illuxit nobis. Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris, id est, vacare à seruilii opere peccati, contemplado in condensis, id est, multiplicitate bonorum operū, hunc diem esse principē altaris, qui cū sit deus & dominus recte debeat adorari. Quid ergo inquis? Nonne & cunctos dies, qui iam ante hunc septimum diem descripti sunt, idem dominus fecit? Nam nisi aliter fecisset alios, & aliter hunc, quomodo diceret, de isto solo, hæc est dies quam fecit dominus, manifestè propriam hanc eius esse volens differentiam, quod eum fecit dominus. Fecit planè, sed aliter hunc, atq; aliter illos fecit. Nam alios creando, hunc autem diem de semetipso fecit gignendo, videlicet quomodo diem visibilem hunc facit hic visibilis sol. Non facit enim extra se operando, sed de seipso splendorem emittendo. Igitur iste dies quem fecit dominus, qui tunc quidem, quando propheta hæc quæ prædicta sunt de illo scripsit, venturus erat: nunc autem benedictus iam venit in nomine domini, ipse est quem fatemur filium patris, ante secula benedictum, qui est (vt Apostolus ait) Christus super omnia deus benedictus in secula. Benedictus (inquam) & sanctificatus: pater enim illum (vt iam dictum est) sanctificauit, & misit in mundum.

Quæ sit illa requies diei. CAP. XVII.

Q Vid autem opus erat dici vel scribi, quod hunc, in quo totius benedictionis & sanctitatis summa consistit, pater benedixit & sanctificauit? Quidnam (inq;) opus erat hoc scribi, nisi

Rom. 8.

Apoc. 1.

Luc. 15.

Ioh. 10.

Ioh. 8.

Ps. 117.

Rom. 8.

nisi ut significaretur, quod in isto tali die requiescere non habent maledicti & non sanctificati, qui cuncti male vtuntur diebus terræ & maris. De talibus enim dicit: Ipsi vero non cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Et benedictus & sanctificatus est hic dies requiei, lætitiæ, & exultationis: quia benedictus dei patris, sanctificationem spiritus custodientibus, paratus est ab origine mundi. Sciendum tamen, quod in illo die tam bono, tam felici, aliter nos, aliter deus requiescit. Nos enim verè lassii, verè peregrini, & captiui, soluta captiuitate præsentis, respirabimus illic sicut consolati: & hic post labores & onera reficiemur, inuenientes requiem animabus nostris. At verò deus in illo die sic requiescit, ut tamen nunquam laborauerit, quippe qui dixit tantum, & omnia facta sunt. Quid ergo est, & requieuit deus in die isto, nisi quia comparatio diei huius ad ceteros facta est? Nam appende dies omnes supra scriptos, & præter duo, scilicet præter angelum & hominem, nihil est quod in seipso nouerit parare locum deo. Et in istis quidem inhabitat deus, sed oportet ut prius subimet in illis mansionem parat ipse deus, ut in brachio suæ fortitudinis operetur, & gratiam construat, in qua ad requiescendum nominis sui gloria dignè colloquetur. Nullus enim angelorum vel hominum aliter, nisi per operosam ipsius gratiam habitationi eius fit idoneus. Operatur itaque in illis ipse primus, & antequam domus vel mansio sua perficiatur quasi laborat, vnde & lassabundus querelam depromens, laborauit (inquit) sustinens. At verò solum hunc diem, id est, vnicum filium suum, sicut non creauit, sed genuit, ita nec accidentaliter dono bonum fecit, sed essentialiter bonitate bonum semper habuit, solusque hic est in quo iustificando nihil omnino laborauit, aut profectum eius expectando, patienti, patientiam aliquando habuit. Ad creandos angelos & homines sapientiæ suæ impensas contulit, & propter illos saluandos siue discernendos, misericordiam & iudicium, hinc & inde magnis impendiis edificauit, ut totus miratur orbis, & vniuersa iam dudum magnificat curia cœli. In isto solo nihil vnquam fuit quod resisteret ei, siue ille in sinu eius pausauit, siue militaturus iussu ipsius naturæ nostræ carnis induit. Igitur hic vnus est, in quo deus requieuit, & sic super nos requiescit, non nisi pro tanto conformamur huic, pro tanto super nos requiescit. At itaque hæc sacrosancta non hominis, sed digiti dei scriptura. Et requieuit deus die septimo ab omni opere suo quod pararat, & benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit deus ut faceret.

*Quod non dictum sit, ab omni opere suo quod creauit deus & fecit, sed quod creauit ut faceret.*

CAP. XVIII.

**M**agna ad hæc etiam nolentibus vel dissimulantibus, magna inquam hic & mira sententia ingeritur, ita dicendo, quia in ipso cessauit ab omni opere suo quod creauit deus ut faceret. Non dixit ab omni opere suo quod creauit aut fecit, sed quod creauit ut faceret, quia videlicet antequam in illis diebus essentialium, quæ supra distinctæ sunt, omnia faceret, in isto septimo die creauit, creauit (inquam) cœlum & terram antequam faceret, creauit omne virgultum agrum antequam oriretur. Ergo ne, inquis, prius creauit, quod post faceret? Planè ita est. Hunc enim litera sensum ingerit, & auditorem cogit. Quod si non audisti, si forte dormitasti, ipse protinus scriptor interrogationis suæ manu te vellit atque percillit, & quod interrogare tu debueras, interrogat dicens: Istæ generationes cœli & terræ quando creatæ sunt? Et continuo responderet. In die quo creauit deus cœlum & terram, & omne virgultum agrum antequam oriretur, omnemque herbam virentem antequam germinaret. Bene ergo & excellenter dictum est, quod creauit deus ut faceret. Nam (ut sæpe iam dictum est) quod factum est in ipso vita erat. Proinde cum dicitur: qui viuunt in æternum, creauit omnia simul, subaudiamus, antequam faceret. Sic etenim hic habemus, creauit ut faceret, creauit (inquit) omnia simul in sua sapientia, ut vnumquodque illorum in sua propria faceret essentia. Nam ne putes sic esse dictum, creauit omnia simul, ut intelligendum sit, repente in propriis speciebus vel formationibus constituisse omnia simul, nec herba virens, nec ligna pomifera cœlo & terra vel vno momento minora existerent. Sequitur, & dicit. Non enim pluerat dominus deus super terram, & homo non erat qui operaretur terram, sed fons ascendebat e terra, irrigans vniuersam superficiem terræ. Ergo cum iam essent cœlum & terra, nondum statim erat omne virgultum agrum, & omnis herba virens, sed paulatim creuerunt eadem virgulta agrum quæ sponte nascuntur, & operante homine germinauit humus multa, quæ non sponte produceret hæc terra peregrinationis eius. Igitur hic dies benedictus & sanctificatus ille est, in quo creauit deus omnia simul, omnia in illo præscientia videns simul quæ distinctè esset factururus, & in illo requieuit in quo creauit, per quem omnia fecit. Et hic dies septimus sapientiæ nominatur & est, vnde in sæpedito propheta, septimus à timore spiritus sapientiæ ponitur. Proinde ipsa sapientia sic loquitur: Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret, à principio ab æterno ordinata sum, & ex antiquo antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram, nondum fontes abyssi eruperant, nec montes graui mole constiterant, ante colles ego parturiebar. Et post pauca. Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per sin-

per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delitiæ meæ esse cum filiis hominum. Ergo non tunc primum, postquam omnia facta sunt, in hoc die suo deus requieuit, sed antequam quicquam faceret requiescebat in illo tali requie, qualis rectè vocetur ludus & delitiæ sapientiæ. Per singulos dies ludebat ista sapientia, & per singulos ludos videns & delectatus deus dicebat, quia bonum est. Sic enim scriptum & supra dictum iam est, quia vidit deus quod esset bonum, & quia vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona, multum sibi ipse in ista sapientia artifex deus complacebat. Hinc est illud, quod cum baptizaretur hæc ipsa sapientia incarnata, tali illam voce testificando declarauit: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complaceui. Non dixit, in te mihi complaceo, ne putes hoc solum placere illi, quod inciperet mundum saluare in illo, quanquam hoc opus magnæ laudis sit, sed in te (inquit) mihi complaceui, contentans, quod hic ille sit, per quem cum faceret omnia, complacebat sibi per singula, bonus operarius videndo quod esset bonum. Ipse qui incarnatus est, qui venit benedictus in nomine domini, ipse inquam dies septimus est, in quo deus requieuit, in quo priusquam faceret, omnia creauit, non alius quam verbum dei, verbum deus filius, dei vnigenitus.

*De lege sabbati carnalis.*

CAPVT XIX.

**P**roinde lex etiam sabbati carnalis, lex fuit sancta, & iusta, & bona. Nam sicut signum circumsisionis incarnationem, & immolatio paschalis agni passionem futuram prædicabant eiusdem vnigeniti filii dei, sic & sabbatum ille requiem annuntiabat, quæ post hanc vitam reposita est sanctis & electis, vbi deus in luce sapientiæ suæ requiescit, qui & ipsam requiem illis promercede præparauit. Porro spiritualis homo non vno die hebdomadis, sed omni tempore sabbatizare satagit, semper intentus verbo dei, iuxta Psalmistam qui de hoc sabbato loquitur: imò per quem loquitur ipse sabbatorum dominus: vacate inquiens & videte, quoniam ego sum deus. Vacate namque à seculi actibus, & in sancto & quieto studio videte, quoniam dominus est deus; illius inchoatio sabbati est, quam & contemplatiuam vitam dicimus, quam optimam partem esse testatur ipsa veritas. Maria (inquiens) optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Cuius suauitatem iam in præsentis suis amatoribus dulciter aspirantem, sciens idem dominus alibi loquitur: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Hactenus sex diebus generationum cœli & terræ dinumeratis, cum septima quæ est requies dei, nunc demum ad sextum, id est, ad hominem scriptura redit, historiamque orditur ab ea, quam superius iam attigit, conditione eiusdem hominis. Nam sequitur.

*Quod hominem deus de limo terræ fecit, & de eo quod dicit Apostolus: Homo tu quis es, qui respondeas deo?*

CAP. XX.

**F**ormauit igitur dominus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. I supra iam dixerat, quia creauit deus hominem, sed non dixerat, quomodo, & vnde fecit eum. Dixerat, quia masculum & foeminam creauit eos, sed non dixerat, quod foeminam fecit de masculino. Et quidem de creatione masculi & foemine si nihil amplius diceret, quam quod supra dixerat masculum & foeminam creauit eos, foret & de isto similiter opinaremur, quod ita deus masculum & foeminam creauerit simul, ut neuter altero prior crearetur, repente exorti, mutuos sibi præbuerint conspectus: sicut (verbi gratia) de sole & luna hodieque inter doctos diuersa sententia est: aliis dicentibus, quod lunam creans deus, statim plenam ostenderit soli opponens remotam dimidia parte cœli: aliis econtra asserentibus, quod vtrumque simul fecit, ita & in coitu posuerit, ut paulatim luna de sub latere solis emergeret, cum cremenento mutuari luminis. Sublata est huiusmodi dubitatio historica narratione, quæ sic inchoatur: Formauit igitur dominus hominem de limo terræ. Solum namque masculum hic intelligi oportet, quia postmodum de masculino foemina formata est. Formauit, inquit, de limo terræ. Duo dicta sunt, quæ & diligenter aduertere operæ precium est, quia videlicet formauit, & non vnde cuncti, sed de limo terræ formauit. Hoc namque (sicut dignum erat) perpendentes homines sancti, pulchra plasmata in gloriam & honorem præparata, hunc ipsum creatorem suum plasmatis, seipsum autem lutum appellauerunt, eleganti confessione, lachrymosa declamatione. Et nunc domine (inquit Esaias) tu pater noster es, & nos lutum: & fictor noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Et ad Hieremiam loquitur idem plastes noster deus: Nunquid sicut figulus iste, non potero vobis facere domus Israel? Ecce sicut lutum in manu figuli, ita vos in manu mea domus Israel, &c. Ostenderit enim illi figulum facientem opus suum super rotam. Et dissipatum est (inquit) vas quod ipse faciebat è luto manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum sicut placuerat in oculis eius ut faceret. Hinc idem qui supra dicit Esaias: Væ qui contradicit fictori suo, restitit de Samiis terræ. Hæc & illis similia sciens ille iuris peritus cœlestis Paulus ait: O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid potest figmentum dicere ei qui se finxit, quare me fecisti sic? Aut nunquid non habet potestatem figulus facere de eodem luto aliud quidem vas in honore, aliud verò

verò in contumeliam. Itaq; & nos cum legimus, quia formavit dominus hominem de limo terræ, non discutendum nobis est, cur ita fecerit, sed potius illud timendum. Vnicuiq; nostrum de seipso, ne vas quod fecit ipse, dissipetur in manibus eius, & hoc abiectio faciat aliud vas, sicut placuit in oculis eius, ut faceret. Attamen sobriè quærere, id est, mirari licet, cur deus cum posset ruinas angelorum novis angelis reedificare, & toridem quot ceciderit simul creare & in cœlum leuare, ut vnus generis esset plebs cuncta omnisc; nobilitas cœlestis patriæ: cur homines alterius naturæ vel conditionis fecit, quos reponeret pro angelis, & non cunctos aut multos simul, sed vnum tantummodo plasmauit, de quo propagarentur cæteri? Hoc (ut prædictum est) & similia sobriè quærantibus nobis non incongruit, neq; propter nos facta vel dicta est illa Apostoli obiectio: O homo tu quis es qui respondeas deo? nec illa sententia domini, qua propter irrisores dictum est apostolis: nolite margaritas vestras mittere ante porcos. Quærimus enim non alia sapientes, ut deo respondeamus, aut iudicia eius comprehendere præsumamus, sed ut appropinquantes pedibus eius de doctrina illius accipiamus. Vnde & hoc in præsentis responsi accipimus, quo dignum est ut contenti simus, quia quod habuit hoc de thesauro cordis sui protulit, omnium artifex deus. Dicit nobis Euangelista de verbo eius, quod factum est in ipso vita erat. Nêne ergo qualis in ipso vita erat, talia foris opera fieri oportebat? Eleua si habes oculos, & vide non in angusto theatro, sed in orbe terrarum ludentem, & cum filiis hominum delicias dei sapientiam, & recogita sic ludendo cum filiis hominū, quæ vel quanta fecerit, quæ vel qualia dixerit: Cœli eruditi sunt spectando hoc terrarum circo eius ludum, vel delicias habitas cum filiis hominum, & aliquis hominum fastidit quasi ludum superfluum? Nempè ex hoc spectaculo in Ephes. 3. noruit (ut Apostolus ait) principibus vel potestatibus multiformis sapientia dei.

De eodem quod prædictum est, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ.

CAP. XXI.

**I**gitur quia sic voluit, & sic sapientia distauit, vnum de quo cæteri propagarentur, formauit hominem de limo terræ. De limo inquam terræ. Manifestum est hoc, quia secundum corpus homo terra est. Terra enim (inquit dominus) es, & in terram ibis, & ex hoc satis arguitur terram esse, quod in terram it. Sed non itidem aperte innuit scriptura qualis substantia, vel quæ materia sit animæ. Hoc tantū dicendo, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Nihilominus & supra cum dicit, producat terra iumenta animæ viuentis, materiam corporis iumentorum terram esse satis exprimit: sed non etiam viuentis animæ illorum materiam definit, quam tamen dubium non est de aere sumptam in tenues auras rursus dissipari, & ita mori vti nō sit. Dicit autem Eccles. 3. Idcirco vnus interitus est hominis & iumentis, & æqua vtriusq; conditio. Sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius. Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt, & in terram reuertunt. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendit iursum, & si spiritus iumentorum descendit deorsum? Ergo non iuxta Platonicos de cœlo cecidimus nos humanæ animæ, sed æqua, inquit Ecclesiastes, æqua inquam vtriusq; id est, hominis & iumentis conditio est, & similiter spirant omnia. Aequa est conditio eorum, & similiter spirant, & vnus est vtriusq; interitus, sed non vnus idemq; finis. Nam spiritus iumentorum finitur, descendit enim deorsum, id est, in hunc infimū extinctus reuoluitur aërem: humani autem spiritus nullus est finis, reuertitur enim ad eum qui fecit illum. Dicendo namq; quis nouit, non ipse dubitat, sed tanquam concionator paucitatem miratur illorum, qui hoc attendere curent. Nihil, inquit, habet homo iumento amplius, æqua enim est vtriusq; conditio, & vnus interitus. Quid ergo est ratio, qua solus homo insignitur? Quoddam munus, quoddam talentum à creatore commissum. Quod sentiens etiam quidam authorum secularium, dixit: Infra lunam nihil est nisi mortale & caducum, præter animos munere deorum hominum generi datos. Commissum, inquam, est homini rationis talentum, quod si bene expendit, ipse remunerabitur: si autem in terram defoderit, auferetur ab eo, & ipse punietur. Nunquid enim ratio erit apud inferos? Quodcumq; potest manus tua (inquit idem qui supra Ecclesiastes) instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia erunt apud inferos quo tu properas, non quia deficere possit hominis rationalitas, sed quia sempiterna illic fatiganda erit infamia. Hoc ergo differt spiritus hominis à spiritu iumentorum, quod hic rationalitatem accepit munere dei, ille autem brutus permansit. Hoc inquam differt, quia hic tanquam cera sigilli testatoris imagine signata, sic imagine dei signatus est: ille autem signatus non est. Quæ signationem & supra innuit scriptura dicendo: & creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum, & nunc vbi cum dixisset: Formauit igitur dominus hominem de limo terræ, confestim addidit: & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quid enim est inspirauit, nisi ut in alia ædificatione habetur, insufflauit in faciem eius spiraculum vitæ? Nunquid corpus est deus, & collectum aërem contractis buccis in faciem plasmatis sui insufflasse putabitur? Hoc nempè ridiculum est. Sed inspirauit dictum est, quia verbi eiusdem imperio, q̄ de tenebris lucem

lucem splendescere iussit, per quam intelliguntur angeli, substantiam sibi subiectam ipse citauit, & oculos rationis assumere vel aperire fecit, occultisq; visceribus plasmatis hominis velociter inferuit. Similiter & cum legimus, quia immisit dominus soporem in Adam, & tulit vnā de costis eius, & ædificauit costam quam tulerat de Adam in mulierem, subaudiendum est, quia inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ambos enim creauit, masculum inquam & foeminam creauit eos. Ipsi nempè creati, cæteri qui ex ipsis nascuntur, rectè dicuntur procreati. Quorū animas non ex traduce fluere, omnium orthodoxorū vnā est sententia, ne (quod ridiculum est) tot consequatur quotidie animas perire, quot pereunt semina. Quare ergo, inquis, omnes in Adam moriuntur, si non ex traduce, id est, ex viro semen transfundente pariter & animæ deriuantur? Ad hæc inquam. Nunquid autoritate dei solus masculus & non etiam foemina Adam dicitur? Sic enim scriptum est: Hic est liber generationis Adam in die quo creauit deus hominem, masculum & foeminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomē eorum Adam, in die quo creati sunt. Nam quomodo in Latina lingua homo, sic in illa lingua Adam, de vtroq; sexu dicitur. Porro quod Latine dicitur vir, hoc Hebraicè dicitur isch: in quo discretio est sexus masculini: quod autem Latine mulier, hoc Hebraicè dicitur ischa. Cum ergo Eua concipit, inanimatam quidem præuaricatoris masculi semen suscipit, sed ipsa nihilominus præuaricatrix est, de cuius corpore viuo, semen ipsum viuificatur in genere suo per benedictionem qua dictum est: Crescite & multiplicamini. Vnde & vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, eo quod esset mater cūctorum viuentium, id est, quod ex ipsa nascentium vitamumeret exordium. Eua enim transferretur in vitam. Quia verò vterque scilicet masculus & foemina præuaricator, & vterq; Adam est, rectè is qui nascitur, & moritur, & in Adam mori dicitur: quia videlicet hæreditate vitæ, quam parens vterq; iuste perdidit, filius iuste priuatur.

Cur hoc tantum dictum sit, & factus est homo in animam viuentem.

CAP. XXII.

**I**gitur hoc dicto, quia formauit dominus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, dignitas pulchre exprimitur conditionis humanæ, quæ à cunctis longè diuersa sit animantibus, tam formatura corporis, quam viuificatione dei inspirantis. Vtrumque perspicuum est. Forma corporis in hoc solo animante fursum caput attollit, cœlum intuetur, terramq; calcans pedibus recto pectore incedit, & sidera vel cœlestia regna superne positæ meditari commonetur oculis. Animus verò siue spiraculum, quod spirauit deus in faciem eius, multarum artium bonarum atque vtilium repertor est, ex dono rationis quod sibi collatum est. Sed eo magis attendendum est, quod subauditur, & factus est homo in animam viuentem. Hæc enim dictio re, quæ supra descripta est, longè minor est. Siquidem iumentum quoque in animam viuentem factum est, dicente deo: Producat terra iumenta animæ viuentis. Cum autè dixisset deus. Faciamus hominem, addidit, ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis vniuersæ terræ, & omni reptili quod mouetur in terra, quare ergo tantum honori huius facturæ detractum est, hoc solum dicente scriptura, & factus est homo in animam viuentem? Videlicet, quia qui factus est homo, rationis dono non bene usus est, & honorem suum non intellexit, sed superior est iumentis. Quod sentiens Apostolus: Factus est (inquit) primus homo in animam viuentem, nouissimus verò in spiritum viuificantem. Qui habet aures audiendi, audiat pulchram musicæ huius consonantiam, id est, scripturarum concordiam, dum hic præcentor ait: Factus est primus homo in animam viuentem, & alius succinit: nouissimus verò in spiritum viuificantem. Non ergo casu, sed iacta & prudenti industria primus ille imperfectum emisit canticum, tamdiu decantandum, donec venirent qui scirent supplere & ad finalem perducere sonum: sicut hodie fit, cum iam in frequenti & celeberrimo vsu habemus dicere: factus est primus homo in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem, addentes adhuc. Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sequitur.

De plantatione paradisi, & quod homo non formatus in paradiso, sed positus fuerit.

CAP. XXIII.

**P**lantauerat autem dominus deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominē quē formauerat. Ius possessionis dei pulchre scriptura defendit, tali verbo vtr̄: plantauerat autē dominus deus paradysum voluptatis. Itē & hominis infirmā legē vel causam insinuat dicēdo, in quo posuit hominē quē formauerat. His namq; verbis quodāmodo declarat solum deū (quod verum est) legitimum esse paradisi dominum, hominem autem in eodem paradiso aduenam, & domini dei fuisse colonum. Quod idē dominus populo suo patenter inculcat sub imagine terræ Chanaan, de hoc paradiso voluptatis loquens, quē reuera constat esse terrā & lacte & melle manantē. Terra (inquit) mea est, vos autē aduenæ & coloni mei estis. Ergo grati fuit, quod hominē foris

1. Cor. 15

Genes. 5.

Ratio peccati originalis.

1. Cor. 15

Leuit. 25 foris

foris plasmati in paradiso posuit iustitiam verò q̄ datum peccanti rursus abstulit. Cur autē illi in paradiso posuerit, postmodū scriptura dicit, videlicet vt operaret̄ & custodiret̄ illi. Paradisus autē Græcè, hortus dicit̄ Latine, qui quantæ voluptatis, siue quantarū sit deliciarū, quod Hebraice dicitur Eden, item scriptura statim manifestat cum dicit: Produxitq̄ deus de humo omne lignū pulchrum visu, & ad vescendum suauē, lignum etiā vitæ in medio paradisi.

*Item de paradiso, quod verè terra locus sit. CAP. XXVIII.*

**S**ed iam hic antequam in hunc sermo noster paradisi progrediatur, nullatenus prætereun- dum est, de isto quoque pulcherrimo deliciarum domini hortulo, scrupulosè disseruisse ma- gnos & illustres viros, sensu longè diuerso. Nam alii spiritualem omnino sequentes intel- ligen- tiam, narrationem huius sacræ scripturæ neglexisse videntur historicam, tanq̄ visibilia illa & corporalia non fuerint, sed intelligibilia significandorū causa hoc modo dicta vel conscripta sint, arboreq̄ istas, & ligna pomifera siue fructifera in virtutes vitæ moreq̄ conuertunt: quasi propterea non potuerit esse paradisi corporalis, quia potest etiā spiritalis intelligi. Alii ve- rò consultius scripturæ veritati adherentes, hæc inquirunt, & si qua commodius dici possunt de intelligendo spiritali paradiso, nemine prohibente dicantur, dum tamen & illius historie ve- ritas fidelissima, rerum gestarum narratione commendata credatur. Non enim idcirco non fue- runt duæ mulieres Agar & Sara, & ex eis duo filii Abraham, vnus de ancilla, & vnus de libera, quia duo testamenta in eis figurata dicit Apostolus: aut ideo de nulla petra, Moysè percussente, aqua defluxit, quia potest illic figurata significatione etiā Christus intelligi, eodem Apostolo dicente: Petra autem erat Christus. Porro, illis qui literā vel historiam hoc loco prætereire vo- lunt, istud maximè scrupulum mouet, quod de quatuor fluminibus ex paradiso fluētibz duo, Tigris & Euphrates esse scribuntur. Nam Salustius (inquiunt) author certissimus asserit, tam Ti- gris q̄ Euphratis in Armenia fontes demonstrari, ex quo animaduertimus, aliter de paradiso & fluminibus eius intelligendū. Sed esto. Etiam Salustius ille autor certissimus sit, & verum di- cat, horum fluminum fontes in Armenia demonstrari: nō infirmatur tamen literæ veritas, que dicit paradisi fluuium in quatuor capita diuidi, quorum hæc duo sunt. Siquidem omnes aquæ portabiles atq̄ salubres, vbi cunq̄ fluunt vel vndecunq̄ appareant, de fonte paradisi per occul- tos meatus originem trahunt, & ex eius dulcedine hoc habent, vt portabiles siue salubres sint. Nā & supra hoc modo dictum est. Sed fons ascendebat è terra irrigans vniuersam superficiem ter- ræ, superficiem inquam, quia profectò in superficie paret effectus, siue fructus irrigationis in her- bis videntibus, in lignis pomiferis. Hoc deniq̄ notandum est, quod non dictum sit, & fluuius e- grediebatur de paradiso, qui deinde diuidit̄ in quatuor flumina, sed qui deinde diuiditur in qua- tuor capita. Nam ille fons vniuersam (vt iam dictum est) terram irrigat, & quemadmodum ier- cur in corpore animalis, quod dicunt Phisici fontem esse sanguinis, cunctis venis sanguinem mi- nistrat, vitamq̄ animantis hoc ministerio retentat: sic ille fons vniuersam terram per venas oc- cultas vegetat, & in multos redundat fontes & flumina, sed eorum omnium quatuor ista sunt ca- pita, id est, principalia flumina. Igitur & fontes horum, scilicet Tigris & Euphratis, si libet, in Ar- menia demonstrantur, & tamen per viam quam nouit author fluminum deus, de paradiso se- cundum veritatem scripturæ huius manare credantur.

*Item de paradiso, quod eum plantauit deus à principio. CAP. XXV.*

**S**ed quomodo hunc paradisi plantasse dicitur dominus deus à principio? Si enim dixerim- us, sic esse dictū à principio, quod anteq̄ cœlum & terram faceret, paradisi plātaisset, hoc humana ratio sentire nō potest, quippe cum paradisi localis & terrenus est locus, imò & quidā terræ ornatus. Et quidem à principio sic intelligi potest, quia (sicut superius iam dictum est) om- ne virgultum agri & omnem herbam regionis creauit dominus anteq̄ ortiretur, vel priusq̄ ger- minaret, in die quo creauit cœlū & terram, scilicet eo modo, de quo & scriptum est: quia quod fa- ctum est, in iplo vita erat. Verū hoc itidē de cœlo & terra, & de omnibus quæ facta sunt dici potest, quia sic à principio cuncta fecerat dominus deus, quia qui viuit in æternū creauit omnia simul. Hoc ergo promptius intelligi potest, quia à principio dominus deus plātauit paradisi, idem esse ac si diceretur: ab initio mundanæ exornationis, quando illo iubente, terra herbam li- gnumq̄ genuit. Distinctis namq̄ tribus partibus mundi, id est, cœlo, terra, & mari, primus ornatus fuit plātatio paradisi, dicente deo: germinet terra herbā viuentem, &c. Ipsam plantatio- nem delicias breuiter hoc modo describit: Produxitq̄ deus de humo omne lignum pulchrū visu & ad vescendum suauē, lignum etiā vitæ in medio paradisi, lignumq̄ scientiæ boni & ma- li. Palam est sanè intellectui, plantationem huiusmodi paradisi, id est, horum esse magnæ vo- luptatis, in quo scriptura, siue horum scriptor digitus dei, tam diligenter quasi studium plasmato- ris commendare curauit. Sic enim singula penè verba posita sunt, vt prope sub oculis legen- tium deū designauerit operariū diligentem ac sollicitū, plantantem ac radicantē, summaq̄ cura conquirentem omne quod pulchrum visu, & ad vescendū suauē fore crederet, taliaq̄ deliciarū instrumenta

instrumenta excogitantē, quibus cōsistis, ipsius qui plātaisset, scientia merito laudari debuisset.

*Item de eodē, quod propter hominem plantauit eū deus. CAP. XXVI.*

**E**T quidem quod dixit scriptura, plantauerat dominus deus paradisi, hoc repetiuit, dicen- do: Produxitq̄ deus de humo omne lignum, & quod dixerat paradisi voluptatis, hoc ali- quantisper exposuit, dicendo: omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suauē, lignum etiā vitæ in medio paradisi. Veruntamen dicendo, plantauerat dominus deus paradisi volu- ptatis, rei dignitatem alius declamauit. Nam quod ait: Produxitq̄ deus de humo omne lignū, &c. mediocris sermo narrationis est, verbo plantantis felicitis rei æternitatem, nomine volup- tatis eleganter eiusdem expressit iucunditatem. Verbum namq̄ plantantis, plantatoris eius siue hortulani studium innuit, qui nunq̄ transitoris rebus studuit, ita vt cura sibi sit de illis, restantē Apostolo cum dicit: Nunquid de bobus cura est deo? Nomen autem voluptatis omnis indigen- tia sensum excludit, quia videlicet non sicut hic, ira ex necessitate manducabitur & illic. Etenim in hac hominis peregrinatione, cibus est mortalitatis solatium, illic autem immortalitatis dele- ctamentum. Et hoc sciendum, quia propter solum hominem hunc terrenum paradisi plan- tauit dominus deus, illum autem paradisi cœlestem & angelis plantauit, & hominibus. Nam angelus qui terrenum non habet corpus, vnus spiritalis paradisi delicias est cōrentus: homo au- tem qui ex corpore constat & spiritu, duplici paradiso deliciabitur. Illic æterna resurrectione be- atificatus, secundum animam sola cibabitur diuinitatis felici visione: secundum corpus autem vescetur omni ligno pulchro & suauissimo, non pro necessitate, sed pro magna & ineffabili vo- luptate. Nunquid enim ex necessitate dominus noster post resurrectionem suam manducauit coram discipulis suis? Non vtiq̄, sed ex potestate. Et tunc quidem quia potuit, manducauit im- mortalis propter mortalium utilitatem: nunc autem & in æternum poma sui paradisi mandu- care potest, propter suam voluptatem. Attamen quia sancti angeli (sicut alio loco iam dictum est) qualiacunq̄ habeant corpora, & sanctorum hominum hospitali charitate interdum adeo de- lectari sunt, vt appositos cibos manducasse legantur, potest credi, quod eadem potentia multo magis tunc epulis nostris sint condelectandi, vbi viderint nos simul congregatos hereditate pa- tris nostri cibari, quos cum viderent in primo parente præiudicatos exulare, amica condolue- runt charitate, per ampla sepra vacui paradisi. Si republicam suam sic disposuit dominus, si domum suam licet ordinari prudens paterfamilias deus, & ipsi velimus.

*Quod paradisi terrestris ad exemplar plantatus sit cœlestis paradisi, itemq̄ de ligno paradisi quod in medio erat. CAP. XXVII.*

**S**ciendum autem est, hunc paradisi terrenum, ad exemplar cœlestis paradisi fuisse cōsti- tum, in quo, quasi ligna pulcherrima fuere angelicæ fortitudines, & lignū vitæ deus ipse, cu- ius felices angeli beata semper viuunt visione. Quod maximè Ezechiel propheta cōmendat his verbis, loquens contra principē tenebrarū diabolum, sub nomine regis Pharaonis inter cetera: Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei, abietes non adæquauerunt summam eius, & pla- tani nō fuerunt æquæ frondibus illius. Omne lignum in paradiso dei nō est assimilati illi, & pul- chritudini eius, quonia speciosum feci illū, & æmulata sunt eū omnia ligna voluptatis, quæ erāt in paradiso dei. Et post pauca: Cui assimilatus es o iclyte & sublimis inter ligna voluptatis: Ecce deductus es eū lignis voluptatis ad terrā vltimā. Hæc & huiusmodi propheta cū dicit, non vtiq̄ veritatē infirmat huius historice narrationis, sed pulcherrimā rationem consilii diuini nostris in hoc paradiso sensibus subluccere facit. Igitur primū illud querimus, in quo maximè terrenus hic paradisi cœlesti similis sit, & tunc demū literaturæ vestigia prosequemur. Similitudinē cœlestis paradisi duo maximè huius paradisi præferunt ligna, causas contrarias habentia, scilicet lignū vitæ in medio paradisi, lignumq̄ scientiæ boni & mali. Hæc enim causas habere contrarias re- cte dixerim, quia videlicet si causam ritè perpendas, sicut hoc lignum vitæ, sic illud reuera dicen- dum est lignum mortis. Ironice enim dictum esse lignum scientiæ boni & mali, perspicuum e- rit. Dixit enim deus, quacunq̄ die comederitis ex eo, morte moriemini, & verum dixit. Dixit e- contra serpens, comedite, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum, & falsum dixit. Deus, in- quam, verum, & serpens falsum dixit. Nec enim comedendo dii facti sunt, aut scientiam ampli- orē acceperunt, vt bonum & malum omnino scirent, sed iuxta veritatem dei statim & in anima mortui, & in corpore mortales effecti sunt. Hoc itaq̄ lignum ironice dictum est lignum scientiæ boni & mali, vt ipso nomine suo monumentum legentibus repræsentet diabolici mendacii. Nā verè paia est, quia per inobedientiam manducantis homini lignum mortis extitit, quæ tamen mors non ex ligni natura, sed ex manducantis culpa processit. Itaq̄ pulcherrima quidem, sed nō minus terribilis, quam pulchra, consilii diuini ratio per hæc nobis elucescit: quia videlicet sicut ad examinandum omnem angelicam creaturam, diabolum in cœlo cum electis angelis posuit, sic ad examinandum hominem in hoc paradiso cum ligno vitæ lignum interdicendum plantare voluit. Vtrunq̄ præ ceteris pulchrū, & illud lignum, & illum fecit angelum. Et quidē pro specie sua va-

fua vanis & superbis angelis plus q̄ deus: hoc autem interdictum lignum pro sua pulchritudine, plus quam non interdictum lignum vitæ, primis hominibus complacuit. Nam de appetita pulchritudine ligni, scriptura sic dicit: Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit. De illo autem vanitatis principe, propheta prædictus supra similitudine ab huius paradisi lignis, Omne, inquit, lignum paradisi dei, non est assimilatum ei, & pulchritudini illius, quoniam speciosum fecit eum, & multis condensiq; frondibus, & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis que erant in paradiso dei. Ligna, inquit, voluptatis, non quæ sunt, sed quæ erant in paradiso dei, æmulata sunt eum, quia videlicet spiritus illi qui æmulati sunt speciem superbiæ eius dicentis: Ero similis altissimo, eiusque vanitatem plus quam dei sapientiam mirati vel sectati sunt, erant quidem in paradiso dei, sed modo ibi non sunt. Igitur quomodo in illo cœlesti paradiso: deus verè ligni vitæ, qui sanctos angelos, sua pascit dulcedine, secum assumpsit in cœlum: illum rebellem suum, regem superbiæ, sic idem magnus & metuendus deus, terribilis in consiliis super filios hominum, cum ligno vitæ in isto paradiso plantavit, & lignum hoc, in quo contumax homo deprehenderetur per culpam inobedienciæ, sicut illi omnes spiritus qui filii essent superbiæ, conuincerentur & iudicarentur in suo rege, deo rebelli. Illic & omnes principes cœlorum fuerunt, quorum nulli proprium nomen positum inuenitur, nisi illi qui æquæ, vt deus voluit esse & magnus nominatus. Alii namq; communi nomine lux, ille autem cuius tenebrarum portitor, per contrarium Lucifer est appellatus. Hic itidē & omne lignū pulchrum visū, & ad vescendū suauē pro duxit de humo dominus, circa lignū vitæ, & nullū eorū proprio nomine nūcupatur, nisi hoc solum quod reuera (vt iam dictū est) lignum mortis extitit, per contrarium autem lignū nuncupatum est scientiæ boni & mali. Non enim, vt nonnulli arbitrati sunt, proprium cuiusdā ligni vocabulum est omne, vt per hoc quod dictum est, produxitq; deus de humo omne lignum pulchrū visū, & ad vescendum suauē, vnum lignum debeat accipi, sicut & per lignum vitæ non nisi vni, & per lignum scientiæ boni & mali nihilominus non nisi vnum oportet intelligi. Nam & infra cū dixisset callidus serpens, cur præcepit vobis deus, vt nō comederetis de omni ligno paradisi, videlicet permixto mendacio suæ quæstioni mulier respondit. De fructu lignorum quæ sunt in paradiso velsimur, de fructu verò ligni, quod est in medio paradisi, præcepit nobis deus ne vesceremur. Cū ergo dicat de fructu lignorū multa intelligenda sunt in eo, quod dicitur omne lignū. Et nota, q̄ non modo lignum vitæ, sed etiam hoc lignū quod interdictū est, dicitur esse in medio paradisi, quia videlicet, in hoc quoq; quædā similitudo est dei & aduersarii eius diaboli. Cum enim rectè dominari deberet in medio creaturæ suæ deus, non tulit æmulus maiestatis, ille aduersarius, vt hic dominaretur solus, sed præsumpsit velle vt & ipse dominaretur, sederetq; medius quasi altissimus, & milia milium starent vel ministrarent in circuitu throni eius.

Quod fons ascendebat de terra, qui inde diuiditur in quatuor capita, itemq; de triplici significatione paradisi. Cap. XXVIII.

**Q**uid tandem illud sibi vult, quod fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ, qui & inde (vt postmodum dicendum est) diuiditur in quatuor capita? Planè nō minus in hoc fonte, q̄ illo ligno vitæ mirabilis creator mysterium meditatus est. Quid enim? Nonne propheta supra dictus ab aquis fontis huius similitudine deriuata dicit, de eodē (de quo supra) eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, erant enim rami eius iuxta aquas multas? Et de his humilibus mēte spiritibus, qui illo superbiente & deiecto, stabiliti sunt & firmati. Et consolata sunt, inquit, in terra infirma omnia ligna voluptatis egregia atq; præclara in Libano vniuersa quæ irrigabantur aquis. Quæ autē sunt aquæ illæ, quibus irrigatur ligna hæc infirma quidem, sed præclara, infirma quidem, sed tamen egregia? Illorum namq; infirmitas, quia humilitas est, vera fortitudo est: sicut contrario modo, fortitudo robusti illius, contra quem hæc dicuntur, vera infirmitas est. Quæ inq; illæ sunt aquæ, quibus irrigata & consolata sunt hæc ligna, nisi inundationes charitatis, nisi emanationes spiritus sancti, qui sic illos sua dulcedine impleuit, vt rectè dicantur ligna voluptatis? Igitur dū talem hūc dominus deus plātauit in terra paradisi, & diuidendum in omnes terras fecit inde ascendere fontē, magnū meditatus est mysterium, magnæ gratiæ fudit imaginem. De qua re tunc oportunius dicemus, cum ad glorificationē domini leuē, & datum spiritus sancti peruenierimus, quæ iuxta propositum, tertia pars erit operis huius.

Nunc interim sciendum est, duos rationalis creaturæ esse paradisos, vnum scilicet sanctorum societatem angelorū, & alium ecclesiæ electorum hominū, & horū vtriusq; hūc de quo loquimur, terrestre paradisi imaginem esse vel similitudinē. Etenim sicut in isto, lignū vitæ plantatū fuit, & lignū per quod mors introiit in mundū, sic in cœlo contra deum vitæ authorem diabolus author mortis extitit, sic nihilominus in genere humano lignum vitæ Christus, & contrarium eius lignum mortis Antichristus erit, qui iam dudum per membra sua ministerium operatur iniquitatis. Item, sicut de hoc paradiso terreno fons ascendit, irrigans vniuersam superficiem terræ

terræ qui & inde diuiditur in quatuor capita, omnemq; terram reddit aptam frugibus alēdis, sic & de illo cœlesti paradiso fons manare dignatus est, id est, gratia spiritus sancti, tāta copia rigans massam generis humani, vt cū sanctorum & electorū omnium cedris, oliuis, & vineis, vitæ quoq; lignū .i. Christum deū & hominem fecerit in terra nasci virginæ carnis, circa quæ fluēta scripturarū in quatuor capita diuisit, quæ propheta in quatuor animalū diuersas facies distinguit, scilicet, hoīs, leonis, vituli, atq; aquilæ volantis. Non enim solummodo quatuor euāgelia, sed & omnis scriptura diuinitus inspirata, certā hanc habet intentionis suæ quadrifidā faciem. vt eundē dominum nostrum ostendat mansuetū nobis, vt verè hominē: fortè contra diabolū, vt leonē .i. deum omnipotentē: immolatū pro nobis vt vitulū electū atq; saginatum: resurrexisse atq; in cælū ascēdisse vt volantē aquilam. Sed de his aliās dicendum erit. His breuiter de paradiso pro veritate hystoriæ decursis, nunc demum cœptum literæ prosequamur ordinem.

**Item de eodem fonte & fluuio qui egrediebatur de paradiso. CAP. XXIX.**  
**E**T fluuius egrediebatur de paradiso, qui inde diuiditur in quatuor capita. Sicut superius dictum est, non dixit qui inde diuiditur in quatuor flumina, sed in quatuor, inquit, capita, id est, principalia flumina. Non enim fons, qui (vt supra scriptura dixit) ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ, quatuor fluminibus dissipatur in exitu paradisi, sed irrigans vniuersam superficiem terræ, q̄ multos fontes efficit, & in quā plura redūdat flumina, quarū ista sunt capita. Et in hoc, miram terræ paradisiacæ dulcedinē commēdare intendit, quia videlicet aquarum natura salta est, nec potui habilis, sicut in semetipso mare ostendit. Ascendens autē de abyssu in illam quasi magni corporis terræ mammam, id est, paradisi fontem, quodammodo lacteam assumit dulcedinem, & irrigat vniuersam terræ superficiem, vt iuxta Psalmistam: Potent omnes bestię syluæ, & expectent onagri in siti sua, imò vt dulcesceret omnis terra, ad nutricandā herbam virentem, lignūq; pomiferum, quod producere iussa fuerat. Quod maxime valet in terris orientalibus, non solum panis & vini, sed & preciosorum aromatum fertilibus, quia cum ex optimis quondam Sodomorum & Gomorrhœorum terra fuit, quæ anteq̄ subuerteret dominus Sodomam & Gomorrhā, sicut hæc ipsa scriptura testatur, irrigabatur sicut paradisi domini. Nomē, inquit, vni Physon, ipse est qui circuit totā terram Euilat, vbi nascitur aurū, & aurū terræ illius optimum est, ibiq; nascitur Bdellium, & lapis Onychinus. Physon ipse est, quē nostrī, mutato nomine, Gangē vocāt. Porrò, Euilat regio est Indiæ, nomen habens ab Euila filio Iectā, vbi inquit, nascitur aurū. Et alibi quidē nascitur aurū, sed aurū terræ illius optimū est, ibiq; Bdellium inuenitur, & lapis Onychinus. Bdellii arbor est aromatica, de cuius natura Plinius plenissimè scribit. Onyx autem gemma est, sic appellata, quod habeat in se, permixtum candorem in similitudinem vnguis humani, Græci enim vnguem onychem dicunt. Præterea & aliæ gemmæ multæ preciosissimæ, carbunculus, smaragdusq; ibi nascuntur. Et nomen fluuii secundo Gyon, qui & Nilus dicitur, Aethiopiæ fluuius. Ipse est enim, inquit, qui circuit omnem terram Aethiopiæ, tantæ commoditatis fluuius, vt eum pro maximo deo suo, quondā coluerit Aegyptus, quippe cuius fluentis irrigata, cunctiq; exinde copiis saturata, nunq̄ lupernè fuis indiguit imbribus. Nam sub maximo solis æstiu feruore, crescentibus vndis diffunditur, nec ante autumnale æquinoctium decrescendo ripis suis iterum restringitur. Vndē Lucanus: Nilus neq; suscitatur vndas Ante canis radios, nec ripis alligat amnem Ante parem nostrilibra sub indice phœbum. Et de his quidem nulla potest opinio refragari, huic veridicæ hystoriæ, quoniam de paradiso oriatur. Nam aliud non habet quod dicat quis. Proinde de Nilo, qui & Gyon, ait idē qui supra: Nilusq; non ætas voluit conferrere futuris, Notitiam, sed vincit adhuc natura latendi: De Gange autem qui & Physon. Mouit & Eoos bellorum fama recessus, Qua colitur Ganges toto qui solus in orbe Ostia na centri contraria soluere phœbo Audet, & aduersum fluctus impellit in Eurum. Cæterorum, id est, Tigris & Euphratis ortum in Armeniā vel Perside monstrari, & nihilominus ramentum scripturam hanc, siue hystoriam veracem esse, superius iam dictum est. Sane Tigris propter velocitatem cursus sui, nomen à velocissima bestia tigride sumpsit. Euphrates verò fertilitas interpretatur, sic appellatus, pro eo quod in morem Nili per agros diffundatur, terraq; fertiles efficiat. De quorū natura dicit idem qui supra. Quaq; caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates, quos non diuersis fontibus edit Perlis, & incertum est, tellus si misceat amnes. Quod potius sit nomen aque, sed sparsus in agros Fertilis Euphrates Phariq; vice fungitur vndę. At Tigrim subito tellus absorbet hiatus, Occulosque regit cursus, rursumq; renatum Fonte nouo flumen pelagi non abnegat vndis. Sequitur.

**De præcepto homini dato, ne comederet de ligno scientiæ boni & mali. Cap. XXX.**  
**V**it ergo dominus hominem & posuit eum in paradisi voluptatis, vt operaret & custo daret illū. Præcepitq; ei dicens: Ex omni ligno paradisi comedere, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. ] Apostolus cum dixisset: O altitudo diuiciarū sapientiæ & scientiæ dei, q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestiga-



inuestigabiles viæ eius, cōtinuo subiunxit: Quis enim cognouit sensum domini, aut quis cōsiliari  
us eius fuit, & ostendit illi: Aut quis prior dedit ei, & retribuetur ei: Quoniam ex ipso, & per ip-  
sum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorum, amen. Ecce quibus dedit de-  
us: Angelus & homo. Cum cæteris creaturis suis sane nullam deus dedit aut accepti ratione ha-  
bit, quippe quibus præter naturalem essentiam nihil dedit. Angelis cœlum, homini autem pa-  
radisum dedit. Huic & huic dedit, & huic & huic prior dedit. Quid enim hic vel hic prior dede-  
rat illi: Primus ergo ille dedit, conditione tamen præscripta, vt retribueretur sibi. Quid autē re-  
tributionis ab angelo, nisi dilectionem: quid ab homine exegit, nisi fidem per dilectionem ope-  
rantem: Ait enim scriptura: Tulit ergo dominus hominē, & posuit eum in paradysum volupta-  
tis, vt operaretur & custodiret eum. Quid enim operaretur, aut à quo custodiret eum: Operare-  
tur vtq; opus dei, quod non est aliud nisi opus fidei, nisi officium spei, nisi obsequium charitatis.  
Dicat aliquis: Cur non absq; vlla conditione, absq; vilo præcepto posuit illum in paradiso: Nō  
nemelius fuisset, nullum dedisse præceptum, quā positione præcepti facere præuaricationi lo-  
cum: Vbi enim præceptum non esset, nec præuaricatio. Ad hæc inquam. Vnde ergo homo co-  
pularetur deo, si non illi subligaretur obedientiæ iugo, si non acciperet commissum in quo debe-  
ret fidelis existeret deo: Vbi enim nullum commissum est, ibi & nulla compararet fides. Porro, si  
ne fide impossibile est deo placere. Quasi verò nunc aliter agat deus, aut aliter quempiam acce-  
ptum habeat, nisi per fidem. Itaq; vt operaretur per fidem, iccirco tulit eum in paradysum, & vt  
custodiret eum, scilicet ne deferta fide, vel dilectione creatoris, simul perderet datum optimum.  
Igitur & verè bonus & sapiens deus, & prior dedit, & cum rationabili conditione dedit paradi-  
sum homini. Sed pergunt querere adhuc homines, curiosi dei, negligentes autem sui, volentes  
cognoscere sensum domini, & audentes consilium dare illi. Si, inquam, deus saluum aut beatū  
volebat esse hominem, cur non fecit inconuertibilem: Cur non fecit immutabilem: cur non sta-  
tuit illi naturam nullius tentationis passibilem: Verum contra huiusmodi obiecta superius pau-  
cis respondimus, cum de primogenito perditionis, vel principe mortis diabolo loqueremur, vi  
delicet nihil præter deum inconuertibile, vel incommutabile esse per naturam, nullamq; nisi  
proficiendo vel operam cum gratia dei adhibendo, statum virtutis incommutabilem assequi crea-  
turam. Nunc oculis nostris, non persuasione serpentis, sed in spiritu sancto apertis, mandatū cre-  
atoris, quod ille infeliciter præuaricatus est, intueamur. Ait: Ex omni ligno paradisi comede, de  
ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Magna largitas donorum, & non graue largito-  
ris mandatū. Ex omni, inquit, ligno paradisi comede, de ligno autē vno ne comedas. Leuis in tā  
ra copia fuisset cōtinentia, si nō defuisset cōtinentiæ dux beneuolētia. Illud sane sciendum est, per  
anticipationē, (quod schema græce prolepsis dicitur) dictū hic esse lignū scientiæ boni & mali. Nō  
enim ex ore præsentis veritatis dei dicētis, in quocūq; enim die comederitis ex eo, morte morie-  
mini, sed ex posteriori fallacia diaboli, nominis huius origo manauit (vt superius iam dictū est)  
qui manducare persuadens, eritis, inquit, sicut dii, scientes bonum & malum. Dolenda scriptor  
memoria lignum illud norauit, tanq̄ diceret: Ex omni ligno paradisi edendi licentiam dedit, so-  
lum illud quod ex euentu per contrarium dicitur scientiæ boni & mali lignum, interdixit.

*Quod fidem, spem, charitatem, homo deo debuit, sed ingratus non  
exhibuit.* CAP. XXXI.

**E**X omni, inquit, ligno paradisi comede, &c. Tria duxit digna imperare maiestas trinitatis,  
ex omni ligno comede, & de hoc ne comedas, & in quocūq; die comederis ex eo, morte mo-  
rieris. His tribus propositionibus tres ab homine virtutes exigens, id est, charitatē, spem, & fidē:  
quas nunc, reciproco ordine, à nobis exigit eadem trinitas vnus deus, fidem, spem, & cha-  
ritatem: vt quia ille cadendo descendit, nos resurgentes à fide, per spem ad charitatem dei  
ascendamus. Nam in eo quod hominem gratis fecit, & gratis nihilominus in illo voluptatis lo-  
co, in illo tali paradiso deliciis affluentī, patrem futurum multitudinis sanctorum posuit, planē  
debitorem magnę charitatis eundem sibi efficit hominem, & validē suis beneficiis obligauit. At  
ille ingratus tantę gratiæ debitum charitatis nō rependit, in quo magnitudinē nequitie nullus  
est, qui æstimare possit. Item in præcepto dicentis, de ligno autem scientiæ boni & mali ne come-  
das, spem insignem exhibere debuit. Spem inquam habere, & de bono deo sperare debuit, quod  
is qui gratis tanta iam bona sibi contulerat, profectō subiectionem & obedientiam in præcepto  
custodienti, maiora quæ promittebat, id est, cœlestem paradysum & sanctorum angelorum loci  
etatem, quādoq; conferret. At ille proculdubio spei huius virtutem non habuit de futuris, quia  
videlicet, (sicut iam dictum est) charitatem non habens, primū ingratus erat præsentibus bo-  
nis. Item, in comminatione dicentis, in quocūq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini,  
fidem habere debuit, fidem inq̄ habere & firmiter credere, quod non inuidendo diuinitatem ho-  
mini, deus tale lignum interdixisset, sed inuitabilem præuaricationis poenam veraciter prænu-  
tiallet. At illa infelix mulier, infelicis viri socia, tam in poena q̄ in culpa, serpenti magis q̄ deo  
credidit,

Cur de  
Adq; fce  
prum de  
dit.

Hebr. 11.

Tria exi-  
git ab  
homine  
deus.

credidit, serpenti inq̄ dicenti, nequa q̄ morte moriemini. scit enim deus, quia quocūq; die comede-  
ritis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonū & malū, magis q̄ deo credidit,  
& hunc veracem, deum autem (quod auditu quoque scelus est) per inuidiam mentitum fuisse  
putauit. Ita deus bonus, sapiens, & iustus, naturam suam obseruauit, diuinitatem suam attendit,  
propositumq; tenuit, dum in vno præcepto suo tres à creatura suā similitudinis suæ virtutes, id  
est, fidem, spem, & charitatem, quas offerri sibi dignum erat, rectē exegit. Nos igitur vnum locu-  
ti & aliud, quippe qui in illo verere parente nostro perdidimus, & in gratia noui parentis nostri  
secundi hominis Iesu Christi miserē negligimus, non addamus vltra loqui, quod nequissimum  
est, discutendo dominum deum nostrum, cur sic vel sic fecerit: cur homini tale præceptum de-  
derit, vel cur nō potius illum, quasi pullum onagri, liberum natum esse permisit. Quid ergo  
inquis? Nonne scriptura dicit: Omnia quæcūq; voluit fecit, in cœlo & in terra: Quomodo ergo  
omnia quæcūq; voluit fecit dominus, qui nec illud quod præcepit, quod vtiq; nisi fieri voluit,  
ser nequaquam præcepisset, ad effectum perducere valuit? Etenim in isto plaimate suo, fidem,  
spem, & charitatem, secundum præceptum suum non inuenit. Ad hæc inquam. Nequaquam fru-  
stratum est consilium vel propositum dei. valenter enim de trunco illo virtutes illas reslorefce-  
re fecit. Nam ille quidem ad hoc opus dei mancus exiit, & contra opus vel præceptum dei, ma-  
nus incontinentes, per concupiscentiam extendit, sed inuentus est de genere eius homo secun-  
dum cor dei, qui contentas ab omni concupiscentia manus ad poenam sibi obedientiam in  
ligno crucis extendit, & sub pedibus suis conculcato peccato, legenda virtutis exempla multis  
similibus sequentium se proposuit.

*De eo quod dictum est, non est bonum esse hominem solum, quodq; nec  
mulier in paradiso facta sit.* CAP. XXXII.

**D**ixit quoq; dominus deus, non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorii si-  
mile sui. Si quidem talis esse putatur ordo rerum, qualis est & verborum, videlicet, quod  
prius tulerit dominus hominem in paradysum voluptatis, & præceptum illi dederit, quā hoc  
ab eodem dictum sit, non est bonum esse hominem solum, faciamus ei adiutorium simile sui,  
item & illud existimandum erit, quod mulieri non præceperit, & proinde, quod absurdum est,  
consequenter dici potuerit, illam non fuisse præuaricationis ream, cum præceptum nequaquam  
acceperit. At illa libi quoq; præceptum fuisse, patenter ostendit, ita respondendo serpenti. Ex  
fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur, de ligno autem quod est in medio paradisi præ-  
cepit nobis deus ne comederemus. Præterea si antequam hæc diceret dominus deus, iam homi-  
nem in paradiso posuerat, ergo & asini, & equi, cæteraq; animantia terræ munda, siue immun-  
da in illo erant voluptatis loco, quem pro magno reputat gratiæ dei beneficio si adipisci queat  
rationalis homo. Nam post hæc verba dei, continuo scriptura subiungit: Formatis igitur domi-  
nus deus de humo cunctis animantibus terræ, & volucibus cœli, adduxit ea ad Adam, &c. Me-  
lius itaq; hæc dictio domini dei: Faciamus ei adiutorium simile sui, superiori loco coniungitur,  
vbi dictum est, formauit igitur dominus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spi-  
raculum vitæ, imò & adhuc alius, scilicet vbi dictum est: Faciamus hominem ad imaginem &  
similitudinem nostram. Quare ergo, inquis, tādū mulieris facturam scriptura narrare distulit?  
videlicet vt singulas historie partes secundum proprias causas rationabiliter ordinaret. Con-  
stat enim, quia non propter mulierem vir, sed mulier propter virum facta, & cum illo in paradi-  
so posita est. Iccirco bene prius cum formatione viri narrationem digessit, quod eum dominus  
deus tulerit, & in paradysum posuerit, & ipsum paradysum descripsit. Item vir non est seductus  
sed mulier. Etenim non per virum mulierem, sed virum per mulierem decepit diabolus. Iccirco  
formationem mulieris, nunc vsq; distulit, vt continuaret historiam infelicitatis quæ per mulie-  
rem ad virum peruēnit. Hunc modum narrationis Tichomus recapitulationem dicit, vbi ad  
intelligendum difficultatem scripturarum, septem regulas valde vtilis conscripsit. Ad hunc  
modum illud pertinet, quod in hac eadem scriptura postquam dictum est, ab his diuisæ sunt in  
sulæ gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam & familias in nationi-  
bus suis, post aliquanta sic dicitur. Erat autem terra labii vnus, & sermonum eorum  
dem. Et tunc narratur quomodo diuisæ sint linguæ, quas iam ante dixerat diuisas fuisse.  
Cumque proficiscerentur, inquit, de oriente: venerunt in campum de terra Sennaar, & ha-  
bitauerunt in eo. Dixitq; alter ad proximum suum: Venite, faciamus lateres & coquamus eos  
igni, & reliqua. Igitur formato homine, hoc etiam dixit dominus deus, dixit, inquam, eiusdem  
sapientiæ suæ dictione, in qua dixit omnia, in qua fecit omnia. Non est bonum, esse hominem so-  
lum, faciamus ei adiutorium simile sui. Non, inq̄, est bonum, non est vtile, non conducit ad pro-  
positum nostrum, esse hominem solum. Proposuimus enim præscitos & prædestinatos de primo  
homine propagare, sanctos imaginari ac similitudini nostræ conformes futuros. Ergo vt propo-  
situm istud impleatur: Faciamus ei adiutorium simile sui. Adiutorium inquam, ad multiplican-  
dam

Pal. 11.

1. Tim. 2

Gene. 10

Gene. 11.

F iiii dam

dam prædestinatam progeniem sanctorum. Et notandum, quod ad faciendum huiusmodi adiutorium eadem loquitur pluralitas personarum, quæ ad faciendum locuta est virum. Dicit & nunc eadem trinitas vnus deus: Faciamus ei adiutorium. Ad dendo autem, simile sui, cuncta comprehendit quæ in faciendo viro dixit, ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & bestis vniuersæ terræ, & omni reptili quod mouetur super terram. Præter sexum enim, in nullo substantia mulieris differt à substantia viri, videlicet, quod minus mulier quam vir cunctis animantibus præsit dignitate conditionis, quia non minus est rationalis, nec minus illi aspirare licet ad similitudinem creatoris, sicut iam superius dictum est, vbi scriptura de hac factura loquens in die sexto, masculinum, inquit, & foeminam creauit eos.

*De eo quod dictum est: Adæ verò non inueniebatur similis eius.*

CAPVT XXXIII.

**H**is ita à domino deo dictis, magnum nobis continuo scriptura spectaculum facit, vt merito arrectis animis quæramus, quid dominus faciat, quid velit, quid intendat? Formatis inquit, dominus deus de humo cunctis animantibus terræ & volatilibus coeli, adduxit ea ad Adam. Et paulo post: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Ergo ne istud nesciebat dominus deus, quod in cunctis animantibus terræ, aut volatilibus coeli, nullum homini simile haberetur, quod competens illi copularetur adiutorium ad propagandum sicut volebat, vel sicut proposuerat genus humanum? Hoc tunc, inquam, ille nesciebat, nisi quodammodo arrepta minatoria virga coram se cuncta minasset ad Adam, vt quasi communi inquisitione deus cum homine consultaret, quærens si quid forte simile eius inter omnia ista reperiri possit? Nam ac si cassato labore defecisset deus, Adæ verò (inquit scriptura) non inueniebatur adiutor similis eius. Quid ergo in hoc tanto studio, dominus intendit, nisi ostendere homini, vt intelligeret honorem suæ conditionis, quod nihil sibi compar esset, in iumentis siue cæteris animantibus cuiuslibet generis? Hoc enim ad amorem creatoris rationali homini proficere debuit, quod congregatis omnibus coram se, ipse absq; dubio polleret honore singulari, nõ solum secundum priuilegium rationis, verum etiam secundum figuram corporis, quia cum cuncta videret humi prona siue quadrupedia, caudamq; trahentia, aut etiam toto corpore repentia: solum se recta statura, liberoq; pectore principatissimum obtinere gloriari poterat, si in domino deo suo gloriari voluisset. Hoc ergo intendente deo, vt digna sibi à plasmate suo gratia haberetur, quæ profectò eidem esset fructuosa, bene scriptura studium eius insinuans, formati, inquit, dominus deus de humo cunctis animantibus terræ, & volatilibus coeli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea, id est, vt videret, quod nullius eorum digna esset natura sortiri vocabulum ab hominis nomine pro aliqua similitudine natum vel detortum. Omne enim, inquit, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Et adhuc subiungitur: Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia, & omnes bestias terræ. Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Videlicet singulorum considerauit naturas, & ex qualitatibus diuersis, diuersa formauit vocabula, vt (verbi gratia) Latinus caballum à cauãdo nuncupat, eo quod terram cauet vngula. Asinum ab assidendo: porcum quasi spurcum, eo quod spurcus sit: & canem, eo quod canorum continet venando latratum. Et multa huiusmodi. Ita nimirum ille in lingua primitiua, quæ facta diuisione linguarum in gente remanet Hebræa, nomina formauit singulorum, consideratis proprietatibus naturarum, & nullius naturam talem esse perspexit, vt recte nomen illi dare deberet cognatum suo nomini, sicut de muliere postmodum recte dixit. Hæc vocabitur virago, quia, inquit, de viro sumpta est. Et hoc (vt iam dictum est) reuera homini ad amorem creatoris, & ad gratiarum actionem plurimum valere debuisset.

*De costa Adæ, & de coniunctione viri & vxoris sue.*

CAP. XXXIII.

**I**mmisit ergo dominus soporem in Adam. Cunctis obdormisset, tulit vnã de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et edificauit costam quam tulerat dominus de Adam, in mulierem, & adduxit eam ad Adam. Ergo inquit, quia non erat bonum, esse hominem solũ, adductis autem cunctis animantibus ad Adam, ipse perspiciente non inueniebatur illi adiutor similis eius, iccirco quasi recurrit creator ad operosum omnipotentis suæ verbum, dicendo: Faciamus ei adiutorium. Sopor vtiq; quem dominus deus immisit, non vigilias rationis claudere debuit, sed obturatis quinque sensibus corporis, sensum mentis liberum reliquit, vt scire posset, quid erga se ageret omnium artifex sapientia dei. Vnde & postmodum, muliere sibi adducta, dicere potuit. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Fortassis iccirco septuaginta pro verbo art dema, quod apud Hebræos profundum soporem significat, extasin, id est, excessum mentis transulerunt.

Quid autem hoc sibi vult, quod cum posset mulierem æquẽ vt virum, formare de limo terræ, maluit costam viro subducere, eamq; in mulierem edificare? Quid inq; hoc voluit, nisi vt firmam & insolubilem debere esse ostenderet vnici coniugii charitatẽ? Proinde cũ à pharisæis tentaretur dominus de dimittenda vxore dicentibus, quia Moyses mandauit nobis librum copudii, respondens ait

Cur mulier ex costa Adæ formata est.

dens ait: Non legitis, quia qui fecit ab initio masculũ & foeminã fecit eos, & dixit, propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna? Itaq; iã non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separat. Et iterum dixit discipulis suis. Quicumq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virum suum, & alii nupserit, mœchatur. Non ergo o coniuges mandatum nouum scriptum est vobis, dum præcipit dominus vel Apostolus eius, mulierem à viro non discedere, non inquam mandatum nouum scriptum est vobis, sed mandatum vetus, quod ab initio dedit. Ecce enim vetus & ab initio coniugii constituta rationalis, imò & naturalis causa matri dati. Ecce inquam, quia non vndecunq; sed de costa viri fecit viro author coniugii deus, adiutorium huiusmodi. Nunquid absq; iniuria factoris sui vir costam suam abicere poterit? Si cæcus, si claudus, si vel paruo vel grandi vel toruo naso, si fracto pede vel manu, si gibbus, si lippus, vel quamlibet eiusmodi habens maculam, non accedet ad ministerium domini secundum mandatum legis, quanto magis qui costam integram corpori violenter exemit vel abiecit, merito ab altari, imò & à communionem totius ecclesiæ dei debet arceri? Etenim mox vt pro adiutorio huiusmodi quilibet vir, quamlibet mulierem assumpserit, mediante fide & testimonio eius, qui hæc mulierem ad hunc virũ adduxit, costa eius est, os ex ossibus eius, & caro de carne eius est. Igitur si illam vltro reliquerit pro qualicunq; causa, excepta causa fornicationis, iam apud deum vir nõ erit, nec pro integro corpore reputabitur, quia videlicet, vna est costa mutilatum: costa, inq; nõ erit, nec bene edificata diminutum est corpus. Item & mulier, si virum reliquerit, iam apud deum in numero non erit, quia non corpus integrum, vel tota caro, sed pars esse conuincitur ex lege conditionis, quia de viro sumpta probatur.

*Item de eo quod dictum est, quod deus coniunxit, homo non separat.*

CAP. XXXV.

**S**ola causa fornicationis vtrunq; excusare poterit, quia videlicet in fornicatoribus & adultæris perit omnis causa coniugii. Quam enim ob causam viro deus mulierem fecit? Videlicet vt esset in adiutorium illi. Cuius quælo in adiutorium rei vel operis? Vtiq; in adiutorium propagandæ sobolis, secundum benedictionem, quam super masculum & foeminam deus idem dederat, dicendo: Crescite & multiplicamini, & replete terram, &c. Huic autem causæ non studere, sed potius suæ libidini intendere conuincitur, quicumq; vir siue mulier legitimum thorum transgreditur. Etenim mulier multis subacta viris, non fecundior, sed turpior fit. Vir autem multis mulieribus imperfus, plures quidem potest procreare liberos, Sed iam dudum spinis & tribulis generis nostri plenus orbis, tali studio non indiget. Olim in sanctis hominibus, nec licentia nõ solum venialis, verum etiam inculpabilis exiit, vt (verbi gratia) in patriarcha Iacob, cuius ex femine benedictionis author venturus erat Christus deus super omnia benedictus, qui sicut destruxere habebat Adæ peccatum, sic etiam reformare debebat honorabile connubium & thorum immaculatum, imò & de famone coniugum temporaneam & serotinam metere frugem virginũ. Igitur sola fornicationis causa recte coniugatorum exculantur diuortia, ita tamen, vt aut permaneat sic, aut reconcilientur qui ab inuicem discessere pro huiusmodi causa. Hoc tamen modo illud obseruari fas est, quod ait ita fortiter q; sua uiter ipsa sapientia, per quã, vel in qua factum est hoc. Quod deus coniunxit, homo nõ separat. Homo nanq; separat, quod deus coniunxit, cũ per odium vel propter nouam luxuriam, seu pro simili qualicunq; causa diuortium fit.

*Quod deus, vel quomodo solus deus legitime separat, quod ipse coniunxit.*

CAP. XXXVI.

**Q**uid, si separat ipse qui coniunxit? Hoc plane legitimum est, nec enim separatio, vel diuortium, sed honesta mutatio coniugii, cum causa dei discedunt ab inuicem, vt vacent orationi casti coniuges, amorem spiritus carnali copulæ præferentes. Quod vbi concorditer inter vtrunq; conuenit, per qualemcunq; hominem cohortatẽ, forsĩq; verba facientem ad hoc excitati sint, non homo separat quod deus coniunxit, imò quod deus bene in carne coniunxit deus idem in spiritu melius coniungit. Et hoc dumtaxat tunc ritẽ procedit, si vna voluntas, idẽq; propositum in vtroq; coniuge sit. Nam altero ad sanctum orium ad vacandum orationi tendente, si alter concedat quidem, rectẽ procedit: sed si alter diuersæ intentionis sit, nec eiusdem militiæ fidem vel militiæ illius propositum profiteri velit, profectò nõ dei, sed hominis consiliũ est, & iccirco statim reclamandum est, quod deus coniunxit homo non separat. Quod si quis eiusmodi sic dimidiatus, aut mutilatus, costuram etiã ecclesiasticam acceperit, & sacri Christi militiæ iam singulo redimitus inceserit, reclamante illa, quæ in seculo relicta est, corporis parte, militare pro suo voto non poterit, sacrorum canonum iure coercitus, ne sua sanctitas fiat compari suæ adulterii causa. A deo valenter dictum est, quod deus coniunxit homo non separat. Cui dicto Apostolus consentiens: Alligatus es, inquit, vxori, noli quærere solutionem, subauditur per hominem. Nam nisi deus, quo teste legemq; ferente alligatus es, te soluerit vxoris animũ preparãdo, vt idem

1. Cor. 7.

Mat. 19.

1. Cor. 7.

vt idem

ut idem habeat votum, vel propositum castitatis, tu solutionem nullatenus inuenire poteris. Hæc legem præeunte natura, statim & proroplasti sanxit sententia. Ait enim: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna.

*Quomodo vel unde scire potuerit Adam, hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea.* CAP. XXXVII.

**Q**uamuis soporatus fuerit Adam, tamen non clam illo fuisse quod factum est, hæc eius dicta manifeste comprobant. Hoc nunc, inquit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Tanquam diceret. Hoc paulo ante tantummodo os ex ossibus meis, id est, costa fuit de costis meis, nunc autem & caro est. Proinde sicut prius os meum erat, ita & nunc postquam costa ædificata est, recte caro mea, caro inquam de carne mea est. Non ergo ut ille quid ageretur nesciret, sed ut magnum sacramentum in eo præfiguraretur, immisit in Adam soporem dominus. Quod **1**phel. 5. Apostolus perspiciens, magnum, inquit, sacramentum hoc est, ego autem dico, in Christo & in ecclesia. Non, inquit, sacramentum hoc esse dico, in illo viro, & in illa femina, non inquam in eo quod de viro sumpta est femina, quod misit dominus soporem in Adam, & tulit vnam de costis eius, & ædificauit costam quam tulerat de Adam in mulierem, & quod dixit Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, &c. Nam illa carnalia sunt facta, & ab illo Adam carnaliter dicta, scilicet abq; spiritualium futurorum conscientia. Cæterum in Christo & in ecclesia sacramentum magnum hoc est, quia sic admisit in se Christus soporem mortis suscepta pro voluntate patris obedientia, & tulit deus de latere eius sanguinem & aquam, de latere inquam eius dormientis, id est, iam mortui, sanguinem & aquam per lanceæ vulnus eduxit, vnde extunc vsq; ad finem seculi ædificare non desinit, ut gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam exhibeat illi. Igitur alio quidem respectu in alia ædificatione benescriptum est, immisit ergo dominus extralim in Adam, quia videlicet oclusis sensibus corporis, ratio tamen vigilauit, ut non nesciret, qd os ex ossibus suis sublatum, & caro de carne sua ædificata fuerit. Alio autem nihilominus recte dictum est, quia immisit dominus soporem in Adam, soporem inquam, id est, grauem & profundum somnum, quod Hebraice dicitur tardema, scilicet quia de profundo mortis somno regeneranda erat nouo Adæ, noua coniunctio ecclesia.

*De eo quod dictum est: Relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ.* CAP. XXXVIII.

**H**æc, inquit, vocabitur virago, quia de viro sumpta est, hoc ad illud respicit quod supra dictum est, quia formatus dominus deus de humo cunctis animantibus terræ, & volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea, querendo, videlicet adiutorium illi, sicut deinde subiungitur. Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius. Appellauitq; Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ, & nulli eorum hominis vocabulo cognatum nomen posuit, scilicet quia nullum eorum simile sibi esse perspexit. At vero in hac similitudinem suam recognoscens, vidit quid vocaret eam, & vocauit nomen eius virago, dicens, quia de viro sumpta est. Nam quia de viro sumpta est, congruè nomen quod illi poneretur à vocabulo viri, deductum est. Sciendum autem, quod in Hebræa quidè lingua manifestam nominis etymologiam siue deriuationem literaturæ resonat. Vir namq; hebraice Isch, & mulier Ischa dicitur. At vero latine vir & mulier secundum vocem siue literalem sonum commune nihil habent, sed pro muliere virago positum est, quod nomen à viro sumptum est. Bene itaq; suam vir in muliere recognoscens substantiam, hæc inquit vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Et adiecit. Quamobrem relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna. Hoc pro lege habetur, ut patrem & matrem, homini relinquere liceat, poscente causa idonea: uxorem autem nemini nisi volentem relinquere, nec humana concedit lex, nec diuina, nisi pro sola (ut superius dictum est) fornicationis causa. Proinde est dicit, lex, qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, cum inquam hæc dicit sancta & iusta lex, notandum quod sola vxorem præterit, quia videlicet patrem & matrem, fratres & filios nescire licet ei, qui custodire eloquium & pactum eius cupit, & quamquam reclamantes vel inuitos relinquere iure licebit: sola autem vxor est, quam nisi volentem, & idem propositum amplectentem, dimittis non est. Ergo dum dicit, quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne vna, coniugii copulam omnium carnalium necessitudinum maximam atq; fortissimam fore pronunciat, adeo ut semel copulationem non sint duo, sed caro vna.

*De ingratitude hominis, qua in omnibus à laude creatoris mutis existit.* CAP. XXXIX.

Hic tan

**H**ic tandem animaduertendum est, qd pertinaciter homo primus, homo terrenus, à creatoris laude mutus perstitit, quam obstinatis labiis ab omni gratiarum actione abstinuit, & ingratum domino deo silentium dedit: formante deo & inspirante spiraculum vitæ, factus in animam viuentem, non suspirauit eodem spiraculo vitæ acceptæ in plastræ sui faciem, ut adoraret, & cum glorificaret, & ei gratias ageret. Item ab eodem domino deo positus in paradysum voluptatis, nullas ei gratias egit, & taciturna ingratitude tantum tamq; facilem delictarum locum, quasi rapinam arbitratus occupauit. Ecce nunc tertio diuinæ dignationis dono locupletatus est, in eo quod fecit ei adiutorium simile sui, adiutorium inq; ad hoc ut crescere & multiplicari posset, & de se vno propagata felici progenie terram viuentium repleret. Siue hoc tertium, siue secundum (ut supra dictum est) beneficium dei fuerit, tribus planè diuinæ beneficentiæ dilataratus muneribus, tacet adhuc, & nihil quod laudem domini resonet, eloquitur, nec vllum dilectionis vel gratiæ verbum in ore eius fuisse scriptura testatur. Qui ergo gratiam dei non agnouit, non mirum quod ad hoc ut peccaret, & peccatum suum non agnosceret, quia res vicina est. Eodem quippe intuitu & suum malefactum, & diuinum erga se cognoscit homo beneficium.

*De eo quod nuditatem suam non erubescabant.* CAP. XL.

**E**rat autem uterq; nudus, Adam scilicet, & vxor eius, & non erubescabant. Non erat hoc ignominia, sed honoris, quod nudi erant, non erat insipientia, sed securitatis, quod nuditatem suam non erubescabant. Quid enim? Nunquid hoc à factore suo accepit, quod confusibilis & verenda est factura dei? Aut nunquid confusionem huiusmodi natura & non potius conscientia facit? Est quidem quasi in naturam versus hoc tormentum confusionis, verum tamen non ex conditione primæua, sed ex iuniore culpa origo eius pullulauit. Etenim iccirco nuditatem nostram erubescimus, quia conscii nobis sumus, quantam infirmitatem, imò quantam aduersum nos rebellionem carnis nostræ portemus. At vero tunc sana erat cordis conscientia, quippe quæ nulla sollicitabat oculorum concupiscentia. Siquidem concupiscentia carnis, pœna est peccati, qua præcedens punitur superbia mentis: Deus (inquit scriptura) fecit hominem rectum. Hoc planè testimonium verum est, quia rectissimus deus hominem non nisi rectum fecisse creditur. Rectitudo autem hominis in eo est, ut carni spiritus, utpote inferiori superior præsit & imperet, & hæc illi iusta assit atq; obtemperet. Medius namq; inter deum & carnem suam rationalis spiritus hominis positus est, ut deo pareret & carni imperaret. Quem ordinem quia prior ille turbauit & rupit, abiiciendo præceptum dei, subditus est qui erat superior spiritus, infimæ carni: ut iusta pœna inferiori subiaceret, qui superiori rectè subesse contempserat. Hinc illa confusio faciei de conscientia secretis ad publicos oculos prorumpens, & sub mæra vel amentorum solacia pœnalem ignominiam ire compellens. Hæc, inquam, infirmitas, vel rebellio carnis aduersus spiritum nondum erat. Bene igitur nudus erat uterq;, & non erubescabant, quia quod erubescerent non habebant. Illa nuditatis securitate perdita nos ingemiscimus, eo quod gloria & honore spoliati, & panniculis obuoluti sumus. Nam ita vestiti verè incedimus nudi, etiam (si quod impossibile est) sic vestiamur, sicut vestiuntur lilia agri. Etenim nec Salomon in omni gloria sua vestitus est, sicut vnus ex his. Si inquam vestiri possumus sicut hæc vestiuntur, sic quoq; spoliati & nudi sumus. Vnde & saluatorem expectamus (inquit Apostolus) dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Nunquid enim quando fulgebunt iusti sicut sol in regno patris sui, tunicis operientur & palliis? Non utiq;, sed ad gloriam figuli vel factoris sui quæcunque illis fuerint vasa misericordiæ, mutuis cum gloria conspectibus parebunt, foris fulgidi, & intrus iucundi: corpore integri, & animo læti: corpore inquam simul & anima beati.

Finis libri Secundi in Genesim.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENESIM Commentariorum Liber Tertius.

*De calliditate serpentis, & quod homo prius per superbiam tumuit intus, qd foris per serpentem tentaretur.* CAP. I.



**H**UMANI generis vox illa est in David: Priusq; humiliarer ego deliqui. Hoc verè dixit, non quod iuxta quosdam hæreticos anima cuiusq; nostrum, priusq; in corpore humiliaretur, sublimis fuerit in altitudine cœli, & ibi deliquerit, & propter delictum suum humiliata, id est, proprii corporis carcere conclusa sit. Peruersus hic sensus est. Sed priusquam humiliarer ego deliqui, subauditur secundum Adam, id est

Eccles. 7.

Matt. 6.

Philip. 3.

Matt. 13.

Psal. 118.

Psal. 48.

Deut. 32.

id est, priusquam compararet iumentis, & similis fierem illis, ego in honore positus non intellexi, non auctorem honoris mei deum glorificavi, aut gratias egi, quin & præceptum eius transgressus sum, & in hoc deliqui. De quo delicto diligenter notandum, qualiter scriptura narrationem inceperit. Ait: [Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus deus.] Gloriam siue honorem & securitatem hominis præmiserat dicens: Erat autem uterque nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescabant. Et continuo subiungit: Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Quidnam hoc sibi vult, quod non solummodo dixit, sed serpens erat callidior, sed coniunctiunculam interposuit & dicendo, sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: Hoc utique intendit, & ad hoc auditorem trahit, ut non putet initium peccati siue tentationis Adæ vel vxoris eius coepisse ab exteriori persuasione serpentis. Prius namque in rus ad cor hominis per semetipsum locutus est spiritus diaboli, ut superbiat, deumque præceptum rem ferre, vel mandatum eius portare despectui haberet. Nisi enim intus per superbiam prius tumuisset, foris tentatus tam facile non cederet. Ut ergo duplicis substantiæ creatura scilicet homo, qui ex corpore constat & anima, duplicem corporis & animæ pertraheretur ad mortem, prius in anima spirituali corruptus est superbiæ vitio, deinde & corporeo contra dei mandatum infectus est cibo. Quod & ipse nostræ reparator substantiæ dominus noster Iesus Christus pulchre parabolica inlinatione testatur, cum dicit. Homo quidam ascendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Non dixit solummodo, homo quidam incidit in latrones, sed descendebar, inquit, ab Hierusalem in Hiericho, & tunc demum incidit in latrones. Nisi enim descenderet, non incidisset, quia videlicet nisi mente superbiat, dati præcepti præuarcationem non incurrit. Descendebat, quia mente tumebat, tumore namque ascendere, veraciter descendere est, quia videlicet ubi mens eleuatur, ipsa eleuatione deiicitur. Vnde Psalmista: Deiecisti, inquit, eos dum alleuantur. Igitur cum dictum est. Erat autem uterque nudus, & non erubescabant, ilico subaudiendum fuit, quia tantis ingrati beneficiis, deo subesse despiciabant, & conscii quantæ generationis forent patres & principes, iam sicut dii, id est, reuera dii haberi volebant. Sicut enim non semper pro similitudine, sed aliquando ponitur pro veritatis ostensione, ut illic: In conuertendo dominus captiuitatem Syon, facti sumus sicut consolati. Sicut consolati inquit, id est, verè consolati. Hoc inquit subaudiendum est, & continuo subiungendum. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Et est sensus: Per semetipsum intus corruptus hominem diabolus, & non solum per semetipsum intus, sed & per serpentem circumuenit exterius.

**Q**uæritur autem, quomodo serpens in paradiso esse potuerit, si non nisi hominis habitatio credenda est, eidem pro magna gratia creatoris data boni operis & diligentissimæ custodiæ, sicut superius dictum est, conditione interposita. Nam si serpentibus communis erat paradisi, consequitur, quod & lupis atque leonibus cæterisque bestiis non careat ille deliciarum locus, & proinde nec tantæ beatitudinis existimabitur, ut merito paradisi voluptatis, vel ab ipso domino deo plantatus fuisse dicatur. Et quidem huiusmodi obiectio difficiliter solueretur, si hoc aperius scriptura dixisset, quod infra septa paradisi serpens mulierem fuisse allocutus. Nunc autem cum ita dicat, sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus deus, & deinde subiungit, qui dixit ad mulierem, &c. libera nobis relinquatur facultas asserendi, quod non serpens præsertim à diabolo corporaliter inuadente possessus in paradiso fuerit, sed mulier corpore & oculis vaga dum incontinenter deambulat, fortè prospiciens, qualis extra paradisum mundus haberetur, & serpens, utpote altus, dulcedini terræ propius vel ambitiosius innititur, locus diabolo datus est, & occasio porrecta vnde tentaret. Et sciendum, quod serpens anrequam fieret organum diaboli ad perditionem hominis, sapiens vel prudens poterat dici. Vnde & in alia æditione scriptum est, sed & serpens erat sapientior cunctis animantibus terræ. Postquam autem prudentia eius malitiæ diaboli coniuncta est, & opportunum ministerium mortis præbuit, callidus & nequam siue versipellis rectius potest nuncupari. Prudentia namque eius anrequam illi patri mendacii ministerium præbuisse, talis erat, ut discipulis Christi, ipso teste Christo, adhuc imitabilis sit. Ait enim: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Prudentes, inquit, non etiam nocentes, quemadmodum illi venenum habentes in accidenti pollutione diaboli, sed contra, simplices sicut columbæ.

**I**tem, utrum serpentem, qui loqui videbatur, homo irrationalem per naturam esse nescierit. **CAP. III.**

Item & illud quaeritur, utrum nescierit mulier, quod serpens æquè ut cætera animantia, irrationalis esset, & sua facultate loqui non posset. Si hoc nesciuit, minorem (quod absurdum est) intelligentiam in illo lucido dei paradiso habuit, quam nunc habet in hac obcuritate vitæ plenæ miseris, ubi licet caro quæ corrumpitur aggrauet animam, scit tamen nullam præter suam rationalem esse vitam. Si autem (quod verum est) sciuit serpentem non nisi alieno spiritu potuisse loqui,

loqui, profectò in eo mira seductionis immèstas est, quod quasi omnipotentia spiritus eius mirata est mulier, qui per irrationabile animal, humana formare verba potuisset. Quod si ita est, imò quia ita est, non iam dubium remanet, quæ ex radice tam vasta, tamque amara idololatriæ arbor pulululâs expandit se in omnes gentes, vel vnde miseris hominibus innatū fuerit, quod tanta infatua, tamque dementi & stulta reuerentia voces articulatas, astutia dæmonū formatas per innumera quæsierunt simulachra, pro deo diaboli, pro veritate coleres mendacitū. Hoc, inquit, dubitū iam non remanet, vnde tanti erroris vitium, tam tenaciter hominibus inhæserit: quia videlicet mater nostræ, mater cunctorū viuentū Eua, prima felle huius nequitie inuisecus amaricata est, quando in illa facundiam malè diferti serpentis, quasi diuinam diabolici spiritus sapientia mirata, & stultè venerata est. Igitur diabolus quidem, siue Saranas, ipse draco magnus & serpens antiquus est. Veruntamen non solus, sed alio serpente, id est, terreno animante inuectus, dupliciter hominè decepit infelicem, diu & mentem eius suggestionis veneno, & carnè vetito inficiens cibo, dupliciter nihilominus animæ & carnis intulit mortem. Terrenum quippe animal nos litera cogit intellegere, diu dicit, quia serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Et huius deceptionis intuitu diabolus in scripturis sanctis, non leo, sed serpens siue draco dicitur, quia videlicet non per vim, sed per calliditatem effectum nostræ mortis est adeptus, quippe qui in homine nihil adhuc iuris habuerat, nec inuitum ad aliquod peccatum pertrahere poterat. Nondum enim erat illud, quod congemiscens Apostolus: Videò, inquit, aliam legem in membris meis. Quanto magis nec illud erat quod nunc aperta quoque interdum persecutione rugit: Proinde quia non impugmando cogit, sed blandiendo primum hominem ad peccatum illexit, exinde serpens antiquus, siue serpens tortuosus dicitur. Quia verò semel admissus, deinceps crudeliter & furiosè super genus humanum tyrannizauit, leo dicitur, utrunque habens malignitatis & læuitiæ nomen, iuxta Psalmistam dicentem: Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draco nem. Sed iam subsequenter nostræ proditiōis consideremus ordinem.

*De percunctatione serpentis dicentis ad mulierem, cur præcepit vobis dominus, ne comederetis.* **CAP. IIII.**

**Q**ui dixit ad mulierem. Cur præcepit vobis dominus, ne comederetis de omni ligno paradisi? Cur? nisi quia caupo nequissimus est, suam interrogationem mendacio polluit dicendo, cur præcepit vobis deus ne comederetis de omni ligno paradisi? Quamuis enim quod sub interrogatione profertur nec verum nec falsum sit, mendacium tamen hic serpens manifestè sibilauit, rem sicut erat, se nescire simulans, ut paulatim felle suo, miseram audientis venenaret animam. Nō dixit, cur præcepit vobis deus, ne de illo vno comederetis, sed de omni, inquit, ligno paradisi. Cur ergo nisi ut (sicut iam dictum est) paulatim serpendo venenum odii, quo ardebat ipse contra creatorem magis ac magis iniiceret hominè, & cum aggeratione quasi indigni præcepti confaret indignationem, excitaretque audaciam rebellandi? Et vide quanta subtilitas fallaciæ deceptoris. Tria nempe dixerat dominus deus: Ex omni ligno paradisi comedere. Hoc vnum est. Aliud verò: De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Tertium quoque: In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris. Hoc vltimum quod ait, in quocunq; die comederis ex eo, morte morieris, quasi nesciat, dicit, cur præcepit vobis deus? Superiora duo, scilicet ex omni ligno paradisi comedere, de ligno autem illo ne comedas, confundit ac permiscet, & de duobus veris vnum falsum complet dicendo, ne comederitis de omni ligno paradisi. Verum dixit veritas, quia ille homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit: Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius, subaudiendis mendacii, quod loquitur. Etenim cum omnia secundum auctoritatem scripturarum loqueretur Christus veritas, in hoc quoque dicto scripturarum, proculdubio præsens caput attendebat cum diceret, quia ab initio diabolus homicida erat: Tanquā diceret. Ab initio suæ confabulationis cum homine diabolus homicida est & mendax, quia videlicet ecce in initio suæ locutionis inuenitur mendax, & homicidium intrent. O igitur antiquum peccatorem & vetustum homicidam, verè serpentem, verè versipellem & nequam. Sed anrequam eius prosequamur malè facetam nequitiam, audiamus in respondendo mulieris insipientiam.

*Et vitiosa responsione mulieris.* **CAP. V.**

**R**espondit ei mulier: De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur, de ligno autem quod est in medio paradisi, præcepit nobis deus ne vesceremur, & nec tangeremus illud, ne forte moriamur. Hæc verba iam vitiatæ mētis indicia sunt. Nā quantū in se erat, deprauauit mulier verba præceptoris domini tribus modis, quibus vique hodie deprauare nitit sancta scripturā omnīs qui est ex parte diaboli, scilicet appositione, diminutione, mutatione. Apposuit namque dicendo, & nec tangeremus illud, quia videlicet dominus deus hoc tantū dixerat, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Diminuit verò, quia cū certa & affirmatiua enūciatione dixerit deus: In quo-

Luc. 10

Psal. 27

Psal. 125

Rom. 7

Psal. 50

Ios. 5

Matt. 10

Sap. 9

G

In quo-

in quocunq; enim die comederis ex eo, morte morieris, hęc dubium vel friuolum volens esse, illud, ne forte iūquit moriamur. Mutatione autē, quia cum dixerit dominus, ex omni ligno paradisi comedere, & vñi solummodo interdixit lignū, scientiæ boni & mali, hæc ait, de ligno autem quod est in medio paradisi præcepit nobis, & mentita est. Nam & lignum vitæ erat in medio paradisi, quod dominus deus non interdixit. Ergo iā impatienter ferebat, & murmurabat, q̄ quasi parcus vel avarus deus preciosa mediū paradisi referuaret, & viliora quæq; per circuitum colligendo in cibum homini concessisset. Sic inq; tribus modis, i. appositione, diminutione, & mutatione sanctum præceptum dei mulier stulta deprauare contendit. Porro quantæ damnationis sit, apponere quid, vel diminuere de verbo dei, Iohānes restatur in Apoc. cū dicit: Si quis apoc. 22. posuerit ad hæc, apponatur super illum deus plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit de verbis prophetiæ libri huius, auferat deus partē eius de ligno vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. Igitur veraciter (vt superius iam dictum est) antequam per corporeum vel visibilem serpentem diabolus loqui inciperet, iam per semetipsum intus ad aurem cordis locutus fuerat, pronamq; voluntatem vel consensum ad exterius peccati opus peragendum fore præferat. Proinde cætera quæ sequuntur, sic nobis accipienda sunt, tanq; stupri vel adulterii diabolici opus consummatum, nam antehac, veluti quædam conditiones occulta inspirati one vel suggestionē condelectante animo factæ sunt. Sequitur.

*De blasphemia diaboli, qua dominum mendacem estimare voluit, dicendo, nequaquam mor.* CAP. VI.

**D**ixit autem serpens ad mulierem. Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus, quia in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonū & malum. Quid hac intentione funestius, sermone malignius, presumptione atrocius? Quid enim Ecce execrabamur superbiam diaboli, q̄ tumens dixerat, in cœlum conscendam, super astra dei ponam folium meum, ascendam super altitudinem nubium, ero similis altissimo. Hoc inquam execrabamur, quod hic rebellis luminis altissimo se fore similem dixit. Quid dicemus, quādo e contra altissimum sibi similem facere contendat? Mendax enim ipse est, inuidus ipse est. Mendax autem sibi similem, id est, mendacem vult facere deum, dum dicit: Nequaquam morte moriemini. Quid enim hoc aliud est, nisi mentitus est ille qui dixit, morte moriemini? Item verē inuidus, præcepti dei causam esse inuidiam audet asserere, cum dicit: Scit enim deus, quia in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Nam cum dixisset, nequaquam morte moriemini, quasi quæretur, quare ergo tam seuerē interdixit, quare tam minaciter prohibuit: scit enim (inquit) quia aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii. Quid ergo hac blasphemia draconis horribilius? Quid hac presumptione nequissimi nebulonis sceleratius? Quasi parum fuerit, quod superbiendo dei similitudinem perdidit, adhuc detrahendo similem sibi deum asserere præsumit: imo deum mendacem, se autem veracem habedum esse, misero persuadet homini. Non ergo manus domini vindicta simplici contenta sit, quæ illum de altitudine cœli deiecit, sed exalteretur adhuc, & super hunc inimicum suum confortetur, vt mittat eum in gehennam ignis. Sed iam singula serpentis verba prosequamur.

Mat. 27.

*Quod nequiter mendax illuserit, dicendo: aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii.* CAP. VII.

**N**equaquam morte moriemini. Iam derisor est, & dubia responderet, vt cum dei veritas impleta fuerit, nihilominus tamen ipse veracem se esse cum hostili cachinno confirmet. Nā cum duæ mortes sint, altera animæ, & altera corporis, quadam morte non statim erant morturi, scilicet ea, quæ animam a corpore diuidit. Non enim quia comederunt, idcirco eodem die corporaliter mortui sunt: sed quia comedendo mortem animæ sibi met eodem die conscuerunt, idcirco misericordia dei corpore mortales facti sunt, ne, sicut ipse diabolus, irrecuperabiles essent, malē & miserē viuendo in æternum. Igitur quemadmodum Apollo Delphicus, fertur solitus fuisse incertis ludere ambagibus, sic iam nunc ludebat idem dei & hominum inimicus, æquiuocatione mortis nequiter abusus, odibilium sophistarum maximus. Qui enim sophisticē loquitur odibilis est, vti ait sapiens quidam. Nihilominus & cætera quæ sequuntur æquiuocando cum dea confundit ac perturbat, alio sensu loquens, & alio sua dicta intelligi volens. Scit enim deus (inquit) quia in quocunq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & cætera. Hoc vtique volebat intelligi, quod claritatem omnīs sapientiæ, diuinitatem quoq; & omnium scientiam deus inuidens homini, tale lignum illi interdixit. Hoc, inquam, intelligi volebat in suo sermone, cum sentiret ipse aliter euenturum esse, qui tamen sensus eius circa hæc ipsa verba penē ineffabili versabatur auersione. Aperientur (inquit) oculi vestri, videlicet in agnitionem vestræ confusionis. Est enim quædā infelix oculorum apertio, qua reuelari erunt oculi impiorū, quando sicut liber sapientiæ restatur; videtēs turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inperitate salutis, & gementes præ angustia spiritus, dicēt intra se pœnitentiam agentes. Hi sunt quos aliquan

aliquādo habuimus in derisum & in similitudinem improprietatis, &c. Sed & apud poetam eximium secundū hanc apertionē oculorum loquitur insultando inter tormēta tyrannus inferorū. Dicitur Virgi. li. iustitiam moneri, & nō temnere diuos. Item, cū diceret: & eritis sicut dii, fallis vtique diis, i. sibi suisque sequacibus angelis apostaticis similes illos facere intendebat, cum aliud (sicut iam dictū est) intelligi veller in hac promissione sua, cui nimirū suauiter sonanti, quasi vino venenū mortis commiscuerat. Nihilominus & addendo, scientes bonum & malum, hoc moliebat, vt eos habere faceret, & boni perditū memoriā, & mali inuenti experientiā, cum hoc aliud veller intelligi, quod omnē per illum cibū consecuturi essent scientiā, & nihil eos lateret, quæ profectō scientia solius dei est.

*Quod eodem vitio diabolus hominem decepit, quo ipse cecidit de cœlo.* Cap. VIII.

**C**onsidera nunc, quanta hic alleuatio iuxta sensum eius, qui decipitur, quanta sit delectio iuxta sensum eius qui decipit. Sub eadē pollicitatione dū dicitur: aperientur oculi vestri, hæc sapientiæ altitudinem, ille cogitat conscientie confusionem. Sub eadē dictione dum dicit: & eritis sicut dii, hæc rapere dei celsitudinem, ille suimet similem cogitat inuenire damnationem. Item sub eadem pollicitatione scientiæ boni & mali, hæc plenitudinem scientiæ, ille cogitat experimentum miseriæ. Molestissimum hoc fallaciæ genus est, in quo is qui decipit & palmam obtinet mendaciū, & gloriatur quod verus sit, verumq; dixerit. Qui autem decipitur, non habet vnde in sustentem fallitatis arguere possit, quamlibet ille fallacissimus sit. Laborat hic sensus noster in baratro tanti huius mali, quia videlicet tantæ caliginis, tantæq; profunditatis est, vt sapientium quoq; oculis vix conspicabilis sit. Quid enim? Quis hic ita decipientē accusare potest, vt excuset eū qui deceptus est? Deus qui decipientis intentionē & decepti sp̄e considerat, sicut scriptū est ipse nouit, & decipientem, & eum qui decipitur: nunquid hic alterum magis altero excusatum haberet salua iustitia, nulla satisfactione placatus? Cur enim diabolū deiecerat e cœlo, nisi quia superbiendo dixerat: ero similis altissimo? Nempe hoc eodem flatu tumida, dixit mulier: dixit inquam, quia putauit quod comedendo fieret similis altissimo. Quis ergo inter vtrumq; postularer & auditorem, vel iudicem, siue defensorem deum, cum vtrumq; conitarer dei factum esse inimicum? Siquidem iuxta veram rationem iustitiæ, deceptum prius oportebat reconciliari, tunc demum postulare iudicium super impio, crudeli & sanguineo scelere deceptoris. O ergo vere necessarium hominibus aduentum mediatoris dei & hominum, qui solus potuit & pacem inter deum & homines reformare, & deceptoris hominum dolosam præsumptionem in iudicium adducere. Sed de hoc aliis, nunc instantia percurramus.

Iob. 22.

*Quomodo vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & quomodo viro suo dederat, ideōq; duplici pœna q̄ vir eius multata sit.* CAP. IX.

**V**idit igitur mulier, quod bonum esset lignū ad vescendum, & pulchri oculis aspectuq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, deditq; viro suo qui comedit, & aperti sunt oculi amborū. Edici satis dignē non potest, q̄ non leuiter dictum sit, vidit igitur mulier. Quasi nondū vidisset, sicut nunc vidisse dicta est. Et reuera nondum eo modo viderat, quia cum hac presumptione qua nunc intuita est, necdū considerauerat. Notandū quippe, q̄ non dixerat scriptura, vidit igitur mulier lignum & tulit de fructu eius & comedit, sed vidit mulier (inquit) quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit. Vidit igitur, id est, considerauit, diligenter intuita est, curiosius attendit, & iudex eorum quæ audierat ipsa esse voluit. Audierat quod dixisset deus: in quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini, audierat serpentem e contrario dicentem, nequaquam moriemini. Inter hæc anceps, naturam ligni propriis sensibus diiudicare voluit, vt sciret cui potissimū, deo videlicet vel serpenti palmam concederet veritatis. At illi qui de hoc iudicare debuerant, interiores oculi exteriorum iam erant oculorum concupiscentia præpediti, vt non viderent, neq; solā mortem corporis, vel quod duplicem illatura esset mortem: non natura ligni, sed transgressio mandati. Itaq; solis exterioribus oculis naturam ligni considerauit, & deprehendit malē cauta, quod in fructu ligni non esset venenum mortis: erat enim bonum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectu delectabile. Hæc omni sermone quem dixerat deus repugnantia iudicauit esse, magisq; sermone serpentis concordare, veramq; assertionem eius demonstrare. Sic vidit, & sic sacri lega temeritate diabolo magis q̄ deo, serpenti magis q̄ creatori credidit, & tulit de fructu ligni & comedit. Nec satis illi hoc fuit quod comedit, sed insuper & viro suo dedit. Quomodo autem dedit, nisi iam abusu suo imperio vel importunitate muliebri? Non enim persuasit illi, vt in eo libi crederet, in quo crediderat ipsa serpenti. Vir nanque (inquit. Apostolus) non est seductus, sed mulier. Qualis autem vel quanta sit muliebri importunitas, passim non solum diuina, sed etiam humana restantur exemplaria. Ergo cogendo potius quam seducendo imperando magis quam aliquid fingendo hoc effecit, vt obediret vir suæ voci plus quam dei. Vnde & à domino deo dicitur illi. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comediti: maledicta terra in opere tuo. Mulieri quoque redditur inordinari pœna imperii, G ii dicuntur

Tim. 2.

III. Cur mulier caput vela re debet

dicente eodē deo: Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Propterea duplicis verecundie poena mulier, vir autē simplici dedecore affectus est. Viro namq; in solas genitales corporis partes: mulieri autem quæ non tantūmodo deī offendere, sed & viro imperare presumpsit: sicut illas partes, sic prope & caput non velare turpe est. Et hoc omnino pro turpitudine haberi, quia à vindice deo positi est, pro turpitudine in quā hoc haberi ipsa natura docet. Vnde Apostolus cū dixisset: ideo debet habere mulier velamen super caput suū propter angelos, subinde ait: vos ipsi iudicare. Debet mulier nō velato capite orare deum: Hoc, inquit, ipsa natura docet nos, quia profectō naturale nobis iudicium est, mulieri non velanti caput idem esse, ac si decaluetur. Nam si non velatur (inquit) mulier & tondetur, subauditur, quod turpissimum est. Si autem turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum. E contra, vir si comā nutriat, ignominia est illi: & si velatō capite orat, deturpat caput suum. Itaq; iā non quæstione opus est, vtrum vir mulier, an viro mulier debeat principari quia videlicet ipsa natura docet, adeo minoris capitis esse mulierem q̄ virum, vt hic velando, illa non velando deturpet caput suum. Igitur quod impudica temeritate mulier viro vetiti ligni fructum dederit, ipsa docet diminutio capitis muliebris, dicente deo: Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.

1. Cor. 11

Quomodo dictum sit, & aperti sunt oculi amborum, & quod confusio libidinis illius peccati poena sit.

CAP. X.

Quomodo tandem dictum est, & aperti sunt oculi amborum? Nunquid cæci erant, antequā comederent, & comedendo illuminati sunt? Non vtiq; iam enim & mulier viderat quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Iam & ad Adam adduxerat dominus cuncta animalia vt videret quid vocaret ea. Non ergo exteriores, sed interiores, quos contra deum clauserat, aperti sunt oculi amborum, quia videlicet verecundiam deum, serpentem verò in sua miseria fallissimum cognouerunt. Nam protinus sequitur: Cumque cognouissent se esse nudos, confluxerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Ergo id quod dictum est: & aperti sunt oculi amborum, duplicem constat habere sensum. Nam si ad expectationem illorum respicias, quam ex promissione serpentis conceperant, dicentis: aperti erunt oculi vestri, & eritis sicut dii scientes bonum & malum, acerba nimis ironia est, & gemitio sa conquestio scriptoris dicentis: & aperti sunt oculi amborum, quod idem est ac si diceretur, & non iuxta promissum serpentis aperti sunt oculi amborum, nisi quod acerbius nunc sub affirmatione ironica dicitur, quasi aperta voce negaretur. Porro, si verum euentum expectes, magnæ confusionis demonstratio vel agnitio est, de qua & protinus subinfertur, quod iam dictum est. Cumq; cognouissent se esse nudos, &c. Cum (inquit) nudos se esse cognouissent, id est, cum se honore in quo positi erant & conditi, spoliatos & iumentis cōparatos, sine omni protectione dei nudatos esse animaduertissent. Nam tale est & illud quod itē dicit scriptura hæc veridica, quæ veris nominibus res appellat, & congruis acta verbis prout oportet enunciat. Videns igitur Moyses populū q̄ esset nudatus, spoliauerat enim eū Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes constituerat nudū, &c. Igitur duplex quidē sensus in eo quod dictū est, & aperti sunt oculi amborum, sed verus utrobique gemitus, magnum vndique ex mutue confusionis opprobrium, deus iratus, diabolus risu cachinno dilatatus, vterq; sexus ignominia percussus: & inter hæc omnia, reorum & animi torquēbant, & oculi confundebantur. Satim namq; genitalis pars corporis, vtrumq; peccatorē ob superbiam meritum iniustis moribus similiter colaphizare incœpit. Ignominiam huius passionis pudendam esse natura spontē cognoscit, sine doctore intelligit, vltanea furga confitetur. Cur hoc? quia rationali creaturæ inesse nō debuit, sed ab offenso deo non intelligenti honorem suum imposta est, vt compararetur iumentis. Quicquid enim homini à deo siue pro pitio siue irato institutum est, hoc omnino natura hominis nescire non potest. Idcirco sicut ratione, quā propitius deus dedit, carere nō potest, sic istā passionem libidinis confusibilem esse, nescire illi impossibile est. Erubescit in ipsis coniugibus, & mutui alterutæ nuditatis refugit intuitum, sicut & isti coniuges primi, qui nondum hebetes quos erubescerent nisi semetipsos, qui erant caro vna, confluxerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, id est, succinctoria.

Exod. 32

2. Cor. 12

Quod exinde filij iræ fuerimus, quia de peccato, & iusta peccati poena generati sumus.

CAP. XI.

Passio carnis à paucis vt poena agnoscat

Eruntamen hac poena sua rari sunt, qui libenter velint carere. Est enim miro modo & poenaliter dulcis & dulciter poenalis, ita vt plurimi nec illud saltem agnoscere queant, quod plaga sit, quod contumelia naturæ rationalis, & ignominia superbiorum sit. Vnde & rarus est, qui sub hoc flagello scienter dicat: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. Quoniam lagittæ tuæ infixæ sunt mihi, &c. Pauci tamē qui sub hac percussione dolent, deumq; suppliciter pro remedio sanitatis orāt, tandē aliquando post laborem in pace sua, miserantis experiuntur gloriam, his nō dubium est hanc passionem carnis dei furorem esse vel iram, quia videlicet quantum profecerunt ipsi in amore creatoris, tantū frenare queunt motū libidinis, & quam

& quantum deo subiecta est anima, tantum eidem animæ subicitur caro propria. Itaq; quia nos omnes tali ex natura, cui deus iratus est, nati sumus, rectē filij iræ dicebamur, tam Genes quam Iudæi, testante Apostolo, cum dicit: Eramus & nos aliquando natura filij iræ, sicut & cæteri. Pro inde quis est cui secundum carnem liceat gloriari, quod sit dei: Quotus enim est patrum nostrorum carnalium, qui idcirco generet, vt domino deo seruos, & paradiso eius colonos multiplicet? Nempe vix aliquis est, cui summa sit intentio concubendi, vt liberos faciat saltem sibi, & auget numerum cognationis. Penē omnes vna causa trahit, scilicet ardor explendæ libidinis, nō solum respectū dei, sed & ipsam obruens memoriam posteritatis. Igitur qui non propter deū generati tali ex conditione nascimur, nō debiti, sed gratiæ est quod patrem deum habemus, quod filij dei nominamur & sumus. Nam natura filij iræ fuimus. Verū q̄ iuste hæc ira generi humano superinducta fuerit, ex subsequentiibus amplius apparebit.

Ephes. 2

Quia hoc ipsum quod se absconderunt a facie domini, infidelitatis & impoenitentie fuerit.

CAP. XII.

Cumq; audissent vocem domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, absconderunt se a dā & vxor eius a facie domini dei in medio ligni paradisi. Abscondēdo se vterque de deo malē sensit, & sibi insipienter prouidit, tanquam impoenitens, tanq̄ infidelis. Nam e contra fidelis homo dicit: Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es: & si descendero ad infernum, ades. Si assumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, Etenim illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Hic deum vbique præsentem adesse confidit, nec loco quēq; sed iniquitate ab illo longē fieri. Et cum paulo supra dicit: Intellexisti cogitationes meas à longē, semitam meam & funiculum meum inuestigasti: hoc planē confitetur nouus homo, homo fidelis, quia deus in omni loco bonos & malos respicit, & vniuersas quoq; mentium cogitationes intelligit. Et vt verē poenitens in alio loco dicit: Quoniam iniquitatem meam annuncio, & cogitabo pro peccato meo. Item: Et ego ad te domine clamabo, & manē oratio mea præueniet te. Hæc voces noui hominis sunt. Nam iste verus homo longē alio sensu abscondit se à facie domini dei, malē de oculis omnia vidētis senties vt infidelis, & vt impoenitens nō solum iniquitatem suam non annunciauit, & nō solum oratio eius dominum deum non præuenit, sed audita voce eius adhuc latere voluit, imō & præueniente deo redargutus transgressor, se ipsum potius defendendo, deum incusauit. Ergo de tam vitiosa radice arboris non mirum, vitiosos fructus erupisse, malum succum radices referentes in semetipsis, cum declinant cor suum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis, vel cum operantes iniquitatem latibula requirunt, quasi dei fallere possint oculum, verbigratia, cum iuxta beatum Iob oculum adulteri obseruat caliginem, dicens: Non me videbit oculus, & operiens vultum suum perforat in tenebris, sicut in die condixerat sibi. Sed vbi se absconderunt? In medio (inquit) ligni paradisi. Hoc improprie videtur dictum, quia non ait in medio paradisi, vel in medio lignorum paradisi, sed in medio ligni paradisi. Quod enim medium habet vnum lignum, in quo abscondi valeant corpora duorum hominum? Absconsonem ergo hic oportet intelligi nō tam corporis q̄ animi, quem deus maximē requirit. Quomodo secundū animam absconderūt se in medio ligni? Videlicet amādo concupiscētiæ vitii, quod contraxerant per fructū ligni. Nam q̄ diu peccator blandū amat vitii, radiū clausus & absconditus animus pressum tenet oris ostiū, & ad deū vocantem nō egreditur per simplicē confessionis occursum. Vnde ipse dominus: Omnis (inquit) qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucē, vt non arguant opera eius. Hoc verē est abscondi à facie domini dei, non quod talis effugiat oculos domini, cum scriptum sit: Vultus autem domini super facientes mala, sed quod talis non mereatur videre faciem domini, eo quod se ab illo, quantum in ipso est, abscondat. Et rectē quisque in eo vitio dicitur absconditus, quo delectatus, per confessionis ianuas nullq̄ egreditur, cubante cum illo deceptore lito diabolo, sicut ad beatum Iob loquitur dominus, quia sub vmbra dormit in secreto calami, in locis humentibus. Ad am igitur & vxor eius absconderunt se in medio ligni paradisi, quia videlicet usurpationem ligni, quod erat in medio paradisi, maluerunt apud se continere, q̄ domino deo cōfiteri.

Psal. 138

Psal. 37

Psal. 57

Vitiosa radix.

Psal. 143

Iohan. 3

Psal. 31

Iob 40

Quomodo deus in paradiso ad auram post meridiem deambulasse dicitur.

CAP. XIII.

Quid tandem illud sibi vult, quod interposuit scriptor, dicens: [Deambulantis in paradiso ad auram post meridiem] Exilia quidem secundum maiestatem dei videntur hæc dicta, quod tanq̄ homo post curas vel post laborem pransus dormiat, & sopori suo vel quieti suæ deputatas habeat horas meridianas, ac deinde post somnū deambulando graue corpusculū recreat, ac dulci releuat aura. Sed ne mireris, nā reuera tunc homini deus nimium dormierat. Si enim tunc non dormisset is de quo nunc dicitur: Ecce non dormitabit neq; dormiet qui custodit Iserael, nequaquam tantum malum accidisset, nequaquam tantum damnum rei familiaris, fur diabolus intulisset. Igitur quod dictū est, cū audissent vocē domini dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem,

Quomodo deus dormire dicitur.

Psal. 120

meridiem, nō sermonis vacui superfluitas, sed grauissima oportuno in tempore querela est. Quo exemplo licet nobis cum Propheta dicere: Exurge, quare obdormis domine? Exurge. Si enim ei dem Psalmistae recte licuit dicere. Et excitatus est tanquam dormiens dominus, tanquam potes crapulatus à vino, pro eo quod tardiusculè subuenit, capta quippe fuerat arca dei, & sacer dotes eius in gladio ceciderant. Ofni & Phinees: quanto magis tunc tanquam crapulatus à vino, toto meridie dormisse dicendus est, quando illo tacente, tantum malum vniuerso generi huma no partum est. Et notandum, quod non post noctem, sed post meridiem dominus deus excitatus deambulasse dicitur. Dominus enim lux est, & tenebrae in eo non sunt villae. Proinde siue cum vi gilar, siue cum nobis dormit, nunquam noctem, sed semper habet meridiem, quia semper lux ip se est. Quid ergo inquis? Culpandus ne est deus, quia toto meridie dormiuit, & eo dormiente lu pus ouem centesimam tulit? Non vti que, sed tota culpa illius est, quia custodem suum dormire permisit. Nam ut ille non dormiat, in arbitrio hominis est, qui semper illum ne dormiret aut dor miat, inquietare debet. Vnde & per prophetam spiritus eius dicit: Qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei. Quomodo non dandū est silentium ei? Videlicet toto die & tota nocte non faciendo laudare nomen domini. At ille scilicet Adam, & vxor eius vterque pari perti nacia silentium tenuit, quia sicut superius iam dictum est, neque quia formauit, neque quia in paradī so deus hominem posuit, neque quia ad propagandum genus humanum, vtrumque scilicet mascu lum & foeminam coniunxit, vllam gratiarum actionem reddidit, nec vllum pice confessionis ver bum, de ore cuiuslibet eorum sonuit in auribus dei. Itaque nec eius culpa est qui dormiuit, sed eius qui tam ingratum silentium, vt merito dormire possit, ei praeiuit. Igitur magnitudinem negli gentiae hominis & iustitiae dei, scriptura valenter & proprie satis expressit, dum dominum deum assimilauit homini tā quiete tamque licetiose in meridie dormienti, vt peracto somno, etiā deam bulare ad auram & spaciari vacet sibi, nemine interpellante, vel curā afferente alicuius negotiū.

Quod non Adam prior inuocauit deum, sed deus prior voca uit Adam.

CAP. XIII.

Vocauitque dominus deus Adam & dixit: Adam ubi es? Dixitque Adam: Vocem tuam audi ui in paradiso & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Non reus & praeuaricator Adam, deum prior inuocauit, sed deus iudex praeuaricatore prior vocauit, cum hoc illi magis expediret, vt praeciparet faciem eius in confessione, & dignam sargeret saltem post peccati satisfactionem offerre. Recteque dicitur illi, ubi es? quia videlicet mouit pedem suum, & in loco suo non est. Locus enim hominis deus est, extra quem nusquam bene est. Vnde & beatus Iob cū dixisset: Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos nō ascendet, nec reuer retur vltra in domum suam, continuo subiunxit: neque cognoscer eum amplius locus eius. Non dixit, neque cognoscer amplius locum suum, sed neque cognoscer eum (inquit) amplius locus eius, quia profecto postquam semel dixerit, nescio vos, neminem damnatorum cognoscer deus, nemi nem perditorum requirit amplius. Bene ergo locus suus post lapsum hominem, locus iniqua su us, id est, deus requirens dicit: Adam ubi es? Sanè qui vltro nolebat agnoscere, vbinam ellet, id est, quantum in malum decidisset, hac salte percuntatione dei pulsatus euigilare & videre de buerat ubi esset. Hoc enim benignitas quaerentis intendebat, vt is qui quaerebatur seipsum in ueniret, & sciret quid perdidisset, quid commeruisset. At ille id quod quaerebatur non respōdit. Dixit enim: Vocē tuā audiui in paradiso & timui, & abscondi me. Non dixit: Ecce assum. Nec enim deo aderat, aut obedienter adesse volebat, qui post inobedientiam se absconderat. Et notan dum, quod culpam suam tacuit, quae causa sibi erat pudendae nuditatis, & ita nudum se esse que stus est, vt deum potius incusaret, quod talem facturam hominis formasset. Non enim dixit: vo cem tuam audiui in paradiso & timui, eo quod praecipitum tuum praeuaricatus essem, sed timui inquit, eo quod nudus essem. Non ergo factum suum, sed facturam dei in semetipso reprehēdit. Et quod peruersus hic timor est, qui non facti sui gerere poenitudinem, sed solam poenae suae se fatei habere confusionem. Perseuerat haec vsque hodie peruersitas in filiis Adae, vt aliqua poena pro su is malefactis affecti, non quod ipsi fecerint, sed semper accusent quod sibi à iudicibus suis factum sit, donec penitus atteratur spiritus rebellis, & humilietur vulnere intolerabili, stultitiam suam non agnoscent, quemadmodum scriptum est: & sola vexatio dabit intellectum auditui. Quine tiam deprehensi atque conuicti culpam dum negare nequeunt, proterue defendunt, vnde & in ex cusabiles sunt. Nam aucti qualiter isti deprehensi, culpam defenderunt. Sequitur.

Quod vterque scilicet Adam & Eva peccatum suum defenderit. CAP. XV.

Vi dixit: Quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quia de ligno ex quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitque Adam: Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Et dixit dominus deus ad mulierem: quare hoc fecisti? Quae respondit: Serpens de cepit me & comedi. Quia suae nuditatis (vt supra dictum est) homo tacuit, idcirco deum loqui, & eandem in homine causam arguere oportuit. Est autem haec regula diuinae aequitatis, vt homo si iustifi-

si iustificari velit, id est, si seipsum accuset, iustus enim in principio accusator est sui, tunc mitius ac mansuetius agat cum illo misericordia dei. Si autem homine tardante, priorem deum oportet loqui, & narrare quid homo fecerit, tunc districtius arguat atque corripiat, non in mansuetu dine atque misericordia, sed in furore & in ira sua. Bene ergo non suauiter dixit: tu enim de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti: sed acriter inuectus est, iudiciario more inter rogans, reumque dissimulantem aspera quaestione pulsans. Quis enim indicauit tibi quod nudus esses, nisi quod de ligno, ex quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti? Ac si diceret. Haec ipsa scientia qua nudum te esse perspexisti, culpa est, quia rapina est. Vnde enim tales tibi aperti sunt oculi, quos & concupiscentia commoueret, & conscientia reuerberaret, atque ita ferre nō pos sent vt nudus incederes? Vnde inquam hunc vilium accepisti, quo indice tuam nuditatem inue nisti, nisi quod ex eo ligno de quo praeceperam tibi ne comederes, comedisti, & hanc mercedem ini quitatis quam oportuit, in temetipso recepisti, vt confusionem tuam concupiscas, & ex concu piscencia tua confundaris: Quid ad haec ille? Mulier (inquit) quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Antequam diceret comedi, scutum defensionis arripuit dicens: mulier dedit mihi, sta tum interponendo, quam dedisti mihi sociam, procaciter deum percussit linguae acumine. Vti nam qui peccauerat, & peccatum suum à dei annunciatione redargutum & cognitum nouerat, saltem hoc solum diceret: comedi, & magni debitor commissi. i. magni reus peccati prociēs ro garet eum dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Sed (vt iam dictum est) scutum defensionis praetulit, dicens: Mulier dedit mihi, quasi firmitatis aut rationis haberet aliquid haec defensio, & non potius accusatio esset quam excusatio, quod se mulieris datum, fatebatur dei pra uulisse imperio. Ita sale rationis infatuato, in deum quoque culpam retorquere voluit, pro eo quod mulierem sociam dedisset sibi. Et non dixit: Mulier quam dedisti adiutorium mihi, cum dixerit deus, Faciamus ei adiutorium simile sui, sed vt totus erat in felle amaritudinis, dulciora nomina vel verba fugiens, pro eo vt diceret, quam fecisti adiutorium mihi, quam dedisti mihi sociam in quit. Eadem pertinacia mulier non absolute dicit: comedi, sed scutum praetendens ad excusan das excusationes in peccatis, serpens, inquit, decepit me, & comedi. Quasi verò dominus deus requisisset quis persuaserit, & non potius quare hoc fecerit: sciens vti que quod sa crilega mente hoc fe cisset, credendo serpenti, in eo quod ait: & eritis sicut dii. Dicendo namque quare hoc fecisti? muli erem ad conscientiam vocare voluit, vt recogitaret & diceret, quid fecit? At illa intelligere no lens, respondit alia pro aliis. Non enim dixit, quia decepta spe huiusmodi sic feci, sed serpens de cepit me, & comedi.

De quatuor peccati eiusdem incrementis. CAP. XVI.

Interea reos circumuolando laborabat misericordia, sed vndique obtrusa resistit, aditumque illi denegat vitata creatura. Quarto namque peccati incremento fit, vt nullus veniae locus sit, scilicet cum cogitationi opus, operi consuetudo, & consuetudini adicitur defensio. Vnde & nunc per prophetam Amos idem dominus dicit: Super tribus scelerebus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, &c. Videlicet sub nominibus Damasci, Gazae, & Tyri, caeterarumque genti um cuiuslibet peccatori tertio peccati, deum indulgentiam dare posse significat, quem quarto pec cantibus, nec poenitentiam, nec indulgentiam esse daturum, enunciat. Quae peccati quatuor in crementa beatus Iob mysticè deplorans in istis primis hominibus adimpleta dicit ex persona ge neris humani. Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero non statim perii? Cur ex ceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiens silerem, &c. Peccatum namque primo rum hominum, antequam pareret in effectu operis, id est, in praesumptione vitae arboris, late bat in secreto animi superbientis, & deo ingrati, quemadmodum puer antequam nascatur in mū dum, coalescit intra tumentem matris vterum: nisi enim intus prius tumuisset, sicut alio iam lo co iam dictum est, foris tentati tam facile non cecidissent. Item, quomodo infans aeditus excipitur genibus & colligatur, & deinde vt duret blandis nutriculae lactatur vberibus, sic iidem peccato res peccatum suum, & eandem carnis suae poenam pro qua nuditatem suam erubescerant, am plexati sunt, libidine oblectati, & deinde redarguti à deo, sibi metipsis blandientes, factum suum defendere ausi sunt. Itaque repulsa venia, iuste tandem super illos datur sententia, & primo in ip sum peccati principem, à quo rotius mali initium emanauit. Nam sequitur.

De inimicitijs inter mulierem & serpentem positis, & quod de peccato serpentis deus non quaesierit, dicendo: quare haec fecisti? CAP. XVII.

Et ait dominus deus ad serpentem: Quia hoc fecisti, maledictus eris inter omnia animantia & bestias terrae. Ab homine, cui cum iratus est, misericordiae recordari habet, dominus de us requisit, & cum eo de facto ratiocinari dignatus est: cum serpente autem sibi eiusmodi nul la ratio est. Scriptum est enim, quia secundum multitudinem irae suae non quaeret. Scimus autem quia super antiquum serpentem diabololum, ira dei multa & interminabilis est. Ille verò serpens per quem ille draco locutus est, id est, terrenum animal, nullā omnino rationem deo redditurus est, quip-

Prou. 18.

Matt. 18.

Quatuor cre menta peccati. Amos. 4.

Iob. 3.

Psal. 9.

est, quippe qui creatura irrationalis est. Igitur bene absque requisitione causae vel facti, sententiam super serpentem iudex deus edicit, quae & in utrumque serpentem clara & aperta enunciatione spargit sic: Quia hoc fecisti, maledictus es inter omnia animantia & bestias terrae. Inimicitiam ponam inter te & mulierem, &c. Non imprecantis animo dixit, maledictus sis, sed enunciativa designatione maledictus es inquit. Hoc nempe more domini obseruandum est, quod is qui omnia fecit valde bona, nullam corrumpit creaturam maledictione à semetipso effusa. Cum igitur ad serpentem dicit, maledictus es inter omnia animantia & bestias terrae, malum eius meritum iudiciaria equitate, tali sententia denunciat. Odibile namque illud genus animantis factum esse denunciat, super cuncta animantia & bestias terrae, ex eo quod minister diabolo exitit ad perditionem eius, qui ira est factus, ut praesse debeat cunctis animantibus & bestis terrae. Non enim incircò serpens malitiosus & venenatus est, quia dixit deus: maledictus es, sed quia diabolo pollente, omnino odibilis factus fuerat, idcirco sic à domino deo pronunciatum est. Dicit enim Pythagoras, de medulla hominis mortui, quae in spina est, serpentem creari, quod & alius quidam in libro suo commemorat, dicens: Sunt qui cum clauso pure facta est spina sepulchro, Mutari credat humas angue medullas. Quod si creditur, merito euenit, ut sicut per serpentem mors hominis, ita & hominis morte serpens nascatur. Fertur autem, quod nudum hominem non sit ausus contingere.

Vnde generatur serpentes.

Quomodo dictum sit super peccatus tuum gradieris.

CAP. XVII.

Sed quid sibi vult quod sequitur, & dicit: [Super peccatus tuos gradieris?] Nunquid antequam diabolus per os eius locutus fuisset, pedibus aut cruribus ambulabat peccatore à terra sublato, & postea pedibus ademptis super peccatus suum gradi coepit, squamis suis & costis pro pedibus & cruribus utens, & pressio repens incessit. Nonne & antequam hominem fecisset deus dixit: producat terra iumenta & reptilia & bestias in genere suo? Quomodo ergo nunc pro poena inferitur, quod à natura illum prius habuisse negare non possumus? Igitur sub nomine serpentis quae inuasit diabolus, ipse percutitur, & qui per superbiam suam similem se altissimo fore putauit, propter malitiam suam infimae creaturae, quam ipse vitiauit, iudicatur fieri personaliter similis. Super peccatus tuos gradieris, inquit, tanquam diceret: Sicut hoc reptile cuius calliditate abusus es, super peccatus tuos graditur, & seipsum in terram premit: sic tu diabole, cum sis rationalis spiritus, rationale tuum semper graui fatuitate onerabis, & quocumque te venteris semper intentionem tuam deorsum conferes, & factis premes contrariis. Verbi gratia: Inuidendo euacuasti meritum hominis, sed hoc factio gratiae dei locum aperuisti, cui amplius inuidebis, dum homo seipso tanto fit altior, quanto gratia dei, cuiuscumque creaturae meritis est maior. Ab hinc usque in fine, dum deo volens aduersaris, deo nolens cooperaris, & ira circum habens in naribus tuis super peccatus tuos gradieris, quia miro modo & mala intendis & bona facis, dum persequendo hoc ipsum quod ut destruas persequeris, dum quasi malleolus aurum dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis. [Interea terram comedes cunctis diebus vitae tuae.] Terram inquam comedes & non coelum, id est, non quorum conuersatio in coelis est, sed qui terram sapient, illi cibus tuus erunt. Malus operarius, & nequam seruus, deo tamen utilis, satisfactionem iracundiae tuae talium deuotione consolaberis.

Iob. 40.

Item de eo quod dictum est: inimicitias ponam inter te &amp; mulierem.

CAP. XIX.

Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Hoc à fraudibus inimicitiae differunt, quod fraudes pacatam sermonis vel cuiuslibet rei praetendunt superficiem. Inimicitiae vero manifestam contrarietatis habent intentionem. Constat autem, quod subdolos diabolus in serpente mulieri non tamquam armatus aduersarius occurrit, sed tanquam fidus consiliarius lateri eius in via sese adiunxit. Cum igitur dicit deus ponam inimicitias inter te & mulierem, profecto magnum gratiae suae opus promittit, quod victorem diabolum qui vicerat fraude, victa nunc mulier vincere quadoque debeat fortitudine. Porro, haec inimicitiae non per ipsam mulierem, sed per semen illius exercendae, & usque ad victoriam perducendae sunt. Proinde cum dixisset, inimicitias ponam inter te & mulierem, continuo subiunxit, & semen tuum & semen illius. Quo enim de semine haec dicuntur, nisi de vno qui est Christus? Ipse namque solus ita semen mulieris est, ut non etiam viri semine sit, quare recta additio est, cum dictum sit à domino deo, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen illius, subauditur Christus. Nam hic planè cum illo antiquo serpente fortiter sese exercuit, nec unquam illi in aliquo consentaneus fuit. Vnde & liberior atque expeditior fuit, accinctus gladio super femur suum potentissimus, speciosus & pulcher, intendit prosperè, processit, & regnavit, hostemque publicum ante pedes suos productum contriuit & vulnerauit, iuxta Psalmistam dicentem: Tu humiliasti sicut vulneratum superbum in virtute brachii tui. Tunc adimpletum est mulieri, in isto semine suo, quod hic fuerat praedictum, ipsa conteret caput tuum. Vnde in alio psalmo propheta dicit: Tu contribulasti capita draconum in aquis, tu confregisti capita draconis, quis

Psal. 44.

Psal. 88.

Psal. 73.

Quis omnium nostrum, quicumque viri pariter ac mulieris commixtum semen sumus, inimicitias cum isto deceptore integras se habere gloriabitur? Nonne omnes dei potius inimici fuimus, nisi quia per hoc vnicti vnicti mulieris semen reconciliati sumus? Ergo secundum illius quidem gratiam, nunc filii vel amici dei sumus, & cum illo dracone inimicitias habemus, secundum nos ipsos autem, vel secundum primos parentes nostros socii & consentanei rebellionis eius fuimus, & necdum perfecta fide, adulterinas eius blanditias respicimus. Nam quoties ad aliquod peccatum pertrahimur, ille primum nobis capite blanditur, deinde nos venter oblectat, tandemque cauda ligat, quia videlicet tribus modis omnis eius tentatio perficitur, suggestione, delectatione, consensu. Inter haec proculdubio nequaquam veras contra illum inimicitias habemus. Certissime igitur hic illius semen mulieris promittitur, quod est Christus, per quod sexus idem qui deceptus est, deceptoris caput omne contriuit, quando ad destructionem peccati beata virgo sine peccato, nouum hunc & coelestem hominem mundo addidit. Et tu (inquit) insidiaberis calcaneo eius, id est, ingeres te in extremis vitae illius, insidiaberis inquit, sed non etiam mordere poteris. Hoc planè licet subaudiatur, quod verbis aliis idem filius mulieris euidenter astruit, dum mox ducendus ad passionem, dicit: Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.

Ioh. 14.

Item de eo quod dictum est, ipsa conteret caput tuum, & tu in. &c. CAP. XX. Rateria inter mulierem & semine eius, & hoc genus animantis, per quod mulier seducta est, grandes inimicitiae positae sunt. Vtrumque non tam rationis iudicium quam sensus naturalis perpetuum seruat odium. Haec enim est non semper actus, semper tamen potestate quadam conterit caput illius: ille autem, utpote humi depressus & non arduus, calcaneo huius insidiatur. Nam si nuda mulieris planta dentem serpentis praueuerit, & viuacissimum caput eius vel leuiter presserit, statim totum cum capite corpus repente interit, ita ut nullus omnino morus, nullus sensus in aliqua parte residuus sit, quod nec malleis aut vectibus certè, nec gladiis concidentibus, cito aut leuiter effici potest. Siquidem excisum caput, cum tribus aut duobus digitulis, viuere & abire perhibetur. Hoc quoque quod praedictum est, ita esse ipsorum qui per industriam explorauerunt, fida relatione comperimus. Vnde & fertur, quod nudum corpus eius contingere non ausus sit. Econtra, ille quamlibet exiguus sit, si vel extremam plantam dentulum infixerit, occidit. Morfu namque insula pestis per venas vegetatione corporis aucta discurrit, animamque eximit. Adeo graues inter utrumque naturam inimicitiae positae sunt, antiqui mali super nouum exhibentes monumentum. Mox ut venenum morfu injectum sanguinem hominis tetigerit, paulatim serpit & in inimicum suae naturae animal interficit. Vnde sic ait quidam: Noxia serpentum est admixto sanguine pestis, Morfu virus habent, & farum in dente manantur. Omne enim venenum frigidum est, & idcirco anima quae ignea est, fugit venenum frigidum. Serpentes vero quot genera, tot venena: quot species, tot pernitias: quot colores, tot habentur & dolores. Maledictum quippe animal est, ex quo diabolo ad ministerium mortis, propria calliditate suffragatum est, & exinde homini naturaliter inimicum est. Sed quid mirum, hoc malum à deo permitti homini, cum & ipse homo ad intersectionem proximi, serpentum sese armet venenis, & quod non habet natura virus, acquirat per uicaria, comparat pecunia? Hoc enim author idem qui supra tali execratione declamat. Sed quis erit lucris nobis pudor: inde peruntur. Huc Lybicae mortes, effecimus alpida mercè. Proinde quia homines ipsi quodammodo serpentes fiunt, dum non tantum spiritualiter veneni aspidum sub labiis eorum, sed realiter quoque venenum aspidum in listacis eorum patiantur, & ipsi nec murmurent, quod venenatur, & intereunt tot homines pestibus serpentum.

Morfu serpentis exitialis

Luca. 11. 9. Pharf.

Veneno abutuntur hoies.

Luca. 11. 9. Pharf.

De tribus in mulierem quasi verberibus sententiae dei. CAP. XXI.

Mulier quoque dixit: Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Haec tria diuinæ sententiae verbera nimium notis arumnis, sexum femineum indelenter cruciant. Nouissima tandem super haec peccati eius poena mors est. Verum hoc illi malum cum viro commune est. Quare (inquis) mulier, praeter hoc, in sexu proprio triplicem poenam habet? Videlicet quia peccati quantitas in muliere triplo maior, quam in viro est: primo, quia credendo serpenti plus quam deo seducta est. Secundo quia pulchritudinem & suauitatem ligni delectabiliter concupiuit: tertio, quia non contenta transgressione propria, postquam comedit, viro quoque dedit. De quo notandum, quia cum requireretur à deo dicente: quare hoc fecisti? id est, quare viro tuo dedisti, non habens quid saltem vanae defensionis obtenderet, aliud pro alio respondit, dicens: serpens decepit me, & comedi. Ita que triplici peccato, triplex quoque vindicta praeter communem libi cum viro mortem reddita est. Nam quia serpenti credidit, dicenti: eritis sicut dii, iuste ipsa contra hoc, quod deus viuorum & non mortuorum deus est, non viuorum, sed mortuorum mater esse meruit, dicente deo: multiplicabo conceptus tuos: Omnis enim conceptus eius anima & corpore in peccato ipsius moriuntur, & nemo illorum deo viuunt, nisi viuificentur in Christo. Item, quia vidit quod bonum esset lignum ad vescendum & pulchrum oculis, alpectumque delectabile, pro illo visus fuit delectameto contrarius



contrarius hic redditur vteri dolor, nā in dolore, inquit, paries filios tuos. Tertio quia viro suo dedit, & eum ad comedendum illexit, importunitate muliebri, idcirco sub viri potestate (inquit) eris, & ipse dominabitur tui. Ita pro seductione, vir enim (inquit Apostolus) non est seductus, sed mulier, pro seductione inquam, quia seducta est, conceptuum multiplicitas, pro gula oblectamento vteri dolor, pro temerario imperio seruitus illa poena ei reddita est. De subiectione viri qua mulier ei subiecta est, & dominatione eiusdem, qua mulieri dominatur, iam superius dictum est. Sed adhuc recte quæri potest: quid illud sit, mulierem viri sub potestate esse, & virum mulieris dominum esse, quoniam vtrunq; dixit: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Ad hoc respondendum valentioris esse dominationis, mulierem sub domino, q̄ sub potestate viri esse. Nam & secundum Romanas leges, sub viri potestate est mulier, anteq̄ in manum viri conueniat, sub potestate inquam viri, veruntamen non tanquam domini, sed tanquam tutoris, ita vt sine autoritate eius testamentum illi facere non liceat. Quæ autem in manu viri conuenit, multo magis quam diu vixerit vir, testamentum illi sine viro facere non licebit, vnde & capite dimiuta dicitur mulier, quæ in manu viri conuenit. Ad eod apud gentiles quoq; qui hanc scripturam non legerant, vel huius vtri dei præcepta non obseruabant, hæc lex naturaliter valuit, quam dominus naturæ imposuit, dicens mulieri: & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Quædam tamen barbaræ nationes, sicut cætera, ita & hunc naturæ ordinem confuderunt, vt mulier sine capite, id est, sine viro suo, super viros ageret potestatem & dominium. Vnde & apud Romanum defensor em, mulier causam suam tuetur, sic inter alia dicendo: Non vrbes prima tenebo. Formina Niliacas, nullo discrimine sexus, Regiam scit ferre Pharos. Verum hoc non tam ius aut lex, quam vsurpatio dicenda est. Recte ergo non tantum dixit: sub viri potestate eris, nam & puerulus masculus sub viri, id est, tutoris potestate est, sed addidit: & ipse dominabitur tui, scilicet vt nunquam mulier libera sit, de subiugo viri, sed eius, tam ætas quam conditio primū sub potestate viri tutoris, & deinde cum in manu viri per legitimam coniugii tabulas venerit, sub dominio viri sit. Verum castis & fidelibus mulieribus hanc terriam poenam beneuolentia nullam aut leuissimam efficit. Et non solum non obest, sed etiam laudat. Propter quod & Petrus apostolus mulieres ad subiectionem spontaneam cohortans dicit: Similiter & mulieres subditæ sint viris suis. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in deo ornabant se propriis viris, sicut Sara obediebat Abraham, dominum eum vocans, &c. His ita dictis adhuc de multiplicatione conceptuum aliqua dicenda sunt.

Luca. 11. bro 10.

1. Petr. 3.

Item de eo quod dictum est, multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. CAP. XXII.

**M**ultiplicabo (inquit) ærumnas & conceptus tuos, subauditur, super numerum. Nam & electorum quidem numerus multiplex est, sed eorum multiplicatio tota ex benedictione est dei decentis, vt supra iam dictū est: cresce & multiplicamini, & replere terram, &c. Hæc autem multiplicatio non benedictionis, sed damnationis est: non gratiæ, sed iræ: non clementiæ, sed vindictæ. Vnde & non ait tantum: multiplicabo conceptus tuos, sed multiplicabo (inquit) ærumnas tuas & conceptus tuos. Mulier quippe quanto fecundior, tanto ærumnosior. Post singulos conceptus dolor cruciat per singulos partus, sius cam sanguis fatigat, quippe quæ & cum lana videtur, mensuris fluoribus laborat. Mulier namq; vnum & solum est menstruum animal. Quanta putas hæc ira, quanta est vindicta, concipi vel nati tot homines, qui numerum excedant, qui ad dominum vel vitam æternam non pertineant, quibus proinde melius erat si nati non fuissent? Nempe si incorrupta naturæ nostræ terra permansisset, si non dei benedictionibus pestem maledicti serpentis superinduxisset, solas bonas arbores, id est, solos bonos germinasset homines, & nullum agrestium lignorum, quæ ad hoc nata sunt, vt excidantur & in ignem mittantur, quia fructum non ferunt, succi eius abundantia produxisset. Hæc fortis atq; terribilis nimis, & timenda magis quam discutienda diuini iudicii seueritas est.

Ærumnae mulierū

Item de multiplicata conceptuum, & quod inde fuerit, vt Rebecca quoq; conciperet Esau & Iacob. CAP. XXIII.

**N**imium pii homines & insulsa pietate hanc ipsam dei seueritatem reprehendentes, malle non nati, & omnino non esse homines, qui sic malè nati sunt, vt sint diuinæ benedictionis exortes. Hi ergo quare generant? Quare ipsi vel parentes ipsorum magis in carne sua, quam in benedictione dei seminant, dum magis pro explenda libidine, quam pro multiplicanda domini dei familia opus generationis perpetrant? Nempe sicut iam longè superius dictū est, ex mētis superbia profecta est carnis incontinentia, & ex carnis incontinentia pullular conceptuum multiplicitas. Sed dicit quis: Nunquid non in sanctis & continentibus hominibus inuenitur progenies ab ipsis educta super numerum? Nonne (verbi gratia) Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri, alterum electum, alterum reprobum ædidit, sicut scriptum est: Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Ad hæc inquam: Nonne omnes & quæ sanctæ dicuntur mulieres, præter

Gene. 27.

Malac. 1.

præter vnicam filii dei genitricem, in iniquitatibus, & in peccatis conceperunt vel concipiunt? Non derogatur quicquam hic beatis matribus sanctorum, quæ magna fide beatam progeniem, de qua deus & homo Christus natus est ædificauerunt. Veruntamen sicut in dolore pepererunt filios suos, sic & in iniquitate non solum originali, verumetiam in propriæ libidinis peccato conceperunt. Peperisse autem & hanc ipsam Rebecam in magno dolore, ipsa scriptura testatur, dicens: Deprecatus est Isaac dominum pro vxore sua, eo quod esset sterilis. Qui exaudivit eum, deditque conceptum Rebecæ, sed collidebantur in vtero eius paruuli. Quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Itaq; nec sine peccato libidinis concepit, quæ in tanto dolore peperit, vt penè non concepisse maluerit. Quod ne de hac admodum iuuenula dubium adhuc esse putes, dicit ipsa quæ prima nostræ fidei mater est, Sara iam anus, cui præ senecture mitiebra, id est, menstrua fieri iam desierant. Postquam consenui, & dominus meus verulus est, vobis luprati operam dabo? Igitur cum reprehendant homines deum, quod infastos mulieris conceptus multiplicet: seipos potius, vel parentes suos accusent, quod suos ipsi concubitus multiplicet non gignendæ proli ad honorē dei, sed suæ potius studentes libidini. Non enim quia dixit deus: multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos, idcirco natura mulieris, conceptibus superfluis fluxa facta est: sed quia peccauit mulier, & peccato suo vitata est, idcirco prædixit deus, quid illi ex vitio suo esset prouenturum. Etiam si vno ex concubitu habuit Rebecca geminos, Iacob & Esau, sicut prædictum est, quanquam non incongrue possit intelligi ex vno concubitu id esse, ac si diceretur ex vniuo concubitu: non quæstionibus ventilandum, cur non vtrunq; dilexerit deus, sed gratiæ illi agendæ sunt, quod duobus vermiculis de vna massa peccatrice scaturientibus, saltem vnum eorum dilectione sua dignum fecit, quia qui vtrunq; iuste relinquere poterat, alterum misericorditer diligens assumpsit, alterum iuste odio habens reliquit. Sed iam de huiusmodi alijs dictum est, videlicet quod ineptè quærat quis, cur deus vel illos angelos creauerit, vel homines illos permittat nati, quos malè acturos vel perituros esse nouit.

Rebecca Gen. 25.

Sara Gen. 18.

Supra 1. 1. cap. 17

De sententia quæ dicta est in virum, & quod vtile fuerit, hominē post laborem reuertī in cinerē propter edendam eius superbiam. CAP. XXIII.

**A**dæ quoq; dixit: Quia audisti vocem vxoris tuæ, & de ligno ex quo præceperam tibi nec comederis, comedisti: maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, quia puluis es & in puluere reuertēris. Quia audisti (inquit) vocem vxoris tuæ. Tanquam diceret: Quia mulier quam ego de di tibi sociam, dedit tibi, & comedisti: maledicta terra in opere tuo, &c. Huiusmodi dictio in libro Numerorum legitur hoc modo. Quoniam Amalechites & Chanaanæus habitant in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam maris rubri, & reliqua. Tali occurrione prolata sententia, manifestissimam habet iustitiam. Nam hoc modo reus ex ore suo iudicatur, eademq; responsione qua defendit se arbitrat, conclusus apud iudicem suum tenetur. Quid enim? Nunquid mulier maior erat domino deo? Maledicta ergo terra in opere tuo. Nō ait maledicta terra in semetipsa, quippe quæ cum res sit inanimata & insensibilis, nec benedictione, nec maledictione secundum semetipsam digna est, vel eius perceptibilis. Sed maledicta, inquit, in opere tuo, id est, propter opus tuum quod est peccatum tuū. Vel maledicta in opere tuo, id est, laboriosa sit tibi operatori vel cultori tuo. Hoc enim sequens versiculus patenter innuit, quo ex ponens quid dixerit, ipse in laboribus (inquit) comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Quid enim affert, si non laboraueris, si non operatus fueris? Vtq; spinas & tribulos germinabit tibi, & cetera ralia quæ sponte producit, & comedes herbas terræ, id est, foenum quod itidem sponte producit iumentis. Itaq; in sudore vultus tui vesceris pane tuo, id est, si sudaueris, si arando & ferendo laboraueris, tunc demum panem tuum, id est, tibi necessarium dabit. Secundum hebraicam veritatem non sic dictum est, cum operatus fueris terram, non dabit fructus suos, sed spinas & tribulos germinabit tibi. Sed sic se habet ordo literæ. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Sicq; subiunctum est, spinas & tribulos germinabit tibi, vt subaudiri debeat, si non laboraueris, si non operatus fueris. Itaq; in sudore vultus tui vesceris pane tuo. At ille ruus panis, vitam tibi nequaquam perpetuabit, sed infirmitatem tuæ mortalitatis aliquandiu sustentabit, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es & in puluere reuertēris. Ecce vltima percussio mors carnis est. Saltem hæc plaga superbiam cineris domare, & redigendas in lutum ceruices, quandoq; flectere habebat. Iam antea quidem miser homo verè mortuus, quia deo mortuus erat, scilicet morte peccati, quæ animam à deo separat. Dixit enim deus, quia in quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. At ille recenti petulantia carnis delibutus, eius mortis amaritudinem non sentiebat: quemadmodum & nos hodie, cum tam multos quotidie carne quoq; morientes videamus, lasciuente adhuc sanguine iocamur & ridemus, tamq; gaudis æternis priuati, & mox temporalibus quoq; priuandi, tamen læti sumus. Quid si nunquam carne morituri essemus?

Num. 24

esse mus: Quomodo animæ mortem, & futurum in fine seculi iudicium, surdis auribus præterire mus, qui cras morituri, hodie superbumus? Quid inquam si interim, dum viuimus absq; laboribus, & absq; sudore vultus sui omnis homo pane suo vesceretur, cū semper in solitudine famis & alternante diuersarum rerum pænuria, præterea nunquam de imminente morte nobis incertis, tamen adhuc semetipsam caro nostra præsuperbia nesciat, & libidinis diffuatur? Bene ergo deus bonus, ne malam mortem animæ suæ homo nesciret, & securus vsq; ad vltimi iudicii dilu-  
 Vile est hoïem laboribus ex-  
 ereri.  
 Virg. li. i. Geor.  
 Virg. in Bucoli. Æg. 10. 4.  
 Eze. 16.  
 Matt. 19.  
 culum in suis voluptatibus dormiret, morte carnis illum percellit, vt saltem eius instantis metu aliquis euigilet. Et interim quia saturitas panis & ocium, istam quoq; posset abolere solitudinē, voluit illum non sine laboribus & sudore vultus sui velci pane suo, quinetiam fortiter laboran- tem nonnunquam sterilibus annis magna ex parte priuari fructu suo. Hoc non inutile homini esse, adeo verum est, vt gentiliū quoq; poeta eximius dicat: Pater ipse colendi Haud facilem esse viam voluit, primūque per artem Mouit agros, curis acuens mortalia corda, Nec torpere graui passus sua regna veterno. Inutile restatus est esse regno patris, quē Iouem esse dicebat, torporem vel ocium, quamuis vtpote gentilis prætereat, quod ex ocio nascitur peccatum. Qui tamen gloriabundus, alio loco, & cuiusdam infantuli adulatoris vacans blanditiis, pro magna felicitate spontaneas diuitias sic inter cætera promittit: Mollī paulatim flauescet campus arista, Inculcusq; rubens pendebit sentibus vua, Et duræ quercus sudabunt rosca mella, & reliqua. Sed non mirum de hoc nullius bonæ professionis homine ethnico, cū & plerique nominis Christiiani professores fuerunt, qui non ignorantes saturitatem panis & ocium peccatum fuisse Sodomorum, mille annos Christo rege futuros esse prædicauerunt, dicentes: tunc nobis centupla omnium rerum, quas dimisimus carnaliter esse reddenda: non recogitantes, quod si in cæteris digna sit retributio, in vxoribus appareat turpitudine, vt qui vnam pro domino dimi-  
 scribit, centum recipiat in futuro.

*Quod non ira, sed miserantis fuerit gratia, quod deus mortalem voluit esse hominem.* CAP. XXV.

**I**gitur non irata iustitiæ, sed miserantis est gratia, quod vitium hominem deus mortalem esse, & interim dum viuunt in laboribus pane suo velci voluit, vt videlicet antequam veniat dies iudicii, quo cum antiquo peccatore diabolo damnandi sunt omnes iniqui, respiscant aliqui laboribus & doloribus, tan demq; ipsa morte eruditi, quatenus vel sola vexatio det intellectum auditui. Quod gentiliū quoq; quidam philosophus Plotinus sentiens, & rationabiliter vtilem esse arbitratus hominibus mortalitatem: Tunc pater (inquit) misericors mortaliam condebat corpora. Adeo hoc expedire pensit, vt deum in eo misericordem assereret, quod homines mortales esse voluit. Porro, illorum qui nec tantis paternæ disciplinæ verberibus afflicti respiscunt, damnatio iusta est, qua culpa inexcusabilis est. Quid enim vltra faciat deus, vt eos à malis coerceat? Super quo (inquit) percutiam vos vltra, addentes præuaricationem? Et subinde terra vestra deserta, & ciuitates vestre succensæ igni. Regionem vestram coram vobis alieni deo rant, & desolabitur sicut in vastitate hostili, &c. Hæc cum per prophetam dicit, profecto illud patenter innuit, quod & vniuersum genus humanum & ipsa tandem morte percussit, vt non licet immortalis diabolus, adderet præuaricationem, sed potius ab antiquæ præuaricationis superbia, per humilitatem poenitentia refugerent. Ad hoc valet & illud, quod eiusdem mortis diem vel horam homini incognitam esse voluit, vt dum nescitur quando sit, quæ sine dubio futura est, semper sollicitum reddat, semperq; suspectum superbiere non sinat. Dixit enim indefinitè, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, & non dixit vsq; ad tot annos vel tot dies, quibus transactis statim reuertaris in terram de qua sumptus es. Ita ergo viuere hominem voluit, quasi altera die iudicandum, & rationem de propriis factis redditurum. Et vide, quàm terribiliter hominem, qui existimauit iniquè, quod esset deo similis, arguat, & statuat eum cõtra faciem suam, dicendo: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Huius sententia percussione, adeo natura sentit, vt hominibus antiquitus in summa afflictione pro maximo doloris instrumento capita cinere aspergere solenne fuerit. Verum hæc propriæ conditionis recordatio, tunc vtiliter se aperit, cum ex sapienti humilitate procedit, iuxta exemplum patris Abrahamæ, dicentis: Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis. Cum enim hoc humiliter nos recordamur, misericorditer & ipse recordatur, sicut scriptum est: Quomodo miseretur pater filiorum, miserus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, & recordatus est quoniam puluis sumus. Sequitur.

*De eo quod vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam.* CAP. XXVI.

**E**T vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium. Mira narrantis digressio. Necdum sententia terminata est tantæ calamitatis, vt vacet hinc diuertere ad dicendum nobis, quo nomine reus iam conuictus & pendens sub iudicis manu, suam vxorem nuncuparit. Narrauerat dixisse deum, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris

reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es & in puluerem reuertaris, moxq; disturus erat deus: ecce Adam quali vnus ex nobis factus est. Quis hic locus erat, vt infereret, quia appellauit Adam nomen vxoris suæ Euam? An forte non digressio, sed sic se habet ordo rerum, sicut ipsa narratio? Si ita est, imo quia ita est, nec enim negligenter, sed maxime prudenter hic interpretis dei narrationem suam profectus esse credendus est, mira peccatoris simul & contēptoris surditas, & superbæ mentis eius duritia breuiter deprompta est. Quid enim infans, q̄ in tali articulo Euam dicere eam, quæ non habet vitam? Eua nanq; transfertur in vitam. Dixerat autem deus, in quocunq; die comederis ex eo, morte morieris. Et illa comederat, ac viro suo dederat, & dādo occiderat, & nunc in præsentiarum dicebat, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, & sic vtraque morte corporis scilicet & animæ iam mortuus & adhuc moriturus erat, tam ipse quàm vxor sua. Quid ergo infans, quàm in illo talis causæ iudicio illam nuncupare Euam, id est, vitam, quæ nec saltem habebat vitam, dicere matrem cunctorum viuentium eam, quæ potius mater est cunctorum morientium? Omnes enim in peccato eius moriuntur, & nemo filiorum eius viuunt, nisi qui per vnum hominem Christum viuificantur. Et quidem si hoc aliàs dixisset, verbigratia, superius vbi dixit: hæc vocabitur virago, quia de viro sumpta est, si (inquam) tunc dixisset, hæc vocabitur Eua, quia mater cunctorum viuentium est, nullam nobis admirationem fecisset, quia videlicet & secundum sensum eius cunctorum viuentium, id est, hanc infelicem vitam ingredientium, mater est. Nunc autem in eo mirabile est, quod vbi mortis corporeæ sententia ferebatur, iam spiritali morte mortuus, illic vxorem suam Euam, id est vitam, appellauit. Si militer & hoc notandum, quod nusquam sacra scriptura nomen istud, quod est Eua, commemorat, nisi hoc loco, & paulo infra, cum dicitur, cognouit Adam Euam vxorem suam. Ibi sicut & hic, si rite perspicias, miranda cordis impenitentis duritia est, mira quoq; carnis inuicitur superbia, gloriantis adhuc in ipsa pœna sua de posteritate futura. Hoc inter nominis vtriusq; positio- nē, quæ sunt, scilicet Adam & Eua, distare manifestum est, quia nomen hoc quod est Eua, præsumptor homo superba æstimatione adinuenit: illud autem, scilicet Adam, dominus deus vtriusq; sexui posuit, sicut postmodum scriptum est, masculinum & foeminam fecit eos, & vocauit nomen eorum Adā in die quo conditi sunt. Igitur quod cum dixisset deus, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, continuo subiunxit eum, & vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, eo qd mater esset cunctorum viuentium, idem est ac si diceretur. Sicut superius dicenti deo, in quocunq; die comederis ex eo, morte morieris, non credidit, sed comedit, quia mulier, quæ prior comederat, non statim corporaliter mortuam esse vidit: sic & nunc dicenti, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris, adeo non credidit, vt e contrario vocaret nomē vxoris suæ Euam, id est, vitam, eo quod mater esset cunctorum viuentium.

Differen-  
 tianoim  
 Adā &  
 Eua.  
 Gene. 5.

*De tunicis pelliceis, quas fecit illis deus.* CAP. XXVII.

**F**ecit quoq; dominus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait: Ecce Adā quali vnus ex nobis factus est, sciens bonū & malū. Et hoc leuiter dictū, ac penè risui proximi videtur, qd dominus deus tunicas pelliceas fecerit Adæ & vxori eius. Nec enim eiuſdē digni- tatis est, detrahas mortuis animatibus pelliculas cõsuere, & tunicas facere, cuius sunt ea quæ ha- etenus de domino deo dicta sunt, verbi gratia, cælū sicut pellem extrudere, terrā fundare, solē, lunam, & stellas in firmamento ponere, postremò ipsorū animantium, quorū pelliculæ sunt, natu- ras condere. Vnde & nonnulli hoc opificiū deo ascribere in tantū refugerunt, vt dicerent, tunc primū corpora illis facta esse, & iccirco p corporibus, tunicas pelliceas esse dictas, quia sicut nūc tunicis vestiunt corpora, sic tūc deus propter peccatū corporibus vestierit animas. Sed hic error verius omni irrisione dignus, iam dudū explosus est. Melius sapere oportet, terrena corpora quaf- dam quidē esse animarū tunicas, veruntamen ipsa prius esse facta q̄ animas. Sic enim supra scri- ptū est, quia prius formauit dominus deus hominē de limo terræ, & deinde inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Quid ergo inquis? Nunquid dominus deus tutor aut pellifex erat, & impē- sa artis opera tunicas fecit pelliceas? Fecit vtiq; tunicas pelliceas, quia sic præsens testatur scriptu- ra, nō tamen & cogit nos cõfiteri, quod eo modo quem rideant, sed eo modo quem flere debeant omnes tunicati, fecerit illas. Fecit enim, i. faciendi necessitatem illis imposuit. Talia quippe tamq; misera propter peccatum corpora esse voluit, quæ sine tunicis pelliceis durare nō possint. Et no- tandū, quod nō qualeſcunq; tunicas, sed tunicas fecit illis pelliceas. Hoc optime dictum est. Nec enim solummodo ob libidinē turpia vel pudenda, sed etiā ad patientiam frigoris infirma sunt nuda sexus vtriusq; corpora. Bene ergo non tantum tunicas, sed tunicas pelliceas illis fecisse di- citur dominus deus, quia iustè talia voluit illorum esse corpora, quæ non solum tegi propter turpitudinem, sed etiam calefieri opus esset propter infirmitatem. Habes itaq; duo miseriæ sola- tia cum labore & indigentia homini propolita, victum scilicet & vestitum. Victum, vbi paulo antè dixit, in sudore vultus tui vesceris pane tuo: vestitum, vbi nunc dictum est, fecit quoq; do- minus deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.

Psal. 103.  
 Orige-  
 nis error

**I** De eo quod dictum est, ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est. *Cap. XXVIII.*  
 Ta demum iam spiritaliter homine mortuo, & corporaliter mortuo, victus quoque pariter & vestitus indigente effecto, idem dominus deus exclamat: Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malum. Ecce (quod est ostendens aduersus) cum dicit dominus deus, magnum in presenti fragorem incutit cunctis aures audiendi habentibus. Quid enim ostendit Adam, inquit, quasi vnus ex nobis factus est. In Adam (quod interpretatur terrenus) virum si mul & mulierem intellige, quia viri pariter & mulieris commune nomen est, sicut iam dictum est. Quid est, quasi vnus ex nobis factus est? Quasi deus factus est. Eadem enim trinitas hic loquitur, quae & superius locuta est pluraliter ad semetipsam, dicendo: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Eadem, inquam, trinitas hic ostendit, qualis Adam vitio suo factus sit, quae supra proposuerat, qualem illum facere voluerit. Dicit ergo, quasi vnus ex nobis. Nempe ex tribus personis trinitatis, vnus est pater, vnus est filius, vnus est spiritus sanctus. Et hi tres vnus quidem sunt, sed non vnus. Alius enim est pater, alius filius, alius spiritus sanctus. Adam ergo (inquit dominus deus) quasi vnus ex nobis factus est, vt iam non firmus nos trinitas, sed quaternitas, quam non cum deo deus, sed contra deum affectauerit esse deus. Grauius ma haec more domini dei & acerba nimis ironia est: Quis enim vel qualis Adam in anima iam mortuus, & corpore quoque in breui moriturus, indigens victu & necessario coopertus atque cooperiendus vestitu. Sed enim quilibet ex nobis, siue pater, siue filius, siue spiritus sanctus, neque mortuus est, neque morietur, neque propter famem victu, neque propter turpitudinem aut frigus indiget vestitu. Ergo non verè, sed ironice dictum aut dicendum est, quia hic talis quasi vnus ex nobis factus est. Et cur tali ironia irridendus est? Videlicet quia stultè & superbe fallacissimo diabolo credidit, dicenti, & eritis sicut dii. Ecce quomodo sicut deus vel quasi vnus ex nobis factus est, quomodo sciens bonum & malum factus est. Non quomodo ipse sperauit, sed sic factum est istud, quomodo deceptor voluit. Non sic scit bonum & malum, quomodo omnia prospiciens deus, sed iam expertus bonum, sic nunc experitur & malum, quomodo non deus. Hoc modo quasi affirmatiua entificatione dictum, grauitate dicentis adiuuante, multo acerbius denegatum est, quam si negatiua dictione exclamasset, sic dicendo: Ecce Adam nequaquam vt sibi promissum fuerat, quasi vnus ex nobis factus est. Et quidem ille non solum nequaquam sicut deus, sed penè factus erat sicut diabolus, sed accelerauit & praenuit miserator dominus deus, ne deo mortuus, sic immortalis permaneret homo, sicut diabolus.

*De eo quod dictum est, videte, ne forte mittat manum suam & sumat etiam de ligno vitae.*

CAP. XXIX.

**N** Vnc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitae, & comedat & viuat in aeternum, emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. ¶ Ecliptica, id est, defectiua locutione pro re & tempore scriptor in persona dei vsus est, quem locutionis modum cum grauitas adiuuat pronunciantis, hoc ipsum in quo de ficere videtur, valentius exprimit. Vbi enim dixit, nunc ergo ne forte mittat manum suam & sumat etiam de ligno vitae, & comedat & viuat in aeternum, deficit quidem sermo, sed grauius de ficit, & subaudi promptum est, emittamus eum de paradiso voluptatis. Sequitur enim scriptor in sua persona, vbi dominus deus deficit sermone, & continuo dicit. Emisit eum dominus deus de paradiso voluptatis. Ergo, inquit, quia quasi vnus ex nobis factus est, imò quia similitudinis nostrae gratia priuatus est, quia comedit & mortuus est, & exinde aperti sunt oculi eius, & cognouit quod nudus esset, iam nunc illum de hoc paradiso voluptatis emitti opus est, & illi expedit quia talis factus est, quem iam saturitas & ortium non iuuat. Vt quid hoc tantopere agendum est? Videlicet ne forte mittat manum suam & sumat etiam de ligno vitae, & comedat, & hoc facto talis, tam miser factus Adam, viuat in aeternum. Quid enim si cum talis factus sit, viuat in aeternum? Vtque nil nisi malum aeternum, iam enim miser factus, si aeternus quoque sit, quid nisi miseriam aeternam habebit? Parcamus illi, ne hoc modo malè sit quasi vnus ex nobis, ne sicut quisque nostrum aeternus est: aeternus enim pater, aeternus filius, aeternus spiritus sanctus, sic & ille aeternus sit, & ob hoc veracem se esse, rideat oculus neque diaboli, qui dei similitudinem illi repromissit. Etenim malum quidem illi est temporalem esse, sed pessimum esset aeternum esse. Mala nimis & falsa est haec similitudo dei. Multo melius illi est, esse omnino dissimilem dei. Quomodo? Videlicet vt quia miser est, sit etiam temporalis. Hoc est esse omnino dissimilem dei, Deus enim & aeternus est, & felix, & est eius aeterna foelicitas, felix aeternitas. Horum alterum, id est foelicitatem perdidit diabolus, aeternitatem verò non amisit, & est eius aeterna infelicitas, infelix aeternitas. Parcamus, inquit, homini, & quia foelicitatem perdidit, aeternitatem quoque praeripiamus infelici, vt in neutro sit quasi vnus ex nobis. Vobis est aeterna foelicitas, felix aeternitas, sit illi temporalis miseria, vel misera temporalitas, vt tunc illi comodius reformetur aeternitas, cum fuerit recuperata foelicitas. In magna ergo ira magnae misericordiae dominus deus recordatus est, in hoc ipso, quod lignum vitae non

non concessit misero homini, quippe quem voluit sic esse similem sibi, vt esset vtrobique dissimilis diabolo, id est, ne viueret homo aequè vt diabolus, vsque ad vltimum iudicium, & aequè vt ille abfque temporali morte transiret ad aeternum incendium. De hoc iam superius diximus, vbi secundum eandem misericordiam dicit, quia puluis es, & in puluerem reuertèris.

**N** Item de eodem ligno vitae, & quod Adam nesciuerit esse lignum vitae. *Ca. XXX.*  
 Vnc illud norandum, quod non dixerit solum, ne mittat manum suam, sed ne forte, inquit, mittat manum suam. Planè per hoc liquet, quod non sic fuerit illud lignum vitae, lignum vt est herba aliqua sanitatis medicamentum. Siquidè medicinalis herba forte sumpta, non perpetuam confert sanitatè, sed studio protius seruat contra fortè redituram infirmitatem. De hoc autem ligno dicit, ne forte comedat, & viuat in aeternum. Ergo nequaquam (vt nonnulli arbitrantur) frequentandum erat necessarium lignum, tanquam perpetuandae vitae transitiuum medicamentum, sed semel hoc sumpto viueret corpus in aeternum. Nihilominus & per hoc intelligitur, quod haec vnus Adam nescierit lignum illud, lignum esse vitae, dum dicitur, ne forte. Ille namque fortè fecisse quid, vel inuenisse dicitur, qui in concientia non habuit, esse in loco vel in re hoc ipsum quod consequitur: veluti qui terram vertit, ferere volens, nec aliud intendens & thesaurum inuenit. Dixit autem deus, ne forte mittat manum suam, tamen certus quod non scienter mitteret, licet quasi dubitans aut sollicitus velut homo, ne casu id eueniret. Igitur nec Adam cognouit, nec ipse serpens diabolus sciuit, quod etiam lignum vitae plantasset dominus deus in medio paradisi. Si enim vel ille scisset, nunquam consilium suae malignitatis ita dimidiasset, sed sicut illud lignum temerare per-suasit vt misero faceret, sic & istud praeripere suassit, vt aeternaliter miseros, vel miserè aeternos efficeret. Nec verò sic mirandum tanquam incredibile, quod inanimatum & insensibile lignum uacitatis aeternae, fructum potuerit afferre. Nunquid enim non & in hoc paupertatis nostrae exilio, multa nascuntur, quae naturali virtute mortalitatis nostrae naturam in statum meliusculum permutare comprobantur? Nonne circa ea maxime, quae in terra radicanur, medicina quae non est nisi à deo, versatur? Vt de caeteris raceam, nonne mandragorarum potenti auxilio sterilis vtterus Rachelis adeo melioratus est, vt conciperet & pareret, primumque Ioseph, & secundum Beniamin, licet cum periculo moris enixa est? Sed & vique hodie medici pro commendatione artis non fabulosum, sed verè illud fuisse cõrendunt, quod in libris gentilium legitur, Aesculapium medicaminibus herbarum fuscitasse mortuum, & ob hoc illum esse fulminatam, videlicet ne assuescerent homines artem, per quam effugerent vile sibi mortis edictum. Cur igitur incredibile videatur cuiquam, in illo paradiso voluptatis (quod plantauit dominus deus) materiale lignum vitae esse potuisse, quod virtute sua manducantem hominem defenderet à corporali morte, donec emeritus post obedientiam, plenus iucunditate cum beatis angelis frueretur diuinæ maiestatis visione? Sed iam coepnum prosequamur ordinem.

*Quod de salute Ade à multis dubitetur, & quod emissus à paradiso, in Ebron sepulcrus est.*

CAP. XXXI.

**E** Misit, inquit, eum dominus deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est: Eiecitque Adam. ¶ Repetitio, lenientiae confirmatio est. Nam quod dictum fuerat hoc modo, emisit eum dominus deus, hoc repetitum est, dicens, Eiecitque Adam. De quo vtrū aliquando per Christum misericordiam consecutus sit, per quem saluati & liberati sumus, hodieque nonnulli dissentant, pro eo quia videlicet nusquam canonica scriptura testatur, illum egisse poenitentiam. In eo duntaxat qui inscribitur liber Sapientiae, de illo sic scriptum est. Haec (subauditur sapientia) illi, qui primus formatus est à deo, pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia. Verum haec scriptura neque de canone est, neque de canonica scriptura sumpta est sententia haec, quomodo caetera quae de patribus in eodem libro cum laude sapientiae commemorantur: Verbi gratia, haec venditum iustum, subaudi, Ioseph non dereliquit, & reliqua. Quod ergo illic dictum est, eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia, maiore libertate parui penditur, quam suscipitur, quia quando, vel vbi peccatum suum agnouerit, aut poenitentiae satisfactionem attulerit, non ostenditur. Amplius autem, quod dictum est, & dedit illi virtutem continendi omnia, nullum certum sensum praesentat, quia profecto praeter vnicum hominem Iesum Christum, nullus est homo habens virtutem continendi omnia. Itaque, quia de illo vetere Adam nihil vquam boni operis inuenitur, & nouus Adam illi est oppositus. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur, saluatio eius & à multis liberè negatur, & à nullo satis firmiter defenditur. Ne quis tamen temerè definiat, constat & hoc (vt ecclesiastica refert historia) ab Euergeticis haereticis inuentum esse, quibus Tatianus author extitit. Sanè licet in Adam vir simul & mulier intelligatur, & vterque sit eiectus vel emissus, tamen quod dictum est, vt operaretur terram de qua sumptus est, melius de solo viro accipitur, qui de terra sumptus est, nam mulier de carne vel ossibus viri sumpta est. Vnde & ipsa natura docet, decere virum vt operaretur terram

Gene. 30

Repetitio.

Sap. 10.

1. Cor. 15

Eccle. hi. 4. cap. 26.

terram, nā mulieri magis congruit, vt erga corpus viri in quolibet opificio seruiliter occupetur. Proinde cum dicitur, vt operaretur terram de qua sumptus est: commode subauditur, & mulier operaretur circa cultū viri, de qua sumpta est. Vbi autem vel in qua parte terrarum hic infelix operarius habitauerit, non legimus: nisi quod eum sepultrum esse in Hebron ciuitate, xiiii. milibus ab Hierosolymis distante, sacra scriptura testatur. Sic enim in libro Iosue scriptum est: Nomē Hebron antea vocabatur Cariatharbe. Adam autem maximus ibi inter Eua chin situs est, &c. Porro, Cariatharbe interpretatur ciuitas quatuor, sic dicta, pro eo quod tres patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob, & ante hos Adam maximus ibi siti sint. Sequitur.

Quis sit ille gladius collocatus ante paradisum voluptatis flammeus atq; versatilis.

CAP. XXXII.

ET collocavit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ. Et hic ira grandis, necessariæ nobis misericordiæ societatem non relinquit. Iræ nanque iusti dei est, quod ante paradisum flammeum gladium collocavit: misericordiæ verò, quod eundem gladium versatilem esse voluit. Gladius versatilis sententia est diuini iudicii, quæ talis est vt possit versari, id est, non semper eadē distinctione claudat hominibus aditū paradisi. Flammeus autē esse dicitur, quia euera iudicii domini iudicii flamme ignis est, iuxta Apostolū, dantis vindictā his qui malē egerunt. Porro Cherubin nomē est angelicariū fortitudinis. Hæc ante paradisum esse posita ad custodiendum ligni vitæ aditum, cū legimus, miramur: cum tamen publica fide teneamus, & confiteamur, quod per ignem transitori, & non nisi per angelorū ministerium examinati, paradisum intraturi sumus. Terribile valde est, quod ex hoc loco cū cæteris scripturarū locis collato concipitur, verbi gratia, cum eo quod dicitur 1. Cor. 3. Apostolus: Si quis autē superædificat super fundamentum hoc, aurū, argentum, lapides preciosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur. Et vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Quid enim ex huiusmodi dictis colligimus, nisi ad hoc flammeum gladium atq; versatilem ante paradisum esse collocatum, vt quicumque deinceps admittendi sunt, illuc transeat per examinatorium ignem? Tanq̄ diceret: Quia multiplicandi erāt conceptus Euz, & futura erat confusa, vel permixta multitudo honorū & malorū, nullos autem dominus deus admittere volebat, nisi quos ipse nosceret ex nomine, & sic discufos vt dicere possint, Quoniam probasti nos deus, igne nos examinasti, sicut examinasti argentum, &c. iccirco collocavit ante paradisum Cherubin & flammeum gladium atq; versatilem. Et recte angelū, qui in huiusmodi præsent, Cherubin, i. plenitudo scientiæ vocant. Ipsi nanq; iudicandi plenam habent scientiam. Sciunt enim quid in libro cuiusq; nostrū sit scriptum, i. benè habent memorie traditū, quid boni aut mali gesserit quisq; nostrum. Quotidie singulariter legunt, & in nouissimo vniuersaliter recitaturi sunt libros illos, de quibus in Daniale scriptum est: Iudicium sedet & libri aperti sunt. Recte itaq; Cherubin non tam ad laudem ipsorum, quam ad terrorem nostrum dicti sunt, quia nostra illis occulta publicanda sunt. Sciendum autē, quod tam animabus q; corporibus ignis ille molestissimus est, & inaccessibleis cunctis mortalibus. Mortuis autē, id est, mortuorum fidelium animabus à tempore dominicæ passionis exuperabilis est, & corporibus quoq; illorum in resurrectione erit peruius. Porro ante eandem domini nostri passionē, nulli omnino filiorum Adam peruius fuit, donec fusus de corpore eius sanguis cum aqua ignem illū exuperauit, non quod substantiam eiusdē ignis extinxerunt: sed quia illis, qui eū expectauerant, hanc virtutem contulit, vt eis ille nocere non posset ignis. Secutus est confectum latro ille venter, quem confessum in cruce, continuo munerat fides sanguinis Christi, contra illum ignem, ne obstitere illi. Consequimur & nos omnes, fundamentum quod est Christus habentes, alii aurum vel argentum, alii lapides preciosos, alii ligna, fœnum, stipulam, id est, diuersorum quinque ponderum vel modiorum peccata portantes. Et sicut horum alia aliis facilius vel difficilius igni consumuntur, ita quique nostrum pro diuersitate peccatorum, alii citius, alii tardius purgati, paradisi felicitatem ingredientur. Hic ignis non solum hoc loco, sed & plerisq; scripturæ locis gladius dicitur, vt illic: In igne enim domini deuorabitur omnis terra, & in gladio eius omnis caro. Igitur dum dicit scriptor iste diuinus. Et collocavit ante paradisum Cherubin, & flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ, breuius quidem ac secretius rem attingit, scilicet iudicium ignis, per quod transitori sumus, quam in plerisq; scripturæ locis inuenit, sed diligenter intuetibus, terribilius enunciauit difficultatem regressionis, qua filii benedictionis in hoc exilio generati, per gratiam dei illuc reuocantur.

Cur non solum flammeum gladium, sed & Cherubin deus collocasse dicitur.

CAP. XXXIII.

Minus

Minus q̄ ea quæ dicta sunt, videtur sonare illud quod in fine positum est, ad custodiendam viam ligni vitæ, Hoc idem namque constat dici potuisse, si non esset arcendus quisque ab illo ligno vitæ, nisi quamdiu viueret in isto corpore propter causas superius iam dictas: ad hoc profecto sufficeret flammeus gladius, nec opus esset vt Cherubin quoq; ante paradisum collocarentur. Ille quippe ignis cunctis viuentibus est inaccessibleis, & ante afflatus eius est intolerabilis, q̄ possit vllatenus sciri vbinam paradisus sit. Sic enim ab hominibus comperit est, qui Nilum contra sequentes, vt caput eius inuenirent, poruerunt bibere calentem, & non potuerunt ad eius peruenire originem. Sic enim Romanus author dicit: Illos rubicunda perusti Zonæ poli tenuit, Nilum vidēre calentem. Nō pertinet hic ad nos, quid tales homines de quinq; zonis cœli dicant, quia de scripturis veritatis non habent fundamentū, cum sint opinionēs vel coniecturæ secularium, sed hoc cum illorum confessione, certum comprobamus, quod propter intolerabilem ignis vaporem nemo mortalium potuit vnquam Nilū fluminis consequi fontem, cuius constat secundū hanc scripturam ex paradiso manare originem. Ergo (sicut iam dictum est) etiam si non Cherubin ante paradisum collocarentur, suffecisset ad abigendos homines flammeus gladius. Quod si obicitur ad hæc, Enoch & Heliam adhuc viuentes in paradisum esse trāslatos, Dicimus, potuisse quidem dominum deum transferre illos illætos per ignem iam dictū, quippe qui trāsferendo Heliam per currū leuauit igneum, verū hoc nusq; scriptura dat intelligi, q̄ illos culerit in ipsum paradisum, vbi comederent de ligno vitæ, & viuerent in æternū, sed ita sublati sunt, vt in secreta quadam regione terræ ducerentur, vbi in magna carnis & spiritus quiete viuerent, quousq; ad finem mundi redeant & mortis debitum soluant. Igitur non solum repulsam hominum, quod solum litera videtur sonare, dicendo ad custodiendam viam ligni vitæ, sed iudicia quoq; de admittendis & non admittendis, rationabili discretionē faciendā, significat ipsum nomen custodiæ, ob quam non solum flammeus gladius, sed Cherubin quoq; dicitur excubare. Verū de hoc iam superius dictum est. Aliqui doctorum ita distinguunt, vt flammeū gladium, id est, murum igneum in circuitu paradisi propter homines, angelorum verò custodiam propter malignos spiritus positam esse intelligant. His ita duntaxat assentimur, vt spiritibus quoq; malignis ignem corporeum poenalem esse non negemus. Ignis nanq; æternus iuxta euangelicam veritatem paratus est diabolo & angelis eius. Sanctis autē angelis non nocet ignis, quippe quos impassibiles iustitia fecit, sed nec animabus iustis, quas (vt supra dictum est) mundauit & munuit fides sanguinis iusti dei & hominis Iesu Christi.

De duabus exinde succedentibus hominum generationibus, & cur generatio Cain non nisi 7sq; ad Lamech texatur, qui ad Cain sextus, ab Adam

Verò fuit septimus.

CAP. XXXIII.

HActenus altum sanctæ huius scripturæ verticem rependo potius, quam gradiendo transigimus, & deinceps lucidi atq; amœni campi fessis sese aperunt pedibus & ingerunt obrutibus. Hactenus inq; vt possibile fuit, diximus qualiter deus pater, per verbum suum, quod est eius filius, & propter bonitatem suam, quæ est sanctus septiformis spiritus, sex diebus omnia cōdidit, & septimo die requieuit: Hominis quoq; quem in paradiso posuit, peccatum qualiter iudicia iustitia percussit, eumq; de paradiso eiecit. Deinceps illud dicendum erit, qualiter vel quo ordine, verbum ipsum, per quod omnia facta sunt, eidem eiecto atque captiuo homini paulatim innotuit per totidem ætates mundi, adeo creaturæ suæ appropinquans, vt carnem de carne nostra assumeret, quam & pro salute mundi deo patri suo, verum in sacrificium obtulit, quo facto, & ipse in requiem suam introiuit, & liberatum hominem secum requiescere fecit. Verū antequam tantæ huius dignationis speculationem ingrediamur, pauca de duabus generationibus notissimis dicenda sunt, quarum ex altera filii huius seculi, ex altera filii dei, per iam dictum vni cum filium dei saluandi, magis fidei quam carnis successibus suppulantur. Generationum ipsarum, sicut opera contraria sunt, & semper sibi inuicem aduersantur, sic originales vel principales causæ ex aduerso prodierunt. Nam generationis electorum causā ex gratia dei est, dicentis: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & cætera. Generationis autem reproborum ex ira eiusdem dicentis ad mulierem: Multiplicabo ærumnas tuas & conceptus tuos. Quæ prior iusta est nasci, ipsa præpediente fluxu peccatorum, tardius creuit. Primo enim sic scriptum est: [Adam verò cognouit Eua uxorem suam. Quæ concepit & peperit Cain dicens: Possedi hominem per deum. Rursumque peperit fratrem eius Abel.] ille primus in generatione iniquorum, iste primus computatur in generatione iustorum. At ille tanto cum tripudio matris exortus, vt iuraret sibi in admiratione gaudii sui dicens, possedi hominem per deum, & ob hoc vocaret nomē eius Cain. Cain quippe interpretatur possessio. Ille, inquam, primum humanæ generationis miraculum, & falsa felicitas, vanūq; gaudium infelicium, occidit fratrem suū Abel, quod interpretatur luctus. Et hoc illi nomen congruit, non solum quia primi luctus causā fuit parentibus, verum etiam quia primus illorum est, de quibus dictum est, beati qui lugent, quoniam ipsi con-

2. The. 1.

1. Cor. 3.

Purgatio in ignis austerio.

Psal. 67.

Dan. 7.

Luc. 23.

Luc. 1. 10 Phari.

4. Reg. 2.

Quibus angelis poenatis est ignis Matt. 25

Epilog.

Gen. 1.

Gen. 3. Ca. III. Cain.

Abel.

Matt. 5.

ipſi conſolabuntur. Interea iam generare valente Cain, & generatione peccatorum pullulante, nec vnus computatur ſurculus, de quo bonæ generationis ſperaretur fructus, donec inter multos conceptus, inter multos filios & filias vnus naceretur, qui & vocaretur Seth, id eſt poſitio, eo quod pro Abel poſitus eſſet, vt electæ generationis principiū exiſteret. Sic enim inferius ſcriptum eſt: Cognouit quoque Adam adhuc vxorem ſuam dicens: Poſuit mihi deus ſemē aliud pro Abel, quem occidit Cain. Huius enim nomen (vt iam dictum eſt) vocauerunt Seth: Ab hoc nomen, ab Adam verò decimus. Noe natiuitate patre Lamech, dicente prophético ſpiritu: Iſte conſolabitur & requieſcere faciet nos, ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra, cui male dixit deus. Ob hoc vocauit eum Noe quod interpretatur requies. E contra à Cain ſextus, ab Adam verò ſeptimus Lamech natiuitate, non quod plures ex illo latere non fuerint generationes, ſed quia non eatenus attingit ad rem illarum, vſque ad diluuium tēxere ſucceſſiones, ſcriptore illud intendente, quod generatione occiſus fuerit Cain, qui occidit Abel. Fuiffe namque & alias generationes poſt Lamech, ante diluuium, ex ipſa litera manifeſtum eſt, Lamech, inquit, accepit vxores duas, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitque Ada Iahel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque paſtorum, & nomen fratris eius Tubal, ipſe pater fuit canentium cytharæ & organo, & cetera. Sciendum quippe eſt, occiſo Abel tardius propagari coepiſſe generationem hanc, in qua decimus inuenitur Noe. Si quidem Seth centefimo triceſimo anno Adæ natus eſt. Vixit Adam (inquit ſcriptura) centum triginta annis, & genuit filium ad ſimilitudinem & imaginem ſuam vocauitque nomen eius Seth. Quomodo ergo per Seth vſque ad diluuium plures, per Cain verò pauciores haberentur generationes? Sed (vt iam dictum eſt) illud ſcriptor in illa generatione quæ antea cepit intendit, vt illum designaret, à quo occiſus eſt Cain, & idcirco ſequentes generationes negligentius prætereundo reticuit. Noe tamen ex illa maſſa, quæ in diluuium perierat reliquus, & fidei iuſtus appellatus, genuit Sem, Cham, & Iaphet, de quibus rursus impletus eſt orbis, & boni ac mali generati ſunt. De Sem primogenito Noe decimo loco natus eſt Abraham ſecundum hebraicam veritatem. Nam quod apud Lucam euangelicam vnde decimus inuenitur, ex vulgata ſeptuaginta interpretum ædicatione eſt, apud quos inter Alfaxar & Eber ponitur Cainan, quod nomen in hebraico non habetur. Itaque ſecundum hebraicam veritatem à primogenito Noe Sem decimus Abraham natiuitate, cuius cum ſemine pepigit foedus dominus deus eius, vt eſſet deus vniuerſis gentibus dimiſſis, vt vias ſuas ingrederentur, re ipſa nimium eſſe veracem dei ſententiam conſtante, qua dixit mulieri ſeducæ à diabolo, multiplicabo ærum nas tuas & conceptus tuos.

*Item de coniunctione vtriuſque generationis, quod nec in illa propoſitum dei perire potuerit.*

CAP. XXXV.

**Q**uis inter hæc æſtimare ſufficiat conſtantiam propoſiti dei in eos, quos præſciuit & prædeſtinauit, quos iam propoſuerat vocare ſanctos, cum diceret primis duobus, malo & foeminae, quos creauerat, creſcite & multiplicamini: Quomodo niſi per multam virtutem benedictionis & bonæ voluntatis eius, in tanta multiplicitate aduerſæ generationis, tamen ante quam poſt diluuium, vigere vel ſuperſeſſe vſquam potuit genus electorum? Vicit dei bonitas iniquitatem noſtram, & ad hunc Abraham locutus repromiſit ei, quod benedicerentur omnes gentes in ſemine eius, quod eſt Chriſtus. Et credidit, inquit ſcriptura, Abraham deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam. Veruntamen nec in illo carnis eius per Saram vnicò ſemine ſcilicet Iſaac ſimplex electorum generatio fuit aut pura, ſed cum duos ille generafſet, alter ad Cain, alter pertinuit ad Abel. Iacob enim (inquit dominus) dilexi, Eſau autem odio habui. Proficiente deinceps fidelis Abrahamæ progenie, magis ac magis in illa quoque gente conceptus mulieris multiplicati ſunt, & talis ſecundum carnem propagatus eſt Iſrael, cui deus merito per prophetam diceret: Pater tuus Amoræus, & mater tua Cethea. Interea ventum eſt ad Dauid, & huic aliquid plus dictum eſt de illo ſemine ſupernæ benedictionis. Nam cum ad Abraham Chriſtus homo tantum designatus fuiſſet per repromiſſionem, qua dictum eſt, in ſemine tuo benedicentur omnes gentes, iurante domino Dauid veritatem, & dicente ad eundem regem & prophetam. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, iam rex Chriſtus designatus eſt. Deinde in tranſmigratione Babylonis, deſtructo templo vetere, nouum reædificari conceditur, in typum noui ſacerdotii, quod vetere ſacerdotio decedente ſucceſſurum erat, & ostenditur Zachariæ prophetæ Ieſus ſacerdos magnus indutus ſordidis veſtibus, quibus noſtra peccata figurantur, quæ ſuper ſe ſuſcepit pontifex magnus Ieſus Chriſtus, & auferuntur ab ea ſordida mortalitatis noſtræ veſtimenta, & induitur muratoris, id eſt noua reſurrectionis & immortalitatis gloria. Itaque dei filius homo rex atque ſacerdos præmonſtratus, tandem de ſpiritu ſancto conceptus ex virginis utero natiuitate ſemen benedictionis per quod omnis maledictio ſuperetur.

*Item de determinatione ſive diſtinctione ſex ætatum mundi, quandam habentium ſimilitudinem cum primis ſex diebus ſeculi.*

CAP. XXXVI.

Iſtæ

**I**ſtæ ſunt ſex ætates mundi certis terminis, certisque gratiæ diſtinctæ incrementis. Prima namque ab Adam: Secunda à Noe: Tertia ab Abraham: Quarta à Dauid: Quinta à tranſmigratione Babylonis: Sexta ab incarnatione domini. Et in prima factis tantummodo, ipſe Chriſtus præfiguratur. In ſecunda iam & ille præſignatur itidem factis, & præterea ſermone familiari domini deus cum hominibus foedus componit. Tertia iam natiuitate promittitur, in quo benedicti ſumus. Quarta, iam rex. Quinta, iam ſacerdos quoque fore præmonſtratur. Sexta, tandem ipſe per myſterium incarnationis mundum ingreditur. Iſtæ ſex ætates, ſex primis diebus reſpondent, de quibus hæcenus dictum eſt, ſed quæ in illis diebus facta ſunt naturalia, in iſtis autem ætatibus doctrinalia ſunt. Nec enim hic nouæ naturæ formantur, ſed deformata natura hominis, ad reformationem præparatur. Proinde & illa dierum opera (ſicut iam in principio huius operis dictum eſt) ad perſonam patris: hæc autem propriè pertinent ad perſonam filii. Itaque ſicut pater filio, & filius patri in nullo eſt diſſimilis, ſic eodem ordine quo & in illis diebus demonſtratum eſt, eodem inquam in iſtis ætatibus demonſtrandum eſt, intimatum eſſe timoris, pietatis, ſcientiæ, fortitudinis, conſilii, intellectus, & ſapientiæ ſpiritum. Nam in eo, quod electo homine de paradifo volupratis Cherubin, & flammeus gladius atque verſatilis ante paradifum collocatus, & deinde diluuii in mundo indutum eſt, timor: in eo, quod per arcam cum paucis iuſtitie ſuæ confortibus Noe ſeruatus eſt, & cum hominibus deus pactum ſuum conſtituit, pietas: in eo quod ad Abraham repromiſſio facta de incarnatione Chriſti, & lex poſteris eius data eſt, ſcientia: in eo quod victorioſis populi dei regibus, rex idem Chriſtus repromiſſus eſt, fortitudo: in eo quod fidelis, & miſericors pontifex in reſtauratione templi ſecundum Zachariam prophetam præſignatus eſt, conſilium: in eo quod incarnatus & paſſus, ſenſum aperuit hominibus vt intellexerent ſcripturas, intellectus: in eo quod ingreſſus in gloriam ſuam viſione ſuæ maiestatis omnia cœleſtia implet, ſapientia rectè commendatur. Si quidem, & ſeptima ætas, & ſeptimus dies, vna eademque diuinitate feſtuitatis requies eſt. Hanc ſpeculationem verbi dei, per tot incrementa mundo manifeſtari, iam nunc ingreſſuri, ipſum rogemus verbum patris vt lucerna ſit pedibus, & lumen ſemitis noſtris.

Finiſ libri Tertii in Geſim.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENESIM COMMENTARIORUM LIBER QUARTUS.

*De cunctis veteribus ſanctis quid minus ante aduentum Chriſti habuerint.*

CAPVT I.



**H**umanæ creaturæ præparatio ſalutis eſt, eodem verbo catechizari, per quod & facta eſt, quatinus & prius corde credat ad iuſtitiam, & poſtea ore confiteatur ad ſalutem per ſacramentum paſſionis eius neceſſariam accipiendum peccatorum remiſſionem. Et nos quidem qui nunc viuimus, quorum beatitudinem ille apertis oculis cadens ſuſpirabat, quando dicebat: Heu quis victurus eſt, quando iſta faceret deus? Nos inquam ſicut quando volumus catechizari, & catechizamus, & ſic nihilominus ſacramentum perfectæ ſalutis, quando volumus accipimus & damus, quia videlicet nunc viuimus quando iſta fecit deus, quædo mortem pro omni mundo ſubiit dei filius, vt omnes nos in morte eius baptizaremur. At verò ſanctis vel iuſtis anterioribus non eadem plenitudo fuit. Nam futuri quidem illi, fidem habuerunt, ſed præſens regenerationis ſacramentum non habuerunt. Vnde dicit Apoſtolus: Iuxta fidem deſuncti ſunt omnes, non acceptis repromiſſionibus, ſed à longe aſpicientes & ſalutantes, & conſitentem, quia peregrini & hoſpites eſſent ſuper terram, &c. Itaque deſuncti adhuc apud inferos detinebantur, in illam cœleſtem eccleſiam non ante admittendi, donec veniret ſacerdos magnus, Ieſus Chriſtus, qui mundaret eos ſacramento ſuæ paſſionis. Nam quemadmodum catechumini: quamlibet perfectæ & eruditæ fidei ſint, non communicant ſacris altaribus eccleſiæ præſentis, niſi prius fuerint baptizati, ſic & omnes veteres ſancti, non debebāt admitti cœleſtibus ſanctis, donec per mortem ſuam Chriſtus, expiaret in illis maculam primæ peccationis. Igitur omnis ſanctorum vel electorum anterior populis, vniuerſum quod paſſionem dominicam præceſſit eccleſiæ corpus, ſic in præſenti negotio nobis habendum eſt, quemadmodum catechumini vnus, qui qualiter quibus dictis vel factis in figuram contingentibus catechizatus, id eſt, inſtructus fuerit, iam nunc partim dicere incipimus, nec enim vniuerſa comprehendere poſſumus.

*De Abel, quod vniuerſi filij dei teſtis primus fuerit.*

CAP. II.

H iiii

Eiecta

**I**ectio iam homine in paradiso voluptatis, confestim quod ad expectationem pertinet filii dei, scriptura subiunxit, dicens: Et collocavit ante paradisum Cherubin & flammeum gladium atque versatilem. Gladium, dicendo flammeum atque versatilem suscitavit auditorem ad memorandam misericordiam, & iudicium futurum, ut cum timore & spe expectaret eum, qui suis fidelibus gladium illum flammeum extingueret, & versatilem versaret. Deinde quo ordine flammam eisdem gladii foret extingentur, tali narratione praefiguravit, imò praefigurati ostendit. [Fuit autem Abel pastor ovium, & Cain agricola. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terrae munera domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain vero & ad munera eius non respexit.] Primus unigeniti filii dei testis Abel, voluntarium deo de primogenitis gregis sui sacrificium obtulit, in fide passionis eiusdem unigeniti & dilecti filii dei, quae tali sacrificio praesignari condecuit. Paulus namque apostolus dicit. Fide plurimam hostiam Abel, quae Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, inquit, plurimam, nam cultu vel religione parem uterque obtulit hostiam. Siquidem uterque cui debuit obtulit, & proinde uterque recte obtulit, sed non recte uterque diuisit. Nam ille, Cain scilicet, cum deo offerret sua, seipsum libere retinuerat, repositum habens in cupiditate terrena. Huiusmodi portionem deus non accipit, sed praebere, inquit, fili cor tuum mihi, at ille (ut iam dictum est) cor suum retinuit sibi, & fructus terrae deo obtulit. Porro, Abel primo cor suum, deinde rem suam offerendo, plurimam (ut iam dictum est) hostiam per fidem obtulit, credendo scilicet futurum esse, ut versaretur gladius ille, quem collocauerat dominus deus ante paradisum ad custodiendam viam ligni vitae, credendo inquam futurum esse illud semen mulieris, quod conteret caput antiqui serpentis. Hac fide emeritum non dubitandum est illum prophetiae quoque percepisse spiritum, ut illud semen, de quo dictum fuisse audierat serpenti, inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius, sciverit non tantum fore semen mulieris, sed & filium dei, qui verus agnus dei per suam innocentiam, malitiam serpentis conculcavit, & per suum sanguinem flammeum gladium restingueret. Itaque cum primo (ut iam dictum est) obtulisset seipsum, obtulit & munera de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Ita plurimam hostiam obtulit quae Cain. Proinde testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo. Nam protinus subditur: Et respexit dominus ad Abel & ad munera eius. Testimonium perhibente muneribus eius deo, testi monium consecutus est esse iustus, id est, respiciente deo ad munera eius, palam factum est, quod ad ipsum respexit deus. Ad Cain vero & ad munera eius non respexit. Videlicet quia respectu dei non erat dignus is qui offererat, consequenter nec ipsa eius munera. Sciendum autem, illum dei respectum visibili signo claruisse, sicut & de aliis hominibus iustis sacrae fides historiae testatur, quae holocausta illorum consumpsit ignis, datus diuinitus.

*De verecundia Cain, & quomodo dictum est: Quare concidit vultus eius, & qualiter a deo correptus est.*

CAP. IIII.

**I**ratuque est Cain vehementer, & concidit vultus eius. Dixitque dominus ad eum. Quare iratus es? & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit, & subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Vehementer, inquit, iratus est, quod ab effectis claruit protinus, quia concidit vultus eius, videlicet ira in odium versa trahali pondere declinavit in terram vultum & oculos eius. Terram namque aspiciunt, qui crudelia meditantur. Vnde est illud in Psalmo: Proicientes me nunc circumdederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram. Vtrunque ab illo requirit deus. Dixit enim quare iratus es, addiditque, & cur concidit facies tua? Siquidem etiam si non occidere vellent, iam pro tali causa iratum fuisse, scelus est, peccatum diabolicum est, quia diabolus imitatur, qui alterius iustitiam invidet. Alias autem moueri vel irasci humanum est, dummodo ira prius resideat, quam peccati opus generet. Quapropter in psalmo dictum est: Irascimini & nolite peccare, quae dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Ac si diceret: Et si ad horam ut homines mouemini, nihil tamen per iram operemini, & de hoc ipso quod moti vel irati fuisset, cito poenitentiam. Sed hanc iram qua iratus est Cain, nunquam scriptura concedit, nam ipsa est inuidia diaboli. Bene ergo deus utrunque requirit, dicendo, quare iratus es, & cur concidit facies tua, quia videlicet iratus fuerat inuidendo, & conciderat facies eius, parricidium meditando. Ita percuntando vocat illum mitis ad misericordiam ad conscientiam suam, inuitat eum ad cor suum, ut videat ipse quid cogitet, bonum scilicet sit, an malum. Amplius autem subiungendo, nonne si bene egeris, recipies, &c. Forti illum inuentione pullat, ut vultum suum subleuet a terra, ut mentis oculos sustollat a terra, scilicet, ut trabem de oculo suo eiiciat, & procul aspiciat, videatque prudenter, quid magis expediat, quid euenturum sit, quis finis, quis fructus succedat, si malum quod cogitatione deliberat, opere perficiat. Nonne, inquit, si bene egeris, recipies? Sin autem male, statim in foribus

foribus peccatum aderit, sed subter te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Quod est dicitur: Quia tu mente deliberas perpetrare opus peccati, en ego, priusquam id facias, ne postea quae feceris, quasi de ignorantia te excuset, dico tibi. Nonne scis quia si bene egeris, recipies? Sin autem male, subauditur, & illud recipies: nam statim in foribus peccatum aderit, ut quocumque te verteris, quicquid agere volueris, tecum sit comes in itinere, princeps in opere. Et tunc quidem super te erit, & dominabitur tui, quia videlicet omnis qui facit peccatum, seruus est peccati: nunc autem antequam facias illud, dum adhuc est in appetitu, ipse appetitus eius subter te erit, & tu dominaberis illius. Verbi gratia, quemadmodum is qui nondum rex creatus est, subter populum est, & populus dominabitur illius, ita ut eum recipiat si vult.

*De voce sanguinis Abel, & quod id ipsum de Christo loquatur, vita & morte sua, quod literis prophetiae loquuntur & euangelia.* Cap. IIII.

**D**ixitque Cain ad Abel fratrem suum: Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit de Abel, manifesta sunt, audiamus quid iusti huius vita vel mors loquatur, quid clamat ad deum sanguis eius. Ait enim Apostolus (ut supra dictum est) quia defunctus adhuc loquitur. Et nunc ipse dominus ad Cain: Vox, inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vox utique sanguinis qui ad deum clamat non inarticulata, id est, sensu carens esse putanda est. Quid enim nisi hoc ipsum nobis de Christo loquitur vita & morte sua, quod literis prophetiae loquuntur & euangelia? Torum utique quod fecit, quod pertulit, parabola est, vel figura domini nostri Iesu Christi. Primo, quod fuit ille pastor ovium, à mysterio non vacat, huius qui dicit: Ego sum pastor bonus, ego sum pastor ovium. Planè qui hunc pastorem bonum, pastorem magnum despectui habuerunt, praecipue Annas & Caiphas, caeterique fures & latrones, qui hunc pastorem ovium occiderunt, omnes omnino cum illo Cain unum corpus fuerunt. Alia fuere membra, sed unum corpus ex eis & ex omnibus quicunque innocentiam vel iustitiam persequuntur: & vnus spiritus, vnus caput est eorum diabolus. Et pro diuersis quidem officiis siue personis plures erant iuxta parabolam euangelicam mali & male perenni agricolae, sed pro vnanimi crudelitatis intentione totus corum coetus vnus erat Cain, & vnus agricola, qui dominice vineae fructus non ipsi domino, sed sibi male congregabat. Ventum est ad horam legitimam sacrificii, & obtulit iste talis Cain munera domino de fructibus terrae, Abel autem de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Hora qua huius Abel sacrificium sacrificio oppositum illius Cain fuit, & illo reprobatum istud complacuit, illa recte intelligitur vel spera paschae veteris, quando Iudaeis ritu solenni suum pascha manducantibus, hic pastor idemque verus agnus dei, sacerdotio suo functus est, accipiens panem & vinum & benedicens. Accipite, inquit, & bibite ex hoc omnes, hoc est enim corpus meum quod pro vobis tradetur: hic est calix sanguinis mei qui pro vobis effundetur. Tunc utique obtulit Cain in munera domino de fructibus terrae, videlicet inanimatum & sine fide sacrificium. Mortuum quippe erat sacrificium crudelium. Et si ante quandam habuerat vitam vel sensum illud Iudaicum sacrificium, scilicet in eo, quod verum Christi praesignabat vel praecurrebat sacrificium, arcamen ex tunc & usque in perpetuum mortuum est: & nihil boni conferre potest, quia sine charitate dei magno cum odio filii dei oblatum est, imò quia tempus figurarum praeteriit, & dies veritatis iam luget. Vnde & bene dictum est. Factum est autem post multos dies, &c. Multis enim antea diebus sacrificium illud celebratum & non reprobatum fuerat, quod nunc in fine seculorum reprobatum est. Econtra, tunc Abel obtulit de primitiis gregis sui, & de adipibus eorum, quia verè sacrificium quod illa nocte pontifex noster Iesus Christus instituit, quamuis exteriori specie, panis & vinum sit, in veritate agnus est dei, primogenitus omnium agnorum vel ovium, quae pertinent ad caulas caeli, ad pascha paradisi.

*De sacrificio Abel, quod veraciter secundum mysterium respiciat deus ad Abel, id est, ad Christum, & ad munera eius, nec iam respiciat ad Cain, id est, ad Iudaicum populum & ad munera eius.* CAP. V.

**E**t notandum, quod non dictum sit tantummodo de primogenitis gregis sui, sed additum, & de adipibus eorum. Etenim hoc verum panis & vini sacrificium, non modo caro & sanguis, sed & spiritus & vita est: quia verbum verum quod incarnatum est, & vera diuinitas in pane & in vino est. Vnde & verè credimus & confitemur, quia panis vitae aeternae est, quia calix sanguinis vitae aeternae est. Iste adeps in hoc primogenito est arietum vel ovium, scilicet in carne & sanguine eius vera diuinitas & verum dei verbum. Vnde & nos hodieque cum propheta dicimus illi, memor sit dominus omnis sacrificii tui, & holocaustum tuum pingue fiat, ut videlicet sicut tunc ubi per semetipsum hoc sacramentum condidit, ita & nunc ubi cumque idem per ecclesiae manus ipse conficit, pinguedo spiritus, & vitae aslit: ne quatenus nostrum propter peccata sua diuinae virtutis adeps refugiat, & ipse macrum sacrificium corpus solummodo dentibus indignè conterendo, corporis

corporis & sanguinis domini reus existat. Et respexit dominus (inquit scriptura) ad Abel & ad munera eius: ad Cain vero & ad munera eius non respexit. Palam cum propheta quocq; testimonio comprobatur est, quia iam non respicit dominus ad istum Cain, & ad munera eius. Dicit enim illi per Psalmistam. Non accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Ac deinceps: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Et cō festim de sacrificio huius veri Abel, ad quod deus respicit. Immola, inquit, deo sacrificium laudis & redde altissimo vota tua. Et in Esaia: Quo mihi multitudinem victimarū vestrarum? dicit deus. Plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorū, & hircorum nolui. Quis quæsiuit hæc de manibus vestris? Et subinde Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Et in cæteris prophetis multa talia. In eum inquam, panis & vini deus respicit. Dicit enim de isto spiritus sanctus in David: Iuravit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ut autem tota similitudo perficiatur, pius sacerdos Abel post illud sacrificium iustitiæ, foras à maligno fratre euocatus, occiditur: quia videlicet illa sacratissime cœnæ vespera sacerdos idemq; sacrificiū dominus deus, noster IESVS CHRISTVS, suis manibus oblatus, & in odore suauitatis acceptus, ab impio discipulo traditus, ab illo Iudæorum populo, secundum carnem fratre suo comprehenditur, & foras extra portam ciuitatis educus crucifigitur. Hæc sunt quæ de sancto Abel adhuc loquitur, & sub altare dei inter omnes animas interfectorum propter verbum testimonii eius, primus dat vocem, quæ & in cælo generationem Cain malam & adulteram condemnat, & in terra sanctam electæ generationis ecclesiam ædificat.

*Quæ sit terra, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem huius Abel, super quam ille Cain, id est, Iudaicus populus, vagus est & profugus. CAP. VI.*

**Q**uo clamore, quasi moleste excitatus, dominus ait ad Cain: Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit: Nescio. Nunquid ego sum custos fratris mei? Dixitq; ad eum: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc ergo maledictus es super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cunctq; operatus fueris eam, non dabit fructus suos: Vagus & profugus eris super terram. Et illius de quo hæc historia rexitur, stultitia simul & procacitas, quantam verbis nemo consequi valeat, denotatur, dignaq; poena scelus fratricidæ percutitur: & præterea mysterium, quod nunc palam omni mundo factum est, ex lucidæ interfectiois Christi præsignatur. Nam reuera quod tunc dixit vni perditio Cain: Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, nunc illi populo rectè dici, est nemo qui nesciat. Quæ est enim terra, de qua non figurata sed propria locutione rectè dicitur, quod aperuit os suum, & suscepit de manibus Iudæorum sanguinem fratris eorum. Nempe ipsa est sancta Christi ecclesia, terra vtiq; bona, terra fructifera, quæ iuxta Apostolum, sæpe venientem super se bibens in herbam, germinat herbam opportunam illis à quibus colitur, & proinde accipit benedictionem à deo: sicut econtra terra proferens spinas & tribulos, reproba est & maledicto proxima, cuius consummatio in combustionem. Hæc terra cum sit rationalis, tanto præstantior est terra inanimata & insensibilis, quanto sanguis huius Abel quem suscepit, aperiens os suum in voce exultationis, & confessionis melius clamat, quam sanguis illius Abel clamare paruerit, sicut Apostolus idem qui supra dicit: Sed accessistis, inquit, ad noui testamenti mediatorem Iesum & sanguinis asperisionem multo melius clamantem, quam Abel. Nam ille sanguis clamando vnus tantum hominis nefarium scelus accusabat, & si (quod verum est) aliud futurum annunciabāt, soli deo adhuc audibilis, vel intelligibilis erat: hic autem ex ore terræ fidelis, quæ sumus nos, pro omni mundo interpellat, & vniuersorum peccata excusat, ipsos quoq; qui fuderunt illum, ad poenitentiam inuitat, impoentibus futurum iudicium palam annunciat. Super hanc maledicto subiectus vagus atque profugus est iste Cain molestius quam fuit ille super terram, in qua ciuitatem quoq; primus ædificauit, quam & vocauit ex nomine primogeniti filii sui Enoch. Sed nec illud secundum literam satis aperte constat, quod terra operanti illi non dederit fructus suos, sed spinas & tribulos germinauerit illi: de isto autem satis notum est, quia cum ecclesia patriarcharum, & prophetarum se putet operari, legem eandem lectitando, & easdem cæremonias obseruando, quas & illi, non dat fructus suos, id est vtilitatem, quam imperfectam licet, ante passionem dominicam conferebat, nulli conferre potest: sed econtra, spinas & tribulos germinat, dum nõ modo non iustificatur quis, verum etiã suam exinde damnationem accumulatur. Porro, quod vagus & profugus sit super hæc terram, id est, propter Christi ecclesiam, manifestum est, impleto quod de illo populo loquens ipse. Et cadent, inquit, in ore gladii, & captiui ducentur in omnes gentes. Hoc, inq; super terram, id est, propter Christi ecclesiam factum est. Nam & ipse sanguis, hoc vti fieret, flagitabat in Psalmo, vbi cum dixisset deus: Ostendit mihi super inimicos meos, statim subiunxit, ne occidas eos, ne quãdo obliuiscantur populi mei. Sed quid? Disperge, ait, illos in virtute tua. Igitur

Luc. 21.

Psal. 138.

tua, igitur ut hoc ipsum proficeret ad augendam memoriam vel notitiam eius in populis, vagus & profugus hunc populum ipse Christus esse voluit, quia videlicet & eorum sparsa captiuitas, & captiua cum eis ipsorum scriptura perhibent testimonium, quod hic frater ipsorum quem occiderunt, iustus erat, & nihil horum quæ prædicamus, fides Christiana confinxit. Itaque litera quoque de hoc negotio manifeste agit, nec minus euidenter istum quam illum percussit Cain, quia nec ita vagus aut profugus fuit ille super terram, ut propriam ciuitatem non haberet, nec ita operanti fructus suos terra dare recusaui, vel spinas & tribulos a deo germinauit illi, ut sum prus ad ædificandam ciuitatem non inueniret.

*Quomodo intelligendum sit: Qui occidit Cain, septuplum punietur. CAP. VII.*

**D**ixitq; Cain ad dominum: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Ecce eiciis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenit me, occidet me. Dixitq; ei dominus: Nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. J Desperati, & de dei clementia male sentientis est, quod ait: Maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Quid autem deprehensus timet incultus iste agricolæ? Ecce, inquit, eiciis me hodie à facie terræ, &c. Hoc timet, ne agricolari sibi non liceat, ne terram quam solam amat, vel præsentem vitam pro admissio facinore perdat, ne ponatur aduersus illum lex à domino, ut quicumque illum inuenit, occidat. Iccirco dominus de hoc ipso, quod solum timebatur, respondens, nequaquam fiet ita ait: Sed quid? Omnis, inquit, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Aliter atq; aliter diuersi interpretes hunc locum transtulerunt. Nam pro eo, quod hic secundum hebraicam veritatem scriptum est, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, Symmachus, septies vlciscetur, Aquila & Theodotion transtulerunt, septem vindictas exoluet. Itaq; varia translatio varium sensum generauit. Hæc vna sententia est quam non præterire libet, Cain septemplex peccauit: Primò, quia in sacrificio domini (ut supra perius iam dictum est) non rectè diuisit: secundò, quia fratri rectè diuidenti inuidit: tertio, quia correptus à domino non audiuit: quarto, quia fratrem dolo circumuenit, dicens, egrediamur foras: quinto, quia occidit: sexto, quia requisitus à domino, dicente, vbi est Abel frater tuus, respondit procaciter dicens, nescio, nunquid custos fratris mei sum ego? septimò, quia conuictus desperauit dicens, maior est iniquitas mea, q̄ ut veniam merear. Quia ergo pro septemplex peccato maledicto subiicitur, vagus & profugus ac tremens, ut nonnulli perhibent, qui occiderit, inquit, septem vindictas exoluet, id est, septemplex peccati eius poenam longam compendiosa morte finiet. Volunt enim peccatum Cain, morte corporis fuisse delerum, pro eo quod scriptum est, non enim vindicabit deus bis in idipsum. Sed hæc ratio q̄ infirma sit, & ipsa fides scit, & sanctorum patrum sententia diligentior euidenter astruit. Hoc enim dictum, de illis accipi conuenit, quorum in poena vel ante poenam confessionem deus accipit. & iccirco post eandem poenam temporalem, non illis æternam superadiicit (ut verbi gratia) latroni illi, qui in cruce confessus est, non iniuste dominus aperuit paradysum, quia non vindicabit deus bis in idipsum. Nam alter latro, de temporalis ad æternum transectus est supplicium. De quo etiam rectè dicas, quia nec in illo vindicauit deus bis in idipsum, nam esse vna vindicta bene dicitur, quæ hic incepta perficitur in sempiternum. Igitur, quia nec illud præfens litera dat intelligi, quod Cain tremulo corpore vixerit: illud tamen videndum, quod multo aliter secundum hebraicam veritatem dictum est. Sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur.

*De eo quod dictum est: Septies vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagesies septies. CAP. VIII.*

**Q**uid ergo est, septuplum punietur? Vtiq; sicut homicida in æternum punietur, subauditur, nisi poenitentiam egerit. Quemadmodum & vbi dictum est. Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt, videlicet illo quem metuens in psalmo dicebar: Qui redemisti David ieruum tuum, de gladio maligno eripe me. Nempe si non subaudieris, nisi poenitentiam egerint, sententia non stabit. Sed & in cæteris vbicunq; tale quid scriptum est: Verbi gratia in propheta: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: Vel in euangelio: Qui dixerit fratri suo, fatue, reus erit gehennæ ignis, subaudiri oportet, nisi poenitentiam egerit, alioquin sermo secundum fidem non procedit. Ita ergo & hic, cum dicitur, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, id quod iam dictum est subaudiri, & æternam punitionem oportet intelligi. Septenario nã que numero significatur vniuersitas, non solum apud ecclesiasticos, sed etiam apud gentes philosophos. Itaque septuplum, id est, plena & consummata vindicta punietur, subauditur, nisi poenitentiam egerit. Constat autem, quod is qui occidit Cain, scilicet Lamech, poenitentiam egerit. Constat enim vxoribus suis Adæ & Sellæ: Audite sermonem meum vxores Lamech, audite sermonem meum, quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Proinde & multo aliter de poena sua continuo pronunciauit, dicens: Septies vltio dabitur de Cain, de Lamech vero

Matt. 26  
Psal. 143  
Ezec. 18.  
Matt. 5.

Quid est septuplum puniri

verò septuagesies septies. Dixerat dominus: Qui occiderit, septuplum punietur, hic autè qui occiderit, dicit, septuagesies septies ultio dabitur. Videtur quidem secundum quantitatem numeri plus esse, septuagesies septies ultio dabitur, quàm septuplum punietur, sed profectò minus est. Non enim quantitas vtriusque numeri, sed natura hic attendenda est. Et quidem tam septenarius, quàm lxxviii, numerus impar est. Sed non omnium imparium numerorum, eadem natura est. Imparium namque alii simplices vel incompositi, alii compositi, alii sunt medii. De compositis & incompositis tantum nunc ad rem pertinet. Incompositus, impar numerus dicitur is, cuius nulla pars præter unitatem inuenitur, ut sunt ternarius, quaternarius, vndenarius, & cæteri tales quorum præter unitatem, nullus maior numerus inuenitur. Compositus verò numerus dicitur is, quem alius præter unitatem numerus metitur, ut sunt nouenarius, quindenarius, & cum unitate vicenarius. Nam ter terni, nouem: quinquies terni, siue ter quinq; quidecim: septies tres, siue ter septem, vigintiunus. Hoc ergo septenarius, & septuagesimus septimus differunt, quod septenarius incompositus, ac per hoc insolubilis: septuagesimus septimus verò compositus ac per hoc magis solubilis habetur. Nam septenarium præter unitatem, nullus metitur numerus: septuagesimus septimus verò, & septenarius, & vndenarius, maiores sunt. Nam vndecies septem, vel septies vndecim, septuaginta septem perficiunt. Cum igitur dicit deus: Sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, insolubilis poena debet intelligi, & subaudi oportet, nisi præcedens poenitentia solubile, id est, remissibile peccatum fecerit. Cum autem dicit Lamech, septies ultio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagesies septies, insolubilis vindicta Cain, & solubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et rectè videlicet, quia Cain poenitentiam non egerit, ipse verò Lamech poenitentiam egerit, quia peccatum suum confitetur. Et nota, quod manifestè scriptura contradicit eis, qui putant peccatum Cain supra mortem deletum, cum de illo iam mortuo dicit, septies ultio dabitur de Cain. Ad hunc locum spectat illud quod est Petrus diceret domino: Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei usque septies? Ille qui omnia secundum scripturas loquitur, respondit: Non dico tibi usque septies, sed usque septuagesies septies. Usque septies namque peccare, est incessanter & insolubiliter, id est, absque poenitentia peccare sicut Cain: septuagesies septies verò peccare est, peccatum quidem admittere, & per poenitentiam illud soluere, quod fecit Lamech. Cæterum quod apud Lucam dicit idem dominus: Et si septies in die peccauerit frater tuus in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: poenitet me, dimitte illi, de propriis iniuriis accipiendum est, quas septies, id est, quoties admittuntur, dimittere debemus, ne audiamus illud à domino: Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit & te misereri conferri tui? Nam de his quæ in deum admittuntur, illud intelligi oportet, quod de Matthæi euangelio prædictum est, & illud quod idem Lucas ante hæc dixerat: Si peccauerit frater tuus, increpa illum. Et si poenitentiam egerit, dimitte illi.

*Cur dominus Cain in signum posuerit, ut non eum interficeret omnis, qui inuenisset eum. Cum in lege dicat: Cognatus occisi, statim ut inuenit homicidam, iugulabit. CAP. IX.*

**P**osuitque dominus Cain in signum, non ut interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Egressusque est Cain à facie domini, & habitauit in terra profugus ad orientalem plagam Eden, & reliqua. Dicat aliquis: In lege iubet hic idem dominus deus, dicens: Si per odium quisquam hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per inuidias, aut cum esset inimicus manu percussit, & mortuus fuerit: percussor homicidii reus erit. Cognatus occisi statim ut inuenit eum, iugulabit. Cum ergo Cain, non qualemcumque hominem, sed fratrem suum vterinum per odium occiderit, & cum esset inimicus, manu percussit, & ille mortuus sit, cur idem deus tantopere vetuit, ne ille iugularetur, dicens: Omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur: in super & in signum posuit eum dominus, ut non interficeret eum omnis qui eum inuenisset. Ad hoc breuiter dicendum: Lex illa valet iure propinquitatis. Cognato enim conceditur, ut iugulet eum, qui per odium occidit. Sed quis occidere posset Cain iure propinquitatis? Quis enim propinquior quam Abel huic esse potuit? Abel filios non genuit, propinquos nullos habuit, nisi propinquos Cain: Et in hoc quoque domino nostro fuit similis, qui traditus Pontio Pilato præsidii, dixit: Regnum meum non est de hoc mundo. Si de hoc mundo fuisset regnum meum, ministri vtriusque mei decertarent, ut non traderer ludæis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Igitur sicut ius legale est, quod postea dominus deus mandauit, vel concessit, ut percussorem iugularet cognatus occisi, sic ius natura le est, quo Cain vetuit occidi ab homine, quia videlicet cum non superesset cognati, causa eius qui occiderat, ad hominum neminem pertinuit, sed ad dominum deum: Lamech ipse qui illum occidit, magis ad Cain, quàm ad Abel pertinuit, quippe qui ab illo descendit sexto generationis loco. Siquidem Cain genuit Enoch, Enoch genuit Irad, Irad genuit Maniachel, Maniachel genuit Marussahel, Marussahel genuit Lamech. Bene ergo posuit dominus Cain in signum, ut non eum interficeret omnis, qui inuenisset eum. Vbi notandum, quod non dictum sit: Et posuit dominus signum

signum in Cain, ut (verbi gratia) tremulo corpore viueret, vel cornu in fronte gestaret, vel tale quid, quod non ex autoritate scripturæ, sed ex Iudaicis fabulis est, sed posuit (inquit) Cain in signum, id est, quasi signum, videlicet, ut sic non auderet aliquis pro ultione contingere illum, quomodo nemo debet amouere regis vel imperatoris signum. De quo placito suo, quis reprehendere posset legis authorem ante datam legem, cum sub lege viuens homo, licet rex penè fecerit idem? Accessit enim mulier Thecutes ad regem Dauid & dixit: Heu, mulier vidua ego sum. Mortuus est enim vir meus, & ancillæ tuæ erant duo filii. Qui rixati sunt aduersum se, & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce confurgens vnuerla cognatio aduersus ancillam tuam, dicit: Trade eum, qui percussit fratrem suum, & cæter. Ac deinceps: Recorderetur (ait) rex domini dei sui, ut non multiplicentur proximi sanguinis ad vltiscendum, & nequaquam interficiantur filii mei. Qui ait: Viuit dominus, quia non cadet de capillis filii tui super terram. Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & ultra non addet ut tangat te. Illud simile est huic. Hoc modo rex in signum posuit illum qui occiderat, reum habiturus eum quicumque ex cognatis vltisceretur sanguinem occisi, veluti qui regii temerasset signum edicti, sapienter vtrique, quia ex huiusmodi ultione multiplicentur proximi sanguinis, & proinde nemo iure reprehendit. Quanto magis cum per semetipsum deus hoc agit, sapientiæ debet ascribi, & reus habendus erit qui huiusmodi edictum eius temerauit? Sed confessus est hoc vulnus suum, ac liuorem animæ suæ recognouit, dicendo: quia occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum, & idcirco (sicut iam dictum est) peccatum eius sub remissionis numero positum est. Sciendum autem, virum ipsum Cain, adolescentulum autem ductorem eius frustra à quibusdam intelligi, cum vnus idemque Cain vir pariter & adolescentulus rectè possit accipi, vir scilicet per ætatem, adolescentulus autem per eius stultitiam.

**N**otandum tandem, quod prima terrenarum ciuitatum causa, homicidium sit. CAP. X. Cain fratrem suum occiderat, & ob hoc omnibus odiosus, vagusque & profugus super terram erat, idcirco ciuitatem qua tutaretur, ædificauit. Egressus .i. profectus à facie domini, nec habens fortem in ciuitate eius coelesti. Ique primogenitum suum vocauit Enoch, quod interpretatur dedicatio, & ex eius nomine conditam ciuitatem nuncupauit. Hunc imitantur omnes qui festinant ad festiuitatem terrenæ felicitatis, nec futuram expectant dedicationem regni filii dei. Et idcirco quemadmodum ille septimam generationem non vidit, sextus enim ab ipso Lamech illum occidit, cum in illa longauitate aliqui octauam quoque generationem videre poruerint. Verbi gratia: Seth, qui Marussalam iam supra quam centenarium videre poruit, sic & ipsi non pertingunt ad sabbarum, id est, septimum diem æternæ requietionis. Vnde & illud dictum sapientis: Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit. E contra, in generatione iustorum, qui septimus nascitur, Enoch nuncupatur, idemque ambulans cum deo, non inueniebatur, quia tulit eum deus. Siquidem iusti per fidem in septima mundi ætate dedicationem sibi sperant requiem, & eorum spes in illud proficiscitur, quod in præsentibus non videtur. Non enim habemus (inquiunt) hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Hæc hæc tenus de tribus hominibus dicta sunt Abel, Cain, & Lamech, vno iusto, & alio peccatore & impoentente, tertio peccatore quidem sed confitente, quibus diuisionibus extunc vsque hodie vnuerſi homines distincti sunt. Tertia namque pars quæ est impoententium, secundum Apocalypsim Iohannis, combustioni deputata est, cum dicit: Et tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum combusta est, & facta est tertia pars maris sanguis, & tertia pars nauium interit. Iusti namque, id est, doctores irreprehensibiles, auditores quoque, id est, poenitentes saluantur: tertia pars, id est, impoententium congeries igni comburitur, post mortem carnis septupla recipiens pro omnibus peccatis suis, sicut de Cain iam mortuo dictum est, septies ultio dabitur de Cain.

*Quomodo dictum sit: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. CAP. XI.*

**M**ortuo igitur Abel, aliud principium sumitur hoc modo: Cognouit quoque adhuc Adam uxorem suam, & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi deus semen aliud pro Abel quem occidit Cain. Ab hoc (inquam) principium sumitur textus endarum generationum, per quas deriuati sunt patres nostræ fidei, ex quibus Christus secundum carnem. Propter quod & continuo subditur: Hic est liber generationum Adam, & cæter. Et paulò post: Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad similitudinem & imaginem suam, vocauitque nomen eius Seth. Seth autem interpretatur resurrectio siue positio, resurrectio videlicet, quia quæ in Abel occubuerat, in isto generatio iustorum quodammodo resurrectit, vel positus est, sic ait: posuit mihi deus semen aliud pro Abel. Cur enim generaturam eius tantis verborum luminaribus scriptura insigniuit, addendo etiã, genuitque ad similitudinem & imaginem suam, scilicet homo rationalis rationalis, mortalis mortalem, cum hoc idem de cæteris quoscun-

2.Re.14.

Cur Cain in vrbe cõdidit.

Prou.20

Heb.11.

Apoca.8





**N**Oe verò inuenit gratiam coram deo. Hæ generationes Noe. Noe vir iustus atq; perfectus fuit, cum deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iafeth, &c. ] Magnæ virtutis testimonium est huic viro, in tanta plenitudine peccatorum cum deo ambulasse: magni meriti præconium illi est, in tanta plenitudine siue multitudinis cœlestis iræ gratiam inuenisse, eo quod iustus atq; perfectus fuerit in illis talibus tamq; corruptis generationibus suis: magnum omnino negotium, quod in mundo vniuerso diluuium inducit, & in primis tati huius facti in tæcio merito vel vtilitas queritur. Quid enim in hoc maxime intendit deus? Hoc scilicet, vt sciret ventura secula, quantum ille peccatis aduerferet. Deniq; sic totum mundum quasi hominem vnum susceperat erudendum. Scimus autem, quod homini dum adhuc puer est, agendum sit, qd timeat ne dimissus suæ voluntati, præceps & infrenis in malum (ad quod prona est humana natura semper) securo collo ruar: Percute (inquit scriptura) filium tuum virga, & liberalis animam eius à morte. Rectè igitur & vtiliter, vt sapientiam dei decuit, petulantem atq; in carne & sanguine lasciuientem mundum recentem, tanq; stultum puerulum corripuit, tali percutiens verbere quod tota sua ætate non queat obliuisci. Historiam omnes nouimus, mysteria requiramus. Primò sciendum, triforme vnus trinitatis esse iudicium. Primum videlicet, quo diabolus de cœlo deiectus: & vltimum quo idem in fine seculi cum angelis suis, & malis hominibus in ignem æternum est mittendus: medium hoc, quo diluuium mundo inducitur. De quo nec illud prætereundum, quia sicut tempore vel ordine, sic & qualitate medium est. Etenim primò quidem & vltimo soli reprobi feruntur, & soli electi reseruantur: isto autem nec soli electi reseruantur, nec soli reprobi suffocantur. Credendum quippe est, aliquos hoc diluuiò perisse, quorum eodem periculo mortis, peccatù deletù sit, iuxta quod scriptum est: non enim vindicabit deus bis in idipsum, pleròq; autem ex eis, vt pote impios, ab illo temporali aquarum diluuiò, ad æternum transisse in cendium, iuxta quod item scriptum est. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. De his autem qui superferunt, tam magna gratia dei reseruati, cum tres tantummodo filii Noe fuerint, vnus reprobos extitit, & in omnibus maxima reproborum sylua succreuit. Hoc ergo iudicium propriè personam prædicat filii dei, qui solus naturam nostram suscipiendo, diuinitatis suæ fortitudinem nostræ humanitatis conditione temperauit, & anteq; veniret opus sui aduentus in hoc tali cataclismo præfigurauit. Et primùm ipse Noe eundem mediato-rem dei & hominum, tam nomine q̄ opere signauit. Nominè videlicet, quia nomen ipsium quod est Noe, interpretatur requies. Requies autem nostra vera est ipse, qui dicit: Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiè animabus vestris. Opere autem quomodo Christum significauerit, deinceps plenius dicendum erit. Igitur nõ absq; diuino præfagio, vocauit illum pater Noe, dicens: Iste consolabitur vel requiescere nos faciet ab operibus nostris in terra cui maledixit dominus.

*Quam requiem nomine suo significet Noe, & de arca, & de mysterio arce.*

CAP. XVII.

**Q**Uæ autem est requies vel consolatio, qua consolatur nos iste verus Noe, scilicet filius dei, nisi peccatorum remissio, quam in baptismo suo nobis tribuit, secundum similitudinem illius, qui per fidem suam in illo diluuiò paucas animas secum reseruauit? Illud namq; diluuium baptismatis figuram fuisse, Petrus quoque apostolus testatur, cum dicit: Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabatur dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca, in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & nos nunc similis formæ saluos facit baptisma, & reliqua. Itaque diluuii baptismata: hi qui in diluuiò perierunt, peccata nostra quæ in baptismo delentur, præsignauerunt. Et hoc modo mysticè prophetia complet, dicens: Iste consolabitur vel requiescere nos faciet ab operibus nostris: Vnus erat Noe, & in illo vno saluati sunt semen ad recuperationem orbis terrarum, quia videlicet vnus est Christus, in quo est nostra salus, & non est in aliquo alio salus: nec enim nomen aliud sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Arca verò quia sanctam significauit ecclesiam, quæ vtiq; ex hominibus consistit, ipsa quoq; secundum quandam similitudinem fieri iussa est humani corporis, videlicet vt haberet trecentos cubitos longitudinis, 1. latitudinis, x x x. altitudinis. Ita longitudinis mensura sexies latitudinem, decies altitudinis mensuram continebat. Sic nempe corpus hominis prostrati vel supinati, in longitudine sexies latitudinem, decies fuit altitudinem. Porro ipsa arca antiquam significat omnium electorum ecclesiam, ligna leuigata, id est, bitumine lita, viros sanctos patriarchas atq; prophetas, quorum ex fide renacissima compacta est eadem ecclesia, significant. Bitumen namq; est feruentissimum & tenacissimum gluten, quod & asphaltum dicitur, ab asphaltite lacu. Tenacissimam ergo in fide concordiam significat sanctorum. Et hanc arcam noster Noe, scilicet Christus dei filius, anteq; in hunc mundum veniret fabricauit, testante Paulo cum dicit: Qui fidelis est ei, qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domino illius, Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, quanto ampliore habet honorem

honorem domus qui fabricauit illā. Et Moyses quidē fidelis erat in tota domo eius, tanq; famulus in testimonium eorū, quæ dicenda erant. Christus verò tanq; filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Itaq; arca (sicut iam dictū est) antiquam ecclesiam Noe, qui & illam ædificauit & in illā introiuit, Christum dei filium, qui eandem ecclesiam & tanq; deus de electis suis condidit, & tanq; homo sub legem eius introiuit. Septem verò animæ quæ cum illo ingrediuntur, primitiua euangelicæ gratiæ electionem significat, scilicet apostolos, omnesq; Christi discipulos, qui cum illo ambulauerunt. Et ab illo missum de cœlo sanctū septiformem spiritum acceperunt, animantia tandem munda & immunda, multitudinem figurant electorū, quos tam de Iudæis, q̄ de Gentibus venientes illi, spiritu Christi iubente, susceperunt. Quod ex alio scripturæ loco manifestius liquet. Sic enim in Actibus apostolorum legimus, quia cum eluriret Petrus & veller gustare, cecidit super eum mentis excessus, & vidit cœlum apertum, & descendens vas quoddam, velut lineum magnum, quatuor initiis submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Et iterum: Quæ deus purificauit, tu ne commune dixeris. Hoc visio, ille instructus continuo venientibus ad se gentilibus quid intellexisset, aperuit inter cætera, dicens: Sed mihi ostendit deus, neminem communem aut immundum dici hominem. Ac deinceps in veritate comperi, quia non est persona que acceptor deus, sed in omni gente, qui timet deum & operatur iustitiam, acceptus est illi. Igitur & hic vbi tam de mundis quam de immundis animantibus masculus & foemina in arcam iurentur admitti, iam illud deus præsignauit, quod postea Petro ostendit, scilicet nullum genus hominum à gratia dei reici, sed creatori omnium acceptam fore fidem vel conuersionem cunctorum. Et notandum, quod eorum scilicet animantium admissio, quater in hac lectione repetitur, vt videlicet à quatuor partibus mundi collectio futura præsignetur.

*De mansuetudinibus & schemate eiusdem arce.* CAP. XVIII.

**M**ANSUETUDINIBUS (inquit) in arca facies, & in cubito consummabis summam eius. Ergo tali schemate fabricata, id est, inferius trecentis cubitis ampla, & deductim ascendendo cum in cubito esset consummata, vbi sinus altior, illic angustior: & contra, vbi humilior, illic amplior. Sic profectò sancta ecclesia diuersis ordinibus est distincta: & quisque ordo, quanto est altior, tanto est celsior, quanto quisq; ordo est laxior, tanto & humilior: & quanto altior, tanto angustior: vt (verbi gratia) viduitatis propositum, quanto coniugali proposito castitate arctius, tanto & meritum eius altius: & virginalis propositi decus, quanto altius, tanto & in paucioribus inuenitur: qui ordo, quia vnum quod est necessarium liberius exequitur, pulchrè vno summitatis cubito designatur dignitas eius. In huiusmodi ordinibus mysticè completur manifestius quod dictum est, cœnacula & tricæga, id est, tricamerata in arca facies. Nec verò cuiquam incredibile videatur, tantæ capacitatis arcam de lignis bituminatis posse fieri: cum de lapidibus cæmentatis, ciuitates immensas consistit extrui, præsertim cum non in vno aut duobus, sed totis centum annis, opus peractum sit. Præterea, ne de paucitate cubitorum causeris, habent geometræ cubitos maiores, ita vt vnus illorum sex contineat cubitos communes. Et Moyses, qui eruditus erat omni sapientia Aegyptiorum, vtiq; cubitos computasse geometricales credendus est. Quod si ita est, æstimari non potest, quantæ capacitatis arca illa fuerit, tot cubitis tam magnis, in longitudinem, latitudinem, altitudinemque porrectis, vt tot generum animantia, bina & bina, septena & septena, sufficientibus spaciis explicare quauerit. Quod tandem est ostium in latere huius arce deorsum positum? Vtiq; salutare baptismi Christi sacramentum, quod de patefacto eius latere manauit, sine quo ecclesiam ingredi, vel à peccatis suis nemo potest eximi.

*Quanto tempore, dum fabricaretur arca, expectauerit dei patientia.* Cap. XIX.

**E**RATq; Noe sexcentorum annorum, quando diluuii aquæ inundauerunt super terram. ] Exinde colligitur, quàm diu expectauerit eos deus ad pœnitentiam, secundum Petrum apostolum in epistola sua dicentem: Qui increduli fuerunt aliquando in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Deniq; Noe, cum quingentorum esset annorum, præcepit deus dicens: Fac tibi arcam, sexcentorum autem erat annorum, quando inundantibus aquis ingressus est in eam. Igitur circiter annos centum increduli fuerunt, prædicante illis publica arce fabricatura, & tanto tempore expectauit eos dei patientia: ipsi autem secundum duritiem suam & cor impœnitens thesauri zauerunt sibi iram in die iræ. ] Et facta est (inquit) pluuia super terram xl. diebus, & xl. noctibus. ] Quadraginta diebus & quadraginta noctibus, omne quod ab incarnatione vel passione domini residuum est, signatur seculi tempus, quo baptismi aquæ inundare, forisq; relicta ingredientium in ecclesiam peccata, obruere non cessent. Nam sicut in transitu filiorum Israel per mare rubrū, Aegyptii qui submerguntur, malignos spiritus vel peccata significant: sic impii qui in diluuiò pereunt, arca superstitè cum paucis, peccata decidentia rectè figurant.

*Item de diluuiò, & quod dictum est: Cataractæ cœli aperta sunt.* CAP. XX.

I iii

Rupta

**R**upti sunt (inquit) omnes fontes abyssi, & caractæ coeli apertæ sunt. Quod ait, & caractæ cœli apertæ sunt, & per hiperbolam accipiendum est, & sic esse dictum, ob insinuandam inundationis magnitudinem, quæ tanta fuit, ut firmamentum quod fecit deus in medio aquarum, ut diuideret aquas ab aquis, dissipatum esse videretur, secundum vulgi opinionem. Dicitur quidem caractas cœli, occultas esse vias, per quas de cœlo vitæ aërio pluuia descendit, verum hoc dicendo more vulgi magis, q̄ scripturarum sensu loquimur. Neque enim solidum quid aut durum est cœlum, ut recte possit intelligi caractas, id est, fenestris in modum parietis intercisum, quibus apertis, aquæ fundantur deorsum, quæ clausis eisdem continebantur sursum. Aliis autem si verè solutum putandum est, pro eo quod dictum est, & caractæ cœli apertæ sunt, vide-  
 Psal. 147. ris quomodo verum sit, quod Psalmista de cœlestibus canendo dicit: Statuit ea in seculum & in seculum seculi, præceptum posuit & non præteribit. Quod si quæras, vnde ergo venerunt tantæ moles aquarum, quæ cuncta operuerunt, ita vt quindecim cubitis essent altiores super montes quos operuerant? Facilis patet responsio, quia videlicet inde venerit quo abierant, dicente deo: congregentur aquæ quæ sub firmamento sunt in locum vnum, & appareat arida. Constat enim quia iam factum fuerat firmamentum, diuidens aquas ab aquis, & tantæ sub firmamento remanserunt, vt etiam tunc nusquam pareret arida. Vnde Psalmista cum dixisset: Qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi: continuo vt scias nec montium cacumina ab aquis eminuisse, super montes (inquit) stabunt aquæ, ab increpatione tua fugient, a voce tonitru tui formidabunt, futurum tempus ponens pro præterito, quod solocisimum grammatice appellant. Item si quæras, quo, data requie, recesserint? Notum est secundum Ecclesiasten, quod omnes aquæ atq; torrentes per occultas venas ad matricem reuertantur abyssi.

*De timore domini, & quod verè dominus secundum hæc acta timendus sit.*

CAP. XXI.

**Q**uæ hætenus dicta sunt, ex quo super præuaricatore[m] hominem, agi ceptum est iudicium, ferè omnia timoris plena sunt, & ex eis palam fit omni creaturæ, quod verè deus iuxta Psalmistam terribilis in consiliis sit super filios hominum. Vnde & hoc ipsum nomen, quod est deus, græca etymologia accessit. Græcè nanque theos, Latine dicitur timor, & exinde creator noster dicitur deus, quod verè sit timendus. Vnde est illud dictum sapientis: Fili noli esse sine metu, neq; adicias peccatum super peccatū, & dicas, miseratio dei magna est, multitudinis peccatorum meorum miserabitur. Misericordia enim & ira ab illo cito proxinant, & in peccatores respicit ira illius. Nunc demum accedendum nobis est intus, id est, ad ipsum Noe & uxorem eius, & filios eius, & vxores filiorum eius, & ab hoc eodem secundæ ætatis mundi initio, considerandum ex his quæ dixit, quæ fecit cum illis idem deus, quod ascendentibus nobis rectè sanctus propheta post spiritum timoris posuit spiritum pietatis, quia videlicet initium sapientiæ timor domini, pietas autem secundus est gradus ascensionis, iam charitatem prouocans quæ perfecta timorem foras mittat.

*De pietate eiusdem domini, iuxta quam recordatus est Noe, sicut scriptura dicit: Et de vero Noe Christo, cuius post aquas tribulationis deus pater recordatus est, resuscitando illum à mortuis. Et de columba quam emisit, id est, gratia spiritus sancti, quam dedit.*

CAPVT XXII.

**R**ecordatus autem dominus Noe, cunctorumq; animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ, &c. Non prætereundum in primis, quia quæcumque tangit pius affectus incognitum non habet, multum fuisse quod Noe vir iustus atq; perfectus, in illa tali tempestate passus est. Nam vt taceam, quod arca illa per totum annum tempestuosus illi & inquietus carcer extitit, tunc nanq; maximè stetit spiritus procellæ & exaltati sunt fluctus eius, atque ascendendo vsq; ad cœlos, & descendendo vsq; ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat, vt inquam hoc taceam, nõ verè iustus aut perfectus Noe fuisset, si in illa multitudine communis hominum miseræ de propria salute sua ridere potuisset, præsertim cum de impassibili deo, dicere scriptura non dubitauerit, quia tunc temporis dolore cordis intrinsecus tactus est. Fidenter dicere liceat, quia non Hieremias pro incendio ciuitatis, vel captiuatione gentis, quam vidit, tot in animo cruces pertulit, nec tot contumelias vel terrores audiuit, venturum prædicendo Babylonicum exercitum, quot iste audisset, nisi quia non minor erat illis, qui tunc temporis erant à seculo potentes viri & famosi. Itaq; & si nulla in corpore, magna tamen in animo passione fluctuauit, & in eo maximè illi congruit vox illa capitis sui dicentis in propheta secundum veritatem suæ passionis: Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Nam & illæ aquæ, quibus tunc peccatores delati sunt, quodammodo veraciter vsq; ad animam illius introierunt, & istæ aquæ baptismi, quibus

quibus nunc peccata nostra delentur, penè cum ipsa domini Iesu anima de corpore eius exierit. Igitur in eo quod recordatus dominus Noe, cunctorumque animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum super terram, & imminutæ sunt aquæ, & quod Noe post diuinam expectationem emisit coruum, qui non reuersus est ad eum, emisit quoque columbam quæ primò & secundò reuersa est, tertio autem emissã, non est reuersa: magnum quidem & pulchrum est pieratis opus, sed maximum atq; pulcherrimum est quod in eo mysticè præsignatur. Recordatus est enim deus pater Christi filii sui, postquam intrauerunt aquæ vsq; ad animam eius, postquam tribulationes mortis pertransierunt animam eius, cum teneretur in sepulchro conclusus: & adduxit spiritum super terram, spiritum, inquam, id est, redcem vitam adduxit super terram resurrectionem adduxit deus spiritum, dedit enim extunc hominibus spiritum sanctum in remissionem peccatorum, qui ita nebulas cordium dissipat, tentationumq; fluctus exicat, quomodo ille spiritus quem tunc deus super terram adduxit, humidum hætenus, frigidum que aërem calefaciendo, aquas imminuit, & vsq; ad siccum paulatim eliminauit. Nam spiritum hic iuxta literam calidum ventum, vel etiam ipsum solem, qui hætenus sub densis nubibus latuerat, intelligimus. Dicit enim de illo Ecclesiastes: Lustrans vniuersa per circuitum pergit spiritus, & in circuitos suos reuertitur. Sed dicit veridica scriptura, quia iam imminutis aquis, iam apparentibus montium cacuminibus, expectauit Noe dies quadraginta, & tunc dimisit coruum, illoq; non redeunte, emisit columbam, Magnum mysterium, & magnum verum veritatis præconium. Etenim postquam dominus noster à mortuis surrexit, & opertos montes suos tristitia, in lætitiã releuauit: nouit fides Christiana, quia tacitus ipse dies quadraginta sustinuit, & tunc demum in cœlum ascendens, extunc euacuato prisce legis seruitio, nouam baptismi prædicari iussit gratiam, missi spiritu sancto de cœlo. Coruus emissus est, & iam non reuertitur, quia infidelis ludæorum populus, de ecclesia patriarcharum & prophetarum eiectus, foris vagatur, & veterum sacrificiorum cadaueribus inhians, de antiquorum patrum carnali profapia, vana loquacitate gloriatur. At verò sancta apostolica ecclesia spiritu sancto accepto missa reuertitur, iuxta quod de sanctis euangelii prædicatoribus per admirantem prophetam dicitur: Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas, Volant enim vt nubes, pluuiam pacis mudo afferentes, & quasi columbæ ad fenestras eius reuertuntur, à quo ad ministerium nostræ salutis missi sunt, gloriam auidè contemplantes.

*Item de eadem columba, i. spiritus sancti gratia, quomodo tertio sit emissã. XXIII.*

**I**lli quidem, qui quasi columbæ sunt, sed vna est columba spiritus sancti gratia, propter quam illi columbæ dicti sunt, & illum scilicet spiritum sanctum in sua maxime persona, illa columba significauit, quam de arca Noe sanctus emisit. Quare autem tertio, nisi quia de sacramentis Christi vel ecclesiæ, trina spiritus sancti gratia, cuiq; fidelis animæ deponitur: Prima nanque gratia est, remissio peccatorum: secunda, diuersorum distributio donorum: tertia, remuneratio in resurrectione mortuorum. Tertio, nempe ipse qui caput est ecclesiæ, Christus, vnctus est: primò, quando de spiritu sancto conceptus est: secundò, quando super eum ad Iordanem spiritus sanctus in specie columbæ descendit: tertio, quando surrexit à mortuis. In cuius figura Dauid, qui tam Christi quam ecclesiæ typum gessit, tertio in regem vnctus est. Primò videlicet, quando vnctus est à Samuele in domo patris sui. Secundò, quando vnctus est in Hebron super ludam so- lum. Tertio, quando vnctus est super Israël vniuersum. Igitur prima emissio columbæ ipsa est remissio peccatorum, quam verus Noe, id est, requies nostra Christus, post resurrectionem suam confestim emisit, iniussans & dicens: Accipite spiritum sanctum, quorum peccata remiseritis, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. At illi nondum ausi sunt exire ad publicum, & annunciare hominibus ralem gratiam, propter metum ludæorum. Benè ergo de columba illa dictum sit, quia cum non inuenisset vbi quiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcam. Aquæ enim (inquit scriptura) erant super vniuersam terram, illæ videlicet aquæ, quæ (iuxta Psalmistam) intrauerunt vsq; ad domini Iesu animam, quas apostoli adhuc infirmi, metuebant. Et non mirum, coruus qui iuxta literam non reuersus est, quod inuenire potuit, & columba non inuenit, vbi quiesceret, licet de cœlestibus aquis iã apparuissent cacumina montium. Coruus namque facilius quiescere potuit, quia cadauera abundè inuenit: columba verò quia cadaueribus non pascitur, & si ad sedendum aliquod montis iugum inuenire potuit, tamen absq; victu requiescere non potuit. Expectatis autem vltra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad vesperam, portans rimum virentis oliuæ in ore suo. Secundò emissã columba rediit ad vesperam, & virentis oliuæ rimum in ore suo deuexit, quia secundò datus est spiritus sanctus apostolis die pentecostes, circa finem vitæ, quæque illorum ad cœlestis ecclesiæ requiem cum æterno perfectæ pacis præmio, reuocauit. Tertio nihilominus emissã iam non est reuersa, quia profecto cum surrexerint à mortuis, quæ (vt supra iam dictum est) tertia erit effusio spiritus

Ecclef. 1.

Esaie 60

1. Reg. 16

2. Reg. 2

2. Reg. 5

Ioh. 20.

Psal. 68.

spiritus sancti nusquam mittentur unde redeant, nec enim ad operandum, sed ad regnandum immortaliter exiunt. Sic & singulis electoribus tertio eadem columba aduenit. Primo, cum baptizatur quis in remissionem peccatorum. Secundo, cum accipit per episcopos impositionem manuum. Tertio (ut iam dictum est) in resurrectione mortuorum. Ecce quam verè dictum est, quia inuenit Noe gratiam coram deo. Verè enim gratiam hic alter Noe inuenit, qui nos deo reconciliavit, & solvens inimicitias in carne sua, de filiis iræ filios gratiæ, de filiis gehennæ filios fecit vitæ æternæ.

Ephes. 2.

*De viri iusti Noe obedientia, quod sicut ad præceptum dei ingressus, ita & ad præceptum eiusdem egressus est.* CAP. XXIII.

**I**gitur sexcentesimo primo anno, mense primo, die primâ mensis, imminutæ sunt aquæ super terram, & aperiens Noe reatum arcæ, aspexit vndiq; viditq; quod exiccata esset superficies terræ. Mense secundo, septima & vicesima die mensis arefacta est terra. Locutus est autem deus ad Noe, dicens: Egredere de arca tu & vxor tua, &c. ] Norandum diligenter quod dictum est, quia primo mense, prima die mensis, aspexit Noe, & vidit quod exiccata esset terra, & deinde subiunctum est, mense secundo, septima & vicesima die mensis arefacta est terra. Cum enim iam vidisset Noe primo die primi mensis, quod exiccata esset terra, quid sibi vult, quod itidè dicit scriptura, quia mense secundo septima & vicesima die mensis, tanto postliminio, scilicet quinquagesimo quarto die, ab eo quo viderat Noe exiccata esse terram, arefacta est terra: Videlicet ut cõmodius subiungeret quod subiunctum est, Locutus est deus ad Noe dicens: Egredere de arca. Tanq; diceret: Tot diebus prius exiccata fuerat terra, cum tandem deo iubente, egressus est Noe de arca. Ergo viri iusti atq; perfecti magna in hoc quoq; iustitia vel perfectio cõmendat, laude digna, q; tam diu carcere cõclusus, nõ erupit solutus mox ut terram vidit, sed sicut præceptum ingrediendi fideliter accepit, sic & egrediendi licentiam obedienter sustinuit. Nunc ipsa diluuii temporâ, id est, pro anni tempore inundare cõperit, quàm diu sine detrimento terram aquæ obtinuerint, quo arca super montes Armeniæ requieuerit, quo nihilominus tempore cacumina montium apparuerint, vel terra arefacta, & ipse Noe cum omnibus arca egressus sit, inuestigandū est, secundum præcedentis ordinem lectionis.

*De anno eiusdem diluuii, & quo anni tempore inundare cõperunt aqua diluuii.* CAP. XXV.

**M**ense (inquit) secundo, septimadecima die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataraçæ cœli apertæ sunt. Mensis secundus secundum legem ipse est, qui apud Romanos Maius dicitur, qui & secundum legem vel naturam temporum dicitur longis & serenis diebus extendi atq; produci, & omnium quæ in mundo sunt ad concupiscentiam carnis, & ad concupiscentiam oculorum pertinentium, pulchritudine illo tempore terra vestitur. Qui enim à Romanis dicitur Aprilis, apud hunc Moysen primus est in mensibus anni. Sic enim dicit ex auctoritate dei legem daturus de esu paschalis agni. Mensis iste principium vobis mensium primus erit in mensibus anni. Et ne illud scrupulum moueat, quod secundum natiuitatem Noe possint hic annorum vel mensium principia, vel fines computari, reuocetur ad memoriã, quod ante exactum annum diluuii mens plus minus integro, columba quam emisit Noe, reuersa est, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Itaq; quocunq; anni tempore Noe natiuitas extiterit, verno tempore hunc annum impletum fuisse, illud quoq; indicio est. Non ergo parum incautos cepit illos repentinus ille laqueus iudicii, qui feruentiore voluptatis tempore superuenit. Vndè rectè dominus: Sicut factū est (inquit) in diebus Noe, sic erit & in diebus filii hominis: Edebant, & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsq; in diem quo ingressus est Noe in arcam, & venit diluuium & perdidit omnes. Ab illo die facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Extunc aquæ inundantes, & quindecim cubitis super omnes montes altius eminentes, centum quinquaginta diebus terram obrinuerunt. Nam tot diebus transactis, continuo decrementi illarum indicium adfuit. Siquidem septimo mense (inquit scriptura) septima & vicesima die mensis requieuit arca super montes Armeniæ. Quadraginta quippe dies pluuia cum centum quinquaginta diebus additæ, sex menses lunares efficiunt, & paulò plus quàm decem dies supersunt, quia mensis mensem die superat. Erat autem iam septimadecima dies mensis, quando primum pluuie inundauerunt. Itaq; non decimo, sed septimo ac vicesimo die mensis septimi requieuit arca: quia non primo, sed (ut iam dictum est) decimo septimo die mensis rupti sunt fontes abyssi, & cataraçæ cœli apertæ sunt. Diligenter annum istum prosequamur, qui vnus est ex nongentis & quinquaginta annis Noe, ut luce clarius sit, non breuioribus (quod nonnulli suspicati sunt) sed tantū temporis, quanti habentur & nunc fuisse annos illorum hominum, qui tot annos recentri adhuc seculo vixerunt. Sanè mensis qui septimus fuit ab initio diluuii, ipse est qui apud Romanos Nouember dicitur. Vndè magis miranda tempestas illius iudicii, quam non adiuuit vlla natura temporis, sed e contra, Maio, quo mense (ut iam dictum est)

est) sol altius incedit, & cœlum naturaliter cadescit, erupit imbrium vis, & circa tempus hyemis id est, mense Nouembri, iam immituris aquis arca requieuit, tantis tamq; diutinis disiecta procellis. Decimo tandem mense diluuii, qui est apud nos Februarius, primo die mensis apparuerunt cacumina montium. Expectatis deinde quadraginta, hisq; septenis diebus, qui sunt dies ferè duorum mensium, Februarii scilicet atq; Martii, annus completus est duodecim mensium, cum illo mense Aprili, qui iam exactus fuerat, quando primum inundauerunt aquæ diluuii. Igitur cum dictum fuerit superius, anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo rupti sunt omnes fontes abyssi, & nunc post tam diligentem suppurationem dierum vel mensium, dicitur anno sexcentesimo primo, aperiens Noe reatum arcæ, vidit quod exiccata esset terra, manifestè liquet, annos sin-gulos duodecim mensium, menses autem alios triginta, alios vnder triginta dierum in illis tot annorum hominibus computasse secundum lunam, cuius duodenis mensibus supercrecentes vnder decim solaris anni dies embolismis cedunt.

*Quid secundum mysterium sit, præcipiente domino egredi de arca.* CAP. XXVI.

**M**ense (inquit) secundo septima & vicesima die mensis (decem videlicet diebus ultra annum exactis, ex quo diluuii aquæ inundauerant) locutus est deus ad Noe dicens: Egredere de arca tu & vxor tua, &c. ] Non contentus fuit dicere deus, egredere de arca tu & vxor tua, filii tui & vxores filiorum tuorum, sed de animantibus quoque cunctis sollicitus, [ Cuncta (inquit) animantia quæ sunt apud te, tam in volatilibus, quàm in bestiis, & vniuersis reptilibus quæ reptant super terram educ tecum. ] Hoc etiam si deus non præciperet, scilicet cuncta animantia educere, Noe faciendum esse sciret, & ita factum fuisse sciremus nos, etiam si scriptura non narraret. Nunc autem sic deum præcepisse & sic factum esse narrat, ita subiungendo: Egressus est ergo Noe & filii eius, vxor eius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia quæ reptant super terram secundū genus suum arca egressa sunt. Quid sibi vult hoc, quod dicitur deus, qui non nisi idonea scribere nouit aut loqui, tantas impendit moras in huiusmodi? Nempe si nihil nisi litera hic acceperis, hoc scribere ex abundanti fuit. Igitur ad memoriã nunc redeat, quod superius iam dictum est, arcam illam quam & fabricauit, & cum suis ingressus est Noe, antiquam patriarcharum & prophetarum ecclesiam signasse, quam dominus noster & antequàm in hunc mundum veniret, cõdidit, & in qua cum venisset homo factus, tribulationes mortis pertulit, permanentibus cum eo paucis, quibus & dicit: vos estis qui permanistis mecum in tentationibus meis. In eandem ecclesiam ingressa sunt cum Noe vniuersa animantia, munda siue immunda, quia videlicet quicunq; siue de mundis Iudæis, siue de immundis gentibus, ad Christum colliguntur, fidei partem antiquorum inseruntur, nec aliter ad Christum pertinent, nisi ecclesiæ illi incorporantur. Veruntamen in eorum carnalibus cæremoniis permanere non sinuntur, videlicet ut carnaliter circuncidantur, aut sabbatizent, aut agnum immolent, aut in cæteris eiusmodi (quæ vmbra erant futurorum) vtilatenus Iudaizent. Igitur dum illud quasi superfluum tam diligenter toties repetitur: istud quod valde necessarium est, in figura prophetatur, quod ingressuræ quidem forent necessariò gentes, quotquot ex eis saluari cuperent, in illam antiquorum expectationem, sed non mansuræ intra carnalem illorum religionem. Hic dictum, & ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam, idem est iuxta mysticum sensum, ac si dicere tur, abiectis carnalibus, quæ prius pro lucro erant, & nunc pro detrimento reputatis, seminate in spiritu, ut de spiritu metatis vitam æternam.

*Quam rectè sacrificium Noe de seruatis cunctis animantibus obtulerit, in figuram nostram, de quibus Christus viuentes hostias offert deo patri.* CAP. XXVII.

**A**edificauit autem Noe altare domino, & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare. ] Altare quod ædificauit Noe, & holocausta quæ obtulit domino, gratiarum actiones fuerunt, sua præsentia præteritorum beneficiorum memoriã confitentis, ut dignum erat. Qui enim arcam facere iusserat homini, in qua saluaretur, dignè illi homo altare ædificat, in quo idem saluator suus adoretur. Et qui non solum hominem, sed propter hominem, iumentorum quoq; & cunctorum animantium reliquias in eadem arca seruauerat, meritò illi de cunctis pecoribus & volucribus mundis super altare ab homine offeruntur holocausta. Hoc non scripta, sed naturalis lex æquum esse docuit, quia videlicet hoc ipsa ratio dignum & iustum esse naturaliter sentit, ut de suis donis honoretur in primis ipse qui dedit. Amplius autem & in hoc mysterium domini nostri Iesu Christi præfulsit, qui egressus de illa synagoga arca, in qua per passionem suam mundi salutem acquisiuit, nouum altare, nouitq; sacrificii ritum instituit, & quod illic seruatum est, hic in holocaustum deo patri tam per semetipsum, q; per manus sacerdotum suorum offerre non desinit. Ipsum deniq; corpus, quod illic in ligno pepedit, ipsum sanguinem qui illic effusus est, cum honorifica gratiarum actione, illi offerimus, qui est à morte saluauit. Præterea de cunctis animantibus mundis, munda autem sunt omnia, quæcumque autem hæc fuerunt immunda, illa suo sanguine mundauit, iuxta quod Petro apostolo

Supra capit. 17.

Lucæ 22.

Col. 2.

Actu. 10.

**I X.** dictum est, quæ deus purificauit, tu ne commune dixeris, de cunctis ergo animantibus, id est, hominibus, ille holocausta offert deo & patri, dum cū ipsius gratia facimus, quod nobis præcepit; vel obsecrat nos ipse per Apostolum suum, dicentem: Obsecro vos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam uiuentem, sanctam, deo placentem. Sumusq; omnes hoc faciendo sacerdotes, sicut in Apocalypsi gratias agentes, dicimus illi: Quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, & fecisti nos regnum deo nostro & sacerdotes.

*De eo quod dictum est: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines.*

CAP. XXVIII.

**O**doratusq; est dominus odorem suauitatis, & dixit ad eum: Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. Sensus enim & cogitatio cordis humani sunt prona in malum ab adolescentia sua: Non igitur percuciam omnem animam sicut feci. Ac si diceret: Ecce nunc terræ maledixi propter homines. Nam propter homines diluuium induxi super eam, & illa quia repleta erat iniquitate eorum, penè fuit cum ipsis delecta, suamq; amisit formam, dum aquæ obtinuerunt eam. At illa nihil peccauerat. Sensus enim & cogitatio hominis, sensus inquam & cogitatio hominis præuaricatoris, & non ipsa terra insensibilis, prona sunt in malum ab adolescentia sua. Igitur non ultra faciam sicut feci, id est, non ita confusa uisione cum homine, qui solus peccat, terram quoque insensibilem, vel iumenta, quorum sicut nulla iniustitia, sic nullum peccatum est, delebo, ut nunc deleui. Sed quid? [Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hyems, nox & dies, non requiescent.] Talis annus qualis hic exiit ultra non erit, qui careat uicissitudine temporum, qui totus procellosis expendatur pluuiis, nullq; modificetur beneficio caloris aut temperamento hyemis, quo natura usq; iaciatur sementis, & nulla colligatur messis, sed erunt commodæ uices naturæ, nunc æstu, nunc frigore vicissim terras aut fara coquente. Nūquam ita confundetur naturæ uultus, aut situs mundi, cunctis diebus, id est, usque ad finem seculi. Hoc ergo de spiritu quidem pietatis est, quod odoratus est dominus odorem suauitatis, non quod carnum nidoribus oblectetur, nec enim caro ipse est aut corpus, ut talium ducatur odora tu, sed quia spiritus est, & in hostiis corporalibus offerentis cor intuetur, & si pius est contritione eius delectatur suauis dominus, plus quam homo corporali, quantumuis lauari odore mulceatur, iuxta quod scriptum est, quia sacrificium est deo spiritus contribulatus. Hoc, inquam, pietatis quidem est, quod sacrificium iusti in odorem suauitatis accepit, & quasi magno munere delinuit, dixit, nequaquam ultra maledicam terræ propter homines. Sed hæc eadem pietas dissoluta vel remissa non est, nec deposita disciplinæ uirga, pueris suis, si delinquant, impunitatem pollicetur, dum protinus subiungit huiusmodi rationem. Sensus enim & cogitatio cordis humani prona sunt in malum ab adolescentia sua, singulari sensus nomine, quinque sensus corporis significans, qui prona sunt in malum, præsertim ubi cogitatio cordis, qua restringi vel gubernari debuerant, & ipsa prona in malum eisdem sensibus, pro armis uirtutis ad opus malum. Deinceps namque terra quidem secunda sit, & quisquis sic super eam ambulat, ut sensus vel cogitatio eius non sint prona in malum: sed timeat solus ille homo, cuius sensus siue cogitatio sunt prona in malum. Etenim terra quidem deinceps in æternum stat, & potius aquæ quæ tunc homines deleuerunt cū terra, fortassis deficient omnino, iuxta illud quod in Apocalypsi dictum est, & mare iam non est, sed homines alio iudicio distincti, secundum propria merita singuli retributione recepturi sunt.

Psal. 50.

Apoc. 21.

*De eo quod cum dixisset: Sensus enim & cogitatio hominis in malum prona sunt, addidit: ab adolescentia sua.*

CAP. XXIX.

**S**anè cum dixisset, sensus enim & cogitatio cordis humani in malum prona sunt, bene addidit, ab adolescentia sua. Adolescentia namq; prima intelligibilis ætas est. Unde quod antecedit uitæ humanæ, tam naturali quam scripta lege, magis liberum est. Quod autem accedit ex tunc boni malique legitimum habet iudicium. Proinde & quidam sapientum seculi uitam hominis, Y græcæ literæ similem dixerunt, quæ ab uno ductu incipiens finditur in biuium. Sic namque homo in infantia vel pueritia simplicem graditur uiam, boni ac mali non perpendens distantiam: ubi autem adolescentiæ metas attingerit, utriusq; discretionem duce ratione, percipit. Unde si dextram elegerit, præmium consequitur uirtutis, si autem sinistram, poenas malorum incurrit. Unde & quidam poetarum maximus ait: Hac iter Elisium nobis, at leua malorum Exerget poenas, & ad impia tartara mittit.

Virg. li. 6. Æneid.

*De benedictione, in qua dictum est: Et terror uester sit super cuncta animantia terræ.*

CAP. XXX.

**B**enedixitq; deus Noe & filiis eius, & dixit ad eos: Crescite & multiplicamini, & implete terram, & terror uester ac timor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cœli, cum uniuersis quæ mouentur in terra. Hoc iam secundo, istis creaturæ reliquiis deus benedixit. Nā & paulo antè benedixerat eis, dicens: ingredimini super terram, crescete & multiplicamini super

CAP. I X.

super eam. Bene & fideliter. Nam propter dominum nostrum Iesum Christum, postquam resurrexit à mortuis, bis effusa est super homines abundantia supernæ benedictionis: gemino quippe dono, data est apostolis gratia spiritus sancti. Primò, quando datus est eis ab ipso insufflante, ac dicente: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Secundo, quando venit de cœlo idem spiritus sanctus in igne, apprensus illis, & super singulos eorum sedens, sic intrinsecus igniuit, ut de indoctis eruditos, de idiotis sapientes, & de timidis fortes efficeret. Unde & signanter in hac secunda benedictione dictum est, Et sit terror uester super cuncta animantia. Exinde namq; minis contonando, miraculis coruscando, uerbis pluendo, terribiles facti sunt omni homini bestialiter uiuenti. Notandum quippe, quod non dixerit, & sit terror uester super cæteros homines, sed super cuncta, inquit, animantia terræ, & super omnes volucres cœli. Hoc bene perspicientes huius nostri Noe filii, uel domestici ueri, terrorem suum non nisi super eos qui bestialiter uiuunt, exercere uoluerunt: nam in quantum rationabiliter uiuunt quique subditorum, intantum pares eos existimant sibi, uel etiam præferunt: quemadmodum Paulus ille uas electionis, dum dicit quibusdam: Non prædicamus nosmetipsos, sed dominum nostrum Iesum Christum, nos autem seruos uestros per Iesum. Iuxta literam ferè hæc eadem, in primis hominibus, Adam & uxore eius dicta fuerant, crescete & multiplicamini, & replete terram & subiicite eam, & dominamini piscibus maris & uolatilibus cœli, & uniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Sed hic additum est, ex largitate dei, dicens: [Omnes pisces maris manu uestre traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum.] Tunc enim dictum est solummodo sic: Ecce dedi uobis omnem herbam uirentem, afferentem semen super terram, & uniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, erunt uobis in cibum. Attamen felici adhuc & infirmitatis experti homini, tenuis ille victus, sufficientior extitit, quam infirmo nunc & moribundo carnum elus esse possit. Porro, hæc homini potestas super cuncta animantia nunc iure accreuit. Nam & tunc propter hominem condita, & nunc propter hominem reseruata duplici ex causa hoc ipsum homini debent, quod sunt. Igitur & si antehac absque ulla dei præcipientis auctoritate, hæc homo in cibum præsumplit, iam ex hoc nunc ante legem, & deinde per legem potestate accepta, iure sibi uendicat eadē in eum, ut is potius contra dei faciat imperium qui prohibere tentauerit, restat Apostolo, cum de quibusdam dicit. Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum in hypocrysi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentium nubere, abstinentium à cibis quos deus creauit ad percipiendum cū gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem: quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sequitur adhuc.

*De eo quod cum dixisset, omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum, addidit, quasi uolens uerentia tradidi uobis omnia, excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.*

CAP. XXXI.

**Q**uasi uolens uerentia tradidi uobis omnia, excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & de manu hominis, & de manu uiri, & fratris eius, requiram animam hominis. Qui effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe dei factus est homo. Bona & honesta exceptio dicens, excepto quod carnem cum sanguine, id est, nisi prius effuso sanguine non comedetis. Quare autem carnem cum sanguine non comedetis? Sanguinem enim, inquit, animarum uestrarum requiram. Mira argumentatio, nec uana tamen, sed grauissima, quam proposuisset de sanguine pecorum, carnem inquitens cum sanguine non comedetis, rationem continuo subiungens de sanguine hominis. Valet enim ad augendam æstimationem sanguinis humani, ut uidelicet non leue quis arbitretur, sanguinem hominis in os in conscientia ponere: cum sanguinem pecudis, non sibi liceat in os forinsecus immittere. Idcirco, & per legem de nouo mandauit, ut quando locus sanctuarii procul esset, funderetur in terram uictimarum sanguis, earum scilicet quas in proprios usus præparabant: quando uero sanctuarium præsens esset, funderetur in altari, sicut est in libro Deuteronomii. Sanguinem hostiarum uestrarum fundes in altari. Carnibus autem ipse uesceris. Hinc est illud in libro Regum: Erat uersus ad prædam, tulit oues & boues, & vitulos, & mactauerunt in terra, comeditque populus cum sanguine. Erat autem Saul: Præuaricati estis, &c. Si ergo præuaricati estis, brutum sanguinem ad os mittere, quanto magis abominatum esse debet homini, ueras mundicias profitenti, sanguinem hominis in conscientia recedere: Igitur ut ex comparatione minoris claresceret, quanti sit reatus peccatum homicidii, rectè cum dixisset, carnem cum sanguine non comedetis, statim subiunxit: Sanguinem enim animarum uestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis. Sed quomodo de manu bestiarum requirit deus sanguinem hominis? Nam quod de manu hominis requirit, dubium non est, de manu inquam uiri, quantumuis extranei, & de manu fratris eius, sicut sanguinem Abel requiuit de manu Cain, propter quem maxime (ut nonnulli perhibent) diluuium mundo

Iohā 20. Act. 2.

2. Cor. 4

Genes. 1.

1. Tim. 4

Leuit. 17

Deut. 12.

1. Re. 14.

munido induxit. Sed de manu bestię (verbi gratia) lupi fortē hominem fugulantis, quomodo sanguinem hominis requirit. Ergo vel hoc intelligendum, quod ipsa bestia p̄ se ab hominibus capta, p̄nas exoluunt: vel, quod rationabilis videtur, nomine bestiarum, maligni spiritus intelligendi sunt, qui pro morte animarum hominum, æternum accepturi sunt iudicium. Igitur qui cunq; effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius, quia omnis homicida punitur, sub auditur, nisi p̄nitentiam egerit. Hæc enim subauditio necessaria est in eiusmodi diuinis sententiis, vt (verbi gratia) anima quæ peccauerit, ipsa morietur, & similia.

Item de eadem re.

**H**æc exceptione seruata, quasi olera, inquit, virtutia tradidi vobis omnia, id est, impune trucidabitur, & manducabitur omnia quasi olera, quæ virentia quidem sunt, sed insensibilia. Olera nanque & quæcunq; eiusmodi, viuunt quidem per virorem, sed non ea vita est, quam recte dicere possis animam, licet Epicurei, quos imitati sunt etiam lordidissimi Manichæi, qui dixerunt, quod mortuo homine, anima eius in porcum vel canem, deinde in arborem vel fruticem seu quamlibet in herbam degenerando deuoluatur, & inde quoq; olera habeant animas eorum arbitratu. Quorum stultitiam Flaccus quoque nobilis Sartyicus irridens, cuidam dicit: Verum seu pisces, seu porrum, & cepe trucidas: Vtere Pompeio. Trucidas dicit, pro eo, vt diceret, comedis, quia videlicet iuxta sectam suam, tot animas trucidabat, quot quotidie porros aut cepe vel allia manducabat. Itaq; in carnibus manducandis nulla iniustitia est: Imò in non manducandis, nisi pro voto religioso fiat, superstitio est iniusta, qua nimium vñs fuisse fertur Pythagoras, qui non solum ab omni animali, verum etiam ab omni legumine abstinebat, præcipue à faba, quasi consanguinea, dicens, quod cocta sanguinis humani trahat colorem, vel quod viridis in p̄xide arca diu seruata, verratur in sanguinem. Quem itē irridens idem qui supra, dicit: O quando faba Pythagoræ cognata, simulq; vncta satis pingui ponent oluscula lardo. In tantum nanq; Pythagoras pro causa iam dicta, fabam quasi cognatam reputasse perhibetur, vt quadam die cum effugium non haberet, maluerit per medios latrones ire, quam per segetem fabæ. Sed iam huiusmodi ridicula per dei sapientiam explosa sunt, & diuinæ autoritatis valent seria, iuxta quæ & <sup>1. Tim. 4</sup> Apostolus dicit: Quia omnis creatura dei bona est, & nihil reiciendū, quod cum gratiarum actione percipitur. Omnia, inquit, tradidi vobis, & omne quod mouetur in terra & viuunt, erit vobis in cibum. Nullam hic mundorum & immundorum distinctionem fecisse videretur, nisi supra dicitur, quia tollens Noe de cunctis volucris mundis, obrulit holocaustum super altare: Sed & in loco suo hic idem Moyses, de huiusmodi legem daturus est discretionis.

Quid significet, quod tertio quoque dictum est: Crescite & multiplicamini.

**V**os autem crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram, & implete eam. Tandem & hoc tertio, vnus eiusdemque benedictionis verba super hominum reliquias ædita sunt. Sicut tertio columbam emisit ipse Noe, sic tertio nihilominus super ipsum & filios eius sermo benedictionis effusus est. Et recte, quia videlicet (vt supra iam dictum est) columba spiritus sancti gratiam significat: & benedictio dei, non aliud quam spiritus sancti effusio est. Igitur vnus idemque Noe & tertio columbam emittit, & tertio benedictionem accipit: quia videlicet vnus idemq; Christus, & quia deus est, spiritum sanctum mittit, & tribuit: & quia homo est, benedictionem, id est, spiritus sancti operationem, tam in seipso quam in suis accipiat membris. In seipso, dicitur de spiritu sancto concipitur ex vtero virginis, dum baptizatur & spiritus sanctus visibili specie super illum descendit, dum resurgit à mortuis, & ita ingreditur in gloriam regni sui, sicut in typum eius (vt superius iam dictum est) tertio fuit vnctus rex Dauid. In membris autem suis, dum per fidem eius in baptismo, quisq; nostrum remissionem peccatorum accipit, dum deinde manuum impositionem, dum tandem in resurrectione æternam pro eadem fide percipit remunerationem. Et notandum, quod in ipso benedictionis verbo triplici, pulchrè signantur hæc eadem incrementa huius gratiæ spiritus sancti. Primo nanq; dictum est: Ingreddimini super terram, crescite & multiplicamini super eam, secundo dictum est, crescite & multiplicamini, additumq; est, & sit terror vester super cuncta animantia terræ: tertio crescite & multiplicamini & ingredimini super terram, & implete eam. Vltimū hoc dictū cum primo penè vnū est, quia dictū est primo, ingredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam, hic verò crescite & multiplicamini, & ingredimini super terram & implete eam. Vnū inq; hæc esse videntur, sed ipso differūt ordine verborum. Illic prius dictum est, ingredimini super terram, ac deinde, crescite & multiplicamini super eam: hic autem prius, crescite & multiplicamini, ac deinde, & ingredimini super terram & implete eam. Illic itaq; ingredimini super terram inquit, & subauditur, ad operandum: hic autem, ingredimini, subauditur, ad regnandum. Sunt enim duæ prædestinatorum vocationes, altera, quæ vocatur ad fidem, de qua dicit Apost. Quos autem prædestinauit, illos & vocauit. Altera, quæ vocatur ad regnum, iuxta fidem euangelij, dicente rege his qui à dextris eius erunt: Venite benedicti

Sup. ca. 23.

Rom. 8.

benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Bene ergo in prima benedictione prius est ingredi terram, & sequens, crescere & multiplicari, quia videlicet qui præsentem ecclesiam ingredimur, crescere & multiplicari debemus, alios vocando, iuxta illud: Qui audit, dicat, veni. In vltima verò prius est crescere & multiplicari, & sequens ingredi super terram, & implere eam: quia profecto post omnia crementa vel multiplicationes erit illa ingressio in regnū dei, post quam iam nō est crescere & multiplicari, iam inq; nō est audire & dicere, veni. Horum medium est, vbi cum dixisset, crescite & multiplicamini, statim addidit, & sit terror vester super cuncta animantia terræ, quo videlicet secūda significatur effusio spiritus sancti, quæ (vt superius iam dictum est) sancti Apostoli fortes & feruidi effecti, non solum nō timuerunt, sed etiam timendi & terribiles cunctis bestialiter viuentibus esse meruerunt.

De eo quod dixit deus: Ecce ego statuam pactum meum vobiscū. Cap. XXXIIII.

**H**æc quoque dixit deus ad Noe & ad filios eius. Ecce ego statuam pactum meum vobiscū, & cum semine vestro post vos. Et nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii: Neq; erit deinceps diluuium dissipans terram. Dixitque deus: Hoc signum fœderis inter me & vos: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram. Vnū est quod hic nos in primis quærere oportet, scilicet pactū, quod vel quale sit, de quo dicit, ecce ego statuam pactum meum vobiscū, & cū semine vestro post vos? Neq; enim per se præsentem loco satis elucet, vbi vel quando pactum hoc statuerit, quæ rationes dati & accepti fuerint in constitutione pacti. Sine dato quippe & accepto, pactum non solet statui, nec minus q̄ inter duos sit, vt (verbi gratia) inter Abraham & regem Palestinorum Abimelech. Nam & ille puteū reddidit, quem vi abstulerant serui sui, & hic oues & boues, & præterea septem agnas gregis fœderis sum statutas pro testimonio dedit. Hic verò nulla condonatio est. Dicit quidem deus, nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuii, verum hoc non ipsa pactio vel cōstitutio, sed tenor fœderis est, quem ad modum illud quod prædictus Abimelech ab Abraham exegit dicens, ne nocuas mihi & posteris meis, stirpique meæ. Item & hoc dixit deus, ponā arcū meū in nubibus, verum hoc non ipsum fœdus, sed signū fœderis est. Etenim erit, inquit, signum fœderis inter me & inter terram. Præterea sciendū, quod non dixerit præsentem tempore, ecce ego statuo, sed futuro, ecce, inquit, statuam pactum meum vobiscū, & q̄ non tantū dixerit vobiscū, sed addiderit cū semine vestro post vos. Dicit quidem & postmodum, & erit signū fœderis quod constitui inter deum & omnem carnem super terram, sed illic quoq; pro futuro rectè accipitur præteritum, iuxta illud quod scriptum est. Qui fecit quæ futura sunt. Quærēdum igitur est hoc pactum, & clarum erit, quod quanti valeant cætera, quæ nunc ex ore dei procedūt. Dicimus itaq; quia pactum multoties quidem promissum, sed vnū & semel initum, pactum inq; vnū, quo solo inimicitia soluntur, quæ erant inter deum & homines, incarnatio vel passio Christi filij dei est. Illic absq; vlla contradictione certa est constitutio pacis cum ratione dati & accepti, dum accepta deus fide hominū, dat hominibus eundem Christum filium suum, vt saluentur per ipsum.

De pacto vel pacti signo.

**H**uius pacti duo tantum signa quidem præcipua, sed multæ promissiones vel significatio nes præcesserunt. Primum est signum quod nunc datur, dicente deo, hoc signum fœderis inter me & vos, arcū meum ponā in nubibus, secundum quod datur Abraham, ab eodem dicitur: Circumcideris carnem præputij vestri, & erit signū fœderis inter me & vos. Vbi notandū illud, quod signū pacti, nonnuncq; rectè dicatur pactū, quia videlicet cū dixisset, hoc est pactū quod obseruabitis, circumcideris ex vobis omne masculinū, continuo subiunxit, & circumcideris carnem præputij vestri, vt sit signū fœderis inter me & vos. Sed de hoc suo loco plenius dicendū erit. Nūc de isto, scilicet arcu dei videndum, quomodo illius vnici pacti vel fœderis signum sit.

De eo quod in Christo pactum suum cum hominibus deus fecerit, & quod pacti eius illud quod cum Noe pepigit, signum fuerit. Et de arcu, qui græcè iris dicitur, id est, pax.

**I**neo deus pactum cū hominibus pepigit, per Christum filium suum, quod illo in cruce moriente nos sibi reconcilians, lauit nos à peccatis nostris & in sanguine eius, deditq; nobis per illū sanctū Charitatis suæ spiritū, dedicās illū, quo renasceremur, aquæ & spiritus sancti baptisimū. Talis nāq; Christi filij dei arcus iste, qui in nubibus apparet, signū est. In eo quippe multi quidē & penè innumeri colores videntur, sed præcipui sunt & magis hi duo apparent, ceruleus & igneus. Ceruleus aquæ baptisimum quo viliibiliter abluimur, igneus spiritum sanctū significat, quo inuisibiliter peccata nostra consumuntur: vt ab vtriusq; secernamur, & ab illis qui præterito aquæ diluuiō perierunt, & ab illis qui futuro ignis iudicio perituri sunt. Igitur signū fœderis, id est, signum filij dei, & propter electos iudicati & super reprobos iudicaturi, arcus iste in nubibus celi. Et istud quidem signum est in nubibus, quod non adiciat deus vltra perdere aquis diluuii omnem carnem: ipse autem deus, quem nubes iucepit, qui que vltra nubes, & super omnes cœlos eleuatus est: Ephes. 2.

K

signum

signū æternæ recordationis est in oculis dei patris, & sempiternū memoriale nostræ pacis: vt ã, postq̃ ille in carne sua inimicitias soluit, firmæ sint amicitie dei & hominum, non iam seruorū, sed amicorū & filiorū dei. Rectè itaq; cū dixisset, & nequaquā vltra interficiet omnis caro aquis diluuii, addidit, neq; erit deinceps diluuiū dissipans terrā, quia nec terra vltra delebit diluuiū aquarū: nec nostra caro post resurrectionē vllō turbabit diluuiū miseriarū vel passionū inundantiū. Hoc inquit, signū inter me & vos & omnē animam viuētē, quæ est vobiscū in generationes sempiternas. Nam istud quidē signum cum nubibus trāsibit, ipsū autem scædus, cuius signum est, id est, memoriale nostræ redēptionis, in sempiternū permanebit in conspectu patris in carne filii eius, in cicatricibus vulnerum manuum, pedum, & lateris eius. Vnde & quia ipse est pax nostra, bene hoc signum foederis Græcè dicitur Iris, id est, pax. Cuius causas ignorantes, curiosi mundi huius philosophi, dicunt eum fieri casualiter ex obiectu solis cauē nubi radios suos infundentis, sed quo quo modo fiat, opus dei est, non casu, sed ratione, pro signo se exhibens diuinæ recordationis.

*De tribus filijs Noe, & cur non dixerit maledictus Cham, sed maledictus Chanaan.*

CAP. XXXVII.

**E**Rant igitur tres filii Noe, qui egressi sunt de arca, Sem, Cham, & Iaphet. Porro Cham ipse est pater Chanaan. Ipse est, inquit, pater Chanaan, subauditur, habitatoris terræ huius, quam tu, o Israel, ingredieris possidendā. Non enim, quod vel solus filius vel primogenitus fuerit hic patris sui Cham, iccirco dixit scriptor, ipse est pater Chanaan, sed quia cæteris gentibus hanc nosse debebat Israel, cum qua sibi caula grandis erat. Cuius videlicet gentis maculam antiquam continuo scribere properat, vt non adeo mirū sit vel incredibile, quod illā ad ingressum eorum terra euomere debeat. At ergo, [Coepitq; Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensq; vinum, inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foris, & cætera.] Hoc enim ad ignominiam gentis multum proficit, quod ob seruilē patris nequitiam traxerit ex illo hæreditariam maledictionis pœnam. Proinde semel, & secundo, atq; tertio gentem eandem hic percussit dicendo. Porro, Cham ipse est pater Chanaan. Ac deinceps. Quod cum vidisset Cham, pater Chanaan, scilicet verenda patris sui nudata, nunciauit duobus fratribus suis foris. Nam hic aduersariam gentem nominare in tali patris eius nuncio, grauis exprobatio est. [Deinde cum euigilasset Noe & didicisset quæ fecerat ei filius suus minor, maledictus, inquit, Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.] Maledictus Chanaan dixit, cum non dum natus vel non solus esset ille filius Cham. Adeo posteros Chanaan detestatur, vt totum maledictionis illius opprobrium vel pœnam in illos redundare pronunciet. Minorem quoque illum appellat, qui patris pudenda diuulgauerat, cum fuerit natu medijs, minorem inquam, nō tam ætate quam pro vitio & morum indignitate. Seruus seruorum, inquit, erit fratribus suis. Nō dixit solum, seruus erit, quo nomine interdum etiam bona vel voluntaria seruitus solet significari, sed seruus seruorum, inquit, erit: quo additamento seruitus extrema, imo seruilis nequitia solet exprimi, nisi cum subiectione dei, dum per egregiam humilitatem seipsum proficitur quis seruū seruorum dei. Hæc narratio iam in præsentī dum scribitur, valet eis quibus scribitur, vt delicta ad corroborandos eorum animos, scientes quod hostem eorum Chanaan iam dudum oderit deus. Idem enim est ac si diceret. Confortamini & estote robusti. Sicut enim iam fecit deus Cham in filio eius Mesraim, hoc est, Aegyptiis (de Mesraim nanque secundo filiorum Cham nati sunt Aegyptii) quos deus propter nos afflixit variis plagis, & in mari rubro tandem obruit: sic multo magis faciet eidem Cham in isto filio eius Chanaan, id est, in istis populis, cōtra quos deo duce proficiscimini, qui de illo nati sunt. Nā & antequam fieret pater vester Abraham, maledictus & seruus vester fore pronunciatuſ est iste Chanaan, dicente adhuc eodem patre, propter eū quem propheticō spiritu præuidebat, patrem vestrum Abraham. [Benedictus dominus deus Sem,] id est, deus Abraham, Abraham quippe natus est de Sem, [sit Chanaan seruus eius.] Ne ergo dicatis, nequaquam ad hunc populum valeamus ascendere, quia fortior nobis est, vel quia proceræ staturæ est, ne inquam hæc vel huiusmodi dicatis, quia reuera populus maledictus est, vobisque seruus & tributarius erit, sicut per patrem Noe prophetatum est. Sciendum quippe, totum illud esse in spiritu prophetiæ. Nam quia de Sem nasciturus erat vnus dei cultor Hebræorum populus, iccirco dixit: Benedictus dominus deus Sem. Quia verò de Iaphet diuidendæ erant insulæ gentium, & earum plenitudo per fidem ventura & habitatura erat in domo dei Iudæorum, non quidem dixit: Benedixit dominus deus Iaphet, quia falsos & multos deos coluerunt, sed [dilatet, inquit, deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem.] His iuxta litteram dictis, altiorem sensum ponamus, iuxta quem & huius, id est Iaphet, idem Chanaan sit seruus, quia de isto quoq; dictum est, sit Chanaan seruus eius.

*Item mysticè de ebrietate Noe & de nudatione eius, quod per illā humilitas passionis Christi significetur, quam despicit Cham, id est, quiuis hæreticus.* Cap. XXXVIII.

Quam

**Q**Vam vineam dominus deus noster, qui (vt sæpè iam dictum est) per Noe figuratur, plantauerit, incognitum esse sacra scriptura non sinit, verbi gratia cum dicit: Vineam de Aegyptio transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam: dux itineris fuisisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. Et in Elia: Vineam facta est dilecto meo in cornu filio olei, & sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea, & expectauit vt faceret vvas, & fecit labruscas, &c. Item, nec illud latere potest, quod illa vinea bene plantata & decora prius, postea in amaritudine vitis aliē enē conuersa, ipsū plantatorem amaro mortis poculo potauit, & cōsummata amaritudine inebriauit, ita vt obdormiret somno mortis, nudatus. i. infirmus vel passibilis inuētus, quippe qui in similitudine hominum factus, & habitu inuentus est vt homo. Realiter quoq; dicitur, Iohā. 19. obrulsi myrrhatum, vinum vel acetum cum felle mixtum. Igitur Noe de vinea quam plantauit ipse, inebriatus est, & in tabernaculo suo nudatus, ipse est Christus, à populo, cui legem dedit, ipse morte affectus, & in eadem gente sua despectui habitus, vnde & gemebundus Eliaſ loquitur: Non est species ei, neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus. Et desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & cæ. Quicumque hæreticus sub Christiano nomine, propter eiusmodi infirmitates, Christum dei virtutem & dei sapientiam, verum deum, de deo vero negat ante secula natum, is est Cham, quod interpretatur calidus, videlicet impatiens, semperq; calens ad rixam, atq; contentiosus, qui & infirmitate patris nunciat foris: luxta quod Iohannes de huiusmodi: Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis, dum negans in Christo quod virtutis est, illud solum prædicat quod est infirmitatis & turbam facit. Contra, qui susceptam à virtute dei, nostram infirmitatē dignè venerantur, scientes quia quod infirmus est dei, fortius est hominibus, ipsi sunt Sem & Iaphet. i. in clivis atque dilatati. Sem quippe in clivis siue nominatus. Iaphet verò latitudo interpretat. Maiores siue doctores atq; prælati in domo huius Noe. i. in ecclesia Christi nominati sunt & in clivis: auditores verò siue subditi, q̃ plurimi sunt, & iccirco nomine Iaphet, id est, latitudinis, rectè intelligēdi sunt. Tertius est Cham. i. ceterua fallorum fratrum. Præter has hominū partes nulla inuenitur in filiis Noe, id est, qui Christiano censentur nomine. Et duæ quidem saluæ sunt, nam tertia perit, sicut habemus in Apocalypsi, vel quia proiecti cauda draconis qui trahebat tertiam partem stellarū cœli, vel quia ad cantum tubæ angelicæ, tertia pars creaturæ interiit. Quomodo illi, qui per Sem & Iaphet designantur, illam infirmitatem honorant, quam in Christo hæretici despiciunt: Dorso auersi, pallium imponentes, infirma patris operiunt, id est, reuerenter præteritas passiones domini recolentes, venerando sacramentorum ordine vestiunt, qualia in domo dei agere sanctum, intelligere pium est. Hoc primi fecerūt apostoli, & deinde apostolici viri, atque cum illis, & post illos omnes religiosi obseruant, & fideles Christiani. Illis ergo rectè seruus seruorum est Chanaan, id est, omnis hæreticus, quia videlicet dum blasphematur & contendit, imò etiā cor poraliter persequitur (quod maxime furor fecit Arrianus) illorum gloriæ seruit, & perficiendis coronis famularur. Et bene dictum est, maledictus Chanaan, & non maledictus Cham, quia videlicet dum in futurum seculum pœna illorum referuatur, quasi non in semetipsis, sed in posteris suis puniuntur. Interpretatur autem Chanaan, motus eorum. Quæ interpretatio talibus congruit, quia pro motu, id est, pro opere patris sui maledicti sunt.

*Quæ sint mysticè tabernacula Sem, in quibus habitauit Iaphet.* Cap. XXXIX.

**D**ilatet deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Iam quia notum, & supra iam dictum est, in Sem Iudæos, in Iaphet verò Gentes, quæ promissiones Iudæorum consecuturæ erāt, benedicti propheticō spiritu patris: certius nunc scire licet, quæ sint tabernacula Sem, & quo introitu admissi, coeperit in illis habitare Iaphet. Tabernacula Sem, priuilegia sunt Iudæorum, quæ Apostolus his verbis enumerat: Quorum est, inquit, ad proprio filiorū, & gloria, & restamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. In his ille populus aliquando habitabat solus, nam nos gētes foris eramus. Eratis enim (inquit idem Apostolus) in illo tēpore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis sp̃e non habentes, & sine deo in hoc mundo. Hæc enim omnia vnus Hebraicę linguę clausura tenebat, quæ in diebus, quibus diuisio vel confusio linguarum facta est, remansit in domo vel familia Heber, vnde & lingua ista Hebraica dicta est. Itaque hæc quæ prædicta sunt, apertè vocatur hic tabernacula Sem, id est, non quod cunctæ generationes Sem in illis habitauerint, sed pars, videlicet pars populi Israel, qui per Abraham descendit ex Heber pronepote Sem. Porro, de Iaphet nati sunt Græci & Latini: filii nanque Iaphet fuere septem, Gomer, à quo Galathæ: & Magog, à quo Scythæ: & Madia, à quo Mædi: & Nauan, à quo Iones, qui & Græci, vnde & mare Ionium dicitur: & Tubal à quo Itali: & Hiberi, qui & Hispani, à quibus Celtiberi: & Mesoch, à quo Cappadoces, vnde & vrbs apud eos Mazecha dicta est: & Tyras, à quo Thracæ, quorum non

K ii

fatis

fatis immutatum vocabulum est. In his, & in cunctis penè gentibus Græca & Latina lingua prin-  
cipatum obtinent, altera videlicet propter sapientiam Græcorum, altera propter potentiam Ro-  
manorum, per quas aperta sunt tabernacula Sem gentibus vniuersis: ad inhabitandum, quia vi-  
delicet per illas, annitentibus multis translatoribus, scripturarum scientiam & perinde vnius  
dei noticiam apprehenderunt. Et Iudæi quidem, quibus illa tabernacula primum ædificata fue-  
rant, & nonnulli quoque de cæteris gentibus tabernacula Sem introierunt, sed generationes Ia-  
phet, quibus maxime Europa possessa est, habitando præualuerunt.

**F** Item de tribus filiis Noe, quod eorum generatione tres mundi partes impletae sunt. *Ca. XL.*  
Illi Cham, Chus, Mesraim, & Futh, & Chanaan. Chus vsque hodie ab Hebræis Aethiopia  
nuncupatur: Mesraim Aegyptus: Futh, Lybies, à quo & Mauritanie fluvius vsque in præsens  
Futh dicitur, omnique circa eum regio Futhensis. Porro Chanaan (vt iam dictum est) obrinuit ter-  
ram, quam Iudæi deinceps possederunt, ceteris Chanaanæis. [Filius Sem, Elam, & Assur, & Arfa-  
xat, & Ludim, & Aram.] Hi ab Euphrate fluuio partem Asiae vsque ad Indicum oceanum tenent.  
Est autem Elam, à quo Elamitæ, princeps Persidis: Assur Ninium ciuitatem condidit: Arfa-  
xat, à quo Chaldæi: Ludim à quo Lydia: Aram, à quo Syri, quorum metropolis est Damascus.

Singulas gentes quæ de his tribus filiis Noe disseminatæ sunt, prosequi longum est. Hoc ad  
summam compendio dictum sit, quia Sem in filiis suis Asiam, & Cham maxime Lybiam, & Ia-  
phet Europam possederunt, vt tres partes mundi, à trium generatione implerentur, in quibus etiam  
ecclesia Christi sanctæ trinitatis fide explananda præmonstrabatur.

*De ædificatione turris Babel.*

**E** Rat autem terra labii vnius, & sermonum eorundem. Cumque proficiscerentur de orien-  
te, inuenerunt campum in terra Sennar, & habitauerunt in eo. Dixitque alter ad proxi-  
mum suum: Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni, &c. Jam superius vbi septem filios  
Iaphet in ordinem digessit, ita subiunxit: Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis,  
vniquisque secundum linguam & familias suas. Hoc per regulam, quam Ticonius recapitulatio-  
nem appellat, colligendum vel continuandum est, quia videlicet illi non dictum est quali-  
ter diuisæ fuerint, & hic iterum repetitur, vt narretur quomodo vel quam ob causam diuisio vel  
confusio eiusmodi facta est. Erat, inquit, terra labii, i. lingue vnius, & sermonum eorundem, scilicet  
quia quicquid sermones vel singule voces, in omni terra significabant idem. Inuenerunt, inquit,  
campum in terra Sennar, ipsum campum quem inuenerunt, scriptura nunc vocat Sennar, scilicet  
ab euentu, locum congruo nomine significans, interpretatur enim Sennar excussio denti-  
um, vel fœtor eorum, videlicet excussio dentium, id est, sermonum siue verborum quæ sine denti-  
bus non fiunt. Plurimum namque dentes iuuant ad loquendum, qui tunc illis quodammodo excus-  
si sunt, quando solita loquendi facultatem dentati, i. superbi vel fortes illi perdididerunt. Nihilominus  
rectè dicitur & fœtor eorum, quia videlicet fœtor superbiæ eorum tali ausu vsque ad naves  
dei miserunt. Cuius sicut humilitas, vel spiritus contribulatus, sacrificium est in odore suauitatis: sic  
contra, superbia fœtor horribilis est. Cuius eorum superbiæ mirandam magnitudinem scriptura  
insinuans, introducit deum descendente, vt videat ciuitatem & turrim, quæ ædificabant, inquit,  
filii Adam, & dicentem: [Ecce vnus est populus, & vnū labium omnibus. Coeperuntque hoc face-  
re, nec desisterunt à cogitationibus suis, donec eas opere cõpleant. Venite igitur descendamus, &  
confundamus ibi linguam eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui, &c.] Descen-  
dit vt videret, de illo ait scriptura, qui omnia scit anteq̃ fiant, & nusquam abest, quia videlicet & cau-  
sa talis erat, quam indiscussam cœlestis iudicium nullatenus omittere deberet, & sic loqui debuit  
scriptura, vt nil temerè esse credendū insinuarer. Si enim is qui omnia scit, descendere hic dicitur  
vt videat, & alibi dicit, clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccatum  
eorum aggrauatum est nimis, descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere  
compleuerint, an non est ita, vt sciam: quanto magis homo qui falli potest, anteq̃ sententiam  
proferat, rem diligenter inuestigare debet? Et notandum, quod hic illos appellat filios Adam,  
potest quidem idem intelligi cum dicit, quam ædificabant filii Adam, ac si dixisset filii hominum,  
quoniam Adam apud Hebræos communi genere homo dicitur, sed hoc loco sic voce, sic &  
sensu, ad eundem qui primus fuit conditus debet referri. Ita namque acrius multo percutit eos, qui  
dixerunt, & celebremus nomen nostrum, & turrim superbiæ, qua cœlum attingerent ædificare  
coeperunt: quia videlicet hoc modo specialiter imitabantur præuaricationem Adæ, qua diabo-  
lum securus est, dicentem: comedite, & eritis sicut dii, & hoc modo æquè vt ille ascendere vo-  
luit super altitudinem nubium, & esse similis altissimo.

Gene. 12

Esai. 14

*De confusione linguarum, & quod per donum spiritus sancti omnes lingue  
rursus adunatæ sunt in ore Apostolorum. Cap. XLII.*

**E** Cce, inquit, vnus est populus, & vnum labium omnibus. Coeperuntque hoc facere, nec desi-  
sterunt à cogitationibus suis, donec eas opere impleant. Ergo ne, si illa facultas mutæ lingue  
sublata

sublata non fuisset, cogitationes suas opere implere, id est, turrim tantæ altitudinis, quousque  
trueret cuius culmen in cœlum pertingeret? Non vsque ad cœlum æthereum, cuius altitudinis  
stadia geometræ coniecturis suis numerare non possunt, sed fortè ad cœlum aerium, à quo volu-  
eres cœli dici confueuerunt. Cum ergo de stulta eorum præsumptione dicit deus, nec desisterunt à  
cogitationibus suis, donec opere impleant, subaudiendum est, quantum in ipsis est. Satis enim di-  
abolus imitatur dicentem: Ascendam super altitudinem nubium, qui quantum potest, extol-  
lit se aduersus deum altissimo. Venite igitur (inquit dominus) descendamus & confundamus  
ibi labium eorum, vt non audiat vnusquisque vocem proximi sui. Tanquam diceret: Inueni, in quo di-  
gnè quod merentur iuxta modum culpæ retribuam eis. Quoniam peruersa via tendunt ad cœ-  
lum: veram viam abscondamus ab eis, qua veraciter itur ad cœlum. Etenim cum hæc diceret de-  
us, futurum erat, vt sanctam per hunc famulum suum Moysen conderet scripturam, vnius dei  
continentem noticiam, qua sola verè itur ad cœlum. Vna autem tantum scribendi lingua erat  
quæ vsque tunc omnium erat, quæ & hæcenus dicitur Hebræa. Vt igitur cum data fuerint illæ  
margaritæ cœlestis doctrinæ, non conculcentur à porcis huiusmodi: venite, inquit, confundamus  
ibi labium eorum. Hoc tam mirandæ vindictæ incommodum, quo maxime homines, à semetip-  
sis diuiduntur, solus facere potuit deus. Proinde cum dicit pluraliter, venite descendamus, con-  
fundamus, non angelorum multitudines ad auxilium cohortatur, sed ad feriendam superbiam  
se adesse testatur tota trinitas & vnus deus. Quod ex opposito remedio magis liquet. Vbi enim  
in ore apostolorum omnia reuocantur genera linguarum, eadem trinitas sese aperit hominibus  
& ea die, primum in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, humiles hominibus baptizantur, quæ  
vera structura est altissimi turris, qua in cœlum fugiat homo deo conregnaturus.

Acto. 2

*De Nemroth, quem Iosephus eorum principem fuisse asserit, qui turrim  
ædificauerunt. CAP. XLII.*

**H**orum principem Iosephus Nemroth fuisse asserit, de quo superius dicit scriptura: Et Chus  
genuit Nemroth. Iste coepit potens esse in terra, & erat robustus venator coram domino. Po-  
tens, inquit, coepit esse in terra, & robustus venator erat, quia prius in populo insuetam tyrannidem  
quasi venado arripuit. Regnavitque in Babylone, quæ ab eo quæ ibi cõfusa sunt lingue turrim ædi-  
ficantur, Babel appellata est. Babel enim interpretatur confusio. Regnavit autè & in Arach, hoc  
est in Edissa, & in Achad, quæ nunc dicitur Nisibis, & in Calamne, quæ postea verso nomine, à  
Seleuco rege, dicta est Seleucia. De terra illa exiit Assur, & ædificauit Ninuè & Roboath ciuita-  
tem. Vbi non putemus duas vrbes esse significatas, sed quia Roboath interpretatur platea, ita  
legendum est: Et ædificauit Ninuè & plateas ciuitatis. Dictaque est Ninuè à Nino, Beli filio.  
Interpretatur autem Nemroth tyrannus siue transgressor, significatque diabolus, qui in hoc mun-  
do tyrannidem arripuit, quam & in cœlo meditari ausus fuit, dicendo: Ascendam super altitu-  
dinem nubium, similis ero altissimo. Et ob hoc reuera exiit prouerbum: Sicut Nemroth robu-  
stus venator coram domino: subauditur, sic est omnis, qui extollit in altum cornu suum, qui lo-  
quit aduersus deum iniquitatem. Dum cum exemplo illius celebrare se putat nomen fuit, potius  
sempiternum ecotrario conquirat opprobrium. Ipsa quoque ciuitas siue turris, cuius extruendæ prin-  
cipis ille fuit Babel, i. confusio, passim in scripturis spiritali significat ciuitatem diaboli, con-  
trariam ciuitati dei, Vocatur enim & est illa Babylon meretrix, quæ sanguine sanctorum bibit, &  
contra ciuitas dei Hierusalem, id est, visio pacis, in qua pacifico & vero regi, in gremium & vltra  
conregnabunt omnes pacifici, veri beati, quia vocabuntur & erunt filii dei.

Gene. 10

Esai. 14  
Psal. 74

Math. 5

Finis libri Quarti in Genesim.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENE-  
SIM Commentariorum Liber Quintus.

*Quod in Abraham tertiæ ætatis mundi initium fuerit. CAP. I.*

**S**crutamini scripturas dicit Iudæis ipsa, quam in scripturis habemus, vita, Chri-  
stus filius dei viui. Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere.  
Quid deinde? Et illæ sunt, inquit, quæ testimoniū perhibent de me. Hoc nobis præ-  
senti opere facere propositum est, & ecce scrutando ad eam partem agri perueni-  
mus, de qua rectè dicas, habet argentum venarum suarum principia, in qua situs  
est plurimus testimoniorum eius aceruus, argenteus, scilicet ad Abraham patrem credentium  
& secundum nomen suum patrem multarum gentium, ad quæ primum eius de beati feminis re-  
promissio facta est. Propter quod & initium est alterius, id est, tertiæ ætatis mundi, in qua Christus  
repromissus est, & lex per Moysen data, cui si crederetis (ait ipse) crederetis forsitan & mihi, de me  
enim ille scripsit. Hic sciëntia est, & proinde tertio loco, à spiritu timoris spiritus sciëntiæ ponit, quia  
Iohan. 5.  
Iob. 28  
Iohan. 5.  
K iiii  
tertia



certia mundi ætate, scientiam magnæ salutis & repromissionis, sermone & legis conscriptione deus hominibus tradidit. Hanc igitur ætatem ingressuri, sanctum scientiæ spiritum inuocamus, in quo sensu congesit, eodem inuenire & proferre nos faciat repositum in hoc agro thesaurum testimoniorum Christi filii dei.

*De Abraham, quod (ut aiunt plerique) de Hur Chaldaeorum, id est de incendio, dei auxilio liberatus sit.*

**D**ixit autem dominus ad Abraham: Egredere de terra & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam monstrauero tibi, faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi: & multiplicabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Abram quod interpretatur pater excelsus, Hebræus erat ex Heber, cuius in domo vel familia remanserat lingua primitiua, quæ extunc ab eodem dicitur Hebræa, natus anno centesimo nona gesimo primo, à natiuitate Faleg, cuius in diebus terra diuisa est: à diluuium autem cccxci. à Sem filio Noe decima generatione æditus. Sem namque genuit Arfaxath, Arfaxath genuit Sale, Sale genuit Heber, Heber genuit Faleg, Faleg genuit Reu, Reu genuit Saruch, Saruch genuit Nachor, Nachor genuit Thare, Thare genuit Abram. Chainan, quippe qui apud Lucam euangelistam inter Arfaxath & Sale ponitur, in Hebraico non habetur. Porro causam cur tali viro terra sua, i. terra Chaldaeorum, digna non fuerit: hanc Hebræi tradunt, & ecclesiastici illustres viri veram esse defendunt, scilicet quod Abram in ignem missus fuerit, eo quod ignem adorare noluerit, quem Chaldæi colunt, & dei auxilio liberatus, de idololatriæ igne profugerit, & hoc esse quod dictum est, mortuus est Aram ante Thare patrem suum in terra natiuitatis suæ in Hur Chaldaeorum, quod videlicet ignem nolens adorare consumptus sit. Nam Abraham, inquit, eodem vallatus incendio, dei auxilio liberatus est. Vnde & postmodum eidem dominus: Ego, inquit dominus, qui eduxi te de Hur Chaldaeorum. Alioqui indissolubilis (aiunt) erit quæstio in eo quod dictum est postmodum, septuaginta quinque annorum erat Abram cum egrederetur de Aran. Si enim Thare pater Abram, cū adhuc esset in regione Chaldaeorum, septuaginta annorum post mortem eius Abram exiens de Aran septuaginta quinque annorum fuisse memoratur, cum à natiuitate Abram usque ad mortem patris eius, centum triginta quinque anni fuisse doceantur. Igitur vera est illa Hebræorum traditio, quod egressus sit Thare cum filiis suis de igne Chaldaeorum, & quod Abram auxilio dei sit liberatus, & ex illo tempore ei dies vitæ & tempus reputetur ætatis. Potest tamen rectè intelligi, quod Thare cum suis omnibus statim quidē post persecutionem venerit in Aran: & cum propoliuisset ire in terram Chanaan, illic remoratus sit: Abram autem, iubente deo, ut egrederetur de terra & de cognatione sua, egressus sit. Sic enim se habet ordo narrationis.

*Cur non dixerit deus solum: Egredere de terra tua, sed addidit, & de cognatione tua.*

**T**vlit itaque Thare Abram filium suum, & Loth filium Aran filii sui, & Sarai nurum suam uxorem Abram filii sui, veneruntque in Aran & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Aran. Dixit autem dominus ad Abram subauditur cum venisset in Aran, viuente adhuc patre eius Thare, scilicet, Egredere de terra & de cognatione tua, & cæter. Cur enim non dixit solum: Egredere de terra tua, sed addidit, & de cognatione tua: nisi quia alibi terra, & alibi cognatio eius erat? Siquidem terra eius Chaldæa erat, cognatio autem eius nunc in Aran, id est, in Syriam, profugiendo deuenerat. Quod ergo cū dixisset, egredere de terra, addidit, & de cognatione tua, idem est ac si diceret: Sicut de terra Chaldaeorum corpore egressus es, animo quoque sic egredere, ut nunquam illuc redeas, insuper & hinc, ubi nunc habitas, egredere de cognatione tua. Nam quod in Aran, id est, in Syria, cognatio Abram illo egrediente reledit, & ibi coaluerit, illud satis indicio est, quod seruus Abraham adiuratus ab eo dicente: Non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanæeorum inter quos habito, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac: Proficiscaris (inquit scriptura) perrexit Mesopotamiam Syriæ ad urbem Nachor. Ad terram & ad cognationem meam, inquit, proficiscaris: quia videlicet cum hæc diceret, iam cognatio eius cum Syria gente commixta fuerat, iamque illam terram pro sua habitabat. Vnde & usque hodie Syria lingua Hebrææ cognata, i. ex magna parte similis est. Sed iam promissionis verbum audiamus.

**F**aciamque te, inquit, in gentem magnam, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Ex hoc iam pater excelsus Abram propheta est. Etenim sancti omnes viri, quos propheta nominali nomine honorat domus dei, ex eo propheta dicuntur & sunt, quod præscire meruerunt incarnationem filii dei, Ecce autem huic primo reuelat deus illud secretum consilii sui, dum dicit, atque in

atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Non aliam sine dubio benedictionem hic commemorat, nisi illam, qua per semen Abraham (quod est Christus) in omnes gentes gratia spiritus sancti effusa est. Ergo iam propheta Abraham, propheta Isaac, propheta Iacob, sed maiore patri archarum nomine, hoc ipsum nomen in illis penè opertum est. Sed dicit deus ad Abimelech regem Geraræ de Abram: Nunc ergo redde uxorem viro suo, quia propheta est, & orabit pro te, & viues. Et in psalmo, tam de isto quæ de cæteris patriarchis eius posteris. Et corripuit pro eis reges, & subauditur dicens: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari. Nō ergo quia breuiter dictum est, parum esse putemus quod huic reuelatum est, sed paruulæ sermonis huius aperientes thecam, quid habeatur intrinsecus, diligentius contemplemur.

*Qualem mercedem, vel quod præmium proposuerit illi deus, iubendo ut egrederetur.*

**Q**uasi operarium electum deus ad operandum conducent, cum dixisset: egredere de terra & de cognatione tua, continuo sperandam quasi taxando mercedem, primo ait, faciamque te in gentem magnam: deinde, & benedicam tibi, necnon & addidit, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: tandemque, atque in te (ait) benedicentur vniuersæ cognationes terræ. In omnibus iis nec vnum iota, vel apicem vnum vacare, aut carere rei pondere, certo arbitremur. Faciamque te, inquit, in gentem magnam. Non dixit, gentem multam. Etenim gens illa quæ promittitur, quæ pro benedictione nunc offertur, comparatione aliarum gentium, nō valde multa futura erat. Non (inquit Moyses) quia cunctas gētes numero vincebatis, vobis iunctus est dominus, & elegit vos, cum omnibus litis populis pauciores: sed quia dilexit vos dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris. Bene ergo non ait, faciamque te in gentem multam, sed in gentem magnam. Nam verè magna gens, cuius dominus deus eius, quam magnificauit, & honorauit magnus dominus, de qua magnos patriarchas atque prophetas vel scribas peritos, ac diuersorum meritorum magnos viros habemus, per quos veram dei magnitudinem cognouit mundus. Et benedicam tibi, inquit. Norandus ordo verborum. Si enim prius dixisset, benedicam: & deinde subiunxisset, faciamque te in gentem magnam: fortè benedictionem in eoduntaxat promitti putarem, ut generatio carnis ex eo propagaretur. Nunc autem prius in gentem magnam fore, & tunc benedici promittitur, ut videlicet illam intelligas benedictionem, de qua propheta canit in psalmo: Etenim benedictionem dabit legislator, quæ vtrique quia post legislationem datur, illa debet intelligi gratia spiritus sancti, de qua Iohannes dicit: Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Sequitur ergo & superaddit quod muniter omnibus fidei eius sequacibus promissa vel data est. Sed hæc benedictionis gratia cōmunit magis proprium sit. Et magnificabo, inquit, nomen tuum, erisque benedictus. Magnificatio namque est hodie nomen Abraham, videlicet cum nomine dei magno & tremendo, dum per orbem terrarum prædicatur nominis dei talis definitio: Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Vera magnificentia nominis Abraham hæc est. Vnde & Apostolus: Ideo, inquit, deus non confunditur eorum vocari deus. Itaque magnificabo (ait) nomen tuum, erisque benedictus, videlicet ut nomen tuum in ipsa inuocatione nominis mei magnificè commemoretur, & ita eris benedictus, ut quicunque tibi maledixerit, e contrario ille sit maledictus. Maledicam enim, inquit, maledicentibus tibi, & benedicam benedicientibus tibi. Veruntamen quoniam hæc promissio sic terminatur, atque in te benedicentur omnes cognationes terræ, & quod ait in te, oportet intelligi in semine tuo, sicut & in repromissione tandem dicturus est, possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, rectè sic accipitur: & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus, ut hoc sit, magnificabo nomen seminis tui, dando illi nomē quod sit super omne nomen, quod apostolus confitens: Qui est, inquit, super omnia deus benedictus in secula. Si enim Leui cū adhuc esset in lumbis huius patris, decimatus esse rectè dicitur, eodem Apostolo dicente, & ut ita dictum sit, per Abraham & Leui, qui decimas accipit, decimatus est, cur non & Christus rectè promissiones accepisse dicatur in eo, cuius & ipse in lumbis erat secundum carnem: Cum ergo dicitur Abraham, atque in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ, rectè Christo dictum accipitur, tanquam ita diceretur. Postulabis à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.

*Quomodo egressus est iuxta Apostolum, nesciens quo iret.*

**E**gressus est itaque Abram, sicut præceperat ei dominus, & iuit cum eo Loth. Egressus est, inquit, subauditur, nesciens quo iret. Fide enim (inquit Apostolus) qui vocatur Abraham, obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditatem: & exiit, nesciens quo iret. Qui enim hoc solum dixit deus, & veni in terram quam monstrauero tibi, & ipsam illi terram nondū demonstrauit, profectò nescientem quò iret, ire iussit, & miro modo (quæ vera peregrinatio est) & expectando ire, & eundo expectare præcepit, vbinam requies daretur sibi. Et ita egit. Sic enim scriptura dicit: [Cumque venissent in terram Chanaan, pertransiuit Abram terram usque ad locum Sychen,

Sythen, vsq; ad conuallē illustrem, Chanaanæus autem tunc erat in terra. ] Et continuo subiungit: [Apparuitq; dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc.] Ac si diceretur: Quia nesciens quō iret, exierat, tandiu quasi vagus, & sine tecto pertransiuit in illum & in illum locum, donec appareret ei dominus, & iuxta sponsonem suam ostenderet, quam esset illi daturus terram. Benè igitur Apostolus ait: Quia fide exiuit, nesciens quo iret. Sed & aliud erat, in quo fides eius spectanda est. Nam superius iam dictum est. Erat autem Sarai sterilis, & non habebat liberos. In vno igitur imperio duabus rebus, quodammodo repugnantibus, fortiter obedientiam fidemq; præbuit, quia & cum Chanaanæus tunc esset in terra, terram illam sibi dandam, & cum vxor sua sterilis esset femini suo hereditandam, deo promittente, credidit. In vtroq; confortatus est fide (vt ait idem Apostolus) dans gloriam deo, plenissime sciens, quia quæcunq; promissit deus, potens est & facere. Tandē ergo demonstrata sibi terra, quam deus promiserat, æstimans fidem eum qui promiserat: habitat confidenter, [ ab occidente habens Bethel, ab oriente Hai. ] Bethel domus dei, Hai festiuitas interpretatur. Porro Bethel hoc loco per anticipationem dicta est. Nam Iacob Bethel appellauit nomen eius, quæ prius Luza vocabatur. Itaq; contra renebrarum spiritualium occidentem, habens domum dei, & ab oriente veri luminis agens festiuitatem magnæ spei ædificauit altare domino, qui apparuerat ei: & non ingratus tantæ gratiæ beneficis, & iuris sui possessionem futuram, iam lacris dei sui præoccupat atq; dedicat titulis. [ Perrexitq; ultra vadens & proficiscens ad meridiem, qui ab hac aurora iam dictæ fidei suæ ultra vadens, & progrediens de virtute in virtutem, sine dubio, ad plenum & æternum peruenit perfectionis diem.

*De peregrinatione eius in Aegyptum, & quid significet, quod flagellauit deus domum Pharaonis propter Saram.*

CAP. VII.

Facta est autem fames in terra, descenditq; Abram in Aegyptum vt peregrinaretur ibi. Præualuerat enim fames in terra. Cuncq; prope esset, vt ingrederetur in Aegyptum, dixit Sarai vxori suæ: Noui quod pulchra sis mulier, & quod cum viderint te Aegyptii, dicturi sunt: Vxor ipsius est, & interficiet me, & te referuabunt: Dic ergo, obsecro te, quod soror mea sis, vt benè sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tuam, &c. ] Non paruipendens vxoris pudicitiam venalem fecit, vt benè sibi esset propter illam, sed periculo se exemit, ne moreretur propter illam, certissime sciens, quod qui eduxerit cum de Hur Chaldaeorū, potens esset feruare illam ab igne, id est, à libidine Aegyptiorum. Quare, inquit, non eadem fide confisus, quod liberare posset eum dominus de manu Aegyptiorum, vt non moreretur propter eam, securè dixit esse vxorem suam: Videlicet quia timebat dominum, quia nolebat tentare dominum deum suum. Is namq; deum retar, qui quanta potest parte periculi se non expedit, & illic poscit miraculum dei, vbi non nihil proficere potest humanæ rationis ope, quæ in promptu sit. Benè igitur vir prudens vtrinq; sollicitus, videlicet ne & se interficerent, & illam referuatam suæ libidini subiugarent, quam portuit parrem periculi sustulit, & cætera fideliter deo curanda reliquit. Et iam quidem in aperto literæ est victoriosa viri obedientis perseverantia, quia facta fame in terra peregrinationis suæ, maluit ad huc in terra Cham, quæ est Aegyptus, peregrinando aliena solacia querere, q̄ ad terram vel ad cognationem suam, de qua deo iubente fuerat egressus, aliquatenus respicere. Verum ipsa facies præsentis historiæ, iam sereno lumine arripit, & translucet nobis ingerit mysteria, quibus plena est. Non enim ab re est, quod Abrâ facta fame descendit in Aegyptum, & flagellatur Pharaon propter eum, cuius progenies postmodum itidem facta fame in eadem terra Chanaan descensura erat in Aegyptum, & flagellandus esset Pharaon plagis notissimis propter eam. Non inquam absq; dei consilio est, quod diues reuertens ex Aegyptum, postmodum contra reges accingitur & Loth, filium fratris sui liberat, ac deinde à Melchisedech sacerdote altissimi benedicitur, cuius gens, scilicet Israel, postmodum de Aegyptum in manu potentis, & brachio excelso egrediens, contra reges multos & fortissimos pugnare habebat, ducum fide & armis, carnales qui in populo erant protegentibus, totamq; gentem de seruitio hostium persæpe liberantibus donec procederet natus de virgine rex & sacerdos altissimi, Christus dei filius. Benedictionem, id est, peccatorum remissionem per verū corporis sui & sanguinis sacrificium, Abraham & semini eius largitus. Igitur apostolica præeunte auctoritate, qui sumpta hinc allegorica similitudine, de ancilla & de libera. Hæc enim, inquit, sunt duo testamenta: In vno Abraham iustorum omnium in illis temporibus viuientium, ex fide coetum, in Sarai vxore eius dei testamentum, in Loth multitudinem intelligamus Israelitarum, qui secundum carnem tantum Israelitæ fuerunt.

*Item de eadem, & quid significet, quod sustulit Pharaon Saram in domum suam.*

CAP. VIII.

Ingressus est Abram in Aegyptum, & viderunt, inquit, Aegyptii mulierem quod esset pulchra nimis, & nuntiauerunt principi Pharaoni, & laudauerunt eam apud illum, & sublata est mulier in domū Pharaonis. Flagellauit autē deus Pharaonem plagis multis & domū eius, &c. ] Hæc

Hæc res gesta alterius rei gerendæ veraciter propheta est. Descendit enim postmodum Israel in Aegyptum, cum testamento dei quod dispoluerat ad Abraham auum suum, & ad Isaac patrem suum cum omnibus quæ habebat, cum filiis & nepotibus, quia vocauerat deus famem super terram, & omne firmamentum panis contriuerat, & miserat ante eos Ioseph. Cuncq; prope esset vt ingrederetur Aegyptum, quodammodo quæsiuit Abram Sarai vxori suæ auxilium, quæsiuit enim & promptum inuenit Israel testamenti dei solatium, vt benè sibi esset propter illud, & viuere anima eius ob gratiam illius. Apparuit enim illi deus per visum, dicens: Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere, & descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi, &c. Cum hac pollicitatione descendit, & benè vii sunt eo Aegyptii propter gratiæ dei pulchritudinem, quæ cum illo erat, fueruntq; ei oues & boues, & asini, & serui, & famulæ, & camelis, etenim habuit possessionem in Aegypto in optimo terræ solo Ramesses, & ibi auctus est vehementer. Surrexit deinde alius Pharaon, qui non nouerat Ioseph, & hic procul dubio sustulit Sarai in domum suam. Tulit enim ab Israel dei testamentum, nec enim sub illo colebat deum patrum suorum. Vacatis, inquit, orio, & iccirco dicitis, eamus & sacrificemus domino. Sed flagellauit eum dominus plagis maximis, & domū eius: Ego enim, inquit, induravi cor eius & seruorum illius, vt facerem signa mea hæc in eis, vt narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis. Tunc planè reddidit vxorem viro suo: nunc igitur inquit, ecce vxor tua, tolle eam & vade. Surrexit enim ille Pharaon nocte, & omnes serui eius cunctaq; Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto. Vocatisq; Moysē & Aaron eum ait: Surgite & egredimini à populo meo, & vos & filii vestri: Ite, immolare domino sicut dicitis. [Et tunc ascendit Abram de Aegypto, ipse & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Loth cum eo ad australem plagam. Erat autem diues valde in possessione auri & argenti.] Etenim permixtus cultui dei sui populus, ascendit de Aegypto cum omnibus quæ habebat, dicente Pharaone, oues vestras & armenta assumite vt petieratis, erantque diuites in possessione auri & argenti, spoliauerant enim Aegyptios, iubente domino per Moysen, vt postularer vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vaia argentea & aurea & vestes.

*De regressu Abram & Loth ex Aegypto, & quid significet, quod ab eo diuisus est Loth.*

CAP. IX.

Cum itaq; egressi essent de Aegypto Abram & Loth, [non poterat (inquit scriptura) capere eos terra, vt habitarent simul. Erat quippe substantia eorū multa, & non quibant habitare communitate. Dixit ergo Abram ad Loth, Ne quæso sit iurgium inter te & me, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus, &c. ] Quantum ad moralem præsentis loci sensum attinet, diuitiarum derogatio est, quia propter diuitias non quibant habitare communitate, quos, quamdiu tenues fuere, amor dei & fraternus propinquitatis funiculus coniunxerat, quippe quos pariter iunctos tenuerat, vt simul exirent de terra, & de cognatione sua. Simulque lenioris Abram mansuetudo & æquitas demonstratur, dum dicit: [Ne quæso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos & pastores tuos, fratres enim sumus. Ecce vniuersa terra coram te est, recede à me obsecro. Si ad sinistram ieris, ego dextram tenebo. Si tu dextram elegeris, ego ad sinistram pergam.] Huiusmodi vsq; hodie inter hæredes rectè seruatur æquitas, vt ob finiendam iurgiam maior diuidat, minor eligat. Sed cœpto iam cursum dirigamus ordine. Iurgia quæ fuerunt in exitu Israel de Aegypto, inter eos qui secundum fidem genus Abraham fuerunt, & inter eos qui secundum carnem tantum, quamobrè re vera non potuerit eos capere terra vt habitarent simul: benè omnes nouimus, quia videlicet rādiu iurgati sunt, vt lapidare voluerint Moysen & Aaron, & constituere ducem sibi, & reuerti in Aegyptum. Deniq; tandem diuisi sunt ab alterutro, iurauit enim dominus deus in ira sua, quod non viderent terram pro qua iurauit patribus eorum. Viuo ego, ait dominus, non intrabitis terram, super quam leuaui manum meam, vt habitare vos facerem omnes, qui numerati estis à viginti annis & supra, præter Caleph filium Iepphone, & Io sue filium Nun. Benè ergo postquam diuisus est Loth ab eo, loquitur dominus ad Abram: Leua (inquit) oculos, & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem, omnem terram quam conspicias dabo tibi, & semini tuo, quia videlicet postquam consumpta est generatio eorum qui iurgati sunt, tunc demum introduxit dominus filios eorum in terram quam promiserat Abram. Sed & postquam ingressi sunt in illam terram, diuisi sunt ab alterutris, & in paucis eorū, fuit Abram habitans inter Bethel & Hai, in loco altaris quod fecerat, inuocans ibi nomen domini, in plerisque autem fuit Loth habitans in Sodomis, quia videlicet pauci perseveranter coluerunt deum cœli, deum Abraham patris sui, pleriq; verò seruierunt diis alienis, & commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruierunt sculptilibus eorum. Nec incongruè Loth, quamuis in persona sua iustus fuerit, typum tamen gerit vitiosæ multitudinis, nam & in euangelio Lazarus amicus est domini, sicut restatur ipse, dicens: Lazarus amicus noster dormit, & tamen eadem dormitione sua vel quattuoridua sepultura typum gerit

gerit peccatoris iam consuetudine nequitiae inueterati, iamque mala opinione foetentis.

*De eo quod dictum est: Faciamque semen tuum sicut puluerem terrae, & quo iure semen eius terram illam possidere debuerit. CAP. X.*

**F**aciamque semen tuum sicut puluerem terrae. Si quis possit hominum numerare puluerem, semen quoque tuum numerare poterit. Hoc de solo semine illo accipiendum, cui terram illam quam nunc demonstrabat dominus, erat daturus, quamuis & aliae gentes de carne Abraham ortae sint, ut Agareni, ut Madian, ut Idumaei. Nam & Balaam hoc in propheta sua tali modo confirmat. Quis (inquit) dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Sed quid est, hanc gentem pro multitudine comparari innumerabili terrae pulueri, cum, testante Moyse (ut superius dictum est) cunctis populis pauciores fuerint? Non ergo ad comparationem caeterarum gentium, sed ad quantitatem electorum, qui ex illa gente futuri erant, hoc est referendum, quia videlicet cum soli electi pertineant ad numerum, gens autem illa maxima ex parte reprobata vacuum nobis fecerit locum, bene pulueri terrae comparati sunt, quem dinumerare nobis quidem impossibile: deo autem iudicetur superfluum, apud quem soli electi noti sunt. Surgit (inquit) & perambula terram in longitudine & latitudine sua, quia tibi daturus sum eam. Movenis igitur Abraham tabernaculum suum, venit & habitauit iuxta conuallē Mambre, quod est in Hebron, & edificauitque ibi altare domino. Non casu, sed ordinatissima dei dispositione iustus perambulare terram, venit in Hebron, nec solum inhabitauit ut peregrinus, sed & postmodum emit agrum cum spelunca duplici a filiis Heth habitatoribus terrae in possessionem monumenti. Adā enim maximus ibi (sicut in libro Iosue legitur) situs est inter Enachim. Unde & postmodum Cariatharbe dicta est, id est, ciuitas quatuor, eo quod primus Adam, deinde tres patriarchae Abraham, Isaac, & Iacob ibi sepulti fuerunt. Dum ergo illic, ubi primus parens orbis terrarum situs est, aedificat altare nomini domini, hoc iam titulo sese praedicat haeredem totius mundi. Et dum locum eundem comparat in possessionem monumenti, ius quoddam suo collocat femini, ut non solum coelesti arbitrio, pro eo quod Chanaanai peccatores essent, sed & quadam seculari iustitia filii Abraham terram illam reposerent, quam habitatores ipsius patri suo in possessionem sepulchri vendidissent. Sanē Mambre, a quo nunc dicitur conuallis Mambre, ipse est frater Aner & Eschol, qui erant (ut postmodum dicitur) foederati Abraham.

*De eo quod Abraham propinquum suum Loth liberauerit. CAP. XI.*

**F**actum est autem in illo tempore, ut Amrafel rex Sennaar, & Arioth rex Ponti, & Chodorlahomor rex Elamitarum, & Thadal rex gentium, inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Berfa regem Gomorrae, & contra Fennaab regem Adam, & contra Semeber regem Seboim, contraque regem Bale, ipsa est Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem syluestrem, quae nunc est mare salis, &c. Diuilo Loth ab Abraham & habitante in Sodomis, bella commingunt, & Loth captiuus ducitur, quia videlicet pro eo quod commixtum est genus Abraham inter gentes, quod futurum erat, pro eo quod contaminata est terra in operibus eorum, & formidati sunt cum diis alienis, suscitauit eis dominus hostes, verbi gratia: Moab, & Ammon, & Madian, & caeteras gentes, & iratus est (sicut ait Psalmista) furorē dominus in populo suo, & abominatus est hereditatem suam, & tradidit eos in manus gentium & dominati sunt eorum qui oderunt eos, & tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum. Haec omnis terra quinque ciuitatum Sodomae, Gomorrah, Adamae, Seboim, atque Bale siue Segor, antea irrigabatur sicut paradilus domini: Nunc autem eadem Pentapolis, in testimonium nequitiae, fumigabundam terram, igne consumptam reliquit. Vallis quoque syluestris, quae nunc est mare salis, siue vallis salinarum, in qua fuerunt antea putei bituminis, ex tunc, id est, post dei iram & sulphuris pluuiam, in mare mortuum versa est, quod & stagnum bituminatum appellatur. Bale quae & Segor, lingua Hebraea deuoratio dicitur. Tradunt Hebraei, hanc eandem in alio scripturarum loco Salisam nominari, diciturque rursum viculum contemnantem, quod scilicet tertio motu terrae abstrahitur, & ex eo tempore quo Sodoma & Gomorra, Adama & Seboim diuino igne subuersae sunt, illa Segor, id est, paruula nuncupatur. Siquidem Segor transfertur in paruam. [Et percussit (inquit) Raphaim in Hastaroth, Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emin in Sabe Cariathaim.] Id est, in Sabe ciuitate. Raphaim gigantes siue robusti, Zuzim & Emin terribiles & horrendi interpretantur. Quibus nominibus gentes quas percusserunt fortissimae fuisse significantur. [Reuerstique venerunt ad fontem Messath,] id est, iudicii, [ipsa Chades.] Et per anticipationem hic dicitur fons iudicii, scilicet, quod ex euentu postea tale nomen accepit. Significat autem locum apud petram, qui fons iudicii nuncupatur, quia ibi deus populum iudicauit. [Et percussit omnem regionem Amalechitarum in Safonthamar.] Hoc oppidum postea vocatum est Engadi, balsami & palmarum fertile. Porro Safonthamar in lingua nostra resonat vrbs palmarum. Thamar quippe palma dicitur. Regio quoque Amalechitarum hic per anticipationem dicitur: nam Gen. 36. Amalech vnus fuit de posterioribus Elau. [Ecce autem vnus qui quaeserat nunciavit Abram Hebraeo

Hebraeo qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Afer, &c. Hebraeus interpretatur transitor. Habitabat in conualle Mambre, hoc est in Hebron, ut supra iam dictum est. Quare autem, cum iam toties Abram nominatus sit, & adhuc in hac scriptura nominandus sit, ut nusquam Hebraeus dicatur, hoc illum loco Hebraeum, id est, transiorem nominari placuit. Videlicet ob commendandam magnitudinem rei ac virtutis, quod scilicet transitor, id est, peregrinus & aduena, deo protegente fecerit rem, quam indigenae quinque reges facere non poterant, & de victoribus quatuor regibus vnam vltionem, & plenam reportauerit victoriam. [Et persecutus est eos usque Dan,] ad Phoenicis oppidum, quod postea Paneas dictum est. Dan autem vnus est de fontibus Iordanis. Nam & alter vocatur Ior, quod interpretatur riuus. Duobus ergo fontibus, qui haud procul a se distant, in vnum riuulum foederatis, Iordanis deinceps appellatur, sed iam ad sensum supra coeptum reuertamur. Capto ab hostibus Loth, Abram assumptis copiis & diuisis sociis, subauditur, Afer & Eschol & Mambre, super hostes irruit, victorque propinquum liberum reducit, quia videlicet tradito genere eius in manus gentium, non defutura erat (licet in paucis) fides eiudem Abraham, quae sepe liberaret eos, deo recordationem habente foederis eius quod pepigit cum Abraham, & suscitante eis saluatores, verbi gratia: Aoth contra Iudic. 3. rra Moab, & Barach contra Iabim regem Chanaan, & Gedeon contra regem Madian, aliosque suis temporibus duces siue saluatores, tandemque gloriosos reges, bellicosos inimicarum gentium victores.

*De rege Sodomorum, qui egressus est illi in occursum: Et de Melchisedech, qui benedixit eum, proferens panem & vinum. Cap. XII.*

**E**gressus est rex Sodomorum in occursum eius, postquam reuersus est a caede Chodorlahomor, & regum qui cum eo erant in valle Sabe, quae est vallis regis. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem & vinum (erat enim sacerdos altissimi) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram deo excelso, qui creauit caelum & terram, & benedictus deus excelsus, quo protegete hostes in manibus tuis sunt. Regis Sodomorum, qui homines pessimi erant, & peccatores contra domino nimis, & Melchisedech regis Salem sacerdotis altissimi, dignitates vel merita valde sibi contraria sunt, & tamen vterque Abram victori obuiarunt. Nec verò de Melchisedech dubium vel incognitum cuiquam est, quin Christum significet, cui (sicut ait spiritus sanctus in Dauid) iurauit dominus & non poenitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quid econtra rex Sodomorum, nisi populum significat Iudaeorum, qualis tunc temporis erat, quando Christus rex & sacerdos summus nascendo de virgine, patri nostro Abraham obuius factus est? Vae genti peccatrici (inquit Elaias) illius temporis Iudaeos intuens: vae genti peccatrici, populo graui iniquitate, femini nequam, filiis sceleratis. Ac deinceps: Nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorraha similes facti essemus. Item: Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei nostri populus Gomorrhæ. O igitur magnum & mirabile praesentis huius narrationis mysterium, triumphatoris celebrat occursum Abraham rex Sodomorum, pessimorum vtrique & peccatorum nimis hominum, quia profecto futurum erat nouissimo tempore, ut victoriosam fidem patriarcharum & prophetarum celebrarent viri pessimi, & peccatores nimis, scilicet scribae & pharisaei, caeterique Iudaei, non quidem naralibus, sed reuera moribus principes Sodomorum, velut se pulchra foris dealbata, per hoc ipsum quod celebrarent opera patrum, intus autem plena ossibus mortuorum, per hoc quod secreto viuebant secundum sulphureas carnes Sodomorum. At verò Christus rex iustitiae, rex Salem, id est, pacis, rex inquam idemque pontifex magnus, illorum talium hominum diebus natus, sacerdotio suo functus est secundum ordinem Melchisedech. Protulit enim panem & vinum, dicens: Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, & sic obtulit semetipsum pro fidei Abraham verum sacrificium, & benedixit ei: per suum enim sanguinem benedictionem, id est, peccatorum remissionem acquisiuit illi, imo & omnibus electis qui expectauerunt eum ab origine mundi.

*Item de Melchisedech, & quod Hebraei tradunt hunc fuisse Sem filium Noe. CAP. XIII.*

**A**postolus praesentis loci memor, hic enim (inquit) Melchisedech, qui obuiavit Abraham reuerso a caede regum, & benedixit ei, cui decimas omnium diuisit Abraham. Primum quidem quia interpretatur rex iustitiae, deinde autem & rex Salem, quod est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitae habens, assimilatus filio dei, manet sacerdos in aeternum. Haec & caetera quae subiungit idem Apostolus, occasionem suspicionis male intelligentibus praebuerunt, ut putarent hunc Melchisedech non hominem fuisse, sed angelum, aut certe (quod dementius erat) ipsum qui sub hominis figura visus sit, esse spiritum sanctum. Verum alii quam multi in hoc vnum consenserunt, ut dicerent eum hominem fuisse Chanaanum, regem vrbs Hierosolymae, quae prius Salem, postea Iebus, ad exteremum Hierusalem appellata

appellata sit. Nec mirum (inquiunt) si sacerdos dei altissimi describatur absq; circumfione, & legibus ceremoniis, & genere Aaron, cum Abel quoque & Enoch & Noe placuerint deo, & victimas obrulerint, & in Iob volumine legerimus, quod ipse & oblator munus fuerit & sacerdos, & quotidie pro filiis suis hostias immolauerit. Veruntamen & aliud Hebraei autumant. Tradunt enim, hunc esse primum filium Noe, & eo tempore quo ortus est Abraham, habuisse ætatis annos cccxxc. Nempe, si per ætates singulas annorum numerum supputes, tot annos, id est, cccxxc. ab ortu Sem vsq; ad generationem Abraham inuenies. Mortuus est autem Abraham centesimo septuagesimo quinto ætatis suæ anno. Ratione igitur deducta, inuenietur Sem abnepoti suo decimi gradus. Abrahæ superuixisse annos triginta quinque. Simulq; & hoc tradunt, qd vsq; ad sacerdotium Aaron omnes primogeniti in stirpe Noe, cuius series & ordo describitur, fuerint sacerdotes, & deo victimas obrulerint, & hæc esse primogenita quæ Esau fratri suo vendiderit Iacob. Salem autem non (vt Iosephus arbitratur) esse Hierusalem, sed oppidum aiunt esse iuxta Scytopolim, quod vsq; hodie appellatur Salem, de quo in euangelio quoq; legitur: Erat autem Iohannes baptizans in Ennon iuxta Salim, quia aquæ multæ erant ibi. Nec differt verum Salem an Salim nominetur, cum pro voluntate lectorum, ac varietate regionum eadē verba diuersis sonis atq; accentibus proferantur. In isto quoq; libro Geneseos scriptum est, quia uenit Iacob in Socoth & ibi fecit sibi domos atq; tentoria, & transit in Salem ciuitatem regionis Sichen, quæ est in terra Chanaan. Considerandum quoq; est, quod Abrahæ à cæde hostium reuertenti, quos persecutus est vsq; Dan, non de via Hierusalem, sed de oppido metropolis Sichen in itinere fuit. Stultum igitur est, id quod in typo dicitur, eo quod sacerdotium Christi finem non habeat, sic quosdam referre ad anagogen, vt historię veritate auferant. Non enim quod ab Apostolo dictum est, sine patre, sine matre, sine genealogia sic idem intelligi uoluit, quasi Melchisedech absque patre & sine matre fuerit, sed sic dixit: eo quod subito introducatur in Genesi, occurrisse Abraham à cæde hostium reuertenti, & nec ante nec postea eius nomen feratur ascriptum. Dicendo autem, manet sacerdos in perpetuum, affirmat, quod Aaron sacerdotium, id est, populū Iudæorum & principium habuerit & finem. Melchisedech autem, id est, Christi, neque initium dierum, neq; finem habentis, & in præteritum & in futurum æternum sit.

Item quod non Melchisedech Abrahæ, vt Hebraei putant, sed vt Apostolus ait, Abrahæ sacerdoti Melchisedech decimas dederat omnium. CAP. XIII.

igitur benedicens Melchisedech dicit: Benedictus Abram deo excelso, qui creauit cælum & terram, & benedictus deus excelsus quo protegente hostes in manu illius sunt. Et dedit illi decimas omnium. J. Ambiguit dictum est, dedit illi. Nec enim in voce discretum est sine in sermone, quis, cui, Abram ne sacerdoti Melchisedech, an ipse sacerdos Melchisedech Abrahæ decimas dederit. Et Hebraei quidem sic estimant, quod Melchisedech, id est, Sem, hoc abnepoti suo iure debuerit, & decimas prædæ atq; victorię non ab eo acceperit, sed ipse dedit ei decimas substantiæ suæ, & debitam largitatem ostenderit in nepotem. Vtrumque enim intelligi potest propter dicti ambiguitatem, & quod ipse acceperit decimas spoliõrum, & quod Abrahæ dedit decimas substantiæ suæ. Verum Apostolus in prædicta epistola ad Hebræos aperuissimè definit, non Abraham suscepisse à Melchisedech decimas diuitiarum, sed de spoliis hostium, partes accepisse pontificem.

De eo quod Abraham nihil accipere volebat ex omnibus, & de mystico numero cccxxij. vernaculorum eius. CAP. XV.

Dixit autem rex Sodomorum ad Abram: Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei: Leuo manum meam ad dominum deum excelsum possessorem cæli & terrę, quod à filo subregminis vsq; ad corrigiam caligæ non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, ego ditauī Abram: exceptis his quæ comederūt iuuenes, & partibus virorum qui uenerunt mecum Auer, Elchol, & Mambre. Isti accipiāt partes suas. J. Spiritu aliter quoque hic locus euangeli cum virum ædificat. Etenim quisquis vexillum crucis erigit, & nomen Christi prædicat, sicq; legitimè certans, fanaticum errorem, siue hæreticam barbariem expugnat, & exinde non quæ sua sunt quaerit, sed quæ Iesu Christi, ipse quodammodo est Abram, qui cū trecentis octodecim vernaculis suis, quatuor reges deuicit, & eos qui spoliauerant, spoliãuit, atq; propinquum liberauit, & hoc factò ab homine siue per hominem ditari noluit, dicens regi Sodomorum: quia à filo subregminis vsq; ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Siquidem numerus præscriptus totus sacer est, quo & sancta Nicæna synodus, non humana industria, non compositione aliqua, sed diuina agente prouidentia gauisa est, in qua vastator Christianitatis Arius superatus & damnatus fuit. Huius siquidem numeri illic insigne splenduit, id est, trecenti octodecim conuocati adfuerūt episcopi, qui numerus (vt prædictū est) totus sacer est. Nèpe si Nicænis, id est, Græcis vti numerando velis elemētis, tau T, ccc. I & H explicant xviii. T, tau crucē, I & H cum supra ducta linea, nomen Iesu significant. Et nota quia hic nomen Iesu genitiuo casu, & non nomina

nominatio effertur, & ideo hic litera S. sigma, non additur, sed cum IH superposita linea scribitur, quibus numerus xviii. completur. Sanè tau, T literæ super transuersa linea deest, quæ si adderetur, iam non crucis species, sed ipsa crux esset. Cum igitur huiusmodi præliatores pugnant, non terrenum lucrū, sed solum quaerunt humanæ salutis fructum, & dicunt cū Apostolo: non enim quaero datum, sed requiro fructum, probè patrem Abram imitantur dicentem: Leuo manum meam ad dominum deum excelsum, quod non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Isti (inquit) scilicet Auer, Elchol, & Mambre accipiant partes. Quos qui imitantur, videlicet vtendo potestate sua, quam habent a thore domino, qui ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio viuere: iustè quidem faciunt, sed minoris gloriæ sunt q̄ illi qui hac eadem potestate sua vti nolunt.

Quid moraliter significet, quod quatuor, quinque reges dixerunt. Cap. XVI. Oralem nihil minus suauitatem ex hoc loco capere possumus. Etenim quatuor reges de quinque regibus victoriam facientes, quatuor sunt animi passionēs, quinque corporis sensus captiuantes, quæ in gentiliū quoque philosophorum libris memorantur frequenter, scilicet gaudium, dolor, spes, timor, Quas poeta eximus vno versiculo expressit, dicens: Hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq; Vbi fides quæ per dilectionem operatur, has animi passionēs superauerit, & interiorem hominem ab illarum captiuatione liberauerit, planè exemplo patris Abrahæ laudabiliter triumphauit: & idcirco sacerdos altissimi idemq; altissimus, scilicet Christus dominus, occurrit illi cum sacrificio salutari, dignum enim illum iudicat, qui debeat cœlestium eius sacramentorum particeps fieri. Magnum namq; & victoriosum est, non gaudere de prosperis, nec dolere de aduersis huius mundi: non sperare prospera, nec timere mundi huius aduersa. Quam victoriam prædicans apud quandam, philolophia canit: Gaudia pelle, Pelle timorem, Spemq; fugato: Nec dolor assit. Nubila mens est, Hæc vbi regnant. Quisquis ille est, contemnat à rege Sodomorum quicquam accipere, nec dicatur quod ille eum ditauerit, id est, caueat facere coram hominibus iustitiam suam vt videatur ab eis, & illam incurrat sententiam qua dictū est: Amen dico vobis receperunt mercedem suam.

De sermone domini, qui factus est ad Abraham post illam victoriam. CAP. XVII.

His itaq; transactis, factus est sermo domini ad Abram per visionem dicēs: Noli timere Abram. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abram: Domine deus, quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ, iste Damascus Eliezer erit hæres meus. Addiditq; Abram: Mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. J. Quid ea quæ hætenus sunt gesta figurent, sequentis huius visionis verba pronunciant, maxime cum dicitur: scito prænoscentis, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & seruituti eos iubigent & affligent quadringentis annis, veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo. Et vnum idemque duplici propheta, factorum scilicet quæ promissa sunt, & dictorum quæ sequuntur, veritas dei indubitanter futurum esse confirmat. Noli, inquit, timere Abram, ego protector tuus sum. Tanquam diceret, iam accepisti gremium protectionis meæ, primum in eo, quod propter vxorē tuam Sarai flagellauī Pharaonem, & domum eius plagis maximis, & diuitem te inde ascendere feci: deinde & in eo, quod me protegente hostes, scilicet quinque reges in manu tua fuere. Ergo de cætero fidentior esto, quod ego protector tuus sim, & generis tui, & merces tua magna nimis: vt peregrinus factus propter me, vtrobique gaudeas, scilicet & in præfenti de protectione mea, qua tibi tolerabilis sit ipsa peregrinatio tua, & in futuro de mercede nimis magna. Nec verò quod ait ille, domine deus quid dabis mihi, ego vadam absq; liberis, &c. diffidentis animi est, sed contriti & humiliati cordis, & cum nimia humilitate dominum consulentis, videlicet vt flebili conuestione pulsatus deus, certius quid respondeat de superiori promissione sperandi seminis. Nam dictum quidem illi fuerat superius, faciamq; te in gentē magnam, & si quis possit hominum numerare puluerem, semē quoque tuum numerare poterit. Verum hoc nequaquam satis erat, cum adoptiuū possent filii vel heredes, seminis equiuocatione significari. Itaq; quasi proprii seminis definitionem efflagitans cum dixisset: ego vadam absq; liberis, & filius procuratoris domus meæ, iste Damascus Eliezer erit hæres meus: addidit adhuc vigilanter pulsando, mihi quoq; non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Eliezer deus meus adiutor, Damascus bibens sanguinem interpretatur, à quo conditam aiunt Damascus ciuitatem, quo in loco fertur protomartyr Abel fuisse occisus.

Item de eodem, & quod dictum est: Suscipe cælum & numera stellas eius si potes. CAP. XVIII.

Statimque sermo domini factus est ad eum dicēs: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suscipe cælum & numera stellas si potes. Sic erit semen tuum, Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

Iohan. 7.

Gene. 37.

Hebr. 7.

Philip. 4

1. Cor. 9.

Virg. li. 6. Enid.

Boetius de cōso. philo. li. 1. in fine

Matt. 6.

CAP. XV.

Gene. 12.

L

iusitiam.] Hic duo deus repromittit, naturam videlicet & gratiam, vnus eiusdemque seminis. Dicendo nanque, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem, semen definit quod habiturus sit, scilicet non per adoptionem, sed per naturæ proprietatem, subiungendo: suspice cœlum, & numera stellas si potes, sic erit semen tuum: cœlestem præsignat gratiam vel gloriam, qua clarificandum est idipsum semen. Superius cum dixisset: Leua oculos & vide à loco in quo nunc es, ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem, omnem terram quam conspicias dabo tibi & semini tuo: non dixit, sic erit semen tuum sicut stellæ cœli, sed faciam, inquit, semen tuum sicut puluerem terræ, quia videlicet non omnis qui terram illam possessuri erant propter Abram, stellas comparandi erant, neque numerandi sicut stellæ cœli apud illum, de quo veraciter dicitur, qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocans: sed multiplicandi erant super numerum pulueris, terramque amaturi potius quam cœlum. Hic autem ubi eduxit illum foras: suspice, ait, cœlum & numera stellas si potes, & quia non poterat, sic erit, inquit, semen tuum: quia profectò pro eo quod educenti foras, & dicenti sibi, egredere de terra & de cognatione tua, ille obediuit, cœlum pro mercede magna nimis paratur illi, & omnibus quicumque exemplo eius sequuntur educentem foras & dicentem singulis, obliuiscere populū tuum & domū patris tui. Erunt enim omnes sicut stellæ cœli, id est, multi quidem, sed certa multitudine numerati, vel certa numerositate multiplicati, omnesque ex nominibus suis vocati & notati. Nec verò pro sola multitudine vel numerolitate, sed & pro differenti claritate dixit, sic erit semen tuum. Nam sicut non solum alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum, sed etiam stella à stella differt in claritate: sic non solum alia gloria dei, & alia gloria sanctorum Abrahamæ filiorum, sed etiam ipsi differentem ab inuicem diuersis pro meritis suis gloriam habebunt.

De eo quod dictum est: Credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam.

CAP. XIX.

Credidit, inquit, Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiam. De hoc Apostolus: Dicimus (inquit) quia reputata est Abrahamæ fides ad iustitiam. Quomodo reputatum est, in circuncisione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio, &c. Valent enim hæc ad enervandam Iudaicæ iustitiæ confidentiā, cui & supra dixerat: Vbi est gloria tua? Exclusa est. Per quā legem factorum? Non, sed per legem fidei. Neque enim Abram factus, in quorum lege Iudæus gloriatur, scilicet cibus aut potibus, aut variis baptismatibus & iustitiis carnis studuerat aut inseruierat, quippe qui nec saltē circuncisus erat, quando iustificatus est: sed credidit, inquit, Abraham deo, & credenti sola fides ad iustitiam reputata est. Et rectè fides iustitiæ meritum habet, nam e contra sine fide esse, iniustitiam summam est. Etenim primo homini infidelitas ad iniustitiam reputata est, videlicet quia nō credidit deo dicenti: In quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Si enim credidisset, non tam facile de illo ligno comedisset. Quale ergo oportuit aduersus iustitiæ mortem, hic pater noster sumpsit antidotum, quia non infirmatus est fide, nec considerauit corpus suum emortuum, & emortuam vultum Saræ, sed confortatus est dans gloriam deo, plenissimè sciens, quia quæcumque promissit deus, potest & facere.

De eo quod dictum est: In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram.

CAP. XX.

Dixitque ad eum: Ego sum dominus qui eduxi te de Hur Chaldæorum, vt darem tibi terram istam vt possideres eā. At ille ait: Domine deus, vndè scire possum, quod possessurus sim eam? Non utique diffidendo quærit, qui tam pius benevolentiae voces præmittit, domine quid dabis mihi, domine deus, vndè scire possum quod possessurus sim? Sed quare sicut nūc ait, domine deus vndè scire possum, quod possessurus sim eā, non ita paulò antè dixit: domine deus vndè scire possum, quod qui egredietur de vtero meo, ipsum habiturus sim hæredem, sed credidit deo & reputatū est illi ad iustitiam: Quid enim plus est, hæreditatē possidere quæ erat, an hæredem accipere magnam gentem quæ non erat? Non ergo tanquam incredulus infirmata fide dubitauit, sed tanquā pius pater futuris filiis prouidit, ne fortè peccantibus illis poeniteret deum huius sue promissionis, & idcirco in promissione aliquod sibi dari optauit firmamentū fixæ stabilitatis veritatis, & quasi interpolationē iuramenti. Nec moratus dominus deus, quod optabat amicus fidelis, cū petere non auderet, spōrè obtulit. Continuo nanque respondens: [Sume (inquit) mihi vaccam trimā, & capram trimā, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbā. Qui tollens vnā uersa hæc, diuisit per medium, & vtrasque partes contra se posuit alitrinsecus, aues autē non diuisit. Descēderuntque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram, &c.] Hæc visio sic terminatur. In die illo pepigit dominus fœdus cū Abram dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Hoc fœdus iuramentū quoddā est, quod se dominus obstrinxit, quomodo homo voluit, quod debitor posset iure teneri, si quando aliqua intercurrere peccati causa, velle leuare manū suā, & facere quid cōtra id quod promissit. Cuius iuramenti memor Moyses, cū dixisset vt disperderet eos, stetit in cōfractōne in cōspectu eius, dicens: dēi, dimitte me vt deleā eos, tenuit homo viriliter, dicens: Quare domine irascaris in populo

in populo tuo? Memento Abraham, Isaac, & Iacob, quibus iurasti, dicens: Vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini tuo, & possidebitis eam. Itaque quotiescunque habeamus in hac scriptura fœdus vel pactum, nondum fœdus est humanæ reconciliationis, sed firma promissio futuri fœderis, propheticaque imaginatio pacti vnici, quo in solo Christo deus sibi homines reconciliauit.

Quid sibi voluerit quod ait: Sume mihi vaccam trimam, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. CAP. XXI.

Sume, inquit, vaccam trimam, &c. Omnis hæc assumptio, prophetica assumptio est. Vacca siquidem, capra, & aries, quæ profectò seruilia sunt animantia, nam & lacte suo dominos suos pascunt, & lanis operiunt, tres præsignant generationes, per quas semen Abrahamæ feruiturum erat in terra non sua: nam generatione quarta, inquit dominus, reuertentur huc. Est autem vacca trimā, & capra trimā, & aries trium annorum. Cur hoc? Videlicet quia patres vel patriarchæ primi, per quas inuocatum est nomen domini super illos, tres numero sunt, à quibus denominationem suscipere dominus deus dignatus est, vt diceretur: Deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Sub istis nanque nominibus trinitas, vnus deus, scilicet illis prædicari voluit, quia nondum capere possent homines manifesta nomina eiusdem trinitatis, id est, patris & filii & spiritus sancti. Volucres quæ descenderunt super horum animantium cadauera, quas & abigebat Abraham, rapaces & importunos dominos Aegyptios scilicet significauerunt, qui per Abrahamæ meritum, à deuoratione generis illius tandem abigendi erant. Generatio quarta, qua erant reuersuri, per liberam significatur auium naturam, per turturem scilicet & columbam. Nec solum pro libertate eiusdem reuersionis, verum & pro spiritali gratia prophetarum & sacerdotum, quorum primi vel principes in eadē reuersione Moyses & Aaron exiterunt. Proinde tollens, inquit scriptura, omnia hæc diuisit per medium, subauditur quadrupedia, & vtrasque partes contra se alitrinsecus posuit: aues autem non diuisit. Etenim carnales, qui per quadrupedia signantur, lites & seditiones murmurando contra dominum facturi erant, spirituales verò vnanimem seruare concordiam, imò & seditiones ad pacem reuocaturi habebant.

Quid significauerit, quod sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. CAP. XXII.

Cumque occumberet sol, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum, dictumque est ad eum: Scito pernosces, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & cætera. Bis in hac visione solis occubitus & tenebrarum mentio facta est. Primò, cum dicitur: Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Secundò, cum item dicitur: [Cum ergo occubisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas.] Hæc tenebrarum iteratio geminam seminis Abrahamæ aduersitatem significat. Primam videlicet, qua fratrem suum Ioseph vendiderunt, quæ causa fuit peregrinationis & seruitutis illorum. Secundam, qua post mortem Ioseph à Pharaone tribulati & afflicti sunt. Et prior quidem aduersitas, res fuit iniquitatis, propter quod & signanter dictum est: Sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Sequens verò aduersitas res afflictionis extitit, vndè & sine interpolatione horrores, facta est caligo tenebrosa, inquit, & clibanus fumans apparuit. Et quia semen illud Abrahamæ, in ipsa afflictione visitandum & liberandum erat in manu forti, multis & magnis præeuntibus ac sequentibus miraculis, lampas quoque ignis inter diuisiones illas apparuit. Clibanus nanque fumans, imago fuit fornacis Aegyptiæ, qua seruituri erant in luto & latere costili. Lampas verò ignis transiens per diuisiones illas, signum diuinæ charitatis, qua erant per multa miracula illustrandi, de quibus & Psalmista: Illuxerunt, inquit, coruscationes tuæ orbi terræ, commota est & contremuit terra, in mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis. Siquidem simplicem literam sequaris, & illa quidem lampas transiens inter diuisiones illas, id est, inter seditiones Iudaicas clarissima fuit, sed ipso transitu suo sese alias migraturam esse declarauit. nam ecce translata est ab illis gloria, & ad gentes transiuit. Igitur quia dicente deo: Semini tuo dabo terram hanc, e contra ille: Domine deus, inquit, vndè scire possum, quod possessurus sim eam, congruè talis præmonstrata est imaginatio, quæ haberetur pro iuramento, quod sine poenitentia foret, & sine dubio compleretur ea, quam audierat, dei promissio.

De eo quod dictum est: Generatione quarta reuertentur huc. Cap. XXIII.

Reuertentur tandem, quomodo in Exodo scriptum sit: Quinta generatione egressi sunt filii Israel de terra Aegypti, cum hic prædixerit deus, I generatione autem quarta reuertentur huc. Ad quod compendio dicendum, quia iuxta aliam quidem genealogiam quarta, iuxta

iuxta aliam verò quinta generatione egressi sunt. Nam secundum genealogiam Leui, ex qua fuerunt Moyses & Aaron, qui filios Israel eduxerunt de terra Aegypti, quarta generatione exisse reperuntur, hoc modo: Leui genuit Caath, Caath genuit Amram, Amram genuit Aaron, Aaron genuit Eleazar. Caath cum patre suo ingressus est Aegyptum. Rursus Eleazar cum patre suo Aaron egressus est Aegyptum. A Caath usque ad Eleazar generationes quatuor. Secundum verò genealogiam Iuda, quinta generatione egressi inveniuntur, hoc modo: Iuda genuit Phares, Phares genuit Esrom, Esrom genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Naafon. Phares cum patre suo Iuda ingressus est Aegyptum. Naafon princeps tribus Iuda in deserto describitur, cuius filius Salmon terram repromissionis intrauit. A Phares usque ad Naafon generationes quinque. Itaque verum vtrumque est, quia & iuxta sacerdotalem tribum quarta, & iuxta regiam quinta generatione egressi sunt. Verumtamen iuxta Hebraicam veritatem, sicut eruditissimus vir Hieronymus testatur, ubi septuaginta posuerunt, quinta autem generatione ascenderunt filii Israel de terra Aegypti, melius legitur, sicut Aquila quoque transtulit, & armati ascenderunt filii Israel de terra Aegypti. Præterea in eo quod rationem huiusmodi subiecit dominus, nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præfens tempus, notandum quod non propter iustitias suas filii Israel terram illam obtinuerunt, cum propter iniquitates suas illæ deleterentur nationes. Vnde hic idem Moyses in Deuteronomio sic dicit: ne dicas in corde tuo, propter iustitiam meam introduxit me deus in terram hanc possiderem, cum propter iniquitates suas iste deleterentur nationes. Neque enim propter iustitias tuas & æquitates cordis tui ingredieris, sed quia illi egerunt impietatem, te introeunte deleterunt, ut compleret verbum suum dominus quod iuravit patribus tuis, cum durissimæ cervicis populus sis.

*De eo quod dictum est: Ingredere ad ancillam meam, quid mysterij contineat secundum Apostolum.* CAP. XXIII.

**CAP. XVI.** **I**gitur Sarai non habebat liberos, sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar dixit marito suo: Ecce conclusit me dominus, ne parerem. Ingredere ad ancillam meam, si forte ex illa saltem suscipiam filios. & cætera. Hoc loco testem Paulum citemus Apostolum, videlicet, quod non hic popularis historia conscripta, sed coelestia sint consignata mysteria. Scriptum est, inquit, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est. Qui autem de libera, per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, & cætera. Hunc autem sequentes, quoniam experimentum habemus iam dudum eius qui in eo loquitur Christus, per Sarai testamentum siue pactum quod disposuit deus ad Abraham, per Agar legem, quæ post quadringentos & triginta annos facta est, accipimus. Et ut manifestius dictum sit, in Sarai legem fidei, qua Abraham iustificatus est, in Agar mysticè legem factorum agnoscimus, quæ nihil ad perfectum adduxit. Ecce, inquit, conclusit me deus ne parerem, ingredere ad ancillam meam, si forte saltem ex illa suscipiam filios. Tanquam diceret libera illa, quæ sursum est mater omnium nostrum. Ecce nondum tempus est, ut reuelata Euangelii gratia spiritum adoptionis filiorum per Christum homines accipiant, accipe o Israel interim spiritum seruitutis in timore, ut saltem ex ceremoniis carnalibus & figuratiuis sanctionibus, aliquantula qualiscunque iustitiæ opera facias. Sic enim prius Abraham de ancilla filium suscepit secundum carnem, quam de libera per repromissionem, quomodo dei populus in lege carnali operatus est, solummodo in cibis & potibus, variisque baptismatibus, & iustitiis carnis seruens, priusquam fide patrum Euangelicam producente gratiam, veram iustitiam, id est, æternam redemptionem, totus inueniret mundus per Christi sanguinem. Et notandum, quod non iubente, sed tantum permittente deo, tulit Abram ancillam suam, ut saltem ex ea susciperet Sara filium, quia veteres ceremonias permisit quidem, sed non mandauit deus Israel, sicut per prophetam Hieremiam testatur, cum dicit: Holocaustomata vestra addite victimis vestris & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & cætera. Cæterum decem præcepta legis, in his duobus pendencia: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua: & diliges proximum tuum sicut te ipsum: patienter magis ad tabulas pertinent legitimi matrimonii: & quamuis primùm in monte Syna conscripta fuerint, nihilominus tamen & ante legem naturaliter valuerunt, & post legem seruilem in libertate Euangelii amplius valent.

*Quid significauerit superbia ancillæ despicientis dominam suam.*

CAPVT XXV.

Ancilla

**A**t illa concepit se videns, despexit dominam suam, Dixitque Sarai ad Abram, Iniquè agis contra me: Ego cedi ancillam meam in sinu tuo: quæ videns quod concepit, despectui me habet, & cætera. Notum omnibus est, quia synagoga, cum sit ancilla, superbit, & dominam suam despicit, id est, de carne Abraham gloriatur: & hinc illius parupendit. Volentes enim, inquit Apostolus, suam iustitiam statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Antequam peperisset Sarai, quæ sterilis fuerat, id est, antequam nascente Christo, testamenti dei fuissent impleta promissa: tunc illi ancillæ superbiere vacabat, non tamen impunè: reclamabant enim tabulæ, id est, decem præcepta, quæ lex sancta est, & iusta, & bona. Eius quasi Saræ reclamantis vocibus conuincatur lex carnalis, veluti Agar, quod nequaquam ab illa impunè despiceretur, vel quod frustra se liberam arbitraretur: verbi gratia, cum aduersus Heli propter filios eius loquitur deus: Idcirco iuravi domui Heli, ut non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus usque in æternum. Amplius autem tumores ancillæ verberat Sarai, cum dicit veræ & sanctæ legis spiritus per os David: Deus deorum dominus locutus est. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum porabo? Immola deo sacrificium laudis. Et multa his similia in prophetis. [Affligente igitur, inquit, eam Sarai, fugam iniiit: Cunque inuenisset illam angelus domini iuxta fontem aquæ in solitudine (quæ est in via Sur, in deserto) dixit ad illam: Agar ancilla Sarai, vnde venis? aut quo vadis? Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu ipsius.] Quicquid lex sancta iubet dicendo. Non concupisces, non moechaberis, & cætera. Quicquid, inquam, in tabulis duabus digito dei scriptum est, hoc seruili carnalium Israelitarum multitudini volenti moechari, & amanti concupiscentias suas, poena est. Et si se timore poenæ colibebar: hoc ipsum afflictio est, quia timor poenam habet. Idcirco populus carnalis huiusmodi non ferens imperia, multoties confugit ad gentium idola: quorum sub cultura concupiscere, fornicari, & moechari licitum esse putabat. Igitur toties ancillæ fugam iniiit affligente domina: & errauit in deserto Sur, quod est in via Aegypti, quoties carnalis multitudo spiritualia non ferens sanctæ legis imperia, confugit ad gentes à deo desertas: ut more illarum, à freno & chamo iustitiæ libera, suas sequeretur concupiscentias. Et bene ancilla Aegyptia, per viam fugiebat Aegypti: hoc etiam modo manifestè significans eundem Ierusalem populum, quia multoties dixit: Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Sur autem interpretatur murus. Quo nomine & vana spes eiusdem populi bene exprimitur, qui committendo se inter gentes: euasisse manum domini, & à lege eius tutum se esse arbitrabatur. Iremque toties angelus domini reuocauit ancillam dicens: Agar ancilla Sarai, vnde venis? aut quo vadis? reuertere ad dominam tuam: & humiliare sub manu illius, quoties in tribulatione clamantes deus audiuit: & saluatores eis suscitauit, nonnunquam angelum suum mittens, vti quando Gedeonem conuenit, vel quando Sampson prænucciavit.

*De eo quod dictum est: Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & quod ancilla videntis non faciem, sed posteriora vidit.* CAP. XXVI.

**H**ic, inquit, erit ferus homo. Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & eregione omnium fratrum suorum figet tabernacula. Hoc de illo quem tunc Agar in utero gestabat palam intelligi est, quia his dictis significatum est, semen eius habitaturum esse in eremo, id est, in Saracenos vagos, incertisque sedibus, qui vniuersas gentes, quibus desertum ex latere iungitur incurant, & impugnantur ab omnibus. Porro ille iam dictus carnalis populus, qui fide Abraham vacuus, de carne Abraham gloriatur, quam ferus sit, feritate qua non tam leoni nobili, quam stulto sit onagro comparabilis, totus orbis audiuit, quia verè manus eius contra omnes: & manus omnium contra eum, maxime ex quo dictum est, vel certè impletum, quod fuerat dictum, eice ancillam & filium eius. Extunc enim maxime vniuersas gentes odit, & multo amplius extunc vesanit propter filium liberæ, primogenitum scilicet Christum, qui gentilem populum eadem libertate, qua liber ipse est, liberauit. Vnde Apostolus ait: Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Quamdiu potuit, & quantum potuit, persecutus est: iam verò non valens, adhuc tamen blasphemare audeat. [Vocauit autem nomen domini, qui loquebatur ei, dicens: Tu deus qui vidisti me. Dixit enim: Profecto, hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellauit pureum illum, puteum viuientis, & videntis me.] Quia dominus in angelo loquebatur, idcirco dictum est: vocauit nomen domini qui loquebatur. Quare autem non vidit faciem, sed posteriora videntis? Videlicet, quia non in facie, sed in posterioribus desiderabat gaudere videntis. Per posteriora nanque domini, terrena vel transitoria: per faciem rectè intelliguntur coelestia vel æterna. Et profectò nulla coelestia promissa, Verbi gratia, qualia de libera dicta sunt: &

dabo tibi ex ea filium cui benedicturus sum, & statu pactum meum ad eum, & his similia. Nul-  
la inquam talia audierat, quæ se exauditam esse sciebat, vnde & filio suo nomen Ismahel, quod  
interpretatur auditio dei, impositura erat. Terrenum est omne quod audierat, scilicet multipli-  
cabo semen tuum: & non numerabitur præ multitudinem: & hic erit ferus homo, & cæc. Recte er-  
go ancilla, videns non faciem, sed posteriora vidit. Sic & synagoga illius populi, qui secundum  
carnem natus est, nequaquam faciem domini, sed posteriora vidit, quia videlicet interiora fan-  
ctæ legis, vbi fulget facies, id est notitia dei: vbi splendida est facies Moyfi, nullatenus ferre va-  
luit, sed solam exteriorem literam intuitus est, utpote animalis, & non percipiens ea quæ sunt spi-  
ritus dei. Præterea nunc quoque postquam eiecta est ancilla, & filius eius: futurus est ut videat posteriora  
Rom. II. videntis, quia præsentem gratiam dei qui videre noluit, præteritam quandoque videbit. Cum  
enim plenitudo gentium subintroierit, tunc omnis Israel saluus erit. Iuxta hoc & Moyfi in typum  
Exod. 33. eiusdem populi dictum est. Posteriora mea videbis, faciem autem meam videre non poteris. [Ipse  
est inter Chades & Barad.] Chades & Barad regiones sunt deserti, inter quas & Sur desertum:  
vbi, sicut iam dictum est, inuenit angelus Agar. Tunc etiam inuenitur in deserto Sur, id est, in-  
tra murum. Sur enim interpretatur murus: intra murum, inquam, quem ædificauit incredula  
Psalm. 17. contra deum, de quo Psalmista: Et in deo meo, inquit, transgrediar murum. Inuenitur, inquam,  
inter Chades & Barad, id est, inter viuificantem spiritum, & occidentem literam claudicans &  
errans. Chades enim sancta, Barad interpretatur grando. Et reuera lex domini secundum viuifi-  
cantem spiritum, sancta: secundum occidentem literam grando est.

*Item de ortu Ismahel, & quomodo dictus sit, quia secundum carnem natus est.*

*Itemque de ætate patris, qua ille natus est. Cap. XXVII.*

**P**eperitque Abræ filium, qui vocauit nomen eius Ismahel. [Ismahel exauditio dei interpreta-  
tur, sicut iam dictum est. [Octoginta & sex annorum erat, quando peperit ei Agar Isma-  
hel.] Dum nascitur Ismahel, octoginta & sex annorum pater est: dum nascitur Isaac, ille cente-  
narius est. Hac quippe ætate patris natus est Isaac. Porro octoginta & sex annorum quantitas  
duobus disponitur terminis: Est enim in deceno limite octonarius, in singulari senarius. Ecce  
centum annorum quantitas simpla est, id est, vno limite contenta: & est tertia vnitas eademque  
tetragona. Nam decies decem dilantur in centum. Ergo quod ait Apostolus: Sed qui de an-  
cilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per reppromissionem: diuersa quoque hæc  
in vtraque generatione pulchre significat quantitas annorum. Nam ex conueniente naturaliter vi-  
ri & foeminae carne vel sanguine, natus est Ismahel: quia videlicet natura fert ut de viro, quam-  
uis sene, iuuenula concipiat, qualis erat Agar. E contra, ut anus, qualis erat Sarai, de viro sene  
concupiat, natura ferre non solet. Proinde dum nascitur Ismahel, pulchre numerus paternæ æta-  
tis compositus est. Senarius perfectus numerus in singulari limite, ipse quodammodo est Abra-  
perfectorum vir operum, sed parui & frigidi sanguinis: octonarius autem, qui & a philosophis fo-  
mina dicitur, ipse in deceno limite, quodammodo est Agar, infirmior quidem quia foemina, sed  
fecundior viro, quia iuuenula. Senarium numerum ideo perfectum dicitur, quia suis constat ex  
partibus, scilicet media, quæ sunt tria: & tertia, quæ sunt duo: & sexta, quæ est vnum. Nanque  
tria duo vnum senarium perficiunt. Octonarium idcirco foeminam dicunt, quia pariter par, id  
est, vsque ad extremas vnitates, solubilis est. Soluitur enim in duos quaternarios: quaternari-  
us vero medietas, in duos binarios: & binarius in duas infecabiles vnitates. Itaque foemina dicitur,  
sicut e contrario numerus impar: verbi gratia, Septenarius, quia insolubilis est: nec enim in  
duas partes æquas diuidi potest, mas appellatur. Sub his ergo numeris recte naturalis secundum  
carnem generatio Ismahelis inuenitur. E contra, dum nascitur Isaac, cuius generationem vnica  
dei gratia operata est, paternæ ætatis numerus plenus & integer: vnus & simplex, id est, solo limi-  
te centeno sub vnitate contentus est. Vnitas namque apud eosdem philosophos, neque mas neque fo-  
minam dicitur: & proinde recte sub cetera vnitate paternorum annorum Isaac nascitur, cuius ge-  
nerationem neque viri neque foeminae natura, sed sola diuinæ promissionis veritas operatur. Cuius  
generationis deinceps, inter deum & hominem præparatoria sic inchoantur colloquia.

Natiuitas I-  
saac sacramen-  
tum est incar-  
nati.

**P**ostquam vero nonaginta nouem annorum esse coeperat, apparuit ei dominus, dixitque ad  
eum: Ego dominus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus. Ponam foedus meum  
inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abraham pronus in faciem. [No-  
nagesimus nonus Abram, tertius decimus Ismahelis annus est. Ergo C. eiusdem, qua ætate pa-  
tris Isaac natus est, quartus decimus Ismahelis annus est. Oigitur magna & mira diuinæ ordina-  
tionis pulchritudo. Cum iam pater Abram æuo frigidus est: & contra, filius ancillæ, calidæ Is-  
mahel adolescentiæ fines ingreditur, tunc fidei fructus Isaac de libera nascitur, quia videlicet fu-  
turum erat, ut iam senescente populo dei, vigente in paucissimis fide, & vbiq; abundante seruili  
iniquitate, repromissus Abraham Christus nasceretur. Hac illius ætate, quid dominus loquitur  
Ego, in

Ego, inquit, dominus omnipotens: ambula coram me, & esto perfectus. Non iam hoc est pro-  
ficiendi præceptum, sed perfectionis datum. Idcirco recte præmittit: Ego dominus omnipotens,  
quia videlicet ut ambulet coram domino Abram, vel alius quis, & perfectus sit: hoc omnipo-  
tentia domini: hoc omnipotentis dei opus est. Omne enim datum optimum, & omne donum per-  
fectum defursum est. Quare autem hoc hæcenus non dixit, cum multoties apparuerit, & locu-  
tus illi fuerit: Quare, nisi quia & hoc ad mysterium pertinuit. Sicut enim natiuitas Isaac typus fu-  
it: incarnationis Christi: per quam sanctorum populus expectatam perfectionem obrinuit: sic  
tunc demum hoc debuit dici: ambula coram me, & esto perfectus: quando eiusdem Isaac dono  
omnipotentis domini generatio parabatur. Vnde & perfectionis vinculum continuo subiun-  
xit: Ponamque foedus meum inter me & te: & multiplicabo te vehementer nimis. Quod enim  
foedus tunc promissit, nisi sacramentum incarnationis & passionis Christi, quod nunc in recon-  
ciliationis humanæ contulit foedere suo: Nam quod superius dictum est, in illo die pepigit domi-  
nus foedus cum Abram: iuramentum fuit, quod iurauit ei dicens: Semini tuo dabo terram hæc.  
Hoc autem quod hic promittit signanter, dicendo, inter me & te: mediatoris dei & hominum pro-  
missio & aduentus eius est. Et quia per positionem huius foederis amplianda erat propagatio ge-  
neris Abraham spiritualis, continuo subiunxit: & multiplicabo te vehementer nimis. Non conten-  
tus fuit dixisse vehementer, sed addidit, nimis: quia videlicet eiusmodi multiplicatio promitti-  
tur: cuius neque quantitate comprehendere, neque dignitatem æstimare quisquam hominum pos-  
sit: quæ in spiritu potius quam in carne Abraham sit. Ad hæc audienda idoneus cecidit Abram  
pronus in faciem, subauditur, gratias agens.

*Quod in vero Isaac, id est Christo, impleta sit promissio dicentis: Multiplicabo te  
vehementer nimis: & de augmentatione nominis Abraham. Cap. XXIX.*

**D**ixitque ei deus: Ego sum, & pactum meum tecum: erisque pater multarum gentium. Hoc  
vtrique est quod dixit: Multiplicabo te vehementer nimis. Planè hæc multiplicatio vehe-  
mens & nimia est, patrem esse multarum gentium, patrem esse omnium credentium, siue qui ex  
circumcisione, siue qui ex præputio sunt. Nam in Christo est hoc pactum: quod enuncia-  
tum meum tecum. Nec enim qualecunque, sed singulariter magnum est pactum: quod enuncia-  
tur præmissit, ego sum. Hoc, inquit, pactum in Christo est, mediatore dei & hominum, per quem  
solum Abram pater factus est multarum gentium: imò quod dictum quoque sanctissimum & di-  
gnissimum est, pater omnium dei filiorum. Omnes enim quotquot filii dei dicuntur & sunt, non  
nisi per Christum talem gratiam acceperunt, per quem redempti & deo renati sunt. At ille sci-  
licet Christus, secundum veritatem carnis assumptæ semen Abraham est. Igitur omnium quotquot  
deus pater est: omnium, inquam, illorum & Abraham pater est. Benè ergo cecidit in faciem,  
adorans & gratias agens: cum tanti huius muneris acceperit largitatem: multiplicationis eius-  
dem inigne in ipso ponit titulo nominis. [Nec vocabitur, inquit, ultra nomē tuum Abram, sed  
vocaberis Abraham: quia patrem multarum gentium constituit, faciamque te crescere vehe-  
mentissimè: & ponam in gentibus: regesque ex te egredientur.] Dicunt Hebræi quod ex nomine  
suo, deus quod apud illos Tetragrammaton dicitur, h literam Abraham & Sara addiderit. Di-  
cebat enim primum Abram, quod interpretatur pater excelsus, & postea vocatus est Abra-  
ham, quod transfertur pater multarum, gentium enim quod sequitur, non habetur in nomine,  
sed subauditur. Nec mirandū, quare cum apud Græcos & nos, a litera videat addita: nos he lite-  
rā hebræam additā dixerimus: Idioma enim linguæ illis est, per e quidē scribere, sed per a legere,  
sicut e contrario a literam sæpe per e pronunciant. Et hoc ad rationē promissionis valenter acce-  
dit, quod in patris huius nomine, cuius est secundum carnem filius dominus Christus Iesus filius  
dei, iam vna præfulget litera nominis domini. Cur enim vel vnam non haberet literam nomi-  
nis domini, pater eius, in quo est totum nomen domini? Sic enim Moyfi dictum est de eo: & est  
nomē meum in illo. Non dixit, super illum, quod commune est omnium, quorum hic pater est,  
ex multis gentibus credentium: iuxta illud quod & in Apocalypsi dicitur de vnoquoque credenti-  
um: Et scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem, & no-  
mē meum nouum: sed est nomē meum in illo: quod proprium est vnici filii, qui cum sit deus & do-  
minus, per omnia, tam nomine, quam & re, deo & domino patri consimilis & coequalis est. Et po-  
nam, inquit, in gentibus: regesque ex te egredientur. Reges hic recte accipiuntur, qui apud ip-  
sum pro fidei merito noti sunt: de quibus ipse in Euangelio: Dico enim vobis, ait, multi reges  
& iusti vulerunt videre quæ vos videris, & non viderunt. Potest tamen non absurdè vniuersa  
liter, tam de iniustus quam de iustis regibus accipi. Nam & de Ismahel loquens, duodecim, in-  
quir, duces generabit.

*De eo quod dictum est: Et statuam pactum meum inter me & te, & inter  
semen tuum post te. CAP. XXX.*

Jacob. 1.

Gen. 15

Opinio  
Iudæorū  
de noie  
Abrahæ.

Exod. 23

Apoc. 3.

Luca 10

**E**T statum pactum meum, inquit, inter me & te, & inter semen tuum post te, in generationibus suis foedere sempiterno: ut sim deus tuus, & seminis tui post te, daboq; tibi & semini tuo terram peregrinationis tuae: omnem terram Chanaan in possessionem sempiternam, eroq; deus eorum: quia iam dictum est, Abraham typum tenere antiqui populi sanctorum, distinctio quam nunc fecit deus, dicendo: inter me & te, & semen tuum post te: itemq; ut sim deus tuus, & seminis tui foedere sempiterno: sic recte accipienda est, ut in nomine Abram omnes electos, qui ex carne simul & fide eius sunt in nomine seminis eius, quod post ipsum, omnes electos ex gentibus intelligamus, qui non quidem caro & sanguis Abraham, sed per fidem seminis eius, quod est Christus, semen sunt Abraham: semen, inquam, posterius: quato naturalibus ramis qui fracti sunt posterior est oleaster, qui inseritur. Item sub nomine terrae Chanaan, recte intelligitur illa terra viventium, quae euomuit maledictum illum Chanaan, qui verè ex antiquo maledictus est, id est, diabolus, quam videlicet terram omnem per fidem praedictum Abraham semen possidebit in aeternum. Alioquin si solum hic accipias terram, quam tunc Chanaan homines inhabitabant, quomodo stabit quod dictum est: Dabo tibi in possessionem aeternam? Interpretatur autem Chanaan motus eorum. Quo nomine recte significatur superbiorum motus angelorum, quibus venit pes superbiae, & manu peccati sui moti sunt, & ceciderunt, & expulsi sunt, nec stare potuerunt. Nec solum hoc loco, sed penè in omnibus eiusmodi dei sermonibus illa intelligenda terra est, quae reuera suat lac & mel, quam respicit dominus deus noster, à principio anni usq; ad finem eius, id est, semper. [Dixitque iterum dominus ad Abraham: Et tu ergo custodias pactum meum & semen tuum post te in generationibus suis.] Tanquam diceret: Meae fuerit gratiae, spontaneum cum homine pactum inire: hominis sit, tantam non negligere gratiam, & pactum dei sui non face re irritum. Nam ego quidem non prophanabo testamentum meum, & quae procedunt de labiis meis non faciam irrita: veruntamen quisquis irritum fecerit, ego ultor existam: Tu ergo, quoniam homo es, & homo non nisi operoso studio veritatem tenere potest, quae naturaliter in deo est: tu, inquam, sollicitudine adhibita custodi pactum meum, & post te semen tuum.

*De circuncisione, quod signum fuerit iustitiae fidei, & cur id in illa corporis parte poni debuerit, & quod post aduentum promissis seminis, quod est Christus, circuncisio recte cessare debuerit.*

CAP. XXXI.

**H**Oc est pactum meum quod obseruabitis inter me & vos, & semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetur carnem praeputii vestri. [Hoc loco pactum pro signo pacti a quo uocè oportet accipi. Nam sequitur continuo: [ut sit signum foederis inter me & vos.] Quod Paulus quoq; apostolus confirmans, cum dixisset: Quomodo ergo reputata est Abraham fides ad iustitiam, in circuncisione an in praeputio? non in circuncisione, sed in praeputio, continuo subiunxit: Et signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in praeputio, ut sit pater omnium credentium per praeputium. Itaq; cum hic scriptura exponens quomodo circuncisionem appellauerit pactum, dicat, ut sit signum foederis, & Apostolus eandem circuncisionem appeller signum vel signaculum iustitiae fidei, quae est in praeputio: manifestum est circuncisionem carnis, non ipsum foedus, sed signum foederis: non ipsam iustitiam, sed signaculum fuisse iustitiae fidei. Hic iam quaeritur: Cur tali in loco, tali in parte corporis signaculum iustitiae fidei, pater noster Abraham accepit? Si enim, inquit Iudaeus, signaculum pro signo iustitiae datum est circuncisionis cauterium, cur non potius in ea parte vel membro corporis datum est quod nudum esset, ut semper pateret? Huic ineptae obiectionulae ut multum pueriliter respondeam, aio: quia si in naso aut in labio, vel certe in auricula, siue in oculo signum circuncisionis deus posuisset, damnosa utique macula faciem hominis deturpasset. Veruntamen pro re magis serio respondendum est. Signum foederis secundum Moysen, & signaculum iustitiae fidei secundum Apostolum, circuncisionem esse, iam supra diximus, quod diffiteri, nec Iudaeus, nec Hebraea possit haereticus. Constat verò, quod foedus ipsum vel fides quae Abraham ad iustitiam reputata est, in promissione seminis extitit, in quo benedicuntur omnes gentes. Hoc nōpe est quod ei edidit Abraham, & reputatum est illi ad iustitiam. Quae ergo in parte corporis huiusmodi fidei signaculum magis congrue daretur, quam in ea per quam semen ipsum naturaliter traicitur? Illic utique congruentius signaculum posuit sponsor, & promissi sui debitor deus, ut & ipse promissionis & homo expectationis suae, semper commoneretur: Debitorem namque se fortiter teneri voluit, qui promissi seminis signum in ipso seminis effusorio credenti posuit homini. Simulque & illud sciendum, quia sicut Noe fidei suae, recte in nubibus positum est signum, dicens deo: Cumq; obduxero nubibus caelum, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor foederis mei, quod pepigi tecum, videlicet praedicti deo crediderat: quia diluuium aquarum de nubibus inundaturum erat. sic recte nihilominus Abraham, quia crediderat dicenti deo, quod in semine eius benedicerentur omnes gentes, in loco seminis, id est, in genitali corporis parte, signum eiusdem

Cur circuncisio in parte corporis abscidita potius, q̄ aperta instituta est.

Gen. 9.

eiusdem fidei positum est. Nunc vide quanti sacrilegii sit, post aduentum eiusdem seminis, ad huc iniicere carni suae signaculum eiusdem circuncisionis. Nempe iuxta praescriptam veritatem, circuncisionis susceptio expectandi seminis illius professio est. Quisquis circunciditur, semen quod Abraham promissum est, etsi non conscientia, signo tamen illo, venturum, se expectare proficitur. At ille scilicet Christus iam venit, iam natus est, iam illo dato in benedictionem cunctis gentibus veritas dei impleta est: Igitur quisquis adhuc circunciditur, venisse negat eum, quem tali signo venturum, se expectare pronuntiat, & perinde illum qui iam venit utique Christum esse denegat. Recte itaque & veraciter Apostolus: Si circuncidamini, inquit, Christus vobis nihil proderit.

Galat. 6.

*Item de circuncisione, & cur infans octo dierum iussus est circuncidi.*

CAPVT XXXII.

**I**nfans octo dierum circuncidetur in vobis. [Præter illud q̄ circuncisionis signum pro testimonio erat gentilibus, quia fidem haberet venturi seminis Abraham, id est, Christi, in eo quoque mysterium est, quod non quocunque, sed octauo die circuncidetur, inquit, infans in vobis. Octauus namque dies infantis, octauam significat aetatem mundi, qua circuncidetur infans, id est, expoliabitur orbis omni corruptione mortalitatis, & nouus erit mundus, vniuersali resurrectione regeneratus. Illi enim qui digni habebuntur seculo illo & ex mortuis resurrectione, non nubent neque nubentur, neque enim ultra mori poterunt, æquales enim angelis erunt, & filii sunt dei cum sint filii resurrectionis. Bene ergo infans octo dierum circuncidi iubetur, quia videlicet quod circuncisio signat, octaua aetate mundi perficietur. [Omne masculinum in generationibus vestris tam aduena, quam empritiuus circuncidetur, & qui non fuerit de stirpe vestra,] subauditur, si in vestram voluerit transire coloniam. Sic enim in Exodo cum dixisset: Haec est religio phasae, aduena & mercenarius non edent ex eo, & caetera. Continuo subiecit, ait: Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phasae domino, circuncidetur prius omne masculinum eius, eritq; sicut indigena terrae. Tales instantissime perquirebant pharisaei, ut in carne eorum gloriarentur, quibus dominus dicit: Vae vobis scribae & pharisaei hypocritae, qui circucitis mare & aridam, ut faciatis vnum profelytum. Et cum factus fuerit, facietis eum filium perditionis duplo quam vos: Lustrantes enim totum orbem propter negotiationes & diuersa lucra, quae tam à discipulis indigenis caprabant, quam à peregrinis, per imaginem sanctitatis studii, habebant de gentibus facere profelytum, id est, aduenam circuncisum miscere populo dei. Sed qui ante, dum esset Ethnicus, simpliciter errauerat, & erat semel filius perditionis, videns magistrorum vitia, & intelligens destrueret eos opere, quod verbis docebant, reuertebatur ad vomitum suum, & gentilis factus maiore erat poena dignus. [Erit pactum meum in carne vestra, in foedus aeternum.] Hoc dicto Iudaei carnis circuncisionem defendere contendunt, quia videlicet dictum est in foedus aeternum, tanquam hoc idem sit, ac si diceretur, exercendae circuncisionis ritum seruabitis in aeternum. Sed iam supra dictum est, non foedus circuncisionem, sed foederis esse signum: Circuncidetur, inquit, carnem praeputii vestri, ut sit signum foederis inter me & vos. Alias autem quomodo circuncidendi ritus aeternus esse poterit, cum sine dubio nascendi vel generandi successio finem habitura sit. Igitur quod ait, erit pactum meum in carne vestra in foedus aeternum, sensu supradicto, ad deum qui vera caro de carne illorum est, respicit Christum mediatorem dei & hominum, in quo veraciter pactum vel foedus est aeternum, quia ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, in quo omnes inimicitiae dissolutae, & coelestia cum terrestribus pacificata sunt.

Matth. 22.

Exod. 12.

Matth. 23.

Circuncisio non est foedus aeternum sed sig. sc.

Eph. 2. Coloss. 2.

*De eo quod dictum est: Masculus cuius praeputij caro, & caetera. Et quid ante aduentum Christi circuncisio contulerit.*

CAPVT XXXIII.

**M**asculus cuius praeputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. [Tanquam diceret: Masculus qui supradictum foederis mei signum non suscepit, id est, non circuncidit carnem praeputii sui, ille fidem seminis tui negauit. Porro sine fide seminis tui, quod est Christus, saluari impossibile est. Delebitur igitur anima illa de populis suis, id est, non connumerabitur inter populos, quorum te patrem constitui. Quare? Videlicet quia pactum meum irritum fecit, id est, quia in Adam praearicatus est, cuius tunc erat in lumbis, & nunc exortus praearicationem illius, quam tuam fidem sequi: & imitationem peccati, quam expectationem seminis tui, suscipere maluit. Vnde enim inter deum & homines inimicitiae, nisi quia primus homo pactum dei in paradiso praearicatus est? Ergo qui non accipit eius testimonium, per quem solum illae inimicitiae soluantur, qui, inquam, non signatus est ante aduentum eius signaculo, quale tunc positum fuit: & qui non signatur post aduentum eius signaculo ipsius, quale nunc positum est, merito perit pro eadem culpa



Cur sanctis culpa primæ præuaricationis. Quærat nunc aliquis: Cur ergo sancti patres ante aduentum Christi non introiebant in regnum dei, si per fidem Christi in circumcissione fuerant iustificati & ipsi? Ad quod ediuerso respondemus. Cur sacramentis sanctæ ecclesiæ, Verbi gratia: Corporis & sanguinis domini communione non admittuntur catecumini nostri? Nonne corde credunt, & ore consentunt fidem Christi? Videlicet, inquis, quia nondum sacro fonte sunt regenerati. Ita planè veteres sancti; iccirco ab illa cœlesti gloria nõ debent in communionem gloriæ & visionis recipi diuinæ claritatis, nec fas erat vt inter candorem innocentie vel claritatis angelicæ reciperentur qualecunque humani generis iustitiæ, quæ omnes, restante Esaia, sic erant sicut pannus menstruatus, nisi prius lotæ essent sanguinis & aquæ de Christi latere profluentis inundatione.

*De eo quod dictum est: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram.*

CAPVT XXXIII.

**D**ixit quoque ad Abram: Sarai uxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram, & benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, & reges populorum ex eo orientur. Sublato vno elemento, id est i, addita est e litera quæ per a legitur, & vocata est Saram. Idioma nanque (vt supra iam dictum est) lingua Hebræis est per e quidem scribere, sed per a legere, sicut e contrario a literam sepe per e pronuntiant. Porro Sarai interpretatur princeps mea. Sara princeps absolutè. Causa autem immutati nominis, eadem huic quæ & Abrahamæ est. Illa nanque Hierusalem quæ sursum est, quæ libera, & mater omnium nostrum est, antequam nasceretur verus Isaac, id est, rifus, scilicet dominus noster Iesus Christus, rifus noster, & gaudium nostrum, vnus princeps erat populi Iudæorum. Nam nos gentes (vt ait Apostolus) eramus, illo in tempore sine Christo, & alienari à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. At nunc iam non sumus hospites & aduenæ, sed sumus ciues sanctorum, & domestici dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum. Itaque sicut iam non Abram, sed Abraham, id est, pater multarum gentium, sic iam non dicitur Sarai, id est, princeps mea, quæ dictio solius esset populi Iudæorum, sed Sara, id est, princeps, vt subauditur, multarum gentium. Nam sicut Abraham pater, sic & per eandem fidem mater nostra Sara est. Dabòque tibi, inquit, ex ea filium, cui benedicturus sum, eritque in nationes, subauditur, per ipsum semen vnum, in quo & tu eris (vt iam dixi) pater multarum gentium: Christum enim prænuntiat in Isaac, qui est vtiq; in nationes, quia per fidem eius & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Proinde cum dicit, cui benedicturus sum, nihilominus subaudiendum est, ita vt benedictio eius redundet in omnes gentes, sicut iam prædixi tibi, quia in te benedicentur vniuersæ cognationes terræ. Ex eo reges populorum orientur, inquit, subauditur, per fidem. Nam secundum carnem ex Isaac, populorum quidem, scilicet Israel & Edom reges orti sunt, sed hoc maius & laudabilius est, magisq; ad promissiones magnifici oris domini pertinet, quòd ex femine Abrahamæ secundum Isaac per fidem Christi renati sunt gentium reges, vel quam plurimi ecclesiarum idèq; rectores.

*De risu Abrahamæ dicentis in corde suo: Putasne centenariò nascetur filius?*

CAPVT XXXV.

**C**ecidit Abraham pronus in faciem, & risit, dicens in corde suo: Putasne centenariò nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad dominum: Vtinam Ismahel viuat coram te. Virum æterno risu verè dignum, & sempiternæ iucunditati bene præparatum, qui ita cecidit in faciem vt rideret, ita risit vt in faciem caderet, illius vtiq; adorans omnipotentiam, cuius in promissione audierat singularem gratiam. Putasne, inquit, centenariò nascetur filius? subauditur, talis futurus, & nascetur de Sara nonagenaria: quæ cum per ætatem debuit parere, sterilis erat. Hoc enim subaudiendum est, præsertim, cum post obitum Saræ, & cum iam uxorem duxisset Isaac, tamq; adultus, non dubitauit idem Abraham ducere uxorem nomine Cethuram, nec frustra: quippe, de qua suscepit filiorum copiam. Ergo putasne quod in corde suo dixit, non dubitando, sed suam ipse felicitatem ineffabiliter admirando. Quod verò ore proprio ad dominum dixit, vtinam Ismahel viuat coram te, planè reuerentis & pudorati animi est, consentientis illud quod promittebatur longè abundantius esse, quam petere ipse auderet. [Et ait dominus ad Abraham: Sara vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Isaac, & cætera.] Imperiosa hæc sermonis dei repetitio est, notam fidem hominis excitantis, vt aures audiendi habeat, nec humilitate nimia dissimulet audita gaudia. Sara, inquit, vxor tua pariet tibi filium, sicut iam dixi, quia tu risisti, quod subaudiendum est, vocabitur nomen eius Isaac, quia reuera ridebit in nouissimo generositas tua. Isaac nanque rifus interpretatur. Quo nomine rectè seminis Abrahamæ, quod est Christus, felix natiuitas significatur, qui vniuersitati sanctorum quorum ex carne vera caro, & verus homo ipse est, sempiterni rifus & interminabilis gaudii causa est. De quo idem ait: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Quod gaudium

Iohan. 14.

gaudium vel quem rifum, omnium pulchrè vnus illorum prægustauit, clausus adhuc in vtero, dicente matre eius ad Mariam: Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo: Eorum omnium, cum sint vnum corpus & vnus spiritus, mysticè hæc vox est: Putasne centenariò nascetur filius, & Sara nonagenaria pariet? Et est senius: Hactenus cum floreret rerum status, temporibus regum nobilium, non venit Christus, nunc senius quoddam generis Abraham, (Ablatum est enim sceptrum de Iuda, & dux de fœderibus eius) putasne ergo nunc veniet qui mittendus est? Putas videbo? Putas durabo? Putas hic me inueniet illa natiuitas? Eorum nanq; huiusmodi suspiria, Simeonis expectatio satis indicat, qui in desiderio cordis sui responsum acceperat à spiritu sancto, non visurum se morrem, nisi prius videret Christum domini. Christum igitur Isaac & nomine signat & munere, quia & semibus parentibus datus, & à rifu nomen sortitus est.

*De eo quod dictum est: Super Ismahel quoque exaudiui te, & quomodo intelligendum sit: Pactum verò meum statui ad Isaac.*

CAPVT XXXVI.

**S**uper Ismahel quoque exaudiui te: Ecce benedicam ei, & augeto & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, faciamq; illum in gentem magnam: Pactum verò meum statui ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero. Vtrum Ismahel in persona sua ad sortem electorum pertineat & viuat coram domino, iuxta petitionem patris dicentis, vtinam Ismahel viuat coram te: præsertim quia respondit dominus, super Ismahel quoque exaudiui te, ecce benedicam ei, & cætera, alterius nobis scripturæ autoritate certum non est. Nusquam enim tale quid de Isaac & Ismahel scriptura patenter edicit quale est illud: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Quamuis hæc eadem scriptura dicat: Cumq; vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eice ancillam hanc & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Et eundem ludum Apostolus persecutor nem vocat, dicendo: Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus est, persequeretur eum qui secundum spiritum, ita & nunc. Non tamen omnino consequens est, quòd à deo proiectus vel eiectus sit, præsertim cum post pusillum ibidem scriptum sit: Exaudiuit autem deus vocem pueri de loco in quo erat. Tradunt quidem Hebræi, ludum illum eiusmodi fuisse, quòd idola luto fecerit, iuxta quod alibi scriptum est: Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Sed & ediuerso dicit alii, quòd aduersus Isaac, quali maioris ætatis, ioco sibi & ludo primogenita vèdicaret. Sed de hoc aliàs. Nunc illud dictum sit, quamuis reproborum typi gesserit, nõ omnino consequens vel constans esse, qd & ipse in sua persona à deo reprobarus sit, dicere illo: Super Ismahel quoque exaudiui te, quia dixerat Abraham: Vtinam viuat Ismahel coram te, Duodecim, inquit, duces generabit. Hi duces, id est, filii eius, inferius sunt descripti. Primogenitus Nabaioth, deinde Cedar, & Abdehel, & Mafsam, Masma quoque, & Duma, & Masa, & Adad, & Thema, Ithur, & Naphis, & Cedma. Pactum verò statui ad Isaac. Pactum nec hoc loco circumcissionem vult intelligi, quæ potius (vt supra iam dictum est) signum est pacti. Nam & Ismahel circumciscus fuit. Sequitur enim: [Cumq; finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit deus ad Abraham: tulit autem Abraham Ismahel filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, & circumcidit, &c.] Ergo pactum, quod proprie est ad Isaac, redemptio vel reconciliatio generis humani est, quam in Isaac per Christum fieri statutum est ab eo qui promissit: statutum, inquam, quia fidelis est, & propositum eius infirmari non potest.

*De centesimo ætatis anno Abrahamæ, quo natus est Isaac, & quòd vbi nasciturus iam datur, trinitatis mysterium in forma angelorum se homini manifestare dignatur.*

CAPVT XXXVII.

**A**pparuit iterum dominus ei in conualle Mambre, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruore dei. Hic annus ætatis Abrahamæ centesimus ad illam secundum diuinitatis consilium respicit plenitudinem temporis, de qua dicit Apostolus: At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Proinde totus illi festiuus atque solennis, ex diuinis est reuelationibus, maxime, quia quam hactenus vidisse non legitur figuram sanctæ trinitatis, hoc tempore videre meruit. Ecce enim apparuit, inquit scriptura, iterum ei deus in conualle Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso seruore dei. Cumque subleuasset oculos apparuerunt ei tres viri stantes prope eum. Quos cum venisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi sui & adorauit in terra, & dixit: Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, & cætera. Vbi nasciturus Isaac, non iam solum, vt ante promittitur, sed & datur, trinitatis mysterium in forma trium angelorum, se homini manifestare dignatur, quia videlicet vbi Christus nascitur, ex femine Abrahamæ, eiusdem Christi filii dei incarnationem præsentia suæ

Luca. 1.

Gene. 49.

Luca. 2.

An Ismahel sit saluatus. Malach. 1.

Gene. 21.

Galat. 4.

Exod. 12.

Gene. 25.

CAP. XVIII.

Galat. 4.

suæ maiestatis tota trinitas, in hospitio virginei ventris operatur: & exinde nomen eiusdem trinitatis, nomen patris & filii & spiritus sancti toto mundo publica prædicatione declaratur. Nam pater est qui virginem imprægnat, filius qui natura induitur humana, spiritus sanctus cuius operatione concipit virgo, quæ virum non nouerat. Sed iam ipsa literæ sequamur vestigia. Apparuit, inquit, iterum. Incertum reliquit, quanto intervallo post illa quæ supra narrata sunt, hoc factum sit: sed certum tamen est, quod breuissimum tempus interfuerit. Nam & in præcedenti visione, cum dixisset deus, pactum verò meum statuam ad Isaac, addidit continuo, quem pariet tibi Sara tempore isto in anno altero: & in hac iterum dicit, reuertens veniam ad te hoc eodè tempore, vita comite, & habebit Sara filium: potest tamen intelligi, quod ait in ipso seruore diei, idem esse ac si diceretur, in seruore ipsius diei, subauditur, cuius præcedente nocte apparuerat, & de circumcissione mandatum dederat illi.

*Quid significet, quod tunc apud hominem angeli, siue deus in angelis tam familiariter hospitatus est, & penè nihil à consueta hominum hospitalitate susceptio illa differt.*

## Cap. XXXVIII.

**I**n ipso, inquit, seruore diei: Satiùs exprimi non potuit qualitas vel proprietas eius quæ nunc apparuit visionis. Idem enim est, ac si dictum fuisset. Non iam in visu noctis, non in aliqua spiritali solummodo visione, sed in lumine huius solis, in aspectu oculorum vel sensu communi. Nam reuera ad communes pertinent sensus cuncta hæc, quæ in hac visione narrantur. Cumque subleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum, & cætera, vsque ad id quod dicitur: Igitur pluit dominus super Sodomam & Gomorrhæam ignem & sulphur. Quidnam est in quo hæc acta vel dicta cœlestium hospitem in communi schemate, siue omnimodo gestu differant hominum apud amicos suos hospitantium? Ille hospitalis paterfamilias currens in occursum quasi hominum, præ lassitudine tecto & refectione indigentium, [asseram, inquit paucillum aquæ, ut lauauerit pedes vestri, & requiescite sub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortate cor vestrum, postea transibitis.] Quid humanius homini dices, quem præ labore itineris & inanitate ventris penè deficere, debilis vel concisus anhelitus proderet. Item quid pronius responderent fessi viatores, de bono & comi hospite lætantes? [Fac, inquit, ut locutus es: Festinanter ille ad Saram, tanquam pro amicis esuriens, accelera, inquit, & tria facta farina simul commisce, & fac subcinericios panes. Currit ipse ad armentum & tollit vitulum tenerimum & occidit, datque puero. Qui festinauit & coxit illum.] Apponit tandem cœnam opimam, butyrum & lac & vitulum, quem coxerat: ipse verò stat coram eis edentibus & bibentibus, secundum morem vel disciplinam ministrantium. Tunc illi (ut mos est bene refectionis hospitem) exhilarat ac lætabundi: [Vbi est, inquit, Sara vxor tua?] Ac deinceps vnus qui in tribus illis erat dominus deus, [reuertens, inquit, veniam ad te tempore isto, vita comite, & habebit Sara filium.] Sic omnino loqui solet homo, qui semper in incertitudine est futurorum, & ipsius vitæ suæ. Veniam ad te, vita comite, id est, veniam ad te, si vita comes fuerit. [Risit Sara] videlicet pudibunda mulier tanquam venerandos erubescens homines. [Postquam, inquit, consenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Desiderant enim illi fieri muliebria.] id est, menstrua scilicet secundum gratem, præ raritate sanguinis. Vnde & duplex videbatur importunitas concipiendi vel pariendi ei, quæ & cum sanguine abundaret, fuerat sterilis. Perterritæ & dicenti. [non risi] iucundius adhuc imminens dominus, [non est, inquit, ita, sed risisti.] Apud Loth quoque penè idem quod homines dicunt & faciunt angeli. Vocati ad hospitium, minimè inquam, sed in platea manebimus, vixque compulsi diuertunt ad eum. Ille quoque ingressus fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt. Quid, inquam, hic est, quod discrepet ab hominum confabulatione, vel consultatione communi? Num leuia sunt hæc aut ludicra? Non vti que, sed dei & hominis verè filii dei, & verè filii hominis vera & sancta sunt præconia. Quid enim tunc parabatur, nisi ut Isaac nasceretur, in typum eius, qui cum fecerit terram in sempiterno tempore, & impleuerit eam pecudibus: etenim ea quæ sunt, omnia per eum facta sunt, post hæc in terra videndus, & cum hominibus erat conuersaturus? At ille non vti que videndus, non quomodo cum hominibus erat conuersaturus: sed in veritate humanæ substantiæ: verè de femina conceptus & natus, verus homo, vera caro factus erat in nobis habitaturus. In nobis (inquam) per omnia, vti que de suis inuisibilibus, ad nostra visibilia profectus. Habitauit enim in nobis, cū in illo femineæ secreto naturæ, de quo nos non sine peccato processimus singuli, decem membris absque peccati contagione hospitatus est, & inde tanquam sponsus de thalamo suo procedens, in sole posuit tabernaculum suum, tenera vti infans circundatus carne, & vagitus emittens infantie, lactus sub lege, subditusque Ioseph & Mariæ, circumcilius & tanquam peccator legali hostia mundatus, passus famem, & fraudem tentatoris perferens, persecutione que hominum iustitens, & contriatus vsque ad mortem, de loco ad locum fugiens,

Loth.  
Gene. 19.

Baruch. 3.

Psalm. 118.

fugiens, ad extremum autem factus obediens vsque ad mortem. Rectè igitur & pulchrè dum illud præfiguratur, iam cœlestia terrenis cōiunguntur: ita ut in nullo cœlestes spiritus dissimiles se exhibeant hominibus in colloquio, in conuiuium, in omni modo, tam dictorum quam factorum gestu vel habitu. Et notandum in hac lectione, verba secundum numeros variari, id est, nunc alia singulariter, nunc alia pluraliter dici. Cuius varietatis hæc ratio est. Vbi dicuntur vel aguntur ea quæ ad deum pertinent, omnia dicuntur singulariter: vbi inter hospites penè sola sonant humana, dicuntur omnia pluraliter. Nam ut manifestius fiat quod dicitur, Vbi adoratur Abraham, non pluraliter dicit, domini mei: si inueni gratiam in oculis vestris, ne transeatis seruum vestrum, sed singulariter: Domine, inquit, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, quia videlicet vnus in tribus personis dominus vel deus est, qui singulariter & solus adorandus est. Vbi autem offert quod non dei, sed hospitem est, loquitur pluraliter, sed auferam paucillum aquæ, & lauauerit pedes vestri, & requiescite sub arbore, & confortate cor vestrum, & postea transibitis. Item vbi iucundi & bene refectionis de Sara interrogant, scriptum est pluraliter, dixerunt: vbi est Sara vxor tua: vbi autem continuo promittitur quod dare vel facere solius dei est, singulariter sic scriptum est: Reuertens veniam ad te, & habebit Sara filium.

## FINIS QVINTI LIBRI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENESIM  
Commentariorum Liber Sextus.

*De mansuetudine & ira dei, qui tam familiariter apud infum hospitatus, tam terribiliter ad Sodomam diuertit.* CAP. I.



**D**ROMISSIO vel aduentus Christi filii dei, sicut electis in multitudine misericordie, sic reprobis in abundantia est iræ & vindictæ. Ira enim, inquit Apostolus, & indignatio, tribulatio, & angustia in omnem animam hominis, operantis malum, Iudæi primum & Græci. Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Bene ergo is cuius in Euangelio suo simul ira reuelanda erat & gratia, iam in præfiguratione aduentus sui, dum præfiguratur in Isaac, vti vsque rei narranda toto orbe præmittit exempla. Penes ipsa piorum tabernacula, castis indulget delitiis, & identibus penè ardens atque congaudens materiam multiplicat causamque confirmat risus æterni: ac deinde Sodomam diuertens, terribilem super impios & peccatores pessimos pluit iram, in exemplum ignis æterni. Illic mansuetudinem, hic filii sui deus veritatem præostendit & iustitiam. Cui Propheta in Epithalamio præcinens, cum dixisset: Intende prospere procede & regna, continuo subiunxit, Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua. Sed iam ipsa veritatis & iustitiæ præsentia ingrediamur ostenta.

Roma. 2.

Ira & gratia  
Christi præfigurata.

Psalm. 44.

*De peccato Sodomorum, & quòd in illo typus præcesserit Iudæorum, qui dominum illudentes crucifixerunt.* Cap. II.

**C**umque surrexissent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham simul gradiebatur ducens eos. Homines Sodomitæ (ut superius iam dictum est) pessimi erant, & peccatores nimis coram domino. Notum imò notatum & infame est toti mundo peccatum scilicet, saturitas panis, & ocium, in quo malè nimis semetipsis abusi sunt: commutantes naturam vsu in eum qui est contra naturam: masculi in masculos turpitudinem operantes, & ita mercedem quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes, quia videlicet hoc peccatum terribilissimum & peccatorum præcedentium poena est. Proinde extunc, & vsque in seculum, publicanis quoque & Ethnicis, ne dicam omnino castis naribus, nimium foret memoria eorum. Hi planè typum gesserunt fallorum Hierosolymitarum, eorum qui dominum nostrum dei filium crucifixerunt, testante Esaiâ, cum de illis prophetica voce dicit. Audire verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrhæ. Delectatus itaque dominus hospitio patris Abraham, dirigit oculos contra Sodomam, deducente se Abraham, vni penè passurus, à peccatoribus, quia videlicet doctrinis & miraculis exhilaratus, apud discipulorum beneuolentiam, in quibus secundum fidem erat Abraham, eisdem apostolis deducentibus Hierosolymam illam, quæ spiritualiter Sodoma vocatur, ascendit crucifigendus à pontificibus, pharisæis, senioribus quoque, & scribis populi.

Roma. 1.

Esaiæ. 53.

Apoca. 11.

M Deo

De eo quod dictum est: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum.

## CAPVT III.

**D**ixitq; dominus: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam, & benedicendæ sint in eo omnes nationes terræ? Scio enim quod præcepturus sit filiis suis & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciant iustitiam & iudicium: vt adducat dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. Mira exordientis dignatio, quia deus hominis & excitare attentionem, & captare quodammodo curat benevolentiam, quippe qui ab eiusdem auditoris sui quibusdam laudibus suum sic inchoat sermonem: Num celare potero Abraham, quæ gesturus sum? Subauditur enim tantis reputantibus causis. Primò quia futurus est in gentem magnam, futurus, inquam, magis secundum fidem quam secundum carnem, in gentem magnam ac robustissimam, videlicet cuius mirando fortitudinem rectè dicam, quia regnum coelorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. Dein de scio enim, inquit, quod præcepturus sit filiis suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini: quod scilicet bono prius exemplo per semetipsum, postea scripto & doctrina legis, per posterum suos egit. Quanta putas laudationes vel testificationes sunt homini dicta hæc ex ore dei? Non ergo Abraham apud deum parui æstimatur, cui tales & tantas ob causas, consilium suum celare se non posse restatur deus. Et hæc quidem illi dignè secundum suam personam dicta sunt, qui genti suæ magnæ ac robustissimæ, hodièque præcipit, vt custodiant iudiciū & iustitiam, scientes, peccatoribus districte exemplo Sodomorum timendam esse dei sententiam. Cæterum iuxta mysterium iam dictum quando passurus dominus direxit oculos suos contra Sodomam illam, id est, Hierosolymam, non celauit Abraham, id est, Apostolis suis, carne & fide filiis Abraham, quæ gesturus erat ipse, sciens quod futuri essent in gentem magnam ac robustissimam, videlicet illam, quàm extunc diffusam per totum orbem videmus ecclesiam, terribilem vt castrorum aciem ordinatam, & quod per ministerium illorum benedicendæ essent in semine Abraham omnes nationes terræ, & quod præcepturi essent filiis, id est, auditoribus suis, vt custodirent iustitiam & iudicium, futuram credentes resurrectionem, & iudicium vniuersale viuorum & mortuorum.

De clamore Sodomorum &amp; Gomorrhæ &amp; deprecatione Abraham.

## CAPVT IIII.

**C**lamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus est, & peccatorum earum aggrauatum est nimis. Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, aut non est, vt sciam. Conuerteruntque se inde, & abierunt Sodomam. ] Quantum ad præsentem locum historiae, temerarium hominum prohibetur iudicium, ne facile audita credant, vel in experta iudicent, cum deus omnium qui falli non potest, qui & antequam fiant, omnia nouit, dicere dignatus sit: clamor Sodomorum multiplicatus est, descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint. Porro mysticè dicendum, quia Sodomorum, id est, Hierosolymorum, clamor crebro ascenderat ad dominum, Euangelica restante parabola, quia mali & male perdendi agricolæ seruos domini vineæ semel & iterum ac tertio ad se missos eiecerunt, imò & contumeliis affectos occiderunt. Nouissimè ergo missus filius vnicus, æstimante patre ac dicente, verebuntur filium meum, rectè dixit, Clamor Sodomorum multiplicatus est: descendam & videbo, & cætera. Descendit enim & vidit, vtrum clamorem qui ascenderat, opere compleuissent, vidit, inquam, id est, expertus est quàm pessimi essent, didicit in semetipso quàm crudeliter, quàm odiosè sanctos prophetas, & iustos homines occidissent. Conuerterunt se, inquit, & abierunt Sodomam. [Abraham verò adhuc stabat coram domino, & appropinquans ait: Nunquid perdes iustum cum impiis & cætera. ] Hoc planè ex ipsa orationis qualitate clarum est, quia verè Abraham coram domino stabat, & domino appropinquans erat, quia videlicet in oratione non suam, sed dei gloriam intendebat: non, inquam, suam sed dei voluntatem fieri postulabat. [Dixit enim. Abiit à te, vt rem hanc facias & occidas iustum cum impio, fiatq; iustus sicut impius. Non est tuum hoc qui iudicas omnem terram, nequaquam facies iudicium hoc. ] Ergo consulebat domino fidelis famulus, quatenus sic ageret, & sic iudicaret, vt de suis ipse iudicis dignè laudaretur. Proinde dominus deus monitorem hominem non aspernatus, & quodammodo arguentem non dedignatus, singulis eius concedit propositionibus, dimittam, inquiens, omni loco, propter quinquaginta: non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque: non percitiam propter quadraginta: non faciam, si inuenero ibi triginta: non interficiam propter viginti: non delebo propter decem. Fortis enim erat vera fortitudine homo, qui fortissimum dominum tenebat. Fortis, inquam, & fortiter seipsum confringens, qui dicebat: Loquar ad dominum meum cum sim puluis & cinis: & ne quaeso, inquit, indigneris domine, si abhuc loquar: & quia semel coepi, loquar ad dominum meum: & obsecro, ne irascaris domine, si adhuc loquar semel.

semel. Hæc enim fortitudo vera est, scilicet spiritus humilitatis, & mens subdita iustitiæ dei, quam Esaiæ. 1. idem Propheta (qui in primordiis libri sui dixerat: audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei nostri populus Gomorrhæ) deplorans in hominibus defecisse: dicit circa finem eiusdem libri flebili confectione: Non est qui inuocet nomen tuum, non est qui confurgat vt teneat te. Videbat vtique in spiritu, versum dominum ad Sodomam illam, nec esse quenquam qui teneret illum, propter abundantem malitiam. Nam quid gemeret subsecutus aperuit. Deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerunt te patres nostri, facta est in exultatione ignis. Hoc enim irreuerenter sub Vespasiano & Tito factum est.

Item de eadem re: Et quòd non casu sapiens homo taliter numerum diminuerit: prius quinquaginta, deinde quadraginta, ad extremum ponendo decem.

## CAP. V.

**S**ed quid sibi vult degradatio numerorum huiusmodi? Nunquid homo cum deo loquens, casu & sine scientia & sensu, sicut in buccam venerunt, ita inferas effudit diminutiones numerorum? Non vtique, sed cum ratione elocutus est, quæ & si nobis non ad plenum liquent, non nihil tamen pulchritudinis sensibus nostris exinde subluceat. Illud nanque præclarum in his numeris diuinitus prouisum animaduertimus, quòd non solum arithmeticis qualibuscunq; rationibus, sed & musicis proportionibus ita contexti sunt, vt omnes musicæ concordie symphonias complectantur, excepto quinquagesimo numero qui propter alias rationes sacratus est. Nam quadragintaquinque cum quadraginta comparati epogdium, id est, sesquioctauam proportionem reddunt, quam musici tonum appellant. Quadraginta cum triginta collati, epitritum, id est, sesquiterciam proportionem efficiunt, quam symphoniam diatessaron vocant: triginta cum viginti comparati, hemiolion, id est, sesquialterum constituunt, quam symphoniam diapente dicunt. Viginti cum decem collati dupli sunt, quam maximam consonantiam, id est, diapason nominant. Item triginta cum decem triplarem, quadraginta cum eisdem quadruplarem proportionem efficiunt: quarum altera diapason cum diapente: altera reddit bis diapason. Quid igitur hi numeri, nisi tanti intercessoris veram indicant dignitatem, videlicet quòd ita duntaxat dominum deum suum peccatoribus parcere cupit, vt proficiat ad nominis ipsius laudem & honorem? Cantabilem nanque misericordiam decet illum facere, talem scilicet, quæ non discrepet à iudicij veritate: restante Psalmista cum dicit: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Proinde quia iam dictis in numeris omnis consonantiæ vis conclusa est. [Abiit dominus, inquit scriptura, postquam cessauit loqui ad Abraham, & ille reuerterus est in locum suum. ] quia videlicet quod extra laudem iusti iudicii dei, homo sapiens à deo suo petere nec vult nec debet. A deo non suam quesiuit voluntatem, vt quantamcunq; haberet curam pro nepote suo Loth, nullam tamen os eius de illo fecerit mentionem.

Cur duo Sodomam venerunt, &amp; quare Vespere venerunt.

## CAPVT VI.

**V**enerunt duo angeli Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis. ] Bene duo angeli venerunt, vt in testimonio duorum iustum staret iudicium. Hoc enim ad illud respicit, quòd supra dixerat dominus: descendam & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita vt sciam. Sicut illa idcirco dicta sunt, vt de in experta culpa temerariam nem o promat sententiam: sic duo venerunt Sodomam, vt minus quàm duobus testibus, nullam damnatio terminet accusati causam. Et bene non tres, vt ad Abraham: sed duo tantum venerunt Sodomam. Etenim non quidem cordibus impiorum reuelatur trinitatis mysterium: veruntamen & dei filius inter peccatores super terram visus est, & cum hominibus impiis conuersatus est: & spiritus sanctus visibili specie apud eosdem apparuit, super ipsum quidem dominum in specie columbæ, super discipulos autem in specie ignis. Bene ergo non tres, sed duo in ciuitatem impiorum venerunt angeli: quia tempore visitationis sic duæ personæ filii, & spiritus sancti hominibus innotuerunt, vt peccatores & impii omnes inexcusabiles sint. Vespere, inquit, venerunt. Ipsum tēpus vel hora visitationis tristissimæ peccatorum causæ congruit. Abraham meridie visitatus est. Apparuit enim illi deus supra, sedenti in ostio tabernaculi sui, in ipso seruo re diei. Visitatur iustus & mane, iuxta illud: Mane astabo tibi & videbo. Item in matutino interficiebam omnes peccatores terræ. Et alibi: In matutinis meditabor in te. Porro quod dictum est, sedenti in foribus ciuitatis: illi congruit, qui animo non sedebat in sceleribus ciuitatis. Vnde Petrus Apostolus: Aspectu enim, inquit, & auditu iustus erat, habitans apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.

De eo quod non nisi compulsi oppidò à Loth, in hospitium eius diuerterunt.

## CAPVT VII.

M ii Qui

Esaiæ. 1.  
Esaiæ. 44.

Psal. 100.

CAP.  
XIX.  
Cur non vnus, sed II. angeli venerunt Sodomam.Matth. 3.  
Acto. 2.Psal. 5. 100.  
& 62.  
2. Petr. 2.

CAP. XIX.

**Q**uicum vidisset eos, surrexit & iuit obuiam eis, & adorauit pronus in terram, & dixit: Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi. Lauate pedes vestros, & mane proficiscimini in viam vestram. Qui dixerunt, minime, sed in platea manebimus, & deinde illo compellente, licet tanquam inuiti diuerterunt ramentum ad illum: non mutabilitatis est, tanquam sit apud dominum vel sanctos eius angelos est & non: sed pro causis diuersis, diuersè dictum & actum est. Diuersa nanque, imò & contraria causa Loth erat causae Sodomorum. Quod ergo dicunt minime, sed in platea manebimus, derestatio est ciuitatis, in qua caelestibus vel sanctis nullatenus communicanda erant amici iura hospitii. Quod autem compulsi & quasi inuiti cum auersione totius ciuitatis diuerterunt ad illum, separata & propria est gratia iustitiae eius meritis. Porro haec imago futuræ rei veritati bene concrepat. Crucifigendus nanque dominus in illa ciuitate, quæ (vt dictum est) spiritualiter Sodoma dicitur: ita nulli vnquam adulatus est: vt in vrbe maxima nullum hospitem, nullam inueniret mansio- nem: sed in agro paruulo apud Lazarum, sororesque eius hospitatus sit. Veruntamen illa vespera qua tradendus erat, diuertit ad quendam, & manducauit pascha cum discipulis suis. Cui coenæ bene concinit quod sequitur. [Ingressus autem fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt.] Azyma nanque cum agno paschali dominus noster illa nocte in ciuitate comedit. Loth siquidem paucorum typum tenet illorum, qui sceleri Iudæorum non consenserunt, qui quamlibet pii fuerint, tantum à fide Apostolorum minus habuerunt, quantum iustitia Loth à perfectione Abraham.

Matth. 22.

Matth. 22.

Quomodo Sodomitæ domum circumdederunt, priusquam irent cubitum, & quod tali itidem hora Iudæi dominum comprehenderunt.

CAPVT VIII.

Lucæ. 12.  
Matth. 26.  
Esaie. 1.  
Iohan. 9.

**P**rius autem quam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum, à puero vsq; ad senem omnis populus simul, vocaueruntque Loth & dixerunt ei: Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos, & cætera.] Nihilominus & quamquam cubitum, ecce turba, & qui vocabatur Iudas venit. Dicebat enim ille suis: Quid dormitis? Surgite & orate, ne intretis in tentationem. Item increpando: Dormite iam & requiescite. Ecce appropinquabit qui me tradet. Igitur iuxta prophetam iam dictum, verè princeps Sodomorum, & verè populus Gomorrhæ. Ille ludibrio veluti viros ignotos, contra naturam, isti dominum deum, de quo dicebant, hunc autem nescimus vnde sit, mendacio, id est, mendacii accusatione maculare voluerunt contra omnem creaturam. Ecce quam prope vidit, quam molesto hic & illic expertus est deus verum, & verè operibus completum fuisse illum, qui ad ipsum ascendit, clamorem Sodomorum. Hic enim, inquit, viri ciuitatis, omnes à puero vsque ad senem vallauerunt domum. Educ viros, inquit, huc, qui introierunt nocte ad te, vt cognoscamus eos. Obsecrante illo, ad dicente: [Nolite quæso fratres mei, nolite malum facere hoc, & cætera. Illi econtra. Recede illuc: Et rursum. Ingressus es vt aduena, nunquid vt iudices? Te ergo ipsum magis quam hos affligemus.] Ergo iniqua libertas, & libera iniquitas, quam molesto clamore caelum pulsauerat. Quid illi alii Sodomitæ, ille populus Gomorrhæ? Cui impediret turba quæ venerat ad diem festum conatus eorum: timebant enim plebem, conduxerunt sibi traditorem, & vim vehementissimam, scilicet militarem manum Romanam: & cum fustibus & gladiis irruentes exierunt: turbam aduentitiam quæ de regione ascenderat, vtpote ante pascha, indigna aucti iudicantes & dicentes: quia turbæ hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt.

Iohan. 7.

Quid significet, quod ostium clauserunt, & eos qui foris erant percussissent cæcitate.

CAPVT IX.

Esaie. 6.

Iohan. 10.  
1. Pet. 2.

**V**imque faciebant Loth vehementissimè, iamque prope erat vt infringerent fores, & ecce miserunt manum viri, & introduxerunt Loth, clauseruntque ostium, & eos qui erant foris percusserunt cæcitate, à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent.] Et contra illos alios principes Sodomorum: contra illum alium populum Gomorrhæ, posterioris prophetatum est: Excaeca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur vt sanem eum. Rectè igitur postmodum igne sulphureo caelitus consumendi, prius cæcitate percussi sunt, ita vt non possint inuenire ostium: nam istis æternis ignibus cruciandi, nunc interim mente excæcati sunt, vt ita inuenire non possint illum, qui dicit: Ego sum ostium. Porro quia nouit dominus pios de tentatione eripere: impios autem æternis ignibus cruciandos reseruare, introducto ad se Loth, & eis qui foris erant cæcitate percussis. Dixerunt. [Habes hic tuorum quempiam generum, aut filios aut filias? Omnes qui tui sunt educ de vrbe hac. Delebitur enim locum istum.] Sic planè dominus aliquos de gente Iudæa, qui non consenserunt scelerum, vel qu-

qui poenitentiam egerunt, intromisit ad se manu misericordiae & gratiae suae: & illis interna (vt iam dictum est) cæcitate percussis, præcepit istis, vt non remaneret in ciuitate illorum, id est, vt non communicarent religioni vel carnalibus sacrificiis eorum, quæ extunc odit ipse, propheta Esaia testante: Qui cum exclamasset illud quod iam dictum est: Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei nostri populus Gomorrhæ, continuo quid audire deberent adiunxit. Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum ait dominus: plenus sum. Et post pauca: Neomeniam, & sabbatum, & solennitates cæteras non feram. Iniqui sunt coetus vestri, kalendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Facta sunt mihi molesta, & cætera. Igitur omnes qui tui sunt, inquit, educ de vrbe hac: quia videlicet postquam manus suas impleuerunt sanguine Christi: sicut subinde idem Propheta: Manus enim vestrae, inquit, plenæ sanguine sunt: fugienda est omnino his; qui saluari cupiunt, illa synagoga, illa malignantium ecclesia.

Esaie. 1.

De eo quod dictum est: Noli post tergum tuum respicere, sed cætera iuxta moralem & anagogicum sensum.

CAPVT X.

**D**issimulante autem illo, apprehenderunt manum eius, eo quod parceret dominus illi, & eduxerunt eum, posueruntque extra ciuitatem. Ibi locuti sunt ad eum dicentes: Salua animam tuam, noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione, sed in monte saluum te fac.] Adhuc vsque ad id quod dictum est: [Sol egressus est super terram, & Loth ingressus est Segor.] Moralis sensus magis pollet. Dissimulante, inquit, illo. Videlicet quamuis comparatione Sodomorum iustus esset, adhuc tamen à perfecta iustitia minus habens: & minoris fidei quam Abraham, amoenitate Sodomorum tenebatur & irriguis penè paradisiacis aruis, & idcirco quasi non satis intelligeret quod dicebatur, cum percelleretur nuntio instantis periculi dormitantes oculos & amore diuitiarum pressos auertebar à lumine præsentis. Sic per se is qui iam caelestia nouit, cui per Euangelium Christi reuelata est ira dei, iamque de spiritualibus instrui meruit, adhuc tamen pernicioso irretitur amore mundi, & à concupiscentia sua illectus, dissimular auditas & bene sibi cognitatis futuri iudicii minas, & æterni ignis poenas sulphureas, eo intentus vt concupiscentiae suae effectu quoquomodo perfruatur. Quo ita dissimulante, si apprehenderit manum eius deus, parcens illi, & eduxerit eum ante effectum peccati, & posuerit extra ciuitatem, id est, extra tentationis inclusionem, tunc demum ad se uerfus dicit: [Quæso domine mi, quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, vt seruares animam meam, & cætera.] Etenim quando volenti perire, id est, opus peccati peragere, citius deus succurrit, & quacunque occasione voluntatem eius in hora instantiae impedit, verè manum eius apprehendit, & de medio Sodomorum illum educit, eo quod parcat illi. Quo facto, statim sentiens, gratia dei se esse liberatum, confunditur quidem intra semetipsum, quod habuerit ad horam voluntatem malam, sed gratias agit gaudens, quia verè magnificauit dominus cum illo misericordiam suam. Quid porro est quod dicit: [Nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum & moriar. Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere parua & saluabor in ea: nunquid non modica est & viuere anima mea? Hoc planè illud est, quod videmus plerosque nimium conscios infirmitatis suæ, modica fide non audere aliter propositum arripere, ne forte deficiant sub onere, meliusque fuerit eis, contentos esse mediocritate, non audientes scripturam, dicentem: Qui confidunt in domino, mutabunt fortitudinem. Item viriliter age, & confortetur cor tuum. Mons enim de quo rectè dicitur, sed in monte saluum te fac, illa perfectio est, de qua dominus noster in Euangelio dicit adolescenti diuiti: Si vis perfectus esse, vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Hæc perfectio vitæ mons iustitiæ est. Proinde, quod dicit, noli post tergum respicere, & non stes in omni circa regione, iuxta sensum hunc, præceptum necessarium est: quia videlicet nemo mitrens manum suam in aratrum, & aspiciens retro, aptus est regno dei. Quod verò addidit, sed in monte saluum te fac, familiare consilium est, quemadmodum de seruanda virginitate, de qua Apostolus: Preceptum, inquit, dñi non habeo, consilium autè do, quia videlicet eiusdem propositi est nihil possidere, & sine vxore esse. Itaque & permissio domini dicentis ad Loth. Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas vt non subuertam urbem, pro qua locutus es, festina & saluare ibi: par est ei sententiæ, quam Apostolus pro remedio, vel per indulgentiam suggerit eis, qui non possunt in prædicto monte saluari. Quod si se non continent, inquit, nubant. Melius est enim nubere, quam vri. Item. Vir de bitum vxori reddat, & vxor viro. Hæc enim mediocritas vt saluetur, precum patrocinis indiget: nec enim eorum est, qui iudicaturi sunt: sed eorum qui iudicio quidem astabunt, sed saluabuntur misericordia superexaltante iudicium. Vnde cum dixisset dominus: [Ecce in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam urbem, pro qua locutus es. Deinde subiunctum est: idcirco vocatum est nomen urbis Segor:] quod interpretatur paruula, subauditur, quia dixerat Loth: nunquid

Quid est, apprehendere manum & parcare.

Esa. 40.  
Psal. 26.  
Matth. 19.

Lucæ. 9.

1. Cor. 7.

nunquid non modica est, & viuet anima mea? Nam antea vocabatur Bale. Etenim parua vita secularium est, pro qua opus est, vt suscipiat dominus intercessorū preces: spiritualium verò magna, cuius laus ex deo est, & tanquam mons istis præminet eisq; subuenire potest. [Sol egres- sus est super terram, & Loth ingressus est Segor.] Id est, sole oriente, quo videlicet orto, venit So- domorum perditio: Loth ingressus est Segor, scilicet in similitudinem futuri, quando apparente ad iudicium sole iustitiæ Christo, consummabitur peccatorum perditio: illos autem quibus par- cere dignum erit, fugientes ab ira suscipiet miseratio.

*Quare non qualemcumque ignem, sed ignem sulphureum dominus placuit, & quod dictum est: Dominus a domino.*

C A P V T X I.

**I**gitur dominus pluit super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem a domino de caelo: & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem, vniuersas habitatores urbium, & cuncta terræ virentia. Quia clamor, inquit, Sodomorum ascendit ad dominum: ipse autem de- scendam & videbo, vtrum clamorem qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sci- am: Horrendam nimis per semetipsum iniuriam sic esse comperit: igitur (vt dignum erat) pluit dominus super Sodomam & Gomorrhā sulphur & ignem, id est, ignem sulphureum vel sul- phur igneum. Quare non qualemcumque ignem, sed ignem pluit sulphureum? Videlicet quia carnes eorum non qualiscunque luxuriæ, sed eius libidinis igne arserant, quæ est contra natu- ram. Quia ergo talem carnis foetorem miserant ad cælum, rectè de caelo foetorem igneum vel ignem foetidum receperunt. At ille talis ignis, tale illud incendium futuri (vt iam dictum est) iudicii, & æterni ignis fuit exemplum. Bene ergo dictum est: Pluit dominus a domino: quia vi- delicet iudicium illud facere accepit filius dominus, a patre domino, sicut ipse ait: Pater non iu- dicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio.

Cur ignem sulphureum pluit deus.

Iohan. 5.

*Quid significet, quod respiciens vxor Loth post se, versa est in statuam salis.*

C A P V T X I I.

**R**espiciensq; vxor eius post se, versa est in statuam salis. Abraham autem confurgens mane vbi steterat prius cū domino, intuitus est Sodomam & Gomorrhā & vniuersam terram regionis illius, viditq; ascendentem fauillam de terra, quasi fornacis fumum: Cum enim subuer- teret deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Loth de subuersione vrbium in quibus habitauerat. Sensus literæ hic est: Respiciens vxor Loth, quia præuaricata est manda- tum dicentis: Salua animam tuam, noli respicere post tergum, &c. pœna tali punita est, vt obri- gesceret & verteretur in statuam salis. Ne autem tale quid obuenerit ipsi Loth, Abraham con- surgens mane, quia qua hora videlicet cogebant Loth angeli vt egrederetur, & dissimulante il- lo, apprehenderunt manum eius: illa, inquam, hora, confurgens Abraham stetit vbi steterat prius cum domino, id est, in eadem intentione cordis, dignum ac strenuum agens intercessoris officium. Quod protinus ab effectu claruit. Cum enim subuerteret deus ciuitates regionis illius, recorda- tus est Abrahæ, & liberauit Loth. Quod idem est ac si diceretur: Ex eo constitit Abraham stare coram domino, quia recordatus est dominus Abrahæ, & liberauit Loth de subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Porro & iuxta manifestam prædictæ allegoriæ claritatem, iam dudum, a temporibus apostolorum factum est, vt secundum moralitatem, hodieque fieri non dubium est: illud quod hoc vxoris Loth exemplum prædocet. Aspexit enim retro pars eorum, qui de Sodo- morum sacrilegiis, id est, sanguineis Iudæorum ceremoniis exierunt, iterum super Euangeli- um Christi circumcisionem adducere volentes, & obseruationes Iudaicas cum fide Christi ne- cessarias esse dicentes: Quos ira post tergum respicientes, Apostolus derestans ait: Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis, circumcissus octaua die, ex genere Israel, de tribu Benia- min, Hebræus ex Hebræis, secundum legem pharisæus, secundum emulationem persequens ec- clesiam dei, secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerant lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo, omnia detri- mentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detri- mentum feci, & arbitror vt stercora. Et post pauca: Fratres ergo me non arbitror compre- hendisse: vnum autem, quæ quidem retro sunt, obliuiscens: ad ea verò quæ sunt priora ex- tendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauium supernæ vocationis. Moraliter quo- que quories stultus ad stultitiam suam, sicut canis ad vomitum suum reuertitur, in quocun- que ordine vel proposito fuerit, exemplo vxoris Loth in statuam salis conuertitur, id est, insensatus quidem & sibimet inutilis efficitur, sed aliis prodest, dum sinem eius attenden- tes, corriguntur, quemadmodum perram salis lingentibus animalibus palatum lapidum red- ditur, & edendi auaritas reparatur. Proinde dominus in Euangelio cum dixisset: In illa ho- ra qui fuerit in recto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat

Vxor Loth in statuam salis versa.

Philip. 1.

Matth. 24. |  
Lucæ. 17.

redeat retro, continuo subiunxit, mementote vxoris Loth. Quicumque quæserit animam su- am saluam facere, perdet illam. Et quicumq; perdidit illam, viuificabit eam, & cætera. Bene ergo non in statuam qualemcumque, sed in statuam versa est salis, cuius meminit proficere ad sa- pientiam, secundum Euangelium Christi.

*De filiabus Loth, quæ cum patre suo dormierunt.*

C A P V T X I I I.

**A**scenditque Loth de Segor, & mansit in monte: Duæ quoque filię eius cum eo. Ti- muerat enim manere in Segor, & mansit in spelunca ipse, & duæ filię eius. Dixitque maior ad minorem: Pater noster senex est, & cætera. Quæritur quare cum primū fugæ montis Segor prætulit, & eam in habitaculum suum liberari cupuerit: nunc de Segor rur- sum ad montem migrat? Respondebimus, veram illam esse Hebræorum coniecturam de Se- gor, quod frequenti terræ motu subruta, Bale primū, & postea Saliffa appellata sit. Ti- mor, quod frequenti terræ motu subruta, Bale primū, & postea Saliffa appellata sit. Ti- mueritque Loth, dicens: Si cum ceteræ adhuc starent vrbes, ista subuerfa est: quanto magis nunc communi ruina non poterit liberari? Et hanc occasionem infidelitatis filias etiam de- disse coitus pringipium. Qui enim cæteras viderat subruui ciuitates, & hanc stare, seque dei auxilio erutum, vtrique de eo quod sibi concessum audierat, ambigere non debuit. Illud quoq; quod in excusatione filiarum dicitur, eo quod putauerint defecisse humanum genus, & ideo cum patre concubuerint, non excusat patrem. Denique Hebræi quod sequitur: [Et nesciuit cum dormiisset cum ea, & cum surrexisset ab eo.] Appingunt desuper quasi incredibile, eò quod rerum natura non capiat coire quempiam nescientem. Notandum tamen, quod non di- ctum sit, [non sensit,] quando coiuit, sed non sensit dictum est, quando accubuit filia, nec quando surrexit. Sed iam mysticum prosequamur intellectum. Ascenditque Loth de Se- gor, & mansit in monte, & cætera. Sic profectò plerunque hi, qui per modicam fidem sancti- oris proposito celsitudinem (vt supra iam dictum est) arripere non audent, & ad hoc se infir- mos esse fatentur, & indignos quodammodo, dicentes singuli illud de Euangelio: Rogo te habe me excusatum: fortes, imò remerarii sunt, ad rapiendum sancti honoris propositum, & iniussi aliis in honore regiminis præesse non metuent, qui iussi vel moniti sibimet in sanctitate vitæ præ- esse diffisunt. Ex qua infidelitate hoc illis consequenter euenit, vt cum filiabus suis in cœtu nephario commaculentur. Quid enim subiectæ illis plebeculæ, nisi quædam sunt filię, quas despondere debuerant, non sibimet, sed vni viro virginem castam exhibere Christo: At illi non Christi, sed suam quærentes gloriam, dum quas amant laudes ab illis accipiunt, vinum bibunt filiarum, & inebriati subuersione turbida, adulterant verbum dei, dormitantes, om- ne malum incæstè, nullum bonum castè prædicantes. Inde nati sunt [Moab,] quod inter- pretatur ex patre, subauditur diabolo, [ & Ammon, id est, filius populi mei, siue populus turbidus, scilicet omnes hæresum sectæ. Super quibus in Deuteronomio dominus loquitur: Ammonites & Moabites, etiam post decimam dictæ plebeculæ. Pater noster senex est, & nul- lus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos, iuxta morem vniuersæ terræ. Quod est dicere, Apostolus vel episcopus noster magnus & sapiens est, & nō est præter eum qui dignè verbum dei prædicet inter omnes qui se dicunt apostolos & ministros Christi, vel dispensato- res mysteriorum dei. Ille quilibet hæresarches, quia supra modum apostolus est, dum delecta- tur huiusmodi fauoribus, profectò malo filiarum vino inebriatur, & ita filios generat qui vs- que in æternum ecclesiam domini non ingrediantur. Et de huiusmodi ebrioso rectè dicas, quia non sensit quando accubuit filia, neq; quando surrexit. Nescit enim stultus, quod opus eius spi- rituale sit adulterium & nepharius concubitus, Sacerdos enim & propheta, inquit Esaias, nesci- runt præ ebrietate, absorpti sunt a vino.

Cur Loth de Segor in monte mi- grauit.

Lucæ 14.

1. Cor. 11

Deut. 32.

Esaiæ 28

*De eo quod peregrinatus est Abraham in Geraris.*

C A P V T X I I I I.

**P**rofectus inde Abraham in terram Australem, habitauit inter Chades & Sur, & peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara vxore sua. Soror mea est. Misit ergo Abimelech rex Geraræ, & tulit eam. Iam iam nascituro Isaac, cum promissus & ex nomine prænunciatus es- set, peregrinatur iam vice altera, ita vt tollatur ab eo Sara, dicente illo: Soror mea est, & non audente confiteri, quod esset vxor sua. Quid hoc præsignat, nisi quia futurum erat, vt propè nascituro Christo, cum iam per prophetas ex nomine prænunciatus esset. Dicentes ver- bi gratia: Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanu- el. Iterum peregrinaretur semen Abrahæ in terra non sua, scilicet in captiuitate Babylonicæ: Tunc enim post peregrinationem Aegyptiæ seruituti subiecti sunt septuaginta annis, & Sarā penè tulit alienigena. Nam præter Daniele & tres eius socios, nemo ausus ibi confiteri sanctæ legis dei coniugalia foedera fuerat, sequente Nabuchodonosor, & fornace succensa, Porro Ge-  
M iiii rara

C A P .  
X X .

Gerara. rara ciuitas metropolis erat Palaestinae, terminus Chananeorum ad Australem plagam inter Chades & Sur, hoc est, inter duas solitudines, de quibus iam superius dictum est. Interpretatur autem Gerara incolatus siue aduenae propinquantes. Abimelech pater meus rex, siue patris mei regnum, quibus nominibus recte intelliguntur aduenae, id est, gentiles, incolae futuri regni dei, de quibus diceret semen abrahæ, scilicet Christus, patris mei regnum, siue pater meus rex, subauditur, est eorum.

Quod aliter Abimelech, atq; aliter Pharaonem corripuit deus propter Saram uxorem Abrahæ. CAP. XV.

**V**Enit autem deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. Abimelech vero non tetigerat eam. Et ait: Domine, num gentem ignorantem, & iustam interficies? & cetera. Aliter hunc, atq; aliter Pharaonem deus corripuit propter Abraham: Pharaonem namque flagellauit plagis maximis, & domum eius. Huius autem satisfactione suscepta dicentis: [Nonne ipse dixit mihi, foror mea est, & hæc dixit mihi, frater meus est. In simplicitate mea & munditia manuum mearum feci hoc. Et ego scio, inquit, quia per ignorantiam fecisti, & idcirco non permisi te, ut tangeres eam.] Si quidem ut Abrahæ semen ab Aegyptia seruitute liberaretur, & Aegyptum plagis maximis flagellauit deus. Ut autem à Babylonica captiuitate solueretur, non plagis caesus, sed diuino nutu Cyrus rex Persarum præuentus est, ut transduceret vocem in vniuerso regno suo, etiam per scripturam dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarum: Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus caeli, & ipse præcepit mihi, ut edificarem ei domum in Hierusalem, quæ est in Iudæa, & edificet domum domini dei Israel, ipse est deus qui est in Hierusalem. [Cogitavi mecum dicens: Forsitan non est timor domini in loco isto, & interficient me propter uxorem meam: aliàs autem & verè foror mea est, filia patris mei, & cetera.] De hoc eius timore, quo & apud Pharaonem timuit, iam superius dictum est. Illud in Sara mirandum fuit, quod in illa ætate cum esset anus adhuc videbatur appetibilis. Significat autem pulchritudinem diuine religionis, quæ illo quoque tempore quando captiui ducti sunt Iudei, videbatur inter gentium errores imitabilis, & emulabantur eam, quamuis non castè gentes quæ erant in circuitu eorum. Vnde scriptum est in libro Machabæorum primo: Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se ciliciis, & cinere in capite suo, & destituerunt vestimenta sua, & expandierunt librum legis, de quibus scrutabantur gentes, similitudinem simulacrorum suorum, videlicet ut more diuinæ legis exhiberent simulachris suis ritum, vel ordinem sacrificiorum.

De eo quod dictum est: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, & cetera. Et quid significet, quod orante Abraham, domus Abimelech sanata est. CAP. XVI.

**S**Aræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo. Hoc erit tibi in velamentum oculorum, ad omnes qui tecum sunt. Quocumque perrexeris, memento te esse deprehenfam. Alludit ad appellationem eius, dicens: Dedi fratri tuo. Ac deinceps deprehenfæ fatigans pudorem. Hoc, inquit, erit tibi in velamentum oculorum ad omnes qui tecum sunt, tanquam diceret: Quoniam verè frater tuus est, filius patris tui, & non matris tuæ, veraciter dicere poteris ad omnes, frater meus est, & hoc nomine velabitur & celabitur, quod ille tuus vir, quod tu vxor eius sis. Hæc vbi iocose dixit, statim seriò subdidit: Quocumque ait perrexeris memento, quod frustra tali nomine oculos tuos velaueris, dicendo quod frater tuus sis, nec enim potuisti aut poteris latere, quod vxor eius sis, deo pro te corripiente reges, sicut me corripuit, tuorumque amouit oculorum velamentum, dicendo habet enim virum. [Orate autem Abraham, sanauit deus Abimelech & uxorem, ancillamq; eius, & pepererunt. Concluserat enim dominus omnem vuluam domus Abimelech, propter Saram uxorem Abraham.] Et ad hoc præfens mysterium spectat, quod orante Abraham sanata est alienigenæ domus sterilitas. Futurum quippe erat, ut orante siue interpellante semine Abrahæ, scilicet Christo, qui etiam (ut Apostolus ait) interpellat pro nobis, sanaretur gentilitatis sterilitas, & impleretur illud de cantico Antiphæ prophetiæ: Donec sterilis peperit plurimos, & quæ multos habebat filios infirmata est. Dominus namque Abimelech, id est, gentium, quorum hodie deus pater est, ecclesia est, in qua domo alia est vxor, scilicet quæcunque anima vnitur domino deo: alia ancilla, quæ timore vel pro causa temporali inseruit fidei, vel doctrinæ verbo. Omnes tamen pariunt, siue per amorem deo vniantur, siue per timorem vel temporalem causam fidei verbo inseruiant, quia quocumq; modo Christus annuncietur, auditores credendo filii dei sunt.

De natinitate Isaac. CAP. XVII.

Visitauit

**V**isitauit autem dominus Saram, sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Conceptusque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei deus: Vocauitque Abraham nomen filii sui Isaac, quem genuit ei Sara. Et circumcidit eum die octauo, sicut præceperat ei deus cum centum esset annorum. Hac quippe græte patris sui natus est Isaac. Hoc ad laudem & gloriam veritatis factum est dei, quod conceptus & peperit Sara filium, fidei precium, gaudium parentum, domus splendor, generis decus, posteritatis spem. Idcirco rectè præmissum est: Visitauit dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Visitatione namq; dei, largita gratiæ eius donatio est. Porro ut conceptum prosequamur mysterium, tunc visitauit deus Saram generosam principem illam, quæ de sursum est, quæ verè libera, & omnium nostrum mater est, quando verus Isaac verum gaudium nostrum, scilicet Christus filius dei, de illa secundum carnem natus est. Tunc, inquam, visitauit illam dominus deus sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Vnde in cantico Euangelii Zacharias dicit: Benedictus dominus deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius. Et Apostolus: Quotquot enim, inquit, promissiones dei sunt, in illo est. Ideo per ipsum amen deo ad gloriam nostram. Et hunc peperit Sara illa, tempore quo prædixerat ei deus. Prædixit enim deus per quendam, dicens: Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de se-miore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium, & ita factum est. Vix enim ablatum erat sceptrum de Iuda, regnante Herode alienigena, & natus est ille de virgine Maria. Vocauitque Abraham filium suum Isaac. De nomine Isaac, quod interpretatur risus, quia Christo conueniat, & de octauo circumcisionis die, necnon centenaria ætate Abrahæ, iam superius dictum est.

De eo quod dixit Sara: Risum mihi fecit deus. Et quod supernæ matris Hierusalem, patris quodq; dei risus & gaudium sit Christus.

CAPVT XVIIII.

**D**ixit Sara: Risum mihi fecit deus. Quicumque audierit, conridebit mihi. Rursumque ait: Quis auditurus crederet Abraham, quod Sara lactaret filium, quem peperit ei in senectute? Contraria vel repugnancia sibi vident, quicumq; audierit conridebit mihi, & quis auditurus crederet Abraham. Etenim qui audiens conridet, utiq; auditui credit, in quo & gaudet: & contra, qui audiens non credit, profecto auditui non conridet, aut congaudet. Dixit enim utrunq; quicumque audierit, conridebit mihi: & quis auditurus crederet Abraham? Igitur prophetice dicta hæc esse intelligi oportet de ortu Isaac futuri, cuius hic forma est, & esse paria prophetiæ Simeonis dicentis, cum illum in vlnis gestaret: Ecce hic positus est in ruina, & in resurrectionem multorum in Israel. Nam qui audit & non credit, iuxta quod propheta dicit: Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est, ei in ruina. Et qui audiens conridet, & in resurrectionem positus est. Itaque sicut subdiuisa dictio est, ita, dixitq; Sara, risum mihi fecit deus, quicumque audierit, conridebit mihi, rursumque ait, Quis auditurus crederet Abraham, ita de diuisione honorum & malorum, fidelium & infidelium intelligendum est. Dicat itaque illa, quæ (ut iam dictum est) per Saram intelligitur mater omnium nostrum, Hierusalem libera, quæ sursum est, dicat inquam, nato sibi vero Isaac, Risum mihi fecit deus. Quicumque audierit conridebit mihi. Ecce enim verè illi totus conridet orbis, quia filius eius vnicus magnum & verum gaudium toti mundo attulit. Ploret itaq; ancilla, quæ est à monte Sina in seruitutem generans: ploret, inquam, illa, & filia eius, quoniam hunc patris & liberæ matris risum odit, quia videlicet iam hæres non erit. Optimum desiderium, pia spes, & longa suspiria populi sanctorum, curui & anhelii, vtpote longo iam senio prouecti. Quomodo in gaudium subleuatus, & in risum est dilatatus? Quomodo absterfa est omnis lachryma ab oculis eius? Quomodo risit mater illa Hierusalem, vbi talis illi natus est filius? Nam quantam tunc habuerit materiam ridendi, testatur Esaias, cum dicit: Excutere de puluere, sede Hierusalem, solve vincula colli tui, captiua si-lia Sion. Quia hæc dicit deus: Propter hoc sciet populus meus nomen meum, in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum.

De ablatione Isaac, & de magno conuiuio in die ablationis eius.

CAPVT XIX.

**C**reuit igitur puer, & ablatus est. Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablationis eius. Quid opus erat hoc fieri, vel scribi, nisi quia certi subest pulchritudo mysterii, quæ lactantes adhuc paruulos ad solidum cibum prouocare possit? Est enim quoddam lac, & quædam infantia, quam verus Isaac, scilicet Christus citò excessit: quam & supergredi oporteat quemque idoneum imitorem Christi. In quo qui tardiores existunt, redarguuntur per Apostolum dicentem: Etenim cum deberetis magistri esse, propter tempus, indigetis ut vos doceamini quæ sint elementa exordii sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido

solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ. Parvulus enim est, perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Hanc infantiam puer I E S V S spiritualiter excessit, restantem Lucæ 2. cum dicit: Et I E S V S proficiebat sapientia, ætate, apud deum & homines, non quod aliquid antea nescierit, cum sit ipsa sapientia dei, sed quia paulatim de carnalibus legis ceremoniis intermittens sermonem, ferebat pueros ad perfectionem. Illic profecto grande conuiuium est, cum defuitis lacteis, id est, infantilibus ritibus. Verbi gratia: Brutorum animalium sacrificiis, transducit suos ad verum & vnicum sacrificium corporis & sanguinis sui. Nam hoc est grande conuiuium, de quo propheta dicit: Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuium pinguium, conuiuium vindemiæ, conuiuium pinguium medullatorum, vindemiæ, defecatae. Et quia per hoc conuiuium peccata soluentur, continuo subssecutus: Et præcipitabit, inquit, in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super vniuersas nationes, & præcipitabit mortem in sempiternum. Et quia coniuuator iste verus Isaac, id est, verus risus, & vera lætitia est, post modicum adiciens, iste dominus, inquit, sustinimus eum, exultabimus & lætābimur in salutari eius. Igitur siquidem simplicem sequaris literam, leuia sunt hæc: si autem interiorē sentias spiritum, multum attinuit ad rem narrare, quia creuit puer, & ab lactatus est, & quia fecit Abraham grande conuiuium in die ab lactationis eius.

*De ludo Ismahelis cum Isaac, & de eo quod dictum est: Eijce ancillam, & cæter.*

CAPVT XX.

Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ, Iudæntem cum filio suo Isaac, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Galat. 4. Notum ac celeberrimum hunc locum expositio fecit Apostoli scribentis ad Galatas: Scriptum est, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: Qui autem de libera, per repromissionem. Et post pauca: Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus est persequebatur eum, qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura: Eijce ancillam & filium eius, & cætera. Sanè secundum literam, quid de hoc ludo Hebræi opinati sunt, iam superius dictum est, scilicet, vel quod manibus suis idola formaret e ludo Ismahel, vel quod vt maioris erat ætatis, ioco sibi primogenita vè dicaret. Porro iuxta sensum mysticum iam dictus Apostolus ludum istum perfectionem appellat, cuius in similitudinem tunc temporis carnales Iudæi, & carnalis circuncisio spirituales Iudæismum & spirituales circuncisionem impugnabant. Igitur ab lactato Isaac Iudæntem cum illo Ismahelem Sara non tulit, quia videlicet transacta dispensatione ministerii, quo pro hominibus factus est, factus sub lege filius dei, cum illuderet populus carnalis, permanens in veritate literæ, nouis & spiritualibus filiis, scilicet Christi discipulis, non tulit hoc sanctus nouæ gratiæ spiritus, & dixit: Eijce ancillam hanc & filium eius. Non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. Qualiter verò eijciatur ancilla & filius eius, subinde Apostolus idem aperuit: Ecce, inquit, ego Paulus dico vobis, quia si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit, & c. Galat. 5. Amplius autem in eo ancilla vel filius eius eijcitur, ne ludat cum Isaac, quod Hierusalem illa, quæ seruebat cum filiis suis, & famosissimum illud templum dei destruitur, & populus ille captiuus in omnes gentes ducitur, & sic totus ordo seruiliū ceremoniarum dissipatur: quod factum est sub Vespasiano & Tito principibus Romanorum, videlicet ne nouæ legis ecclesiæ, verus synagoga tunc vehementius insultaret, si in statu pristino perseveraret, quæ nunc etiam sic eijcta superbire, & primogenita sibi vel filio suo ascribere audeat. Illam vtique eiectionem incircumcisio passus est ille filius ancillæ, quia lusit, quia filium liberæ Christum regem, totius libertatis principem illudit, flagellauit, crucifixit, & occidit: & deinde domesticos eius, libertos eius male perituzi ludo persecutus est.

*Item de eadem re, & quid significet quod filius ancilla eijcitur.*

CAPVT XXI.

DVrè hoc accepit Abraham pro filio suo. Cui dixit dominus: Non tibi videatur asperum super filio & super ancilla tua. Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Per Abraham (vt iam sæpe dictum est) sanctos intelligimus patres, Abraham non solum per carnem, sed etiam per fidem hæredes, quales Petrus, Paulus, & ceteri apostoli tunc temporis fuere, quando hæc ancilla cum filio suo eijcta est. Nam reuera hi durè acceperunt imperium dicentis: Eijce ancillam hanc, & filium eius. Dicit enim vnus ex his, Paulus apostolus: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto: quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo: Oprabam

Oprabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt Israëlitarum, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Veruntamen quoquo modo id accipiat hic Abraham, ancillam hanc cum filio suo eijci oportebat. Dixit enim illi dominus: Non tibi videatur asperum, super filio & super ancilla tua: Omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semen: Nunquid iuxta literam legitimum est, vt vir voci vxoris suæ, & non potius vxor viri sui voci obaudiat? Ergo iuxta mysticum potius sensum, Abraham omnia quæcunque dicit Sara, vocem eius audiat, id est, prædicatorum vel apostolorum chorus, omnia quæcunque dicit sancta & prophetica scriptura, de Iudæis & gentibus, vocem eius audiat. Quod & facit, dum illius Iudæi, id est, Iudæi populi, importunitate fatigatus, dicit: Vobis quidem oportebat primum prædicari verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertitur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te in lucem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Igitur ad vocem Saræ ancilla cum filio suo eijcitur, cum ex autoritate scripturæ populus carnalis pro perfidia sua foris relinquitur: Quia in Isaac, inquit, vocabitur tibi semen. Et si plures fuerint concubinarum vel carnis filii, in Isaac, qui non secundum carnem, sed per repromissionem natus est, vocabitur tibi semen. Ex illo namque nascetur, qui vocabitur semen tuum, illud videlicet semen, in quo (sicut promisi tibi) benedicentur, & semen tuum vocabuntur omnes gentes. Omnes enim sunt Isaac, qui nascuntur tibi, non secundum carnem, sed secundum fidem: sicut Isaac non secundum carnem natus est, sed secundum repromissionem. Sic enim & Apostolus exponit, qui cum dixisset: Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israëlitarum: neque quia semen sunt Abraham, omnes filii: statim hoc testimonium intulit, sed in Isaac vocabitur tibi semen. Et hoc ipsum aperiens subiunxit, id est, non qui filii carnis, hi filii dei dicuntur: sed qui filii promissionis, æstimantur in semine. Sed & filium ancillæ, inquit, faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Semen tuum, inquit, est, non tamen dixit, in illo vocabitur tibi semen: nec enim tale semen est, quod vocetur id quod nomen ex nomine apud deum habeatur. Veruntamen & hic filius ancillæ, qui prædicto modo eijctus est, fururus est in gentem magnam, quæ dignè vocetur & nominetur Abraham semen, scilicet cum plenitudo gentium subintroierit, tunc omnis Israel saluus erit.

*Quid mysticè significet, quod tollens Abraham panem & vtre aquæ imposuit scapulæ eius.*

CAP. XXII.

Svrrexit igitur Abraham mane, & tollens panem & vtre aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cum abisset, errabat in solitudinem Bersabee. Cum que consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnam arborem, quæ ibi erat, & abiit. Seditque regione procul, quantum potest arcus iacere. Dixit enim: Non videbo morientem puerum, & sedens contra, leuaui vocem suam & fleui. Exaudiuit autem deus vocem pueri. Postquam lusit filius ancillæ cum filio liberæ, mane surgens Abraham, emisit ancillam & filium eius, quia postquam illi luit Christo (vt supra iam dictum est) Iudæi populi seruilis nequitia, matutina resurrectione celebrata, de domo & hereditate patris Abraham, proiecta cum suis alumnis est synagoga. Quomodo verò emisit ancillam illam? Panem & vtre aquæ imposuit scapulæ eius, tradiditque puerum & dimisit eam. Ergone sic auarus fuit diues ille regum victor, trecentorum decem & octo vernaculorum dominus, vt præter panem & vtre aquæ nihil filio donaret, quem tristis eiciebat, nec saltem vnum illi asellum commodaret, sed ea scapulæ matris imponeret? An adhuc & ipse puer, imo iuuenculus, quem annorum non minus, quam octodecim iam esse vel fuisse, non dubium est, cum vtre aquæ matris quoque ceruicibus infedit, quia sic dictum est, cum consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter arborem vnam, & abiit. Igitur in his quæ tam ridicula videntur, litera seruit spiritui, & ea sub vili textu sermonis futura præcinit, quæ nunc præsentia totus aspicit orbis. Eiecta namque ancilla, panem non qualēcunque, sed panem hordeaceum, & vtre non vini, sed aquæ in scapula portat, sub onere curua, quia videlicet synagoga hereditate patris Abraham perditam, solum literalem legis sensum baulans sub onere importabili anhelat. Nam importabile esse onus occidentis literæ, Petrus quoque apostolus testatur, cum dicit: Quid tentatis ceruicibus discipulorum imponere iugum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Benè igitur non vini, sed aquæ vtre, neque saltem allelo, sed scapulæ eius imposuit: & puerum, quem deficiente aqua ipsa, per desertum oberrans moribundum subter arborem infeliciter abiiceret, tradidit: quia videlicet sic futurum erat, vt eiecta & à deo deserta synagoga, carnali legis scientia, magis onerata quam referenda incederet: & filios suos, in peccato suo morientes, subter arborem crucis abiiceret, perseverante sententia super illos, quam edixit mater crudelissima, sanguis eius super nos, & super filios nostros.

Item

Item quid significet, quod vocavit angelus domini Agar, aperuitq; oculos eius deus, ut videret puteum aquae. CAP. XXIII.

**V**ocavitq; angelus domini Agar de coelo, dicens: Quid agis Agar? Noli timere: Exaudivit enim deus vocem pueri de loco in quo est: Surge tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitq; oculos eius deus. Quae videns puteum aquae, abiit & implevit utrem, deditque puero bibere, & fuit cum eo. Hoc tandem futurum est, cum plenitudo gentium subintroierit. Tunc enim vocabit angelus magni consilii, synagogam dicens: Quid agis Agar? id est, aduersa vel conuersa, noli timere, & cetera. & aperiet oculos eius, amoto velamine, quod nunc positum est super cor eorum, & vero intellectu videbit puteum scripturarum, puteum aquarum viventium, dabitq; filio suo potum, id est, verum scripturarum auditoribus suis propinabit intellectum. Notandum, quod non dictum sit, exaudivit deus vocem Agari, cum ipsa leuauerit vocem suam & fleuerit, sed exaudivit deus vocem pueri. Denique mater ipsa non suam, sed filii mortem deplorabat. Pepercit igitur deus ei, pro quo fuerat & fletus. Ex eo quod ait, surge & accipe puerum & tene manum eius, manifestum est, eum non oneri matris fuisse, sed comitem. Quod autem manu parentis tenetur, sollicitus monstratur affectus. Veruntamen supra prudenter sic scriptura dicit: Abiecit puerum, Tanquam ille matris ceruicibus insederit, quia videlicet nunc interim, donec synagogam (ut praedictum est) vocet angelus domini, oneri est indoctus populus pharisaeorum & scribarum suorum synagogae: & pro eorum, quos erudire putatur, perditione premittitur ampliori damnatione.

De foedere pacto inter Abraham & Abimelech, & quid mystice significet. CAP. XXIII.

**E**odem tempore dixit Abimelech & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham. Deus tecum est in vniuersis quae agis. Iura ergo per deum, ne noceas mihi & posteris meis, stirpiq; meae. Sed iuxta misericordiam quam feci tibi, facies mihi & terrae in qua versatus es aduena. Notandum in primis & ex prioribus & ex praesenti loco, quod Isaac non sit natus in terra promissionis, Sed in Geraris Metropoli Palaestinae, ubi & Bersabee oppidum habebatur. Quod & ipsum a mysterio non vacat, Christus enim sub imperio Romano natus est, & erat populus dei sub principibus alienigenis, & tributis seruiens. Natus est ergo in Geraris, quae Metropolis erat Palaestinae, id est, ruentium: & Romam significat, quae mater futura erat & regina pereuntium. Nec mouere debet, quod cum supra dixerimus, peregrinationem, qua peregrinatus est Abraham in Geraris, signum fuisse Babylonicae captiuitatis: nunc dicamus illud, quod natus est Isaac in Geraris, significasse quod Christus sub seruitio nasciturus erat Romani imperii: Roma namque erat altera Babylonia. Vnde Petrus in epistola sua: Salutat vos, inquit, ecclesia quae est in Babylone collecta, Romam tropice designans. Sciendum quippe, quod quando Babylonia illa, a Moedis & Persis subuerfa est, tunc Roma condita vel nata est, & ab illa captiuitate vsque ad Christum, penes vna & iugis fuit seruitus Iudaeorum. Nam ex quo illuc captiui cum rege suo ducti sunt, nunquam regem legitime habuerunt, neque iugo gentium caruerunt, sed languente, & paulatim decedente statu ducum, & sacerdotum confictantium, tandem alienigenam regem Herodem, sub quo Christus natus est, sortiti sunt. Bene igitur Abraham, ex quo illi Isaac ex nomine repromissus est, vsque ad natiuitatem vel ablactationem eius sub Abimelech in Geraris peregrinatus est: quia videlicet a temporibus prophetarum, per quos Christus praenunciatus est, vsque ad natiuitatem ipsius, regnum temporale Iudaeorum sub iugo gentium, penes continuo detritum est. Verum postquam Isaac ablactatus, & filius ancillae eiectus est, Abimelech & Phicol princeps exercitus eius veniunt ad Abraham, confidentes quod deus cum illo sit in vniuersis quae agit, & rogantes eum, atque dicentes: Iura per dominum, ut non noceas nobis, & cetera. Postquam enim synagoga, cui primam oportebat loqui verbum dei, repulit illud, & indignam se iudicauit aeternae vite, apostoli ad gentes conuersi sunt, imo & gentiliu nonnulli vltro ad eos venerunt, quodammodo dicentes: Deus vobiscum est in vniuersis quae agitis. Iurate ergo nobis per deum, ut non noceatis nobis & posteris nostris, stirpiq; nostrae. Nam quando gentes confessionem fidei sanctis apostolis obtulerunt, & ab illis patribus consilium quaesierunt, quomodo & in praesenti peccatorum remissionem acciperent, & in posterum vltimum iudicium euaderent, similia his & penes eadem dixerunt. Et per Abimelech quidem, quod interpretatur pater meus rex, vel patris mei regnum, multitudo intelligitur gentium, quas fecit Christus esse patris sui regni. Per Phicol vero principem militiae, quod interpretatur os omnium, principes bellicarum virium, id est, duces, reges vel imperatores, ceteraq; potestates, qui & ipsi fidem Christi consecuti sunt, & os omnium ad confitendum verum deum, licentia vel autoritate sua latius aperuerunt.

Puteus quem vi abstulerant serui Abimelech, quid mystice significet. Cap. XXV.

Dixitq;

**D**ixitque Abraham: Ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteum aquae, quem vi abstulerant serui illius. Respondit Abimelech: Nesciui quis fecerit hanc rem, sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui, praeter hodie. Antequam iuret, causam omnem simulatis determinat, ne qua praeteriti moris scintilla subsideat, & pro puteo aquae vir tantum regem increpat, quia videlicet non res indigna erat, praesertim in illis terris, ubi naturaliter magna viae aquae penuria est. Porro mystice puteus aquae, quem vi abstulerant serui Abimelech, sacra scriptura est, quam philosophi gentium vi abstulerant, id est, non recto sensu, sine praedicatorum, & sine dei spiritu, legentes diripuerant. Verbi gratia: Plato cum in Timaeo formationem mundi de principio huius libri Geneleos furatus subdole, atque peruersa a Platone pro aliis dixit. Iraque pro huiusmodi puteo, Abraham increpauit Abimelech. Exempli causa: quando Paulus apostolus stans in medio Areopagi, ait: Viri Athenienses per omnia quasi superstitiosos vos video. Praeteriens enim & videns simulachra vestra, inueni aram in qua scriptum erat, I G N O T O D E O. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Et post pauca: In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrum poetarum dixerunt: Ipsius enim & genus sumus: Nesciui, inquit, quis fecerit hanc rem, sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui, praeter hodie. Plena & iustificans excusatio, tribus partibus perfecta est: Nam in omni quaestione, cum de facto agitur, parum est ad conscientiae puritatem, nescire a quo factum est, cum scieris an factum, vel quid factum sit, praesertim si tacendo consensisse videaris. Cunctis ergo culpa partibus rationabiliter se exiit, cum ad summum dicit: Et ego non audiui, praeter hodie. Haec & supra dicti Athenienses, & ceterae poterant dicere nationes. Nos nescimus hanc rem, sed & nullus patriarcharum aut prophetarum indicauit nobis, & non audiuius, praeter hodie: Nam & hoc eidem apostolo dixerunt, noua enim inferis auribus nostris.

Quid sibi velint septem agnae, quas fecit Abraham stare seorsum, mystice. CAP. XXVI.

**T**vlit igitur Abraham oues & boues, & dedit Abimelech, percusseruntque ambo foedus: Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech: Quid sibi volunt septem agnae istae, quas stare fecisti seorsum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, ut sint in testimonium mihi, quoniam ego fodi puteum istum. Oves quas dedit Abraham Abimelech, agniculos pariunt, & dulci lacte teneros foetus alunt: boues autem nunc in area trituran, nunc vertendo terram operantur & panem educunt ad cor hominis confirmandum. Scimus enim quia patres apostoli singulis populis, vel ciuitatibus magistris, & retores maiores pariter & minores ordinauerunt: qui & tanquam oues lacte, id est, inchoationis sermone, paruulos auditores imbuerent, & tanquam boues, de quilibet, Apostolo teste, lex dicit: Non alligabis os boui trituranti, solido pane cibarent eos, qui pro consuetudine exercitatos sensus habentes feruntur ad perfectionem. Hoc modo Abraham & Abimelech, id est, patres qui ex Iudaeis erant: & gentes, foedus percusserunt: & in vnam domum sociati sunt mediante angulari lapide Christo, qui facit vtraque vnum, ut duos condar in semetipso: in vnum nouum hominem faciens pacem: & reconciliet ambos in vno corpore deo per crucem interficiens inimicitias in semetipso. Porro septem agnae, quae in percussione foederis seorsum constituntur, septiformem significant gratiam spiritus sancti: cuius nobis in baptismo, quo in Christo foederamur, dona distribuunt. Quae videlicet agnae seorsum constituntur: quia profecto non in potestate hominis sunt dona spiritus sancti. Erenim baptismum quidem aquae in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, omnes equaliter per officium ecclesiasticum exhibemus: ipsius autem sancti spiritus dona, non qualia vel quanta volumus damus aut accipimus: sed ipse spiritus sanctus operatur omnia, diuidens singulis prout vult. Quicquid autem loquitur aut operatur per nos hic septiformis spiritus, testimonium verum est, quod pater Abraham foderit puteum istum, id est, quod secundum semen suum, quod est Christus, condiderit, atque compleuerit omnem veritatem scripturarum. Bene ergo dictum est, ut sint in testimonium mihi: quia ego fodi puteum istum. [Idcirco vocatus est locus iste Bersabee, quia ibi vterque iurauit. Et iurauerunt foedus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech & Phicol princeps militiae eius, & reuersi sunt in terram Palaestinae.] Vbi hic legitur, puteus iuramenti, in Hebraeo habetur Bersabee. Duplex autem est causa cur ita appellatus sit, siue quia septem agnas Abimelech de manu Abraham accepit, Septem enim dicuntur Sabee: siue quod ibi iurauerit, quia iuramentum Sabee similiter appellatur. Quod si ante hanc causam, supra nomen hoc legimus, sciamus per prolepsin dictum esse, sicut & Bethel & Galgala: quae vtrique vsque ad tempus, quod ita appellatae sunt, vocabantur aliter.

Ad mysterium pertinere, quod plantauit Abraham nemus in Bersabee. CAP. XXVII.

N

Abraham

Plato in  
Timaeo

Acto. 17.

1. Cor. 9.  
Deut. 25.

Ephes. 2.

2. Cor. 12.



**A**braham verò plantauit nemus in Bersabee: & inuocauit ibi nomen domini, dei æterni. Er fuit Colonus terræ Philistinorum diebus multis. Et hoc vtiq; ad mysterium pertinet: nam Abrahæ fides à Iudæis translata, & in gentibus plantata: grande ex diuersis hominibus tanquam de diuersis lignis nemus effecit ad inuocandum ibi nomen domini, dei æterni: quale & per prophetam Elaiam deus ipse deseret gentilitati promittens, hoc modo, diuersa diuersorum merita distinxit: Dabo in solitudine cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ. Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul, vt videant, vt fiant, & recogitent pariter. In nemore huiusmodi, vsq; hodie inuocatur secundum fidem Abrahæ nomen domini æterni. & ira relicta terra populi sui Iudaici, colonus est Abraham terræ Philistinorum, quod interpretatur portione cadentium, quales prius fuimus nos: nunc autem fixæ & pulchræ lumus plantationes domini, iuxta apostolum: qui cum præterita vitia tetigisset, Et hæc quidem, inquit, fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, & iustificati estis in nomine domini nostri Iesu in spiritu dei nostri.

*De tentatione, qua tentauit deus Abraham, dicens: Tolle filium tuum, & cætera.* CAP. XXVIII.

**Q**uæ postquam gesta sunt, tentauit deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham Abraham: Et ille respondit: Adsum, ait illi, Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac: & vade in terram visionis, atq; offeres eum ibi in holocaustum super vnum montium quæ monstrauero tibi. Thesaurum fidei & timoris domini, quæ in exemplum bonum nobis filiis suis hic pater multarum gentium thesaurizauit, examinatur cordi deus, occultum esse noluit: sed hætenus longa peregrinatione, & diuturna seminis sui expectatione satis spectatum, adhuc vno tentationis incendio, validissimè conflagrare curauit. Ex hac nanque fortissima tentatione fides eius splèdidissima rutilat, Apostolo teste, cum dicit: Fide Abraham obtulit Isaac, cum tentaretur, & vnigenitum offerbat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est: quia in Isaac vocabitur tibi semen: arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Item: Timor domini sanctus permanens in seculum seculi, qui ex amore descendit, ex isto clarius splenduit, ipso restante domino, cum postmodum dicit. Nunc cognoui, quod timeas dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Rectè igitur scriptor hic præfatus est, dicens: Tentauit deus Abraham, videlicet non vt ipse sciret, quem nulla cogitatio lateret: sed ne ignoraremus nos futuri filii, qualis ille fuerit pater, cuius nobis fides ad imitandum proposita est. Sic negotiatori quærenti quæque preciosa, venditor sedulus, quicquid libet examinat, non vt ipse quæ vendit cognoscat: sed ne emptor dubitet dare omnia sua, & comparare illa. Verba tentantis hæc sunt: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, atq; offeres eum ibi in holocaustum super vnum montium, quem monstrauero tibi. Filium vnigenitum hic appellat, & addit, quem diligis, & ex nomine Isaac expressit, videlicet, ne paræ præsentis ad effectum patris affectus sui in ipso articulo tantæ huius tentationis. Vbi nunc dicitur in terra visionis, in Hebræo habetur Moria. Aiunt Hebræi, hunc montem esse, in quo postea templum conditum est. In area Ornam Iebusæi: sicut & in Paralipomenon scriptum est: Et coeperunt ædificare templum, in secunda die mensis, in monte Moria. Qui idcirco illuminans interpretatur, & lucens, quia ibi est Dabir, hoc est, oraculum dei & lex & sanctus spiritus, qui docet homines veritatem, & inspirat prophetas. Veruntamen quid opus est ab Hebræis nominis huius, id est, terræ, vel montis visionis etymologiam dubitabilem quærere, aut vt opinabilem inuestigare, cum ex presenti loco scripturæ, manifestè constet propter præsentiam siue respectum gratiæ dei, Abraham locum illum appellasse nomine eodem? Nam quia dei tentantis oculos super se apertos atque defixos præcordialiter sensit, clamante angelo domini, cum arripuisset gladium, Abraham, non extendas manum tuam super puerum: & nunc cognoui, quia times deum: deinde subiungitur, appellauitque nomen loci illius, dominus videt: Vnde vique hodie dicitur, in monte dominus videbit. Constat ergo, quod ob causam prædictam iubilans atque ineffabiliter gratulabundus Abraham, illum suæ lætitiæ locum visionis nomine signauit, in quo visum se esse à domino, veraciter confiteri potuit. Itaque sicut cætera multa, sic & hoc per anticipationem paulo ante dictum est, vade in terram, cum additamento nominis huius, id est, visionis.

*Item de eadem re: & quod mons, in quo postea fundatum est templum, is fuerit, ad quem immolatus ductus est Isaac.* CAP. XXIX.

**I**gitur Abraham de nocte confurgens, strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum, quem præcepit ei deus: die autem tercio eleuatis oculis, vidit locum procul, dixitq; ad pueros suos: Expectate hic cum asino, ego & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Quia timorem domini sibi ante oculos proposuerat, idcirco mox audito iubētis imperio: vicino

vicino obedientię pede moram pari nesciuit in faciendo: de nocte confurgens, & sternens asinum suum. Porro asini nomine non rusticitas, siue ignobilis paupertas tanti viri dregitur: quem magnum & inclitum siue diuitem fuisse non ignoramus: quippe quæ & tot regum victorè supra legimus. Sed vno asini nomine quodlibet subiectionis genus commodè signatur: non solum propter Latinam nominis etymologiam, quia asinus ab assidendo dicitur: verum & propter huius animantis naturam, quod magis feruile, & magis oneriferum est. Die tercio, inquit, vidit locum procul. Notandum, quod de Geraris vsque ad montem Moria, id est, sedem tēpli, iter diuersum trium sit: & consequenter illuc die tercio peruenisse dicatur. Malè igitur quidam dicunt, Abraham illo tempore ad quercum habitasse Mambre, hoc est in Hebron, cum inde vsq; ad montem Moria vix vnus diei iter plenum sit. Nec verò fallaciter, sed fideliter dixit: Expectate hic cum asino. Postquam adorauerimus, reuertemur ad vos: credendo scilicet, quod & à mortuis deus immolatu puerum illi sibi suscitare posset. Iam quoniam ea quæ sequuntur secundum literam parentia sunt: nunc vt sapias medullitus, & in Abraham, cuius præceptum: & in Isaac, cuius obedientia præfigurata sit, altius intueri libet: quid potissimum deus intenderit in opere famosæ huius tentationis. Nec enim satis est dixisse: quod vt cognosceret, id est, cognoscere nos faceret, quantum haberet Abraham timorem domini, idcirco sic illum tentauit: præsertim cum protinus vbi dixit, nunc cognoui quia timeas deū, continuo subiunxerit: Per memetipsum iurauit, quia fecisti rem hanc, & non pepercasti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, &c.

*Item cur deus tentauerit Abraham: & quod non absque iustitia sic deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: quia sic homo dilexit deum, vt filium suum vnigenitum daret.* CAP. XXX.

**N**unquid enim nolens illam hominis fortitudinē deus incidit: vt necesse sibi esset interponere iuramentum: vt ratio compelleret deum iurare homini per semetipsum, quia maiorem se non nouerat alit: Homines enim, inquit Apostolus, per maiores sui iurant, & omnis cōtrouersia eorū finis ad confirmationem est iuramentū. Abraham autem promittens deus, quoniam niam neminē habuit maiorem se per quem iuraret: iurauit per semetipsum. Num, inquā, deus inuitus, aut imprudens adigi potuit ad iuramentum huiusmodi? Non vtiq; sed volens & prouidens tentando magnam in graui causa, deus homini præparauit victoriam: quam & sanctus Iob suspirans ait ad eundē deum: Desiderium meū omnipotens audi, & tribue mihi auditorē, qui æquitatem proponat contra me, & perueniat ad victoriam iudicium meum. Nam propositum erat quidem deus per multā misericordiam præiudicati in Adam generis humani iudiciū, per Christum adducere ad victoriam: sed absq; iudicio vel iustitia facere misericordiam, non cadit in deum. Vnde & Psalmista: Misericordia, inquit, & iudicium cantabo tibi domine. Itē: Misericordia & veritas præcedent faciē tuam. Et alibi: Misericors deus & iustus. Et multa in hunc modum restantia, non disiocia esse in deo misericordiam & iudicium, siue veritatem & mansuetudinē. Vt ergo non omnino ex sola misericordia stare salus hominis, sed misericordia & veritas obuiarent sibi: quæsiuit misericors deus capitulum in homine, per quod posset iuste debitor ipse teneri: quæsiuit, inquā, ab homine vnigenitum sibi filium immolari, vt suum ipse filium iusta vicissitudine deberet homini. Igitur cum dicit idem filius in euangelio suo. Sic enim dilexit deus mundū, vt filium suum vnigenitum daret: non est dilectio remissa, vel misericordia carrens iustitia. Nam & homo sic timuit deū, vt offerre illi non dubitauerit filium suum vnigenitum. Proinde in hoc maxime facto puer Isaac rectè vnigeniti filii dei figuram tenere creditur, quæ habebat vnigenitum pater excelsus, & in eo pater multarū gentium est effectus: quem cum diligeret, non pepercit illi propter deum, quæ miro modo & immolauit, & tamen non tetigit gladio. Sed arietē videns inter vepres hærentē cornibus, assumpsit, & obrulit holocaustū pro filio. Sic enim deus pater proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illū, qui tamen secundū naturam, quæ deus est, mori non potuit: sed ea immortaliter atq; impassibiliter permanente, secundū naturam hominis, quam assumpsit, inter vepres, id est, inter scelera Iudæorum, clauis hærens ad cornua crucis, verè passus, verè mortuus, & verè sepultus est.

*Quid significet, quod Isaac pater duxit ad immolandum: quid per ignem, gladium: quod portauit Isaac ligna, & quod pater filium colligauit, intelligatur.* CAP. XXXI.

**H**inc Isaac pater duos habens pueros, ducit ad immolandum: quia videlicet iam dictum filium suum deus pater, cum vtriusq; noui scilicet & veteris testamenti, consonantibus præconiis tradidit ad passionem pro salute omnium: Et expectate hic, inquit, donec reuertamur ad vos: quia profecto in illa hora, voces omnū scripturarū conticuerunt, ita vt nullus ei perhiberet testimonium: nec ipse saltem sua voce per qualiscunq; repugnaret scripturæ testimonia, scilicet

scilicet ne crucis differretur utilitas. Quid porro est, quod [tulit pater ligna holocausti & impo-  
suit super Isaac filium suum, ipse vero portabat ignem & gladium?] Quid, inquam, nisi quod ip-  
se dominus noster iuxta Iohannis Euangelium, baiulavit crucem suam: Sic enim ait: Quia exi-  
uit Iesus, baiulans ipse sibi crucem. Bene ergo Isaac ligna portat holocausti sui: quia Christus ip-  
se baiulaturus erat lignum suae passionis. Ipse vero portabat ignem & gladium. Per ignem spiri-  
tus sanctus recte intelligitur, per quem semetipsum obtulit filius dei, testante Apostolo, cum di-  
cit: Sanguis Christi qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit deo, emundavit conscientiam  
nostram ab operibus mortuis. Gladius vero non solum mortem, sed & potestatem signifi-  
cat imperialem. Gladius ergo pater ipse portabat, quia videlicet in manu fuit non Iudaeorum,  
sed dei patris gladius, id est, potestas dominicae mortis: ubi, quando, vel quo mortis genere de-  
beret interiri. Ignem quoque portabat holocausti, quia profecto sicut filius per spiritum san-  
ctum semetipsum obtulit: sic & pater per eundem charitatis spiritum, proprium filium suum pro  
nobis omnibus tradidit. [Cunquē colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super stru-  
em lignorum.] Mira videlicet patientia, subiectum & pro voluntate patris sustentem inten-  
tatae mortis tormentum. Ergo & deus pater suum colligavit filium: Colligavit planè: ve-  
rum non imbecillitatis vinculo, sed magnae charitatis imperio: ne seipsum defenderet, ne ob-  
latum calicem passionis mori dignatus abigeret. Nam hoc est quod in psalmo canit ipse: *Te-  
nuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me. Haec omnia sustinens Isaac  
soli tandem istius gladii subducitur: & aries (ut iam dictum est) pro illo immolatur: quia vi-  
delicet risus caelorum ille, in quem desiderant angeli prospicere, secundum naturam, qua patris  
risus, & angelorum sanctorum gaudium est, mortem nullatenus admittit: licet secundum natu-  
ram, qua nostri est similis, verè mortuus fuerit.*

*Quomodo usque hodie in monte visionis, id est, sancta ecclesia,  
verus Isaac Christus in sacramento imoletur.*

CAPVT XXXII.

**P**Ucherrimum, atque sanctissimum est perentiscere, quemadmodum & usque hodie in monte  
visionis, id est, in sancta catholica ecclesia: extra quam nemo vnquam deum videbit: offe-  
ratur iugiter idem filius deo patri, & tamen immortalis perseueret atque impassibilis. Etenim hu-  
ic immolationi iure assimilatur sacrificium patriarchae pater ac fidelis: quia videlicet sicut illic, ita  
& hic non sanguis funditur filii trucidati manibus crudelium, sed viuus atque integer permanens  
deo patri filius idem & manibus praesentatur, & ore sumitur fidelium. Ergo in hoc sancto sa-  
crificio sacerdotalis ordo ipse est pater Abraham: pater, inquam, multarum gentium, quia profes-  
so per ministerium paternitatis eius, multae gentes deo regeneratae sunt. Quemcumque ad sanctum  
altare diuina vocat gratia, fidemque eius electio sancti spiritus sacerdotali dignitate remunerat:  
eo ipso quod vocatur & eligitur ad tale munus, profecto iubetur illi ut tollat filium suum, quem  
diligit Isaac: cumque domino in terra visionis in holocaustum offerat. Sic enim veraciter dictum  
nullus ambigit, quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in caelis est, ipse meus & frater, &  
soror, & mater est. Cur sacerdos vel pontifex, cuius & in corde per fidem Christus habitat, & ex  
ore eius praedicantis concipitur in audientis anima: cur, inquam, hic talis eundem Christum suum  
filium appellare dubitet? Abraham ergo de nocte consurgens, sternit asinum suum: quia sa-  
cerdos dei, omnia dedecoris abiiciens, premit & subiugat omnem irrationabilem carnis suae  
motum: ne forte, inquiens, cum aliis praedicauerim, ipse reprobos efficiar. Ducit & duos pueros se-  
cum, id est, vetus pariter & nouum recipit testamentum. Omnis enim scriba doctus in regno coe-  
lorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Portat quoque  
ignem & gladium: quia profecto sine igne spiritus sancti, nemo dignus est ad tantum accedere my-  
sterium: & sine gladio verbi non immolatur hoc saluus holocaustum. Adest Christus praesens tan-  
quam Isaac, iuxta veritatem suam, qua dicit: Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi  
sum in medio eorum. Duo pueri iussi subsistunt: Etenim in hora sacrificii voces vtriusque testa-  
menti, quae canendo atque legendo comitatae fuerant, pariter conuiscunt. Summum nanque  
praestandum silentium est, ut Christi domini nostri passio, sic per solum sacerdotem celebratur: si-  
cut ille fugientibus omnibus suis, relictus est solus, & torcular inquit calcatus solus. Quis (ut iam  
dictum est) ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine eius, illic est: quomodo in tali con-  
gregationis causa, non adest? Imò totus adest: totus sancto incumbit altari: non ut iterum  
patiatur: sed ut fidei, cui praesentia sunt omnia, praeterita eius passio memoriter repraesente-  
tur. Ita Christus & iterum immolatur, & tamen impassibilis permanet & viuus: quemad-  
modum illic Isaac immolatus, & tamen gladio non est tactus. Frangitur pro illo panis, & co-  
meditur: sed licet ille panis iam sit ipse Christus, Christus tamen integer permanet & viuus. Quo-  
modo, inquis, panis qui videtur, est Christus? Ad haec, inquam. Quomodo quelibet me-  
talli species: verbi gratia, aurum siue argentum, valido igni confiatum, atque resolutum,  
reuera

Cautè legē-  
da est haec si-  
militudo,

reuera & aurum est, & ignis quoque dicitur & est. Etenim aurum videtur & est quod erat, & tamen  
verissime ignis dicitur, & est, quod non erat: Idcirco sic omnino panis admortuus vel immeritus ter-  
ribili atque ineffabili mysterio passionis Christi, adhuc panis videtur esse, quod erat: & tamen in-  
veritate Christus est, quod non erat. Igitur sicut ignis, licet diuisus in partes, mutuatim tamen lumi-  
nis detrimeta non nouit: sic panis iste solenni fractione diuisus, non minus in singulis partibus, quā  
in toto habet sacramenti aut virtutis, quin omnia peccata consumat, si habeat pabulum fidei:  
quemadmodum parua licet ignis scintilla, si fomenta ignis non desint, magnam sylvam combu-  
rit. Et quidem quoniam holocaustum, totum incensum dicitur, hoc verò sacrificium dominicae  
passionis holocaustum est, de quo Psalmista: Et holocaustum tuum, inquit, pingue fiat, congrue  
nunc & euicino, scilicet de igne corporeo ad ignem incorporeum & inuisibilem similitudo sum-  
pta est. Verum de hac re multum tractare nunc locus non est. Hoc solum ad praesentem causam  
pertinet, quod sicut Isaac ille immolatus, & non tamen occisus est, sic & Christus hic immolatur  
quidem, sed impassibiliter sacrificatur & immortaliter.

*De re promissione dei, & de eo quod dictum est: possidebit semen tuum  
portas inimicorum suorum.*

CAP. XXXIII.

**C**VM clamasset angelus domini de caelo: & (sicut iam superius dictum est) per semetipsum  
iurasset: quia neminem per quem iuraret habuit maiorem, dixissetque Benedicam tibi &  
multiplicabo semen tuum, sicut stellas caeli, & sicut arenam, quae est in litore maris: de qui-  
bus scilicet stellas caeli, & arena maris, iam alio loco diximus, hoc quoque subiunxit: [Possi-  
debit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes ter-  
rae, quia obedisti voci meae.] Hoc verbum promissionis de benedicendis gentibus in semine  
eius, nunc vice altera dominus loquutus est. Nam & in primordio quando dixit illi, egredere  
de terra, & de cognatione tua, hoc promissit, dicens: Atque in te benedicentur vniuersae cogna-  
tiones terrae. Proinde quia semel & iterum hoc promissit deus, recte promissio iam dicitur, dif-  
fert tamen aliquantisper. Vbi nullum adhuc Abraham praecesserat meritum, tantummodo pro-  
missit: ubi verò iam per obedientiam emeritus est: cum interpositione iuramenti repromi-  
sit: ut per duas res immobiles, inquit Apostolus, quibus impossibile est mentiri deum, for-  
tissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Nam & hoc  
ad nos respicit, [quod appellauit Abraham nomen loci illius: dominus vidit: vnde dicitur  
vique hodie in monte dominus videbit.] Hoc nempe apud Hebraeos exiit in prouerbiis: ut  
si quando in angustia constituti sunt, & domini optant auxilio subleuari: dicant, in monte  
dominus videbit: & hoc est, sicut Abraham misertus est, miserabitur & nostri. Vnde & in si-  
gnum dati arietis, solent etiam nunc cornu clangere. Iuramento ergo interposito auxit quo  
que benedictionem, sic: Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum. Portae inimico-  
rum, potestates sunt tenebrarum: quas semen Abraham Christus nunc possidet: iuxta quod  
ipse praelocutus est. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possi-  
det. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confi-  
debat, & spolia eius distribuet. Hoc autem per passionem & mortem eius actum est. Suscitauit e-  
nim illum deus à mortuis, solutis doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab  
eo. Bene ergo hoc loco, ubi immolatus est Isaac, primum ait, possidebit semen tuum portas ini-  
micorum suorum: & deinde, atque in semine tuo benedicentur omnes gentes terrae, quia videli-  
cet sic futurum erat, ut immolato Christo, primum inimicorum suorum portas: portas, inquam,  
inferni victor ille obtineret: ac deinde dato spiritu sancto, benedictio, id est, poenitentia & pec-  
catorum remissio praedicaretur in omnes gentes.

*Quod sanctus Iob, & Balaam de stirpe Nachor fratris Abraham de-  
scenderit.*

CAPVT XXXIII.

**H**IS ita gestis, nunciatum est Abraham, quod Melcha quoque genuit filios Nachor fratri suo  
Hus primogenitum, & Buz fratrem eius: Camuhel patrem Syrorum, & Cafed, & Azau.  
Pheldas quoque & Ieplaph, ac Batuel, de quo nata est Rebecca, &c.] Hoc nunciatum est Abra-  
ham, subaudiunt, nolenti accipere filio suo Isaac vxorē, de filiabus Chananaeorum, inter quos habi-  
tabat: & sollicito, vnde sibi nurus esset speranda, digna filio suo. Nam haec sollicitudo vel occa-  
sio est idonea, cur hoc illi nunciatum esse sancta narret scriptura. Hus, inquit, primogenitum, &  
ceter. Primogenitus Nachor, fratris Abraham, de Melcha vxore eius, filia Aran, natus est Hus, de  
cuius stirpe Iob descendit, sicut scriptum est in exordio, voluminis eius: Vir erat in terra Hus, Iob  
nomen eius. Malè igitur quidam aetimant, Iob de genere esse Esau. Siquidem illud quod in qui-  
busdam codicibus in fine ipsius libri habetur, eo quod de Syro translatum est, & quartus sit ab  
Esau, & reliqua quae ibi continentur, in Hebraeis voluminibus non habentur. Secundus natus  
est de Melcha Buz, & ex genere huius est Balaam, ille diuinus, ut Hebraei tradunt, qui in libro  
N iii Iob

metalli ap-  
pe dit ignis  
virtute re-  
soluit, igni-  
tū quidē di-  
ci reuera po-  
test, nequa-  
quē verò ignis,  
quemadmo-  
dū de mysi-  
co sacri alta-  
ris pane ve-  
raciter dici-  
mus, quod sit  
corpus Christi.

De arena II,  
5. capit. 10.  
De stellis II,  
5. capite 13.

Gene. 12

Hebr. 6.

Matt. 22.  
Luca 11.

Actor. 2.

Job 32. Job dicitur Helii: primū vir sanctus & propheta dei, postea per inobedientiam & desiderium munerum, dum Israel maledicere cupit, diuini vocabulo nuncupatus, diciturque in eodem libro: Et iratus Helii filius Barachel Buzites, de huius videlicet Buzi radice descendens. Camuhel vero pater est Damasci, quae & Aram siue Syria dicitur. Caled quoque quartus est, a quo Calsdim, id est, Chaldei, postea vocati sunt.

CAP. XXXIII. *De morte Sarae, & coemptione sepulchri eius.* CAP. XXXV.

**V**ixit autem Sara centum viginti septem annis, & mortua est in ciuitate Arbee, quae est Hebron in terra Chanaan. Venitque Abraham ut plangeret & fletet eam. Arbee interpretatur quatuor. Dicitur autem ciuitas Arbee siue Cariatharbe, eo quod quatuor nominatim illuc sepulti sint, videlicet maximus Adam, sicut in libro Iosue scriptum est, & deinde Abraham, Isaac, & Iacob: Porro mors Sarae finem legis & prophetarum significat, de quibus dominus: Lex, inquit, & prophetarum usque ad Iohannem. Et Apostolus: Finis, inquit, legis Christus, quia videlicet illo dato, prophetarum siue promissiones, quas per Saram superius intelligi diximus, contigerunt. Vnde notandum, quia deus vltimus Abraham apparuisse non legitur. Nec vero damnosus est iste finis legis & prophetarum: sicut nec mala mors Sarae: Mors quippe iustorum preciosa & operabilis requies est, sed illi finis perfectio est vel consummatio, quem significans ipse qui finis est (vt iam diximus) cum accepisset acetum, dixit: Consummatum est. [Cum que surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Eth, dicens: Aduena sum & peregrinus apud vos, date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliā mortuum meum (& cetera vique) appendit pecuniam quam Ephron postulauerat. Audientibus filiis Eth, quadringentis argenti siclos, & probatae monetae publicae.] In Hebraeo primum nomen eius scribitur Ephron, secundum Ephraim. Postquam enim precio victus est, vt sepulchrum venderet & acciperet argentum, licet cogente Abraham, vau, litera, quae apud illos pro o legitur, ablata de eius nomine est, & pro Ephron appellatus est Ephraim, significante scriptura, non eum fuisse consummatae perfectaeque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur, qui sepulchra venditant, & non coguntur vt accipiant precium, sed a nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur qui iniustus accepit.

*Item de agro & spelunca duplici in qua sepulta est.* CAP. XXXVI.

**C**onfirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse quam spelunca, & omnes arbores eius, in cunctis terminis per circuitum Abrahamae, in possessionem videntibus filiis Eth, & cunctis qui intrabant per portam ciuitatis illius. Quia non parua de re agitur, hoc quod iam semel dictum est, iterum ac tertio repetitur, vt tribus testimoniis confirmatio tota perficiatur. Sequitur enim: [Atque ita sepeliuit Abraham uxorem suam Saram in spelunca agri duplici, qui respiciebat Mambre, haec est Hebron in terra Chanaan.] Et continuo: [Et confirmatus est ager, & antrum quod erat in eo Abrahamae, in possessionem monumenti, a filiis Eth.] Quod tertio dicitur, & ager & antrum, idem est quod secundo dictum fuerat, ager & spelunca duplex, siue spelunca agri duplicis. Itaque tribus testimoniis confirmatio facta est. Non enim solummodo in personis, sed etiam dictis aut factis iteratis, testimonium numerus solet computari, testante Paulo, cum dicit Corinthiis: Ecce hoc tertio paratus sum venire ad vos, continuo subiungit: In ore duorum aut trium testium, stabit omne verbum. Quid enim hac tali coemptione factum est, nisi quod ius legitimum semini Abrahamae collatum est, vt non solummodo iudicio dei, qui iuste peccatores de terra illa exterminare haberet, sed etiam iudicio hominum, terram eandem repetere iure deberet, quam pater ipsorum quadringentis siclis argenti & probatae monetae publicae coemisset? Quid enim, si non totam terram illam pater Abraham comparauit? Pars totum iustiori causae vindicare debuit, praesertim vbi quod iure exigeretur pro parte non concederent aduersarii. Vnde & apud authorem Romanorum nobilem, quidam decertans, sic inter caetera declamat. Omnia dat qui iusta negat. Sed iam nec in isto sensum mysticum praeterire libet.

*De eadem re, iuxta sensum mysticum.* CAP. XXXVII.

**C**onfirmatus est, inquit, ager quondam Ephronis, & caetera. Mystice namque idem est ac si diceretur: Confirmatus est in fide Abrahamae, & seminis eius per passionem Christi, cuius in typum Isaac paulo ante immolatus fuerat: confirmatus, inquam, est in hereditatem illi totus mundus: atque in eo Sara, id est, sancta legalis atque prophetica scriptura venerando sepulchro quieuit: mortua quidem non credentibus Iudaeis, sed impleta atque colummata gentibus per creditum aduentum Christi filii dei: Ager namque Ephronis cum spelunca duplici: Ephronis, inquam, quod interpretatur puluis inutilis, peccatores significat, tam & anterioris quam & posterioris populi, qui prius erant sicut puluis, quem proiecit ventus a facie terrae, sed confirmati sunt rore spiritus sancti, iuxta Psalmistam dicentem: Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis

Psalm. 101.

renouabis faciem terrae. Hic ager respicit Mambre, quod interpretatur diuisio, siue perspicuum, intelligit namque quanta futura sit diuisio honorum & malorum illo die, quem respicit, quem sollicitate attendit, qui dies erit extremi iudicii. Ira iam in spelunca duplici huius agri, id est, in conscientia vtriusque populi, Sara, id est, testamentum dei, confirmatum in Christo requiescit. Arbores per huius agri circuitum eminentiores, homines sunt, qui verbo & exemplo minoribus fructificare, id est, proficere possunt. Videntibus, inquit, filiis Eth, id est, formidantibus omnibus verbū quod factum est, vel iudicium quod futurum est: Eth namque formido vel stupor interpretatur. Talis igitur ager, vt in illo Sara sepeliretur precio prius comparari & confirmari debuit Abrahamae, in possessionem monumenti: quia videlicet oportebat nos precio magno emi, nec esse seruos peccati, vt tunc demum reconderentur apud nos eloquia dei, & promissiones patrum, consummatae in corde Christi, quam praecedens obitum Sarae immolatio Isaac, praesignauit: Nam ad summum, quia (sicut iam dictum est) primum homo pater orbis terrarum Adam illic situs est, recte per agri illius coemptionem totius orbis intelligimus acquisitionem.

*De eo quod dictum est: Pone manum tuam super femur meum, &c. quidque Isaac coniugium mystice significet.* CAP. XXXVIII.

**E**rat autem Abraham senex, dierumque multorum, & dominus in cunctis benedixerat ei. Non hoc vulgari more propter aetatis prolixitatem dictum est: Erat senex, dierumque multorum. Quippe cum de illis, qui ante eum fuerunt, alii triplos, alii quadruplos, imò & nonnulli septuplos, aetatis eius dies habentes, nihil tale dictum sit: Ergo senex, dierumque multorum, id est, perfectae fidei, multorum operum bonorum. Et dominus in cunctis benedixerat ei, id est, bona cuncta, quae omnibus gentibus facturus erat, in semine eius deus praedixerat, & cum iuramento firmauerat ei. Tali praefatione digna subsequitur narratio: [Dixitque ad seruum seniore domus suae, qui praeratur omnibus quae habebat: Pone manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per dominum deum caeli, vt non accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanearum, inter quos habito, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem filio meo Isaac.] Fidei simul & casti laus est coniugii res gesta haec: quia videlicet nec senex Abrahamurum de Chanaanais quaesiuit, vnde aliquod suppeditare posset solatium suae peregrinationi. Nec iuuenis Isaac uxorem ambiuit, quam concupisceret oculis, sed eam quam nunquam viderat, secundum voluntatem praestolatus est patris. Non enim in Abraham magno caret merito fidei, neque in Isaac vero testimonio castitatis, quod & ille peregrinationem suam propter deum, in quo confidebat, sic amplexatus est, vt eorum, qui deo non placebant, propinquitatem nullam sibi aut posteris suis admitteret. Et hic ita iuuentutis perulantiam supergressus est, vt illam expectaret coniugem, quam deus daret, non quam concupiscerentibus oculis, ipse cum dote magna rapuisset. Assimilatur ergo etiam in hoc filio dei, qui nullam propria voluntate, id est, humano iudicio animam assumit siue reiciit, iuxta quod ait ipse: Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem patris mei. Nā si ad naturalem spectes carnis affectum, eadem teneritudine suam fouere debuisset patriam, qua videns ciuitatem Hierosolymam veris lachrymis fleuit super illam. Sed descendit, inquit, de caelo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

*Quis sit seruus Abrahamae, mystice.* CAP. XXXIX.

**P**one, inquit, manum tuam subter femur meum, vt adiurem te per dominum deum caeli. Tradunt Hebraei, quod in sanctificatione sua, hoc est, in circuncisione sua iurare iusserit. Nos autem dicimus, quod illum adiurauerit in semine suo, hoc est, in Christo, qui ex illo nasciturus erat, iuxta Matthaeum loquentem: Liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham. Notandum praeterea, quod non ipsum Isaac, quem deo iustus obtulerat, adiuret pater, neque ipsum ad quaerendam sibi uxorem mittat, vt quaecumque sibi placuerit, illam accipiat, quia videlicet nec futurum erat vt ipse Christus, postquam passus est, per semetipsum ecclesiam sibi de hoc mundo colligeret corporali praesentia. Non, inquit, accipias uxorem filio meo de filiabus Chanaanearum, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias filio meo Isaac uxorem: Chanaanai, inter quos habitabat pater, Iudaei erant, quorum ipse nomine tenus deus erat, vnde & dicit: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me, scilicet pro parte eorum, qui recte dicti sunt Ismahel, qui secundum carnem natus est. Chanaanai namque recte dicuntur eandem ob causam, videlicet, propter quam & per prophetam sic illi populo exprobratum est: Pater tuus, inquit, Amorrhæus & mater tua Cethæa. Illius populi multae filiae, id est, multae fuerunt haereses vel sectae, scilicet traditiones Phariseorum, Sadduceorum, & eorum qui Samaritae dicti sunt, & quod caeterae (vt fertur) ferme nouem dissensiones haeresum. De filiabus ergo illorum ne accipias, ait, uxorem filio meo Isaac: quia videlicet secundum nullam eorum sectam institui dignatur deus pater vnicam filii sui sponsam nouam, scilicet ecclesiam, quae non habeat maculam, aut rugam, sed ad terram & cognationem meam proficiscaris. Proficisci nempe

CAP. XXXIII. Quomodo Abraham senex ac dierum multorum dicitur.

Iohan. 5. Luc. 19. Iohan. 6.

Esai. 29. Ezech. 16.

ad terram & cognationem patris, seruum fidelem, atq; prudentem, id est, attendere fidem per quam iustificati sunt illi, qui verè dei populus, deòq; per amorem iustitiæ quodammodo cognati fuerunt, & secundum sensum illorū sanctam instituire ecclesiam. Verbi gratia dicitur: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hir corū porabo? Subauditur, non. Sed quid Immola deo sacrificium laudis. Et innumera his similia, quæ obseruare, & obseruanda tradere, id planè est veram & dei filio dignam coniugem informare. Quando autem deus pater sic adiurauit seruum suum? Tunc vtiq; quando sanctum apostolis misit spiritum, per quem sic obtinuit corda eorum, vt nihil aliud omnino, nisi quod volebat deus, de huiusmodi loqui, aut agere possent: [Si, inquit, noluerit mulier venire mecum, num reducere debeo filium tuum illum, vnde egressus est?] Quod est dicere: Si nemo ex Iudeis voluerit, relicta circuncisionis carnaliumq; ceremoniarum iustitia, solam necessariam, quæ ex fide est, suscipere iustitiam, num concedendū vel ferendum erit, vt fidem Euangelii cōmunicemus vel commisceamus carnali Iudaismo? de quo Christus circuncisus, vel circuncisionis minister egressus est, aliam viam instituendo, dum dicit: Baptizate omnes gentes. [Cave, inquit, ne filium meum reducas illum.] Et continuo solita fide confirmatus: [Dominus, ait Dominus deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, ipse roiet angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo.] Et continuo: [Si autem noluerit mulier sequi te, non teneberis iuramento.] Eadem omni conditione libertas & conscientie munditia indicitur Euangelico viro. Si noluerint suscipere te, viderem pedum tuorum excute in eos. Vehemens repetitio Ieriō virum fortem locutum esse innuit: [Filium tantum meum, ne reducas illum:] Ne, inquam, reducas illum, sed potius dic: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Item: Si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit, & cætera his similia.

Quid significant cameli, & quæ bona domini eius, ex quibus secum tulit.

CAPVT XL.

Posuit ergo seruus manum suam sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Hic quoq; seruus, qui per illū intelligitur, scilicet apostolorū vel prædicatorum chorus, posuit manū suam sub femore Abraham, profitendo scilicet incarnationis Christi fidem, & iurauit super sermone hoc: Iurauit, inquam, id est, graui se astrinxit necessitate dispensandi mysterium hoc. Vnde & dicit vnus ex his: Nam si euangelizauero, non est mihi gratia, necessitas enim mihi incumbit. Væ mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Ergo verè iurauit, qui nisi euangelizauerit væ illi, eo quod peritū reus sit. [Tulitq; decē camelos de grege domini sui, & abiit, ex omnibus bonis eius portans secū.] Sapienter pro re & tempore seruus ille senior sic abiit, scilicet cum decem camelis, ex omnibus bonis domini sui portans secum: Præsentibus namq; honoribus debebat instrui puella, vt non paruas viri aut loceri sui sciret speraretq; diuitias. Sic planè seruus iam dicitur, id est, prædicator Euangelicus, cum magnis missus est muneribus, illis videlicet, de quibus dictum est: Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores. Ita vnicuiq; seruorum fidelium data est gratia secundum mensurā donationis Christi. Ex his bonis domini sui Iesu Christi, siue patris eius dei, portauerunt secum, vt ex præsentium gloriosa testificatione miraculorum, cognosceret ipsa, quæ petebatur Christo, sponsa, quod verè magnus, diuesq; & potens sit ille, in cœlo & in terra. Quid porrò sibi volunt decem cameli, quos tulit de grege domini sui? Ea nimirum quæ grauiora sunt legis, qualia delinquentes illi menthæ & aneti decimatores, rectè tali elogio denotati sunt, vt diceretur de illis, culicem liquantes, & camelum glutientes. Idcirco rectè decem sunt cameli: quia videlicet decē præceptis, quæ in tabulis scripta sunt digito dei, continetur omnis vera iustitia legis, quam solā seruari oportet in Euangelio Christi, reiectis omnibus iustitiis carnis, quas Apostolus detrimentum facit pro Christo, & arbitrat ut stercora.

De Mesopotamia, ad quam profectus est seruus, deq; prudentia eius, quomodo petiuit Rebeccam.

CAP. XLI.

Profectusq; perrexit Mesopotamiam ad urbē Nachor. Genitalis huius Abrahamæ terra Chaldaeorum fuit, sed persecutione vrgente (vt superius dictum est) egressus fuerat Thare cum suis, vt irent in terrā Chanaan, resederant autem in Aran, hoc est, Syria, quam ex Meso quod est media, & Potamo, id est, fluuiō appellant Mesopotamiā. Duobus enim fluminibus Tygri & Eufrate ambitur. Seruus ergo iussus proficisci ad terram & cognationē domini, pergit Mesopotamiam, quia videlicet terram illā pro sua, cognatio eius inhabitabat, & in ea coaluerat, in qua & Thare mortuus est. Ad urbem, inquit, Nachor. Isto & aliis sacræ huius historiae testimoniis ostenditur, etiam Nachor frater Abrahamæ exisse de regione Chaldaeorum, sedesq; constituisse in Mesopotamia, vbi cum patre suo habitauerat Abraham. Cur ergo eum scriptura non commemorauit,

memorauit, quando ex gente Chaldaea cum suis profectus est Thare, & habitauit in Mesopotamia, vbi non solum Abraham filius eius, verum etiam Sara nurus, & Loth nepos eius commemorantur, quod eos duxerit secum? Cur putamus, nisi fortè quod à paterna & fraterna pietate deficiuerat, & superflitioni adhaererat Chaldaeorum, & postea inde siue poenitendo, siue persecutionem passus, quod suspectus haberetur, & ipse emigravit? [Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit: Domine deus, domini mei Abraham occurre mihi hodie obsecro, & fac misericordiam cum domino meo Abraham, & cætera.] Veraciter seniore hunc supra nominauit scriptura. Nam quod seniore dignum fuit, nec ipse petendæ puellæ iudicium suis commisit oculis, qui solam faciem non etiam mores aut virtutem peruidere possent, sed secundū herilem fidem credens quod domini sui curam haberet deus, totam in illo posuit electionis spem. [Igitur, inquit, puella cui ego dixero, da mihi aquam de hydria tua vt bibam, & cætera.] Credit enim homo, quod explorata, & hoc iudicio deprehensa frugalitas domini sui moribus conueniens, digna foret cui in aures aureas, armillasque appenderet, quod & fecit prorsus, adorans & benedicens deum atque dicens: [Benedictus dominus deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam & veritatē suam à domino meo, & recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait: Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei: Loquere. At ille: Seruus, inquit, Abraham sum, & cætera.] Bene ergo & veraciter sapientia dicit: Sicut frigus niuis in die messis, sic legatus fidelis, qui misit illum animam eius refrigerabit. Quo enim potuit modo, legatus fidelis melius enit ad refrigerium animæ eius qui illum misit? Supplicem præmisit orationem ad deum domini sui, muneribus beneuolentiam puellæ amplius animare studuit, opportunitatem dicendi egregiè sustinuit, & cum gratus esset hospiti, filuit adhuc, donec in conspectu suo panis poneretur, & tunc demū inter maxima fœdera hospitii, id est, in præsentia panis appositi, sermonem ingressus est, à veris incipientibus laudibus dei, & Abraham domini sui. Iam quoniam hæ pennæ columbæ de argentatæ satis perspicuæ sunt, id est, plana superficies literæ, iam intima (vt supra cœptū est) pulchritudinem rimando prosequamur allegoriæ.

De eadem re ad sensum mysticum.

CAP. XLII.

Cum, inquit, camelos fecisset accumbere extra oppidū iuxta puteum. Sic procul dubio, seruus prudens, id est, prædicator Euangelicus, verbi gratia: Paulus apostolus iuxta puteū accubuit, & ibi puellā decorā nimis conuenit, id est, sanctæ scripturæ spiritualibus oculis intendit, & ad Christi gloriā quam illi ascriberet sanam doctrinā, & pulchrū sermonem adinuenit: Vnde bene compra soror, & amica sapientia rectè dicit, respiciens in eū. Et qui elucidant me, vitā æternam habebunt. Rebecca namq; decora puella, ipsa mysticè est sancta testamenti dei scriptura, quæ & per Saram, teste Apostolo significabatur supra, hac sola distantia, quod per illam implenda, per istam figuratur iam implera. Vnde notanda literæ diligentia, quod cum dictū fuisset, virgo pulcherrima, additū est, & incognita viro. Incognita viro, id est, abscondita, quod in Hebræo dicitur Aalma. Quod quidē in Eisaia habetur: nam in eo loco vbi in nostris codicibus scriptū est: Ecce virgo concipiet, & pariet. In Hebræo legitur: Ecce Aalma concipiet, & pariet. Ergo Aalma, quod interpretatur abscondita, id est, virgo nimia diligentia custodita, maioris videtur laudis esse, q̄ virgo. Virgo quippe iuxta Apostolū potest esse corpore & non spiritu. Abscondita verò quæ virgo est, epitheton virginitatis habet. Etymologiā absconditæ sapientie habet. Siquidē in libro Iob scriptū est: Vnde ergo sapientia inuenitur? Et quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Sed & ipsa nomina bene rei congruunt. [Rebecca, inquit, filia sum Bathuel, filii Melchæ, quæ peperit ex Nachor.] Rebecca interpretatur patientia, Bathuel virgo dei, Melcha regina, Nachor requies luminis. Etenim sacræ scripturæ doctrina patientia est: Quæcunq; inquit Apostolus, scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, vt per patientiā & consolationem scripturarū sp̄ habeamus. Et est filia Bathuel, id est, virginis dei: nā ab illis nata vel condita est, quorū virgineas animas vt sermo bonus inde nasceretur, deus sibi copulauit. Melcha, id est, regina, hunc Bathuel peperit: regina, inquam, libera scilicet illa quæ sursum est Hierusalem, quæ reuera omnium ad hunc Isaac pertinentiū mater est. Peperit autē ex Nachor, id est, ex requie luminis, in quo Hierusalē regina illa requiescit. Seruus qui non sibi, sed domino suo quæsiuit & inuenit illā, ipsi sunt qui veraciter dicunt: Non predicamus nosmetipsos, sed dominū Iesum Christū, nos autē seruos vestros per Iesum. Itē non enim sumus, sicut plurimi adulterantes verbū dei. Et his similia. Ergo regias in aures & armillas puellæ donū seruus appendit: quoties veritati diuinæ scripturæ quilibet minister Christi, & dispensator ministeriorum dei testimonia necessaria supereditat incarnati, & pro omni mundo immolari verū Isaac, id est, filii dei. [In aures, inquit, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem.] Quia in duobus præceptis vniversa lex pendet: & prophetæ, bene in aures duorum: quia verò in decē præceptis operari conuenit,

1. Cor. 9.

Psal. 67. Eph. 4.

Matth. 23.

Philip. 3.

Prover. 25.

Eccle. 24.

Galat. 4.

Esaie. 7. 1. Cor. 7. Iob. 28.

Roma. 15.

Galat. 4.

2. Corin. 4. 2. Corin. 21.

1. Corin. 4.

Matth. 23.

C A P. X X I I I I I .  
 conuenit, armillæ pondo decem fuere siclorum: Siclus Hebraicè dicitur fecel, Latino autem sermone corruptè siclus appellatur, vnciæ pondus habet. Igitur quia multæ sunt filix, quarum salax gratia & vana est pulchritudo: puella, inquit, cui ego dixerò, da mihi aquam de hydria tua vt bibam, & illa dixerit, bibe, & camelis tuis potum tribuam, ipsa est quam præparasti domine filio domini mei. Nam reuera quæcunque scriptura viuus aquis idonea est ad refocillandam animam, ne quis siti pereat, ipsa est præparata filio dei, soror & amica, quæ filios illi nascentes, pariente gratia, lacte & vino suauiter atque fortiter enutrit. Nec verò seruus ille fidelis comedere voluit, aut debuit in domo, donec loqueretur sermones suos, & totius domus consensum obtineret: quia videlicet quam diu quis Christo sacræ scripturæ testimonia denegat, cum hoc nulla Euangelico viro communicatio est. Quinetiam puluerem qui adhæsit illi, de ciuitate illorum, qui sunt eiusmodi, extergat in eos. Prius enim est secundum imperatoris mittentis, vt in quamcunque domum intrauerint, primum dicant, Pax huic domui: Et si ibi fuerit filius pacis, cum requieverit super illam pax Euangelica, tunc demum in eadem, inquit, domo manete, edentes & bibentes quæ apud illos sunt.

Matt. 10.  
 Luc. 10.  
 Ibidem.

De Laban fratre Rebecca, & de muneribus quæ dedit Rebecca mysticè.

C A P V T X L I I I .

**H**Abebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem vbi erat fons. Dixitque ad eum: Ingredere benedictè domini. Cur foris stas? & cætera. Laban, candidus interpretatur, significatque ipso nomine mundum imperatori gloria nitidum. Nunc quidem vbi videns in aures & armillas in manu sororis, procurrit & dicit: Ingredere benedictè domini, cur foris stas? & postmodum vbi loquitur, à domino egressus est sermo, & non possumus extra placitum eius quicquam aliud tecum loqui. Mundum in bono significat, videlicet pro parte illorum, quos primo auditu confestim euangelica delectauit gratia, quicquid germano affectu videntes & intelligentes, ex ornatu, id est, dulcedine & dilucidatione scripturarum, completæ esse veritatem dei, & confirmatas esse promissiones patrum, baptizati & remissione peccatorum candidari properauerunt. Cæterum vbi Iacob bene seruientis mercedem decem vicibus commutauit, & fugientem quidem persecutus, sed tandem illi se dederat: mundum pro parte illorum significat, qui primo bonis creditum operibus aduersari quidem sunt, sed tandem illis satisfieri potuit, & victi ratione respicerunt. Itaque releuata gratia Euangelii, candidi, qui per Laban intelliguntur, emicuerunt. Si dormiatis, inquit Psalmita, inter medios ceros pennæ columbæ de argentea, & posteriora dorsum eius in pallore auri. Columbam illic appellauit ipsam scripturam, quam hic intelligimus per puellam: per pennas de argentatatas, pulchra & extrinsecus quoque in litera lucida, significans sacra eloquia: per pallore auri, illa quæ intrinsecus sunt preciosissima Christi & ecclesiæ mysteria. Statimque & illos designans qui hic intelliguntur per Laban, id est, candidatos siue albatos, dum discernit, inquit, reges super eam, id est, dum apostolos, prophetas, & doctores siue pastores, ponit ad dispensandam sacram scripturam, nunc dealbantur in Selmon, quod interpretatur umbra offendiçuli, vel imago fortitudinis, significatque Christum, qui non credentibus lapidationis, creditibus autem imago est fortissimi, scilicet dei patris. Eas quoque laudes, quas hic ille seruus, coram deo vel filio domini sui, dicens: Seruus Abrahamum, & dñs benedixit domino meo valde, magnificatusque est, & peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat. Ibidem propheta secundum illum dei patris filium subnectit. Mons, inquit, dei, mons pinguis, mons coagulatus, mons pinguis. Vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo, etenim dominus habitauit in sinem, & cætera. Et sicut hic seruus adorat pronus, benedicens deum, prolatifque vasis argenteis & aureis ac vestibus, dedit eas Rebecca pro munere, fratribus quoque eius & matri dona obtulit, dixitque dimittite me, vt vadam ad dominum meum, nolite me retinere, quia dominus direxit viam meam: Sic & in eodem Psalmo reges, quos discernit celestis, super eandem columbam dona illis decantando promittit, dicentes: Ascendisti in altum, coepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Et continuo gratulantes dicunt: Benedictus dominus die quotidiæ, prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum.

Gene. 31.

Psal. 67.

1. Petr. 2.

Psal. 67.

Prompta ad inquirentes responsio puelle dicentis, Vadam, quid significet. Et de meditatione Isaac egresso in agrum.

C A P. X L I I I I .

**V**Ocemus puellam & queramus ipsius voluntatem. Cumque venisset vocata, sciscitanti sunt: Vis ire cum homine isto? Quæ respondit: Vadam. Jam ante responderant Laban & Balthuel, dicentes: A domino egressus est sermo, & non possumus extra placitum eius quicquam aliud loqui tecum. Quid ergo est, quod nunc hæsitantes frater & mater dicunt, vocemus puellam? Hoc profecto iudicii vel experimenti apostolici signum est. Primitiæ namque ecclesiæ, quæ ex Iudæis fuit sub apostolis, typum tenet hæc domus Rebecca. Murmurauerunt autem quidam dicentes Petro apostolo: Quare introisti ad viros præputium habentes? Et dicebant: Quia nisi circumcidamini secundum

Acto. 11.

secundum legem Moysi non potestis saluari. Tunc profecto id agere volebant, vt non Rebecca ad Isaac proficisceretur, sed Isaac propter Rebecca reuerteretur, quod pater Abraham abhorruerat, dicens: Cauere filium meum reducas illuc. Vocata ergo puella cum interrogaretur, vis ire cum homine isto? cito ac breuiter respondit, vadam. Consulta nanque sacra scriptura, vt utrum gratiam dei velle cum Christo ad gentes dirigi, cito (vt in actibus Apostolorum legitur) respondit verba hæc: Post hæc reuertar, & ædificabo tabernaculum David quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud, vt requirant cæteri hominum dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. [Igitur Rebecca & puellæ eius ascensis camelis secutæ sunt virum.] Quod hic cum Rebecca puellæ, hoc in psalmo predicto cum columba argentea & aurea iuenculæ tympanistræ: Et quod hic seruus, hoc ibi præcipue Benjamin adolescens: Ibi, inquit, Benjamin adolescens, in mētis excessu. Paulus apostolus de tribu Benjamin vsque ad tertium coelum raptus. Istæ, inquam, puellæ illæ sunt iuenculæ tympanistræ comitantes Rebecca, & auream feruentibus studiis honorantes columbam tympanizando, id est, testimonia Christi dulciter personando, & tympanistræ cōcentu clamando aduersus feras & tauros, id est, hæreses & hæreticas superbos. Increpa feras harundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento. Ita scriptura ram decor virginis, vt Christo filios pariat, ad gentes proficiscitur: iam enim Christus præcesserat illuc. Hoc nanque per illud innuitur, quod dictum est: [Habitabat enim Isaac in terra Australi, & egressus fuerat ad meditandum in agro.] Secundum literam terra Australi Geraram significat, vnde à patre quondam in testamento dei Abraham patris sui, & ob hoc solitudinem amantis, Qualem scriptura commendat, cum dicit: Bonum erit homini, cum portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & leuabit se super se. Mysticè autem illud significat, quia dominus Iesus solus orans meditabatur secundum voluntatem patris de ceremoniis Iudæorum egressi, & in deserta gentium agrestium proficisci. Et hoc in terra Australi, id est, in dispositione spiritus sancti, inclinata iam die, id est, nouissimo seculi tempore. [Eo tempore, inquit, ambulabar ad puteum, cuius nomen est videns & viuens.] Quo videlicet nomine Agar puteum illum (vt superius iam dictum est) appellauit. Mirum atque perpulchrum est, quod & Rebecca ad puteum inuenta, & ad puteum nihilominus tendens, inuentus est Isaac: qui videlicet quanquam vna sit aqua sapientie vel scientiæ dei: alius tamen legis, & alius est puteus Euangelii, quo sanctus & viuificans scripturæ spiritus Christo vocante contendit.

Amos. 9.

Psal. 47.

Threno. 9.

De casto pudore Rebecca, quæ conspecto Isaac pallio operuit se. Et quid mysticè significet, quod introduxit eam Isaac in tabernaculum Saræ.

C A P V T X L V .

**C**umque leuasset oculos, vidit camelos venientes procul: Rebecca autem conspecto Isaac, descendit de camelo, & ait ad puerum: Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixit ei: Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium, operuit se. Seruus autem cuncta quæ gesserat, narravit Isaac. Nemini dubium est, quod hanc puellam non caro & sanguis, sed deus ipse viro fideli præparauerit, & secundum spem fidelis Abraham, qua dixerat: Dominus deus cæli ipse mittere angelum suum coram te, vt accipias inde vxorem filio meo, sic factum est. Profecto hæc, non præ amore seruicij adolescentiæ festinans ad amplexus viriles, supra interrogata, vis ire cum homine isto? tam cito respondit, vadam: Nam illas quæ eiusmodi sunt, propheta sic denorat, dicens: Pro eo quod eleuatae sunt filie Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant, decaluaabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit. Hæc autem conspecto Isaac, descendit de camelo, tollensque cito pallium, operuit se. Nunquid ergo cum diceret: Vadam, concupiscit aut concupiscere iuueniliter ardebat, quæ tanta festinatione pulchritudinem suam operiebat viso Isaac? Non vti que, sed superno potius nutu præuenta peregrinari cum fide Abraham & Isaac, & futuram inquirere, quam præsentem habere ciuitatem malebat. Sic profecto sana omnis doctrina, & Euangelica religio pudicè ambulat, & sub honesto & humili sacramentorum velamine Christi amatoris sui, sese obsequio præsentat. Filia verò fallacis gratiæ, & vanæ pulchritudinis, id est, cunctæ hæreses, ambulat extento collo, & nutibus oculorum eunt, & plaudunt, & tanquam importunæ meretriciæ videri & appeti ambiunt. Vnde & in alio loco eiusdem prophetæ dicitur tali meretriciæ sub nomine Tyri: Sume cytharam, circui ciuitatem, meretrix obliuioni tradita: Bene cane, frequenter canticum, vt memoria tui sit. Seruus autem cuncta quæ gesserat, narravit Isaac. Verè prudens & fidelis seruus, pro magno fidei suæ testimonio narravit cuncta quæ gesserat ad laudem & gloriam dei, qui propter eundem Isaac, viam ipsius direxerat, dignus magna recipere præmia libertatis. Hoc nimirum ad commendationem boni serui satis est, scilicet

Esaie. 1.

Esaie. 23.

XXV. scilicet filio dei gratulabunda confessione assistere, & narrare, id est, cōfiteri quod sedulo eius officio factum est. Nam omnis qui cōfiteatur filium, & patrem haber: sicut e contrario omnis qui negat filium, nec patrem habet. [Qui introduxit eam in tabernaculum Sarę, & accepit uxorem. Et intantum dilexit, ut dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret.] Quid magnierat secundum corticem literę, quod iuuenis intantum dilexerit adolescentulam coniugem, ut dolorem qui ex morte matris acciderat, temperaret? Ergo medulla sensus spiritualis carere nō debet, quia reuera Christus dominus secundum humanum affectum doluit super matrem suam synagogam: quippe qui & civitatem videns fleuit super eam: sed adeptus novam reginam, de qua sibi noua gens nascitura esset, recte dolorem temperavit, & delectabiliter consolatus est.

De ceteris filijs Abrahę. Et de morte sua & Ismahelis.

CAP. XLVI.

XXV. Abraham verò aliam duxit uxorem, nomine Cęthuram, quę peperit ei Isram, & Iexan, & Madan, & Madian, & Ieboth, & Sue. Cęthura Hebręo sermone copulata dicitur aut iuncta. Quam ob causam suspicantur Hebręi mutato nomine eandem esse Agar, quę Sara mortua, de concubina transierit in uxorem: Sed cū continuo scriptum sit. [Et dedit Abraham uniuersa quę habebat Isaac, filius autem concubinarum largitus est munera, & diuisit eos ab Isaac filio suo cum adhuc uiueret.] Liqueat Cęthuram non fuisse Agar: filiis namque non concubinarum, sed concubine scriptura dixisset. Sed quod incertum est relinquentes, hoc certis authoribus dicimus, quod de Cęthura filii Abraham, iuxta historicos Hebręorum, occupauerunt Trogloditen & Arabiam, usque ad maris rubri terminos. Traditum est autem, & ab eis, qui Gręco sermone barbaras historias texerunt, vnum ex posteris Abrahę, qui appellatur Afer, duxisse aduersus Lybiam exercitum, & ibi deuictis hostibus confedisse, eiusque posteros ex nomine attraii Africam nuncupasse. [Et filii Dadan, inquit, fuerunt Assurim & Marhusim, & Ioamin.] Assurim in negotiatores transferri putant: Mathusim aeris ferricęq; metalla cudentes. Ioamin verò filarchas, id est, principes multarum tribuum atq; populorum. Alii ab hoc Assurim vocatos esse Syros contendunt: & à plerisque filiis Abrahę ex Cęthura occupatas Indię regiones. [Fuerunt autem dies vitę Abrahę centum septuagintaquinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona prouidentia: & ætatis & plenus dierum, congregatusque est ad populum suum.] De septuaginta interpretibus in nostris codicibus additum est. Et deficiens mortuus est, quod nō conuenit, nec enim vultu iusti est deficere & imminui. Illud quoque quod legimus, plenus cum additamento dierum, de Gręcis codicibus sumptum est. Quod cum sensum exponere videatur, eo quod luce & operibus diei plenus occubuerit, tamē magis ad anagogen facit, si simpliciter ponatur plenus. Porro quod dictum est: Congregatusque est ad populum suum, per similitudinem est intelligendum, quia videlicet quemadmodum de agris congregatur matura mellis in horreum: sic de publico vitę huius, congregantur electi temporibus suis, singuli in secreta quietentium. [Hęc sunt generationes Ismahel filii Abrahę, quem peperit ei Agar Aegyptia famula Sarę, & hęc omnia filiorum eius in vocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth, deinde Cedar, & Abdehel, & Mabsan: Malima quoque & Duma, & Masa, Adad, & Thema, & Iachur, & Naphis, & Cedma.] Duodecim filiorum primogenitus fuit Nabaioth, à quo omnis regio ab Eufrate usque ad mare rubrum Nabathema usque hodie dicitur, quę pars Arabię est. Nam & familie eorum oppida & pagi, ac minura castella & tribus, eorum appellatione celebrantur: ab vno quoque ex his, Cedar in deserto, & Duma alia regio: & Thema ad austrum, & Cedma ad orientalem plagam dicitur. Quod autem in extremo huius capituli iuxta septuaginta legimus, cōtra faciem omnium fratrum suorum habitabit, verius est illud, quod nos posuimus. [Coram omnibus fratribus suis occubuit.] Id est, in manibus omnium filiorum suorum mortuus est, superstitibus liberis, & nullo prius morte prærepto. Fratres autem pro filiis appellari, Iacob quoque ad Laban demonstrat, dicens: Quod est peccatum meum, quia persecutus es post me, & quia scrutatus es omnia vasa mea: Quid inuenisti de vniuersis vasis domus tuę? Ponatur coram fratribus meis & fratribus tuis, & diiudicent inter nos. Nec enim possumus credere, ut scriptura commemorat, quod Iacob exceptis liberis secum fratres aliquos haberet.

FINIS LIBRI SEXTI.

RVPERTI

De generationibus Isaac, quod ipse aliter sunt generationes Isaac, & aliter generationes Christi.

CAPVT I.



AE quoque sunt generationes Isaac filii Abraham: Abraham genuit Isaac. Quas hic Moytes generationes dicit Isaac usque ad sua tempora digesturus, ipsas euangelista Marthæus Iesu Christi filii dei generationes appellans usque ad ipsum penè continuat. Præmissio namque frontis titulo, liber generationis Iesu Christi filii David, filii Abrahę: protinus à præsentis capitulo sacra genealogiam sic inchoat: Abrahę genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Porro aliter huius atq; aliter illius generationes sunt. Nam illius videlicet Iesu Christi generationes præcedentes magis secundum fidem, quàm secundum carnem obseruare: & e contra huius, scilicet Isaac generationes magis secundum carnem, quàm secundum fidem succedentes digestę sunt. Vnde & illic ad summum generatio carnis deficit, nec enim dictum est, aut dici debuit: Ioseph autē genuit Iesum, qui vocatur Christus: sed, Iacob autē genuit Ioseph virum Marię, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. E contra hic generatio fluxus carnis, dum impetrato Rebecę conceptu colliditur in vtero eius paruuli, de quibus recte dicat deus, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Igitur quia generationes Isaac, quem genuit Abraham, generationes sunt Iesu Christi filii David, filii Abraham, prosequamur eas, & tanquam generationes Iudæorum secundum carnem, qua illi filii Abrahę sunt: & tanquam generationes gentium secundum fidem, qua idem Abraham, per Christum pater est multarum gentium.

De eo quod Isaac quadragenarius duxit uxorem, & in tabernaculum Sarę introduxit.

CAPVT II.

ISAAC cum quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Barhuel Syri de Mesopotamia, sororem Laban. De precatusque est Isaac dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis. Qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebecę, sed collidebantur in vtero eius paruuli. Sara nonagenaria peperit Isaac, eademque vixit C. XXVII. annis & mortua est: Isaac verò cū quadraginta esset annorum uxorem duxit Rebeccam. Ergo tribus annis ante nuptias Rebecę, Sara defuncta est. Sic proculdubio ante passionē Christi, qua prædicationis Euangelicę gratiam ille copulauit, tribus annis à diebus vel baptismo Iohannis, mortua est Sara & propheta, nō sibi, sed Iudæis, testante ipso cum dicit: Lex & prophetę usque ad Iohannē prophetauerunt. Nā ex quo præsentem, & testimonio Iohannis declarati Christum filium dei viui blasphemare cœperunt, reliquit omnis sanctitas, omnisque vita iniquos cœtus eorum, eo quod essent conciliū vanitatis, & ecclesia malignantiū, præter paucos, qui fidē retinentes Abrahę, tabernaculū Sarę esse meruerunt. De qualibus in psalmo dicitur: In circuitu eius tabernaculū eius. In hoc tabernaculū introduxit Isaac Rebeccam, & accepit uxorem, id est, apertis illorum sensibus immisit Christus spirituales scripturarum intellectū, & nouam sibi instituit ecclesiam. De precatusque est Isaac dominum pro uxore sua, eo quod esset sterilis. Qui exaudiuit eum, & dedit conceptū Rebecę. Sed collidebantur in vtero eius paruuli. [Quę ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere?]

Cur Sterilem dominus filio Abrahę præparauerit.

CAP. III.

QUIA dei donum erat, & non ex hominibus, ut in semine Abrahę omnes gentes benedicerentur: decbar sic ad dandū extendi manum dei, ut ad cognoscendum non dormitaret ingratitude hominis. Quid autem in re huiusmodi melius erudiret fidem, vel obstrueret omnium, quàm vel sterilitas foeminarum? Bene igitur præparauit quidē Rebeccam prouidentia dei, nec fallius est seruus Abrahę, dicendo: ipsa est quam præparasti domine filio domini mei: veruntamen talem præparauit, in qua non posset omnis caro, sed sola fides coram deo gloriari. Sterilem namque vterum prouidit: nam ne putes casu id actum, considerandum adhuc, quod non solus Isaac, nec solus Abraham, sed tres ordine continuo principes populorum, & columna patrum Abraham, Isaac, & Iacob steriles coniuges sortiti sunt, Abraham Saram, Isaac Rebeccam, Iacob Rachelem pro qua seruiuit, quam & penè solam vocat uxorem suam. Vnde quia foetus illarum scilicet Isaac, Iacob, & Ioseph, non filii carnis, sed filii sunt promissionis, recte in illis eius seminis Abrahę, quod est Christus, in quo tota promissionis summa consistit, figura maxime præfulgere comprobatur, quia videlicet in typum illius, & Isaac immolatus est, & Iacob seruiuit, & Ioseph venditus, atq; appellatus post carcerem saluator mundi, liberauit Aegyptum à periculo famis. De precante igitur Isaac pro uxore sua exaudiuit dominus, quia videlicet sic ipse prouiderat, & sic præparauerat, ut fides oratione adiuuaretur, & prædestinatio seminis deprecatione sterilitatis adimpleretur. Hoc dicto, scriptura confestim ex aduerso subiungit: Sed collidebantur in vtero eius

Quomodo collidebantur paruuli in vtero matris. Lucae. 21. Acto. 17.

eius paruuli. Quod est dicere: Conceptus quidem materia erat gaudii, sed gaudium conceptionis conturbabat dolor materni vteri. Collidebantur autem paruuli non in contentione, vel scientia certandi, siue affectatione vincendi: sed eodem dei nutu permoti quo non solum irrationabilia pecora, verum etiam inanimata elementa praefragio futurorum permoueri solent, aut permurari, qualia iam saepe facta & adhuc maiora futura sunt, restante domino cum dicit: Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium praefusionem maris & fluctuum. Sed iuxta mysticum sensum in vtero matris collidebantur paruuli: quod in actibus Apostolorum factum est: Gentiles namque admissos, Iudaei propellere contendebant, salutem eorum inuidentes.

De eo quod dictum est: *Due gentes in vtero tuo, & cetera, & quid spiritualiter significant.*

CAPVT IIII.

Roma. 9.

Perrexitque ut consuleret dominum. Qui respondens ait: *Due gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior minori seruiet.* Locum hunc timendum esse homini, & cum reuerentia tractandum, Apostolus clamat, cum dicit: *O homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui eum finxit, quid me fecisti sicut? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Dixerat enim, cum nondum nati fuerunt, aut aliquid egerunt boni aut mali, ut secundum electionem dei propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante, dictum est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est: *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Quid autem tractabat cum haec diceret Apostolus? Diuisionem vtriusque & collisionem filiorum carnis, & collisionem filiorum promissionis, scilicet quod non omnes, qui ex Israel hi sunt Israelitae: neque quia semen sunt Abraham, omnes filii. Vnde testimonium scripturae subnectens: *sed in Isaac, inquit, vocabitur tibi semen, id est, non qui filii carnis, hi filii dei: sed qui filii sunt promissionis, estimantur in femine.* Igitur cum hac autoritate Apostoli, in ista paruulorum collisione, illam intelligimus praefiguratam esse collisionem filiorum carnis, & filiorum promissionis, quae protinus innotuit ubi verus Isaac, scilicet dominus Iesus Christus matrem omnium nostrum, sanctam scripturam, secundum quam deo renascimur, in coniugium suum, id est, Evangelicae praedicationis usum assumpsit. Tunc Aalma, id est, abscondita virgo, illa pulcherrima quae sterilis fuerat, scilicet sapientia, siue legis prophetarumque doctrina, quae nihil ad perfectum adduxerat, quamdiu virtutem Christum non habuerat, geminos concepit, id est, amora occidentem littera, per spiritum viuificantem omnem animam ambuiuit, Iudaei primam & Graeci. Geminos, inquam, concepit, id est, Iudaeos pariter & Gentiles, nihil inter hos & illos discernens, ad vitam vocauit. Haec est Rebecca illa, quod interpretatur patientia. Nam de hoc Evangelicae gratiae vtero, & Apostolus dicit: *Quia patientia dei ad poenitentiam te adducit. De his verissime dictum est: Populus populum superabit, & maior seruiet minori.* Populus namque qui de gentibus venit, Iudaico populo secundum vocationis ordinem recte minor dicitur, qui hospes testamentorum erat & promissionis, & sine deo in hoc mundo. Nam ille maior est, cuius (ut idem Apostolus ait) adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, cuius patres ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Quomodo autem minor maiorem superauerit, & supplantauerit, & maior seruiet minori, & iuxta historiam notum est, quia percussit Dauid Edom, & tributarium fecit. Et iuxta spirituale sensum pulchre Apostolus in eadem epistola per similitudinem ostendit oliuae, & oleastri. Fracti sunt, inquit, naturales rami, & tu, cum esses oleaster, contra naturam insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuae factus es. Propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide facta. Ergo maiorem incredulitate fractum, & minor in fide stans superauit, & maior seruit minori, dum oleastro naturalis oliuae ramus in societatem cedit radicis oliuae & pinguedinis.*

Roma. 2.

Ephe. 2. Roma. 9.

1. Reg. 3. 1. Para. 18. Roma. 11.

De geminorum ortu: quidque significet, quod in minor prioris tenuerit plantam.

CAPVT V.

Iam tempus pariendi venerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui prius egressus est, rufus erat, & totus in more pellis hispida, vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egressus, plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. Quia rufus erat idcirco vocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nam quia totus erat in more pellis hispida, idcirco vocatus est Seir, id est, pilosus. Vtriusque schema vel habitus prodidit, quis & in vtero princeps fuisset duelli, & post vterum intentator futurus esset inimicitiarum vel odii, quisue & in vtero superasset, & post vterum victoriam palmam iustitiae repetiturus esset. Nam sicut ille rufus, & hispidus, prior egressus est: sic & in vtero prior cum fratre collisus est, & post vterum fratri quieto morte machinaturus erat, & sicut iste lenis erat ab vtero protinus sequens plantam fratris erat cum lenitate & modestia, nulla vi siue iniustitia, sicut subsequenter ipsa declarabit scriptura. Porro iuxta allegoriam, tempus pariendi, tempus est auditu verbi conceptam fidem proficendi. Vnde & Apostolus: *quiam eo vtriusque Galatas parturierat ut bene crederent & bene currerent, quia subuersi à pseudoapostolis, & fascinati fuerant non credere veritati, ita ut recte diceretur, ante illorum oculos Iesus Christus profcriptus,*

profcriptus, in eis crucifixus, materno dolore affectus, dicebat: *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis.* Tunc ille qui prior egressus est, id est, qui de prioratu contentebat, & cui primus dei verbum loqui oportebat, rufus egressus est, & hispidus, id est, sanguine Christi pollutus, & intractabilis alperis moribus. Et hic talis non bene egressus est, sed male, iuxta quod in psalmo scriptum, & de haereticis quoque intelligendum est: *Alienati sunt peccatores à vulua, errauerunt, ab vtero locuti sunt falsa, & cetera.* Sequens verò gentium populus egressus quidem est, de crudelitate cordis ad confessionem oris: corde enim credit ad iustitiam, ore autem confitetur ad salutem, sed de matris affectibus egressus non est, quemadmodum nec ille lenis & simplex, Rebecca namque diligebat Iacob.

Galat. 4.

Psal. 57.

Roma. 10.

Quod Isaac Esau, Rebecca verò Iacob dilexerit, quodque ille primogenita viderit.

CAPVT VI.

Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi, Iacob autem simplex, habitabat in tabernaculis. Quia iunior prioris plantam tenuerat, iam victor in oculis dei, qui occultae pugnae solus spectator, & iudex fuerat, protinus narrantum fuit, qualiter illum supplantauerit, ut notum sit non illum qui supplantauit victorem iniuste, sed eum qui sic supplantari potuit, victum iudicari iuste in conspectu eius, qui dixit: *populus populum superabit, & maior seruiet minori.* Factus est, inquit, Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem simplex, habitabat in tabernaculis. Ecce iam in studiis horum tanta diuersitas, quanta Cain & Abel studia fuere dissimilia. Nam & Iacob aequum ut Abel simplex, & (ut sequentia declarabunt) pastor fuit ouium, Esau autem, sicut Cain, homo agricola, & (quod sequentia docebunt) inuidendo fratris, licet non actu, voluntate tamen fuit fratricida. Dixit enim: *Venient dies luctus patris mei, ut occidam Iacob fratrem meum.* Ergo ne tale filium pater sanctus amare debuerat, aut obliuisci vel parui pendere poterat, quod illi fratrem minoris coeleste iudicii praetulerat: Sed notandum quia differt vtriusque dilectionis enunciatio. Absolutè namque scriptura dicit: *[Rebecca diligebat Iacob.]* Coniunctè verò: *Isaac, inquit, amabat Esau.* subnectit enim causam, [eo quod de venationibus eius vesceretur.] Ergo id est ac si hoc solū diceretur, Isaac de venationibus Esau libenter vescebatur. Nec hoc dicto consequitur quod moribus quoque eius delectaretur: sicut de Iacob necessario conceditur, quem absolutè Rebecca dilexisse dicitur: *[Coxit autem Iacob pulmentum.]* Ad quod cum venisset Esau de agro lassus ait: *Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum.* Quia ob causam vocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob: *Vende mihi primogenita tua.* Ille respondit: *En morior quid mihi proderit primogenita?* Ait Iacob: *Iura ergo mihi, iurauit Esau, & vendidit primogenita, & sic accepto pane & lentis edulio, comedit & bibit, & abiit parui pendens, quod primogenita vendidisset.* Ergo iuste Iacob supplantatori omne consilium caeli & terrae palmam victoriam concedit. Nec enim fratrem suum fraude circumuenit, simplex namque erat, sed cum simplicitate conlumbae prudentiam habens serpentis, quale habuit precium sapienter potenti guloso apposuit, & quod habebat ille, manifesto nomine, sine dolo, sine vi, quae iusta & legitima venditio est, vicissim flagitauit. Aiunt Hebraei à Sem primogenito Noe, quem & Melchisedech fuisse affirmant, omnes primogenitos sacerdotes extitisse, & haec esse primogenita, quae Esau Iacob vendidit. Nunc sensum allegoricum prosequamur.

Gene. 27.

Quid spiritualiter ista significant.

CAP. VII.

En morior, inquit, quid mihi proderunt primogenita? In epistola ab Hebraeos ubi dictum est: *contemplantes ne quis deit gratiae dei, ne qua radix amaritudinis sursum germinans impediat, & per illam inquinetur multi: ne quis fornicator, aut profanus, continuo subiungitur, ut Esau, qui propter vnam eam vendidit primogenita sua. Scitote enim quoniam & postea cupiens haereditate benedictionem, reprobatus est: non enim inuenit poenitentiae locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. Ergo Iudaeus qui deest gratiae dei, in quo est radix amaritudinis, ipse est Edom ille, qui propter vnam eam primogenita sua vendidit. Sed quoniam illa rufa coctio fuit, quam hic talis Edom tanta audacitate petiuit, tanto dispendio comedit: Aut quando hic Iacob, id est, supplantator, scilicet gentilis populus tale pulmentum coxit: O mirum & magnū spectaculum huiusce edulii huius rufae coctionis. Etenim sanguinea mors Christi, rufa coctio fuit Iudaeis. Vnde & prophetice dictum est: *Saturati sunt filii, & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.* Nam contendentes faciarum de poenis innocens, clamauerunt Pilato dicentes: *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* Hoc, inquam, clamauerunt contra illud quod prophetauit gentilis, lauans manus suas, & dicens: *mundus ego sum à sanguine huius iusti, vos videritis, nesciens quid loqueretur aut quid ageret, sicut nec Cayphas, quando prophetauit & dixit, quod expediret vnum hominem mori pro populo. Manus quippe Gentilium, illam dominicae mortis coctionem rufam coxerunt, insistente hoc Edom ut saturaretur (sicut iam dictum est) & demitteret reliquias suas paruulis suis, munditias autem manuum populo Gentilium concessit, quae vera primogenita sunt. Extunc enim Romano imperio, cuius ille minister, & vox fuit, quando dixit: *mundus ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis:***

Hebr. 12.

Psal. 16.

Matth. 27.

Tohā. 11.

O ii Romano

Hebr. 12.

Quæ lachrymæ non valent.

Lucæ. 19.

Esaia. 65.

Eccle. 38.

Romano, inquam, imperio primogenita cesserunt, id est, principatus sacerdotii tali commercio transfuit illuc, translatus ab Edom, id est, à sanguineis Iudæis. Bene igitur Apostolus inquit: Sicut Esau qui propter vnâ escam primogenita sua vendidit, addens & illud: & non inuenit loci poenitentia, quæ cum lachrymis requisisset eam. Non enim valent illæ lachrymæ, quæ pro temporali gloria domi cœlestis ambiunt, sicut lachrymæ Esau: imò sicut lachrymæ Iudæorum, quando pro ruina templi vel ciuitatis euilauerunt, pro peccatis autem non plorauerunt. Ergo ne, inquit, ille Isaac, id est, risus, in quo quâdo videbimus, tunc verè beati erimus, talem amabat Esau, & de venationibus eius vescèbatur: & illa Rebecca, sanctus & viuificas scripturarum spiritus talè Iacob diligebat, qui agni dei carnes in ara crucis coxerat. Ita planè, nec longa probatione opus est. Nèpe & Christus dominus adeò secundum humanum affectum venatorè illum dilexit, vt locum quoque venationis eius, id est, ciuitatè vel templi, vnde tot victimarum venationes acceperat, ruiturum prædicens veras lachrymas fuderit. Et sanctæ scripturæ spiritus, ita Gentilè populum diligebat, vt quodammodo festinàs ad illi diceret: Ecce ego, ecce ego ad gentè, quæ non inuocabat nomè meum. Et multa his similia. Sed & singulariter quæque nostrum tanto hæc Rebecca plus diligit, quanto simplicior quisque habitat in tabernaculis. Nam cœtra, quanto quisque plus habet de Esau, tanto minus à Rebecca diligitur, i. quanto amplius foras euagat, tanto minus sacre scripturæ lætæ vberibus, intusque reposito pane cibæ. Quod si etiã citius patris Isaac venator sit, i. Christum prædicare cõsueuerit: si per hoc quæ sua sunt, querit: non quæ sunt Iesu Christi, primogenita sua vendit & Esau similis sit. Quietus verò & simplicè (vt dictum est) Rebecca diligit, valde enim quieti cordis est, sacre scripturæ ex animo conciliari. Vnde est illud: Sapientiam scribe in tempore oculi: & qui minoratur actu, percipiet eam.

Quid significet, quòd orta fame abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum.

CAPVT VIII.

CAP. XXVI.

Fames bona.

Psal. 58.

Psal. 97.

Acto. 10.

Acto. 17.

Abac. 3.

Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem, quæ accidit in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara, apparuitque ei dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, &c. Ordo præposterus, nec enim habitant in Gerara, quæ Metropolis erat Palæstinorum apprensus diceret: Semini tuo dabo omnes regiones has. Ergo præposterè prius dictum est, quia abiit ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Et deinde quod apprensus & iubere sibi domino deo, potius illuc, quam aliàs diuerteret. Et hoc non frustra præposteratum esse postmodum liquèbit. Iam quia patet lectio superficialis, mysteriorum series continuanda est. Orta, inquit, fame post eam sterilitatè, quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara. Postquam modo supra dicto, Edom ille, id est, Iudæicus populus primogenita sua vendidit, orta est fames Isaac & domui eius, id est, Christo & apostolis eius, illa videlicet fames, de qua Propheta in psalmo loquit: Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem: Ipsi verò dispergentur ad manducandum. Non enim inueniebant canes, egregii scilicet apostoli, de quibus & alibi idem Propheeta dicit: Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso, non, inquam, inueniebant copiam escarum apud inimicos Christi Iudæos, ex quibus & ipsi secundum carnem erant, paucos quippe ex illis manducare, id est, conuertere, & sibi in incorporare poterant. Vnde Petrus esuriens, quia de Iudaismo parum comederat, ostensum atque præceptum est, vt gentes apprehenderet & manducaret. Vidit namque vas quoddam velut lintreum quatuor in initis summitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, & volatilia cœli, dictumque est ad eum: Surge Petre, macta & manduca. Item quæ deus purificauit, tu ne commune dixeris. Extrunc qui hætenus famem patiebantur, dispersi sunt ad manducandum, & murmurantes eo quòd saturari non fuissent, & dicentes: Vobis quidem primum loqui verbum dei oportebat, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Abiit igitur Isaac in Gerara, scilicet Christus ad regem Abimelech, & cætera. Abiit, inquam, in istis equis suis super quos ascenderat, id est, prædicatoribus suis, quos mittebat, de quibus & alibi scriptum est: Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. Et peregrinari cepit in Gerara, id est, in gentibus, quas ante nesciebat. Gerara namque Metropolis erat Palæstinorum, quod interpretatur ruentium, significatque Romam vel Romanum imperium, quondam caput pereuntium. Abimelech pater meus rex, vel patris mei regnum, bene multitudinem significat gentium, non quod pridem sic essent, sed quia extunc sic factum est, vt eas rectè tali nomine Christus appellaret.

Quòd timuerit Isaac confiteri, Rebecca sibi sociatam esse coniugio.

CAPVT IX.

Apparuitque ei dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eròque tecum, & benedicam tibi, &c. Secundum hunc sensum mysticè ordo literæ (vt ante iam diximus) præposteratus est: Etenim postquam ad gentes conuertit sunt Christi apostoli, non quo volebāt ipsi, proficiscèbatur, sed quo vocabatur eos spiritus sanctus. Verbi gratia:

gratia: In actibus Apostolorum scriptum est: Quia vetiti sunt à spiritu sancto, loqui verbum in Asia: Tentabant ire Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Cui autem descendissent Troadem, visio per noctè Paulo ostensa est. Vir Mæcedo quidam erat stans & deprecans eum, dicens: Transiens in Mæcedoniam adiua nos. Et profecti sunt in Mæcedoniã, certi facti quia vocasset eos deus euangelizare eis. Igitur in Aegyptum descendere vetitus Isaac, habitauit in Gerara. [Sed interrogatus à viris loci illius super vxore sua, dixit soror mea est. Timuerat enim profiteri, quod sibi esset lociata coniugio, reputans ne interficerent eum propter pulchritudinè illius.] Sic planè persecutione urgente, fideles timebant, palam Euangelicè celebrare gratiã, & in latibus se continentes, agebāt tamen vt poterant religionè Christianam, egres, angustiati, afflicti, in solitudinibus errantes, in montibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Sed & illuc vsque percrutatus est illos, qui eis dignus non erat mundus. Sequitur ergo: [Cumque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum iocantè cum Rebecca vxore sua. Et accessit eo, ait: Perpicui est, quòd vxor tua sit. Baptizantes namque clam in criptis & ceteris, & cetera celebrantes vt poterant fidei sacramenta, quæ pro ioco erāt sapientibus mundi, quorū sapientiam deus stultam fecit, persæpe deprehenderunt, & ad publicum auditoriū protraxerunt. Tandè & ipsi terreni principes iugum Christi susceperunt, & eius quam prius impugnabant Euangelicæ fidei, vel Christianæ religionis defensores esse cœperunt. Vnde & protinus subditur: [Præcepitque populo, dicens: Qui terigerit hominis huius vxorè, morte morietur.] Nempe & primus Constantinus lege edixit, quid pateretur, quisquis Christiano esset molestus, & deinceps tam gladiis regum, quam verbo sacerdotum Christiana religio defensasur.

De eo quod dictum est: Scuit autem Isaac, & cætera, & quod inuidentes Palæstinii puteos eius obstruxerunt.

CAPVT X.

Scuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in anno isto centuplū. Benedixitque ei dominus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est. Habuit quoque possessionè ouium & armentorū, & familiæ plurimum. Serere, pacati & quieti temporis est. Vix enim aut nunquam tempore belli terra bene excolta feritur, ita præsertim vt semen in messe centuplicetur. Igitur per sationem Isaac, cuius centupla inuentione locupletatus est homo, proficiens atque succrescens, & magnus vehementer effectus est: illa rectè intelligitur magnificentia nominis Christi, qua in pace ecclesiæ, dilatatum & multiplicatū est semine verbi dei, cum sacerdotali autoritate concurrente potestate imperiali, scilicet vt liceret operariis Euangelii exire ad seminandum, & non liceret aduersariis Christi latissimum totius orbis erroribus suis vindicare agrum. [Ob hæc inuidentes ei Palæstinii, omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo intantum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede à nobis, quoniam potentior nostri factus es valde.] Postquam magnificentia nominis Christi, Romanum quoque cœpit imperium, & idola contemptra sunt, inuidia suborta est hereticorum, per quos diabolus, quia non poterat vi persecutionis extirpare Euangelium, veritatem corrumpere conatus est scripturarum. Bene ergo postquam magnus factus est vehementer, nimis, ob hoc, inquit, inuidentes Palæstinii siue Philistini, quod interpretatur portione cadentes, omnes puteos quos foderant serui patris Christi dei, omnes scripturæ sanctæ sunt, quas condiderunt Moyses & prophetæ, atque apostoli omnes serui dei. Hos puteos, id est, has scripturas, quantum in ipsis fuerit, hæretici illo tempore obturauerunt, vt non facile inueniri posset vbi nam esset doctrina veritatis, intantum vt diceret ipse Abimelech: Recede à nobis, quoniam potentior nostri factus es valde. Intantum namque aucta est inuidia hereticorum vis, vt regum quoque & imperatorum corda obtineret, eorumque gladiis vtens, penè atrocius quam gentilium error in Christianos desæueret. Porro quod dicit Abimelech, quia potentior nostri factus es valde, iuxta hunc eundem sensum constans est: Etenim terreno imperio potentius factum est in gentibus cœlestis imperium, intantum, vt feros principes, & barbaras nationes, quas imperatorum gladius non attingeret, sacerdotū lingua liget, & latius Romanæ ecclesiæ pontifices, quam Romani imperii dominantur cæsares. Quamuis enim multis aucta victoriis Roma ius imperii sui terra marique protulerit, minus ramen est, quod illi bellicus labor subdidit, quam quod pax Christiana subiecit.

Quid significet, quòd pro duobus quidem puteis pastores Geraræ contenderint, de tertio verò non: & quòd Abimelech, amicitie eius, cum Isaac fœdus inierint.

CAPVT XI.

Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, & cætera. Ab hereticis discedit Christus: nihil enim cum deo, nihil cum Christo, aut cum spiritu sancto illi operantur, sed totum quicquid illorum est, diabolo relinquitur. Ipse autem Christus ad torrentem, id est, ad auctores scripturarum proficiscitur, ad eos qui de cœlo imbrem expectant, quem & suscipientes in magnum excrescunt torrentem. [Rursus, inquit, fodit alios puteos, quos foderant serui patris illius Abraham



Abraham, & quos illo mortuo olim obstruxerant Philistim. Semper enim quæcumque hæresis exurgat, semper utiq; & præsto Christus adest, & de suis aliquos præparat, scientia & sermone ornatos munere suo, qui stare valeant aduersus loquaces hæreticos, & mera veritate scripturarum fictiles potare paruulos. [Appellauitq; eos eisdem nominibus, quibus pater ante appellauerat.] Id est, eadem veritate, eodem spiritu veritatis fecit eos intelligere scripturas, quo authores illarum, quos pater ante aduentum filii miserat, & quos ipsi filio dederat, scripserunt eas. [Foderuntq; in torrente, & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac dicentium, nostra est aqua.] Quos foderunt serui patris eius illos replentes obturauerunt, quos verò serui illius foderunt, non quidem obturauerunt, sed pro illis iurgati sunt & contenderunt. Sic profectò hæretici sacras scripturas, quæ maxima ex parte ante aduentum Christi conscriptæ sunt, terrenis sensibus suis obrurauerunt: quæ autem ab aduentu, siue à passione vel resurrectione filii, sacramenta viuæ aquæ, id est, charismata spiritus sancti data sunt, non quidem obstruxerunt, sed pro illis contenderunt, dicentes: Nostra est aqua, quod est dicere: Nostra sacramenta vera sunt sacramenta, nos quod damus sanctum est, vitale & viuificum est, apud nos solos ecclesia est. Hoc dicentes mentiuntur pastores, non enim in angulo vno terræ vel in parte cuiusquam hæresiarchæ conclusa vel coangustata, sed in omnes gentes diffusa credi debet ecclesia, iuxta quod filio promisit deus pater loquens in propheta: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditarem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Sunt autem putri tres, quos serui huius Isaac foderunt: Tria namque sunt sancti spiritus charismata: Baptisma scilicet, & impositio manuum, & renouatio cunctorum in generali resurrectione mortuorum. Iuxta quæ & David in typum Christi & ecclesiæ (sicut iam aliàs diximus) tertio rex vnctus est. Et pro duobus quidem, pastores illi contendunt, pro tertio verò non contendunt, quia videlicet de baptismo, & de impositione manuum rixantur nunc hæretici, sibiq; vendicando contendunt: vbi autem vniversalis regeneratione immutabuntur, rixari non poterunt, contendere non audebunt. [Itaque vocauit nomen eius latitudo, dicens: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram.] Deniq; inter calumnias & inimicitias dilatatur Christus & ecclesia eius, & super omnem terram crescit magnificentia nominis eius. [Ascendit autem ex illo loco, in Bersabee. Vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum deus Abraham patris tui, & cætera.] Futurum hoc est in fine seculi, vt sopitis cunctis iurgiis, tam ludæorum, quàm hæreticorum, ascendant, & altare suum ædificet Christus, vbi nunc non est, & fodiat puteum abundantie siue futuritatis reliquis Israel, vt bibant viuam scripturarum aquam, simulque Abimelech & Ochozath amici illius, & Phicol dux militum, simulque reges & principes, ludæi pariter & gentiles, cum Christo foedus inibunt. Ochozath, pro quo in Hebræo habetur collegium amicorum eius, non ram hominem significat, quàm amicorum turbam, quæ cum rege venerat, in quibus fuit & Phicol princeps militie eius. [Fecit ergo eis conuiuium. Et post cibum & portum surgentes mane, iurauerunt sibi mutuo, dimisitque eos Isaac in domum suam pacifice.] Cum foedus iniierint, nouissimum facier illis conuiuium Christus in regno patris eorum, & vnumquenque dimittit in locum suum, id est, retribuet vnique secundum opus & meritum proprium, locum vel mansionem condignam: multæ enim in domo patris sunt. [Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac dicentes: Inuenimus aquam.] Finis omnium quæ de Isaac sunt, gratulatio est dicentium: Inuenimus aquam. Et rectè. Nam ipso die quo complebuntur omnia quæ de Christo sunt, laus & gratiarum actio personabit, dicentium: quia per te Christe inuenimus fontem aquæ salientis in vitam æternam. [Vndè & appellauit eum abundantiam, & nomen vrbi impositum est Bersabee vsque in præsentem diem.] Hoc loco nomen ciuitatis Bersabee interpretatur puteus abundantie, siue puteus futuritatis: licet enim supra ex verbo iuramenti, siue ex seiprenario ouium numero, quod Sabee dicitur, afferuerimus Bersabee appellatam: tamen nunc ex eo quod aqua inuenta est, Isaac ad nomē ciuitatis quæ ita vocabatur alludens, declinauit paululum litteram, & pro stridulo Hebræorum Sin, à quo Sabee incipitur, Græcum sigma, id est, Hebræorum Samech posuit. Ciuitas ergo aquarum viuientium, id est, electorum omnium, beata societatis puteus futuritatis, siue abundantie vocatur, completo videlicet quod Psalmista nunc imprecatur illi, dicens: Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.

Psal. 2.

Sup. lib. 4. cap. 29.

Iohan. 14.

Psal. 121.

De vxoribus Esau, quæ ambæ animum Isaac & Rebecca offenderunt.

CAPVT XII.

Gene. 25.

Esau verò quadragenarius duxit vxores Iudith filiam Berei Aethæi, & Basemath filiam Elom eiusdem loci, quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebecca. Superioribus sermo cōtinuandus est, vbi dictū est, & abiit paruipendēs quod primogenita vendidisset. Et ecce in initio narrationis filiorum, degeneratio supplantati & adhuc supplantandi Esau denotatur, qui magis ac magis declinando, minori fratri locum fecit, vt magis ac magis imminens teneret plantā eius. Nam sicut

sicut superius primogenita sua propter eicā vendidit: sic & nunc vxores ducēs alienigenas, per concupiscentias suas animum Isaac & Rebecca offendit: quia benedictionem seminis Abraham contempserit. Si enim in illa benedictione filios generare oprasset, nequaquā duxisset vxorē de filia bus eorum, quos & pater improbasset, & auus Abraham vitandos iudicasset, & super quibus matrem Rebecca vitæ suæ tæderet. At ille & horum iudicium contempserit, & dei promissiones nō curauit, videlicet affinitate hominum habitatorum terræ laudabilem & inclitum se posse fieri, magis q̄ ope vel gratia dei. Vndè & nomina cognationis eximia præfens scriptura nō omisit: Iudith, inquit, filiam Berei Aethæi, & Basemath filiam Elom eiusdem loci. Iudith laudans, Berei putri mei, Basemath in nominibus, Elō roboreus siue quercus interpretatur. Ipsi nominibus manifestè coargui videtur, q̄ laudari, & sine deo ditari, nominatus esse, & in terra roborari appetens, peccatorum se affinitatibus immerferit, super quos meritò irruat formido & pauor secundū nomen Aethæi, quod interpretatur formido siue pauor. Qui ergo intus à gratia dei excidit, meritò foris quoq; reprobus est, quod protinus sequens narratio declarat.

De eo quod senuerit Isaac, & cur vnam tantum benedictionem habuerit.

CAP. XIII.

Senuerit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat. Vocauit autem Esau filium suum & dixit ei: Fili mi. Qui respondit: Adsum. Cui pater: Vides, inquit, quod senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cūq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea anteq̄ moriar. Hic iam prætereundum non est, cur vnā tantum benedictionē habuerit Isaac. Sic enim Esau ei iudō dixit: Num vnā tantum benedictionē habes pater? Mihi quoq; obsecro vt benedicas. Dixerat namq; pater: Dominum tuum illum consti tui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugauit. Frumento & vino stabiliui eū, & tibi post hæc filii mi vltra quid faciam? Querendum ergo, cur vnam tantum benedictionem habuerit: quale sit frumentum & vinum, quod diuisis communicari non possit: vt clarescat simul, cur eandem benedictionem iustus Iacob, quàm Esau hæreditate possidere debuerit. Primò dicimus, non multa semina, sed vnum esse semen, quod est Christus, de quo promissum fuerat Abraham, quod in illo omnes gentes benedicentur. Quam verò præter illud semen benedictionem haberet pater? Necessariò igitur vnam tantum habuit. Erant autem duo fratres, & ex illis duo populi de ventre tuo diuidentur. Quomodo ergo illis diuisis communicaret vnum semen, quod est Christus? Ille quippe vnus est, & non in diuisione, sed in vnitae est. Oportebat igit alteri vtri præferri: & prælatas est quem deus commendauit, non quem caro & sanguis commendare volebat iure primogeniti. Eius supplantationis præfens lectio, iuxta simplicem litteram aperta narratio est. Ipsa autem primogenita tradunt Hebræi hæreditatem vel successionem fuisse sacerdotii, vel vestimenta illa sacerdotalia fuisse, de quibus hic scriptum est, & vestibus Esau valde honoris, quas apud se domi habebat, induit eum. Primogenitorum namq; iure, aiunt illum fungi debuisse officio sacerdotali, & idcirco iam habuisse vestimentum sacerdotale, quo indutus deo victimas offerret, sicut & omnes primogeniti, antequam Aaron in sacerdotium eligeretur.

Qualiter imitandum in ecclesia sit Rebecca exemplum, Iacob pro Esau ad benedictionem instruente.

CAPVT XIII.

Hic ergo iam & illud queritur, quomodo sacerdotium sic fraudulenter surreptum, ratum esse debuerit, cum lex vsque hodie sit, vt quisquis inuocatus ad benedictionem ordinatio nū accesserit, easq; aliunde ascendendo rapuerit, benedictio nō solum irrita iudicari, sed & in malidictionem illi iure debeat conuerti? Ad hæc facilis patet responsio, quia videlicet nequaquā dānabili modo benedictionem ille surripuit, imò quisquis hodie, non eius promouetur exemplo, nos secundum Euangelium loquentes, dicimus, quod non per ostium ingressus sit, sed aliunde ascenderit. Lex enim est, vt non pro munere quolibet, manus, obsequii, aut linguæ, quem piam debeat quis ordinare, sed eum quem pro vitæ merito elegerit testimonium præfens ecclesiæ. Quid ergo? Nonne Isaac iuxta anagogen personam gerit eorum, qui pro commodo vel pro pastoralico fauorabiliter ordinare contendunt? Cum enim dicit: Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, & deinde subiungit, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Nonne manifestè commodum pro benedictione flagitat? Nec tamen in hoc, sancto viro derogatur, sed magis placet id, quod in illo prouisor futurorum, ad ædificationem nostram spiritus sanctus operatur. Igitur Isaac præfenti loco cuiusque summi pontificis: Rebecca ecclesiæ, quæ subiectio est, personam gerit: duo filii, Iacob & Esau, illos præfentant, qui in domo ecclesiæ contrariis moribus & diuerso fine ad sanctum propositum erudiendi proponuntur. Et quidem sacerdos

CAP. XIII.

Cur Isaac vnā tantum benedictionē habuit. Galat. 3.

Gene. 25.

Obiectio

Dilutio

summus commissis sibi ecclesie, tanquam vir coniugi, vel tanquam caput corpori preest: verumtamen ordinandorum electio, non penes ipsum solum, sed penes ecclesiam est: illo nempe in curis plurimis senescente, & interdum curarum exteriorum pulvere oculis eius caligantibus, ipsa filios suos clarius atque expeditius videt, nouit actus, intuetur propositum, considerat profectum vel defectum singulorum. Cum ergo audierit, quod pontifex cuiuspiam indigni delinuit obsequiis, eum promouere, ac meliori preferri voluerit, exemplo Rebecce debet uti, quae & viri sui placitum non reprehendit, & tamen egit consilio: ne pater maiorem, venationibus eius delectatus, praeferreret meliori: memor quid sibi dictum fuisset a deo, quia maior seruiet minori. Itaque nequaquam ille damnable furto surripuit, sed potius ordine seruato iustitiae, dignus accessit voluntate dei, & eius electione, quae fuerat conscia meriti.

*Sanctum virum, cur deus in amorem declinare permisit reprobi, & quid haedi duo, vestesque Esau significant.*

CAPVT XV.

**I**tem quaeritur, cur sanctum virum, deus in amorem reprobi declinare permisit, cur a nesciente, & non vidente illi, qui non vocatus fuisset, benedici voluerit? Hic primo dicimus, non velle dominum, nisi ad oves perditas domus Israel, nec voluisse panem accipere filiorum, & dare eum canibus, & benedictionem primam Iudaeorum populo derulisse, quibus credita sunt eloquia dei, & re promissio, & legislatio, & confessio testamenti, verum quia credere noluerunt illi, ad Iacob. i. ad minorum populum benedictionem esse translata, neque tamen maiorem filium penitus fuisse despectum, quia cum subintrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Itaque conceptum superius sensum allegoricum in promptu habemus, & iam dudum traditum a sanctis patribus, nunc ore totius ecclesiae celebratur. Senuit namque verus Isaac, scilicet dei filius, & caligauerunt oculi eius, quando vetustate & senio nostrae naturae indutus, morte quoque corporea fuit obscuratus. In ipsa caligine senectutis iussit primogenito suo Esau: Sume, inquiens arma tua, pharetram, & arcum, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum. Etenim tota vita & in ipsa morte sua, priorem populum ad poenitentiam per semetipsum inuitabat, & per apostolos suos, post gloriae suae resurrectionis, ut credendo illum sibi cibum offerret, de quo dicit: Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei. At ille tardauit, & nunc usque vagatur foris. Interim Rebecca, mater gratia, cuius affectus ab humano affectu patris huius, in alium filium declinauerat, iuniorum filium, id est, populum gentium subintrare suauit, ad praecipuum hae reditatem benedictionis, non vacuum, sed cum duobus haedis. Non enim apparebis (inquit lex) vacuus in conspectu domini dei tui. Et quidem vnus sufficere poterat esui, etenim nec vnus homo sufficere posset ad esum hominum, sed & hoc in figura contigit, quia videlicet eum, qui accedit ad gratiam benedictionis Christi, professionem habere oportet, noui pariter & veteris instrumenti, & talis confessio cibus est Christi filii dei. [Et vestibus, inquit, Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum.] Has vestes paterfamilias in Euangelio nominibus suis exprimit, reuertit ad se filio, qui perierat & inuentus est, qui mortuus fuerat & reuixit. Cito, inquit, proferte stolam primam & induite eum, & date annulum in manu eius, & calceamenta in pedibus eius. Quae senior ille filius, id est, prior populus pro culpa sua perdidit. [Pelliculasque haedorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit.

*Non mirandum, quod falsus est Isaac, ut adeo dixerit, vox quidem vox*

*Iacob, manus, & cetera.*

CAPVT XVI.

**H**is ita falsus est Isaac, ut diceret. [Vox quidem vox Iacob est, sed manus sunt Esau.] Nec mirum, quod vir iustus aliquid ignorauerit, & contra voluntatem suam fecerit. Nullus enim homo, excepto eo, qui ob nostram salutem carnem est indutus humanam, plenam habuit scientiam & certissimam veritatem. Denique Paulus ex patre cognoscit, & ex parte prophetarum, & nunc per seculum videt in aenigmate, & secundum quod oportet orare nec ire nos dicit: quia cum venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est destruetur. Samuel propheta connumeratus Moyse in sacerdotio dei, ad vngendum regem missus, cum maximum filiorum Iesse vidisset Eliab, ait: Ecce coram domino Christus eius. Et dixit dominus ad Samuel: Noli respicere faciem eius, neque staturam: quoniam reprobauit eum, quia non quo modo videri deus, homo videri. Homo enim videri in facie, deus autem inspicit cor. Et per singulos semper ignorans, usque ad Dauid nescisse describitur. Helisaeus quoque, qui duplici glorificatus est spiritu, cuius ossa vitam exanimi cadaveri reddiderunt, cum Sunamitis ad eum venisset in montem, & ad pedes eius flebiliter corruisset, Giezi prohibente, ne faceret, ait: Dimitte eam, quia anima eius in amaritudine est, & dominus abscondit a me, & non nunciavit mihi. Plura sunt, quam ut exemplis debeamus docere, sanctos viros, & deo charos, ea tantummodo scisse, quae eis a domino reuelata sunt: ignorasse vero, quae eis reuelata non fuerant: & ad singulas visiones Zachariam atque Danielem interrogare angelum, & suppliciter deprecari, ut exponat sibi quae sunt illa quae viderant.

De bene-

*De benedictione eius, quemadmodum super Christo intelligatur. CAP. XVII.*

**S**tatisque vt sensu vestimentorum eius fragrantia, benedicens ait: Ecce odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit dominus. Vestimenta praedicta, scilicet stola prima, quam habemus in laacro, & calciamenta pedum, quae sunt antiquorum exempla sanctorum, annulus quoque, id est, fidei signaculum, ceteraque virtutes, siue orationes poenitentium, magni & suauissimi odoris sunt. Talibus ergo delectatus, benedictionis author: ecce, inquit, odor filii mei, sicut odor agri, quem benedixit deus, subauditur, sit. Sequitur enim: [Der tibi deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini.] Siquidem agri est, quem benedixit deus, accipere de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini: & calium abundantia repleti, id profecto a deo est benedicti. Est autem rationali creaturae ros caeli non aliud, quam gratia spiritus sancti, quae peccata remittit: pinguedo autem terrae, vel abundantia frumenti & vini, adaptio sensus ad intelligenda quae latent in scripturis mysteria regni dei. Illic enim later granum frumenti, quod cadens in terram mortuum fuit, & multum fructum attulit, & vinum quod laetificat cor hominis, & oleum in quo facies hilarescit. Igitur cum dicit: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit deus, & continuo subiungit, der tibi deus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini: propheta simul & optat illud, quod nunc factum est, & fir vsque in finem seculi, scilicet, quod seminis Abraham per fidem vel vnus est ager latitudo totius mundi, gemino foecundatus munere spiritus sancti: altero, quod est in remissionem peccatorum, quo vero caeli rore innouatur facies orbis: altero, quod est diuersarum distributio gratiarum, eiusdem spiritus sancti, quo discimus in omnibus, iuxta apostolum: vt in vlla gratia nihil nobis desit. His dictis quasi de toto corpore ad caput verba conuertit. [Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filii matris tuae.] Quis enim est ille, cui seruiant populi, & quem adorent tribus, nisi caput seminis Abraham, & Isaac, & Iacob, scilicet Christus, qui non tantum homo, sed & deus & homo vnus est Iesus Christus? Ille nempe fratrum suorum dominus, & coram illo omnes filii matris eius, id est, omnes ciues supernae Hierusalem, quae est mater omnium nostrum, iure incuruantur: quia videlicet omnes fratres eius per adoptionem sunt filii dei, & omnes adopti fratres eius: ille autem solus est naturalis filius, idem hominis & idem dei filius, ex altero quidem frater, ex altero autem fratrum suorum adorantium deus, seruientium dominus. [Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur.] Maledicit Christo qui blasphematur: vt exempli gratia, venenatae linguae scribarum & phariseorum dicentium: Daemonium habet, in Beelzebub principe daemontiorum eiicit daemonia: & his similia. Econtrario benedicit Christo, qui confitetur & laudat Christum, qui corde & labiis dicit: Benedictus qui venit in nomine domini. Dicit autem Apostolus, quia nemo loquens in spiritu dei, dicit anathema Iesu: & nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto: Igitur quia qui Christo maledicit, spiritu sancto caret, quod est vere maledictum esse, & qui benedicit illi, in spiritu sancto loquitur, quod est vere benedictum esse: spiritus quippe sanctus vera & sola benedictio est dei: recte qui maledixerit, inquit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus impleatur.

*Quod carnales Iudei similes Esau sint, qui spirituales benedictionem non que sinit, deique odio Esau.*

CAP. XVIII.

**V**ix Isaac sermonem compleuerat, & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos, intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filii tui, & benedictat mihi anima tua, &c. Perpicuum est, quod Esau, sicut fide carebat, sic nec scientiam nec spem minis illius habebat, quod est Christus: in quo benedictionis paternae summa constabat. Dicit enim inter alia, [Num vnā tantum benedictionem habes pater?] Sed de hoc iam supra dictum est, cur vnā tantum benedictionem habuerit, & cur vna eadem benedictio, duobus fratribus communicari non oportuerit, scilicet, quia diuisi illi, & diuidedi erant, iuxta responsum dicentis: Duae gētes in vtero tuo sunt, & duo populi ex vtero tuo diuidet. Itaque quoniam in his geminis fratribus liquidò pater illud, quod futurum erat vsque in finem seculi, scilicet, vt diuisis contra se illis, qui ex carne tantum, & eis qui ex fide sunt Abraham, eorum tantum Christus foret haereditas, qui essent ex fide, quoque secundum carnem fluxissent ex homine. Extremum sermonem, id est benedictionis reliquias audiamus. Ille qui non vnā, sed multas querebat benedictiones, dicens: nū vnā tantum benedictionem habes pater, magnosque euilatu fletu: [Motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terrae, & in rore caeli desuper, erit benedictio tua.] Hec pinguedo terrae, & hic ros caeli, ab illo differt, quia supra in benedictione Iacob praescriptus est. Ille namque talis est, quae consequatur seruitium populorum, & adoratio tribuum, incuruatio fratrum, & benedictio cunctorum, quicunque dei benedictione digni sunt. Hanc autem terrena consequuntur. [Vives, inquit gladio, & fratri tuo seruias.] Quod etsi secundum historiam factum est, posuit namque Dauid in Idumaea custodes, statuitque praesidium, & facta est vniuersa Idumaea seruiens Dauid: rectius tamen

rectius tamen hic illa intelligitur seruitus, de qua sapientia dicit: Seruo sensato, liberi seruiunt. Hoc loco pinguedo terre, & ros coeli, temporalis est saturitas ventris. Er hæc illi extrema benedictio congruit, qui esuriam nesciebat gratiæ spiritualis, quippe qui propter vnam escam primogenita sua vendidit. Hanc diebus Tiri & Vespasiani Iudaicus populus, magno eiulatu requisivit, reuens in manibus cibos, non quibus libenter Isaac vesceretur, de venatione sua, quos coxerat, id est, incredibili pertinacia magis quæ tolerancia inter gladios hostium & sanguinẽ suum, victimas inportunas offerens, ita vt ante arã (quod mirum erat hostibus spectaculũ) & cadentes offerrent, & caderent offerentes. Verum iam sacerdotii dignitas ad iuniorem transferat filium, eiusque oblationibus plenus pater, iam rebus ipsis loquebatur quod per prophetam fuerat prelocutus. Et cū extenderitis manus vestras, auertã oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem, nõ ex audiam, manus enim vestre plene sunt sanguine. Sanẽ quod hic tandẽ dictũ est, [Tepuscq; veni et cū excutias, & soluas iugũ eius de cervicibus tuis.] & secundũ historiã factum est, & secundũ allegoriam futurum est. Nam & temporibus Ioram filii Iosaphat recessit EDOM, ne esset sub ditio ne Iudæ, & circa finem seculi is qui nunc est Esau, seruiens in litera non erit, vt nunc est, velamẽ habens malitię libertatem, sed erit sicut sunt serui dei, quibus nunc seruit codices suos ad vsum illorum circumferens: erit inquam, & ipse sicut serui dei, seruus quidem iustitię, liber autem peccati. Porro qualis illius fletus vel eiulatus fuerit, lectio manifestat, cū protinus subiungit. [Venient dies luctus patris mei, vt interficiã Iacob fratrem meũ.] Rectẽ ergo (vt Apost. ait) poenitentię locum non inuenit, quamuis cum lachrymis requisisset eam. Talis enim erat animus eius in ipso fletu & eiulatu, qualis & Cain, quando propter Abel decidit vultus eius.

*Quid significet, quod benedictionis surreptionem illam æquanimiter Isaac tolerauit, & quod ad Rebeckę suggestionẽ, Iacob ad vxorẽ misit accipiendã. CAP. XIX.*

**N**unciata sunt hæc Rebeckę. [Sihæc dixit in corde suo, quomodo nunciata sunt Rebeckę: Sed sciendum quia ille quippiam dicit in corde suo, qui illud quod dicit nõ vult audiri in publico, sicut ecõtrario ille palã loqui rectẽ dicit, qui illud quod dicit, vbiq; dicat in publico audivit vult. Vnde & dominus qui discipulis multa secretõ dixerat, dicit tamẽ põtifici, ego palã locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil. [Quę mittẽs & vocãs Iacob filiiũ iuum, dixit ad eũ: Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te: Nunc ergo fili audi vocẽ meam, & cõsurgens fuge ad Labã fratrem meũ in Aran, habitabisq; cū eo dies paucos, &c.] Omne consiliũ pro Iacob a Rebecca sumit initium: ipsa ad iurripiendam benedictionem, illũ submisit, ipsa fugę consiliũ prior porrigit, & deinde pro cõiugio quoq; eius sollicita. [Dicit ad Isaac: Tædet me vitæ meę propter filias Eth. Si acceperit Iacob vxorẽ de stirpe huius terrę, nõlo viuere.] Isaac & surreptionem benedictionis æquanimiter tolerat, & consiliũ vel placitũ eius optimum comprobat, vt communicato consensu, mittatur Iacob ad accipiendam vxorẽ de filiabus Laban. Sic nimirum omne consiliũ salutis gẽtium, coram domino nostro Iesu Christo ab autoritate scripturę processit. Nam ille quidẽ, pro humano affectu Iudaicum populum fouere volebat, quẽadmodum gallina congregat pullos suos sub alas: Veruntamẽ exigẽte scripturarum veritate vt relinquere tur illi domus sua deserta, sic ille nõ contradixit neq; retrorsum abiit, quomodo & Isaac pro defraudatione Esau, vel submissione Iacob, nullum cõtra Rebeckam, vel contra Iacob verbum fecit. Monstrat illa, qualẽ nos gentes tenere debeamus religionem, scilicet de fide patrum, & non de ceremoniis Iudęorum, sicut in actibus Apostolorum placitum esse legimus spiritui sancto & apostolis, & Christus quanq; nihil super hac re præcepisset dum cum illis esset, sed potius dixisset in viã gentium ne abieritis, iudicium tamen hoc appellat, & ratum ducit.

*Item de eadem re, & quod Esau in Iudæorum typum auxerit peccatum suum. CAP. XX.*

**V**ocauit itaq; Isaac Iacob, & benedixit, præcepitq; ei dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ ad domum Baruhel, patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus Laban, auunculi tui [Quem iam ipse nesciens, in nõ quẽ deus benedixerat per ipsum nescientẽ, eum nunc vocat ex nomine, & scienter bene dicit, id est, datum in illo confirmat surreptæ benedictionis. Porro Esau (sicut superius dictum est) alienigenis vxoribus cū offensione paterni & materni animi adherendo, non iã Abraham, non Isaac, aut Rebeckę filius erat, quippe qui non in benedictione seminis Abraham, sed nomini suo in carne sua generare, & aliam quam dei domum ædificare cõperat. Benedixit ergo filium suũ pater Isaac. At verõ finis eiusdem benedictionis, non alius sperabatur, q̃ ipsum semen Abraham, quod est Christus, Rectẽ ergo benedictoris hæc verba sunt: [Deus autẽ omnipotens benedicat tibi & crescere te faciat, atq; multiplicet, vt sis in turbas populorũ, vt det tibi benedictiones Abraham & semini tuo post te, vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo Videns autẽ Esau q; pater suus benedixisset Iacob, probans quoq; q; nõ libenter aspiceret filias Chanaan pater suus, iuit ad Ismahel, & duxit vxorẽ, absq; his quas prius habebat, Malalehel filiam

filiam Ismahel filii Abraham, sororem Nabaioth.] Aut velut insipiens, aut vt verẽ stultus, fecit hoc Esau. Nam si tedium matris aut offensionem paterni animi lenire voluit, insipientiã fuit hoc pacto id facere velle, & hac intentione inconsultis parentibus, quos iam in aliis vxoribus offenderat, ad seruilia declinare tabernacula, quod erat cum eiectis exire foras. Sic nepe Sara locuta est: Eiuice ancillam & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac, & sic factũ fuerat. Sin autẽ, quod verius est, quia parentibus quoque propter Iacob iratus erat, sicut Cain, & considerat vultus eius, idcirco vt eos amplius offenderet, egit ita, procul dubio stultus fuit. Vtrolibet modo, coniugia sua cū offensione parentum triplicauerit, excusationem non habet, simul enim insipiens & stultus peribunt. Sic & Iudæi, qui & prius propter traditiones hominũ traditiones dei reliquerunt, & postea persecutes Christum ac discipulos eius, amplius in Ismahelem degenerauerunt, testante Apostolo, cum dicit: Sed quomodo tunc is, qui secundum carnẽ natus est, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc vtrolibet modo id faciãt, siue per insipientiam, siue per stultitiam excusationem de peccato suo non habebunt.

*De peregrinatione Iacob, & de visione eius. CAP. XXI.*

**I**gitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aran: Cunque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere, post solis occubitum, tulit de lapidibus qui iacebant, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Non ergo frustra apostolus patres nostros peregrinos vocat & aduenas. Cum enim dixisset, iuxta fidem defuncti sunt omnes, non accepit promissionibus, sed a longe aspicientes eas, & saluantes, addidit continuo: & confitentes, quod peregrini & hospites sunt super terram. Qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem illius meminissent, de qua exierunt, habebant vtiq; tempus reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est, coelestem. Ecce illorum eiusmodi confessionem siue expectationem, in Iacob agnoscere promptum est. Nunquid adeo tenuis erat, & pauper, vt de terra sua exiret per necessitatem in baculo suo, sicut postmodum faretur ipse, cum dicit, in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior? Nam quod ita solitarius exierit testatur & illud, quod non habuit vbi caput reclinaret, nisi quod tulit de lapidibus qui iacebant & suppositũ capiti suo, & dormiuit in eodem loco. Nonne pater eius vehementer magnus erat? Sic enim paulõ ante scriptum est: Quia locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; iucrescens, donec magnus vehementer effectus est, in tantum vt ipse Abimelech diceret: Recede a nobis, quoniam potẽs & inclytus fuerit. Quid igitur nisi magna & imitatione digna paupertas spiritus in hoc patre nostro Iacob spectanda nobis proponitur in tali eius exitu, cum ad accipiendam vxorẽ proficiscitur, fide paternam expectans, quod de semine suo salus mundi, & omnium gentium benedictio Christianus nasceretur? O profugum coelestis asyli prorektione dignum, qui sola fide absq; lectione scripturarum doctus erat, quod ad possidendam benedictionis hæreditatẽ, ad seminandam beati seminis expectationẽ, nõ pomparicẽ, sed humiliter, & conscientia supplici esset ingrediendũ. Porro q̃ veraciter dictum sit: Iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde, ex isto claret quod cõtinuõ sequit. [Viditq; in somnis scalã stantẽ super terrã, & cacumẽ illius tangẽs coelũ, angelos quoque ascẽdentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalã dicentẽ sibi: Ego sum dominus deus Abraham patris tui, & deus Isaac:] Hic imitantẽ quicũq; benedictione dei patris, & filii eius Iesu Christi, cū gratia spũs sancti missi, ad spirituale semẽ seminandum, depositis seculi oneribus, nudi & expediti ad destinãtũ tendũt, vigilantq; & in omnibus laborãt, & sobrii sunt, nihil se scire iudicantes nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum, & cum Apostolo dicẽtes: Non habemus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus. Illis porra coeli aperitur, & ascendẽtibus scala hæc erigitur, quæ huic apparuit, per quam ei ascẽdentes & descendẽtes angeli monstrantur. Nõ aliud sine dubio descẽsus ille & ascẽsus a nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascẽdere. Scala verõ ipsa erecta, nostra est vita in hoc seculo, quæ humiliato corde a domino erigitur ad coelum. Latera enim eius scalæ dicimus, nostrũ esse corpus & animam. In quæ latera diuersos gradus humilitatis vel disciplinę euocatio diuina inseruit ascendendos.

*Mysticẽ de eadem visione. CAP. XXII.*

**V**eruntamen vt ad rẽ presentẽ propriamq; viatoris attineat personã, dicẽdum est iuxta allegoriã quid significet scala hæc sublimitate sua tangẽs coelos, portãq; apertã habens innixõ sibi domino. Hæc planẽ magna est dignatio superne propitiacionis, quæ super hunc peregrinum talem vel profugum viscera sua non continuit quin properaret ostendere, q̃ tutũ illi & semini eius prepararet refugium, in altitudine coeli. Quid enim illi est scala hæc tantę altitudinis, nisi illa seminis series, quã omnes nouimus secundũ euangelicũ librum generationis Iesu Christi filii dei: Eius namq; gradus scalæ supremus est, cui & dñs fuit innixus, nõ aliusq; Ioseph in illa generatione nouissimus vir Marię de qua natus est Iesus, qui vocatũ Christus. Nonne scalæ innixus fuit dominus, cum huius paternam ope & pia vocatione indigens vteretur deo, homo factus, de loco ad locum fugiens

Gene. 21

Psal. 48.

Matt. 19.

Galat. 4.

Iohan. 15.

Hebr. 11.

Gene. 32

Gene. 28

1. Cor. 9.

Hebr. 11.

Scala Iacob.

Matt. 1.

fugiens Herode persequente. Pupillus in hoc mundo, id est, absq; carnali patre genitus: Vidit igitur scalam, summis suis innixū habentē dominū, tangentē celos, aperientēq; cœli portā, & talis gura præuidit sibi innixū dominū, generationē suam, id est, de se incarnatum habituram, per quā celos attingeret, & portam cœli hæcenus clausam hominibus, introiret. Et hoc somniū rei congruit ac temporis, secundum personam vel negotium eius qui vidit. Tunc enim ibat cum benedictione dei, & præcepto patris sui, ut uxorem acciperet de filiabus Laban auunculi sui, cum fide & spe eius, quæ ad avum ipsius facta est, repromissionis. Vidit & angelos ascendentes & descendentes per eā. Angeli dei, id est, nuntii sancti, prædicatores sunt veritatis, nuntii vel testes vtriusq; diuine pariter & humane generationis Iesu Christi. Hi nunquā sursum & deorsum fixi consistunt, nunq; enim purū deum aut purum hominē prædicant esse semen Abraham Iesum Christū, sed sursum ac deorsū inoffenso pede currētes, dicunt ascendētes, quia in principio erat verbū, dicunt descendētes, quia verbū caro factū est. Descendendo, deū hominem factū: ascendendo, fatentur deo hominē vnitum. Idcirco rectē duo generationis huius prædicatores Matthæus & Lucas ascēsum hūc & descēsum sibi diuiserunt, ut ille ab Abraham descendere vsq; ad virginis vterum: hic ab ipso, qui putatur filius Ioseph, ascenderet vsq; ad deum. [ Terram, inquit, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. ] Hoc de semine carnis dictum est: porro quod sequitur: [ Dilataberis ad occidentem & orientem, septentrionem & meridiem. ] de semine fidei dicit. Sic enim concludit. [ Et benedicentur in te, & in semine tuo cunctę tribus terrę. ] Illud autē, hoc post Christū seminis eius aduentum factum est. Nam in duodecim tribubus suis, terram, in qua dormiebat, tunc illi dedit: In Christo totū mundum per quatuor partes eius benedixit. Necnon & quod addidit, & ero custos tuus quocunq; perrexeris, & reducā te in terrā hanc, nec dimittā nisi compleueris vniuersa quæ dixi: ] tū de ipso q; de semine eius dictum & factum est. Non enim dimisit donec reduceret eum dicentē: In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior. Non dimisit semen eius, donec de Aegypto educeret eos in hanc terram, cum argento & auro, ita ut in tribubus eorum non esset infirmus. Non dimisit nihilominus dilatare in quatuor partes mundi semen eius, quod est Christus, sicut scriptum est: A summo cœlo egressio eius, & occurrit ei vsq; ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius.

*De eo quod ait, Verè dominus est in loco isto, & quis ille locus. Cap. XXIII.*

**C**umq; euigilasset Iacob de somno, ait: Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauenq; quā terrabilis est locus iste, inquit. Non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Dominus est in loco isto cum dicit, subaudiendum est, præsentia gratiæ: nam & in isto, & in omni loco est magnitudine præsentia. Siquidem de maiestatis immanitate verissimè dictum est. Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Item: Sanctus sanctus sanctus dominus deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria eius. Pauenq; quā terrabilis est locus iste, inquit, non est hic aliud nisi domus dei, & porta cœli. Notandum, quod non ipsum dominum, sed locū pauescit, & terribilem esse dicit. Quidnam pauoris, vel quid terroris secundum se locus iste poterat habere? An quia dominū in loco illo in somnis vidit? Nēpe & in aliis locis tam huic q; patribus eius Abraham & Isaac multoties idem deus apparuit. Ergo non dubiū, quia propheta fuit, si cut & in psalmo de hoc, & de prædictis eius patribus scriptū est: Nolite tangere Christos meos, & in prophetis meis nolite malignari: & hic per spiritū propheti dilataro corde, quid significare tur huiusmodi somnio, præuidit: illumq; locū, cuius iste figura erat, expauit. Qui videlicet locus ecclesiæ dei est: Vnde Psalmist. Deus, inquit, in loco sancto suo, deus q; inhabitare facit vniuersi moris in domo. Ecclesiā ergo dei futurā, & in ea terribilia dei opera, quæ (ut ait Apost.) innotuit principatibus & potestatibus in cœlestibus multiformis sapiētia dei, iste mirarus expauit, sicut expauerat prophetico nihilominus spiritu Abacuc, quando dixit: Domine audiui auditum tuū & timui, cōsideraui opera tua & expaui. Quorū videlicet operū hæc summa est, q; sicut paulo antè iā dictum est, per humanitatem Christi aperta est porta cœli, & cœlestia iuncta sunt terrenis.

*Quæ causa fuerit, ut surgens manē, lapidem quem supposuerat capiti tolleret, erigeretq; in titulum perfundens oleo. CAP. XXIII.*

**S**urgens ergo manē, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulū, fundens oleum de super. Appellauitque nomen vr̄bis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Quæ causa vel ratio fuit, ut surgens manē tolleret lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erigeret in titulū fundens oleū de super, nomēq; vr̄bis appellauit Bethel, quod interpretat domus dei: eadē omni homini in oi loco dominationis eius esse debet edificadi domū nomini domini. Primū est, ut huius exemplo confitens, quod peregrinus sit & aduena super terram, lapidem supponat capiti suo, id est, conscientiam suam collocet in Christo, ut dormiens requiescat in illo, iuxta præceptum vel consilium ipsius dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. In illa requie sua dormiens somniet, id est, credendo videat nunc per speculū & in gnigmate, quia facie ad facie videre nō potest iā præteritum, quod ille vidit futurū, scilicet scalam cui dominus

dominus innixus sit, id est, euangelicam (de qua iam supra dictum est) generationem Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham, quæ cœlum attingit & portam cœli nobis aperuit, quæq; soluto pariete inimicitiarum, cœlestibus terrestria coniunxit, & completum est quod ipse prædixerat: Amen amen dico vobis, videbitis cœlos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes super filiū hominis. Hæc inquam dormiens, & dicens: ego dormio, & cor meum vigilat, tota nocte somniet, id est, tota vita sua, in pace & quiete cordis sui meditet. In hac enim fide quisquis erigit altare ad inuocandum nomen domini, ipse est Iacob per vnitatem fidei, hac distantia, quod ille futura somnauit & credidit: hic autem præterita, vel præsentia legit vel audit, & nihilominus credit: hæc igitur dicta Iacob euigilantis, & exclamantis: Verè dominus est in loco isto, & cætera quæ sequuntur, benè catholica Christi ecclesiā, de ore eius rapuit, & de omni loco in quo inuocatur nomen domini veraciter protestatur, & constantissimè dicit: Terribilis est locus iste, hic domus dei & porta cœli. Vbi enim sanctum celebratur baptisteriū & corporis ac sanguinis domini conficitur sacramentum, vnde animæ fideles cœlo renascuntur, & angelorum descendentium & ascendentium manibus feruntur in cœlum, quid nisi porta cœli, & infernalibus portis terribilis locus est? Et illic lapis tituli, & hic lapis altaris, solenniter perfusus oleo benedictionis, Christum significat, quem vnxit deus oleo exultationis præ participibus suis. Quod autem in parietibus, visibilis structuræ lapides singuli, hoc in spiritali ædificio sunt homines singuli. Proinde non vanè consecratio templi vel altaris festiuis laudibus, per annos singulos celebrari consuevit. Nam sicut altare Christum, & singuli lapides parietum, singulos significant electos, viuos vtiq; lapides, super ædificatos super fundamentum Apostolorum, & prophetarum ad construendum vniuersæ ecclesiæ templum. Sic omnia quæ sub nominibus altaris, lapidūq; siue fundamentorum atq; murorum decantamus, opportunè gratiarum actiones sunt, pro principali vnctione Christi sancti sanctorum, & pro regeneratione quorūq; fidelium. Nec enim poterat fieri, ut quisque nostrum diem suæ regenerationis annuatim solennizaret, nec rursus omittenda erat absq; memoriali celebritate tantæ gratiæ iucunditas, quæ singulis nostrum de domo ecclesiæ collocata est. Igitur qui diuersis temporibus nati, diuersis nihilominus temporibus ecclesiæ sacramentis, quæ suis in locis aguntur, renati sumus, opportunè pro particularibus festis vniuersalia locorū, in quibus vitalia dei dona percepimus, festa celebramus.

*De voto Iacob. CAP. XXV.*

**V**quit etiā votum, dicens: Si fuerit dominus meū, & custodierit me, in via per quā ambulo, & dederit mihi panē ad vescendum, & vestimentum ad induendū. Hoc & corporaliter ab eis, qui eiusmodi facultates habent, & spiritaliter ab omnibus, tū ab illis qui vtruntur hoc mūdo: q; ab illis, qui nihil habent in hoc mundo, agendum est. Quoniam cogitatio hominis (inquit Psalmista) confitebit tibi, & reliquæ cogitationis diem festū agent tibi. Ac deinceps: Vouete & redite domino deo vestro omnes qui in circuitu eius assertis munera, terribili & ei qui aufert spiritū principum, terribili apud reges terrę. Verū nec ipsa vouentis oratio conditionalis à nobis prætereūda est. Nā cum dixisset, si dominus fuerit mecum, & custodierit me in via per quā ambulo. Hoc etiam addidit filius potentis (ut superius iam dictum est) magniq; vehementer ac diuitis hominis. Et dederit mihi panem ad edendum, & vestimentum ad induendum. Hoc tanquam pauper, & ut verè dei mendicus dixit. Nec mirum, cum & rex maximus atq; fortissimus in Psalmo egenum se & pauperem profiteretur. Ego verò, inquit, egenus, siue ego mendicus autem & pauper sum. Item: Quoniam inops & pauper sum ego. Bonum ergo ex patribus exemplum filii prouisi sum est, ut quantumcunq; diuites sumus, dicamus mendici omnes antè fores supernæ gratiæ. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Nec verò solum panem spiritalis alimonie, sed panem quoq; vitalem dignemur à patre omnium deo flagitare, ut illum quoq; ex dono eius fateamur nobis esse, qui solus potuit, & dignatus est creare, non minus regi in solio fulgenti, q; sedenti ad molam necessariū viduę. Triplicem itaq; ut veri pauperes precemur panem à patre sub vno nomine, panem scilicet vitæ æternæ, de quo dixit: Et panis quē ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita: Panē intelligitiæ, de quo dixit: Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei: Panē quoq; quē solus ipse producit de rore cœli, & de pinguedine terrę, simulq; vestimentū quo operiamur, vestimentū scilicet sanctitatis & iustitię. His acceptis nō ingrati offeremus illi decimas & hostias de vniuersis: decimas, videlicet, ut habeat mercedem suā, quia dignus est operarius qui altario deseruit, Hostias autem pacificas, id est, victimas laborum confitentium nomini eius, ut ad ipsum pacem habeamus, & omnia in charitate faciamus.

*De eo quod veniens in terram orientalem, puteum viderit in agro, gregeſq;*

*circa eum tres. CAP. XXVI.*

**P**rofectus igitur Iacob venit in terram orientalem, & vidit puteum in agro, tresque greges ouium accubantes iuxta eū. Nam ex illo ad aquabatur pecora, & os eius gradi lapide claudibat. Morisq; erat, ut cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidē, & refectis gregibus, rursus super

Eph. 2.

Iohan. 1.

Canti. 5.

Iohan. 1.

Psal. 104.

Psal. 18.

Esaie 66.

Esaie 6.

Psal. 104.

Psal. 67.

Ephes. 3.

Abac. 3.

1. Petr. 2.

Ephes. 2.

Psal. 25.

Psal. 69.

Psal. 85.

Lucæ 11.

Iohan. 6.

Deut. 8.

Matt. 4.

1. Cor. 2.

Hebr. 13.

P

super

super os putei ponerent.] Plana & aperta est huius narrationis litera, sed in ipsa planicie sua, grādem studioso lectori admirationem faceret, nisi iam præcedentium patrum autoritas rationes illi aperuisset. Quis enim diuinis rationibus carere arbutur, quod hic ingenuus tantorum patrum filius, tam laboriosa seruitute, toties immutata mercede, in pascendis ouibus pro vxoribus seruit, præsertim sub custodia dei, qui dixerat ei, & ero custos tuus quocumq; perrexeris: Non ita, sed ad motā fidei oculis in isto quoq; speculo rutilantis desuper solis imaginem, id est, filii dei pulchram & veram contemplerur allegoricam similitudinem, simulq; iuxta anagogen cuicumque ministro eius fideli normam imitabilem. Igitur Esau reprobato, Iacob electus, & paterna benedictione sacratus, ad accipiendam vxorem præcepto patris eiusdem, peregrè proficiscitur, id est, electus ex milibus deus & homo Iesus Christus, gratiam benedictionis diffusam habens in labiis suis, & in æternum benedictus ad coniungendam sibi ecclesiam, in exilio mundi huius, officio sancte prædicationis accingitur. Venit autem ad putei, cuius os grandi lapide claudebatur, & de quæ pecora ad aquabant: vbi moris erat, cunctis ouibus cõgregatis, lapide deuoluere, & refectis gregibus, rursus super os putei ponere. Ridicula hæc & cætera quæ sequuntur, vel inania, publicisque auribus iudigna, planè sapientes huius seculi iudicarent: nisi palam sub grosso velamine literæ, splendidam sententiam maiestatem dispensatores mysteriorum dei monstrare consueuissent. Quid ergo: Magnum sanè & admirabile mysterium. Venit enim in terram orientalem vir iste, cuius iuxta prophetam) nomen est Oriens, & ipso aduentu suo terrā suam, quā (iuxta psalmistam) benedixit, fecit esse orientalem, illuminando scilicet his qui in tenebris & in vmbra mortis sedebant. Venit ad puteum, cuius os grandi lapide claudebatur, iuxta quæ tres ouium greges accubabāt, id est, venit ad aperiendam scripturam, quā & Iudæi, & Samaritani, atq; Gentiles modis omnibus disgregati exquirebāt. Nam & Iudæi & Samaritani scripturam sanctæ legis eadem apud se habebant, & tamen sic ab inuicem erant disgregati, vt (sicut Euangelista testatur) nec saltem in hauritu putei, id est, aquæ elementaris couterentur Iudæi Samaritanis. Porro gentiles ab vtriusq; longius diuersi erant, quippe qui nec deum cœli colebant, & tamen eandem scripturam per septuaginta interpretes translata m scire tendebant. Sed frustra hi vel illi taliter accubabant, nam scripturæ sacræ putei, scribæ & pharisæi grandi lapide clauferāt, id est, traditionibus dei relictis, propter traditiones suas prauo sensu obstruxerant. Vnde illis in euāgelio manifestè improperatur, dicere domino: Vt vobis legis peritis, quia tulistis clauem scientiæ, ipsi non introistis, & eos qui introibant prohibuistis. Item: Quare vos transgredimini mandatum dei, propter traditiones vestras: Nam deus dicit, Honora patrem tuum & matrem tuam: Vos autem dicitis: Quicunq; dixerit patri suo & matri suæ, munus quodcumq; est ex me, tibi proderit: Et his similia.

*Qui mysticè pastores fuerint, quibus de adaquandis locutus est ouibus, & quæ Rachel ipsa.* CAP. XXVII.

**D**ixitq; ad pastores: Fratres, vnde estis: Qui responderunt: de Aran.] Aran iracundus siue decus interpretatur. Quod nomen benè pastoribus illis congruit, qui pascebant semetipfos, quos & fratres vocat, quasi nos, & tamen vt ignotis dicit: Vnde estis, quia videlicet secundum carnem quidem fratres eius erāt, sed secundum spiritum nesciebat illos, qui vel vnde essent. Iracundi nanque erant, & decori, id est, intus rapina & homicidio pleni, de foris autem religio ac seueri, veluti sepulchra dealbata, quæ foris pulchra parent oculis hominum, intus autem plena sunt ossibus mortuorum. [Quos interrogans: Nunquid (ait) nostis Laban filium Bathuel: Dixerunt. Nouimus. Sanus ne est inquit: Valet inquit, & ecce Rachel filia eius venit cum grege suo.] Laban candidus, Nachor requies luminis, Rachel ouis, siue videns deum venit cum grege onibus nomina commutentur. Significant autem Laban mundum vniuersum pro parte illorū qui per Christi redemptionem, ad æterni luminis requiem pertinent, quem scilicet illo candidauit baptisate, per fidem passionis suæ, sicut ait propheta in psalmo: Asperges me hyssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor. Rachel nanq; filia eius, eam significat partem electorum quæ ex Iudæis est, nā altera filia nomine Lya, quod interpretat laboriosa, eius ecclesiæ typum tenet, quæ in gentibus est. Per indicia ergo illorum quibus inuestigauit, fratres vnde estis, in domū illam quā querebat, Iacob peruenit, quia videlicet per electionē siue per magisterium eorū, sedentū super cathedra Moysi, testimonium certaq; habetur discretio, qui ad Christum pertineant, vel qui eius sint. [Dixitq; Iacob: adhuc multum dici superest, nec est tēpus vt reducantur ad caulas greges. Antè date potum ouibus, & sic ad pastum eas reducite. Qui responderunt: Nō possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges.] Quid est quod melius hic aduena, q̄ indigenæ pastores tempus ouium nouerat, nisi quod Christus pastor bonus, melius quā scribæ & pharisæi curare sciebat animas: Quid ergo est dicere, antè date potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite, nisi præcipere pastoribus, quatenus sic dicant, vt priores faciant. i. vt quod verbis prædicant, factorū suorū exēplo prædoceat. Quod

Zacha. 6  
Psal. 54  
Luca. 1  
Iohan. 1  
Luca. 11  
Matt. 15

Quod qui non faciunt, eis vtiq; diei. i. diurni operis multum superest, nec tēpus est, eiusmodi mer cenariis vt reducant ad caulas oues, vbi reddatur eis quasi debita merces. Tales illi erant pasto res Israel, quibus per Ezechielem vā prænunciatū est, qui nō oues ad pastū reducere, sed semetipfos poterāt pascere. Vnde & dicunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, &c. Mo ris quippe illis erat ab omnium animarum instructione vacare, donec de cunctis regionibus, & de gentibus etiam ad diem festum (verbi gratia, paschæ vel scenophegiæ) ad adorandum in Hierusalem congregarentur, & tunc pro arbitrio suo quasi a motu lapide, leuem exiguæ doctrinæ aquam illis fundebant, scilicet docentes decimare mentham, cyminumq; & anetum: & nullo vitæ exemplo propinantes, quæ grauiora sunt legis, iudicium, iustitiam, & fidem.

*De eadem, & quod osculatus est eam, elcunataque voce fleuerit.*

CAP. XXVIII.

**A**dhuc loquebantur. Et ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui. Nam gregē ipsa pascebat. Quā cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, ouesq; Laban auunculi sui, amouit lapide quō puteus claudebatur, & adaquato grege, osculatus est eā. Eleuataq; voce, fleuit, &c.] Quod melius hic pastoribus illis lapide amouit, gregēq; adaquauit, qui damnatis traditionibus pharisæicis, veritatem scripturæ sine personarum acceptione prædicauit, non exigēs vt ad se plebiū greges congregaretur, quamuis vltro irruerent, & de ciuitatibus properarent ad eū, sed circuibat per ciuitates & castella, pœnitentiam, inquiens, agite, appropinquare enim regnū cœlorū, quod erat eleuata voce flere. Vnde & quodā loco nō pœnitentibus dicit: Lamētum mus, & non plorastis: sic adaquato grege osculatus est eā, quæ planè fā aliqua, sed parua futuræ cõiugis cõfederatio fuit: quia videlicet nō valde multos ex Iudæis prædicatione sua sibi copulauit. Idcirco autē illam osculatus est, q̄ cõsobrinā suam esse sciret. Consobrini dicuntur, quasi consoro rii, eo q̄ ex fororibus, siue ex fratre & sorore sunt progeniti. Et quidē omnes Iudæi secundū carnē, domino erant propinqui: sed nō ille, hoc de omnibus sciuit, id est, non omnium propinquitatem approbauit, cuius scire approbare est & approbare. Quos ille suo more sciuit, illorū paruum quantitatem osculatus est. i. sibi adiūxit, suaq; illis secreta reuelauit tanq; amicis. [At illa festinās nūciauit patri suo.] Benè, nam per illos paucos, quos ex synagoga discipulos habuit, toti mundo, cuius totū in Laban, partes autē in filiabus eius (vt antè diximus) secundū electionē figurant, dominus Christus innotuit. Auditis autē causis itineris, q̄ prono illum affectu exceperit, breui cõ festim enūciatione declarat. [Os meū es, & caro mea.] Idē enim est ac si diceret: En mea sunt tua, tu enim os meum es, & caro mea. Rursus ille q̄ benigno seruitio sese submiserit, quamq; tēperanter coniugium expectauit, ex sequentibus manifestū est. [Et postq̄ impleti sunt dies mensis vni us, dixit ei. Num quia frater meus es, gratis seruitus mihi? Dic ergo quid mercedis accipies: Habe bat verò duas filias, nomē maioris Lya, minor appellabatur Rachel. Sed Lya lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto aspectu. Ecclesia de gentibus, quæ (vt supra dictum est) per Lya figuratur, lippis erat oculis: etenim idololatriæ vitio forduerat, in vitiis mentis eius: & corrupta fuerat rationis vis, nec videre poterat claritatē eius, quæ in cœlo est vniuersæ deitatis. Econtrario, synagoga quæ per Rachel significatur pulchra facie & venusto erat aspectu, videlicet ex eo, quia notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomen eius.

*Quid significet, quod Iacob pro coniugio eius seruit: & quod Laban pro Rachel superinduxerit Lyam.* CAP. XXIX.

**Q**uam diligens Iacob, ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respon dit Laban: Melius est, vt tibi eam dem, quā viro alteri.] & reliqua. Hoc proprium huius patriarchæ est, quod in peregrinatione pro vxore ducenda, semetipsum tradēs spōtaneo seruitio, subditus fuit: neq; enim hoc de aliquo cæterorum legimus alicubi: sicut & patris eius illud quod à patre suo ad immolandum ductus est: & filii eius Ioseph, quod à fratribus suis venditus, empro ribus suis in fame præuenit, proprium fuit. In quibus omnibus manifestè singuli, vt sterilibus erant matribus, dei dono progeniti, propriam prætulere similitudinē, nascituri de virgine Christi filii dei. Quenam fuit seruitus, qua ille pro Rachel, id est, pro synagoga seruituit: Nempe illa de qua dicit Apostolus: Quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se equalem deo, sed semetipsum exinanituit, formam serui accipiens. An non seruire mundo fuit, pœnitentiam agere, imò & pœnitentiæ baptisimo baptizari propter peccata mundi, vt iuxta prophe tam, illa proiiceret in profundum maris, tandemque in crucem ascendendo seruilis portare o nera seculi, id est, super se tollere peccata mundi, quibus erat grauatus: Huius seruitutis merces Rachel, id est, synagoga esse debuit: illam nanq; propter parres amauit Christus, & propter illā ad seruitutem se venisse testatur, cum dicit: Non sum missus, nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Sed enim Laban pro Rachel Lyam subintroduxit, quia videlicet subsistente synagoga ec clesia gentium de toto mundo quasi nescientis ad Christi thalamum introiuit: dum populus, quē

Ezec. 34  
Matt. 23  
Qualis pastor Christi  
Marc. 3  
Luca. 5  
Matt. 4  
Matt. 11  
Psal. 75  
Gene. 22  
Gene. 17  
Quomo do seruit Christus  
Philip. 2  
Miche. 7  
Matt. 15  
P ii iuxta

iuxta Pfalmistam non cognouit, vel gens quæ iuxta Esaiaim nomen eius non inuocauit, ad seruitium eius, ad delicias amoris eius, id est, ad spiritus sancti gratiam properauit.

Item de eadem re, & quid significet quod post Lyam, iunioris quoq; nuptijs potitus est Jacob, & de earum ancillis. CAP. XXX.

**Q**uid est quod facere voluisti? Nonne, inquit, pro Rachel seruiui tibi: Quare imposuisti mihi? Respondit Laba: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi, & cetera. Non paruo enim secundum humanitatem ducitur affectu, pro illa gente Christus vel eius apostoli, quod maxime ex gemitu doctoris gentium agnoscitur, cum dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, & cetera. Ad hæc mundus omnis, imo conditor mundi, qui hunc eundem filium vel seruitorem misit cum autoritate scripturarum, respondet & dicit: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias: Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi. Quod est dicere: Non est consilium vel propositi diuini, o Christe fili dei, vt populo gentium, qui & antiquior & numerosior est, illa gentem tuam preponat in gratia Euangelii, itaque ludæorum tantum, & non etiam gentium deus sit. Nunc interim cœptas cum ecclesia gentium nuptias perage vsque in finem seculi, & cum plenitudo earum subintrauerit, tunc & synagoga copulabitur tibi. Sanè singulis cœiugibus, singulæ dantur ancillæ, eodè ex viro filios parituræ, quia videlicet in vtraque ecclesia sunt aliqui qui per amorè, alii qui per timorè, vel propter aliud quiddam, propter Christum, euangelio Christi seruiunt: Imò sunt alii qui catholicam integrè profitentes fidem spirituale Christo regenerant sobole, alii quidem (vt Apostolus ait) sunt, qui speciem quidem habentes pietatis, virtutem autem eius abnegantes, extra catholicam ecclesiam prædicant & baptizant. Eorū sectæ quasi concubinæ sunt. At tamen qui apud illos generati sunt, si ad catholicam matrem redeant, hereditate patris inter liberos non carebunt. Talium ignobilitatem concubinarum ipsa quoque nomina suis interpretationibus denorant. Zelphan quippe fluens os, ab ore non ab osse. Bala inueterata interpretatur, quæ nomina sceleris hæreticorum bene congruunt: fluunt enim ore per loquacitatem vel contentionem, & pristinam vitæ retinent vetustatem.

Affectus Christi & apost. pro ludæis. Rom. 9.

Rom. 11.

2. Tim. 3.

Duplex vita, actiua & contemplatiua.

Lucæ 10. Psal. 47.

Matt. 23.

Thre. 3.

Iob. 5.

Item de eadem re iuxta anagogiam. CAP. XXXI.

**A**d huc iuxta anagogen, & alia præsentis loci ratio est. Nam quod viro ecclesiastico ad perfectionem tendenti sciendum est, scilicet duas esse vitas, actiuam videlicet atque contemplatiuam, quas & gentiles philosophi adulterantes, alteram practicam, alteram theoreticam dixerunt, & per actiuam ordinatè peruenire posse ad contemplatiuam, certissimo gesta hæc res exemplo est. Iacob denique de terra sua egressus, ad puteum venit, & illic Rachelem pulchra facie, venustò que aspectu inuenit, statimque in amorem eius incidit, quoties quisque supplantat vitorum, Christum sequi cupiens, sacre scripturæ studiis incumbit, & inde contemplatiuæ vitæ puritatem delectabilem esse comperiens, protinus ad eius amplexus prorumpere gessit. Optimam quidem partem eligere vult, quæ non auferetur, sedere scilicet ad pedes domini & iugiter audire verbum illius, iuxta consilium dicentis: Vacate & videte, quoniam ego sum deus. Sed altera prior quæ sollicita est & turbatur erga plurima: in sex enim exercetur misericordie operibus, quæ apud euangelistam Mattheum, hoc modo dinumerantur: Esuriui enim, & dedistis mihi manducare: Sitiui & dedistis mihi bibere: Hospes eram, & collegistis me: Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & visitastis me. In his actiuæ vitæ operibus eruditum, tandem ad contemplatiuam posse progredi, & hunc legitimum esse ordinem viuendi, propheta quoque testatur cum dicit: Bonum erit homini, cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & leuabit se super se. Et in Iob: Ingressus in abundantia sepulchrum. i. cum ditatus fueris actiuæ vitæ redditibus, tunc demum non delecturus quiescere poteris intra contemplationis latibulum. Hæc per Lyam, quod interpretatur laboriosa, secundam quidem, sed minus videntè rectè figuratur. Nam quasi lippis oculis minus contemplatur spiritualia, dñi sollicita est & turbatur erga plurima. Porro Rachel pulchra quidem, sed sterilis, contemplatiua designat, quæ dñi vni quod necessarium est intèdit, venusto aspectu plus videt, & sancto vacans ocio quasi minus parit. Igitur dum repente quis omnibus gradibus festinãdo ad arcem contemplationis, Rachelem præcipere contendit, benè nonnunquam cum illo agitur, vt prius Lyæ teneatur nuptiis, videlicet protractus foras ad actiones laboriosas frequentis ministerii. Quis contra quid nulliter, vel querulo gestu strideat, dicit ei sancta scriptura: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias. i. non ita se habet ordo, vt ad contemplatiuam quæ minus operãdo minor est, ante vsum actiuæ vitæ quisque profiliat: Imple hebdomadam dierum huius copulæ, & hæc quoque poteris obtinere. Nã sicut sex diebus cuncta deus operatus est, & in septimo requieuit: sic prius oportet quæ in sex prædictis misericordie operibus exerceri, vt tunc demum iure in contemplatiua sabbatizare possit. [Videtur autè dominus quod despiceret Lyam, aperuit vuluam eius, sorore sterili permanente.] Quod Lyam despiceret, id est, minus diligeret. Sic enim prædictum

prædictum est, quia tandem potius nuptiis optatis, amorè sequentis prioris prætulit. Nec iniuria, nã hæc iure data vel accepta, illa autè fraude ad eius thorum fuerat introducta. Et norandū, quia videns dominus, quod Lyam despiceret, nō in eo miseratus est, vt de lippa venustā aspectu faceret: sed in eo, vt sorore sterili permanere, vuluam eius aperiret. Semper enim actiua vita minus videtur, & lippis perseuerat oculis, & est talis, qualem Apost. mulierè in ecclesia docere nō permittit. Saluabitur autè, inquit, per filiorū generationē. i. per operū misericordie exhibitionē. Quam enim causam subiciet rex, sedēs in sede maiestatis suæ, cum dixerit: Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratū est ab origine mundi: nisi esuriui, & dedistis mihi manducare, & cetera. Iudicium fecistis vni ex his minimis meis, mihi fecistis: Saluabitur ergo per filiorū generationē, illa quæ ad virilem nō peruenit perfectionem. i. vita illorū, qui in solis actibus remanserunt, & nunquam ad contemplatiuæ gratiam profecerunt, iustificabitur per operum honorum executionem.

De nominibus filiorum Iacob. CAP. XXXII.

**O**mniū patriarcharum nomina, simulque compendiosa lectio nominum etymologiam referunt. [Et vocauit, inquit, nomen eius Ruben, dicens: Quia vidit deus humilitatē meam.] Ruben interpretatur vissonis filius. [Et concepit alterum filium, & dixit: Quoniam audiui dominum haberi me contēptum, dedit etiā istum mihi: Vocauitque nomē eius Symeō.] Ab eo quoque fit audita, Symeō nomē imposuit. Symeō quippe interpretatur exauditio. De tertio verò sequitur: [Et concepit adhuc & peperit filium, & dixit: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus.] Id est, erit mihi in hac vita comes, & eius dilectio ad mortē vsque deducet me, & prosequetur, eo quod genuerim ei tres filios. [Et idcirco appellauit nomen eius Leui,] quod interpretatur additus. [Quarto concepit & peperit filium, & ait: Modò confitebor domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam.] Iuda confessio dicitur. A confessione itaque confessoris nomen eius est dictum. Veruntamen hæc confessio pro gratiarum actione, aut pro laude accipitur, vt frequenter in psalmis. Et in euangelio: Confiteor tibi pater domine cœli & terræ. i. gratias ago tibi, siue glorifico. [Et concepit Bala & peperit filium. Dixitque Rachel: Iudicauit me dominus, & dedit mihi filium. Propterea vocauit nomen eius Dan.] Causam nominis expressit, vt ab eo quoque iudicasset se dominus, filio ancillæ iudicii nomē imponeret. Dā quippe interpretatur iudiciū. [Rursumque Bala concipiens peperit alterum. Pro quo ait Rachel: Comparauit me dominus cum sorore mea, & inualui. Vocauitque nomen eius Nephthalim.] Quod interpretatur dilatio. Et peperit Zelpha ancilla Lyæ filium. [Et dixit Lyæ: Felicitet. Et vocauit nomen eius Gad.] Gad enim euentus siue procinctus interpretatur. A bono enim euentu, siue felicitatis suæ procinctu, tale filio ancillæ suę nomen imposuit. [Peperitque Zelpha alterum. Dixitque Lyæ: Hoc pro beatitudine mea. Beata quippe me dicent mulieres.] Et ab eo quod beata dicitur ab hominibus, filium suum beatum vocauit. Afer enim beatus dicitur, duntaxat in presenti loco. Nam in aliis secundum ambiguitatem verbū, possunt & diuitiæ sic vocari. [Exaudiuit deus preces Lyæ, concepitque, & peperit filium quintum, & ait: Dedit mihi deus mercedem, quia dedi ancillam meam viro meo. Et vocauit nomen eius Isachar.] Etymologia nominis huius ab eo sumpta est, quod ait: dedit deus mercedem meam. Isachar enim interpretatur merces. Is quippe dicitur est, sacher merces. Hoc autem ideo, quia Mandragoris filii sui Ruben introitum, qui Racheli debebatur, ad se viri emerat. [Rursum Lyæ concipiens, sextum peperit filium, & ait: Dirauit me deus dote bona. Dotis enim indigebat pro cōmendatione sua, quæ non expetita, insuper & indotata viro clā tradita fuerat. Interpretatur autem Zabulon habitaculum fortitudinis, ex eo videlicet sumpto vocabulo, quod ait: habitabit mecum vir meus, quia peperi ei sex filios. Et est sensus: Propterea iam secura sum, nec futurum mihi diuortium timeo, siue repudium. [Quia sex filios genui Iacob. Et post hæc peperit filiam, & vocauit nomen eius Dinam.] Hæc transfertur in causam. Iurgii enim in Sichimis causa extitit. Post filios & parentum ponenda sunt nomina, Lyæ interpretatur laboras, Rachel ouis, cuius filius Ioseph, ab eo quod sibi mater alium addi optauerat, vocatur augmentum.

De Ruben primogenito, & quod primogenita sua reputata sint Ioseph.

CAPVT XXXIII.

**R**uben itaque primogenitus fuit. Sed cum violasset thorum patris sui, primogenita eius Ioseph (vt in Paralipomenō legitur) data sunt, & non est reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt, primogenita autè reputata sunt Ioseph. Nō ergo quod odiosa fuerit Lyæ, dilecta autè Rachel, idcirco primogenita data sunt Ioseph: sed quia culpa sua perdidit is cuius erāt: deinde, cui voluit dedit pater illa. Nã pro eiusmodi causa, talem fieri transpositionem & lex verat: Si habuerit homo (inquit) uxores duas, vnam dilectā & alteram odiosam genueritque ex ea liberos, & fuerit filius odiosæ progenitus, volueritque substantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odiosæ, sed filium odiosæ agnoscat primogenitū, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. Iste etenim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. Igitur primogenita

1. Tim. 2.

Matt. 23.

Matt. 11. C A P. XXX.

Gen. 34.

Cur à Ruben ablati sunt primogenita. Deute. 21.

tunc iure transposita, quādo Ruben perdidit, Ioseph dupliciā patre dante accepit, videlicet vbi dixit. En ego morior, & erit dominus vobiscum, reducetq; vos in terram patrum vestrorum: da hocq; tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo, Sacerdotium verò, quod & ipsum eatenus primogenitorum fuisse Hebræi tradunt, datum est Leui. Ita primogenita quæ vnus perdidit, tripartita diuisa sunt, vt Iudas principatum, Ioseph dupliciā, Leui acciperet sacerdotium. Porro cur in Apocalypsi Iudas primus ponatur, & deinceps nullus generationis huius ordo seruetur, alia ratio est, quæ ad præsentem locum non pertinet.

**A** *Que sint spiritualiter in Christo coniuges libera, & que ancilla. Cap. xxxiiij.*  
Vres nimium pudicas præfens lectio diuerberat, nimium fatigatur audire æmulationes quæ tuor mulierum de vno viro concertantium. Sed habeat cum simplicitate sua prudentiā, sciantque, totum quicquid est dictum vel factum, redolere magnum liberorum desiderium, tan- taq; instantia properet animę prudentes, spirituale de Christo viro suo semē concipere vel parere, quāta illas audire virtutem præcipere, quāto audire gaudium filios suos in partu suscipere. **Canti. 6** Nā huius Christi nostri, vnus viri, sunt coniuges libera, sunt & concubina ancilla. Sexaginta (inquit) sunt regina, & octoginta sunt concubina. Quæcunq; est regina siue libera, vero amoris ingemiscit & parturit: verbi gratia, cum dicit: Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sed nō eo contenta sit. Tanta beati seminis multiplicandi audire dilataretur, vt ancillas quoq; viro huic permittat, & dicat, Quid enim dū omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur: Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Fieri nāq; potest, quia sepe factum est, vt quæ ancilla vel concubina concepit, eum super genua libera pariat, id est, vt is qui per annunciationē inuidentis verbum audiuit, consiteatur & teneat in catholica matre ecclesia veræ & vnica perfectionē fidei, & ita nihil differat à legitimis filiis in acceptione paternæ hereditatis. Nunquid enim, quando eiecit dominus gentes à facie filiorū Israel, & sorte diuisit eis terrā in funiculo distributionis, Gad & Aser, & Dan, & Neptalim, aliquid minus vel tardius acceperunt, pro eo quod essent ex concubinis siue ancillis: Itaque & in huiusmodi asperitate quidē exterioris paleæ simplicium sensus offenditur: sed interiore grano perfectiores, quorum est solus dū cibis, non minime delectantur.

*Quod Ioseph nato, dixerit socero suo: Dimitte me, vt reuertar.*

CAPVT XXXV.

**N**ATO autē Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriā & ad terrā meā. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abea. Tu nosti seruitutē quā seruiui tibi. Sic promissum est: nato autē Ioseph, vt proculdubio subintelligas, quia nondū nato illo hæc dicere Iacob renuissit. Si enim etiā tunc timuit, ne auferret filias suas, & idcirco clam illo profectus est, sicut ait, q; inscio te profectus sum, timui, ne violēt auferres filias tuas, quāto magis Rachel quam amabat, auferri sibi timere poterat, si proficisci veller, cum adhuc nullū in ea filiū sibi suscepisset: Ergo quia per nauitatem Ioseph velle vxoris confirmatū sibi esse credidit, restē nato Ioseph ista dixit: Vel hæc dicta eius relatura nato Ioseph, scriptura præmisit, simulq; ad exaggerandum ius suæ dimissionis, vt dimitteretur exire cum vxoribus suis: Tu (inquit) nosti seruitutem qua seruiui tibi. Sed nec illud prætereundū, quod ait: vt reuertar in terram & ad patriā meam, peregrinationem patrum suorū, patriam terrāq; suam vocās propter deū: & contrariō, terram patrum suorum peregrinationem suā vocans, cum dicit: apud Laban peregrinatus sum.

*Quid sit spiritualiter, quod Iacob virgas ex parte decorticauerit: conceptusq; tempore in conspectu omnium posuerit. Cap. XXXVI.*

**E**T ait Laban: Inueniā gratiam in conspectu tuo. Experimento didici, q; benedixit mihi deus propter te. Constitue mercedē tuam, quā dem tibi. At ille respondit: Tu nosti quomodo seruiui tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti anteq; venire ad te, & nunc diues factus es: Benedixitq; tibi dominus ad introitū meum. Iustū est igitur, vt prouideā aliquando etiā domui meæ. In præsentī lectione habemus, quia tollēs Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus in his que spoliata fuerant, candor apparuit: illa verò quæ integra erant, viridia permanserunt. Quid est virgas virides amygdalinas, atq; ex platanis, ante ora gregum ponere, nisi per scripturā sacrę feriem antiquorum patrum viras atq; lententias in exemplum populis præbere? In quibus dū plerunq; intellectum literæ fugimus, quasi corticē subtrahimus, & dum plerunq; intellectū literę sequimur, quasi corticē referuamus. In primis igitur & præsentē locum hac similitudine considerandū suscipiamus. Est enim hæc vita patris nostri Iacob virga iure nomināda, quia videlicet iuxta rationis examē recta est. Proinde ex parte detractō cortice literę, in eo qd spoliatus est interim allegoriæ cādor appareat: & ex parte cortice seruato, res sicut gesta est in exemplū trahenda permaneat. Quomodo: Videlicet vt nunq; in euangelio Christi carnaliter, exēplo huius patriarchæ nostri Iacob, licito quadruplicanda coniugia prædicemus. Imo etiā vno, quod solū licitum est abstinere

abstinere cōsulamus. Vetera enim huiusmodi transierūt, & ecce facta sunt omnia noua. Post legē 2. Cor. 3. datā nō valuit hoc exemplū ad duas sorores in coniugiū vnus viri ducēdas, quāto minus valere debet post legē sub euāgelicæ gratiæ præfentia: Fuit nūc tēpus feminādi vel lapides spargendi, nūc autē merendi, & lapides colligēdi tēpus est. Igitur in huiusmodi detractō literæ cortice, intus quærat̄ cādor allegoriæ, vt superius sã dictū est. Porro quod deinceps ait Iacob, iustū est igitur, vt prouideā aliquādo etiā domui meæ, scilicet cōgruæ mercedis exactiōne: sic in euāgelio Christi pro exēplo haberi debet, vt nullatenus amoueā exterior cortex literæ, sed res vt gesta est, sic habeatur pro lege, consonāte auctoritate euāgelicā, qua dictū est, dignus est operarius mercede sua. Luca. 10. De eo quod dixit Laban: Experimento didici, quod benedixit mihi deus propter te.

CAPVT XXXVII.

**D**ICAMUS ergo huic mūdo, cuius typū Laban tenere supra diximus, quoniam ipse fatetur & dicit: Experimento didici, quod benedixit mihi deus propter te, dicamus inquit, illi in persona capitis nostri Christi, propter quē illū dñs benedixit. Tu nosti quomodo seruiui tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua. Modicum habuisti anteq; venire, & nūc diues effectus es, benedixitq; tibi dominus ad introitū meum. Quid enim habebat hic mundus anteq; Christus veniret: Quid nisi modicum legalis sciētīę, quam & pauci nouerāt, modicumq; carnaliū ceremoniarū, quarū ritu vmbatico per pauci vniū deū vt cunq; colebāt. At nūc diues (inquit Christus) effectus es, benedixitq; tibi deus ad introitū meū. Verē diues effectus est mūdus vniuersus præclara nimis veri dei notitia, benedixitq; illi deus ad introitū Christi filii sui omni benedictione spirituali, qua & in primis illi omnia peccata condonauit: licet pleriq; retrorsum abeat, & cōuertantur post Saram: & deinde multiplicia dona cōtulit spiritus sancti. Iustū igitur est (inquit) vt aliquando prouideam etiā domui meæ. Quoniam domus Christi est, nisi illa domesticā eius familia, quæ altario deseruit, & de sacramētis spiritualibus rationales plebiū greges pascit. Hic est ordo apostolicus, sacerdotaliq; ac leuiticus, qui prius gratis seruiuit, annuncias euāgelii regni dei, nō solum gratis, sed etiā periculose, recipiendo scilicet mala pro bonis: donec Lya pariter & Rachel Christo cōiungantur, id est, vtriusq; actū scilicet & cōtemplatiūq; vitę varietates per orbē terrarū in ordinibus suis multiplicarentur. Tandem ad ipsū Laban, id est, ad ipsos mundi reges, imperatores, ceterosq; principes ac lummos hominum abundantia gratiæ peruēnit. Iustū igitur fuit, Christum aliquando prouidere domui suæ, id est, de regum palatiis, de principum thesauris ac prædiis, suas ecclesias dicare, vt esset vnde haberet sufficientiam in sumptus necessarios altario seruientium, in vsus pauperum ac peregrinorum, in restauraciones ecclesiarum vel cimeteriorum.

*Iacob an in hoc iustitia sua sibi responderit, cum stropham commentatus sit nouam, dum aduersus naturā albi & nigri pecoris, arte pugnavit. CAP. XXXVIII.*

**D**IXITq; Laban: Quid dabo tibi? At ille ait: Nihil volo. Sed si feceris quod postulo, iterū pascā & custodiā pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & separa omnes varias oues, & spatio vellere, & quodcunq; fuluū, rufum, & maculorum fuerit, tam in ouibus, quā in capris, erit merces mea. Respondebitq; mihi cras iustitia mea, quando placiti tēpus aduenit corā te. & reliqua. Hic iam querit, vtrū verē in hoc illi iustitia sua responderit, vel quomodo secundū actū eius, iustitia illius dici vel esse potuit. Quid enim ille egit? Nōne strophā nouā cōmentatus est, & cōtra naturā albi & nigri pecoris, naturali arte pugnavit? Tollēs enim virgas populeas, & amygdalinas, atq; ex platanis, & ex parte decorticās, variū virgarū fecit colorē, vt vbi unq; in virga corticē reliquisset, antiquus permaneret color: vbi verò tulisset corticē, color cādidus permaneret in. p̄ nitore paderet. Obseruabatq; & tēpore quo ascendebāt pecora, & post calorē diei ad potandū auida pergebāt, discolorēs virgas ponebat in canalibus, admissisq; arietibus & hircis, in ipsa potēdi auiditate oues, capras, faciebat ascendē, vt ex duplici desiderio, dū auidē bibūt, & ascendunt à maribus, tales factus conciperēt, quales vmbas arietū & hircorū desuper ascendentiū, in aquarū speculo cōtemplabant. Ex virgis enim in canalibus positis, varius erat etiā imaginū color. Nec mirū hāc in cōceptu foeminarū esse naturā, vt quales perspexerint siue mēte cōceperint, in extremo voluptatis estu quo cōcipiunt, talē sobolē procreēt: cum hoc ipsū etiā in equarū gregibus apud Hispanos dicat fieri. Et Quintilianus in ea cōtrouersia, in qua accusabatur mariona, quod Æthiopē peperit, pro defensione illius argumētetur, hāc conceptū esse naturā, quā supra diximus. Hoc ergo querit, vtrū rectē ab hoc in tali factō iustitię respōsum speret, in quo dolus vel impostura manifestē conuincit.

*Questio de iustitia Iacob.*

*Item de eadem re, & quomodo in arte illa excusabilis sit. CAP. XXXIX.*

**A**D hæc dicimus, quia & ante hanc strophā iam dudum Iacob contra Laban causam iustitię habebat, et si tempus sibi placiti corā illo cū legitima defensione daretur, substantiam illius iure tollere debebat. Ille nanq; vnā postulatū filiā in cōiugiū, & pro vna seruitū suscipiētī, alteram quoq; peregrino & aduenæ per fraudē imposuerat, illā videlicet, cuius nuptias, quia despiciabilis erat, difficiles sibi fore sciebat. Nec enim sine magna dore quis illam strēnuus acciperet, quam facies, quæ multū valet experibile in huiusmodi non fecerat. Si (inquā) tempus sibi placiti daretur, P. iiii Laban

Laban pro hoc in ius vocare habebat, quia filias suas alendas, illi sine dote imposuerat, insuper & pro ea quam inrogatus extruderat, seruitium septem annorum extorserat. At ille peregrinus erat & aduena, idcirco violentum & fortiozem indigenam in ius vocare non poterat. Arte igitur necessario, pro filia contra patrem visus est, vt ad filiam, cui competebat bona patris, aliqua deuenirent. Et de hoc illi in omni tempore placiti, iustitiæ responsum præsto est. [Igitur quando primo tempore ascendebat oues, ponebat iacob virgas in canalibus aquarum, ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent. Quando vero serotina admissura erat, non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, iacob.] Et in hoc euidentissimæ respectus iustitiæ est. De primi nanque temporis nuptiis (sicut iam dictum est) ex parte Laban iniustitiæ causa suberat: pro serotinis autem nuptiis Rachel nihil querelæ habebat, nihil dotis iure repetere poterat. Iustè itaque omnia temperauit, vt & ipse fructum laboris sui acciperet, & Laban non penitus spoliaretur.

De eo quod dictum est, Ditatusque est homo ultra modum, & quid mysticè significet.

CAPVT XL.

Ditatusque est homo ultra modum, & habuit greges multos, ancillas, & seruos, camelos & asinos. Hic insigniter homo dictus est, vbi qui tenuis venerat, dicitur, quia ultra modum ditatus est. Quod si in isto insigne & admiratione dignum est, quanto magis in homine illo, cuius hic typus est: Etenim ille verè ac singulariter homo, quia deus & homo, qui pauper fuerat: nam cum diues esset (inquit Apostolus) pro nobis pauper factus est: & ecce ditatus est, non solum in se ipso, vbi gloria & honore coronatus, & super opera manuum patris constitutus est: verum etiam in præfenti domo sua, id est, ecclesia, vbi illa supradictis eius ministris, iam dudum seruatur dignitas, quam illis auctoritas Euangelica iustè vendicat, dicendo: Dignus est operarius mercede sua. Adæquata est enim plerisque in locis, domus Christi regum palatium, habetque corporaliter greges multos, ancillas, & seruos, camelos & asinos, tanta copia vt non solum spiritualia, sed etiam carnalia indigentibus, abundè porrigere sufficiat. Non quod in his gloriemur, nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, sed quod gratiarum actionis causa nobis esse debeat, quod religionem teneamus in abundantia, quam ille pater noster Christus acquisiuit inopia, & mendicitate sua. De omnibus respondebit illi iustitia sua: cras, id est, in futuro iudicio, quando placiti tempus erit. Quid respondebit? Videlicet quod respondendum significauit Apostolus cū diceret, Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnū est, si vestra carnalia metamus: Nonne hic, cæterique apostoli vel apostolici viri cum possent vel scirent Rachelis amplexibus frui, id est, contemplatiuæ vitæ dulcedine pasci, ad Lyam id est, ad actiuam vitam, propter hunc miserum mundum declinauerunt? Nonne qui cælum mente inhabitare, & volebant, & poterant ex gratia dei, ad usque disponenda coniugia descenderunt. Verbi gratia, dicendo: Vir uxori debitum reddat, & vxor viro: Nempe hinc est illa cuiusque raliū querela. Exui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Iure igitur qui in nobis loquitur Christus, virgas partim decorticans, partim in eis corticem linquens, in canalibus ponat, in conspectu ouium, vt varios in earum contemplatione foetus concipiant: & sic substantiam Laban auferat vnde ditescat, id est, partim allegoricam, partim historicam de scripturis proferendo doctrinam, suos animet auditores ad hoc, vt ministris altaris bona cum hilaritate ingerant, quia videlicet nemo est qui pascat gregem, & de lacte eius non comedat: qui plantet vineam, & de fructu eius comedere non debeat: licet inuideant filii huius seculi, quemadmodum & illi filii Laban, de quibus protinus subditur.

1. Cor. 8.

Psal. 5.

Luc. 10.

1. Cor. 1.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7. Canti. 5.

1. Cor. 9.

Quod vile fuerit iacob, verba filiorum Laban audisse, quodque uxores suas pater quasi alienas reputarit, & vendidit, quod hæc carnalia in typum acciderint spiritualium.

CAP. XLII.

Postquam autem audiuit verba filiorum Laban, dicentium: Tulit iacob omnia quæ fuerant patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se sicut heri & nudius tertius, maxime dicente sibi domino, reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam. Hæc verba filiorum Laban, iacob in bonum cooperata sunt, & illa vultus eius austeritas, de qua vocatis ad se Rachel & Lyam dixit: [Video faciem patris vestri, quod non sit erga me, sicut heri & nudius tertius.] Bonum quippe illi erat, audire vocem domini dei, dicentis: Reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum, & imitatore esse perpetuum obedientiæ & peregrinationis, vt hæres quoque in æternum existeret benedictionis Abraham, aui sui, & Isaac patris sui, quibus non parua cura fuit nunquam reuerti illuc, vnde vt exirent præceperat illis deus. Vnde est illud. Caue ne filium, meum reducas illuc. Ac deinceps: Filium tantum meum ne reducas illuc. Igitur & hæc quæ prædicta sunt, & ea quæ postmodum ad Rachelem & Lyam loquitur, sed pater vester circumuenit me, & mutauit mercedem meam decem vicibus, & cætera, in illud bonum sancto viro

Gen. 24.

viro cooperantur, vt quo vocabat deus, illuc ipsa aduersitate impellente, citius insequeretur. Nilominus & ipsis coniugibus in idipsum bonum cooperata est inclementia patris non amabilis, de qua protinus conqueruntur, & dicunt. [Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit, & vendidit, comeditque precium nostrum?] Hoc vento aduerso nauigium feliciter impellente, vltro portum aspiciunt, & dicunt. [Sed deus tulit opes patris nostri, & nobis eas tradidit, ac filii nostri. Vnde omnia quæ præcepit tibi dominus, fac.] Hæc, inquam, illis quoque cooperata sunt in bonum suum, vt citius talem sequerentur virum, & cum patribus tantum meriti, promissiones acciperent eorumdem patrum, essentque in exemplum spiritualium ad instructionem animarum, qualium quilibet in psalmo dicentem audiimus spiritum sanctum, siue patrem Christi deum: Audifilia & vide, & inclina aurem tuam, obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum. Nam sicut illas coniuges iacob aduersa hæc impulerunt, vt illum relinquerent patrem, qui filiarum comedisset precium, & talem sequerentur virum: sic & aduersa mundi plerumque dilectam deo iuuant animam, vt anhelantius tendat ad deum. Vnde & illi per prophetam dicit deus: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos, & quæret eos, & non inueniet, & dicit: Vadam & reuertar ad virum meum priorè, quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc. Ipse iacob antequam eiusmodi spinis offensus fuisset, cum adhuc molliter exciperetur, dicente Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo, experimèto didici, quod benedixit mihi deus propter te, &c. tardauit reuerti, & dixit: Si feceris quod postulo, iterum pascam & custodiam pecora tua. Nunc autè vbi læsus fuit, surrexit itaque iacob, (ait scriptura) & impositis liberis & coniugibus suis super camelos, abiit pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan. Ita & in cæteris planum est, veram esse sententiam Apostoli dicentis: Scimus quoniam diligentes deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Sanè in eo, quod dicit iacob: Leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super foeminas varios & maculosos, & diuerforum colorum, dixitque angelus domini ad me: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super foeminas, varios, resperfos, & maculosos, vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban: manifestat quod stropham illam, quam de virgibus exercuit, cœlesti auctoritate egerit, quia videlicet pro causa superius dicta, iustum erat vt tolleretur deus substantiam Laban, & daret illi.

Psal. 44.

Osee. 2.

Rom. 8.

Quod Rachel patris sui idola furata fuerit.

CAP XLII.

Et tempore Laban ierat ad tondendas oues, & Rachel furata est idola patris sui. Et si non aliunde saltè ex hoc satis aduertere potuerat iacob, quod non esset facies Laban erga se, sicut heri & nudius tertius, quia quod apud antiquos magne frequentia amicorum, & festiue erat lætitiæ, scilicet tondere oues absque ipso qui custos gregum erat, ille agebat. Nā illo relicto, & omnibus qui ad eum pertinebant, tã coniugibus, q̄ filiis, ierat ad tondendas oues suas. Bene ergo discessus eius, fuga dicitur, cū protinus subdit. Noluitque iacob indicare locero suo, quod fugeret. Et Rachel, inquit, furata est idola patris sui. Hoc loco primum scripturæ auctoritas, idolorum nomē vel cultum præsentat. Rectè ergo in illa euangelica lectione, qua legitur mulier à duodenni fluxu sanguinis sanata, & puella duodennis resuscitata, illud diuinum à patribus animaduertum est, quia quando mulier sanata est, tunc puella mortua est, sicut quando mulier coepit infirmari, tunc illa puella nata est, in typum videlicet gentilitatis & synagogæ: quia quādo gētes in idololatria fluere coeperunt, tunc in istis patribus Abraham, Isaac, & iacob, synagoga nata est, & quādo gentilitas per fidē Christi sanata, tunc synagoga præ inuidia, & infidelitate mortua est. Porro Rachel, quæ idola furata est, claret quia perfectæ fidei nondum erat. Sed anteq̄ obiret, opportunè nimis ad iacob dictū est: Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mudamini ac mutare vestimēta vestra. Dederūt ergo ei. At ille infodit eos subter therebintum. Nec multo post scriptū est: Mortua est autè Rachel, & sepulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem. Non ergo paruo bono suo virum fidelē sortita vel secuta est, cuius fide saluata est. Sanctificata est quippe mulier infidelis, per virum fidelē. Et proinde rectè & rationaliter ab Apostolo dictū est: Si quis frater habet uxore infidelē, & hæc consentit habitare cum eo, non dimittat eam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Et post pauca: Vnde enim scis mulier, si virum saluū facies? Aut vnde scis vir, si mulierē saluā facies? Porro vbi nunc idola legimus, in Hebræo thesaurum scriptū est, quod transferatur in figuras vel imagines. Hoc autè ideo, vt iociamus quid in Iudicum libro thesaurum sonet.

Matt. 9. Marc. 5. Luc. 8.

Gen. 35.

1. Cor. 7.

Iudi. 13.

Quomodo iniquus in somnis viderit corripientem se deum: ne asperè quicquam contra iacob loqueretur.

CAPVT XLIII.

Quomodo iniquus in somnis viderit corripientem se deum: ne asperè quicquam contra iacob loqueretur. Cumque abisset tam ipse quam omnia quæ iuris sui erant, & amne transmissio pergeret contra montem Galaad, nunciatus est Laban quod fugeret iacob. Quia assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem, & comprehendit eum in monte Galaad. Non quod eo tempore Galaad mons diceretur



Nunc. 3.

Quomodo Laban vidit deum.

Gene. 26. Gene. 22. 29. Psal. 104.

diceretur, sed per anticipationem illo vocatur nomine, quo postea nuncupatus est. Est autem ad tergium Phoenicis & Arabiae, collibus Libani copulatus, extenditurque per desertum usque ad eum locum, ubi trans Iordanem habitavit quondam Seon rex Amorrhæorum. Cecidit supradictus mons in fortiores Ruben, & Gad, & dimidit tribus Manasse. [Viditque in somnis sibi dicentem deum: Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob.] Non audiuit hic deum vocantem se ex nomine, ut vocare solitus erat Iacob: nec enim eius erat meriti, propter quod nosset eum deus ex nomine, sed tantummodo vidit, scilicet iratum, comminantem, & dicentem: Caue. Nepe & hoc ipsum quod vidit, non propter se, sed propter alium vidit, ut sciret ille, quantam sui curam gereret deus, propter quem indigno apparere, vel ab indigno videri dignaretur. Sic & propter Isaac Abimelech corripuit: & propter Abraham Pharaonem flagellavit, iuxta Psal. dicentem, non reliquit hominem, subauditur Laban, nocere eis: & corripuit pro eis reges, subauditur Pharaonem & Abimelech. [Et dixit ad Iacob: Quare ira egisti, ut clam me abigeres filias meas, quasi captivas gladio? Cur me ignorante fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequer te cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis, &c.] Hæc dicens cavet quidem iuxta comminationem dei, ne loqueretur quicquam durius contra Iacob, sed ipsam cautelam suam mendacio infatuavit, ita ut manifestè ex ore suo, redarguendus sit. Si enim hæc illum cura tangebatur, quod non fuisset passus Iacob, ut prosequeretur se cum gaudio, & canticis, & tympanis, & citharis, quare illi (sicut ipse fatetur) corripuit deus; ne durius quicquam loqueretur: Rectius ergo sibi cavisset, si verum confitens, deo & bene merito clienti, dignam satisfactionem citius obtulisset.

*Quod quamvis propheta esset Iacob, ignorabat tamen quod Rachel furata esset idola.*

CAPVT XLIII.

Gene. 25.

Psal. 104.

Vide su. eo. lib. cap. 16.

3. Mach. 12.

**S**tultè (inquit) operatus es. Et si ad tuos ire cupiebas, & desiderio tibi erat domus patris tui, cur furatus es deos meos. Hic loquendi tempus erat viro sapienti, qui utique non solum in hoc, verum etiam & in ceteris erat sapiens, licet eum simplicem scripturam superius appellavit, dicendo: Iacob autem simplex habitavit in tabernaculis. Simpliciter namque columbe, prudentiam serpentis sociaverat, & de utroque vnam sibi sapientiam formauerat, quippe qui eluso Laban dices reuertebatur, patrocinante sibi iustitia. Igitur cum stultitiæ coargueretur ab illo, dicit: Stultè operatus es, adhuc patienter siluit: ubi autem ab eodem interrogatus est, cur furatus es deos meos, sic ad interrogata dedit responsum, ut prius stultitiæ pelleret elogium. Ait enim: [Quod inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas: Quod autem furti me arguis, apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris.] Tanquam diceret: Quod inscio te profectus sum, non solum iniustitiæ non est argumentum, verum etiam stultitiæ repugnans sapientiæ vel rationis effectum. Stultus namque is iure dicendus est, qui eum vnde malum sentit sibi imminere, non cauet: Ego autem mihi cauendum à te, non dubius sciebam, quippe cum tu immutaueris mercedem meam decem vicibus. Si igitur non mihi cavisset, ut inscio te profectus es, celesti me ipsum tutelam committens, & credens custodiæ quam mihi pollicitus est: tunc potius ergo stultus damnis meis arguentibus inuenirer. Porro de eo quod me furti arguis, cedo: nunc ius esto. Apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Fratres hic appellat filios suos; quamvis intelligere liceat aliquos cum Laban venisse propinquos, quales iure fratres appellaret more vsitato. [Hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola.] Igitur propheta quidem Iacob, & propheta Isaac, sicut in psalmo, ubi dictum est: Nolite tangere christos meos, statim subiungitur: & in prophetis meis nolite malignari: sed neque hic, qui domesticum furtum ignoravit, neque ille qui in benedicendo filio falli poterat, neque quisquam hominum vnamquam omnia sciuit, vel semper subiectum prophetiæ spiritum habuit, præter eum, qui homo cum sit, deus etiam est, & omnia scit, cum sit ipsa sapientia dei. Non ergo parum in verbo contra semetipsum offendit, qui tam cito protulit sententiam, non tamen iniustam. Etenim si morte dignus est, qui idola colit, quanto magis qui pro amore idololatriæ furtum facit? Imò si iustè aliqui Iudæorum, sicut in libro Machabæorum legitur, idcirco corruerunt, quia sub tunicis suis habebant de donariis idolorum, quanto magis iustè necari debuerat, qui ipsa furatus esset idola? Sed pepercit deus Iacob, ut lateret furtum sua providentia, simulque eius quæ furtum fecerat astutia. [Illa namque festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper. Scrutantibus omne tentorium, & nihil inuenienti, ait: Ne irascatur dominus meus, quod coram eo assurgere nequeo, quia iuxta consuetudinem foeminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo querentis est:] videlicet dum & afflictæ leuiter credit excusationi, & foemineis ægrecit approximare immunditiis.

*Quam sit dictum propriè, tumens Iacob cum iurgio præteritam commemorando seruitutem.*

CAP. XLV.

**T**umensque Iacob cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem suppellectilem meam? Mira hic proprietate dictum est: tumensque

tumensque Iacob cum iurgio. Tumor namque vel iurgium seruilis motus est, neque hoc quicquam de liberi vel ingenui hominis ira rectè dixerit, aut propriè. At verò Iacob in hac utique causa liber non erat. Quamvis enim nesciret, penes ipsum tamen causa seruilis, id est, culpa furtumque erat, & nunc tanquam iurgio dicit, [Quid inuenisti de cuncta substantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me & te.] Quam enim tumida & iurgiola ironia est, qua protinus subiungit: [Idcirco viginti annos fui tecum, oves tuæ & capræ steriles non fuerunt.] Idcirco, inquit, ut tu exardesceres post me, & scrutareris omnem suppellectilem meam, quæ magna indignitas est. Idcirco, inquam, id est, huius vicissitudinis spe, viginti annis fui tecum, tanta fide, tanta veritate, cum domini benedictione, quæ mecum (ut tu quoque confessus es) ad te ingressa est, quanta ex his quæ iam dico comprobari potest. Oves tuæ & capræ steriles non fuerunt, subauditur, nec ego subtrahis foetibus steriles annos fuisse caulatus sum. [Arietes gregis tui non comedi.] Quod videlicet facere solent mercenarii, & qui pastores non sunt: quique non greges, sed semetipsos pascunt. [Nec captum à bestia ostendi tibi.] Videlicet in excusationem mei, ut non cogerer numerum reddere tibi. [Ego damnatum omne reddebam, quicquid furto peribat, à me exigebas.] Quanquam esset excusabilis causa. [Diu noctuque estu vrebatur, & gelu.] Vtpote in terra ubi secundum naturam coeli grauis æstus per diem, graue nihilominus gelu per noctem. Hæc & cætera fidelitatis opera commemorans, tandem fortissimum iustitiæ suæ inuehit argumentum. Præmissio namque. [Afflictionem meam, & laborum manuum mearum respexit deus.] Protinus adiungit: [Et arguit te heri.] Certum namque est præconium iustitiæ, deum testem aut defensorem habere: proinde Laban continuo victoriæ palmam iusto concedens aliud ingreditur. Filiaem meam, inquit, & filii, & greges tui, & omnia quæ cernis mea sunt. Quid possum facere filiis & nepotibus meis: Veni ergo, ut ineamus foedus.

*Quid spiritualiter velit, quod Laban Iacob persecutus est, & quod Rachel dixit: Secundum consuetudinem foeminarum accidit mihi.* CAP. XLVI.

**E**t ecce usque hodie, Christum vel Christi alumnos, mundum fugientes, id est, nihil in hoc mundo possidere cupientes, insequitur mundus, dum eos semper quidem malis exemplis, non nunquam etiam visibimet conformare nititur. Usque hodie, inquam, sic fugientes insequitur mundus, & usque hodie Rachel insectatoris sui mundi idola furatur. Quoties enim hi qui habitu vel ordine religionis contemplatiuam pollicentur vitam, ad auaritiam (quæ est simulachrorum seruitus) alpicunt, ira ut nonnunquam de rebus ecclesiasticis fraudem faciant, siue (quod & plerumque fit) spiritualia dei dona tribuant pro pecunia, Rachel veteris patris sui furatur idola. Porro quid contemptibilis, quid abiectius, quam quod abscondit ea subter stramenta cameli, & sedit desuper, simulans quod secundum consuetudinem foeminarum sibi acciderit? Seruatur quippe Laban tentorium Rachelis, si forte sua illic idola inueniat, quando seculares homines, illa simulachrorum seruitutem, quam sibi solam esse licitam putant, id est, eiusmodi auaritiam in moribus religiosorum furtum subesse denotant, vulgo iam sciunt, quia videntes & ementes Iesus de templo suo iratus & rigidus cum flagello eiciat. At illi occasione quamlibet præterdunt, quæ rationabilis quidem esse videatur, rationis tamen veritate careat, quemadmodum camelus mundiciæ quippiam habere videtur, quia ruminat, sed verè mundum non est animal, quia non findit vngulam. Et illa quidem fortassis mentira est, dicendo, quia secundum consuetudinem foeminarum nunc accidit mihi: sed reuera de anima cuiuscumque talium qui de prædicta simulachrorum seruitute furtum faciunt, rectè propheta dicit: Omnes qui quaerunt eam, non deficient, in mensuris suis inuenient eam. Interea tamen deus propter eos qui Christi sunt, quique in sancta ecclesia eius usque ad finem seculi non deerunt, iugiter arguit mundum, cuius redargutiones secularium corda paulatim euincunt. Cum, inquit Christus, venerit paracletus spiritus veritatis, ille arguet mundum. Ait ergo redargutus à deo: Veni ut ineamus foedus. Verba foederis hæc sunt. Intueatur deus & iudicet super nos, quando recesserimus à nobis. Si afflixeris filias meas, & si introduxeris uxores alias super eas, nullus sermonis nostri testis est absque deo, qui præfens respicit. Hæc cum diceret, maxime pro Lya sollicitus erat, quam inexpectatam, indotatam, vultu despiciabilem nescienti clanculo immiserat. Illam namque non repugnante iustitia, penè ut concubinam repudiare poterat, quippe cui fidem maritalem non dederat, neque coram testibus vel amicis Laban nuptias eius celebrauerat, antequam ad illam ex more ingressus fuisset. At ille non solum non repudiare intenderat, verum etiam pro iure eius (ut prædictum est) arte vsus, effecerat, ut non abiret indotata, scilicet ubi virgas varias in canalibus positas coram ouibus, mutata est conceptuum natura.

*Quid significet, quod Iacob & Laban in confederationem sui tumulum testimonij fecerunt: & super eos ederunt.* CAPVT XLVII.

**T**vlit itaque Iacob lapidem & erexit in titulum, dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum. Hic planè sciuit Iacob votum suum fuisse

Eph. 2.

Matth. 23. Iohel. 2.

Hier. 2.

Iohan. 16.

Gene. 28.

fuisse

fuisse acceptum, quod vouerat in Bethel, sensitq; dominū fuisse secum, & custodisse se in via per quam ambulauerat, & dedisse sibi panem ad vescendum, & vestimentū ad induendum, seq; reuertī prosperē in domū patris sui, quia sedatus est Laban. Itaq; & hic tulit lapidē, & hic erexit in titulum, feceruntq; tumulum: Vtrobicq; mysteriū penē idē est. Nam & illic lapis erectus in titulum, vocandus domus dei Christum significat, qui est caput corporis ecclesiae, quae est domus dei, & hic lapis primus in acruo testimonii Christum eundem designat principē martyrum, id est, testium dei. Quid enim est, Laban & Iacob in confederationem sui, lapidē erigere in titulum, lapidēq; congerere in acruū testimonii, & desuper comedere pro pactōne postulati foederis? Quid, inquam, nisi quod penē iugiter cernimus, post diutinos tumores saeuāque iurgia seculares potentias ecclesiae vel sacerdotibus conciliari respectu martyrum, & Christi domini ac regis eorum? Nempe post inimicitias super acruum testimonii pariter comedere, id est, post quaslibet iniustitias in basilicis martyrum satisfactione data vel accepta, deinde ob confirmationē pacis corpus & sanguinem Christi pariter manducare & bibere. Bene ergo dictum est, quia [iurauit Iacob per timorem,] id est, per deum, [patris sui Isaac.] Deus enim a timore nuncupatur, quod Graecē theos dicitur. Quid iurauit? Videlicet quod malum contra Laban nullum cogitaret, neq; ad illū mali intentione transiret praesentis acruū testimonio commonitus. Bene. Etenim quorquos sacerdotes vel ministri Christi sumus, post reconciliationē altaris aduersariis nostris indultam, nullam de praeteritis molestiis coram communi iudice deo querelam depromere habemus. [Quem vocauit, inquit, Laban tumulus testis, & Iacob acruus testimonii, vnusquisq; iuxta proprietatē linguae suae.] Acruus lingua Hebraea Gal dicitur, Ad verò testimonium. Rursum lingua Syria acruus Igar appellatur, Seduth testimonii, Iacob acruū testimonii Galaad lingua appellauit Hebraea, Laban verò idiplum, i. acruū testimonii Igar seduth à gentis suae sermone vocauit. Erat enim Syrus, & antiquam linguam parentum prouinciā, in qua habitabat, sermone mutauerat.

Quid est, iurare per timorem.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENE-

sim Commentariorum Liber Octauus.

Quod Esau animalis non intellexit quid spirituali Iacob, paterna contulerit benedictio.

CAPVT I.

1. Corin. 2.



**A**NIMALIS homo (inquit Apostolus) non percipit ea quae sunt spiritus dei: Stultitia namq; est illi, neq; intelligere potest, quia spiritualiter examinatur. Spiritualis autem iudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Non ergo putandum, quod Esau perceperit vel intellexerit, quid minus haberet à fratre suo Iacob, aut quid amplius illi paterna contulisset benedictio. Animalis enim erat ea tantummodo sapiens, quae sunt hominis: & quicquid spiritus dei est, stultitia erat illi. Vnde nec pro bono sapientiae, sed pro miseria stultitiae, fraternam peregrinationem atque seruitutem reputabat. At ille, quia spiritualis erat, intelligebat omnia, scilicet non tantum humana, sed humana pariter & diuina, & spiritualibus spiritualia comparans, terrenamq; fratris exaltationem paruipendens, suam econtrario afflictionem & laborem, gloriosa intrinsecus consolabatur scientia, vbi à nemine iudicandus, ipse iudicabat omnia. His igitur sibi obuiantibus, iam & nobis spiritualiter examinandum est, quid amplius huic, & quid minus illi fuerit, in quo hic ex paterna benedictione creuerit, & in quo ille imminutus sit, pro eo quod venditis primogenitis suis, benedictionem quoque iure perdidit. Nam si carnaliter examinentur, fortior proculduduo iudicabitur interim ille qui supplantatus est, quam qui supplantauit.

Quod Iacob reuertenti, angeli tanquam victori obuiam fuerunt, dicenti: Castra dei sunt haec.

CAPVT II.

C A P. XXXII.

**P**rimū ergo pro magnificentia viri accipimus, quod dictum est: [Iacob quoq; abiit itinere, quo coeperat, fueruntq; obuiam ei angeli dei. Quos cum vidisset, ait: Castra dei sunt haec: Et appellauit nomen loci illius Manaim, id est, castra.] Non dictum est, quia apparuit angelus, vel apparuerunt angeli ei, quod & multis accidit, sed dictum est, quia fuerunt ei obuiam angeli dei, quod insignē sonat victoris & emeriti, cui pro gloria triumphi, pompa caelestis obuiā procedens, festiua exceptione laetum obsequium praebuerit. Nec verò paucos vidit, qui dixit, castra dei sunt haec: & ob hoc appellauit nomen loci illius Manaim, id est, castra: multiplicia namque castra sunt angelorum. Vnde & in prophetis, qui pro huiusmodi visionibus videntes appellantur, vltimo dicitur, dominus deus exercituum, quod Hebraicē dicitur Sabaorh. Et rectē talem habuit occursum, qui sub obedientia peregrē militauerat, in fide certauerat, in spe victoriam perfecerat, in

1. Reg. 9.

charitate dilatata eius anima, profundissimas beneficiis diuinis gratias agebat. [Minor sum, inquit, cunctis miserationibus tuis deus patris mei Abraham: In baculo meo transiui Iordanē istum, & nūc cū duabus turmis egredior, &c.] Amplius autē & quod paulopost subditur: [Transducti q; omnibus quae ad se pertinebant, remansit solus, & ecce vir luctabatur cū eo, vsq; mane, qui cū videret, quod eū superare non posset, &c.] Verā in isto vltra modū hominis magnitudinē, veramq; non carnis, sed spiritus indicat fortitudinē, vnde iudicare nō possit animalis homo Esau, qui veniebat cum CCCC. viris in hac sola fortitudine sua gloriabundus. At ille anteq; spiritualis & eiusmodi glorificationibus indignū Esau iudicare, & in seipso per hęc scire poterat, nō leuiter benedictionem adimpletā, vel adimplendā esse, qua dictū sibi fuerat, crescere te faciat dominus meus, per quam fratru suorum dominus erat constitutus. Et quidē ille iam talibus quoq; abundare ceperat, qualium copiis extollebatur Esau, sed eadē meliorum cōparatione paruipendens, gloriabatur potius in humilitate sua, ceterisq; virtutibus, quas veras diuitias rectē computabat. Porro vanitatē illius quā optimē nouerat, vtpote spiritualis homo, qualis (vt iam dictū est) iudicat omnia: vanitatē (inquam) illius oblati vltra obsequiis saturare festinabat, munera praemittens domino suo Esau, praecipiensq; suis, haec & haec dicetis, sic & sic loquimini domino meo Esau, & deinde ipse progrediens & adorans in terrā, suosq; omnes submittens instructos, & praedictos ad adorandum, id est, inclinandum corā Esau. Et dicit: [Sic. n. vidi faciem tuā, quasi viderim vultum dei] id est, quod ex vultu tuo sedatum esse aduertī odiū tuum, vt nō percuteres matrē cum filiis, ita laetus accepi ac si viderim vultū dei, cuius praesentia veraciter cognoscitur ex praesentibus beneficiis suis. Et notāda tremētis diligentia, qua sic disposuit, vt Rachel & Ioseph extremi staret, & extremi adorarent, quia videlicet quae misera spes erat, si percuteret occurrentes, fortassis anteq; hi extremi attingerentur, fatiata crudelitas dehisceret, & in istis extremis maximā vitae eius partē referuaret. Econtrario vtranc; ancillā & liberos earū in principio, Lyam verò & liberos eius in secundo posuit loco, vt quique ordines, sicut profundius haeserant affectibus patris, ita longius absterent gladio ferientis. Sed iam super isto quoque capitulo breuiter aliquid iuxta anagogen dicendum est.

Gen. 27.

Quod in hoc Iacob Christi in caelum ascendens, excepti victoris ab angelis, typum gesserit.

CAPVT III.

**I**gitur Iacob, postquam praecceptum patris peregit, reuertenti obuiam fuerunt angeli dei, vt sciamus, quia post obedientiae laborem cuique viro fideli superest supernis illum reuelationibus glorificari, & caelestium spirituum crebra visitatione iam in hac vita remunerari. Sic ipse Christus postquam tentationes euicit, exceptus est victor ab angelis. reliquit enim eum tentator, & ecce accesserunt angeli, & ministrabant ei. Sic pro modulo suo quique electorum quanto superiores hominibus fiunt, tanto proximi deo effecti ministerio fruuntur angelorum, qui omnes (vt Apostolus ait) administratores spiritus sunt, in ministerium missi, propter eos qui haereditatē capiunt salutis. Locus autē ipse vbi horum visitatio declaratur, ecclesiae secretum est, qui & rectē dicitur Manaim, id est, castra. Nam & ipsa ecclesia terribilis est, vt castrorum acies ordinata. Sed huic victori adhuc intus est quem metuat, scilicet Seir siue Edom ille, qui sub nomine fratris cuncta agit hostilia: metuat, inquam, etsi non sibi, quia fortē citius mori, quam eius imitatione potest corrumpi: at saltem paruulis suis, ne fortē percutiat matrem cum filiis. Intus enim est talis Esau, qui & Seir, id est, pilosus dicitur, siue Edom, id est, terrenus siue sanguinolentus, qui tenera ecclesiae nutrimenta peius nonnunquam interficit exemplis, quam gladio externus hostis. Praelatus ergo vel pater, quicumque eiusmodi est, imminente Esau, diuidit suos in duas turmas, id est, tenioribus fortiores deputat custodias. Ipse interim peruigilans, quasi rationem pro animabus eorum redditurus, dicit ad dominum: Minor sum cunctis miserationibus & veritate quam explesti seruo tuo, erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne fortē veniens percutiat matrem cum filiis. Huic orationi illa prophetae vox in psalmo consona & penē eadem est: Memento domine filiorum Edom in diem Hierusalem, qui dicunt, exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. Timendum quippe est patri pro filiis suis, quod illi dicunt de Hierusalem, id est, de Christi ecclesia, cuius & si profitentur nomen, oderunt religionem. Quid enim dicunt? Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. Hortantur semet ipsos, vt exiniant vel euacuent omnem disciplinam vel religionem, vsque ad fundamentum in ea, id est, vsque ad nudum nomen Christianum, quod solum habere consentiunt, vt nomine sint Iacob, id est, Christi: operibus autem sint Edom & absque iugo viuant. Memento ergo domine filiorum Edom in diem Hierusalem, id est, retribue retributionem suam imitatoribus Edom, in consolationē Hierusalem in tempore tribulationis, pacem videre cupientis. Hi cum exaltati fuerint, ita vt non possint Apostolica virga corripi, non solum tolerandi sunt in spiritu mansuetudinis, verumetiam honoribus praueuentibus demulcendi, vt odium, quod contra spiritualia habent, quia carnales sunt, temperari vel mitescere possit.

Quibus fiunt reuelationes.

Matt. 4.

Hebr. 1.

Manaim. Cant. 6.

Hebr. 11.

Psal. 136.

Quod

Quod hac vox, In baculo meo transiui, &c. tam Christo domino, quam cuilibet fidei Christiano conueniat. CAPVT IIII.

ILLA sane orationis eius pars, qua dicit deo, In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior, tam Christo domino quam cuilibet perfecto congruit Christiano, siue ille prelatus, siue subditus sit, dummodo patriarche huius fidem vel iustitiam sectari meruerit. Christo videlicet, quia solus ab omnibus relictus in passione & morte sua, quam pertransiuit in baculo, id est, pro arbitrio suo baptismi sacramentum, quod per Iordanis nomen solet intelligi, nobis condidit: & nunc cum duabus turmis, Iudeorum scilicet & gentium regreditur. quia priorum pariter & sequentium dominatur, quorum salutem est operatus. Christiano autem, ei qui domui Christi prelatus est, idcirco congruit, quia in solo quidem & simplici Christiane confessionis vel fidei verbo transiuit regenerationis eiusdem sacramentum, nunc autem sancti spiritus donis ditatus, & ecclesie dei prepositus, duas turmas suscepit alendas, alteram videlicet paruulorum, quibus adhuc lacte opus est, alteram perfectorum iam, quorum solidus cibus est. Nihilominus & subditorum cuiquam, qui perfectionis metam attingit, dicere competit cum eodem Iacob, in baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior, eo videlicet respectu, quia quisque nostrum nudus venit ad baptismum, nihil habens, praeter solum sustentantem se Christiane confessionis baculum, & nunc duabus turmis regreditur, quia & peccatorum remissionem, quam omnes aequaliter in baptismo accipiunt, & praeter hoc per impositionem manuum diuinae accepit gratiam spiritus sancti. Nam vniciusque nostrum (inquit Apostolus) data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Nunc ordinem historiae prosequamur.

Hebr. 5.

Eph. 4.

De eo quod omnibus suis vadum Iacob traductus, luctabatur cum eo usque mane, & de mutatione nominis Iacob in Israel. CAPVT V.

VMque matutine surrexisset, tulit duas uxores suas, & totidem famulas cum vndecim filiis, & transiuit vadum Iacob. Transductisque omnibus quae ad se pertinebant, remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Iacob fluuii nomen est, & interpretatur lucta siue haena. Fluit autem inter animam, hoc est, Philadelphiam, & Gerasam in quarto eius miliario, & vltra procedens Iordanis fluuius commiscetur. Vir, inquit, luctabatur cum eo usque mane. Matutine surrexerat, & usque mane luctatus est, id est, ante diem surrexerat sacras celebrare excubias, iuxta illud Psalmiste: Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et usque mane, id est, usque ad auroram cum viro luctatus est. Sic enim ait ille: [Cum eum superare non posset. Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Quod, inquit, nomen est tibi? Respondit: Iacob. At ille: Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel.] Sensus hic est: Non vocabitur nomen tuum supplantator, hoc est, Iacob, sed vocabitur nomen tuum princeps cum deo, hoc est, Israel. Quomodo enim princeps ego sum, sic & tu qui mecum luctari potuisti princeps vocaberis. Si autem mecum qui deus sum, siue angelus dei, pugnare potuisti, quanto magis cum hominibus, hoc est, cum Esau, quem formidare non debes: Illud nempe quod omnium penes sermone detritum est, ut Israel interpretetur, vir videns deum, siue mens videns deum, non tam vere quam violenter beato Hieronymo videtur interpretatum.

Psal. 62.

Nume. 16.

Exod. 32.

Quid famosa illa dei & hominis lucta significet. CAPVT VI.

FAMOSA lucta & totius ore ecclesiae per orbem celebrata, qua homo cum deo luctatus est, & tam diu tenuit, donec a victo benediceretur ille, qui vicit dicens: non dimittam te, nisi benedixeris mihi, & accepta benedictione, victor claudicare coepit. Res cuius hoc praesagium est, ab exitu filiorum Israel de Aegypto usque ad incarnationem passionemque Christi filii dei proracta est. Tam longa colluctatio fuit fortissimi victoris Iacob & dei victi, quamuis fortissimus sit spirituum vniuersae carnis. Primum ergo non negligenter sciendum, luctam eiusmodi fuisse, ut contederet deus abire, Iacob certaret abeuntem dominum retinere. Sic enim ait ille vir: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Ecce trario Iacob: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Igitur Iacob cum deo luctatur, & victor benedictionem extorquet, quasi inuito & nolenti, ac dicenti: dimitte me, quia videlicet sic futurum erat, ut comminaretur deus, sese a semine eius recedere propter peccata eiusdem gentis rebellis & increduli. Quod vbi primum locutus est, consurrexit Moyses, deumque reluctantem & ipse luctando tenuit, ne hoc faceret. Cerno, inquit ille, quod populus iste durae cervicis sit, dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses magnitudine periculi percitus, & quodammodo brachiis illum more luctantis artius stringens, dicensque: Non dimittam te, cur, inquit, domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Ne, quaeso, dicant Aegyptii, callide eduxit eos, ut interficeret eos in montibus, & deleret e terra, quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel, seruorum tuorum fidelium, quibus iurasti per teipsum, & caetera. Illic iam, id est, in conflatione vituli, coram quo saltauerunt cantantes & dicentes: Isti sunt dii tui Israel: Illic, inquam, colluctatio vehemens inchoata est, Exinde namque deus ab Iacob discedere conatus est, & quoties peccauit

peccauerunt filii Israel, seruiendo diis alienis, toties iratus dominus, & auersus ab illis, quasi luctando se excussit, ut dimissus abiret. Sed perseveravit cunctis diebus fortitudo Iacob. Nullo enim tempore defuerunt fideles in populo illo, in quibus tam secundum fidem, quam secundum carnem esset Iacob pater, intantum, ut cum solum se esse putaret Helias, dicens: Domine, altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quaerunt animam meam, dixerit ei dominus: Reliqui mihi septem milia virorum in Israel, quorum genera non sunt curuata ante Baal. Itaque longo luctamine detentus est deus, nec ante dimissus, donec benediceret Iacob, donec compleret benedictiones suas legislator, dando benedictionem illam, in qua benedicerentur omnes gentes, sicut primum ad patrem multarum gentium Abraham locutus est. Tunc enim reuera deus benedixit Iacob, quando de semine eius Christus carnem assumens, antiquam maledictionem soluit, veramque benedictionem, id est, gratiam sancti spiritus, post passionem suam effudit.

Reg. 19.

De eo quod neruus foemoris Iacob emarcuit, & propterea Iudei omnem neruum non comedant. CAP. VII.

ANDO autem benedictionem tetigit neruum foemoris eius, & statim emarcuit. [Ipse vero claudicabat pede. Quamobrem non comedunt filii Israel neruum qui exaruit in foemore Iacob usque in praesentem diem.] Neruus foemoris propagationem significat carnis. Antequam veniret Christus, & modo praedicto benedictionem daret, virebat & florebat carnale genus Israel, legitimumque ac sanctum erat, singulas tribus per familias, domos, ac viros distinguere diligenter, donec fructus iste benedictionis exiret, ne incertum foret, qua ex tribu, qua de familia prodiret quem de tribu Iuda, de domo & familia David nasci debere praenunciari fuisset. At vbi venit hic, qui solus generationum texendarum causa erat, cunctas genealogias vel genealogiarum fabulas, quas deinceps Iudei texere conantur, cum Apostolo contemimus & deuitamus, imo & arbitramur ut stercorea. Ergo vir ille neruum foemoris Iacob tetigit, ergo neruus foemoris Iacob exaruit. Quamobrem, inquit, non comedunt filii Israel neruum, qui in foemore eius exaruit. Nullum neruum comedunt propter illud vnum foemoris neruum, qui caput & quoddam principium est omnium corporis neruorum. Nec frustra tali lege onerati sunt, videlicet, quia futurum erat, quod nunc est, quia ipsi potius in foemore Iacob emarcuerunt. Imo ipsi illud quod exaruit foemur Iacob existunt.

1. Timo. 1. Tit. 3. Philip. 3.

Quod Iacob pro reproborum parte claudicauit, & pro parte electorum faciem dei vidit. CAP. VIII.

EXINDE pro parte reproborum claudicat Iacob, iuxta illud: Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis: pro parte autem electorum idem Iacob dicit: [Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.] Nam reuera antequam benedictionem (ut iam dictum est) dedisset legislator, ut videretur deus deorum in Sion: deum nemo viderat vnquam: per illam autem benedictionem effectum est, ut videamus nunc per speculum in cognate: tunc autem facie ad faciem, cum praesentem finierimus peregrinationem. Vnde & non ab re dictum est, ortusque est ei statim sol, postquam transgressus Phaniel, quod interpretatur facies dei. Effusa namque benedictione ortus est sol iustitiae populo sanctorum, tam mortuorum, quam viuorum, dando salutem (ut Zacharias ait) in remissionem peccatorum, per viscera misericordiae dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent. Praesenti tempore dixit, sedent, nam cum haec diceret, adhuc omnes in tenebris erant, & dei (ut iam dictum est) nemo viderat vnquam. Itaque pro parte reproborum Iacob adoratur Esau, & muñera offert, infirmum quippe est genus eius, cunctisque hodie populis imbecillius: & vbi que dispersum, multa tributa soluit dominis suis & regibus. Pro parte autem electorum, verbi gratia, quales apostoli fuerunt, ne saltim ad modicum simul cum illo gradi patitur. Paruulos enim, inquit, habeo teneros, & oves ac boues foetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Hic magne discretionis exemplum est. Paruulus enim est & tener, qui nondum in fide & sapientia perfectus est: & quasi foeta ovis, cuius inchoatio vel propositum nondum comprobatum est usu operis. Tales carnalium societate facile corrumpuntur, quorum iuxta prophetam totum gaudium & laetitia est, occidere vitulos, & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Vnde & Apostolus: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Bene igitur pater Iacob eiusmodi viatores vel cursores improvidos deuitans, paruos, inquit, habeo teneros, & oves ac boues foetas mecum, quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Quamuis hoc exemplo in bonis quoque operibus vitio porrectat, quatenus sic omnia pastor discernat & temperet, ut & fortes sint quod cupiant, & infirmi non refugiant.

Psal. 17.

Iohan. 1. 1. Corin. 3.

Luce. 1.

CAP. XXXIII. Vita pra-uorum societetas. Esai. 22. 1. Cor. 15. Ibidem.

Quod omnis qui sacrae scripturae studijs accinctus incumbit, sensum verbi dei tenere contendens, inftar Iacob cum deo luctetur. CAPVT IX.

Q ii Caeterum

Cant. 3. Cant. 4. Cant. 5.

Philip. 3.

Figere tabernacula, militantium ac peregrinantium est. Hebr. 13.

Iohan. 4.

Gene. 28.

Gene. 35.

CAP. xxxiiij.

**C**Aeterum & bene iuxta Anagogen claudicat Iacob ille, qui cum deo luctatus est, & longo atq; assiduo luctamine vius, victorie palmam de illo feliciter consecutus est. Luctatur enim cum deo, quam diu sacre scripturae studiis accinctus incumbit, sensumque verbi dei fugientem tenere contendit. Quare verbum dei dilectam atq; diligentem animam, tenere se cupientem, tantopere refugit. Cum multas ob causas, tum & idcirco, vt auiditatem magis ac magis excitet inquirentis, vt eius desiderio, quem quaerit, aduersantes intentioni suae verberet, atque in feruitutem redigat sensus improbe carnis. Itaq; brachijs quasi ad luctandum protentis, quocumq; talis anima dicit: Dilecte mi appprehendam te, & ducam te in domum matris meae, ibi me docebis. E contra ille, more reluctantis, penè obuersus, auerte, inquit, oculos tuos quoniam ipsi me a uolare fecerunt. Dulcis colluctatio, & omni pace iucundior. Tandem victrix dicit conscientia Iacob: Inueni quem diligit anima mea. Tenui illum, nec dimittam, donec introducam in domum matris meae, & in cubiculum genitricis meae. At ille grandi quidem spiritus commodo, sed & magno carnis suae vicit detrimento. Deniq; claudicat is qui vicit, quia texit qui vicitus est neruum formoris eius & emarcuit. Quomodo claudicat, videlicet vno pede terrae innitens, alteru à terra suspendens, id est, actiuam vitam pro cura subditorum non omnino relinquens, & contemplatiuae pro eius dulcedine totis viribus inherens. Iste claudus salit vel ascendit sicut ceruus, terramq; vix tangere dignatur, nam conuersatio eius in caelis est. Veruntamen ex parte, vno enim tantum pede nunc interim illuc suspensus est, donec veniat quod perfectum est.

Quare fixis tentorijs nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula vocauit.

CAPVT X.

**E**T Iacob venit in Socoth. Vbi aedificata domo, & fixis tentorijs, appellauit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula. Quia recentem adhuc spirabat visionem, qua ciues illius ciuitatis viderat, cuius spe manentem hic ciuitatem habere nolebat, vel in qua visione cum conditore ciuitatis illius deo luctatus fuerat, bene locum, quo primum post haec venit, appellauit Socoth, id est, tabernacula, videlicet respectu faciei dei, de qua cognominauerat Faniel, à cuius gloria peregrinus erat. Tabernacula namq; militantium sunt. Vnde & conubinales dicuntur milites, qui sub eodem tabernaculo commorantur. [Transiitq; in Salem urbem Sychemorum, quae est in terra Chanaan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriae.] Salem ciuitas ipsa est quae & Sychem. Prius namq; dicebatur Sychem, quod antiquius nomen haetenus perseuerat, nisi quod corrupto nomine legitur Sychar, vt in Euangelio: Venit Iesus in ciuitate quae dicitur Sychar, iuxta praedium quod dedit Iacob filio suo Ioseph. De quo praedio protinus hic subiungitur: [Emitque partem agri, in qua fixerat tabernacula, à filiis Emor patris Sychem, centrum a gnis.] Porro ab Iacob appellata est Socoth. Error oboritur, quomodo Salem Sychem ciuitas appelleretur, cum Hierusalem, in qua regnauit Melchisedech Salem sit dicta. Aut igitur vnus vrbs vtraq; nominis est, quod etiam de pluribus Iudaeae locis possumus inuenire, vt idem vrbs & loci nomen in alia atq; alia tribu sit: aut certe istam Salem, quam nunc pro Sychem nominatam dicimus hic interpretari consummatam atque perfectam: & illam, quae postea Hierusalem dicta est, pacificam nostro sermone transferri. Vtrunq; enim accentu paululum declinato hoc vocabulum sonat. Tradit Hebraei, quod claudicantis scemur Iacob ibi conualuerit, & sanatum sit, propterea ciuitatem eandem curati atque perfecti vocabulum consecutam. Postquam, inquit, reuersus de Mesopotamia Syriae. Hic subaudiendum est, cum secundum votum, quod vouerat in Bethel, debuisset ire, & quod postmodum fecit ibi altare, vel domum deo aedificare. Sic enim vouit, fundens oleum super lapidem quem erigebat in titulum. Si reuersus fuero prosperè, erit mihi dominus in deum: & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus dei. Postquam ergo reuersus est, maturè debuit ascendere in Bethel, & vota reddere, quod & paulopost fecit, aduersitatibus admonitus, eodem deo vota sic exigente. Surge & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare deo qui apparuit tibi, quando fugiebas fratrem tuum Esau.

Quod Dina filia Lya sibi corruptionis causa, à Sychem principe terra illius vi oppressa sit.

CAP. XI.

**E**Gressa est autem Dina filia Lya, vt videret mulieres regionis illius. Quam cum vidisset Sychem filius Emor Euæi, princeps terrae illius, adamauit, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem, & caetera. Dina quod interpretatur causa, secundum nomen suum, & sibi corruptionis & alijs iurgiorum grauis causa fuit. In quo? In eo videlicet, quia exiuit videre filias regionis illius, filia vaga, visu dissoluta, facie decora. De qua (quoniam superficies historiae patet) illud breuiter dicendum, quia talis puellae exemplum omni animae religiosae professionis cauendum est. Nam si foris inuenerit opprimet eam corruptor diabolus, qui per Sychem filium Emor rectè figuratur. Sychem namq; humerosus, Emor autem Asinus interpretatur. Est autem diabolus humerosus vel fortis vt leo siue vrsus, stultus vt asinus. Nec verò spiritualiter tantum, sed etiam corporaliter, nec per se solum, sed & per sui similes, id est, asininos homines, circumuenit eam, videlicet

videlicet quorum iuxta prophetam carnes sunt, vt carnes asinorum: & vt fluxus equorum fluxus eorum. Sic plerunq; accidit, & virgo Israel cecidit, nec fuit qui suscitaret eam. Porro hanc Dinam, vxorem fuisse Iob Phyllo asserit, & hanc esse, ex qua XIII. filios, & VI. filias genuerit: VII. videlicet filios, & tres filias ante percussione, totidem filios ac totidem filias post percussione. [Respondent filii Iacob Sychem & patri eius in dolo, fauientes ob stuprum sororis.] Doli huius Iacob conscium vel participè non fuisse, illud quoq; indicat quod ait ipse: [Symeon & Leui vasa iniquitatis, bellantia, in consilio eorum ne veniat anima mea, &c.] Dolus in eo extitit, q; sancta & vilia locuti sunt, non vt profelytos ad salutem facerent, sed vt securos pariter & faucios tertia die, quando naturaliter grauissimus vulnerum dolor est, sic imparatos leuius occiderent.

Quod Iacob iussus sit aedificare altare in Bethel, & quod ex eo de dijs alienis in familia sua sciscitatus sit.

CAP. XII.

**L**Ocutus est dominus ad Iacob: [Surge ascende Bethel, & habita ibi, facque altare deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.] Hac eadè visione Iacob tandem perdoceri potuit, esse in domo sua scelus idololatrie, nec posse se stare coram inimicis suis, colq; fugare, quam diu domus eius illo contaminata esset scelere. Nam protinus subditur: [Iacob verò conuocata omni domo sua, ait: Abiicite deos alienos, qui in medio vestri sunt & mundamini, ac mutate vestimenta vestra.] Planè hoc ordine & his profectibus ascendendū est in Bethel, id est, in domū dei, quae non est alia, q; ecclesia Christi. Primum est, pristinos abdicare errores, & vnus veri dei profiteri fidē, quod est auferre deos alienos in medio nostri: deinde baptizari in nomine patris & filii & spiritus sancti, quod est mundari: ac deinceps ambulare in nouitate vitae, quod est vestimenta mutare. [Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & in aures quae erant in auribus eorum.] In aures enim habebant viri more ceterorum orientalium populorum, quod mollis & effeminati erant animi instrumentum. Significant autem in aures falsae doctrinae phaleras sermone ruidas, sed sensu veritatis vacuas esse, cuius nos fabulosa dicacitas, [cum essemus gentes,] ad simulachra muta, tanq; Syrenarum cantus pertraherent. [Ad ille infodit eos subter. Therebintum quae est post vrbem Sychem.] Therebintus arbor resinam generans preciosissimam, lignum crucis, quod virtutis est optima, significat: subter quam omnia peccata nostra sepeliuntur, vt eorum vltra nullum vestigium reperiatur. [Cunq; profecti essent, terror domini inuasit omnes per circuitu ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.] Non ergo frustra, sed pro re necessaria diuinitus suggestu est beato Iacob, vt diceret, auferre de medio vestri deos alienos. Nam antehac ipse timidus, & periculose incedens, adorabat Esau, & domus eius caedibus ac sanguine turbabatur: nunc autē terror domini inuasit omnes per circuitum ciuitates, & non sunt ausi persequi recedentes.

Quod aedificato altari in Bethel Iacob sua vota soluit, & quare mors Debborae sit memorata, alumna autem Rebecca sit tacita.

CAP. XIII.

**V**ENIT igitur Iacob Luzā, quae est in terra Chanaan cognomēto Bethel, ipse & omnis populus cum eo: aedificauitq; ibi altare, appellauitq; nomen loci domus dei. Luzā primum nomen ciuitatis erat, quod interpretatur nux siue amygdalus, id est, longa nux, nūc autem Bethel, id est, domus dei dicitur. Ibi vota sua soluit, exemploque est omni homini, vt quod vouerit deo, reddere non morctur. [Eodem tēpore mortua est Debbora nutrix Rebecca, & sepulta est ad radices Bethel subter quercum. Vocabumq; est nomē loci illius, quercus fletus.] Quid hoc est, quod Debborae nutricis mors hic memoriae commendatur, & eius, cuius nutrix fuerat, scilicet Rebecca, mors nusquam inuenitur? Num dignior existimata est nutrix, quam alumna, vt pro dignitate mors eius fieret cognita: illius autem pro dignitate maneret incognita? Ergo hic granum sub palea quaerendum est. Nempe sicut Rebecca sancti spiritus gratiam, sic nutrix eius Debbora, legem significat Moysi sanctam & iustam & bonam. Quod ex ipso eius vocabulo suscipere amplius placet. Debbora, namque apes interpretatur. Scimus autem quod apes & mel in ore dulcissimum, & molestum sub cauda gestat aculeum. Sic planè lex sancta in facie sua, quae Iudaeis vtilis est, viuificantem spiritum: in posterioribus suis, quae sanctus Apostolus obliuiscitur, occidentem habet literam. Igitur Debborae quidem quae Rebeccam nutriuit, mors inuenitur, quia videlicet ascendit in Bethel, id est, in domum dei, occidens litera legis relinquuntur: viuificās autem spiritus perseuerat, & vbiq; glorificatur. Et sepulta est, inquit, ad radices Bethel, id est, in primo introitu domus dei. Debbora sepelitur sub quercu, quia videlicet in initio surgentis ecclesiae in primordijs religionis Christianae, quae tota spiritualis est, carnalis sensus legis, & cunctae carnales ceremoniae, sub ligno crucis obruuntur. Quod quia haetenus à Iudaeis sine sacerdote, & sine templo sedentibus deploratur, rectè vocatum est nomen loci, quercus fletus.

Quod Iacob vbi vota soluit, benedictionem accipit, & de differentia triplicis mutationis nominum Abram.

CAPVT XIII.

Q. iii Apparuit

Ezec. 25. Amos 5. Iob vii. Gen. 48

CAP. xxxv.

Luzā

Philip. 3

**A**pparuit autem iterum deus Jacob, postquam reuerfus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei dicens: Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellauit eum Israel. Vbi uotum soluit Jacob, benedictionem percipit, quia & illud, quod in somnis uiderat, quando uotum uouit fugiens Esau, & id quod nouissime audiuit cum deo luctatus, repetitione confirmatur. Non, inquit, vocaberis Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et adiecit scriptor, dicens ex ore suo, & appellauit eum Israel. Quo dicto firmissimam uocabuli auctoritatem tenendam expressit, quia profecto mutabilis non est uocatio dei. Porro quod addidit. [Ego sum deus omnipotens, cresce & multiplicare, gentes & populi nationum erunt ex te,] iam ante expositum est, quia multis uicibus idem promissum est, unde & recte non iam repromissiones, sed propter iterationem frequentem dicimus dei repromissiones. Hic iam pro dignitate uocantis nomen eius Israel, praterendum non est, triformem esse positionem uocabuli siue appellationis in his tribus patribus nostris Abraham, Isaac, & Israel. Aliter namque Abraham, aliter Jacob, atque aliter Israel deus ipse nuncupauit. Siquidem nomen Abraham tantummodo adauxit, nomen Isaac totum antequam nasceretur immutabiliter posuit, nomen Israel totum pro toto nomine Jacob commutauit. Differentiarum causa uel ratio citius clarescit, si prius in animo constet, Abraham anterioris, Jacob posterioris figuram tenuisse populi, medium autem Isaac Christi, qui utrunque populum in seipso uelut duos parietes coniunxit, lapis angularis. Item & anteriorem populum, priusquam ueniret Christus, aliquid habuisse uitæ uel iustitiæ: quia profecto erat iam notus in Iudæa deus, & in Israel magnum nomen eius: posteriorem uero qui ex gentibus est, nihil boni habuisse, cum seruiret dæmonibus, eique iuxta prophetam non populus meus, uel non plebs mea uos, ueraciter diceretur. His ita animaduersis, promptum iam est intellectui, quam recte nomen Abraham uia tantum syllaba adauxit, Jacob autem in Israel nomen omnino sit permutatū, quia uidelicet anterior Hebræorum populus, qui ex fide patrum iustificabatur quidem, sed arcebatur tamen à paradisi ingressu, uiso tantum augmento indigebat, ut in Christo perficeretur, posterior autem gentium populus inchoationem pariter & perfectionem uitæ uel iustitiæ de Christi sumpsit aduentu. Porro nomen Isaac neque auctum neque commutatum, imò nec ab hominibus positum, sed antequam nasceretur ore dei nominatum est: quia profecto Christi iustitia neque augeri unquam indiguit, neque minui potuit: nec enim ex accedenti dono est, sed antequam in terris appareret ipse iustitia, ipse uita, ipse deus & dei filius erat. Post uerba huius dumtaxat uisionis addidit scriptor, & recessit ab eo. Quomodo à sancto & iusto recessit? Eo uidelicet modo, ut permitteret eum tentari uel tribulari, ut magnis aduersis occurrentibus ad augmentum meriti premeretur, quæ ab hoc loco usque ad descensum eius in Aegyptum continuantur. Primum est, quod protinus subiungitur.

**E** Quod mortua est Rachel, & quod eius sit descripta mors, *Lya autē tacita. Cap. XV.*  
Gressus inde, uenit uerno tempore ad terram quæ dicit Ephratam. In qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus coepit periclitari. [Mortua est autē Rachel in uia quæ ducit Ephratam, hæc est Bethlehem.] Vnum tempus significat cum in florem cuncta rumpuntur, & anni tempus electum est, uel cum transeuntes per uiam carpunt & eligunt è vicinis agris, quodcumque ad manū uenerit diuersis floribus inuitati. Ephrata uero & Bethlehem unius uerbis uocabulū est, sub interpretatione consimili. Siquidem in frugiferam & in domū panis uertitur, propter eum panem qui de caelo se decedisse dicit. Mortua est (inquit) Rachel. Sicut supra dictū est, non carere mysterio, quod Deboræ nutricis mors annotata, & Rebecæ mors tacita est: sic & nunc sciendū, non frustra mortē Rachelis inueniri, cū Lya mors scripta non sit. Quid enim Rachel, nisi primitiua ex Hebræis: quid Lya, nisi collectam ex gentibus signat ecclesiā? Moritur ergo Rachel, & mors Lya silentio premitur: quia uidelicet synagoga palam per infidelitatem à gratia uitæ excidit: ecclesia uero gentium uiuit per fidē usque in finē seculi. Et notandum, quod Rachel in partu obiit. Nā synagoga tunc mortua est, quando Christū & eius Apostolos emisit. Quæ enim assumptio, nisi uita ex mortuis? Unde & Rachel. [Egrediente anima præ dolore, uocat filium suum Benoni, quod interpretatur filius doloris mei.] Doluit enim. i. inuidit, & dolēda sorte inde mortua est, quæ ex ipsa uita assumpta sit. [Pater autē uocauit filium illū Benjamin. i. filium dextræ.] Quia profecto ille est filius Apostolorum chorus, quæ confidere fecit cum Christo ad dexteram suam in cœlestibus.

**E** De eo quod dixit, *trans turrim gregis, quis locus sit. CAP. XVI.*  
Gressus inde ixit tabernaculum trans turrim gregis. Loci huius uel nominis equiuocatio quibusdā errore fecit. Quidam enim arbitrati sunt, locum hunc esse, ubi postea templum ædificatum est, & turrim Ader turrim gregis significare, hoc est, cōgregationis & cœtus, quod & Michæas propheta testatur, dicens: Et tu turris gregis nebulosa, filia Sion, & cætera. Illōque tempore Jacob trans locum, ubi postea ædificatum est templum, habuisse tentoria. Sed si sequamur ordinem uicē pastorum iuxta Bethlehem locus est, ubi uel angelorum grex in ortu domini cecinit, uel Jacob pecora pauit, loco nomē imponēs, uel (quod uerius est) quodā uaticinio futurū iam tūc mysterium

mysterium monstrabatur. [Quæ habitaret in illa regione, abiit Ruben, & dormiuit cum Bala cō Ruben. cubina patris sui. Quod illū minime lauit.] Sic ille effluēdo, cū esset primogenitus meruit audire. Effusus es sicut aqua, nō crescas, ascēdisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Similes sunt ei omnes heretici, qui plebē Christi adulterino cōmaculant semine doctrinæ neq̄. Unde Bala, quod interpretatur inueterata, recte hoc loco concubina dicitur. Nulla enim nisi concubina inueterata hæreticorum libidini sese prostituit. Nam quæ legitima uxor est, id est, quæ uirum suum Christum magnoscit, neque seipsam ignorare, neque adulterinum concubitum admittere potest.

*De generationibus Esau patris Edom. CAP. XVII.*

**H**æc sunt generationes Esau patris Edom in mōte Seir, & hæc nomina filiorum eius. Esau & Edom & Seir, unius hominis nomē est, & quare uariè nuncupetur, supra dictum est. [Eli faz filius Ada uxoris Esau.] Iste est Elifaz, cuius scriptura recordatur in Iob volumine. Quod autem sequitur. [Isti duces Horræorum qui imperauerunt in terra Seir.] alius repetiuit: iam enim enumerauerat filios Esau, & exponit qui ante Esau principes fuerunt Horræorū, qui in lingua nostra interpretantur liberi. In Deuteronomio manifestius legitur, quomodo uenerunt filii Esau, & interfecerunt Horræos, ac terram eorum hereditate possederunt. Idcirco autem Horræorum recordatur, quia primogenitus filiorū Esau, ex filiabus eorum acceperat concubinā Themna, & ex ipsa natus est Amalech. Quod autē dicitur Theman, Cenez, & Amalech, & reliqua, sciamus postea regionibus Idumæorū ex his uocabulā imposta. [Iste est (inquit) Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cū pasceret asinos Sebeon patris sui.] In Hebræo scriptum est: Iste est qui inuenit lamim. Multi putāt illum, dum pascat asinos patris sui in deserto, aquarū cōgregationes reperisse, cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putāt, aquas calidas iuxta Punice linguæ uicinā, quæ Hebrææ contermina est, hoc uocabulo significari. Sunt qui arbitrentur onagros ab hoc admissos esse ad asinos, & ipsum istiusmodi reperisse concubitum, ut uelocissimi ex his asini nascerentur, qui uocantur lamim. Plerique putant, quod equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendi, ut mulorum inde, contra naturam, noua animalia nascerentur.

*Quare dicitur de aetate Ioseph, qui Christi solis iustitiæ typum gessit, præmissum, hæc sunt generationes eius. CAP. XVIII.*

**H**abitauit autem Jacob in terra Chanaā, in qua peregrinatus est pater suus. Et hæc sunt generationes eius. Ioseph cū sedecim esset annorū, pascebat gregē cum fratribus suis adhuc puer. Deinceps Ioseph sanctissimus, stella magna & lucida, de hoc altissimo sancte scripturæ cœlo lumē suū dare incipit, qui penē solus claro uirgine suæ ordine præostendit, qualiter sol iustitiæ Christus processurus esset ab initio usque ad finem diei. i. ab incarnatione sua usque ad consummationē seculi. Vitæ eius narratio sic incipit: Et hæc sunt generationes Jacob. Ioseph cum sedecim esset annorū, & cæc. Supra dixerat: Erant autem filii Jacob duodecim, eorumque catalogum ediderat, nunc autē dicitur, Ioseph cum sedecim esset annorum, præmittit: & hæc sunt generationes Jacob. Et est sensus: Duodecim quidem filios habuit, sed in uno Ioseph suam generationē, id est, suæ uel paternæ similitudinis effudit pulchritudinem. Nam sicut & pater iuus ex sterili Rebecca, naturam inopem diuina iuuante gratia, progenitus, & diuina benedictione donatus est: sic iste nihilominus ex sterili Rachel dono dei susceptus est, futurus eiusdem benedictionis hæres.

*Quod Ioseph adhuc puer grādiore fratres amulos suos, crimine pessimo accusauit. XIX.*

**I**oseph (inquit) cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer. Non ita superfluit sermo dei, ut nos docere uelit, quod hæc ætate quisque adhuc puer sit, dum præmissio, cum sedecim esset annorum, subiungit adhuc puer, sed ut citam iustitiæ uel meriti mireris perfectionē, quæ cōtinuò subrexitur, idcirco sic utrunque uigilanter dictū est, sedecim annorū, & adhuc puer. [Et erat cum filiis Balæ & Zelphæ, uxorum patris sui. Accusauitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.] Hoc enim diligenti inspectione dignum est, quia grandiores fratres accusauit adhuc puer. Quod utique non fecisset, si nō puritatis amorem, zelumque iustitiæ iam haberet, quod in puero uel adolescente maximè laudabile est. Quo autem crimine fratres suos accusauerit, quia scriptura nō edixit, uagæ opinioni locus datus est, quia multa sunt uicia, quorum consummatarum opus pessimum est. Aiunt tamen uiri illustres, crimen Sodomiticū fuisse sceleris. Porro quod distinctè dictum est, & erat cum filiis Balæ & Zelphæ uxorum patris sui, æmulationem iam insinuat fratrum qui erāt ex Lya, cum quibus esse non audebat, quia cum de libera essent, grandiores habentes animos, filium dilectæ Rachelis non libenter aspiciabant. Inuidentiæ causa protinus subiuncta est. Dicit enim scriptura: [Israel autē diligebat Ioseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eū. Fecitque ei tunicā polymitā.] Et cōtinuò. [Videntes autē fratres eius, quod à patre plus cunctis fratribus amaretur, oderant eū, nec poterant ei quicquid pacifice loqui.] Sed notanda paternæ dilectionis causa posita est, eo quod in senectute genuisset eū. Nunquid enim secundum corpus senex erat quando genuit eum, iuuenis autē quando cæteri nati sunt? Siquidem præter Benjamin cunctos infra quatuordecim annos genuerat. Restat ergo

xxvi.  
Sapientia. 4. senectutem illam hic assignari de qua sapientia dicit: Senectus enim venerabilis est, non dicitur  
na, neque annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita im  
maculata. In illa namque veraciter senectute Israel genuit Ioseph, quia propter illam iustitiam suam se  
nectutem talem habere meruit hæredem. Nec enim vir iustus lætatur in multitudine filiorum  
si mali sunt: sed in eo tantum agnoscit se patrem, si filium relinquit post se, qui iustitiam consequa  
tur hæreditatem. Vnde est illud sapientis: Mortuus est pater illius, & quasi non est mortuus, simi  
lem enim sibi relinquit post se. In vita sua vidit & lætatur est, cum illo in obitu suo non est con  
tristatus. Dignam ergo ob causam diligebat eum, & tanquam perfectio iamque pleno dierum, i.  
virtutum, fecit ei tunicam polymitam, i. manibus artificis mira varietate distinctam, vsque ad ta  
los pertingentem, videlicet ob virtutum multiplicatam, vel iustitiam perfectionem. Itaque videntes (in  
quit) fratres, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Magnitudinem odii diligenter ex  
pressit, dicendo: nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Nam reuera odium tunc magnum ac  
molestissimum est, quando virus animi lingua dissimulare non potest. Hæc secundum sensum li  
teralem dicta sunt. Cæterum iam dicendum vel intuentum est, quam pulchra ex hoc speculo  
suo Christi filii dei, veri solis imago replendeat.

Quomodo Iacob patris, Ioseph autem filij Christi, typum gesserit.

## CAPVT XX.

Igitur in mysterio Ioseph, i. adactus, Christus est dei filius, qui omni spiritu sancto plenus est,  
in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Hic & sex & decem annorum cū sit,  
siquidem & sex opera vniuersæ creationis ipse explicuit, & decalogum legis cum digito dei scri  
psit, adhuc puer pauit gregem patris sui, i. formam serui indutus rationalium dei patris ouium cu  
ram suscepit. Eratque cum filiis Bale & Zelphæ vxorum patris sui. Bala inuenerata, Zelpha fluens  
os interpretatur. Quibus nominibus scribæ subintelliguntur & pharisæi, dierum malorum inue  
terati, & ore fluentes vitiatam traditionibus suis doctrinam legis. Cum illis erat, audiens eos, &  
interrogans illos, & non quidem ipse, sed propter ipsum Moyses, in quo sperabatur ipsi, accusauit  
eos apud patrem crimine pessimo. Nā si non venissem (inquit) & locutus fuisset eis, peccatū nō ha  
berent, nunc autē excusationem nō habent de peccato suo. Si opera non fecissem in eis quæ ne  
mo alius fecit, peccatū nō haberent. Nunc autē & viderunt & oderunt & me & patrem meum. Cui  
dubium est, quod pater diligat istum Ioseph? Pater enim (inquit Iohānes) diligit filium, & omnia  
dedit in manu eius, eo quod in senectute genuisset eum. Quia in senectute genuit ille pater talē fi  
lium: In senectute gemitatis genuit eum, secundum quā & ipse dicitur & est antiquus dierum. In  
illa senectute, in illa maturatione antiquitatis, sine numero annorum, sine initio dierum, sine vicissitudi  
ne temporum, genuit ille senex & antiquus pater illū æquē senē & æquē antiquum filium: & id  
circo diligit eum, fecitque ei tunicam polymitam. Quænam est huius filij tunica, nisi sancta legalis  
& prophetica scriptura? Cuius enim ob causam, cuius ob testimonium vel gloriam, nisi huius filij  
sui texuerit digiti dei omnem scripturam, quam iure fatemur diuinitus inspiratā. Fecit ergo pater  
filio suo tunicam polymitam variè pulchram, & pulchrè variā. Hanc similitudinem genituram, hanc tu  
nicam polymitam, dilectionemque paternam, qui habet aures audiendi audiat, patre prædicante per  
Psalmistam, in quo dicit: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi, &c. v.  
que ad finem psalmi. Videntes autem (inquit) fratres eius, oderant eum, nec poterant ei quicquam  
pacificè loqui. Notum est, quia nimis oderant hunc dilectionis filium fratres maligni, tanto odio  
ut non possent ei quicquam pacificum loqui. Vnde ait ipse in David: Cum his qui oderant pa  
trē, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Item: Et sermonibus odii circun  
dederunt me, & expugnauerunt me gratis. Cuncta loquebantur hostilia, in Beelzebub principe  
dæmoniorum eiecit dæmonia, & dæmonium habet & insanit, & quid eum auditis? & his similia.  
Sed nunquid viderunt, quod illum pater amaret, vel quod ille filius dei patris esset? Vtique. Nā  
si cæci (inquit) essetis, non haberetis peccatum. Nunc autem dicitis quia videris, peccatum ve  
strum manet. Planè viderunt, & idcirco excusationem non habent de peccato suo.

De somnio Ioseph, quod retulit fratribus suis. CAP. XXI.

Accidit quoque, ut visum somnium referret fratribus suis, quæ causa maioris odii seminaris  
fuit. Præter causam supra dictam, accidit hæc etiā causa in augmentum odii. Hoc ita dictum  
est ac si diceretur: Accidit ut sermo eius maioris odii seminarium fieret. Et hoc rectè dictum est,  
quia accidit, neque enim studio quicquam horum dixit, id est, non in conscientia eius fuit, quod hu  
iusce somnii relatio seminarium fieret maioris odii. Denique hoc simpliciter aut innocentis non fuit  
ser animi, velle amplius vrere odientium animas auspicio suæ futuræ felicitatis. [Putabam (in  
quit) nos manipulos ligare in agro, & quasi confurgere manipulum meum & stare, vestrosque ma  
nipulos circumstantes adorare manipulum meum. Item: Vidi (ait) per somnium, quasi solem &  
lunam, & stellas vndecim adorare me.] Hæc somnia, quoniam cuncti nouimus in illo Ioseph qua  
liter subsequens rerum compleuerit effectus, restat nunc ut ea secundum easdem causas vel exitus  
euange

euangelicis domini nostri Iesu Christi parabolis consonare sciamus. Etenim sicut in somnio, sic &  
in parabola, dum aliud dicitur aliud intelligitur: quemadmodum & aliud umbra, & aliud cor  
pus, & tamen nonnunquam ex umbra corpus cognoscitur. Et hoc nulli dubium, quin sicut in hinc  
causa somniorum, sic & in dominum nostrum causa parabolarum, maioris odii seminarium fuit, ma  
ioris inuidiæ fomitem ministravit. Exempli causa seminatur parabola hæc: Homo erat paterfa  
milias, qui fodit vineam, & sepem circumdedit ei. Et fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, Matt. 21.  
& locauit eam agricolis, & peregrè profectus est, & reliqua. Etenim sicut eminentiam Ioseph præ  
signauit illud, quod manipulus eius confurgere & stare visus est, eumque circumstantes adorare ma  
nipuli fratrum: sic & dominus noster, excellentiam suam inuicit ad summam parabolæ, dicen  
do sic: Nunquid legistis in scripturis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in  
caput anguli: à domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris? Et quemadmodum illi  
conicietes quid sibi vellent somnium, amplius inuidentes dixerunt: nunquid rex noster eris, aut sub  
ficiemur tui? sic & isti intelligentes intentionem parabolarum amplius zelati sunt, & quæren  
tes eum tenere (inquit Euangelista) timuerunt turbas, quia sicut Prophetam eum habebant. Porro  
minus in somnio visum, quod in parabola est dictum. Nō enim habetur in somnio, qualiter manipu  
lus Ioseph confurgere & stare, & à circumstantibus manipulis suorum fratrum adorari deberet, cum  
parabola hæc pertinet, quod Iudæi dei patris filium extra portam ciuitatis eiecunt occisuri foret, &  
deinde subiuncto testimonio psalmi dicentis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus  
est in caput anguli: palam confirmet, quod sic abiectus vel reprobatus, in caput gentium deberet  
constitui. Igitur pro quanto Ioseph Christi gessit typum, pro tanto & hæc eius somnia parabolis  
eiusdem Christi similia sunt. Et duo quidem somnia fuerunt, sed pro vno habita vel habenda sunt,  
quæadmodum & ipse ad Pharaonem somnium (inquit) regis vnum est. Quod autem vidisti secundum  
ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quod fiat sermo dei vel velocius im  
pleatur. Et alterum quidem est terra vel ex agro, alterum vero somnium fuit à cælo, quia videlicet  
adoranda à fratribus suis eius felicitas non de terra tantum, sed & de cælo, non solum ex homi  
nibus, sed etiam ex deo, imò primam & maximam ex deo laudem erat habitura.

De interpretatione somnii ex eo quod Iacob dixit: Num ego, &c. adora  
bimus te super terram.

## CAP. XXII.

Sed quid ita pater somnium interpretari conatus est. [Num ego & mater tua, & fratres tui  
adorabimus te super terram?] Cum eius matrem Rachel obisse sciret, quomodo illam quæ  
defuncta fuerat, adorare posse sentiebat: An matrem eius hic appellat eam quæ supererat, vxor su  
am, consuetudine non natura? Etenim matertera cum dicatur, quod sit mater altera, rectè matrē  
eius Lyam hic appellare poterat. Veruntamen nec de patre palam legitur, quod adorauerit, nisi  
quædo iurante Ioseph, quod patrem auferret de terra Aegypti, conderetque in sepulchro maiorum,  
adorauit iuxta septuaginta fastigium virgæ eius pater Israel. Cæterum iuxta Hebraicam veritatem  
melius legitur, adorauit deum cõuersus ad Ierusalem caput. Ergo pro parte totum ponitur: vel intelli  
gitur, quia reuera & pater pro filio gratias agendo cœlesti adorauit gratiam, quod sine dubio fecit  
et mater si adhuc viueret. Quod et si litera cuius in hac parte infirmari videatur, firmiter scien  
dum est, quia iuxta spirituale sensum veritas omnis in Christo perficitur. Quis enim hoc loco pa  
ter eius, nisi anterior populus, de quo est incarnatus, qui à die passionis vel resurrectionis eiusdem  
filij sui in cœlesti regno pro parte electorum fulget sicut sol? Et quæ luna nisi præsens ecclesia, quæ  
mutabiliter si subiacet, & minus lucet quædiu peregrinatur in ista vita? Singuli autem electorum stellæ  
sunt, secundum se quidem imperfecti quasi in vnderario numero, sed eorum perfectio stella duodeci  
ma, stella (inquit) perfecta & matutina, ipse Christus frater ipsorum est. Omnes adorant sol & luna,  
& stellæ omnes, cuncta cœlestia, vniuersa terrestria, maiora siue minora, illi venerantur & adorant.  
Mihî (inquit) curuabit omne genu, & cõfitebitur omnis lingua. Quis autem manipulus eius, nisi ab  
ipso seminata, ad messem vsque perducta & perducta fides Euangelica? Porro manipuli fratrum, le  
ctiones sunt legis & prophetarum, quas Iudæi legentes quasi manipulos ligant vel colligunt. Ecce palam  
omnibus est, & de toto mundi agro spectatur manipulus Christi stans & manipuli fratrum eius circun  
stantes & adorantes. i. euangelium fida messis, & frumentum optimum, solum & vnicum Christi as  
ferens imperium, omnesque legis & prophetarum lectiones illi testimoniorum præbent obsequium,  
debitumque adorationis famulatum. Imitentur ergo fratres inuidi manipulos suos, quod quando  
que facturi sunt, eum adorando, cuius manipuli ipsorum iam adorant manipulum.

Quod Ioseph obediens patri in Sychem missus ad fratres suos, Christi  
patri suo obediens usque ad mortem typum gesserit.

## CAPVT XXIII.

Cumque fratres illius in pascendis gregibus morarentur in Sychem, dixit ad eum Israel. Fra  
tres tui pascunt greges in Sychem, veni, mittam te ad eos. Hæc erat causa paternæ solici  
tudinis,

rudinis, quia pascabant filii eius oves in Sychemis, videlicet vbi dudum populo terræ illius odio  
fos fecerat illos furor ipsorum pertinax, & indignatio dura. Eadem sollicitudine æger superius lo  
cutus est. Turbatis me, & odiosum fecistis Chananeis, & Pherzeis habitatoribus terræ huius.

Gen. 34 Nos pauci sumus, illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Non ergo ab re  
sollicitus, fratres (inquit) tui pascunt greges in Sychemis, veni, mitram tæ ad eos. Graram filiis fo  
re visitatione pater arbitratus est, quia non qualicumq; hominem, sed eum quæ diligebat filium  
mitteret ad eos, vade (inquit) & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos & pecora, & renū  
cia mihi quid agatur. Breue quidem, sed præclarum scriptura interposuit obedientis filii verbū,  
dicendo, Quo respondente, præsto sum. Perseuerantiam quoq; benevolentia vel attentionis  
eius illud indicat, quod cum non inuenisset eos in Sychem, tamdiu quæsiuit eos errans, & duces  
ue indice indigens, donec inueniret eos in Doraim: Hoc planè in mysterio illud est, quod in Chri  
sto dei filio mirandum & imitandum prædicat Apostolus, quia factus est pro nobis obediens vī  
que ad mortem, mortem autem crucis. Fratres eius secundum carnem scribæ & pharisæi in Sychi  
mis pascabant oves, id est, secundum exemplum Sychemitarum docebant, imò decipiebant insi  
pientes, de qualibus Psalmista: Sicut oves (inquit) in inferno positi sunt, mors depascet eos. In quo  
secundum exemplum Sychemorum: In eo videlicet, quia circuibant mare & aridam vt facerent  
vnum profelytū: & cum factus esset, faciebāt eum filiū perditionis, duplōq; semetipsum. Sic enim  
Sychemitis fecerunt patres eorum dolo circūuenientes eos, vt circumciderentur, profelytos fece  
runt, & incautos interfecerunt. Et ad eiusmodi pastores cum à deo patre mitteretur passurus fili  
us. [Præsto sum ait.] Dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, re  
trorsum non abii. Venit ergo ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festū  
renunciaturus patri quid ageretur, non locali recursum vel retrogradis passibus, sed clamore vali  
do sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Philip. 2 que ad mortem, mortem autem crucis. Fratres eius secundum carnem scribæ & pharisæi in Sychi  
mis pascabant oves, id est, secundum exemplum Sychemitarum docebant, imò decipiebant insi  
pientes, de qualibus Psalmista: Sicut oves (inquit) in inferno positi sunt, mors depascet eos. In quo  
secundum exemplum Sychemorum: In eo videlicet, quia circuibant mare & aridam vt facerent  
vnum profelytū: & cum factus esset, faciebāt eum filiū perditionis, duplōq; semetipsum. Sic enim  
Sychemitis fecerunt patres eorum dolo circūuenientes eos, vt circumciderentur, profelytos fece  
runt, & incautos interfecerunt. Et ad eiusmodi pastores cum à deo patre mitteretur passurus fili  
us. [Præsto sum ait.] Dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, re  
trorsum non abii. Venit ergo ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festū  
renunciaturus patri quid ageretur, non locali recursum vel retrogradis passibus, sed clamore vali  
do sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Pfal. 46. secundum exemplum Sychemorum: In eo videlicet, quia circuibant mare & aridam vt facerent  
vnum profelytū: & cum factus esset, faciebāt eum filiū perditionis, duplōq; semetipsum. Sic enim  
Sychemitis fecerunt patres eorum dolo circūuenientes eos, vt circumciderentur, profelytos fece  
runt, & incautos interfecerunt. Et ad eiusmodi pastores cum à deo patre mitteretur passurus fili  
us. [Præsto sum ait.] Dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, re  
trorsum non abii. Venit ergo ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festū  
renunciaturus patri quid ageretur, non locali recursum vel retrogradis passibus, sed clamore vali  
do sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Matt. 23. Sychemitis fecerunt patres eorum dolo circūuenientes eos, vt circumciderentur, profelytos fece  
runt, & incautos interfecerunt. Et ad eiusmodi pastores cum à deo patre mitteretur passurus fili  
us. [Præsto sum ait.] Dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, re  
trorsum non abii. Venit ergo ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festū  
renunciaturus patri quid ageretur, non locali recursum vel retrogradis passibus, sed clamore vali  
do sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Gen. 34. Sychemitis fecerunt patres eorum dolo circūuenientes eos, vt circumciderentur, profelytos fece  
runt, & incautos interfecerunt. Et ad eiusmodi pastores cum à deo patre mitteretur passurus fili  
us. [Præsto sum ait.] Dominus enim (inquit) aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, re  
trorsum non abii. Venit ergo ad tabernacula pastorum, ascendit Hierosolymam ad diem festū  
renunciaturus patri quid ageretur, non locali recursum vel retrogradis passibus, sed clamore vali  
do sui sanguinis, quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Esaiæ 50. quo fratrum illorum scelus crudelissimum iugiter in cœlum annectitur.

Quod Ioseph dolore mortis circūdati similitudinem mortis Christi, & passionem eius figuravit. CAP. XXIII.

P Errexit ergo post fratres suos, & inuenit eos in Doraim. Qui cum vidissent eum procul, an  
tequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere, & mutuò loquebantur: Ecce somni  
ator venit, venite occidamus eum, &c. Non opus erat, vt gratia similitudinis filii sui deus illum  
permitteret occidi resuscitaturus à mortuis, quamuis & hoc illi possibile fuerit, cum omnipotens  
sit. Occidi namq; non iam mortis similitudo, sed ipsa est mors. Si enim complantati (inquit Apo  
stolus) facti fuerimus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Nunquid hæc dices,  
suadet nobis corporaliter exingui? Ergo pro similitudine fati fuit, viuentem absq; dispendio vi  
tæ doloribus mortis circūdari, & ita communicare futuris passionibus Christi. Vt autem eua  
deret mortē dicentibus illis: Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & videamus si proficiunt il  
li somnia sua: diuisio malorū, præsidium iusto fuit. Dixit enim Ruben. [Non interficiamus ani  
mā eius, nec effundamus sanguinem, sed proficite eum in cisternam hæc quæ est in solitudine, ma  
nusq; vestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat, volēs eripere eum de manibus eorum, & red  
dere patri suo. Fortè quia se magis suspectum fore, torumq; pondus criminis in se versandum ex  
istimabat, quippe qui primogenita perdiderat, quæ in illum ex altera vxore primogenitū pater  
transferre cœperat. Hic protecto diuisus est à ceteris, & cauendū erat illis, vt non offenderent eū,  
cū posset offensus rem indicare patri. Igitur acquiescētēs vni, confestim vt peruēnit ad ipsos, nu  
dauerūt Ioseph tunica talari & polymita, miseruntq; in cisternā quæ nō habebat aquam. Sed hoc  
pacto, si ibi relinqueretur, mortem non euaderet, si autem Ruben vt facere intenderat, eripe  
ret eum de manibus eorum, & redderet patri suo: non implerentur diuinitus prouisa eius som  
nia. Facta est igitur & alia diuisio, sicq; in tres diuisi sunt partes, vt citius propositum dei ordine  
suo percurreret. Nam sequitur: [Et sedentes vt comederēt panes, viderūt viatores Ismahelitas.  
Dixit ergo Iudas fratribus suis: Quid nobis prodest, si occidamus fratrem nostrum? Melius est  
vt vendatur Ismahelitis, & cætera.] Hoc protecto ex semetipso non dixit, sed quemadmodum  
ille Caiphias qui prophetauit, dicens: Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non  
rora gens pereat: sic & iste nutu dei prophetauit, melius fore Ioseph venundari quàm occidi, ma  
gisq; sibi profuturū, si Ismahelitis venderent, quàm si occiderent, & sanguinem eius celarent. Hæc  
potius voluntas dei fuit, sed ille quidem cogitauit de fratre suo malum, deus autē conuerrere no  
uerat illud in bonum. Num (inquit ipse Ioseph) dei renuere possumus voluntatē? Vos cogitastis  
de me malum, & deus vertit illud in bonū. Hæc & Psalmista testatur, dicens: Misit antē eos vi  
rū, & continuo subiungens, in seruum venundatus est Ioseph. Ille (inquam) cogitauerunt malum  
de fratre suo, qui in seruum illū vendiderunt: deus autē vertit in bonū mittendo antē eos virum.  
Hoc verò fuit Christo comparari, verè ferro passionis transuerberari. Sic enim qui supra, cū di  
xisset: Humiliauerunt in compedibus pedes eius, statim adiecit, ferrū pertransiit animā eius. Ferrū  
pertransiens animā, appellat animæ angustiam. Quæ quàm venemēs fuerit, fratres testantur ad  
inuicem

Cur nō permittit deus Ioseph occidi. Rom. 6.

Ruben.

Iohan. 11

Gene. 30

Pfal. 104

inuicem loquentes. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustia  
am animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus. Gene. 42

Quod fratres Ioseph mittentes tunicam hœdi sanguine tinctam, nunciauerunt patri mortem eius. Et de luctu patris. CAP. XXV.

T Mitterent autem tunicam eius, & in sanguine hœdi quem occiderant, tinxerunt: mittentes  
qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc inuenimus, vide vtrum tunica filii tuisit, an non?]  
Hoc deliberauerunt, & non ipsi dicere voluerunt: hanc inuenimus, sed summisserunt qui ferrent,  
seque inuenisse dicerent. Videlicet sic tutius innoxii parerent, sic dissimulandi sibi laborem minue  
rent, sic animum patris à suspitione sui sceleris longius repellerent. Sed nunquid vel sic tam dili  
gentē fallere potuerunt? Et si huic sancto viro præter humanam nihil affuit coniecturam, nun  
quid torum eius spiritum suæ fallaciae tenebris obuoluere valuerunt? Dicit nempe quodam lo  
co sic: Vos scitis, q; duos filios genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus, & dixistis, bestia deuo  
rauit eum. Quid nā dixistis, nisi & eos qui dicerent, summisistis? Ergo illa fera pessima, illa bestia  
seuissima, quæ quantum in se fuit deuorauerat, qualis esset, nō omnino patre latere poterat. Sed  
quid ageret? Qualiter ferā illam confringeret? Quomodo de ventre bestia illius quæ deuorati  
putabat filium extrahi posse putaret? Tacendi potius & dissimulandi quod conuicere poterat, tē  
pus illi erat, ne si notā sibi illam feram, i. filiorum inuidiā audacem atq; violentam querelis manife  
stis exagigaret, maiorem in rabiem dentes eius acueret. Itaq; in acerbissimo dolore vim sibi faci  
ens, & verba sua moderans. [Tunica (inquit) filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuo  
rauit Ioseph.] Nec hoc dicens falsus aut mendax est. Talis namq; seuitia cum leone & vřlo feræ  
aut bestię vocabulo rectissime equiuocari potest. Scilliq; vestibus, indurus est cilicio, lugens filiū  
suum multo tempore. Qualem ergo inuidiæ suæ requie: quale zeli sui refrigerium abactores Ioseph  
adepti sunt? Nempe si grauis illis erat ad videndū frater, quia diligebat: grauior multo esse  
poterat pater, q; cū languore vel tristitia vniuersa domus corā oculis eorū perpetuo dolore cru  
ciabatur, nimioq; labore consumebatur. [Congregatis autem cunctis liberis eius, vt leniret dolorē pa  
tris, noluit consolationē recipere, & ait: Descendā ad filium meū lugens in infernū.] Quia mortu  
um esse putabat filium suum, omnes autē mortuū, quanq; iusti antē Christi aduentum descende  
bant in infernū: idcirco dixit, descendā in infernum ad filium meum, pro eo vt diceret, cum vita  
mea finiam præsentem luctum, non nisi moriendo cessabo lugere filium meum. Sed quoniam in  
strumento liberi eius congregati aderant ad leniendum patris dolorem? Quis enim dolorem e  
ius mitigare poterat, nisi quem medullitus dolor ipse mordebat? Hæc namq; veri doloris natu  
ra est. Si enim (inquit Apostolus) ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contrista  
tur ex me? At illi non in veritate plorare, vel fideliter contristari poterant, quippe qui pro reme  
dio tristitiæ suę, pro lenimento torquentis inuidię fratrem abegerant. Qua ergo fronte congrega  
ti aderant? Heu (inquit quidam secularium) q̄ difficile est, crimen non prodere vultu. Patris la  
chrymæ, quia vulneraram cordis venam inuenierunt, freno laxato curebāt quantum volebāt,  
nec retineri adiunctis habenis poterant, quia forti impetu sese excusserant. Verūm lachrymę fra  
trum conclusæ erant, nec leuiter, quamuis calcaribus vrgerentur, eripere volebant. Ergo cū le  
nire vellent verum patris dolorem, noluit consolationem recipere, noluit eos audire, Noluit e  
os saltem ad luctum inuitare, nō curauit saltem (quæ extrema cōsolatio est) eorum voces secū in  
fletū excitare. Solent namq; hoc facere qui omni gaudio destituti, solis pascuntur lachrymis su  
is, solis feriuntur gemitibus, quomodo verbi gratia Hieremias propheta loquitur: O vos omnes  
qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.

Item de re eadem. Et quod sicut Isaac, sic & Ioseph ad occidendum impetitus, non tamen mortuus, Christi passionem præfigurabat. CAP. XXVI.

I Gitur quemadmodum puer Isaac ad immolandum ductus, colligatus & aræ impositus nō ta  
men etiam gladio percussus: sic & iste à fratribus suis ad occidendum impetitus, in cisternam  
proiectus, ac venditus est, non tamē etiam occisus, rectē dicitur passus, & in passione sua filio dei  
assimilatus. Item & quemadmodum aries pro Isaac in holocaustum oblatas, mysterium similitu  
dinis filii dei peregit, cuius diuina impassibiliter permanere natura, sola passa, vel mortua est hu  
mana. Sic & hœdus iugulatus, quo tunica Ioseph talaris & polymita sanguine eius intringeretur,  
eamdem figuram vel similitudinem prætulisse dinoscitur. Tunicam Christi polymitam, sanctā  
esse scripturam superius iam diximus, qua videlicet tunc inuidi fratres Iudæi, quantum in ipsis  
fuit, dilectum patris filium nudauerunt, quando illum derestati sunt, & eum quem scripsit Moy  
ses in lege, & prophetæ, hunc esse negauerunt. Ecce respice in manibus Iudæorum Christi tu  
nicam, id est, legalem ac propheticam scripturam, sanguine illo cruentata est, sanguine hœdi,  
id est, eiusdem Christi, non sua sed aliena peccata portantis, & idcirco per hœdum significari,  
in manibus Iudæorum polluta est. Quicquid legere, quicquid sabbatizare contendunt, omne qd  
sanctū se habere putant, sanguine plenum est, sed & ipsæ manus Iudæorum plene sunt sanguine.  
Quinam

Gen. 44.

1. Cor. 2.

Quid in Metem.

Thren. 1

Gene. 22

Quinam sunt hi quos miserunt, quibus tunicam istam patri afferendam imposuerunt? Nimirum nos sumus, qui neq; filium istum vendidimus, neq; hoc dum (quod ipse id est secundum naturam humanam) peccata nostra portantem occidimus, sed ubi factum est, audiuimus, & superuenientes iam intinctam tunicam suscepimus. Non quidem nos illi miserunt, sed & nos & patres nostros apostolos emiserunt, eiecerunt, anathematizauerunt: Veruntamen quin spolia haec auferremus, prohibere non potuerunt. Quoties igitur patri assistimus, quoties cantantes aut psallentes siue legentes sacram scripturam tractamus, familiariter deo dicamus. Hanc inuenimus, vide vtrum tunica sit filii tui, an non? Et respondet nobis: Tunica filii mei est, fera pessima comedit eum, bestia deuorauit Ioseph. Gens enim illa, quondam patris domus vel hereditas, nunc fera pessima vel bestia dicitur & est, & vocatur Hyena. Sic enim in propheta dicit filius ipse: Facta est mihi habitatio mea quasi spelunca Hyenae. Jam dudum scissis vestibus hic pater indutus est cilicium, id est, laceratis & abiectis a se ornatibus veteri ceremoniarum, contempro ritu sacerdotum vel ornatu sacrificiorum, admisit & astruxit sibi met multitudinem poenitentium Idololatrarum. Planè congregatis cunctis, qui eiusmodi sunt liberis eius, ut deliniant dolore eius. i. ut sacrificiis & Moisaicis lectionibus illi adulentur, omnino non vult eos audire, & dicit: Cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam, manus enim vestrae plene sunt sanguine. Sed quid? Descendam, inquit, ad filium meum lugens in infernum. Lugens, inquam, id est, gemitibus inenarrabilibus lugentes faciens, ad eos descendam, qui cum in inferno siue in monumentis sint, audiunt vocem filii mei, & in hoc descendam, ut quicumq; audierint viuant.

Hier. 12.

Esaie 1.

Iohan. 5.

Quomodo Ioseph semel venditus viginti denarijs à fratribus, secundò venditus sit Putiphar Eunucho in Aegypto à Madianitis.

C A P V T X X V I I .

**E**T illo perseverante in fletu, Madianitè vendiderunt Ioseph in Aegypto Putiphar eunuchò magistro militiæ. ] Quæritur de isto, qui nunc eunuchus asseritur, quomodo postea vxorè habere dicatur. Tradunt Hebrei, emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinem in turpe ministeriũ, & à domino virilibus eius arefactis, postea electum esse iuxta morem hierophantarum in pontificatum Heliopoleos, & huius filiam esse Alcenech, quam postea Ioseph accepit. Ecce secundò in seruum venundatus est Ioseph. Et hoc interesse notandum est, quia primæ venditionis precium scriptura non tacuit, viginti enim argenteis vendiderunt eum fratres sui Ismahelitarum, secundò autem quanti venditus sit, dicere neglexit. Et rectè: Quia Ismahelitarum siue Madianitarum negociatores permixti, quod suum erat, & quod emerant licenter iam vendiderunt. Fratres autem hoc faciendo malum, ipsi venundati sunt, & idcirco sciendum fuit, quanti se ipsos vendiderunt, id est, q; paruo pretio tam ingentis peccati serui facti sunt. Nam tali in negotio, viginti argenti quid sunt inter tantos? Si quidem cum decem fratres vnus venditores fuerint, singule portiones eorum, boni argentei sunt. Paruo igitur venundati sunt, nisi quod & illi non tam marisupis suis consilere, quam inuidiæ suæ satis facere curauerunt. Porro Madianitis qui emerunt, & rursus vendiderunt Ioseph, illi fratrum nequissimi comparabiles sunt, scilicet, principes sacerdotum, qui & vendiderunt Christum, & ut sibi videretur, pecuniam discipulo spoponderunt: vendiderunt, inquam, quia iuxta suam occasionem, ut locum & gentem sibi seruaarent, quasi rursus vendentes eum Pilato tradiderunt. Nam si secundum Apostolum ex Ismahel sunt omnes qui sequuntur eos qui vel secundum spiritum nati, vel promissionis filii sunt: quanto magis illi Ismahelitarum rectè dicantur, qui hunc vltimò in morte persecuti sunt: non vt cunq; secundum spiritum nati, sed ex sancto spiritu conceptum, cui non ad mensuram deus spiritum dat, sed in eo corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitat? Hæc mira venditio eorum fuit, cum propter locum & gentem regem suum & loci & gentis suæ solum præsidium tradiderunt, dicendo, ne forte veniant Romani, & tollant nostrum & locum & gentem. Et pretium quidem emptionis eorum similiter supputatum est. Tringinta namq; argenteos traditori discipulo dederunt. Vbi notanda diligenter, secundum distinctionem personarum, differentia quoq; diuinitus prouisa pretiorum. Binarius namq; & ternarius in deceno limite viginti & tringinta faciunt. Ergo quantitas pretii, quo Ioseph venundatus est, binarius: pretii verò quo emptus est Christus, ternarius est. Et rectè: Nam Ioseph, vt pote purus homo solummodo ex anima constat & corpore, Christus verò ex anima, & corpore, simul ex veritate constat diuinæ naturæ. Benè igitur illic binarius, hic autem pretii quantitas ternarius est. Porro & illic, ubi in Aegypto venditus est Ioseph, & hic ubi gentibus traditus est dominus noster, precium vel emolumentum vendentium siue tradentium definitum non est. Aramen in propheta dicente, Paueant illi, & non paueam ego, induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos domine deus meus: iusta merces iniquitati illorum concessa est. Nam quia pautes, imò pauorem simulantes dixerunt, & venient Romani & tollent nostrum locum, non solum hac simplici contritione contriti sunt: sed & duplicata est contritio illorum, scilicet, vt & locum perderent, & æternam animæ mortem incurrerent.

Hiere. 17.

De con-

De coniugio Iudæ & filiorum eius. Et quòd alienigena Thamar & adulterinus concubitus Iudæ, os Iudæorum gloriantium in carne obstruxerit.

C A P V T X X V I I I .

**E**odem tempore descendens Iudas à fratribus suis, diuertit ad virum Odollamitem nomine Hyram, viditq; ibi filiam hominis Chananaei vocabulo Sue. Et vxore accepta ingressus est ad eam. Quæ concepit & peperit filium, vocauitq; nomen eius Her. Rursum concepto foetu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoq; peperit, quæ vocauit Sela. Quo nato parere vltra cessauit. Dedit autè Iudas vxorè primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuitq; Her primogenitus Iudæ nequam in conspectu domini, & ab eo occisus est, & reliqua. ] Vbiq; deus gratiæ suæ dona circa electos suos ita dispensat ac moderatur, quatinus & iustitia fidei sit vnde prædicatur, & presumptio carnis sit vnde non gloriatur, vt iuxta Apostolum omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, neq; gloriatur omnis caro coram illo. Ecce enim Iudæis carnalibus in carne gloriantibus magnè erat confidentia, quòd patres eorum vocati sunt sancti, & ipsi sanctas habuere coniuges, alienigenas. i. Chananaeorum, inter quos habitabant, filias abominati, sed ecce os illorum obstruit alienigena Thamar, & adulterinus Iudæ concubitus, vnde duces suos, principes suos, reges suos, prophetas suos, & seipsos emanasse, si dissimulare velint, palam coarctatur. Omnis gloria gentis, cuncta nobilitas populi huius, ex hoc adulterio profluxit, vt (sicut iam dictum est) omne os obstruatur, & de meritis suis nemo gloriatur, sitq; solus iustus & iustificans est qui ex se deus est. Iam quia pater literæ textus in superficie decolor, pulchritudinem spiritus introrsum quaeramus, ad honorem eius, qui neminem venit vocare iustum, sed omnes peccatores & impios. Neq; enim arbitrandum est, quòd frustra talibus ex principiis nasci voluerit patres, ex quibus ipse secundum carnem nasciturus erat, qui est super omnia deus benedictus in secula.

C A P .  
xxxvij.

1. om. j.

Roma. 7

Matt. 9.

Rom. 8.

Quid mysticè per adulteram Thamar significetur. C A P . X X I X .

**I**gitur Thamar (quod interpretatur amaritudo) poenitentiam significat, quæ omni homini necessaria est, ex quo primus peccauit Adam, in quo moriuntur omnes. Her & Onan, quorum alter pelliceus, alter interpretatur moeror eorum, qui vxorè Thamar duceret iussi, filios ex ea non genuerunt, & mortui sunt propter suam nequitiam, eos qui ante legem & sub lege fuerunt, designat, qui poenitentiam agere iussi, neglexerunt: Imò & expectatione dei nequiter abusi, tempora poenitentiae perdidit. Iudas qui tandem ad illam ingressus duos ex ea filios vno genuit concubitu, Christum designat, qui tandem agenda pro omni mundo poenitentiam suscepit, & vno mortis experimento, duorum populorum salutem, & vitam æternam, quasi parturiens in dolore mortis fructificauit. Latius secundum literæ ordinem, sensum hunc explicemus. [Mortua filia Sue, vxore Iudæ, ille post hanc consolatione accepta, ascendebar ad tonsoras ouium suarum, ipse & Hyras opilio gregis Odollamita in Thanas. ] Iudas confessio, Hyras vidi fratrem meum, Odollamita testimonium in aqua. Thana veras interpretatur vel deficientes. In Iuda ergo Christum quæ & Apostolus vocat confessionis nostræ pontificem. In Hyras Iohannem Baptistam qui dicit: Et ego vidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. In eo quod dicitur Odollamites, ipsum testimonium propter quod venit in aqua baptizans. In Thama Iudæos verantes, & vetando deficientes. In morte filie Sue (quod interpretatur loquens siue cantilena) silentium intelligimus legis & prophetarum, qui vsq; ad Iohannem prophetauerunt. Tunc ascendebar Iudas ad tendendas oues suas, & cum eo ille Hyras: tunc enim Christus venerat ad oues quæ perierant domus Israel: & cum eo, vel ante eum Iohannes baptizans, baptizans in aqua & prædicans lauacrum ad tonsuram ouium necessarium, i. poenitentiam, dignosq; poenitentiae fructus, necessarios ad deponenda onera peccatorum.

Hebr. 7.

Iohan. 1.

Matt. 11.

Quid mysticè significet, quòd Thamar Arrabonem accepit, donec mittetur hoc duntaxat? C A P V T X X X .

**A**nnunciarum est hoc Thamar, id est, amaritudini, [sumptoque habitu meretricio sedit in biuio. ] Audita est enim vox illius opilionis gregis dominici, clamantis & dicentis: Poenitentiam agite, & facite fructus dignos poenitentiae. Extunc omnis qui de peccatis suis timuit, amaritatus est: & sic publica confessione se ostendit quæ quæ anima peccatricem, quemadmodum talis habitus asserbat Thamar esse meretricem: sumpsit enim theristrum, id est, æstium ac subtile palliolum, sedes in biuio, per quod intelligitur legis & gratiæ confinium. Vidit Iudas noster, id est, miseratus est: ad amavit, id est, satisfactione eius suscepit. Quomodo enim concubitu eius frui voluit, nisi quia communicare dignatus est poenitentiam amaritudini? Vique adeo facere hoc ille non dedignatus est, vt inter poenitentes ipse à seruo suo baptismum poenitentiae susciperet. Sed quamnam conuentio fuit, vel qua pro mercede inter vtrumq; conuenit? [Mittam, inquit, tibi hoc duntaxat de gregibus. Quid porrò est huic Thamar hoc duntaxat pro mercede dari, nisi Christum pro poenitentibus sacrificari? Nam ille quidem secundum suam innocentiam agnus est dei: secundum peccata aliorum, quæ in se expiata susceperat, hoc duntaxat fuit. ] Quid tibi, inquit, vis pro arrabone dari? Respondit R. Annulum



Annulum tuum, armillam, & baculum quem in manu tenes. Annulus, fides; armilla, dilectionis operationem; baculus, spei significat fortitudinem. Ista recte Thamar pro arrabone postulat, do nec accipiat hoc dum. Fide nanque, spe, & charitate poenitens anima subarratur, donec sacrificatū pro peccatis suis faciat ad faciē videat Christum. Accusata quoque his tribus defenditur testimonio nūi quod nequaquam vagam sequendo turpitudinem fornicata sit, sed de Iuda conceperit, quia videlicet in die iudicii fide, spe, & charitate, vocata, iustificata, & magnificata defensabit, quod non alio quā de Christi spiritu conceperit, dicens iuxta prophetam: A timore tuo domine concepimus & peperimus spiritum, salutes non fecimus super terram.

De partu Thamar & quid significant gemini in utero eius, quod unus manum prius protulit, & alter maceriem destruxit. CAP. XXXI.

Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero eius. Atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum: dicens: Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter. Dixitque mulier: Quare diuisa est maceria? Et ob hanc causam vocauit nomen eius, Phares. Postea egressus est alter, in cuius manu erat coccinū, quē appellauit Zaram. Tempus est vel dies partus, hoc tempus acceptabile, & hic dies salutis est, ab hora passionis Christi, cuius amaritudo .i. mors omnē hominem, tā Iudaeum quā Græcum ad æternam vitam parturuit. Nam isti sunt duo gemini, qui in utero Thamar reperiti sunt discordantes, & quasi de privilegio nascendi contententes, quos Apostolus exæquare & ad pacis concordiam formare cupiens exterrēt minis, mulcet promissis. Ira, inquit & indignatio, tribulatio & angustia in omnē animā hominis operantis malū, Iudæi primū & Græci. Gloria autē & honor, & pax omni operanti bonū, Iudæo primū & Græco. Nō est enim personarū acceptio apud deū, &c. In ipsa, inquit, effusione infantium vnus protulit manū. Vnus ille qui primū manū protulit, Iudæus est, qui primus legē accepit, & cui primū oportebat loqui verbū dei. At ille reppulit illum, & indignum se iudicauit æternæ vitæ. Manum ergo coccino ligatā citō retraxit. .i. conscientiam Christi sanguine pollutam auertit. Alter protinus egressus est, Græcus .i. Gentilis populus ad lucem venit, & deo natus est. Quare, inquit, diuisa est propter te maceria? Hoc profecto à semetipsa nō dixit, sed verum propheravit, quod nunc palā factum est, quia videlicet cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Hæc interruptio Israël, diuisio maceræ est, quam & significat nomen Phares, interpretatur enim diuisio. Alterū appellauit Zaram, Quo nomine pellenda designatur cæcitas, quæ contigit in Israël, vt post præsentem infidelitatis noxam veram videat lucem, respiciens ad orientem. Zara namque interpretatur oriens.

Quod Ioseph venditus eunuchus à domino liberatus sit, ne in turpe ministerium adsumeretur. CAP. XXXII.

Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Aegyptius de manu Ismahelitarū, à quibus perductus fuerat illuc. Superioris narrationis serie interrupta, præsentī repetitione scriptura redintegrat. Igitur, inquit, Ioseph ductus est in Aegyptum, &c. Statimque iuxta Psalmistā in beatitudinibus iusti dicentē, apud dominū gressus hominis dirigetur, & viam eius volet, cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suā. [Fuitque dominus cum eo, & erat vir in cunctis agens prosperē.] Vbi nam ceciderat sic venditus: vel qua collisione ne collideretur, supposuit manum suā dominus? Nempe iuxta superius dictam Hebræorum traditionem, in malam seruitutem ceciderat, quem ad turpe ministerium vir ille Aegyptius emerat: Sed domino supponente manum suam, non collisus est, aruit enim (inquiunt) idē dominus eius, & factus est eunuchus. Et fortasse propter hoc ipsum tā copondere dictū est, qui optimē nouerat esse dominum cū eo, quod videlicet tali circa semetipsum didicerat experimento. Supposuit ergo manū suā dominus, nō quidē ad hoc vt totus subleuaretur, sed ad hoc tantū, vt nō collideretur .i. peccato alieno non inquinaretur, vel vt aduersitate nō frangeretur. Nondum enim sicut vasa figuli probat fornax, sic & hunc virum receptibile carminis tentationis satis probauerat. Nec dum satis spectatum fuerat, quantus esset intus, qui iam placebat extrinsecus. Adaugeat igitur secundū nomen suum Ioseph, nec enim frustra sic appellatus est, nec à semetipsa locuta est mater, sed diuino præfatio præeunte, augmenta virtutum eius, grandia fore vaticinata est, quamuis hoc nomen imponēs, futura nescirer. Adaugeatur inquam, & propter quem deus virum mirabiliter eneruat, ne vim pateretur, ipse per virtutem, foeminā vincendo, dignum se illo miraculo fuisse contestetur. Sequitur.

Quod in Ioseph quatuor virtutes notentur, eo quod dominam suam libidinofam spreuerit. CAP. XXXIII.

Rat autē Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit domina oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequaquam acquiescens operi nephario, & cæc. In hac tribulatione, in hoc abscondito tempestatis discrimine, vbi exauditus atque probatus est Ioseph:

Ioseph quatuor agnoscebat virtutes, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, & prudentiam. Quid enim temperantius eo, quod dicenti non cui libet, sed dominæ suæ, dormi mecum, adolescens suum nō inclinauit animū. Quid iustius eo quod ait: [Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est quod non in mea sit potestare, vel nō tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es, quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in dominū meum? Quid fortius ea perseverantia, quod huiusmodi verbis per singulos dies loquebatur, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recubabat stuprum? Quid prudentius eo, quod cum illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum: Ille relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras? Turtus nēpe iudicauit, vestimentum suum cum temporali dispendio excutere, & ignem procul à se abicere, quod silentio diu premēdo flammā foemineam in sinu suo alligare, cum periculo animæ. Recte igitur hunc Psalmistā virum nuncupauit dicēs, misit ante eos virum. Sed tanta rō virum virtutū mente inuictū, corpore mulieres captauerunt. Nam sequitur: [Cumque vidisset mulier vestē in manibus suis, & se esse cōtemptam, vocauit homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit dominus meus virum Hebræum, vt illuderet nobis, &c. His auditis dominus, & nimirum credulus verbis coniugis, iratus est valde, tradiditque Ioseph in carcerē, vbi vincitū regis custodiebatur.] Itaque liber peccati, seruus autē iustitiæ cum esset vir, per mulierem compeditus est, sed corpore tantum, nō mente: & ita humiliauerunt in compedibus pedes eius, & ferrum pertraxit animam eius, deum iudicē & consciū suum sustinentis, donec veniret verbum eius. Atque in hunc modū non longē à vero fuit, quod dixit pater Israël, fera pessima comedit eū, bestia deuorauit Ioseph. Reuera namque bestia vel fera pessima fuit ei mulier illa, libidine saucia, cuius contemptus dolore exasperata, quæ etsi nō deuorauit animā eius cōsensu peccati, momordit tamē, & acri dolore tanquā seruo dente trauerberauit: Hæc de sensu literalī. Cæterū in typum domini Saluatoris illa foemina tragedia, synagogæ vesania est. Et secundum historiam quidem tempora diuisa sunt, post multos namque dies iniecit dominā oculos in Ioseph, sed secundum sensum mysticum res coniuncta & ordo continuus est. Nam dominus noster, cum à Iudæis fratribus suis cōprehensus, & tota nocte irrisiones vel opprobria passus fuisset, subsecura luce ante præsidem adductus, & cum testibus falsis accusatus est. Dicendū igitur, quid in Christo synagoga concupierit, quid non adeptam se esse dolens, Christum præsidī suo tradiderit.

Item de eadem re mystice. CAPVT XXXIII.

Rat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Omne quod de Christo sancta prædicat scriptura, pulchrum ac decorū est, sed non absque eo quod intrinsecus latet: verbi gratia: & dominabitur à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarū, coram illo procedent Aethiopes, & inimici eius terram lingent: reges Tharsis, & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent: & quicquid eiuusmodi de Christo canitur aut legitur, pulchrum est, sed vnam eandemque pulchritudinem, aliter synagoga carnalis, aliter ecclesia spiritalis inruita est. Illa, quam hoc solum delectat, quod in mundo est, quod concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, quod ambitio spiritus, & superbia vitæ est: illa inquam cum legeret venturum Messiam. i. Christum regem magnum, & speciosum forma patris filii hominū, sperabat totū carnaliter futurū, scilicet quod secundum hominē seorsus esset super solium Dauid, in illa Hierusalē quæ prophetas occidit, in illa Syon, quæ lapidauit eos qui ad se missi sunt, vt inde dominaret à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terrarum, Aethiopibus & insularū regibus corā illo procedentibus, regibus Arabū & regibus Saba in illā auream & gemmatam Hierusalē munera offerentibus, & dona adducentibus, omnibus omnino regē illum & ciuitatē adorantibus, gentibusque cunctis auaritiæ Iudaicæ sub tanto rege seruentibus. Nempe hæc & huiusmodi de Christo carnaliter sentire, & secundum hominē sperare, id erat petulantem mulierē incestos oculos in pulchrum Ioseph iniicere. Sed Christus talem intellectum nō admittit, imō taliter intellegendem odit ac refugit, & iam dudum sic legentem, sic sentientem synagogam spreuit, effugientique cum suo viuificante spiritu, solam illi occidentem literā reliquit. Bene igitur Ioseph relicto in manu adulterę pallio fugit, & egressus est foras. Fugit enim qui & dixit: Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Fugit, inquam, & egressus est foras, quod præsignauit etiam factō, quando tollentibus lapides Iudæis, vt iacerent in eum, ipse abscondit se & exiit de templo. In argumentum ergo fidei, retentum pallium ostendit marito reuertenti domum, & ait: Ingressus est ad me, vt illuderet mihi. Retentū ostendit marito pallium .i. corā præside suo vana protulit testimonia scripturarū in argumentū fidei, quod dominus Iesus aut seductor sit aut illusor. Verbi gratia: Nos, inquit, legē habemus, & secundum legē debet mori, quoniam filium dei se fecit. Item: Com mouit vniuersam Iudæam, docens à Galilæa usque huc, & dicens se Christum regem esse. Pilatus sanē, vel potius Cæsar talis synagogę maritus tunc fuit, qualem per eunuchum Aegyptium significari nunc decuerat. Nam quomodo illa quæ maritum habet eunuchum, nec verē maritū habet, nec à lege viri soluta est, vt cuiuscunque voluerit nubat: sic Iudæa neque virū suum, scilicet deū, qui in

propheta loquitur, amodo voca me vir meus, tunc habebat, neq; tanq; vidua sine viro erat, quia regē fuit dominū suū non habēs, adulando ambiebat Cæsare, dicens: Non habemus regē, nisi Cæsare. His autē auditis, ille tradidit illum in mortē, ferrumq; pertransiit animā eius, nec solū animā, sed & carnē eius: manus enim & pedes eius clausi sunt, & lancea perforatū est latus eius.

Quomodo Ioseph in carcerem coniectus, a domino non sit derelictus. CAP. XXXV.

Factus est ergo sicut homo sine adiutorio quidē, quātum ad iudiciū vel opiniōem hominū, veruntamē inter mortuos liber, libertatis eius hæc vera similitudo est. [Dedit, inq; ei gratiā dñs in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebatur: & quicquid fiebat, sub ipso erat.] Et quidē benē, & cum sapientiā digna laude de illo iusto dictū est. Hæc venditum iustum nō dereliquit, sed a peccatoribus liberauit eum, descendiq; cū illo in foueā, & in vinculis nō dereliquit eū. Quia preiudiciū passus est, nō habens adiuantē hominē, qui pro eo causam diceret, vel cuius fiducia seruus solitariū iudiciū postularet. Rectē & ille dixerit, factus sum sicut homo, vel certē sum homo sine adiutorio. Quia verō sapientia cum illo descēderat in foueā, id est, in cisternā, quo fratres eius summiserunt eū, & in vinculis, i. in carcere Aegyptii nō dereliquit eū, rectē nihilominus idē dixerit, non quidē inter mortuos liber, sed inter vinctos regis liber. Nam liberali animo traditus in carcerē, vbi vincti regis custodiebantur, & ibi clausus, prosequente sapientia gratiam inuenit in conspectu principis carceris, qui & tradidit in manu eius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat. Et fortassis, quia vinctis vniuersis sub manu eius traditis, nullius personam accipiebat, sed eadem sedulitate cunctis ministrabat, idcirco dictum est. [Non nouerat aliquid cunctis ei creditis.] Nam si personam acciperet, aliquid nouisset. Verū hic illius quoq; propria dicamus, cuius illa prophetica conquestio: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber.

Psal. 77.

Quod sicut Ioseph, sic & Christus in carcerem missus, omnia in potestate eius fuerunt. CAP. XXXVI.

Illi, qui propter peccata nostra descendit in carcerem mortis, scimus quia deus pater gratiam dedit. Lex enim (inquit Iohānes) per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Illi inq; deus per gratiā dedit in conspectu principis carceris, id est in cōspectu suo, qui solus potestatem habet vitæ & mortis. Etenim secundum historiā veritatem alius quidē homo fuerit, Pharaosedens in loco regni, & alius qui erat sub illo princeps carceris: nā secundū hunc spirituale sensum vnus idēq; & altissimi solii rex & inferni princeps carceris est. Dicit quidē potest diabolus princeps carceris, quoniam dicitur & princeps mundi: at nō taliter princeps est carceris, vti carcerali poena aut vinculis sit liber, quemadmodū ille cuius gratiā Ioseph innocēs habuit, sed sic est princeps carceris, vel præpositus mortis, vt principalē accipiat sententiā damnationis. Igitur in conspectu principis carceris, i. in conspectu suo deus pater homini Iesu Christo gratiam dedit. Nam idcirco in carcerē eundē præcepto patris ille descēdit, vt gratiā inueniret, & misericordiam oportū captiuis impetraret, diceretq; iuxta prophetā his qui vincti erāt, exite, & his qui in tenebris, releuamini. Vndē & protinus subditur. Qui tradidit in manu ipsius vniuersos vinctos qui in custodia tenebantur, & quicquid fiebat sub ipso erat: Hoc nempe est quod anteq; traderetur, ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. Omnia inq; scilicet cœlestia, terrestria, vt inferna, & iuxta Apostolum in nomine Iesu domini nostri omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: prius autē infernorum, deinde cœlestium, & post hæc terrestrium. Prius enim ad inferna descendit, & mortuis vitam, vinctis solutionem reddidit, deinde cœlos ascendit adorandus ab omnibus, qui iam erant in cœlo, hominum spiritibus, & angelis sanctis: & post hæc prædicatum est nomen eius Gentibus, vt adorarent eum omnes reges, & omnes gentes seruirent ei. Constat igitur, quia tradidit princeps carceris vniuersos vinctos in manu eius. At ille non nouit aliquid, cunctis ei traditis, id est, omni iudicio sibi dato nullius personam accipit, sed in æquitate iudicans, & cum iustitia reddit vnicuiq; secundum opera sua.

Esaie 49.

Iohā. 12.

Iohā. 12.

Philip. 2.

Psal. 61.

Quod sicut Pharaos e duobus reis vnum suspendit, alterum in pristinum statum restituit: sic deus cui vult miseretur, & quem vult indurat. Cap. XXXVII.

Is ita gestis, accidit vt peccaret duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, & pistor domino suo. Iratusq; est Pharaos contra eos (Nam alter pincernis præerat, alter pistori) & misit eos in carcerē princeps militum, in quo erat vinctus & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis. Manifestus immorandū non est. Veruntamē ab eis, qui iudicia dei scrutari & reprehendere audēt, verbi gratia dicētis ad Moysen: Miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, & dicunt, ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat, quærendum est in hac lectione, an Pharaonem hic reprehendere velint. Quid enim? Accidit, inquit, vt peccarent duo eunuchi domino suo. Ambo peccauerunt ei, ambobus iratus est, ambos in carcerem misit.

Exod. 33.

Rom. 9.

Exinde

Exinde recordatus amborum, alterum ex ipsis pristinum in gradū restituit, alterum in patibulū suspendit. Ecce & hic miseratus est cui voluit, & clemēs fuit in quē sibi placuit. Poterat de vtroq; supplicium sumere, quoniā vterq; peccauerat: poterat vtriq; donare, quoniā sibi vterq; peccauerat. Hoc nanq; iudici iustitia cōcedit, vt facta sibi iniuriā donet cui velit, & hæc donatio nō solum nō reprehensibilis, verum etiā laudabilis est. Cæterum in causa vel accusatione aliena, nō eandē tribu lantibus licentiā permittit ordo iudicii, vel suscepta cura ministerii. Non enim sine causa (inquit Apost.) gladiū portat. Quod autē in ipsū Pharaonē vterq; peccauerit, scriptura pariter exprimit. Cum enim dixisset: Accidit vt peccaret duo Eunuchi pincerna regis & pistor, addidit, domino suo. Communē ergo irā, vel cōmunem vtriq; poterat exhibere clementiā: verū hoc vel illud pro potestate facere noluit, sed mediū tenēs in alterū quidem irā, in alterū clementiā ostendit. An hoc in illo quilibet reprehendit? Non vtriq; cū firmamēto rationis. Nā sicut clementiā honor est principis, sic & honor regis iudiciū diligit. Etenim vbi totū punitur, regia seueritas crudelitate polluitur: vbi verō totū remittitur, facies maiestatis sine metu discipline contēnitur. Quis porro nesciat, mundū vniuersum, totā humani generis massam, sic esse vel fuisse in manu dei, tanq; duos reos, vel duos vinctos in manu regis aut iudicis? Etenim ex quo pater omnium protoplastus Adā peccauit, vniuersi secundū illum rei, omnes propter illum fuimus vincti. Ergo duo sunt rei, sed vnus assumitur & alter relinquitur. Siquidē hanc vniuersitatis diuisionē triformiter propter tres vinctos ordines dominus insinuat, cū dicit: Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Duo in lecto, vnus assumetur & vnus relinquetur. Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Tu ergo o homo quis es, vt respondeas deo, cum Pharaoni respondere nō possis? Quoniā omnes rei & omnes sunt vincti, an nō habet potestatem deus, contra quē reatus admissus est, saltē æquē vt Pharaos, vni donare, ab alio poenā exigere? Imō quoniā homo qui per gratiā ad gloriā imaginis & similitudinis dei factus fuerat, per vitium suum factus est lutū. An nō habet (inquit Apost.) potestatem figuris, facere de eodē luto, aliud quidē vas in honorē, aliud in contumeliā? Nō enim dixit: An nō habet aurifex siue argentarius potestatem facere de eodē auro, siue de eodē argento aliud vas in honorē, aliud in contumeliā, quod indignum posset iudicari: sed à figulo luti argumentū similitudinis cōpetenter edixit. Figulus nanq; lutū nihil luto admittit faciendo de illo vas in contumeliā, cum ipsum lutum cōtumeliosum sit: multum autē illi confert, dū ex eo vas in honorē facit. Et nunc domine (inquit propheta) pater noster es tu, & nos lutum: & factō noster, & opera manuum tuarum omnes nos. Lutū sumus nō solum, quia de luto facti sumus, quod ad quærelā nostrā non pertinet, verum etiā quia cū argentea ratione vel aurea plastæ nostri similitudine splendescere debuimus, parte nostro peccate, omnes cum illo in lutum recidimus, & mortales facti sumus. Quod vtrunq; vir sanctus dolēs. Cōparatus sum, inquit, luto & assimilatus sum fauillæ & cineri. Obstruitur itaq; omne os, nihil enim deus admittit eis, quos esse vasa cōtumeliæ permittit, quia suo sunt vitio lutum facti: facit autē gratis quod non debuit, cum aliqua ex eis format vasa honoris.

Rom. 13

Psal. 98.

Matt. 23

Luc. 17.

Rom. 9

Gene. 3.

Rom. 9.

Esaie 64

Iob 30.

Quod sicut Pharaos mediante Ioseph vnum reum, sic deus de cruce vnum latronem mediante Christo assumpsit. CAP. XXXVIII.

Aliquantulum tēporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntq; ambo somnisi nocte vna, iuxta interpretationem sibi congruā, & reliqua. Ecce qui somniator fuerat, & nihil somnia sua profuerant, ille somniorū aliorum interpret fieri incipit, vt videant qui inuidebāt fratres, quia multum somnia sua profint illi. Et q; pulchrē Ioseph duorum medius vinctorū in carcere, & vtriq; somnii sui proferens interpretationem congruam, in hoc quoq; forma est vel vmbra saluatoris nostri, qui duorum medius latronum, in cruce vtriq; iuxta fidem vel meritū suum dignam dedit sententiā. Quantum enim interest: Illic Pharaos de carcere mediante Ioseph, hic autem deus de cruce mediāte Christo vnum assumit, & vnum relinquit. Et illic figura, hic autem exemplum est. Vniuersitatis diuisio supra dicta, illic tantū præfigurata, hic autē & in re demonstrata est. Quomodo duo in agro, duos molentes, duo in lecto, & eorum vnus assumitur, & vnus relinquit, vt supradictū est: sic duo in carcere, quorum vnus à Pharaone assumptus est, & vnus relictus est: duo nihilominus in cruce, quorum vnus à deo assumptus, & vnus relictus est. Veruntamen vtrobiq; mysterium est: Nā sicut pincernā Pharaos pristinū in gradum restituit, magistrū verō pistori in patibulo suspendit: & sicut latronū alter cōfitemens, paradisum cū domino introiuit, alter verō mortuus est in peccatis suis: sic per Christi passionē gētilis populus in gratiā recipitur, & Iudaicus in irā missus est. Vndē Apost. huic tanq; pincernę regi suo poculum laudis porrigēti, vel tanq; latroni paradisum introeuntī dicit: Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eum quidē qui cecidit seueritatem, in re autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate, &c. Sed & quod eloquium domini in eo inflāmauit Ioseph, vt ea quæ nemo aperire poterat, obscura somniorum aperiret, & secundum illa prophetaret: ad mysteriū vel typum eiusdē filii dei pertinet, super quē septiformis spiritus a deo requieuit, vt prophetas omnes adimpleret, sensumque apostolis suis ad intelligēdas scripturas aperiret. Sequētia percurramus, in eo quoq; mirantes altitudinem diuini

Rom. 11

Luc. 24



RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN GENE-  
sim Commentariorum Liber Nonus.

De eo quod dictum est ad beatum Iob : Nunquid feriet tecum pactum, &c. quali-  
ter in Christo implendum, in Ioseph figuratum est. CAP. I.

Iob 40.



Diabolo, loquens ad beatum Iob, dominus inter cetera dicit: Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eius seruum sempiternum, subauditur, ut ego: Hoc quod veraciter dicitur, presens attestatus est scripturae locus, ubi quod de beato Ioseph in typum Christi filii sui proposuerat intus bonitas dei, foris invidia diaboli per fratres eius operante, ad effectum peruenit. Nam & ille qui idcirco veditus est, ne sicut somniaret, adoraret a fratribus suis, idcirco adoratus est, quia veditus: Et dei filius, qui idcirco reprobatus est ab edificandis tibus, ne ipse (sicut in parabola Evangelica praedixerat) fieret lapis in caput anguli, idcirco quia reprobatus & crucifixus est, factus est hoc a domino, & est mirabile in oculis nostris. Igitur voluntate quidem aduersatur, & propterea graeco vocabulo dicitur Satanas. id aduersarius: actu autem seruus est sempiternus, & sic seruit tanquam sit fidelis, ita cooperatur, & bonis proficit, tanquam adiuuare velit spiritum domini, & sic vigilanter procedit, tanquam muret consilium dare, & ostendere illi. Igitur cum laude sapientiae dei dicendum abhinc, qualiter fratrum opitulante inuidia, somnia Ioseph implera sunt: quali ambitione stantem manipulum eius, manipuli illorum circumfuerint & adorauerint, siue sol & Iuna cum vndecim stellis.

Matt. 21  
Psal. 117.

C A P.  
X L I I.

Quomodo fratres Ioseph adorantes somnium eius impleuerint. CAP. II.  
Vdiens autem Iacob, quod alimenta venderetur in Aegypto, dixit filiis suis: Quare negligitis simus viuere, & non consumamur inopia. Inopiae magnitudo quanta fuerit, primae patris voces insinuatur dicens: Quare negligitis &c. Primo, ut exciter & atretos faciat redargutionis manu percutit: deinde narrat, quid audierit. Tertio perorat quid vellet: descendite in Aegyptum scilicet in quicquid, breuemque tandem sermonem terribiliter ita concludit, ne consumamur inopia. Descenderunt igitur fratres Ioseph, ut emerent frumenta, in Aegypto, Benjamin domi retento ab Iacob, quia dixerat fratribus eius, ne forte in itinere quicquid patitur mali. In Benjamin qui erat vterinus frater Ioseph, paternus refocillabatur animus, crebris & penes continuis exhaustibus singultibus, propter Ioseph: de quo patri (ut iam superius dictum est) suspitio non leuis esse poterat, quod fratrum perisset malitia. Proinde Benjamin domi retentus est ab eodem dicente: Ne forte in itinere quicquid patitur mali. Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos: Vnde venistis? &c. Primo introitu beneuolentiam principis ambientes adorauerunt. id est regio more salutauerunt. Quam autem ob causam adorauerunt? Videlicet ut emendi quae vellet, haberent licentiam, nam ut alimeta emerent, idcirco cum saccis suis aduenerant, quod facere absque Ioseph imperio vel nutu non poterant. Edixerat enim, & hanc legem statuerat Pharaon dicens: Ego sum Pharaon: Absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem: manum videlicet ad accipiendum, aut pedem ad efferendum, in omni terra Aegypti. Bene igitur & propria secundum rem futuram imaginatione, haec adoratio per somnium illi praesignata fuerat, quando narrans fratribus dicebat: Putabam ligare nos manipulos in agro, & quasi consurgere manipulum meum & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Ecce enim reuera quodam modo manipuli eorum manipulum eius adorant, dum non ob aliud ignotum sibi principem Aegypti adorant, nisi quia defecerant manipuli eorum, ille autem de manipulis plenus habebat horreum. Et ut iuxta Pharaonis quoque somnium dictum sit, idcirco adorant, quia spicem illorum tenues, & percussae vredine, superiorum copia annorum deuorauerant: ille autem per sapientiam spicas plenas atque formosas pariter ab illarum edacitate liberauerat, & in horreis recondiderat. Stabat namque & sublimis erat manipulus Ioseph, circumstantes autem humiles manipuli fratrum manipulum eius adorabant.

L. i. s. ca.  
25.

Gen. 41

Gen. 37

C A P.  
I I I.

Psal. 44

Qualiter & quanta prudentia ab illo discruciatum sint. CAP. III.  
Recordatusque somniorum quae aliquando viderat, ait ad eos: Exploratores estis, ut videatis infirmiora terrae venistis, & reliqua. Et in agnoscendis fratribus imaginem retinet Ioseph mansueti & veri filii dei, cui in cantico Epitaphii dicitur per os David: Intende prospere, procede & regna: propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Iustitiam namque & idoneam seueritatis fuit, quod peccatores tandem flagellat, & corripit verborum suorum stimulis, clauisque acutis tandem configit, donec peccatum suum agnouerit & dicat: Merito haec patimur, quia peccauimus in fratre nostro, videntes angustiam animae eius, dum deprecaretur nos & non audiuimus. Et crimen eorum satis vicino, licet non proprio nomine tetigit, dicendo: [Exploratores estis.] Pro eo ut diceret, fures estis. Nam fecerat furtum, imo sacrilegium, ubi sancto patri filium, fratremque suum furati sunt, & vendiderunt. Proinde cum dicerent: [Non est ita dominus, duodecim serui tui fratres sumus, filii viri vnius, in terra Chanaan, minimus cum patre

patre nostro est, & alius non est, super.] Continuo ubi dixerunt, & alius non est super. [Hoc est, inquit, quod locutus sum: Exploratores estis.] Quod vnus non est super, ex eo vos exploratores, ex eo vos fures estis. Nota quippe calliditas, quae cum dixisset, exploratores estis, continuo subiecit, verbum commutauit: non enim dixit, ut exploratis sed, ut videatis infirmiora terrae venistis. Infirmiora terrae vnus vnus venerant, scilicet quod non adeo infirma terra tempore famis esset, quin ipsa suo praesidio aliis videre subuenire posset. Alias autem & verum quando praesentia patris cum cunctis arbitris destituta fratre videntes, dixerunt: Venite occidamus eum, immunita terrae considerauerunt & inspexerunt, & proinde reducto in se digitulo, sine mendacio dicere potuit, immunita terrae huic ius considerare venistis. Veritati igitur & iustitiae assignandus est, quod quasi ad alienos durius loquitur, dicens: [Exploratores estis, immunita terrae huic considerare venistis, & per salutem Pharaonis non egredimini hinc, donec experimetur vestri capiti, tradiditque eos custodiri tribus diebus. Itemque: Et frater vester, inquit, vnus ligetur in carcere, fratremque vestrum minimum adducite ad me, ut possim vestros probare sermones, & non moriamini.] Porro mansuetudinis opera quis explicare poterit? Inter ipsa seueritatis acta vel dicta fleuit, & tandem cuncta quae potuit bona pro malis reddidit. Non ignorabat rem fore difficilem, ut frater suum minimum adduceret, imo & idcirco ab illis exigebat, ut ex rei difficultate laborantes, merita sua perenderet, ut iam coeperat, dicens: [Merito haec patimur, quia peccauimus in fratre nostro.] Qui & postmodum dicturi sunt, deus inuenit iniquitatem seruatorum suorum. Nam sicut anima eius cruciauerit & corpus, etenim humiliauerunt in coepedibus pedes eius & ferrum pertransiuit animam eius, sic pius tortor & per triduum humiliavit in coepedibus eorum pedes, & propter illum fratrem minimum, sicut sequentia declarant, ferro transuerberauit animas eorum, vique dum pietate superatus, reputaret diuino iudicio satisfactum. Nam nisi ad hoc tenderet, poterat vtiq; primo inquitu fratrem se fratribus ostendere.

Gen. 37.

Gen. 44  
Psal. 104

Quod exemplo Ioseph, principes Christianos ut dignum sit, erga Iudeos Christianorum inimicos. CAP. IV.

Quo exemplo, hodieque dignum est agere principes Christianos, erga fratres Christi Iudeos, id est, non occidere eos autoritate spiritus sancti per Psalmistam ex persona eiusdem Christi protestante sic: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua. Non ergo illos occidere, sed ad cognitionem sui reatus hoc exemplo conuenit euocare. Nam sicut tunc adorauerunt illi principem Aegypti, nescientes esse Ioseph, quem vendiderunt: sic hodie Iudei Christianis principibus subiecti sunt, nescientes hoc modo se esse subiectos pedibus Christi, quem negantes patres ipsorum crucifixerunt. Igitur quemadmodum Ioseph illos in vltione sui non occidit: sed pia tortura ad poenitentiam coepulit, ut dicerent, merito haec patimur, quia peccauimus in fratre nostro, &c. sic & hodie Christi. id est, nos vel omnes in quibus loquitur Christus, non decet ut captiuos, vinctosque Christi Iudeos occidat, sed ut multum ad poenitentiam compellant. Quod fructuosum simulque salubriter interdum a sanctis patribus actum est, scilicet ut patrum suorum rusticos Iudeos ad Christum venire minime consentientes, tanto pensionis onere grauaret, ut ex ipsa actionis suae poena compellerentur ad fidei festinare, & e contrario, perductis ad Christi gratiam pensionis onera releuerent, quia & si ipsi minus fideliter veniunt, hi tamen qui de eis nati fuerint, iam fidelibus baptizantur. Aut ipsos ergo, inquit, aut filios ipsorum lucrabuntur.

Psal. 58.

Quod Iacob Benjamin filium suum, cum illis mittere timuerit. CAP. V.

Illi portantes frumenta in afinis, profecti sunt, &c. Dimissi fratres & quasi non dimissi reuertuntur, nam eorum pedes quidem coepedibus absoluti, sed animi cum Symeone vincti retinentur. Nesciebant autem, quod eos dominus terrae diligeret, & idcirco ne exterriti non redirent ad eum, vnus ex eis in vinculis retinuit. Reuertitur igitur, quasi infausta renunciant. Locutus est nobis dominus terrae dure, & putauit nos exploratores esse, &c. Stupor & siue terror simul omnibus aduexit, quod cum frumenta effunderet singuli, repererunt in ore saccorum ligatas pecunias. Putauerunt enim contra se subtiliter agi, & deuoluenda in eos calumniarum occasiones paratis artibus inquiri. Vnde & postmodum in Aegypto ad dispensatorem locuti sunt: Oramus domine, ut audias. Iam ante descensum dimisimus ut emeremus escas, quibus emptis, cum venissemus ad diuersorium, aperuimus sacculos nostros, & inuenimus in ore saccorum pecuniam, quam nunc eodem pondere reportauimus. Non est in nostra conscientia, quis eam posuerit in marsupijs nostris. Omnibus itaque exterritis, additur, ad cruciatum mentis eorum & lucuosa patris querela dicitur: [Absque liberis me esse fecistis.] Penes quod sentiebat, edixit. Cum enim dicit: absque liberis me esse fecistis, & continuo subiungit: [Ioseph non est super.] Quid aliud dicit, quam absque Ioseph me esse fecistis: Simul quoniam & continuo prosequitur. [Symeon tene in vinculis, & Benjamin auferis.] Et de Ioseph conscientia reos torquebat, timere poterat, quod suspicaretur pater, quia Symeon pro frumento vendidissent, & sic pecuniam reportassent, itemque malitiosum Benjamin auferre vellere. Deinde & cum dicit: [Non descendet filius meus vobiscum.] Frater eius mortuus est, ipse solus remansit, si quid ei aduersi contigerit in terra, ad quam pergitis, deducetis canos meos ad inferos.] Palam datur intelligi, quia si audeat, plus dicere velit, proferunt quia

Gen. 44

quia premissio, si quid ei aduersi contigerit, non ait, descendet cani mei, sed deducetis canos meos cum dolore ad inferos. Nempe sic se habent dictionum serie, quod dicit: si quid ei aduersi contigerit, idem est ac si dicat, si quid ei aduersi feceritis. Sed parcat oris, neque dolori cuncta permittit, ne quod viri iracundi est, satis turbatam amplius turbet ipse domum suam.

*De sponsione Iudæ, dicentis: Si non reduxero eum tibi, &c. & quomodo sol & luna & undecim stelle adorauerint Ioseph.*

**I**nterim fames omnem terram vehementer premebat. Consumptisq; cibis, quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos: Reuertimini, & emite paxillus uls carum. Respondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille, sub attestacione iuramenti, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Et reliqua. Magna rei difficultas, magna paterni animi angustia, grandis fraternæ conscientia poena. Sed quid diuinius quasi somno contopitus pater, gaudio foris praestolante, in profundo tristitia premitur? Oportet impleri & alterum somnium, quoniam iam vnum impletum est. Oportet inquam, quoniam manipuli fratrum iam manipulum Ioseph (vt supra dictum est) adorauerunt, & tempus est vt sol, & luna, & stellæ undecim adorent Ioseph. Traditur ergo tandem Benjamin cõmissus Iudæ, dicenti. [Si nõ reduxero eum tibi, ero peccati in te reus omni tẽpore.] Et hæc sponsonẽ pater sapiens libentius accepit. Nã quod ante huc dixerat Ruben, duos filios meos interfice, si nõ reduxero illũ tibi, nec suscipit pater, nec suscipere aut probare debuit. Igitur profectus in Aegyptum stellæ undecim, id est, fratres vniuersi, adorant Ioseph, munera tenentes in manibus, modicum refinæ & mellis, id est, Rachele & terebinthi, & amygdalarum. Sol autem, id est, ipse pater, & in eo maternus lunæ, id est, Rachel affectus. Sol, inquam, remanens, & corpore absens, adorat tamẽ cum dicit pro Benjamin: Deus autem meus omnipotens faciat vobis cum placabilem, & remittat vobiscum fratrem vestrum, quem tenet, & hunc Benjamin. Vel certe tunc quoq; iste sol, id est, pater Iacob, adorauit Ioseph, quãdo protinus resalutatis fratribus clemẽter, mox vt dixit: [Saluus ne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuunt?] Illi responderunt: Sospes est seruus tuus, pater noster adhuc viuunt, & incuruati pro illo adorauerunt. [Nimis ambitiosẽ supplicatis, vt senectutis eius intuitu illis esset propitius, cuius mentionem facere ipse dignaretur. Nam vbi in persona sua presens pater ipse adorauerit (sicut iam longẽ superius dictum est) non inuenitur. Et norandũ, quanta fuerit in Ioseph altitudo honoris, quanta maturitas vel dignitas in illo cum spiritu mansuetudinis, quem pro vno dignationis suæ verbo, quo dixerat: saluus ne est pater vester, adhuc viuunt, iterum adorauerunt incuruati. Bene ergo fratres visuri eratis, quid illi profutura essent somnia sua.]

*De pietate Ioseph, qua viso Benjamin, se continere non potuit. Cap. VII.*

**A**t tollens autem Ioseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum vterinum, & ait: Iste est frater vester paruulus, de quo dixeratis mihi: Et rursum deus (inquit) miseratur tui fili mi: Festinauitq; quia cõmota fuerant viscera eius super fratre suo, & erumpebant lachrymæ & introiẽs cubiculum fleuit. At tollens oculos Ioseph, iam ante dictum fuerat, quia steterunt coram Ioseph. Quos cum ille vidisset & Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens: Introduc viros domum, & occide victimas, & instrue conuiuium, quoniam mecum comeduri sunt meridie. Quid ergo est, qd quasi nondum viderit, ita nunc dicitur, attollens autem oculos Ioseph, vidit Benjamin fratrem suum vterinum: nisi quia primũ ita vidit vt dissimularet, nunc autem ita vidit, vt eius visione denunciacionis suæ meminisse videretur, qua dixerat: non videbitis faciem meam, absq; fratre vestro minore? Necdum enim scire merebantur illi adorantes, qd inter summa regni negotia princeps Aegypti, & dominus terræ talium meminisse potuisset. Sed dum affectata austeritate quasi in alienos intenderet, rupit pietas iniussa, nimiumq; vltronea preparatam fortitudinẽ pectoris, & dissimulandi virtus non fuit, vnde & quasi fugam iniens, festinauit in cubiculũ & plo rauit, quia erumpebant lachrymæ, & nõ poterat se continere. Vistus itaq; commotis visceribus suis, & tumultuãtibus lachrymis, cessit, eaq; quantũ voluerunt currere, permisit. [Rursusq; lora facie egressus, contñuit se, & ait: Ponite panes, &c.] Hoc conuiuũ, vt de illo quoq; secundũ mysterium aliquid loquamur, rectẽ cum Benjamin, id est, filio dextræ celebratũ est: sic enim in fine mundi, cũ plenitudo Aegyptiorum, id est, gentium, subintrauerit: fratres Iesu Christi scilicet Iudæi, filio dextræ, id est, apostolicæ fidei in conuiuio corporis & sanguinis eiusdẽ Christi fratris sui foederabuntur, & tunc reuera cum opulento fratre suo bibentes inebriabuntur. Hoc tantũ in ter est, qd hic anteq; agnoscerent fratrem suum, dicentem: Ego sum Ioseph, conuiuium factum est, illic autẽ prius oportebit Christum agnosci, & tunc demũ eos prædicto eius cõuiuio participari.

*De conuiuio, quod fecit Ioseph fratribus suis, & de ordine primogeniti, iuxta primogenita sua.*

**Q**uib; appositis: seorsum Ioseph, & seorsum fratribus, Aegyptiis quoq; qui vescebantur simul seorsum (illicitũ enim est Aegyptiis comedere cũ Hebræis, & pphanti esse putat huius cõmodi cõuiuũ) sederũt corã eo, primogenitũ iuxta primogenita sua, & minimus iuxta etatẽ suã. Primogenitũ

Primogenitus iuxta primogenita sua sedit, & minimus iuxta etatem suam, id est, quo erat quicq; natu prior, eo sedit & superior: & eõtrario, quo erat quicq; natu minor, eo sedit & inferior. Summus sine dubio cunctorum & maximus, vt pote dominus domus, & conuiuũ princeps, sedit ipse Ioseph, coram quo sederunt omnes, vt pote longẽ minores. Quid ergo sibi vult hoc loco ista scripturæ diligentia, cum premissio, quia sederunt coram eo, addidit: primogenitus iuxta primogenita sua, nisi vt insinuet iam extunc ipso vsu cessisse Ioseph primogenita? Sic enim & in Paralipomenon libro legitur: Quia cũ violasset Ruben thorsũ patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph filii Israel, & nõ est reputatus ille in primogenitũ. Porro Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: Primogenita autẽ reputata sunt Ioseph. Etenim quod primogeniti erat, accepit enim duplicia, dicere patre Iacob: Do tibi partẽ vnã extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo. Igitur Ioseph post carcerem primogenitus in hoc etiã Christo assimilatur, qui est primogenitus ex mortuis, & primogenitus ex multis fratribus, & secundũ renouacionẽ orbis principũ creaturæ dei, nouæ nanq; creaturæ oportet subaudiri. Quod & euangelista Lucas consideras, cũ de virgine Maria, quæ nullũ deinceps erat paritura, dixisset: & peperit filiũ suũ, statim adiecit, primogenitũ, quanq; & secundũ diuinã generationẽ rectẽ primogenitus debeat dici. Prius enim qd aliquid crearet pater illũ genuit. Aegyptios & Hebræos, quibus illicitũ erat & prophanũ pariter conuiuari, & tamẽ eadẽ domo, eodemq; epulantur conuiuio, licet seorsum hi, & seorsum illi, Ioseph authore vel principe cõuiuũ, duo parietes sunt, scilicet gẽtes & Iudæi, quos hætenus dis cordes Christus in semetipso cõiungit, & ad vnus fidei concordia quãdoq; perducet. Quod dictũ est, & inebriati sunt cũ eo, idioma linguę hebraicę est, vt ebriatẽ pro satietate ponat, sicut ibi: Riuous eius inebrias multiplica genimina eius, in stillis eidũs eius lætabitur siue inebriabitur germinans. Haud dubium, quin terra pluuiis irrigata,

*De eo quod dixit, Cyphum meum pone, &c. iunioris. Et de oratione Iudæ pro Benjamin.*

**P**ræcepit autem Ioseph dispensatori domus suę, dicens: Imple saccos eorũ frumento quantum capere possunt, & pone pecuniam singulorum in ore sacci. Cyphum autẽ messi argenteum, & precium quod dedit tritici, pone in ore sacci minoris, &c.] Fortẽ quis æstimet hoc voluisse Ioseph, vt hac occasione vterinũ fratrem suum Benjamin quasi ex iure reuincere posset, præsertim quia postmodum dicturus est. [Qui furatus est cyphum, ipse sit seruus meus, vos autem abite liberi ad patrem vestrum.] Sed hoc indignũ sancto viro quis non æstimet? Siquidem fratris venditio, & fratrum eiusmodi circumuentio, parum in crimine differunt. Ergo id potius quod euẽnit, illum intendisse arbitremur, quoniam dominus erat cum Ioseph, & omnia opera eius dirigebat, cuius cũ directione hoc opus illũ prædicta intentione agere potuisset ratio negat, quippe, quia iusticia repugnat, quia veritatẽ non appropinquat. Quid tandem euenit? Cum dixisset Ioseph, qui furatus est cyphum, ipse sit seruus meus, vos autẽ abite liberi ad patrem vestrum. [Accedens propius Iudas, multis coram astantibus.] Secreta paternæ domus, quæ ad testimoniũ ipsius Ioseph multũ valebant, tali narratione exposuit, vt duorum causa fratrum, quorum alter ipse, & alter erat Benjamin saxeis etiam pectoribus lachrymas gemitumq; elicerent, tandemq; suam ita concludit orationem. [Ego propriẽ seruus tuus sum, qui in meam hunc recepi fidẽ, & ipopondi, dicens: nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore, manebo itaq; seruus pro puero in ministerium domini mei, & puer ascendet cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero, ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assitiam. [Quid hoc iusticiae ordine pulchrius? Nempe qui hic seruitio se addidit, ipse est cuius consilio in seruum venundatus est Ioseph. Sic enim supra habemus, quia dixit Iudas fratribus suis: Ecce Iimahelitę transeunt, venite, venundetur. Igitur & in hac similitudine doli, laus est viri gloriosi, quia per occasionẽ argenti sui, consultorẽ vendicionis in hanc necessitatẽ cõpulit, vt optaret seruus fieri, & sic argenteos quos accepit vendito fratre, & per fratrum marsupia diuisit, insectatus est, vt aliud quidẽ pro alio argentum conscientia eorum excuteret, attamen tali poena non nihil macula illa reos liberaret.]

*De eo quod dixit: An ignoratis, quod nõ sit similis mei in augurandi sciẽtia. Cap. X.*

**V**eruntamen præter hæc quę dicta sunt, & in hoc, & in eo, qd tribus diebus eos custodiẽ tradidit, alia ratio est. Nunqd enim sine vero aut cũ mēdacio dixit: [An ignoratis, qd nõ sit similis mei in augurandi sciẽtia?] Etenim augurari quidẽ gentiliũ est, & ex lege dei illicitũ est, attamen rem diuinã i. futurorũ intelligentiã, qua gratia lōmiorũ quoq; fides erat interpres, verbo augurandi rectẽ illũ significasse nõ dubiũ est. Ergo quicqd hætenus in fratres suos egit, præsentialiter quidẽ illis aliquantula poena fuit: sed reuera nõ tanq; augur, sed tanq; dei vates pro intuitu futurorum tunc illa præsentia gessit. Sciebat enim, qd pro culpa suę vendicionis, seruituri essent Aegyptiis in tribus generationibus suis, generatione autem quarta reuersuri, vnde & moriturus dixit fratribus suis: Post mortem meam visitabit vos deus, & ascendere faciet de terra ista, ad terram quam

Exod. II.

Exod. II.

4. Reg. 19. Iohan. 16.

quam iuravit Abraham, Isaac, & Iacob, asportate vobiscum ossa mea de loco isto. Sed & illud pre- scire poterat, quod educendi essent cum auro & argento, sicut scriptum est: Et dices filiis Israel vt postulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea, & aurea, &c. Nam & Abraham vtrunq; prae-dixerat deus, generatione autem quarta reuertentur huc, & gentē cui seruituri sunt, ego iudicabo, & post hæc exhibunt cum magna substantia. Bene igitur in propheta tristi genera- tionē seruiturā in Aegypto, & expoliationis Aegypti, tribus illos diebus in custodia tenuit, & abeuntibus argenteū cyphū suū impoluit. Itē in auspicio Aegyptiorū, qui fugientē Israel perse- cuturi erant, misit executores post illos, qui eos quasi ad iudiciū cum nimia turbatione reuocarēt, & sicut tandē cantaturi erant filii Israel dicentes: Cantemus domino, gloriosē enim magnificatus est, ita rectē & ipse tristitiam fratrum inopinabilī gaudio terminauit, dicendo: Ego sum Ioseph.

**N**on se poterat vltra cohibere Ioseph, multis coram astantibus. Vnde præcepit vt egrede- rentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuae. Eleuauitque vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptii omnisc; domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuūt. Postquam bene accepit, grandem esse vel fuisse pro se calamita- tem patris: & eandem calamitatem ne in nouaretur aut inualefceret grandi curā esse fratribus suis, non (inquit scriptura) poterat se vltra cohibere Ioseph. Venerat enim dolor quasi vsq; ad par- rum, & virtus non erat parienti. Nam quomodo mulier grauida tristitia habens, quando im- minet hora eius, tacet quidem & silet quantum valet, & patiens est: hora autem ipsa qua partu- rit, loquitur, & erumpit, & clamat, neq; se cohibere potest, quin dolori inualefcenti clamando sa- tisfaciat: sic ille qui hætenus se continuerat vt cunq; gemitus intercidens & abscondendo deglu- tiens, ac violentia lachrymarum fluente diuidens, hora qua os aperuit, dicturus ego sum Ioseph, citius ac properantius erupit incondito clamore doloris turbo violentissimus, vocemq; cū fletu in altum extrulit, quam & foris audierunt Aegyptii, omnisc; domus Pharaonis. Tandē dixit: Ego sum Ioseph, & quasi grandi pauoris fulmine excusso fratres attonitos, & quasi amentes reddidit. Nec enim poterant respondere illi. Imò timore perterriti. Bene ergo præcepit, vt egredere- tur cuncti foras, vt nullus interesset alienus cognitioni mutuae. Non enim alienis iam comunicanda erat domestici notitia sceleris, neq; sub eorū præsentia pius frater edicere voluit rē tantæ confu- sionis, quam ferre non potuerūt fratres remotis etiā cunctis arbitris. Ego (inquit) sum Ioseph. Et con- tinuò: Adhuc pater meus viuūt. Quod vtiq; non vt sciret interrogando dixit, iam enim interro- gauerat & audierat quia viuūt, sed dolēter admirando q; adhuc viueret, & nimis compatiēdo, q; in luctu sui causa consensisset, tanta calamitate oppressus, quantam vel ex eo conuicere potuit, quod Iudas nouissimē narrans ita concluderat, ne calamitatis quæ oppressura est patre meū testis assistam. [Perterritis itaq; nimio terrore, accedite (inquit) ad me. Et cū accessissent prope, ait: Ego sum Ioseph frater vester, quē vēdidistis in Aegypto, &c.] Magna moderatio vbi dixit: Ego sum Ioseph, adhuc pater meus viuūt, quia nimis perterriti sunt, idcirco quasi imperū turbis paulil- per retinuit, consolationeq; interposita, dicēdo, accedite ad me: & hac illis inuitatione aliquantul- lum refocillatis dictū repetiit, cursumq; expositionis suæ continuauit. Et tanta priorē austeritatē dulcedine ac lenitate superauit, vt merito etiam in hac parte illi Samaritano similis existimeretur, qui reuera vūlneribus, id est, peccatis hominum, vinum & oleum vt curarentur, infudit.

*Quomodo dixit, Nolite pauere, & quod tantus moras perpeti potuerit, qui dixit: Festi- nate, & adducite eum ad me.*

Iohan. II.

Psal. 40. Hebr. 2. Psalm. 8.

**N**olite (inquit) pauere, nec vobis durū esse videatur, quod vēdidistis me in his regionibus. Nolite pauere cū dicit, subaudiendū est me, dei namq; pauor & terror illis præferum in tali scelere non debuerat abesse. Nā quod ait: [Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patre Pharaonis, & dominum vniuersę domus eius.] tale est ac si dicat Christus Iudæis: Non vestro consilio dicentiū, ne fortē veniāt Romani, & tollāt nostrū & locū, & gentē: sed dei voluntate moriturus erā pro gente, & nō tantū pro gēte, sed vt filios dei qui erāt dispersi congre- gare in vnum. Vestrum enim consilium fuit, verbi gratia, vt diceretis: quādo morietur, & pe- ribit nomē eius: dei autem voluntas, vt per passionem mortis, gloria & honore me coronaret, & constitueret me super opera manuum suarum. Ita non vestro consilio (inquit Ioseph) sed dei vo- luntate huc missus sum: vestrum quippe fuit consilium, vt nihil mihi prodesse somnia mea, dei autem voluntas vt faceret me quasi patre Pharaonis, & dominum vniuersę domus eius, & prin- cipem in omni terra Aegypti. Cū ergo dicit: Nolite pauere, nec vobis durū esse videatur, quod vēdidistis me in his regionibus. [Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in Aegyptum. Biennium est, quod fames cepit esse in terra, & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari pote- rit, neq; meti, præmisitq; me deus vt referueminī super terrā. Non vestro consilio, sed dei huc vo- luntate missus sum.] Cū (inquam) hæc dicit, non culpā eorū nullā facit, sed pro conscientia animi timore perterritis, nec audribus loqui, sceleris sui magnitudinē ad horam subtegere, vt sapiens

medicus

medicus fatagit. [Festinate (inquit) & ascendite ad patrem meum, & hæc & hæc dicetis ei.] Er in- fra. [Festinate ait, & adducite eum ad me.] Qui sic iusto patris desiderio nunc festinat, quomodo tantas hætenus potuit perpeti moras? Videlicet quia si patre prius inuitallet, q̄ cōgregatos ad se fratres suos omnes, sub ipse solidissima cōposuisset, grandē nimis in domo patris sui turbam con- citasset. Iam quippe consolatis omnibus, postq̄ osculatus est omnes, & super colla singulorū fle- uit, & sic pro vera remissione, vt certi essent de pace eius & gratia satisfecit, postq̄ osculo confir- mati lachrymoso, iam ausi sunt loqui ei, postq̄ binas singulis stolas protulit, adhuc tamen solici- tus horatur, & dicit: [Ne irascamini in via.] Ne (inquit) irascamini, ne rixemini, ne dū alius alio iustior vel innocenter videri vult, & se in aliū crimen depellere contendit, iniuicem prouocetis, & cōtra iniuicē diuidamini. Tēpore igitur oportuno festinās Ioseph: dicite (inquit) patri meo, quia quinq; anni residui sunt famis, nunciate patri meo vniuersam gloriā meam, & cuncta quæ vidi- stis, vt sit ex me vel gloria mea quod inuiter, sit ex metuēdo famis periculo quod impellat, & sic festinet. [En oculi vestri.] En (inquam) vt certi vos ipsi certum facere patre meum debeatis, oculi vestri. [Et oculi fratris mei Benjamin vident, quod os meū loquatur ad vos. Audituq; est, & celebri sermone vulgati in aula regis, venerunt fratres Ioseph.] Adiungit Pharo suas simul in- uitationes, proferunt opes Aegypti, & promittunt ampliores, regiq; quoq; mittuntur subuectiones paruulis & coniugibus transferendis, ne pater Iacob parum confortetur, aut in aliquo dubitet.

*Quid significet, quod singulis fratribus suis iussit proferri stolas binas. Cap. XIII.*

**S**ingulis (inquit) proferri iussit stolas binas. Benjamin verò dedit trecentos syclos argenteos, cum quinq; stolis optimis, tantundemq; pecuniæ ac vestiū mittens patri suo. Ad hoc primū exemplo perfectæ charitatis, profectū esse arbitremur dictū illud sapientis, quo & Paulus vritur apostolus: Si esurierit inimicus tuus, ciba illi. Si sitit, potū da illi. Hoc enim facies, carbonēs ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo, sed vince in bono malū. Hic enim inimicis suis, qui inter comedendū vendiderant eū, dictum est enim supra: quia sedentes vt comederent panē vi- derunt viatores Ismahelitas venire de Galaad, & dixerunt: Melius est vt vendatur Ismahelitis, inimicis (inquit) suis, qui manducando esurierent vendiderant, cibum dedit & potū: etenim cū eo (vt supra dictū est) inebriati sunt, & eis a quibus tunica talari & polymita nudatus est, ecce binas sin- gulis dedit stolas. Porro finē cunctorū Christi mysteriorū, quæ digitus dei in Ioseph præfigurauit, in hoc agnosci promptū est, q; non vnā tantū, sed singulis binas stolas largitus est. Etenim nūc quidē electorū animæ vbi deposito carnis onere feliciter lætātur, vna stola. i. sola suimet beatitu- dine perfruuntur: vbi autē omnes resurrexerimus, quicunq; immutabimur, binas stolas singuli. i. animæ simul & corporis duplicē gloriā obtinebimus. Proinde vsq; ad hunc descensum in Aegy- ptum ab initio narrationis de isto beato Ioseph mysteria Christi secundum similitudinē eius spe- ctata sint: nam ex hoc aliud principium sumitur, & sacramentorum mirabilium series alia texitur, quæ iam in ecclesia Christi celebri collatione frequentera & nota, secundum ordinem histo- riæ, quam nouo retractatu recurrimus, speculari duce spiritu sancto conabimur.

*De eo, quod nuncium detulerunt ad Iacob, de Ioseph adhuc viuente.*

CAPVT XIII.

**N**unciauerunt Iacob dicentes: Ioseph viuūt & dominatur in omni terra Aegypti. Quo au- dito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credidit eis. Quomodo tantæ rei nunciū pater acciperet, cōpendio scriptura pulchrē sic expressit, vt nullo verborū circuitu me- lius explicari poterit. Quasi de graui somno euigilās, inquit: Qualis enim astat, qui de graui som- no repente percitus euigilat: Attonitus vtiq; & stupidus ad intelligendū vel respondendum, se- gnis, & hebes præ mortuis sensibus. Vnde protinus, cum econtra nec dum credenti referrent om- nē ordinē rei, & ille vidisset plaustra, & vniuersa quæ miserat, eadem proprietate vsā, reuixit (in- quit scriptura) spiritus eius, & ait: [Sufficit mihi si adhuc filius meus Ioseph viuūt, vadā & videbo illum antequam moriar.] Reuixit spiritus eius, id est, discernendi facultatē recepit, vt multitudi- nem gaudiorum suorum accipere posset, & rationē habere cum eis sciret, quorū repentinus ad- uentus imparatum, nihilq; tale opinantem animum magna inundatione oppressisset.

*Quid timuerit Iacob, vt diceret illi deus: Noli timere & descende in Aegyptum.*

CAPVT XV.

**P**rofectusq; Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum iuramēti. Et mastatis ibi vi- sitatis deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentē sibi. No- li timere, & descende in Aegyptum, & cætera. Puteus iuramēti, superius habemus vnde cogno- minatus sit, scilicet ex eo quod Abraham & Abimelech illic foedus percusserunt: ille locus idcir- co namq; vocatus fuit Bersabee, quia ibi vterq; iurauit. Noli (inquit) timere, & descende in Aegy- ptum. Patet ex hoc, quia Iacob in Aegyptum descendere timebat, alioqui frustra diceret ei deus: Noli timere. Et fortē idcirco timebat, quia difficilem fore reditum non ignorabat. Nam præter hoc quod propheta erat, sicut de illo & patribus eius, ex persona dei psalmus dicit: Noli tægere

christos

Cur Ioseph rā diu distu- lit vocare ad se patre suum.

Prouer. 25. Roma. 12.

Gene. 7.

Epilogus.

Gene. 21.

Cur Iacob timebat de- scendere in Aegyptum. Psalm. 104.

Gene. 15.

christos meos, & in prophetis meis nolite malignari, illud quoque timorem hunc illi incutere poterat, quod ad Abraham opore & horrore magno & tenebroso oppressum deus locutus est: Scito praenolens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subiciet eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Nam & hoc dictum fuisse sciebat, & Aegyptios gentem illam fore existimabat, praeterquam quia magnus & tenebrosus horror domesticae malitiae iam praecesserat. Timenti igitur consolatio divina fiduciam subministrat. Noli timere (inquiens) & descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. [Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem.] Summa consolationis haec est. Ioseph quoque ponet manum super oculos tuos. Hoc enim pro maximo habens, postmodum dicit Iacob: iam letus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo.

Quomodo scriptura hic dicat: Omnes animae domus Iacob fuere septuaginta. Lucas autem dicat septuagintaquinque. CAP. XVI.

Quomodo omnes animae Iacob septuaginta.

Actu. 7.

Utrixit Iacob a puteo iuramenti, venitque in Aegyptum cum omni semine suo, filii eius & nepotes, filiae & cuncta simul progenies. Quamquam timuerit posteris suis, deo tamen confortante hoc melius sibi & optabilius arbitratus est, ut super oculos suos manu poneret Ioseph. Vnde & dicebat: Sufficit mihi si Ioseph filius meus viuuit. Filiorum nominibus qui ingressi sunt in Aegyptum ordine suo supputatis, tandem ita series concluditur. [Omnes animae domus Iacob, quae ingressae sunt in Aegyptum fuere septuaginta.] Quod, excepto Ioseph & filiis eius, sexaginta sex animae, quae egressae sunt de foemore Iacob introierunt in Aegyptum, nulla dubitatio est. Ita enim paulatim per singulos supputatus numerus approbat. Repererunt autem animas tres in Aegypto, Ioseph scilicet cum duobus filiis eius. Septuagesimus autem ipse fuit Iacob. Quod si e contrario nobis illud opponit, quo modo in actibus Apostoli. in cōtione Stephani dicat ad populū, septuagintaquinque animas ingressas esse in Aegyptum: sciendū, hoc quidem illū ex septuaginta sumpsisse interpretibus, ubi sic scriptū est: Filii autem Ioseph qui nati sunt in Aegypto animae nouae. Verum in Hebraeo duae sunt, non nouem. Ephraim quippe & Manasse nati de Alcenec filia Putifar in Aegypto, antequam Iacob intraret in Aegyptum, & iam tempore ingrueret, cōstat, quia tempore quo ingressus est Iacob in Aegyptum, non eius aetatis erat, ut filios generare potuissent. Quod si quaerit cur sanctus Lucas qui supradictae scripturae est historicus, in gestis actuum Apostolorum volumine emittit, non secundum Hebraicam veritatem septuaginta, sed septuagintaquinque animas iuxta septuaginta interpretum editionem ingressas in Aegyptum esse dixerit, facilis excusatio est. Non enim debuit contrariū aliquid scribere aduersus eam scripturam, quae iam fuerat gentilibus diuulgata. Et utique maioris opinionis illo tempore dūtaxat septuaginta interpretum habebatur autoritas, quae Lucas, qui ignotus & vilis & non magnae fidei in nationibus dicebatur. Hoc autem generaliter obseruandū, quod ubique sancti Apostoli aut apostolici viri loquuntur ad populos, his plerumque testimoniis abutuntur, quae iam fuerant diuulgata in gentibus. Licet plerique tradant Lucam euangelistam ut profelytum Hebraeas ignorasse literas.

Quomodo quisque nostrum debeat in amore Christi huius exemplo Viri, dicens: Iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam. CAP. XVII.

1. Cor. 13.

Iob. 19.

Uento Ioseph curru suo ascendit obuiam. Vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitque pater ad Ioseph: iam letus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Hoc mirae pietatis dictū de ore patris huius arripientes dicamus omnes, dicamus singuli verò Ioseph, id est, dno nostro dei filio, qui verè saluator mundi est. Iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Quando Christiane defungeris, imò & dū viuus, quia moriturus es, dic vnico dei patris filio, saluatori tuo: iam laetus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Videmus enim nunc per speculū in aenigmate, & in hora qua quisque nostrū moritur, superstitem illū relinquit, qui solus, quod nos non possumus, in quo nos deficimus, depositis corporibus, & de animabus nostris curare sit idoneus. Ille namque nobis superstes est, ut causam nostram emendet: qui idcirco mortuus est, ut animas nostras viuificaret: & idcirco resurrexit, ut corpora nostra resuscitaret, & ad dexteram suam in caelestibus in corpore & anima quencque nostrum cōstitueret. Scio enim (inquit beatus Iob) quod redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo deum.

De patrum humilitate, qua se coram Pharaone pastores ouium & peregrinos professi sunt. CAP. XVIII.

Hebr. 11. CAP. XLVII.

Et ille locutus est ad fratres, & ad omnem domum patris sui: Ascendam & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei & domus patris mei venerunt ad me, & sunt viri pastores ouium, &c.] Sanctum peregrinorum studium, deo peregrinantium scripturae locus exprimit, scilicet quod hominibus non solum non placere, sed etiam displicere quaesierunt, & quod verè non hic manentem habentes ciuitatem, futuram & manentem inquirere studuerunt. Primus: [Ioseph ingressus nunciat Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres, oues eorum, & armenta, & cuncta quae possident,

possident, venerit de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros statuit coram rege.] Primogenitos, & interrogati a rege dicente: [Quid habetis operis? respoderunt, pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri.] Quare? Quia detestantur, inquit, Aegyptii omnes pastores ouium, videlicet, quia superbunt in equis, & curribus plus caeteris gentibus, & ob hoc humile pastoris opus veluti ignominiam despiciunt, & detestantur. [Postmodum introductus pater ante regem, interrogatus est ab eo: Quot sunt dies vitae tuae?] Nunquid nil aliud rex sapiens locutus est cum venerabili sene, nisi quod interrogauit eum, quot sunt dies vitae tuae? Sed profecto solum hoc scribi dignum fuit, propter memorabile responsum, dicens: [Dies peregrinationis vitae meae, CXXX. annorum sunt parui & mali, & non perueniunt usque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt.] Vltro, peregrinum se confessus est: & hanc vitam miseram, peregrinationem dicere maluit, melioris vitae vel patriae ciuis, id est, caelestis. Eo sensu percontationem regis vera correctione suppleuit, cum dicente illo: Quot sunt dies vitae tuae? respondit, dies peregrinationis vitae meae parui sunt & mali. Paruos videlicet dies suos pro humili conscientia dixit, malos pro continuatione tribulationis. Parumque illi visum est, quod peregrinum se confessus est, nisi etiam patres suos peregrinos fuisse assereret. Nam protinus subiungit: Et non perueniunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt. A deo hominibus placere, vel ad pompam secularium tam pater quam filius se extendere, dedignati sunt. Bene ergo Apostolus in laudem fidei patrum istorum inter caetera dicit: Et confitentes quod hospites & peregrini sint super terram. Eorum confessio nusquam clarior, aut certior inuenitur quam hoc loco ubi peregrinus iste in aula regis non oblitus patriae caelestis, vltro peregrinum se confitetur. Igitur vetus pastoribus ouium spiritualium & omnibus, qui caelestem patriam inquirunt propositum est exemplum, ut humilitate gloriosa contenti, vanam & inopem despiciant altitudinem seculi, dicantque vbicumque equitantes Aegyptios viderint: Hi in curribus, hi in equis, nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus: dicant coram terrenae patriae ciuibus, aut regibus, non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus.

Quoto patris anno Ioseph natus sit. Cap. XIX.

Porro quod dicit, centum & triginta annorum sunt dies peregrinationis meae, facilem panedit aditum, ad inuestigandum quoto aetatis ipsius anno, Ioseph natus sit. Imò & quoto aetatis anno vxores Lyam & Rachel sororem eius acceperit. Nam & de fratre eius Esau, superius scriptura dixit, quod quadragenarius vxores duxit: & de Isaac patre eius, quia cum quadraginta esset annorum Rebeccam vxorem acceperit, & quia sexagenarius erat quando nati sunt paruuli de isto autem non est dictum, qua aetate vxorem acceperit. Centum ergo & triginta annorum cum se esse dixerit, Ioseph autem triginta annorum fuerit, quando stetit in conspectu Pharaonis regis, & exinde septem fertilitatis anni, cum biennio sublecuram famis effluerint, qui sunt simul aetatis Ioseph triginta nouem anni, constat proculdubio quod nato Ioseph Iacob nonagenarius exiterit. Cui aetati quatuordecim annos adime, quibus Laban pro filiabus seruauit, & manifestè liquet, quia iam septuaginta sex annorum erat, quando praeproto patris peregre profectus, vxores accepit. Viginti namque annis seruauit, quorum ante sex posteriores natum fuisse Ioseph qui legitur, intelligit. Nato quippe Ioseph, cum dixisset Iacob focero suo: dimitte me ut reuertar in terram, & ad patriam meam, tunc demum, cōuentione iterata, qui pro filiabus quatuordecim annis seruierat, addidit ut seruieret annis sex.

De eo quod Ioseph subiecit omnem terram Aegypti, videntibus eam illis praemagnitudine famis. Cap. XX.

Intrauit igitur Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham, id est, in eadem Aegyptio. Aegyptii namque ab vno de posteris Cham, scilicet Mesraim exorti sunt. Attendamus quid deinceps actum sit. [Postquam benedicto rege, Iacob egressus est foras, & possessione dante Ioseph, accepit in optimo terrae solo Ramesses ubi praeeperat Pharaon, venit cuncta Aegyptus (inquit scriptura) ad Ioseph dicens: Da nobis panes. Quare morimur coram te, deficiente pecunia: Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, si precium non habetis, & sustentauit eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Cur morimur, te vidente? Erne nos in seruitutem regiam, & praebe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudinem, & caetera.] Hos habuit effectus, illud quod vocauit dominus famem super terram, & ad hoc vocatio eius profecit, ut & Israel intraret in Aegyptum, & in seruitutem redigeretur superbia Aegyptiorum, quam & scriptura paulo supra denotauit dicendo: quia detestantur Aegyptii omnes pastores ouium. Proinde sapientibus quoque, qui nitore gaudent eloqui, placeat & illud quod metonymicè Psalmista dixit: & vocauit famem. Bene ergo tanquam strenuus licitor astitit vocanti, & voluntatem fecit imperantis, cum duos reos, veluti vno carcere arctauit, & alter scilicet Israel, qui fratrem suum vendidit, flagellatus generatione quarta solueretur ad gloriam: alter, id est, Aegyptius populus superbiens in curribus & equis, educeretur

ad poenam. [Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius, à nouissimis terminis Aegypti, usq; ad extremos fines eius, præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis. Dixit ergo Ioseph: En, ut cernitis, & vos & terram vestram Pharaoni possidet. Accipite semina & serite agros, ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis, quatuor reliquas permitto vobis in sementem & in cibos, familiis & liberis vestris.] Tanquam diceret: Vobis possessiones vendentibus & dicentibus: eme nos in seruitutem regiam, non mittam super vos aliud pondus, verum tamen id quod coepistis tenere æqua conditione. Quinta pars fructuum per septem fertilitatis annos de cunctis regionibus sub curam & custodia Pharaonis recondita est, pro salute vestra: quintam ergo deinceps partem regi dabitis, cui vos in seruitutem venditis. Ex eo tempore usque in presentem diem in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluitur. Et quidem quia superbiorum tunc ceruicibus victrix fames infederat, læti susceperunt conditiones seruitutis, dicentes: Salus nostra in manu tua est, respiciat nos tantum dominus noster, & læti seruiemus regi. Verum ubi rediuita saturitas famem depulit, pariter & superbia reuixit. Et forsassis inde inimici filiis Israel facti sunt, & inde versum est cor eorum, ut odirent populum domini, & dolos facerent in seruos eius, quia quos tempore famis subiicientes se regie seruituti suscipiens & patiens, dictus est saluator mundi: tempore saturitatis à posteris eorum, qui se vendiderant, odio coepit haberi memoria eius, tanquam fuisset proditor libertatis.

*Quod oportuerit Ioseph de transferendo corpore eius adiurari, & cur sanctus vir in terra illa sepeliri noluerit.*

CAP. XXI.

**C**umq; appropinquare cerneret Israel diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, & facies mihi misericordiam & veritatem, ut non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, ut auferas me de terra hac, condasque in sepulchro maiorum meorum.] Ergo ne de obedientia filii pater diffusus est, nec aliter securus esse potuit? Non utique sic, sed rationem in ore ponere voluit, quam in transferendo patrem haberet coram Pharaone & seruis eius, compendio dicens, pater enim meus adiurauit me, suspicionemque fugeret, ne alienum ab amore terræ Aegyptiæ videretur animum gerere. Quid autem patriarcha tantus, cuius cœli, cui viuenti torus mundus exilium fuit, tanopere de corpore suo curauit, & seruo scire voluit, quo loco puluis in puluerem, & cinis reuenteretur in cinerem? Videlicet quia terra repromissionis domini erat dei, dicens: verbi gratia, terram in qua dormis, dabo tibi, & semini tuo, & his similia, quæ tam illi, quam etiam patribus suis de terra illa locutus est deus, & repromisit. Donum autem dei qualecunque sit, siue magnum siue paruum, cœlestis siue terrenum, pro honore vel charitate dantis preciosum est, & esse debet in oculis sapientis: Si ergo moriturus, continuo promissiones terræ, quas acceperat, ranta cum gratiarum actione veneratus est, ut saltem mortuo corpore illam tenere cuperet: quanto magis viuus possessores curare debuerunt, sic in ea viuere, ut non iratus deus, donum suum ingratis rursus auferret? Exemplum enim viuus mortuus dedit, ut in spe patriæ cœlestis pignus amarent, requiem æternæ hæreditatis. [Quo iurante adorauit Israel deum, conuersus ad lectuli caput.] Scilicet quia postquam iurauit filius, iam de effectu peritionis erat securus. Ad lectuli, inquit, caput. Sanctus quippe & deo deditus vir oppressus senectute, sic habebat lectulum positum, ut ipse iacentis habitus absque difficultate vlla ad orationem esset paratus.

*Quod Ioseph ad egrotantem patrem assumptis duobus filiis properauerit, & de benedictionibus eiusdem patris.*

CAP. XXII.

**N**unciatum est Ioseph, quod ægrotaret pater eius. Qui assumptis duobus filiis Manasse & Effraim ire perrexit: id est, ire properauit, & eo totus intedit, ad accipiendas partes de diuitiis paternis: ad videndos thesauros benedictionis, quos pater thesaurizauit filiis suis. Idcirco filios suos secum assumpsit Manasse & Ephraim [Dictumq; est seni. Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo] Quamuis intelligi rectè valeat, quod ob aduentum filii quem diligebat confortatus sit gaudio, sicut dudum dixerat. Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo: tamen & hoc sciendum, quia sancto prophetiæ spiritu super eum irruente, confortatus est. Vnde enim fiduciam vel auctoritatem habere poterat, ut diceret, & iste quidem erit in populos & multiplicabitur, sed frater eius iunior maior erit illo, & his similia, nisi quia virtute prophetici spiritus inualuerat? Confortatus igitur ad eam mente est, qui ægrotabat corpore, ita ut corpus quoque fessum alleuiaretur mentis alacritate: & cuius oculi corporei caligauerant præ nimia senectute, nec clarè videre poterat, interioris eius hominis acies clarificata est, ut ventura nunciaret, & possidendam hæreditate benedictionem daret. Itaque sic incipit: [Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitq; mihi & ait: Ego te augebo, & multiplicabo, & faciam in turbas populorum, daboq; tibi terram hanc,

hanc, & semini tuo in possessionem sempiternam.] Vnde habeat dandæ benedictionis ius aut officium prælocutus est. Non dixit, Pater meus Isaac benedixit, quamuis & hoc factum sit, sed deus omnipotens (inquit) benedixit mihi, quia benedictio non hominis est, sed dei, & tunc valet hominis benedictio, cum ex deo procedit, vel confirmatur testimonio dei. Dicat quis: Cur Abraham moriturus, non Isaac item eo modo quo & Isaac Iacob, & Iacob filios suos benedixit? Videlicet quia Isaac iam ex quo in holocaustum deo oblatum est, benedictione hæreditate possedit, neq; opus fuit illum sermone consecrari, qui re ipsa in typum saluatoris sanctum sacrificium, & hostia viuæ esse meruit. Item. Si quaerat quis, cur non Isaac duos tantum habens filios, vtrumq; benedixerit, cum Israel plures habens, singulos benedixerit, benedictionibus propriis? Facilis responsio est, quia duo filij Isaac in duos erant populos diuidendi, sicut oraculum diuinum prædixerat illi, vel Rebecce matri, plures autem filij Iacob vna gens, & vnus populus in vnitrate paternæ fidei deum verum & viuum hæreditate possidendi, vel ab ipso erant possidendi. Post istos patriarchas tres, in quibus omnipotens trinitas inuocanda est, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, iam non inuenitur eodem successione ordine, & cum potestate benedictio carnalibus filiis data esse, sed per sacerdotum ministerium deinceps ex lege Moyfi in populum communiter exorata esse, effectu non semper vel vbique prosequente.

*Quæ dixit, duo filij tui mei erunt. Manasses & Effraim reputabuntur mihi.*

CAPVT XXIII.

**D**eus, inquit, omnipotens apparuit mihi, benedixitq; mihi, &c. ut supra. Quorsum istud? Videlicet ut recogites, & scias, quia paternæ fidei meritis actum est, quatinus dicere posses, obliuisci me fecit deus omnium laborum meorum, & domum patris mei, & ob hoc vocares nomen primogeniti tui Manasse. Itemq; crescere me fecit deus in terra paupertatis meæ, & ob hoc vocares nomen secundi Effraim. Nam ex eo qd mihi spontè peregrinanti benedixit deus, & ita dixit, ego te augebo, & multiplicabo, & faciã in turbas populorum, ex eo, inquam, tu quocq; nõ intuitus exul, & in seruum venundatus in laboribus tuis, & in terra paupertatis tuæ creuisti. Nec enim opè cœlestem vos filij paritibus, sed nos pareres Abraham, Isaac, & Iacob, vobis filijs thesaurizauimus. [Duo igitur filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, anteq; venire huc ad te, mei erunt Effraim & Manasses, sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi.] Ac si dicat: Quoniam ego, anteq; venire huc ad te, norem absens tibi profeci, etenim in magnis doloribus fides paternæ pro te decertauit, tuamq; salutem parturiuit, in qua & duos filios procreasti iure ipsi filij mei erunt. Sicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi, &c. quod dicit hoc est sicut Ruben & Simeon duæ tribus erunt, duosq; populos procreabunt, & sic hæreditabunt repromissionis terræ, sic & filij tui, [Reliquos autem filios, quos post mortem meam genueris.] Ostendens nec dum illo tempore procreatos: [tui erunt & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.] Non, inquit, accipient separatim terram, nec funiculos habebunt proprios, ut reliquæ tribus, sed in tribubus Effraim & Manasse quasi appendices populi commiscebuntur. Quam autem ob causam mihi reputabuntur, & mei erunt? [Mihic enim, inquit, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratq; verum tempus. Et ingrediebar Ephratam, & sepelii eam iuxta viam Ephratæ.] Mihi, inquit, id est, in meum detrimentum, vel dum parit mihi filium mortua est mater tua Rachel, quam ego diligebam, & ex qua filios adhuc suscipere optabam, eratq; verum tempus, subauditur mihi, & ingrediebar Ephratam, quod interpretatur frugifera, videlicet cū illa post huiusmodi sterilitatis oprato partu floresceret, & frugifera mihi esse inciperet. Idcirco hi duo filij tui mei erunt, ut mortuæ coniugi semen suscitarem & suppleam adoptione, quod minus habui naturali generatione. Quod pro magno id acceperit Ioseph, scilicet ut duo filij sui principes, & capita tribuum fierent in Israel, illud indicat, quod cum tulisset eosdem filios suos de gremio patris deosculantis, & circumplectentis eos, adorauit pronus in terram.

*Quod Iacob filijs Ioseph benedicens, commutatione manuum crucem Christi præfigurauit.*

CAPVT XXIII.

**E**t poluit Effraim ad dextram suam, id est, ad sinistram Israel, Manassen verò in sinistram suam, ad dextram scilicet patris, applicuitq; ambos ad eum. Qui extendens manum dextram posuit super caput Effraim iunioris fratris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natus erat, commutans manus. Cur ita fecerit ipse reddit causam, cum Ioseph grauer accipiente, & dicente: [Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dextram super caput eius, reuoluens ait: Scio fili mi, scio. Et iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius, maior erit illo, & semen illius crescet in gentes. Sine dubio transpositio manuum crucis expressit figuram. Nunquid in eo sic manus commutando casu crucem figurauit? Nunquid non poterat eadē ratione data, Manassen ad dextram, Effraim verò ad sinistram suam posuisse? Poterat planè, sed propheta erat, & prophetico spiritu sciebat, quod per crucem componenda esset benedictio, quam venurus legislator daret, vel qua in illo semine Abraham benedicentur omnes gentes. Qui enim

S iii postmodum

Cur Iacob in terra promissionis sepeliri voluit. Gene. 29.

CAP.  
xlviii.

Cur Abraham moriturus non benedixit Isaac. Cur Isaac non benedixit vtrumq; filium. Gene. 27.

Gene. 48.



**CAP. XLIX.** postmodum de illo qui mittendus erat, & qui expectatio gentium futurus erat, id est, de Christo dixit: Lauabit vino stolam suam, & sanguine vultus pallium suum, nescire poterat quali torculari ipsa vna premia vel ipsum vinum foret extorquendum: Igitur tanquam propheta simul & patriarcha, quomodo verbis verum prophetare potuit dicendo, & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius iunior, maior erit illo, sic & manuum positione crucem Christi praefigurare sciuit, per quam priori iunior, iudaico preferendus erat populus Gentilis. Ad ipsum Ioseph dicit: [Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi, in gladio & arcu meo.] Sychimam dicit siue Sychem, quæ apud Iohannem Euangelistam Sychar viciose dicitur, quod errore inoleuit, & est nunc Metropolis vrbis Samaritanorum. Quod autem dicit se eam in arcu & gladio possedisse, arcum hic & gladium iustitiam vocat, per quam meruit peregrinus & advena interfecto Sychem & Hemor, de periculo liberari. Vel certe in gladio & in arcu meo tuli, id est, in fortitudine mea emi, scilicet in pecunia quam in multo labore & sudore acquisiui.

Quod vocauerit filios suos. Congregamini ut annuntiem vobis, & cetera.

CAPVT XXV.

**CAP. XLIX.** Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini ut annuntiem vobis, quæ ventura sunt diebus nouissimis. Congregamini & audite filii Iacob, audite Israel patrem vestrum. Vocatio hæc non ut simplex litera resonat, nec solum duodecim homines inuitat, sed vniuersos qui se agnoscunt, vel profitentur esse filios Iacob conuenit & congregat. Et profecto quicumque sumus ex fide patris huius, quicumque deum Abraham, deum Isaac, & deum Iacob, in veritate confitemur, & colimus, filios nos esse Iacob, & fideliter agnoscimus, & veraciter dicimus. Nos igitur inuitat, pater Iacob ruba prophetica, cum dicit: Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in nouissimis diebus, iterumque personat ac dicit: Congregamini, videlicet ut & corporibus congregemur in eisdem parietibus in eadem domo dei in eadem schola Christi, & quod magis expedit, mentibus congregemur, in vnitatem fidei, in societate spiritus, in vinculo pacis. Tandemque congerminat, quo ad tentum faciat auditorum. Audite, inquit, filii Iacob, audite Israel patrem vestrum. Non enim vnus corporis auditus satis est, sed alium quocumque, id est, interioris hominis, auditum adhibere oportet, ubi spiritus loquitur & annuntiat quæ ventura sunt. Itaque tanquam filii in domo patris sub fidei magisterio, morumque disciplina eruditi, audiamus his diebus nouissimis quæ tunc ventura erant, nunc autem iam veniunt & facta sunt diebus istis, diebus vti quæ nouissimis testante Paulo: quia nos sumus in quos fines secularum deueniunt, & Iohanne dicente: Filioli nunc nouissima hora est.

De benedictionibus Ruben, & quorum ille typum gesserit. CAP. XXVI.

**R**uben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Prior in donis, maior imperio. Effusus es sicut aqua, non crebas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti fratrum eius. Sensus hic est. Tu es primogenitus meus maior in liberis, & sedebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ, & hæreditatem quæ primogenitis iure debebatur, id est, sacerdotium sperabas accipere & regnum. Hoc quippe in portando onere, & præualido robore demonstratur. Verum quia peccasti, & quasi aqua quæ valculo non tenetur, voluptatis es impetu effusus, idcirco præcipio tibi, ut ultra non pecces, siquidem in fratrum numero, poenam ex peccato luens, quod primogeniti ordinem perdidisti. Itaque duobus præmissis, tu fortitudo mea, tu principium doloris mei, duo subiuncta respondent. Vnde enim tu fortitudo mea? Ex eo videlicet, quia prior in donis, maior imperio. Vnde principium doloris mei? Ex eo, quia effusus es sicut aqua, ascendendo cubile patris tui. Hoc enim principium doloris eius extitit, non quod in nullo ante doluerit, sed quia verus dolor de plaga peccati, primum in domo eius de isto accidit, deinde incrementum accepit de venditione filii. Huic videlicet Ruben similis est, quicumque thorum dei patris, id est, plebis eius regnum adulterino introitu ascendit, scilicet non audientium salutem siue profectum, sed gloriæ suæ querendo voluptatem, quemadmodum iste ascendendo patris sui cubile, non exinde generare sobolem, sed proprii corporis quæsiuit explere libidinem. Sic & ante Christi aduentum Pharisei, Sadducei, Samaritæ, ceterique temporis illius hæretici, vel hæresum authores, thorum dei patris, id est, sanctæ legis scripturam violenter ascendentes, plebem eius iniquo semine corruerunt, & post Christi aduentum Cherintus, Marcion, atque Hebeon, ceterique hæresiarum thorum eiusdem Christi, id est, doctrinam Euangelii non vocati, ascendentes suis quicquid locis, vel temporibus plebem eius peruersa doctrina commaculauerunt. Vnde sciendum quod non libera sed ancilla, non vxor legitima fuit quam adulterauerit Ruben, & dicta est Bala, quod interpretatur inueterata. Denique & quæcumque plebs siue quæcumque anima libera, vel Christi vxor est legitima, vero amore Christum diligens, adulterum non recipit, incestum non admittit, quæ autem ancilla est, non habens spiritum domini in quo est libertas, quæ inueterata est, & ambulat in vetustate peccati, citò adultero succumbit, facile hæretico consentit. Talium iniquo coetui spiritus dicit: Tu primogenitus meus, tu fortitudo mea, grauissima ironia pro arrogantia vel præsumptione eius dici rectè intelligitur, quia sic illi videtur, sic prædicat sic de se arbitrat. Dicit enim: Quod ego do, sanctum est.

est, quod ego baptizo, quod ego confesco, plenum atque perfectum est, apud me solum veritatis fortitudo est. Quod autem ex repugnanti additur, & principium doloris mei, vera patris conquectio est, quia reuera sub lingua eius labor & dolor, quia concepit dolorem, & peperit iniquitatem. Cur enim pater tales non vocet, principes doloris siue laboris sui? Etenim per prophetam illis dicit: Si affiger homo deum, quia vos configitis me? Et dixistis, in quo confiximus te? In decimis, & in primitiuis, in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Item laborare fecistis dominum in sermonibus vestris. Et dixistis, in quo eum fecimus laborare? & cetera. Et hic ergo tanquam dicat patri adulter hæreticus, in quo ego principium doloris tui? Effusus es, inquit, sicut aqua, videlicet per oris tui incontinentiam. Incontinentem enim & sine discretionem, fluunt hæretici verbis aquaticis. Sunt enim cisternæ veteres, quæ non valent continere aquas.

De benedictionibus Simeon & Leui, & quorum typum gesserint.

CAPVT XXVII.

**S**imeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia. In consilio eorum ne veniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea. Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua effoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio illorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israel. His verbis palam significat, non sui fuisse consilii, quod Sychem & Emor foderatos viros interfecerunt, contraque ius pacis & amicitiarum sanguinem fuderint innocentem, & quasi quodam furore sic crudelitate grassati, muros hospitæ vrbis euerterent. Vnde & dicit: Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israel. Leui enim hæreditatem propriam non accepit, sed in omnibus sortibus paucas vrbes ad habitandum accepit. De Simeon vero in libro Iesu scriptum est, quod & ipse proprium funiculum non sit consecutus, sed de tribu Iuda quiddam acceperit. In Paralipomenon autem libro manifestius scribitur, quod quum multiplicatus fuisset, & non haberet possessionis locum, exierit in desertum. Verum quia de diebus nouissimis se prophetare dicit: Congregamini & annuntiabo quæ ventura sunt vobis diebus nouissimis, rectè de phariseis prophetice dictum intelligitur, qui vti que secundum Simeon & Leui primos circumcisionis suæ profelytos, scilicet Sychimitas interfecerunt, vasa iniquitatis bellantia fuerunt, quia cum circuisent mare & aridam, ut profelytos facerent, tandem in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum, Christum enim occiderunt, & murum templi (quod est corpus eius) clavis & lancea suffoderunt, & hoc faciendo profelytos & omnes auditores suos secum filios perditionis fecerunt. At ille vir propheta potens in opere & sermone, sicut de templo corporis sui prophetauerat dicens: Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud, sic fecit, & in vltionem furoris eorum, & indignationis duræ sic dixit: Diuidam eos in Iacob, & disperdam eos in Israel. Iacob namque vel Israel ipsi esse deserunt, & gentes per fidem hoc nomen hæreditauerunt. Cur autem nolit eos occidere, sed diuidere ac dispergere? Psalmista in persona eius edicit, ubi præmissis, deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, continuo subiungit: nequando obliuiscantur populi mei. Et ait: Disperge illos in virtute tua.

Quid sit in benedictionibus Iuda.

CAP. XXVIII.

**I**uda te laudabunt fratres tui: Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum: Adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam filii mi ascendisti. Requiens accubisti, ut leo & quasi læna. Hic os suum latius aperuit, spiritumque attraxit, & clarius edixit, quod gaudenter rotas exaudiret orbis. Iuda, inquit, te laudabunt fratres tui. Constat quidem, quia de tribu Iuda reges extiterunt, at illi præter Dauid, Ezechiam, & Iosiam, omnes peccauerunt, neque adeo fortes fuerunt, ut merito in laudem fortitudinis eorum tantus patriarcha tantopere dilatare debuerit os suum. Vnus igitur de omnibus electus sit rex Christus in quem ista rectè dicantur. Iuda quippe, quod interpretatur confessio, ipse est nostræ confessionis princeps & author, sine quo non erat nobis confiteri, sine quo non fieret quod scriptum est: Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini testimonium Israel, ad confitendum nomini domini, neque transiret quisquam in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, in voce exultationis & confessionis. Iuda ergo te laudabunt. Te (inquam) Christe confitebuntur fratres tui, & laudabunt & prædicabunt te omnes filii dei, & pro hoc ipso etiam laudabunt te, quod sunt fratres tui, quod nominantur, & sunt filii dei viuents. Nam nisi per te recepti, & per te fuissent adoptati, essent semper, ut erant, omnes inimici, omnes filii mortis, filii iræ, filii diaboli. Iure ergo te laudabunt. Quomodo laudabunt? Quid laudantes clamabunt? Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Hoc verè laudabile, hoc laude canora dignum est, quia vera fortitudo, quia gloriosa victoria est. Ad quid enim manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum? Videlicet ad hoc, ut depressi & incuruati aut te adorent, aut expellantur de finibus tuis.

CAP. XLIX.

tuis, claudendi carceribus in vinculis sempiternis. Pro meliori parte victorie continuo subiungit. Adorabunt te filij patris tui. Qui inimici tui, ipsi filij patris tui, sed prius secundum meritum suum inimici, postea per gratiam tuam filij patris tui. Ad hoc manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, vt adorent te illi, & reconcilientur tibi, fiantque ex inimicis fratres tui, fiant filij patris tui. Ita mirabiliter deducet te dextera tua, ceruicibus inimicorum tuorum impressa, ita populi sub te cadent in corde inimicorum regis, facti sedes tua deus in seculum seculi. Nam quia deus es tu, idcirco parum dictum erat, te laudabunt fratres tui, supplerum ergo est, dicendo: adorabunt te filij patris tui. Quae autem causa vel materia laudis, aut vnde tibi dignitas adorandae maiestatis? Ait Carulus leonis iuda, ad praedam filij mi ascendisti. Quia carulus leonis tu es, id est, filius dei fortissimi, cunctarumque fortitudinum vel virtutum principis, idcirco adorabunt te filij patris tui. & quia tu ad praedam filij mi ascendisti, & infernum debellasti, idcirco iure te laudabunt fratres tui. Quamuis enim dicantur & sint fratres tui, vel filij patris tui, non tamen vt tu carulus, sic & ipsi dici vel esse possunt caruli leonis. Non enim natura, sed adoptione sunt filij dei, patris tui, vnde & praeter te filij mi, nullus ad praedam ascendere, nullus infernum spoliare potuit. Tu solus praedator mortis, requiescens accubuisti vt leo, & quasi laena. Hoc mirabile est. Requiescens, id est, moriens accubuisti vt leo. nec enim moriendo defecisti, aut imminuta est fortitudo tua. Nec vero tantum vt leo apertis accubuisti oculis, sed & quasi laena, quam vt seuiat grandis agit amor, & affectus grandis erga foetus suos esurientes ad praedam excitat. Accelerasti enim spolia detrahere, festinasti praedari, vt ad catulos, id est, apostolos tuos magnae praedae gaudium, magnum reportares triumphum resurrectionis.

Esaie 8.

De eo quod ait: Quis suscitabit eum, & non auferetur sceptrum, & cetera.

CAPVT XXIX.

Quis suscitabit eum? Haec pronam mente blandientis affectu loquebatur pater ad illum principem fortitudinis, suum secundum carnem filium. nunc tota irruente admiratione, quasi astantem circumspicit orbem vniuersum, & dicit interrogans, vt interrogando totum in admirationem excitet genus humanum. Quis suscitabit eum? Et recte nos quoque de praeterito dicamus: Quis suscitauit eum? Helias viduae filium suscitauit. Ipse Lazarum suscitauit. Quis spiritum eius adiuuauit? Ipse nempe nullo indigens, proprio rugitu cuiuslibet. potestatem enim habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. iam quasi quaereretur, quando ille veniet, & quod signum temporis aduentus eius, continuo sequitur. [Non auferetur sceptrum de iuda, & dux de foemore eius? Videlicet extunc, quando regnum iudaeorum Romanis tradentibus adeptus est Herodes alienigena, patre Idumaeo, matre ortus Arabica. Et quidem reges iam dudum defecerant a tempore captiuitatis Babylonicae, duces tamen qui essent de gente illa, per seuerauerunt vsque ad contentiones Hircani & Aristoboli, qui ex commixtis tribubus, sacerdotali scilicet & regia orti, regnum & sacerdotium discordibus sibi diuidentes animis, contendendo, & inuicem pugnando, tandem occasionem porrexere Romanae potestati, locumque aperuerunt alienigenae Herodi. Ita paulatim deficiente & claudicante foemore iudae, tandem potestas omnis ab eo sublata est. Vnde prudenter non tantum dictum est, non auferetur sceptrum de iuda, sed additum est, & dux de foemore eius. Tunc primam ergo sublatum est sceptrum de iuda, quando tulit illud Herodes, qui vtique iudaeus non erat. Quis autem nesciat, quia tunc venit qui mittendus erat? Tunc enim I E S V S C H R I S T V S Dei filius in Bethleem iudae de virgine nasci dignatus est. Cum ergo dicit, non auferetur sceptrum de iuda, & dux de foemore eius, donec veniat qui mittendus est, firmum sermonem propheticum prophetarum sanctissimi, tanquam lucernam lucentem, in caliginoso loco attollit, vt sciat inquisitor regni dei, quando vel ex quo certus esse debeat de aduentu eius, quem laudare & adorare habeant omnes fratres eius, cuncti filij patris eius. Huic lucernae, huic propheticum sermoni, Simeon senex, homo iustus & timoratus in spiritu sancto attendens, cum sciret, & videret, regnante alienigena, ablatum esse sceptrum de iuda, & ducem de foemore eius, intellexit tempus esse, vt veniret qui mittendus erat, & idcirco ad ianuas coelorum, vnde venturum illum sperabat, tam diu suspensa prece pulsauit, donec responsum acciperet a spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum dominum. Et vidit, & sicut legebat in hoc scripturae loco, & ipse erit expectatio gentium, ita credidit & confessus est, eum esse lumen ad reuelationem gentium. Vnde autem scire poterat ipse pater Israel, vt diceret, & ipse erit expectatio gentium? Ex deo videlicet, non solum quia propheta erat, sed & quia sic ad Abraham deus locutus est: In semine tuo benedicentur omnes gentes.

2 Reg. 17.  
Iohan. 11.  
Esaie 40.  
Iohan. 10.

Matth. 2.  
Luc. 2.

1. Petri. 1.

Luc. 2.

Gene. 22.

Qualis sit illa expectatio gentium, secundum quod ait: Ligans ad vineam pullum suum, & cetera.

CAPVT XXX.

Qualis

Qualis vero sit expectatio gentium, subsequenter notis nominibus, & clara similitudine propheticum hoc declarat oraculum. [Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem o filij mi afinam suam.] Quanto affectu, cum de tertia persona loquatur, apostropham faciat ad secundam, dicendo, o filij mi, nulla valet lingua verbis consequi, vix vlla valet mens percipere: benigna venia charitatis Ligans, inquit, ad vineam pullum suum, & ad vitem o filij mi afinam suam. Pullum afinae nouimus, cui superfecit dominus Iesus, hoc est, gentium populum, quem vtique nunc ad vineam suam alligauit, quando apostolicae ecclesiae, quae ex iudaeis est, illum gratia sua copulauit: Quod per pullum, idem per afinam: & quod per vitem, idem intelligimus per vineam. Vna vitis, vel vna est vinea omnium electorum, ab initio seculi vsque ad apostolicam fidem, vna cum capite suo Christo ecclesia. De semetipso caput Christus dicit: Ego sum vitis, & pater meus agricola est. De ecclesia quae est corpus eius, propheta dicit: Cantabo dilecto meo canticum patriuelis mei, vineae suae. Vineae facta est dilecto meo, in cornu flos olei, & cetera. Ad hanc vitem, ad hanc vineam, nos gentes, Christum expectantes, donec illum facie ad faciem videamus, nunc interim ligati sumus tanquam pullus vel afina, cui animal recte comparatur gentilitas, propter antiqua stultitiae onera: ligati, inquam, sumus ad huiusmodi vineam, scilicet vt post paleas afinorum pabulum, botrum manducemus suauissimum, & in spiritu sancto scripturarum vinum bibamus optimum. De quo protinus subditur: [Lauabit vino stolam suam, & sanguine vuae pallium suum.] Idcirco ergo ligabit ad vineam pullum suum, & ad vitem afinam suam, vt lauet vino stolam suam, & sanguine vuae pallium suum. Nihil verius. Quod per pullum & afinam, idem per pallium & stolam, id est, vnam eandemque intellige ecclesiam: Nam vna eademque gentilitas, antequam lauacro isto renasceret, afina vel pullus petulus erat: postquam vero lauit eam Christus, stola vel pallium eius est, de quo in Psalmo dicitur: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Lauabit ergo vino stolam suam, & sanguine vuae pallium suum, id est, emundabit spiritu sancto ecclesiam suam, & sanguine passionis fidelem populum suum. Vna enim ipse est, de quo in Canticis Canticorum sponsa dicit: Botrus Cypri dilectus meus mihi. Haec vua, sive hic botrus, torculari crucis expressus, sanguinem suum sudit, & spiritum sanctum dedit, vnde & lauit stolam suam, id est, mundauit ecclesiam suam, vt exhiberet sibi sponsam gloriosam non habentem maculam aut rugam. Pulchritudinem huius propheticae laudis spiritus sanctus ita concludit: [Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.] Oculi huius pulcherrimi VII. esse, & in Zacharia propheta, & in Apocalypsi Iohannis legimus, qui sunt, inquit, septem dei spiritus, missi in omnem terram. Primum vinum hoc loco, vetustam legimus austeritatem legis, sicut mustum aliis scripturae locis nouam Euangelicam gratiam significare doctrinam. Constat autem, quia septiformis gratia spiritus sancti, quam accepimus ex gratia Euangelii, veritate legis pulchrior atque dulcior est. Dentes quoque hi sunt, qui in corpore eius (quod ecclesia) fortes sunt ad capiendum solidum cibum. Et hi profecto lacte candidiores, id est, illis quibus pro infantia sensuum lacte literae opus est, sanctiores atque pulchriores sunt. Dicat itaque: Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Vinea ecclesia.  
Iohan. 15.  
Esaie 5.

Psalm. 132.

Cant. 1.

Eph. 5.

Zac. 14.  
Apo. 5.

De benedictionibus Zabulon & Isachar. CAP. XXXI.

Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium, attingens vsque ad Sidonem. Isachar afinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terra quae optima, & supposuit humerum suum, ad portandum, & factus est tribus seruiens. Iuxta litteram, quia de Zabulon dixerat, quod maris magni esset littora possessurus. Sidonem quoque & reliquas Phoenicis vrbes contingeret: nunc ad mediterraneam prouinciam redit, & Isachar, quia iuxta Nephtalim pulcherrimam in Galilaea possessurus est regionem, benedictione sua habitorem facit. Asinum autem fortem vel osseum vocat, & humerum ad portandum deditum, quia in labore terrae, & in vehendis ad mare oneribus, quae in suis finibus nascebantur, plurimum laboraret, regibus quoque tributa comportans, aiunt Hebraei, per metaphoram significari, quod scripturas sanctas die ac nocte meditans, studium suum dedit ad laborandum: & ideo ei omnis tribus seruiuit, quasi magistro dona portantes. Ergo nos potius haec, & illud, quod postmodum de Nephtalim dicitur: Nephtalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis, cuncta ad doctrinam saluatoris referamus, eo quod ibi vel maxime docuerit, sicut in Euangelio scriptum est: Et habitauit in Capharnaum maritima, in finibus Zabulon & Nephtalim, vt adimpleretur quod dictum est per Esaia prophetam: Terra Zabulon & terra Nephtalim via maris trans Iordanem Galilaeae, & cetera. Igitur iuxta anagogen, Zabulon, & Nephtalim, prouinciamque mediterraneam obtrinsens Isachar, apostoli sunt vel apostolici viri, qui habitantes in littore maris, & in statione nauium, videlicet, quia facti sunt piscatores hominum, ad hoc semper intenti fuerunt, vt de profundis & salis fluctibus multitudines educerent piscium rationalium. Vidit requiem

Matth. 4.  
Esaie 9.

Math. 11.

requiem, inquit, quod est bona, & terram quae optima, & suppositum humerum suum ad portandum, & factus est tributus seruiens. Hoc, inquam, vidit Isachar, quod interpretatur merces, siue Zabulon, id est, habitaculum fortitudinis, scilicet quisquis datorem aeternae mercedis atque largitorem habitaculi fortissimi praedicantem audiuit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave, & onus meum leue. Bona ergo mercede secundum nomen suum Isachar suppositum humerum suum ad portandum onus leue, quia vidit & inuenit requiem animae suae.

De benedictionibus Dan, & quid ad literam, & quid ad allegoriam habeant.

C A P V T XXXII.

Esaiæ 14.

Jeremiæ 3.

Ceraustes.

Acor. 9.

**D**An iudicabit populum suum, sicut & alia tribus Israel. Fiat Dan coluber in via, & caerastes in semita, mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo domine. ] Samson iudex Israel de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit: Nunc video in spiritu comam nutrire Samson Nazareum tuum, caerastes hostibus triumphare, quod in similitudinem colubri, regulique obdientis vias, nullum per terram Israel transire permittrat, sed etiam si quis temerarius virtute sua, quasi equi velocitate confidens, eam voluerit praedonis more populari, effugere non valebit. Totum autem per metaphoram serpentis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazareum tuum, quod & ipse propter meretricem mortuus est, & mortuus nostros occidit inimicos, putavi o deus ipsum esse Christum filium tuum. Verum, quia mortuus est, & non resurrexit, & rursum captiuus ductus est Israel: alius mihi saluator mundi, & mei generis prestolandum est, ut veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Aliter, fiat Dan coluber in via, & caerastes in semita, mordens vngulas equi, ut cadat ascensor eius retro. Nonnulli de tribu Dan venire Antichristum ferunt, pro eo, quod loco hoc Dan & coluber asseritur, caerastesque mordens. Vnde & non immerito dum Israeliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ad Aquilonem castrametatus est, illum scilicet signans, qui in corde suo dixerat: Sedebit in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. De quo per prophetam dicitur: A Dan auditus est fremitus equorum eius. Qui non solum coluber, sed etiam caerastes vocatur. Caerastes enim Graece, cornua dicuntur. Serpens hic cornutus esse perhibetur, per quem dignè Antichristi aduentus asseritur, quia contra vitam fidelium cum morsu pestiferæ praedicationis armatur etiam cum cornibus potestatis. Quis autem nesciat, semitam angustiorè esse quam viam? Fiar ergo Dan coluber in via, quia in praesentis vitae latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur: sed in via mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui veneno consumit. Fit caerastes in semita, quia quos fideles repperit, & sese ad praeccepti caelestis angusta itinera confringentes, non solum nequitia callidae persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis premit, & in persequutionis angore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus etiam hunc mundum significat, vel insinuat, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumatur. Et quia Antichristus extrema mundi apprehendere nititur, caerastes istius equi vngulas mordere perhibetur. Vngulas quippe equi mordere, est extrema seculi feriendo contingere, ut cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est, quisquis extollitur in dignitatibus mundi. Qui retro cadere dicitur, & non in faciem, sicut Saulus cecidisse memoratur. In faciem enim cadere, est in hac vita suas vnumquemque agnoscere culpas, easque poenitendo deplorare. Retro verò, quo non videtur cadere, est ex hac vita repente decedere, & in quæ supplicia ducatur ignorare. Et quia Iudæa erroris sui laqueis capta Antichristum expectat, bene Iacob eodem loco repente in electorum voce conuersus est, dicens: Salutare tuum expectabo domine, id est, non sicut infideles Antichristum. Sed eum, qui in redemptionem nostram venturus est, credo fideliter Christum.

De benedictionibus Gad, & quid habeant secundum vtrumque sensum.

C A P V T XXXIII.

Iosue 22.  
1. Para. 5.

**G**Ad accinctus, praeliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum. ] Totum hoc (vt Hebraei asserunt) illud est quod ante populum suum, scilicet ante Ruben & dimidiam tribum Manasse ad filios suos, quos trans Iordanem in possessionem dimiserat, post XIII. annos reuertens, praelium aduersus eos vicinarum gentium grande reppererit, & fortiter dimicando hostes vicerit, quod & partim ex libro Iesu Naue, & maxime ex Paralipomenon colligere poteris. Verum hic sensus Iudaicus aridus nimis est & exiguus, nec ad nouissimos dies istos pertinet, de quibus sicut in initio proficitur pater Israel, hæc omnis enuntiatio est. Igitur altius hoc indagandum est. Etenim duobus adhuc modis intelligi potest, Gad accinctus praeliator ante populum suum, qui praeliatur quidem ante eum trans Iordanem, mysticè Iudaicus populus est, nos autem populus ille sumus, ante quem iste accinctus praeliatur, Arma eius sacri codices sunt,

sunt, quibus accinctus quidem, sed retrorsum tantum & non ante accinctus est, nec enim arma sua ipse videt, id est, ipsas non intelligit scripturas, quibus ante nos pro veritate dimicatur, nosque adiuuat, dum libros per orbem baiulat, ex quibus vera, & non à nobis esse conficta probamus, quæ de Christo praedicamus prophetarum testimonia. Sed de hoc alias plenius dicendum erit. Aliter, quoniam hæc non solum prophetica futurorum annuntiationes, sed & tam de praesentibus, quam de futuris paternæ institutiones sunt, sic postmodum scriptura dicit: Finitisq; mandatis, quibus filios instituebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit, licet & in bono accipere, vt sit dictum: Gad tunc citè obseruabit nomen suum, si accinctus praeliatur ante populum suum, accinctus retrorsum, id est, de futuro cautus, & prouidens. Praelium autem ad quod filios instituere deceat virum sanctum, talis causæ decet esse, qualem ob causam, verbi gratia: Machabæi fratres praeliati sunt, imò vt ad Euangelicam feramur perfectionem: talia debent esse praelia eorum, qui veraciter accincti sunt, qualium victorias honorantes praedicamus in eis, qui pro testamento dei sua corpora tradiderunt, & moriendo quam occidendo vincere maluerunt.

De asser benedictionibus.

C A P V T XXXIII.

**A**Ser pinguis panis eius, & praebebit delicias regibus. Aser beatus interpretatur. Bene ergo alluit ad nomen eius, dicendo: Pinguis panis eius. Pinguedo nanque vel abundantia panis quædam beatitudo est vulgi iudicio. Vnde Psalmista: Beatum (inquit) dixerunt populum cui hæc sunt, scilicet promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud: oues fatosa, abundantes in egressibus suis: boues grassæ. Et hac beatitudine sua praebebit, inquit, delicias regibus, deliciofa nanque est regibus populi seruitus, vbi pinguis est panis eius. Verum istis diebus nouissimis, de quibus se annuntiare pollicitus est, Aser, id est, beatus est populus, cuius est dominus deus ipse pinguis panis eius, quemadmodum dicit: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendi. Vere enim pinguis est iste panis dei, qui descendit de caelo, quia dat vitam huic mundo. Præbebit ergo delicias regibus Aser, qui huius panis pinguedine perfuitur, regibus, inquam, id est, eis qui semetipsum student regere, vt sint digni mensa regalis curiæ, delicias praebebit vitalis alimoniae, siue eucharistiam porrigendo, siue pinguem medullam scripturarum exponendo.

De benedictionibus Nephtalim.

C A P V T XXXV.

**N**eptalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. ] Hebraei putant, propter temporaneas fruges, & velocitatem terræ vberioris, Nephtalim ceruum emissum dici, & propter Tyberiadem, quæ legis habere videbatur notitiam, eloquia pulchritudinis prophetari. Sed hoc sensu super temporaneis frugibus, & velocitate terræ vberioris, non magni ponderis est. Ergo melius est, si cuncta ad doctrinam saluatoris referamus, eo quod (sicut iam supra dictum est) ibi vel maxime praedicauerit, dans eloquia pulchritudinis, quippe cui verissime dictum est: Speciosus forma prae filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, & tanquam ceruus emissus, currendo rem omnem breui tempore confecerit. Vnde illi in Canticis canticorum sponsa dicit: Reuertere, similis esto dilectæ mi capreae, hinnulôque ceruorum super montes Bethel. Aliter, Nephtalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Ac si dicat: Qui dignus est hoc nomine ceneri, quod interpretatur latitudo, oportet vt dilatato corde tanquam ceruus emissus, currat viam mandatorum dei, detque eloquia pulchritudinis, quemadmodum ceruus ille, qui in emissionem sua currens, & stationis impatiens dicit: Os nostrum patet ad vos o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis. Hæc & huiusmodi eloquia charitatis, eloquia sunt pulchritudinis, qualia quisquis dat, iure dicitur Nephtalim, quia profecto cor eius charitas dilatavit, quæ vera nitet pulchritudine eloquii.

De benedictionibus Ioseph.

C A P V T XXXVI.

**F**ilius ascrecens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Filiae discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi, habentes iacula. ] Iterum latius vt in Iuda, sic & in isto pater suos pandit affectus, maxime propter Christum, quem per prophetiæ spiritum & de illo nasciturum, & de isto videbat, fuisse praelignatum. Filius, inquit, accrescens Ioseph, subauditur nomine Ioseph nanque accrescens siue adactus interpretatur, accrescens subauditur etiã effectus, creuit enim in terra paupertatis suæ, & magnus vehemèter est effectus. Et decorus, inquit, aspectu. Quis hoc diffamauit, aut vnde hoc sancto patri intimatum fuit, quod filius suus decorus esset aspectu. Ait: Filiae discurrerunt super murum. Nisi filiae vage ac perulantes discurrerent super murum, inieissent oculos in eum, dixissentque, dormi nobiscum, nõ ad eò memoriæ datum fuisset, eum aspectu fuisse decorum. Nunc autem quia decor aspectus eius causa certaminis, & vinculorum, magnæque fuit victoriæ occasio, dignè scitur, & praedicatur filius fuisse decorus aspectu. Dicendo, filiae discurrerunt, pluralem pro singulari posuit, quod frequens & vtitur est in scripturis, vt plus enuncietur ob amplificationem rei, qui tropus dicitur synecdoche. Vna nanque, scilicet domina ipsius, filia magis dicenda, quam materfamilias, inieisse in eum, legitur

legitur oculos suos, filia, inquam, stulta & incustodita, cuius & incontinentia denotatur dicendo, discurrerunt super murum. Qualis apud Salomonem describitur: Garrula ac vaga, quietis impariens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, dicens: In rexui funibus lectum meum, stravi tapetibus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meum myrrha & aloë & cynamomo, non est vir in domo mea, abiit via longissima. Hæc & his similia dixit, sed filius accrescens & decorus aspectu non attendit verbis oris eius, nec abstracta est mens eius in viis illius, nec deceptus est semitis eius. Talis est filius Ioseph. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi, habentes iacula, subauditur, fratris. In quo exasperauerunt, aut in quo iurgati sunt? In eo videlicet, quod videtes, quia à patre plus cunctis fratribus amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Ergo iurgabantur, & iurgando exasperabant eum, quia distante odio non poterant quicquam pacificè, non poterant quicquam sine iurgio loqui. Habentes itaque iacula, scilicet in ore suo. Dentes quippe eorum arma fuerunt, & sagittæ dicentium: Venite occidamus, venite venundemus eum, inuiderunt & inuidiam suam opere compleuerunt. Sed quid deinde? [Sedet in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum eius, & manuum illius, per manum potentis dei Iacob. Inde pastor egressus est lapis Israel.] Illi inuiderunt habentes liuoris sagittas, & zeli sui iaculis ipsi vulnerati: verum hic arcum suum, & arma pugnandi in deo posuit, qui fortis est pugnator: & vincula eius, quibus fratres eius eum ligauerant, ab ipso soluta sunt, & disrupta, vt ex eius semine tribus Effraim nascatur fortis ac stabilis, ac instar lapidis durioris inuicta, imperans quoque ducenti tribubus Israel. Hoc est quod ait: inde pastor egressus est, scilicet regie tribus pater Effraim de Ioseph natus est. Lapis, id est, fortitudo Israel. Aliter: ipse Ioseph pastor cum dicit, ego pascam vos, & paruulos vestros, qui tempore famis vigilantissima pastoris cura multos pasceret populos, inde scilicet de vinculis brachiorum & manuum suarum egressus est, per manum potentis dei Iacob: & ipse lapis, id est, fulcimentum est Israel. Hoc enim ad mysterium magis accedit, quia videlicet pastor bonus, cuius hic in typum præcessit, de vinculis mortis egressus est, per manum potentis dei patris, qui est deus Iacob, factusque est in caput anguli lapidis Israel egressus de vinculis suis, quem deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Lapis, inquam, Israel, lapis angularis quem reprobauerunt ædificantes. Sequitur.

Cur dixerit: Benedictiones patris tui confortate sunt, & cur Ioseph Nazareum appellarit. CAP. XXXVII.

Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedictet tibi, benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui, confortate sunt benedictionibus patrum eius, donec veniat desiderium collium æternorum. Fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos. Benedictionibus cœli desuper, & benedictionibus abyssi, id est, in rore cœli, & in pinguedine terræ, benedictionibus vberum & vuluæ, id est, in Effraim & Manasse populosa multiplicitate. Tanquam quæreretur ab ipso, vnde scierit, vt diceret: Deus omnipotens benedictet tibi benedictionibus his atque illis, continuo subiunxit: Benedictiones patris tui confortate benedictionibus patris eius. Ac si dicat: Benedictionibus Isaac patris mei, siue Abraham, benedictiones istæ, quibus nunc ego pater tuus Israel te benedico, vtique ita confortate sunt, vt non dubium finem vel incertum habeant effectum: Benedictionibus, inquam, Abraham siue Isaac, per quos ad me patrem tuum benedicendi ius ac facultas ex deo hereditaria gratia manauit, benedictiones meæ tamdiu fortes esse, tamdiu consistere iustæ sunt, donec veniat desiderium collium æternorum, id est, Christus, desiderabilis expectatio omnium iustorum. A deo valent & fortes sunt, vt secundum illas, non solum usque posteritatis incrementum, sed & illud venire debeat, & impleri sanctorum omnium desiderium, in quo omnes gentes secundum benedictiones patris mei Abraham benedicendæ sunt. Confortate igitur, & veritatis firmamento subnixæ fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos. Quod dixerat, in capite Ioseph, repetiuit dicendo, & in vertice Nazarei inter fratres suos, scilicet alludens in tonsis quondam eius capillis, quos longa carceris custodia nutriuit, quia videlicet Nazareorum est, pro voto seruare crines, & hoc illi pro Nazareo, id est, consecrato rectè imputari debet, quia pro sacra castitate hoc passus est. Porro Nazareus reuera dominus noster Iesus Christus inter fratres suos est, sanctus quippe sanctorum est, cuius in vertice vniuersæ complentur benedictiones patris sui, benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ, id est, iugiter parientis & lactantis ecclesiæ, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. De isto nanque, siue de capite eius propheta dicit in psalmo: Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis,

dulcedinis, posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

De benedictionibus Beniamin. CAP. XXVIII.

Beniamin lupus rapax, mane comeder prædam, & vespere diuidet spolia. Elegantiissima transfigurationum proprietas. Catulus leonis Iuda, Beniamin autem lupus rapax. Ille rex, iste armiger. Ille expectatio gentium, iste vorator gentium. Manifesta quippe de Paulo apostolo prophetia est. Quemadmodum Iuda Christus, quia de tribu Iuda erat nasciturus: sic Beniamin Paulus, quia de tribu Beniamin erat assumendus. Ipse enim dicit: Nam & ego Israelita sum de femine Abraham, de tribu Beniamin. Item: si quis alius videretur confidere in carne, ego magis, circuncisus octaua die ex genere Israel, de tribu Beniamin. Beniamin lupus rapax. Hoc certe malum erat. Sed audi quod sequitur: Mane comeder prædam, & vespere diuidet spolia. Si malum erat lupum rapacem esse, & mane prædam comedere: bonum sit vespere spolia diuidere. Mane lupus rapax prædam comederat, nam in adolescentia persecutor, & blasphemus, & contumeliosus, quoscunque inuenire poterat huius viæ viros ac mulieres, viuetos ad principes perducebat: sed vespere, id est, usque ad finem vitæ suæ diuisit spolia sua, sacra scilicet euangelicæ prædicationis eloquia, de quibus Psalmista: Lætabor (inquit) ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa. Hebræi quia Paulum nesciunt, & à veritate longè sunt, hoc ita edisserunt: Altare quo immolabantur hostiæ, & victimarum sanguis ad basem illius fundebatur, in parte Beniamin fuit. Hoc ergo, inquiunt, significat quod sacerdotes manè immolent hostias: & ad vespeream diuidant ea, quæ sibi à populo ex lege collata sunt. Lupum sanguinarium, lupum voracem super altaris expositione ponentes: & spoliolum diuisionem super sacerdotibus, qui seruientes altari, viuunt de altari.

Cur dicatur: Hi omnes in tribubus Israel duodecim, cum duo filij Ioseph additi sunt. CAP. XXXIX.

Et hi omnes in tribubus Israel duodecim. Subauditur, patres & principes sunt, id est, de singulis horum singulæ tribus exortæ & denominate sunt, & sunt tribus duodecim. At verò istis Effraim & Manasse appositum sunt, dicente patre ad Ioseph: Duo igitur filij tui, qui nati sunt in terra Aegypti, antequam venirem huc ad te, metuerunt, Effraim & Manasse, sicut Ruben & Symeon reputabuntur mihi. Cur ergo non iam quatuordecim, sed tantummodo duodecim computantur tribus Israel: Sed sciendum, quod vbi Symeon & Leui numerantur, scilicet in propria generatione carnis, Effraim & Manasse qui adoptiuo filij sunt, numerari non possunt. Et econtra videtur, vbi Effraim & Manasse inseruntur, videlicet in possessionibus, propriisque tribuum singularium funiculis, Symeon & Leui relicti sunt. Isti enim proprios (vt superius iam dictum est) funiculos non consecuti sunt, sed in omnibus sortibus paucas vrbes habuerunt, iuxta patris prophetiam dicentis: Diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Itaque quocunque respicias, siue ad funiculos distributionis, siue ad proprietatem generantis, duodecim tantummodo sunt tribus Israel. In Apocalypsi Iohannis Dæ, qui natus fuit filius Israel, relinquitur: & qui adoptatus fuit Manasse, assumitur. Item: Ruben qui natus fuit, licet paruus, numero assumitur: & Effraim adoptatus, quæuis multiplex relinquitur, ad insinuandum videlicet, quod ad consequendam hereditatem pro qua signatur in frontibus nostris signaculo dei viuui, neque soli nati, neque soli adoptati filij Israel, id est, neque soli qui ex Iudæis, neque soli qui ex Græcis, sed communiter tam ex his, quam ex illis assumuntur vel reprobandantur, quos vel fides commendauerit, vel infidelitas reprobabilis fecerit.

Cur de sacerdotio Aaron & Leui nil meminerit. CAP. XL.

Benedixitque singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum, lepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, &c. Hic item quæratur, est singulis benedixerit benedictionibus propriis, cur de sacerdotio Aaron in tribu Leui, quod in illa gene sanctissimum atque celeberrimum fuit, nullam mentionem fecerit. Nam etsi rectè dixit Symeon & Leui fratres valde iniquitatis bellantia, in consilio illorum ne veniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt viros, & in voluntate sua suffoderunt murum, &c. At tamen filij Leui postea in vltionem vituli laudabiliter arma corripuerunt, & proinde illis dictum est: Consecrasti manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio & fratre suo, vt detur vobis benedictio. Hoc ergo quærere, cur illud sacerdotium in benedictionibus suis patet omiserit, nullaque Leuitici prædicauerit laudè ministerii? Ad quod primò dicendum, quia de nouissimis diebus se annuunciare professus est, illud autè sacerdotium, siue ille Leuiticus ordo ad istos nouissimos dies, ad istos fines seculorum non pertinet. Deinde & hoc sciendum, quia sacerdotium Aaron non pro benedictione datur, sed pro significatione benedictionis fuit concessum. Nec illa sacrificia taurorum, aut vitulorum, seu arietum & hircorum, non à deo iussa fuere, sed permissa, sicut & prophetæ testatur, quod suo loco dicendum erit plenius. Cæterum verum sacerdotium secundum ordinem Melchisedech, in tribu Iuda Christo fuit repositum, dicente Dauid: Iurauit dominus

Gene. 27

Psal. 56

Psal. 117

Act. 1

Rom. 7

Philip. 3

1. Tim. 1

Act. 9

Psal. 118

Gen. 48

Apoc. 7

Cur in apocal. Dan & Effraim non commemorat

Exod. 32

Hiere. 7

Psal. 39

Psal. 49

Psal. 109

dominus & non penitebit eum, tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Et si recte perspicias, hic idem pater in benedictionibus Iudae de isto non tacuit, dicendo: lauabit vino stolam suam, & sanguine uuae pallium suum. Lauare quippe vino stolam, & sanguine uuae pallium suum, id est, dare poenitentiam & remissionem peccatorum per sanguinem suum, veri & ueraci sacerdotis officium est. Sanè quod dicit: Ego congregor ad populum meum, descendendo ad inferos, ubi saluator qui mittendus est, & qui erit expectatio gentium, uniuersus expectat, donec veniat populus sanctorum. De cura quam habet sepeliendi corporis sui, iam superius dictum est.

Quod Ioseph patrem defunctum cum planctu magno sepeliret in terra Chanaan.

CAP. XL.

Finis quoque mandatis quibus filios instituebat, collegit pedes suos super lectulum & obiit, appositusque est ad populum suum. Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris, flens & de oculis eum, &c.] Hanc omnem curam pro mortuo habitam, quod patri filius pius impendit lachrymas, quod praecipit seruis suis medicis, ut aromatis conderent patrem, quod celebratis exequiis, planctu magno atque vehementi sepeliuit eum in terra Chanaan, in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Aethio, contra faciem Mambre. Haec inquam omnia paternae curae officio à Ioseph exhibenda diuinum oraculum breui consolationis responso promiserat ipsi Iacob. Ioseph quoque (inquiens) ponet manum suam super oculos tuos. Quod ille pro magno accipiens, iam Iesus (inquit) moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Porro quod fleuit eum Aegyptus septuaginta, & aliis septem diebus, non imitandum exemplum est eis, qui se peregrinos & hospites super terram esse profitentur, qui hic manentem non habent ciuitatem, sed futuram inquirunt. Nam quod filii quoque Israel Moysen & Aaron tricenis diebus fleuit se dicuntur in scripturis, hoc ex Aegyptia consuetudine populo nondum erudito supererat, deinceps quippe melioribus paulatim assuefactus, ab illa superstitione desciuit, scriptura dicente: Modicum plora super mortuum, sciens quoniam requieuit. Planctus autem, aut fletus in huiusmodi non semper proprie dicitur: sunt namque & ludii funerei, qui planctus nomine significantur. Caeterum veri tantum planctus, & veri fletus uiris dignis mediocriter exhiberi conceduntur.

Gen. 44.

Hebr. 12.

Num. 20.

Deut. 10.

Eccle. 22.

Eccle. 38.

Psal. 119.

Vnde & quidam sapiens dicit: Fili, in mortuum produc lachrymas, & quasi dira passus in cipe plorare, & secundum iudicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius, & fac lectum super meritum eius, uno die vel duobus. Nec mirum Aegyptios ita fleuisse planctu magno, atque vehementi, ut etiam nomine locus exinde signaretur. [Appellatusque est Planctus Aegypti.] Na & Flaccus dicit, quia qui conducti plorant in funere dicunt, & faciunt plura dolentibus ex animo. Non quidem Ioseph uir sapiens Aegyptios conduxit aut postulauit ut fletent, sed dum aliud intendit, hoc etiam ex abundantia sibi sponte occurrere permisit. Quid enim intendit, dicendo ad familiam Pharaonis: [Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quod pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi in terra Chanaan sepelies me. Ascendam igitur & sepeliar patrem meum, ac reuertar.] Hoc utique intendit, ut intrans ferendo patrem, vitaret inuidiam, pracludendo os obloquentium, qui forte dicerent, quia non diligis terram nostram. Nec frustrata est huius humilitatis prouidentia, non solum enim hanc inuidiam, non solum iram Pharaonis euasit, sed ita omnes in gratiam eius sunt locuti, ut in super irent cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu, haberetque in comitatu currus & equites, fretaque turba non modica. Igitur sicut prudenter beneuolentiam quaesiuit, sic & exequias Aegyptias sapienter admittere debuit, nihil nocituras sancto proposito peregrinationis, in qua illud potius flendit, quia incolatus suus prolongatur eis, à quibus melior patria, melior ciuitas speratur.

De clementia Ioseph, qua fratribus suis indulgit, & quod ipse quoque de transferendis ossibus suis mandauerit.

CAP. XLII.

Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes, ne forte memor sit iniuriam quam passus est, & reddat nobis malum omne quod fecimus, mandauerunt ei: Pater tuus praecipit nobis antequam moreretur, ut tibi haec uerbis illius diceremus: obsecro ut obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, &c.] Ingenitae clementiae laus est, quod auditis uerbis fratrum suorum dicentium: [Nos quoque oramus ut seruo dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc, fleuit Ioseph.] Sanctissimum & optimum donationis vel remissionis genus hoc est, ubi illis qui peccauerunt non flentibus, sed tantummodo confitentibus, solus ille flet qui peccatis offensus indulget, & adorantibus pro indulgentia pius quoque reddit lachrymas cum uenia. Attamen ubi mulcet pieras, illic pariter pungit ueritas, ne sic de remissione eius qui laesus est frater gaudeant, quatenus à solitudine iudicii dei mentis oculos claudant. [Nolite inquit metuere. Num dei possumus resistere uoluntati?] Hoc planè pietatis est. Vos cogitatis de me malum, & deus uertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Hoc asperè ueritatis est. Vtile omnibus qui praesunt hinc exemplum sumendum est, ut cito quidem in se peccantibus dimittant, & in super bona pro malis retribuunt, sed de dei iudicio peccatores nimium securus

securos esse non sinant. [Vixitque centum decem annos, & vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem.] Ad fortitudinem paternarum benedictionum, inter quas & benedictiones edixit uerbum & uuluae, & de quibus ait: benedictiones patris tui confortatae sunt, hoc refertur debet, quod uidit Ephraim progeniem usque ad tertiam, & quod filii quoque Machir filii Manasse nati sunt in genibus Ioseph, id est, quod natos filios Machir nutritio affectu gestauit in genibus suis proauus Ioseph. Sic & illud matris eius Rachelis dictum accipiendum est. Ingredere ad famulam meam, ut pariat super genua mea, id est, ut quod pepererit illa ego adoptati gestem sicut mater super genua mea. Et hic quoque de transferendis ossibus suis mandauit. [Post mortem meam (inquiens) deus uisitabit uos, & ascendere faciet de terra ista, asportare uobiscum ossa mea de loco isto.] Quod fecit & Moyses, sicut scriptum est in Exodo. Non tamen eodem sepulchro cum patribus suis Abraham, Isaac, & Iacob conditus est in Hebron, sed in Sychem, quam (ut supra dictum est) dedit Iacob absque forte tribui Ioseph, & ibi mausoleum eius usque hodie cernitur.

Gene. 30.

Exod. 13.

COMMENTARIORVM IN GENESIM FINIS.

Ruperti Abbatis Tuitiensis de Trinitate et Operibus eius, in Exodum Commentariorum, Liber primus.

OPERIBVS EIVS, IN EXODVM COMMENTARIORUM, Liber primus.

Continuatio praecedentis libri Geneseos & sequentis Exodi, & quod Pharaon diabolus, agnus uero paschalis, Christum praefigurauit. CAPVT I.



Vna causa, vel quo ordine intrauerit Israel in Aegyptum, & Iacob accola factus sit in terra Cham, praecedentis libri Geneseos extrema parte narratum est, scilicet, quia vocauit dominus famulam suam super terram, & omne firmamentum panis contriuit, sed praemisit ante eos uirum, non pro meritis ipsorum, nam in seruum uenundatus est Ioseph, & humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrumque pertransiit animam eius, patienter sustinentis, spemque suam in deo ponentis, donec ueniret uerbum eius. Tandem uenit & eloquium domini inflammauit eum, tanquam lucernam cello candelabro dignam, lumenque eius clarescere coepit ab interpretatione somniorum. Proinde misit rex & soluit eum, misit princeps populorum & de carcere dimisit eum, de compedibus expediuit eum, dicensque: Num inuenire potuimus uirum qui spiritu dei plenus sit, constituit eum dominum domus suae, & principem omnis possessionis suae, ut erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret, deinde iuxta coniectoris ueritatem uocauit dominus (ut iam dictum est) famulam suam super terram, & ob hoc intrauit Israel in Aegyptum, & habitauit in terra Gessen, & possedit eam, auctusque est, & multiplicatus nimis. Haec (inquam) praecedentis libri extrema parte narrata sunt. Deinceps sequentis huius libri Exodi primae partes illud continent, quia conuertit cor eorum ut odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius, & quia misit Moysen seruum suum Aaron quem elegit ipsum, posuitque in eis uerba signorum suorum. In his & in caeteris uti positum est atque inceptum, literam cursum uellicabimus, & quae intrinsecus condita sunt, mysteria Christi filii dei, diligenter pro posse ipso adiuuante proferre integra fide conabimur. Primo omnium serè nemo est qui nesciat, Pharaonem illum regem nouum (qui ignorabat Ioseph) diaboli gessisse typum: paschalem agnum, qui immolari iussus est, Christum dei filium, Aegyptum hunc mundum, transitum filiorum Israel per mare rubrum, Christi praesignare baptismum. Igitur ut ad haec recto proficiscamur ordine, altius recurrentes quaeramus & illud, quid significet introitus filiorum Israel in Aegyptum, ut sicut exitum, sic & introitum in figuram contigisse sciamus omnium peregrinorum coelestem patriam incolatu praesenti expectantium.

Psal. 104.

Gene. 47.

Psal. 104.

Quod ille Israel uniuersos electos, & illa Aegyptus hunc significauit mundum, in quo omnes electi peregrinantur.

CAP. II.

Vniuerso Israeli, beatæ genti, & populo quem elegit dominus in hereditatem sibi, primum iustitiae ac salutis instrumentum est, scire & confiteri quod suam ob culpam, in hoc exilium proiectus sit, procul à facie dei, longè à terra uiuentium, in qua debuit uidere bona domini: per solam autem gratiam fieri, quod quandoque eripitur de praesenti seculo nequam, & transfertur in regnum

T II filii

**C A P. I.**  
**I.**  
 Cur Israel intravit in Aegyptum.

**Gen. 46.**  
 suos iuste tradidit, vt abigeret in Aegyptū, in illud ergastulum, quo praeuiserant fratres sui. Sanē pater Israel liber à culpa fuit, idcirco p̄eunte ac sublequente cōsolatione intravit. Audiuit enim deū patris sui Isaac, per visionem nocte vocantē se, & dicentē sibi: Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere, & descende in Aegyptū, quia in gentē magnam faciā te ibi. Ioseph quoq; ponet manum suā super oculos tuos. Ita ille quia sine culpa, idcirco cū gratia intravit: domus autē eius, quia culpā admisit, sub virga districtiōnis coercenda iuste ad ergastulum neficis ambulavit. Itaq; dei iustitiā fuit, q̄ populus ille seruiturus in Aegyptū intravit: gratiā verō (vt praedictū est) q̄ illū deus eduxit. Acta igitur in parte res est, quā vniuersitatē parabola existeret, id est, cuius ex similitudine plenius erudita vniuersa generatio quærentiū deū, quærentiū faciē dei Iacob, in initio iustificationis suæ semetipsam accularer, clarōq; concentu hinc suæ culpæ, inde diuinæ confessionē iustitiæ decantaret. Tunc etenim Israel terrā fluentē lac in promissione accepit, quando tulit deus hominē, & posuit eū in paradysum voluptatis, proposita conditione hac, vt operaretur, subauditur, obediendo p̄cepto dei, & ita custodiret eū sibi. Tunc autē inter comedendū idem Israel fratrem suū vendidit in Aegyptū, quando ille in quo omnes peccauerūt per gustū cibi vetiti, semetipsum venundedit diabolo. De qua venditione per prophetā deus inclamans: Gratis (inquit) venundati estis, & gratiā continuo liberationē promittens, subiungit: & sine argento redimemini. Vocauit igitur dominus famē super terrā, vt Israel intraret in Aegyptū, quando dixit Adā: Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos germinabit tibi: & præscripta sententia hac, emisit eū in huius mundi exiliū. Hæc enim habitatio rectē dicitur Aegyptus, quod vocabulū in tenebras vertitur, quia tenebræ hic sunt vbi deus non videtur. Ibi Pharaō nouus Aegypti rex, hic diabolus nouus regū nominis adulter, imō vetus tyrannus, tenebrarum princeps. Ibi Aegypti odientes Israel: hic principes & potestates mundi, retores tenebrarum harum, spiritalia nequitiae in cœlestibus, contra quos iuxta Apostolum nobis colluctatio est. His ita præmissis, deinceps sequentiā liberatricis gratiæ mysteria secundū scripturæ huius ordinem sunt pertractanda.

**C A P. I.**  
**I.**  
 De nominibus filiorū Israel, quod rectē initio eiusdē libri præscripti sint. Cap. III.

**H**æc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptū cū Iacob, linguli cū domibus suis, & vxoribus introierunt. Ruben, Symeon, Leui, Iuda, Isachar, Zabulon, & Benjamin, Dan & Nephthaim, Gad, & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, lxxxv. Ioseph autē in Aegypto erat. Hoc libri principii, et si ad solā literā spectes, periti historiographi laudē egregiā possidet, qui quod in præcedenti libro latius dixerat, hoc ipsum breuiter hic repetere idoneū ratus est. Poterat enim ab eo, quod continuo sequitur, ordiri sic: [Iosephi mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua, filii Israel creuerunt, & quasi germenantes multiplicati sunt, ac roborati nimis impleuerunt terrā.] Essetq; huiusmodi principium finī præcedentis libri satis coherēs atq; contiguū. Sed voluit libri huius corpus exhibere in egressū, idcirco caput præmisit eximium, nominibus scilicet filiorū Israel, qui introierūt in Aegyptū, veluti quibusdā stellis illustratum. Hęc planē capitis illustratio tam pro historię q̄ pro allegorię digna expectatione valet, quia videlicet quorū siue secundum literam siue secundum spiritum in hoc libro continetur exitus de Aegypto, rectē eorundem introitus præsentatur in principio. Dignē igitur in foribus collaudato fabricę architecto, iam gradiamur intus, & hanc domum perspiciamus scripturæ latissimæ, quam extruxit refertam thesauris cœlestibus.

*Quod Pharaō in eo etiam similis fuerit diabolo, quod peruersa sollicitudine dixit: Ecce populus, & cætera.*

**C A P. V. III.**

**S**urrexit interea rex nouus super Aegyptū, qui ignorabat Ioseph, & ait ad populū suum: Ecce populus filiorū Israel multiplicatus, & fortior nobis est: Venite, sapienter opprimamus eum, ne fortē multiplicetur, & si ingruerit contra nos bellum, addat inimicis nostris, expugnatiscq; nobis egrediatur è terra. Hic nempe si prudenter legas, necessariō subintelligis, filios Israel solos fuisse suspirare ad terram quæ patribus eorum repromissa fuerat. Hoc auditum à patribus venientibus filiis, spem verbosam auscultantibus, Aegyptiis iracundam excitabat inuidiā. Bene ergo

ergo rem aperit dum præmissis, ne si ingruerit contra nos bellum, non addidit, expugnatis nobis obtineat terram, sed egrediatur è terra. Porro nouus spiritualiter Aegypti rex, qui sic sollicitus est, & sic loquitur, diabolus est, rex Aegypti, id est, tenebrarum princeps, rex inquam Aegyptiorum, id est, omnium superbiorum, domino ad beatum Iob dicente: Quia ipse est rex super omnes filios superbiæ. Ecce (inquit) populus multiplicatus & fortior nobis est, &c. Hoc iratus dixit, quia vidit & doluit, per fraudem suam non perire benedictionem potuisse creatoris, qua in electorum prædestinatione primis parentibus nostris benedicens, inquit: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam. Nam de reprobiorum luxuriante propagine, postmodum dixit ad mulierem seductam: Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos. Verūm quanta cunctis inuidia locutus sis o diabole, hoc verum dixeris, & hoc sine mendacio locuti sunt omnes Aegyptiis satellites tui, quia multiplicati & fortior vobis populus sumus, & si ingruerit, imō dudum ingruit contra vos bellū, principe belli Christo filio dei, suæ crucis attollente vexillum, addimur inimicis vestris, scilicet sanctis ac beatis angelis, quibus fortioribus cadauca terga veritatis sugiēdo, expugnatiscq; vobis egredimur è terra, quia cœlum non expectat.

*De eodem, & quod inter oppressiones Pharaonis filij Israel creuerunt, similiterq; inter diaboli infestationes, electi dei proficiunt.*

**C A P. V.**

**V**enite (inquit) sapienter, opprimamus eum. Hoc dixit, [Præposuitq; eis magistros operum, vt affligerent eos oneribus.] Subauditur, vt non sineret eos coniugales complexus inire, filiosq; procreare, labore vel iniuria, voluptatis obliuionem afferente. [Aedificaueruntque vrbes tabernaculorum Pharaoni Phylon, & Ramesses.] Hoc agebat naturæ hostis demens & infelix, qui quasi sole æstiuo radices arborum ne in flores aut poma prorumperent, exurere certabat. Aestu nanque laboris operosi naturæ radix non arefcit, sed potius post laborem cibi, potuscq; ac somni audior fit, quibus rebus voluptas non emori solet, sed refota gliscere, & prorumpere gestit: frustra igitur sic inuidia pugnabat, præsertim vbi cœli ros & terræ pinguedo, id est, dei & patrum benedictio, sterilem esse Israelem non sinebat. Sequitur ergo: [Quantōque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crecebant.] Et continuo: [Oderantq; filios Israel Aegypti, & affligebant illudentes, & cætera.] Notandū valde est, quid de hoc Psalmista senserit. Nam cum dixisset, & auxit populum suum vehementer, & firmavit eum super inimicos eius, ita subiunxit: Conuertit cor eorum, vt odirent populum eius, & dolum facerent in seruos eius. Quid enim? Nunquid hoc dicēdo odientes Aegyptios iustificat, aut odium eorum excusat? Non vtiq; Sed nimium peccatores fuisse indicat, quos tales deus inueniret, vt ex cōspicis beneficijs suis cor eorū in odiū seruos suorum cōuerteret. Nō enim sic intelligendū est, q̄ cor eorū de bono cōuerterit in malū, q̄ de corde bono cor fecerit malū, sed sic: Cōuertit cor eorū in odiū, quæ admodū sol molituti conuertit in durū. Sed de hoc alijs vbi deus loquitur: Ego indurabo cor Pharaonis & seruum eius. Hic illud dixisse sufficiat, quod Ierosam illorum gratiam, in qua dudum Israel exceperant propter Ioseph, felicitium aduenarum ita splendor vsit, vt in odij duritiā conuerteret, & vnam & meritam illis poenam, deus retribuere, vt quia non solum non compatiendo, verum etiam illudendo affligebant eos, idcirco quemadmodū illa luti & lateris opera prius mollia, deinde coquente igni, fiebant dura, sic eorum corda paulatim æterna indurarentur impoenitentia. Nunc ad illum Pharaonem & illos Aegyptios sermo redeat, de quibus nos Christi gratia liberauit. Venite (inquit) sapienter opprimamus eū, &c. Huius sapientis & sapienter opprimentis q̄ grauiā sint onera, quibus humanū genus afflixit, iam dudum perentescere coepimus, ex quo vocem audiuius in euangelio suo sic dicētis liberatoris: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum, &c. vsq; ad onus meū leue. Nam antequam hoc dixisset, nos laborem nostrū nesciebamus, imō peccati oneribus delectabamur, sub quibus & animæ sensum vitæ expirauerant, & corpora nostra instante mortalitate languebāt. Tor autē iuga sunt seruitutis illius, quot vitia, tot onera quot peccata, quæ persequi nimis longum & difficile, imō impossibile est. Hoc tantum dixerim, quia ex quo intravit Israel in Aegyptum vsq; ad vespertinam immolationem agni, id est, ex quo Adam de paradiso cecidit, vsq; ad passionem Christi filij dei, non cessauit ille exactor, non quieuit tributum, non solum est iugum dominantium. Nam extunc facta est pax, reddita libertas, nec enim, vt ante, ita nunc agit quicq; pro imperio, veruntamē vt latro insidiosus post nos incedit, & inuidus insectatur liberatos, vacuas esse gemens vrbes, quas ædificauimus illi Phylon, quod interpretatur os abyssi, vnde nos Christus eduxit, & Ramelen, quod interpretatur de tinea, à qua medicus ille capita nostra purgauit.

*Quod rectissime Pharaō similis diabolo predicetur, in eo quoq; quod ait: Si masculus fuerit, interficite, &c.*

**C A P. VI.**

**D**ixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum, quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit: si masculus fuerit, interficite illum: si femina, seruate. Timuerūt autē obstetrices deum, & non fecerunt

Iob 41.

Gene. 2.

Gene. 3.

Psal. 104.

Quomodo deus cōuertit cor Aegyptiorum in odium. Exod. 47.

Matth. 23.

Esaiæ 14.

Quādo ablatū est diabolo imperium.

fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares, & cætera. ] Et si meritò quorumlibet visibilibus inimicorum Israel nominibus sancta scriptura vitur, quoties contra spiritualia nequitiae inuehitur, verbi gratia, cum dicit Psalmista: Quoniam cogitauerunt vnanimiter simul aduersus te testamentum disposuerunt tabernacula, & cætera, vsque in adiutorium filijs Loth: multo magis Aegyptiam iustissime isto modo infamat nequitiam, diabolicam scilicet in Pharaonem regem Aegypti, & in seruos eius transfigurando superbiam. Exempli causa: Hic dicit dominus in Ezechiele: Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti, draco magne: qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicit: meus est fluuus, & ego feci memetipsum, & ponam frenum in maxillis tuis, & adglutinabo pisces fluminum tuorum i quamis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt, & projiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui, & cætera. Ecce enim Pharao vel Aegyptus primo loco contra Israel, diabolium imitatur in tribus, imò in quatuor sceleribus suis, secundum scelera super quibus iuxta Amos propheta, Damascum, Gazam, Azorum, Tyrum, cæterosq; finitimos hostes Israel non conuertere se profitetur deus. Primum scelus Pharaonis est, qd hoc intendit opprimendo filios Israel, quatenus voluptate generandi emortua, filij non procrearentur. Secundum, qd obstetricum dolo agere nititur, vt nati paruuli clam interimantur. Tertium, cum aperta sceleris persequutione præcepit omni populo suo, dicens: Quicquid masculini sexus natu fuerit, in flumen projicite, quicquid foemine, reuerate. Quartum, qd mandante sibi domino ac dicente: Filius meus primogenitus Israel, dimitte filium meum vt seruiat mihi, ac ille superbe respondit: Quis est dñs, vt audia vocem eius, & dimitta Israel: Nescio dominum, & Israel non dimitta: Et his similia. Meritò ergo in scripturis, meritò in ore totius ecclesie pro diabolo Pharao decantatur, & per Pharaonem diabolus intelligitur, ad gloriam Christi, cuius victoria de tali Pharaone liberati sumus. Etenim ille est, qui hoc egit ab initio quantum in se fuit, vt nullus Israelita verus, verbo prædicationis, spirituales deo filios gigneret, deinde vt nascentes eiusmodi paruulos, obstetricante hæretica malignitate occideret, tandemq; callatis artibus aperta persecutione armatus est, vt in illa flumina filios gratiæ prædiceret, de quibus Psalmista: Eleuauerunt, inquit, flumina dñe, eleuauerunt flumina vocem suam, & c. magnas & apertas persequentium inimicorum significans reprobates. Et notandum, qd hic quoq; spiritualis Pharao masculinum magis qm foemineum sexum odit, ea videlicet discretionem, qua obseruans vir sapiens, dicit: Melior est iniquitas viri, qm bene faciens mulier: Vir namq; pro virtute est, is qui præest vel regere potest. Mulier verò, quæcunq; anima pro imperfectiois suæ mollicie, quia deceptibilis est, rectore indiget, & sine disciplina si fuerit, fit obprobrium in Israel. Porro eiusmodi viro accidens iniquitas, augendæ virtutis occasio fit, sicut Dauid. Mulieris autem eiusmodi benefactum si claruerit coram hominibus, citò illud leuis ventus humanæ gloriolæ tollit: & si monitor desit vir, hoc ipsum qualescunq; sit, cessat fieri, veritatisq; in apostolum. Sapiens ergo hic Pharao talem virum odit, & iubet interimere, certus qd talem foeminam viro destitutam, contententem sibi adulterare possit.

*De mendacio obstetricum, & qualiter benefecerit eis deus, quia timuerunt deum.*

## CAPVT VII.

Timuerunt, inquit, obstetrices deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares, &c. Hic importune nimis de mendacio disputatur, qd non iustificari possint obstetrices mentiendo, dicentes: Non sunt Hebrææ mulieres sicut Aegyptiæ: Ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusq; veniamus ad eas, pariunt. ] In tempore namq; parientibus aderant, de quibus dictum est, quia conseruabant mares. Quod quisquis pro culpa obiicit, restat vt Raab meretricem mendacii redarguat, quæ tollens duos exploratores, quos Iosue miserat, abscondit, & quærentibus ait: Fateor, venerunt ad me, sed ego nesciebam vnde essent. Cumq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt. Persequimini citò, & comprehendite eos. Ergo qui obstetrices pro tot infantibus seruandis mentientes accusant, consequitur vt multo magis pro duobus hominibus liberandis mentientem non iustificent Raab, quam & prophetica simul & euangelica iustificat autoritas. In euangelio namq; Christi, mater assumitur & parens veritatis, quæ Christus ipse est, quia sic mentita est Raab, Salmon quippe genuit Booz de Raab. Et propheta de eadē in typi ecclesie de gentibus præcinit: Memor ero Raab & Babylo nis. Apostolus autem vsq; ad eam nullam omnino veritatem charitati præponit, vt optet ipse anathema esse à Christo, qui subauditur veritatis pro charitate. i. pro fratribus suis, qui sunt cognati eius secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Prædixerat enim quia neq; mors, neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; virtutes, neq; infatigabiles, neq; futura, neq; altitudo, neq; fortitudo, neq; profundum, neq; creatura alia, poterit nos separare à charitate dei. Nullas igitur quasi mēdacijs tenebras, ascribamus lucido charitatis operi, vbi sic homicidæ impij se fellexerunt, vt vitam reseruent hominibus, præsertim cū deus hoc ipsum laude & remuneratione dignū duxerit, scriptura conuincit dicente. ] Bene igitur fecit deus obstetricibus: & quia timuerunt obstetrices deum, ædificauit illis domos. ] Subauditur æternas. Aeternum quippe est, quod deus ædificat.

De ortu

*De ortu atq; elegantia Moysi. CAPVT VIII.*

Egressus est post hæc vir de domo Leui, accepta vxore stirpis suæ, quæ concepit, & peperit filium. Et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitq; intus infantulum, &c. ] Principio dicendum, quia non factum est de omnibus impij regis imperium dicentis: quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite: quicquid foemine, reseruate. Alioquin quomodo alius ante hunc elegantem infantulum, scilicet Aaron euasit, triennio natus ante eum. Nempe cū dictum sit, quia post hæc, subauditur impij regis edicta, vir ille de domo Leui egressus est, & accepit vxorem, sine dubio & Aaron post hæc eadem natus fuit, siquidem vna eademq; vxor illi, siue alio loco scriptura testatur, peperit Aaron, Moysen, & Mariam. Quod autem triennio senior Moyses Aaron fuerit, manifestius postmodum scriptum est hoc modo: Erat autem Moyses lxxx. annorū, & Aaron lxxxiii. quando locuti sunt ad Pharaonem. Sed & paruulos, & xxx. annorum iuuenulos, in exitu suo filij Israel habuerunt. Claret igitur quod non impletum est vniuersum nequam regis præceptum, alioquin non fuisset in exitu Israel de Aegypto vir inter eos infra ætatem lxxx. annorū, neq; ante Moysen quidē, sed neq; post illud regis præceptum euasisset Aaron: Pro deo litera præiens diligentius intuerenda est. Sic enim videtur significare, quod cum omnes infantuli proicerentur, mater huius propter elegantiam studiosior facta, tribus eum absconderit mensibus, vt saltem hic seruetur alijs percuntibus. Verum huic sensui, quæ prædicta est euidentissima ratio refragatur. Potius ergo illud constat, ne propter elegantiam eius quæ iam ardere coeperat, magis inflammaretur inuidia, etenim breuiter quidem, & parca de semetipso loquens Moyses dixit, infantem se esse elegantem, sed reuera tanta fuit elegantia, quanta diuinum illum splendorem præsignari decuit, quo postea facies eius ex collocaione dei splendida facta est. Neq; enim elegantia studiosa nato mox infantulo inesse potuit. Notandum deinde, quod vbi obstetrices deum timentes in sancta scriptura nominatas esse iure voluit, pro eo quod charitatem vtilem præposuere vero inutili, dixit enim mox, quarum vna vocabatur Sephora, quod interpretatur pulchritudo siue placens: altera Phua, id est, perfectio, illic patrem & matrem nominibus suis non expressit, ita dixisse contentus. Egressus est post hæc vir de domo Leui, accepta vxore stirpis suæ. Veruntamen alibi, non quidē amota hac humilitate, sed obseruata lege historiarum, & nomē patris Amræ, quod interpretatur populus excelsus, & matris suæ nomē ponit lochabeth, quod interpretatur vbi est gloria mea, siue est grauis. Quæ peperit ei, inquit, Aaron, Moysen, & Mariam, quorum Aaron mos fortitudinis, siue mos fortis, quod nomen vtiq; dignitati sacerdotij congruit. Moyses sumptus ex aqua, siue assumptio, quod a causa legis quæ per eum data est non discrepat, de diuine namq; sapientie abundantia sumpta est: Maria verò illuminatrix, vel stella maris. prophetia namq; quæ per illam significata est, & nos illuminat, & nostro mari. i. huic seculo stella est, vbi attendimus illi tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec luceat dies, & lucifer oriatur in cordibus nostris.

*Quid præsignerit, quod infantulus in fiscella positus, & à filia Pharaonis inuentus matri suæ nutriendus traditus sit. CAP. IX.*

Sumpsit, inquit, fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, posuitq; intus infantulum, subauditur in papyrione. Sic enim deinde de filia Pharaonis subditur. ] Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, &c. ] Quantum ad literam fugitiua matris pietas, & dolenda insinuat sedulitas, veruntamen non sine fide & spe, qua tutori deo pupillum suum committebat, in quo gratiæ eius elegantia præfulgebat, magnum quidem coeli ciuem, sed in terra nimie peregrinantem. Scirpus namq; genus aquosæ generis est, sine nodo: papyrus leuis canna, de qua Lucanus sic inquit, cū tenet omnia Nilus, Conteritur bibula Memphitis cymba papyro. Bitumē autem contra sentinam aquæ tenacissimum præsidium est. Hoc ergo fatigat, quantum potuit, quantumuis infans scirpeo cophino suauiter cubaret, & leui papyro conferta cymba, sine pōdere supernaret, & bituminata sentinā omnem aquæ excluderet. Porro mysticè torum administrandæ per illum scripturæ præsignium est. Elegans quippe infantulus vili scirpo collocatur, quia futurum erat eo scribere, vt elegantia spiritus, vilitate literæ regeretur. Ipse papyrio scriptoris eiusdē futuri calamum præsignat, iturum cum impetu fluminis, qui lætificat ciuitatem dei, contra illa vasa papyri. i. vasa scriptorum falsitatis, de quibus per prophetam dicit: Væ terræ cymbalo alarū, quæ est trās flumina Aethiopiæ, quæ mittit in mare legatos suos in vasis papyri super aquas. Nec enim terra illa, scilicet diabolus siue Antichristus, in terreno corpore futurus (qui propter superbiam dicitur cymbalū alarū. i. accentus blasphemiarū) aliud mittit qm mendacium per legatos suos paganos, suos hæreticos in mare huius seculi, in suis vasis papyri. i. scriptoribus suæ partis, vnde aduersus deum consistit, quo contra per hunc elegantem infantulum missurus erat deus elegantiam veritatis. ] Vis inquit, vt vadam, & vocem tibi Hebræam mulierem, quæ nutrire possit infantulum. Respondit ei, vade. Perrexit puella, & vocauit matrem eius, &c. ] Et hoc futuri præsignium, qd filia Pharaonis infantulum sic inuenit, & tali nutrice altū, sibi in filium adoptauit, Futurū erat quidē, vt scholæ gentiliū, Tūi sanctarum

Matth. 1.

Psal. 50.

Rom. 9.

CAP. 11.

Exod. 2.

Exod. 7.

Exo. 34.

Exod. 6.

Aaron.

Moyses.

Maria.

Luca. 11.

4. Phari.

Psal. 49.

Esa. 18.

Tūi

sanctarum

**CAP. II.** sanctarum complaceret elegantia scripturarum. Verbi gratia Prolomeo Philadelpho, qui cum omnium scripturarum vtilium studio flagraret, leges quoque dei per istum conscripserat, sibi in graecum transferri summa instantia deposcens, accepit ab Eleazaro Iudaeorum pontifice septuaginta seniores, quibus ea interpretantibus, relegens, oppido laetatus est. Nam quod hic egit, simile quodammodo fuit, quod soror pueri scilicet Maria, quae procul stetit, praestolans euentum rei matrem eius vocauit, quae & Nutriuit infantem, & adultum tradidit filii Pharaonis. Mater quippe sanctae scripturae huius lingua hebraea est, quam ad interpretandum vel transferendum in graecum euocare, illa vera philosophia persuasit, ut praedictum est. Porro elegans infantulus elegantia prospiciens de caelo miserationis occursum exceptus est, ut matris suae cui natus fuerat non periret, & aliam matrem praepotentem adoptandus inueniret, cuius autoritate omni quoque scientia Aegyptiorum, ut in actibus Apostolorum legimus, eruditus est.

*Quod Moyses Aegyptium quendam de fratribus suis percutientem redarguit, & liberatorem suae gentis se fore praescierit.*

**CAP. VII.** **ACTO. 7.** **DEUTE. 17.** **IOHAN. 10.** **HEBR. 11.** **CAP. X.** **CAP. XI.**  
**I**n diebus illis postquam creuerat Moyses, egressus ad fratres suos, vidit afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quendam de Hebraeis fratribus suis. Et reliqua. Postquam creuerat, id est, per annos quadraginta. Sic enim Stephanus procomartyr in concione Iudaeorum orationem faciens loquitur. Cum autem impleteret ei XL. annorum tempus, ascendit in cor eius ut visitaret fratres suos filios Israel, & cum vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum, & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percussio Aegyptio. Et qua fretus autoritate id fecerit, continuo subsecutus, ait: Aestimabat autem intelligere fratres suos quomodo deus per manus ipsius, daret salutem illis. Cum enim haec dicit, profecto illud significat, quod Moyses gentis suae liberatorem fore se praescierit. At illi, inquit, non intellexerunt, id est, intelligere noluerunt. Nam & continuo subsequitur. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace dicens: Viri fratres estis, ut quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat, replicat eum, dicens: Quis te constituit principem & iudicem super nos? Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Aegyptium? Hanc vnus negationem omnibus ascribit postmodum, dicens: Hic est Moyses, quem negauerunt dicentes: Quis te constituit principem & iudicem. Et recte: Nam cunctis profitentibus vni negare non licuisset, praesertim pro omnibus, quia non dixit super me, sed super nos. Amplius autem iniustam negationem exaggerans, inculcat, & replicat illi, principem designans & iudicem. Hunc, inquit, deus principem & redemptorem misit, hic eduxit illos, hic est Moyses, qui dixit filiis Israel, propheta vobis suscitabit dominus de fratribus vestris, tanquam me ipsum audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei, &c. Haec & huiusmodi cur coram attulerit, nouissima exclamacione deponit. Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Nempe subaudiuntur Moysen negauerunt, Sauelem abiecerunt, David de regno exturbauerunt, alios lapidauerunt, alios secuerunt, alios in occisione gladii interfecerunt. Tandem ita concludit, & occiderunt eos, qui praenuntiabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores & homicidae fuistis. Igitur Moyses in exemplum huius negatus est a dicentibus. [Quis te constituit principem & iudicem super nos?] Videlicet quemadmodum negandus erat iustus a dicentibus, non habemus regem nisi Cesarē, quemadmodum hic negatus a suis, abiit acquirere sibi ecclesiam de gentibus, sic Moyses negatus fugit suos, & vxorē accepit alienigenam de filiabus sacerdotis Madian. Porro talis egressus Moysi ad fratres suos, ut videret afflictionem eorum, illa negatio, quam Apostolus in catalogo patrum fide nobilium commemorat, recte esse dicitur, qui sic ait: Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo dei, quam temporalis habere peccati iucunditatem, maiores diuitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Fide dereliquit Aegyptum, non veritus animositatem regis. Vnde hoc quod non veritus sit animositatem regis? Videlicet quia fugiens animos regis, non ramen armaturam deposuit zeli, eadem quippe iustitia vel pietate septem filias sacerdotis Madian a pastoribus defendit, & oues earum adaequauit, qua & virum percussit Aegyptium, eo quod percussisset quendam de Hebraeis fratribus suis, & qua nihilominus altera die Hebraeos rixantes conspiciens, eum qui faciebat iniuriam corripuit, vnde inuisibilem quem tanquam videns sustinuit, hoc modo vel ordine videre meruit.

*De clamore filiorum Israel ad dominum, & quod non viuente, sed Pharaone mortuo, vociferati sunt.*

**CAP. XI.**  
**P**ost multum vero temporis, mortuus est rex Aegypti, & ingemiscentes filii Israel, propter opera vociferati sunt ad dominum. Ascenditque clamor eorum pro operibus, & audiuit gemitum eorum, &c. Quare dum viuere Pharaonem non ingemuerunt, non vociferati sunt filii Israel ad dominum? Videlicet, quia nimietas oppressionis ingemiscere non sinebat, vociferari prohibebat. Hoc namque habet violentia tyrannorum vis, ut eis, quos opprimit, liberatione optare pro crimine audaciae vel contumaciae sit. Et quidem gemebant prius afflicti Aegyptiis illudicibus, atque ad amaritudinem vitam illorum perducantibus, sed differt, vtrum quis clanculo gemat, tacitoque gemitu dolorem sub pectore consumat, an publico conuentu in auditu quorumlibet clamor in altum depro-mat querelam. Vnde cuidam victo sub victoris potentia dictum est fauendo. O miseri, quorum gemitus edere dolori? Qui te non pleno pariter planxere theatro. Ergo & ante filii Israel gemebant quidem, sed non audebant gemere palam: nunc autem, quia mortuus est Pharaon rex Aegypti, publicis conuentibus gemuerunt, gemitumque in caelum sustulerunt, ut ascenderet clamor eorum ad dominum, qui & audiuit gemitum eorum, & recordatus est, id est, non oblitum se ostendit esse foederis, quod pepigit cum Abraham, & Isaac, & Iacob. Porro iuxta anagogen morale est quod praesenti loco scriptura intendit. Quamdiu viuere Pharaonem, id est, quamdiu regnat peccatum, regnat in mortali corpore, & non ingemiscent animus, neque ad dominum vociferatur, sed libens & seruitutis pessimae laborē vel contraria onera sentiens subigitur operibus duris luti ac lateris, omnique famulatu quo in terrae operibus premit. Gemit quidem utcumque & suspirat, interdum etiam plorat. Sed differt vtrum quis gemendo & plorando luti lauet, an luti operibus abiectis melius propositum arripiat, & pro auxilio dei fortiter in caelum clamet. Et si moriatur impius rex Aegypti, si iuxta prophetam computrescat iugum a facie olei, cessetque amor peccandi vera confessione spiritus sancti, tunc ingemiscent Israel, & libere vociferent, ascenditque ad dominum clamor eius, & audit liberator gemitus eius.

contumaciae sit. Et quidem gemebant prius afflicti Aegyptiis illudicibus, atque ad amaritudinem vitam illorum perducantibus, sed differt, vtrum quis clanculo gemat, tacitoque gemitu dolorem sub pectore consumat, an publico conuentu in auditu quorumlibet clamor in altum depro-mat querelam. Vnde cuidam victo sub victoris potentia dictum est fauendo. O miseri, quorum gemitus edere dolori? Qui te non pleno pariter planxere theatro. Ergo & ante filii Israel gemebant quidem, sed non audebant gemere palam: nunc autem, quia mortuus est Pharaon rex Aegypti, publicis conuentibus gemuerunt, gemitumque in caelum sustulerunt, ut ascenderet clamor eorum ad dominum, qui & audiuit gemitum eorum, & recordatus est, id est, non oblitum se ostendit esse foederis, quod pepigit cum Abraham, & Isaac, & Iacob. Porro iuxta anagogen morale est quod praesenti loco scriptura intendit. Quamdiu viuere Pharaonem, id est, quamdiu regnat peccatum, regnat in mortali corpore, & non ingemiscent animus, neque ad dominum vociferatur, sed libens & seruitutis pessimae laborē vel contraria onera sentiens subigitur operibus duris luti ac lateris, omnique famulatu quo in terrae operibus premit. Gemit quidem utcumque & suspirat, interdum etiam plorat. Sed differt vtrum quis gemendo & plorando luti lauet, an luti operibus abiectis melius propositum arripiat, & pro auxilio dei fortiter in caelum clamet. Et si moriatur impius rex Aegypti, si iuxta prophetam computrescat iugum a facie olei, cessetque amor peccandi vera confessione spiritus sancti, tunc ingemiscent Israel, & libere vociferent, ascenditque ad dominum clamor eius, & audit liberator gemitus eius.

*Cur deus apparuerit Moysi in flamma ignis potius, quam in alia specie elementari, & quid significet quod rubus ardens non est combustus.*

**CAP. XII.**  
**M**oyses autem pascebat oues Iethro socii sui sacerdotis Madian. Cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem dei. Apparuitque ei dominus in flamma ignis de medio rubi, &c. Ordo verborum est: Filii Israel ingemiscentes propter opera, vociferati sunt ad dominum: dominus autem audiens gemitum eorum, apparuit Moysi in flamma ignis de medio rubi, ubi pascebat oues Iethro socii sui Madian sacerdotis. [Dixit ergo Moyses: Vada & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.] Magnam, inquit, visionem videbo. Verē magna fuit illa visio, & cunctorum per fidem videntium vocibus praedicatur haec tenus in toto mundo. Et huius causa visionis, si deo illustrata anima diuersa fuerit, declaratio est operis subsequētis, & ipsa intellectum dat paruulis. Hoc ergo primum quaerimus, cur eo tempore tali pro causa, deus appareret homini, potius in flamma ignis, quam in alia aliqua qualibet specie videri voluerit? Deinde de quare rubus ardens non combustus sit? Deus inuisibilis, qui nec loco circumscribitur, nec vllis sensibus corporis percipitur, quoties visibiliter hominibus apparet, rebus ipsis congrua assumit speciem, propter quas apparere dignatur. Quis autem visionis huius magnae subsequentes effectus fortissimos atque clarissimos fuisse nesciat? Nam & si tunc non fuimus, attamen potentiae vel virtutis dei, quam tunc notam fecit claritas magna lucet nobis, & terribilium eius miraculorum memoria mirabilis in oculis nostris est. Vnde & hodieque mirantes dicimus. Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui magnificus in sanctitate? Terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? Item dextera tua domine magnificata est in fortitudine. Et his similia. Recte igitur in igne, quod elementum forte ac lucidum est, deus hic apparuit, fortitudinem suam quodammodo praeparans, cum dicit: Ego scio quod non dimittet vos Pharaon rex Aegypti, ut eatis, nisi per manum validam. Item ad Pharaonem: Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Quare autem rubus non comburitur, & Moyses tanquam comburendus appropinquare prohibet, nisi soluat calciamentum de pedibus suis? [Cernens enim dominus quod pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi & ait: Moyses Moyses. Quo respondere a illum, ne appropies, inquit, huc.] Et continuo [Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est.] Hoc nimirum ita dixit, tanquam continuo comburi potuisset appropinquando, nisi soluisset calciamentum de pedibus suis. At certe rubus non comburebat, & virgultis quorum de medio lucebat sanctus ignis erat innoxius. Quid ergo hoc sibi vult? Illud nempe, quia deus noster ignis quidem consumens est, verum tamē igni elementario multum dissimilis iste ignis est. Ignis namque corporeus, quo in corporalibus administrationibus utimur, quod quartum mundi elementum dicimus, res ipsas comburit, quibus continetur, procul autem positus innoxius est. Deus autem noster verus & perpetuus ignis, suam contrario naturam vel potentiam exerit. Nam illis intra quos est non solum innoxius, verum etiam salutaris & clementissimus est: longē autem positus, & dignē appropinquare nolentibus nimirum damnosus existit, de qualibus Psalmista dicit: Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Quod in beata virgine Maria clarius atque conspicabilius est. Torus enim hic ignis, subaudit Christus deus & homo, nouē in utero eius mensibus habitauit, & leuem carnis vel animae eius stipulam, siue foetum, non solum non combussit, verum etiam maiore cum virginitatis honore, gratiaque formati exinde hominis, quē assumpsit, perenniter illustrauit. Et ad illud templum ignis aeterni, quanto quis per fidem propius accedit, tanto decentius illo igne fulgescit. Nam e contrario quanto longius, siue Iudaeus, siue paganus, siue hereticus absistit, tanto citius ut cera liquefcit, cum ignis ille apparuerit. Hoc



C A P. III.

Hoc interim appropinquantibus nobis agendum est vt calciamenta non habeamus in pedibus, quæ fiunt de mortuorum animalium pelibus, id est, vt mortuorum mortifera & in peccatis suis morientium exempla non imitemur. Nam ille quidē corporaliter nudis pedibus accedere iustus est, quod est solenne humilitatis instrumentum, nobis autem hoc spiritualiter ita vt prædiximus agendum est, scientes quia deus noster, ad quem accedimus, non est mortuorum sed viuorum.

Marth. 22.

De humilitate Moysi, qua iussus ire ad Pharaonem, toties recusauit. Cap. XIII.

Clamor filiorum Israel venit ad me vndiq; vndiq; afflictionem eorū, qua ab Aegyptiis opprimuntur. Sed veni mittam te ad Pharaonem, vt educas populum meum de Aegypto. Notandum, qd cum dixisset, clamor filiorū Israel venit ad me, addidit vndiq; vt subaudias tam ab Aegyptiis opprimētib; q̄ à filiis Israel ingemiscētib;. Vtrinq; enim venit clamor, sed modo valde diuerso. Nam clamor filiorum Israel, tanq̄ defensorem & iudicem ad iram prouocantium ascendit ad dominum. Veni, inquit, mittam te. Prius veni, deinde mittam te dixit. Hoc non leue est in ore dei præsentī ac corporaliter astanti dixisse, veni. Non inquam leue est, neq; deinceps leuiter actum, vt qui corpore deo præfens aderat, animo quoq; ad obediendum parato adeller. Palam est ex sublequentibus, quia nondum venerat, quo toties ire iustus fuerat. Primum dicenti, veni, continuo respondit: [Quis ego sum vt vadā ad Pharaonē, & educam filios Israel ex Aegypto?] Bonum quidem & imitatione dignum humilitatis exemplum est, deo vocanti ad tantum tamq; gloriosum ministeriū dicere: Quis ego sum, vt pro conscientia vel æstimatione ipsius, subaudiatur nullus. Quapropter talē velut ex abrupto salientē eius percunctationem placido vultu suscipiens dominus deus. [Ego, inquit, ero tecum, & hoc habebis lignum quod miserim te.] Ac si dicat: Et si tu nullus es, ego dominus, qui deus patris tui, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob sum, ego inquam ero tecum, in ore tuo verba proferens, & in manu tua signa faciens, ex hoc inquam significabitur omnibus qd miserim te, sine quo nō potest homo quicq; facere. Proinde: [Cū eduxeris populū meū de Aegypto.] Tu præsentī non ingratus visio, sed agentiarū memor gratiarum. [Immola deo super montem istum.] Bonū inquam hoc, & imitandū placidæ humilitatis exemplū est. Veruntamen nec illud contemnendū, quod quidā eiusdē, id est, prophetalis ordinis, vir magnā & ipse videns visionē, scilicet deum sedentē super solū excelsū, & eleuatū, & ea quæ sub ipso erant, implentia templum. Eidem domino percunctanti ac dicenti, quē mittam & cætera, continuo & alacriter se offerens, dixit: Ecce ego, mitte me. Cū igitur quis ad hoc vocatur à spiritu sancto, vt mittatur contra Pharaonem, id est, contra diabolum, scilicet vt aliquo fungatur ministerio salutis animarū, sic inter hos viam teneat regiā, vt non declinet ad dextrā siue ad sinistram, videlicet vt nec nimius sit dicēdo, quis ego sum vt eam, nec importunus vociferando, ecce ego, me mitte. Nā hinc pertinaciæ, illinc præsumptionis cauendū est vitium. Interim faciē suam absconderat Moyses. i. stabat demissū capite, sed sic absconditus inueniri, sic demissus magis merebatur à domino subleuari. Nam accrescente paulatim gratiæ fiducia, ait ad dominum.

Esaiæ 6.

a. Cor. 6.

Exod. 32.

Hebr. 11.

De eo quod dixit: Ego sum qui sum. Qui est, misit, &c. C. A. P. XIII. Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos: Si dixerint mihi quod est nomen eius, quid dicam eis? Videlicet quia nomē dei phanaticus error commune fecerat multis, idcirco proprium quærebat vocabulum huius dei qui loquebatur sibi: Nam & si sunt (inquit Apostolus) qui prædicantur dii siue in celo, siue in terra, siquidē sunt dii multi, & dñi multi, nobis tamē vnus deus pater. [Dixit deus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel. Qui est misit me ad vos.] Hoc nomē mihi est inq̄ter nū, & hoc memoriale meū in generationē & generationem. Ad vnam percunctationem duo reddidit, quia fortis erat inquisitor qui pulsabat, fortis inquam vera fortitudine, quæ est virtus humilitatis, quæ & vsu vel exercitio diuinæ colloctionis, in tantum robur excreuit, vt fortem & iratū deum postmodum tenere posset, stans in conspectu eius in contrafractiōe cordis. Duo inquam nomina sua deprompsit, quorum alterum, scilicet, ego sum qui sum naturæ est, alterum verò gratiæ vel dignationis videlicet: [Deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, quod nomen mihi, inquit, est in æternum.] Et hoc quia gratiæ est, idcirco iam supra non interrogatus vltro protulerat, dicendo: Solue calciamentum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est, ego sum deus patris tui, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob. Verū hic addidit quod illic non dixerat, hoc nomen mihi est in æternum, scilicet propter dignē nominandam fidem illorum vel ob obedientiam illorū in qua peregrinos & hospites se esse confessi sunt super terrā meliorem expectantes patriā, id est, cœlestem. Ideo enim (inquit Apostolus) nō cōfunditur deus eorū vocari deus. Hoc ergo inquit, nomē mihi est inq̄ternū. [Et hoc memoriale meū.] Sublauditur secundū ea quæ operatus vel operaturus sum in illis adoratoribus meis, & in semine eorū. His duobus sumptis, ego sum qui sum, sic dices filiis Israel, qd est misit me ad vos, iterūq; hæc dices filiis Israel, dñs deus patrū vestrorū deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, misit me ad vos. Ergo nō esse deos cōsequitur eos quos Abraham nesciuit, quos Isaac ignorauit, quos Iacob nō cognouit. Et hoc pro tēpore & re hic oportūne respōsum est, scilicet

scilicet vt cessent filii Israel quasi pro multitudine deorum propriū dei sui quærere vocabulum, hoc tantū scire contēti, qd est qui mittit ad eos Moysen, nō vt cæteri, falso dicitur deus, sed est. Præ terea nō solum multitudinē illorū qui nō sunt, sed & omni numerositati creaturarū se eximit crea tor dicēdo, ego sum. Quid enim? Nunquid aliquid eorū quæ creata sunt, simpliciter vel absolute esse dicendū est? Nō vtriq; forma nihil eorū simplex vel incōpositum est. Quicquid enim præter deū est, ex materia simul & forma cōstare dicit, vt manifestū est. Verbi gratia. Statua cuius est materia æs, forma autē quælibet effigies quā finxit artifex, vtputa Iouis aut Serapis. Proinde quod statua vocamus nō est quod est, nā non vnū idēq; aut simplum est. Sed nec ipsum quidem æs simplicium quid est, quippe cuius materia terra est, ab ipsa multū differens æris specie. Terræ quoq; nomē à forma tractum est, dicitur enim terra, qd sit grauis & sicca, suumq; esse simpliciter ex hile, quam materiā creatam esse constat informē. At verò dei substantia formā simplex est sine materia vlla, ac proinde est quod est, nec enim potest illi quicq; inesse, præter id quod substantialiter est, nec enim potest hoc esse subiectum, nec ab aliquo accidente, quemlibet motum siue mutationem ad mittit, videlicet cum sit forma carens materia, vnde pateretur accidentia: Deniq; quod formata quælibet homo siue iumentū, & cætera vicibus permurantur, hoc illis ipsorum materia fert. In de homo quasi flos egreditur, & coneritur & fugit velut vmbra, & nunq; in eodem statu permanet. Inde est quod sicut herba manē transit, manē floret, vel pere decedit, indurat ac arefcit. Igitur deus qui non formatus, sed forma tantū est, rectē tam diis, qui dicuntur quidem, sed non sunt, qd creaturis omnibus, quarū diuersissimæ formationes vel naturæ sunt, solum se excipiens, sūū edixit proprium vocabulum, dicendo ego sum qui sum, & hæc dices filiis Israel, qui est misit me ad vos. De terra quam repromittit, dicit: [Visitans visitauit vos, vt educam vos de afflictione Aegypti in terram Chanaan, & Ethæi, & Amorrhæi, &c.] iam locis aliis dictū est, quod terræ viuentiū figuram gestauerit, quæ reuera riuus fluit lactis & mellis. Etenim sicut populum illum à Pharaonis seruitute liberatū in illam terrā dominus induxit, sic vniuersam electorū multitudinē, à iugo diaboli solutam, supernæ patriæ restituit, de qua malignos spiritus sub his nominibus intelligendos expulit. Chanaanæus namq; possidens, Amorrhæus amarus, Gergesæus colonum eiciens, lebuzeus calathus, Aethæus formidans, Pherezæus separans, Euaus ferus interpretatur. Quæ cuncta in malo accipi, & malignis spiritibus valent vtiliter ascribi.

Iob. 3.

Psal. 139.

De eo quod dictum est: Dominus deus Hebræorum vocauit nos, & quo iure dictum sit: Et vos spoliabitis Aegyptum, & qualiter spoliemus nos eius exemplo. XV.

Ingressi estis tu, & ieniores Israel ad regem Aegypti, & dices ad eum. Dominus deus Hebræorum vocauit nos. Ibimus per solitudinem viam trium dierū vt immolemus domino deo nostro. Et reliqua. Hoc ita factū est. Transito nāq; mari rubro, cum cecinisset Moyses & filii Israel carmen hoc domino dicētes: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equū & ascensore proiecti in mare. Ingressi sunt, inquit, in desertum Sur, ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquā, & venerunt in Marath. Ecce qualem viam Hebræis, exituris de Aegypto, & ad terram promissionis ituris, dominus deus ipsorum coram Pharaone profiteri imperat. Ad hoc manum validam exerit extendam, inquiring, manum meam & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum, ad hoc, inquam, vt eant non per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, sed per solitudinem, ad hoc tantum vt immolent domino deo suo. Ergo quisquis Hebræum, id est, transiorem se esse, & de Aegypto exisse profiteatur, vt transeat secundum nomen Hebræorum, quorum dominus deus est ad patriam cœlestem, non habens hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirens, hanc viam teneat, solitari us incedat, id est, remotus, tam ab Aegyptiis quā à Philistiim. Aegyptii namq; tenebrosi, Philistiim portione cadentes interpretantur. Et talium vtrique societas illi cauenda est qui ad hæreditatem dei peruenire, qui domino deo suo immolare cupit victimas iustitiæ. Daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis. [Et cum egrediemini non exibitis vacui, sed postulabitis mulier à vicina sua, & ab hospite sua vasa argentea & aurea ac vestes, ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.] Non iniusta præceptio. Aegyptii namque violenter subegerant Israel, qui non erat vernaculus aut emptitius, illudentes ei, & assilgentes operibus luti ac lateris. Iusta ergo vice spoliare habebant oppressores suos, veluti non dominorum direptores, sed vt vetē hostium victores, quatenus dolore auri & argenti sui nimium concitati persequerentur abeuntes, & ita perirent in mari, transeunte ad salutem Israel. Porrò nos iuxta anagogen, egredientes (vt dictum est) omni auro & argento cunctisque preciosis vestibus spoliare debemus Aegyptum, vt siue auri dialecticorum circuli, siue argentiæ rhetorum falerae sint, siue quarumlibet artium philosophicarum telæ, ac vestes, quibus Aegyptius male vrens mendacium ornare ac vestit, non permaneat horum quicquam, quin cum huiusmodi Hebræis transeat in seruitium verbi dei, ad ornatum veritatis, ad famularum dominæ nostræ sapientiæ cœlestis. Is ipse Moyses cum dicuntur hæc primus hoc modo spoliavit Aegyptum.

Exod. 15.

Hebr. 11.

Fuit enim

Tessal. 1.

Fuit enim (vt iam superius dictum est) eruditus omni sapientia Aegyptiorum, sed eadem spolia contulit (vt hæc scriptura testatur) in thesaurum domini dei sui. Hæc, inquit, pones super filios & super filias vestras, id est, docebitis eos tollere quæ eiusmodi sunt Aegypti spolia, vt sciant omnia probare, quod bonum est tenere, ab omni specie mala se abstinere.

C A P.  
1111.

**R**espondit Moyses, & ait: Non credent mihi, neq; audient vocem meam, sed dicet, non apparuit tibi dominus. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit, virga. Ait dominus: Projice eam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moyses. Iusta dei expectatio: nam veridica est, & sana hæc hominis oppositio. Non credent, inquit, mihi, subauditur, nisi signa viderint. Nam vsq; hodie Iudæi signa quaerunt, & Græci sapientiam inquirunt. Ergo dominus hæc opponentem placidè sustinens: projice, inquit, virgã quam tenes, in terram. Projecit, & versa est in colubrum. [Et dominus: Extende manũ tuã & apprehende caudam eius. Extendit & tenuit, versaque est in virgam. Et rursum: Mitte manũ tuam in sinum tuum, &c.] Quia ratio consentit, vt in ore duorum aut (vt multum) trium testium, stet omne verbum: idcirco duo hæc signa pro testibus dextra leuãq; composuit. [Vt credant, quod apparuerit tibi dominus deus patrum tuorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus Jacob. Item: Si non crediderint tibi, neq; audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.] Addit & tertium, tanquam à tergo consequentem testem, eos qui duobus testimoniis non crediderint, quasi sanguinea mortis pena condemnantem. [Sume, inquit, aquam fluminis & effunde super aridam, & quicquid haueris de flumine verteretur in sanguinem.] Horum testium veritatem siue testimoniorum constantiam literalem omnes agnouimus, mystica auctoritatem requiramus. Nam sicut populus in Aegypto seruicis, vniuersam proculdubio multitudine electorum in hoc mundo peregrinantium: sic signa hæc per quæ debuit vel potuit agnosceret tempus visitationis suæ, significare debuerunt alia signa meliora, per quæ debuit aut potuit cognoscere tempus eius (quæ per Christum facta est) redemptionis suæ.

1 Cor. 1.

Deu. 10

De causis eorundem signorum mysticis. C A P. XVII.

**Q**uid igitur virga hæc, nisi illam significat humanitatẽ Christi filii dei, quæ de radice Jesse sumpta est: Tunc enim veraciter in terram proiecta est, atq; in colubrum versa, ita vt fugeret Moyses, quando vnigenitus dei filius per assumptionem humanitatis in hunc mundum venire, & mortem subire dignatus est, ita vt in eum credere fugiat ille carnalis Israel. Hoc factum, extende, inquit, manum tuam, & apprehende caudam eius. I. vt iterum vertatur in virgam: quia videlicet postquam omnia consummata sunt, qui mortuus fuerat, iterum rediit in vitam. Et bene per colubrum mors Christi præfigurata est, quia per astutiam colubri mors euertit humano generi; quã in corpore suo Christus veraciter suscepit. Moyses ergo caudam colubri apprehendit, & coluber in virgam rediit, quia fides electorum passionem vel mortem Christi colere est, qui resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Sed post hoc signum, pars maxima Iudaicæ gentis resilit & credere rennuit. Cui ergo comparabitur? Mitte, inquit, manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam albam instar niuis. Nepe manus protracta de sinu leprosa, synagoga est à gratia dei proiecta. Ex quo latus saluatoris sui lancea rupit, retracta est manus illa de sinu eius, peccatorum suorum lepra candente perfusa. Quod longè Propheta præuidens gemebundus ait: Vt quid auertis manum tuam, & dextram tuã de medio sinu tuo in finem? Ecce videmus populũ illum à castris dei segregatum, & ad arbitrium summi sacerdotis haud dubiè, lepræ condemnatum, habentem vestimenta diffusa, caput nudum, os velle contactum, clamantem, id est, diffidit non valentem, cõrminatum se ac sordidum. Nuda est lepra, facies autem velamine perfidie contacta. His duobus signis a restantibus, quisquis non credit, quod qui mittendus erat, iam venerit, isq; sit Iesus Christus, qui solus à Pharaone spiritali, scilicet diabolo, liberare nos potuit: restat vt tertium contra illũ impleatur signum. I. quicquid hauerit de fluuio verteretur in sanguinem, id est, quicquid attingere tentauerit de scripturarum fluentis, male necessariò intelligat ad suam damnationem. Fiet tandem, vt manus eadem in sinum gratiæ retracta & prolata, iterum similis sit carni reliquæ. Cum enim plenitudo gentium subintrouerit, tunc omnis Israel saluus erit.

Roma. 8.

Psal. 72.  
Leuit. 17.

Rom. 11.

De eo quod ait: Obsecro te domine, mitte quem missurus es &c. C A P. XVIII.

**A**it Moyses: Obsecro domine, non sum eloquens ab heri & nudius tertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, impeditioris & tardioris linguæ sum. Clare ex isto, quia cuncta hæc non vno die dicta vel acta sunt, ex eo videlicet, quod ait: ab heri & nudius tertius, &c. Nempe nudius tertius, idem est, ac si dicas: nunc dies est tertius, ex quo, inquit, locutus es ad seruum tuum. Ac si diceret: Antequã loquereris ad seruum tuum, videbar mihi eloquens & velocis linguæ & expeditæ: nunc autem, ex quo loqui cœpisti, & occulta sapientiæ tuæ manifestare mihi, hoc de me didici & sensi, quod eloquens non sum, neq; tam expeditæ linguæ, vt ea quæ nunc agenda in-

telligo,

telligo, dignè valeam coram hominibus eloqui. Moyses namq; propheta esse incipiens, & illa in- tus flamma illustratus, quam foris viderat, tanta sibi imponi mysteria sentiebat, quantis admini- strandis indignum se & imparẽ rectè & laudabiliter se iudicare poterat. Proinde & hanc obie- ctionem eius, tanquam rationabilem amplectens dominus, dixit ad eum. [Quis fecit os hominis, aut quis fabricatus est mutum, aut surdum, & audientem, videntem, & cœcum?] Sine dubio sub- audiendum, quod is qui hæc omnia fecit, ipse linguam paulo ante hebetiorem, citò acuerẽ possit. [Perge igitur, inquit, & ego ero in ore tuo, doceboq; te quid loquaris. At ille obsecro, inquit, do- mine, mitte quem missurus es.] Tandem nobis aperuit quid veller, quo tenderet toties excusan- do Moyses. Mitte, inquit domine, quem missurus es. Quem enim dominus missurus erat cum hæc diceret, nisi illum qui nunc missus est, quem patriarcha Iacob annuntiauerat, expectationem fore gentium, desiderium collium æternorum? Non ergo ex diffidentia, salutari imperio ministrare reculabat, sed sciens, quod ministeriũ suum nihil ad perfectũ duceret, audebat vtgere dominum, vt mitteret eum qui mittendus & perfectam salutem operaturus erat. [Iratu dominus in Moy- sen ait: Aaron frater tuus leuites, scio, quod eloquẽs sit.] Iratus, inquit, dominus in Moysen: multum irasci visus est, quia tenerum pietatis desiderium valde afflixit, in eo quod ad postulata non respondit. Præ ira, inquit, humano generi debita, Christum suum differens, de illo siluit, & hæc & hæc alia pro alijs dixit. Hos geminos ire iussit, Moysen tanquam legem, Aaron tanquam sacer- dotium, sed vterq; homo, & neuter deus & homo, & proinde nihil ad perfectum adduci poterat eorum ministerio. Quid enim magnum erat, educere populum de loco in locum, de Aegypto in terram Chanaan, scribere occidentem literam, & nõ viuificantem conferre gratiam, offerre pro populo sanguinem hircorum, aut vitulorum, & non saluum facere populum à peccatis eorum? Nempe hoc vnum erat illi necessarium, educi vel transire de peccato ad iustitiam, de morte ad vitam, de tenebris ad lucem, de hoste ad dominum, de diabolo ad deum, quod per solum facien- dum erat, & nunc factum est, filium dei vnigenitum deum & hominem Iesum Christum. Iratus igitur in Moysen est, inquit, id est, non ita propitiu fuit Moysi, vt non differret complere deside- rium obsecrantis, vt diceret: mitte quem missurus es, saltem diceret, mitte post tot annos, vel illo tempore, indignum eum arbitratus scire repora, vel momenta quæ posuisset in sua potestate. Quod Moyses à cognato suo postulans dimitti, secretum quod audierat, tenuit.

Hebr. 9.

1 Cor. 2.  
Hebr. 9.

Acto. 8.

C A P V T XIX.

**A**bit Moyses & reuersus est ad Iethro cognatum suum, &c. Cognatum suum, hic appellat eum propter filiam eius, quam vxorem duxerat, id est, sacerum suum. Non dixit vadam, vt fratres meos educam de Aegypto iuxta dei mei imperium, qui mihi apparuit eo quod vide- rit afflictionem & audierit clamorem eorum, sed secretum hoc tenuit. [Vadam, inquit, ad fra- tres meos in Aegypto vt videam si adhuc viuant. Non enim suam, sed dei gloriam quærebat, quam ille satis oportuno tempore sine præcurrente vocis suæ nuntio visurus erat. Interpretatur autem Iethro superfluis eius. Igitur quicunq; hic est, quicunq; hunc imitatur superfluum, huius sit propalare gratiam sibi collatam coram hominibus vt videatur ab eis, sed oportuni tempus ex- pectet donec vltro clarescat secretũ dei, & oportunè luceat lux eius coram hominibus, vt vi- deant & glorificent patrem deum qui in cœlis est. [Cui ait Iethro: Vade in pace.]

Matth. 9.

Quod dominus voluerit occidere Moysen, & quod Sephora circumcisis filijs tetigit pe- des eius: & quid ista mysticè significant. C A P V T XX.

**D**ixit ergo dominus ad Moysen, in Madian. Vade, reuertere in Aegyptum. Mortui sunt enim, qui querebant animam tuam. Mortuus enim fuerat ille Pharao, qui audiuit quod occidisset Aegyptium, & quærebat occidere Moysen, & hic post multum tempus, vt supra di- ctum, id est, post alios XL. annos sicut Stephanus protomartyr in actibus Apostolorũ testatur, mortuus fuerat. [Tulit Moyses vxorem suam, & filios suos, &c.] Antequam progrediamur, di- cendum quid de hac vxore, & filijs Moysi actum sit. [Cum esset, inquit, in diuertorio in itinere, occurrit ei dominus, & volebat occidere eum. Tulit ilico Sephora petram acutissimam, & circum- cidit præputium filij sui, &c.] Volebat, inquit, occidere eum. Quare: quia filios suos non circum- ciderat. Verũm hoc obstitente vxore alienigena facere nequiuerat in terra alienigena, in terra non sua. Igitur vidente Sephora volebat dominus occidere eum, vt quæ ratione noluerat addu- ci, præsentia periculi cognosceret salutare esse semini Abraham, omne masculinum eius circumci- di. Nihil ergo cunctata, quid potius eligeret, viri necem an filiorum circumcisionem, tulit ilico a- cutissimam petram, & circumcidit præputium filij sui. [Tetigitq; pedes eius, dicens: Sponsus san- guinum tu mihi es.] Vt quid tetigit pedes eius? Videlicet vt dimitteretur. Nam protinus sequi- tur. [Et dimisit eum, postquam dixit: Sponsus sanguinum tu mihi es, ob circumcisionem.] Idcirco tetigit pedes, id est, importunè supplicauit, ne illum longius sequi compelleretur, exterrita vel imparata tantis visionibus, vt pote quibus gentiliter viuens nondum interesse merebatur. Tan- gens ergo pedes eius dixit: Sponsus sanguinum tu mihi es. Nõ dixit: vir sanguinum, ne coniugii

Cur Moy- ses nõ circi- ciderat fili- os suos.

V sed cru-

sed crudelitatis respectu hoc dixisse putaretur. Siquidem vir sanguinum crudelitatis, & homicidiorum in communi usu significat triste carnificium. Melius ergo quis improprie dictum est, sp̄o sanguinum, quamvis sponus non consueverit dici, nisi dum est in celebratione nuptiarum. Postea reuerfa est ad eum scriptura, dicens: Cumque audisset Iethro sacerdos Madian, cognatus Moysi, omnia quae fecerat dominus Moysi & Israel populo suo, eo quod eduxisset dominus Israel de Aegypto, tulit Sefhoram uxorem Moysi quam remiserat, & duos filios eius, &c. Quod & ipsum a mysterio non vacat. Alienigena quippe vxor Moysi Sefhora, quod interpreta tur pulchritudo siue placens, alienigenam (vt superius dictum est) gentium significat ecclesiam. At illa non interfuit victoriae, quam vir eius Christus de principe tenebrarum diabolo moriendo consummauit: sed solus vir ille pugnavit, solus triumphauit, postquam antiquorum populum sanctorum de tenebris inferni per suum sanguinem eripuit, tunc & ipsa accessit, tunc addu- & est in equis & quadrigis Euangelicis, & victoriae sacramentum in baptisate suscepit. Ceterum & quotidie filios suos mater ecclesia circūcidit circūcisione spiritali, ne fides Christi moriatur in illis, tangitq; pedes eius, dicitq; inter circūcidendum filiis suis. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius, & his similia.

De eo quod ait dominus: Ego indurabo cor Pharaonis.

CAPVT XXI.

**D**ixitq; ei dominus reuertenti in Aegyptum. Vide vt omnia ostenta, quae posui in manu tua, facias coram Pharaone. Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. ] Homini, qualem ignorat Apostolus, imo qui in Apostolo loquitur Christus, dicens: O homo tu quis es, qui respondeas deo, nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me fecisti sic, & cetera. homini, inquam, id est, secundum carnem sapienti, scrupulum fecit, & suspicionem generauit hic locus, vbi cum dixisset deus: Vide vt omnia ostenta, quae posui in manu tua, facias coram Pharaone, continuo subiunxit: Ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. Dicit enim: Quid ergo adhuc queritur? Voluntati eius quis resistit? Verum hic talis idcirco offendit, quia flammam eiusdem, quae illic apparuit Moysi, diuinam lucem non attendit, vt sciat quid sibi desit. Deest enim quod quaerat, priusquam suam, quae praedicta est, querelam proferat, videlicet vt quando dicit deus: Ego indurabo, modum indurationis non penitus ignoret homo, id est, quid a gente deo induratus fuerit Pharao. Quid enim? Nunquid iniquitas apud dominum? Nunquid gloriam suam quaerens deus, cor Pharaonis, quod prius tenerum fuerit, indurasse putabitur, vt per occasionem duritiae eius ipse mirabilia faciendo glorificaretur? Absit. Non hoc sensu accipi at homo dixisse deum, indurabo. Sed enim ille oderat filios Israel, omnesque Aegyptii, vt supra dictum fuit, & ipsum odium surrexerat ex inuidia dicentium: Ecce populus filiorum Israel multus & fortior nobis est, & cetera. Nec enim aliter iuxta Psalmistam, conuertit cor eorum vt odirent populum eius, nisi dum benedicit, & multiplicat populum suum, cor eorum inuidens profecit. Imo conuersum est in asperum odium. Est autem inuidiae vel odii proprium, vt quanto eis, quibus inuidetur, maiora conferuntur beneficia: tanto magis ipsa inuidia vel odium confirmetur. Siquidem quo amplius splendescit, cui inuidetur, tanto magis indurescit atque vitur inuidus. Pleni sunt libri talium exemplis. Veruntamen vel vnum proferamus exemplum.

**Esaiæ 63.** Pulsatus deus est a propheta, dicente: Quare fecisti nos domine errare a viis tuis, & quare cor nostrum indurasti, ne timeremus te? Primum hoc modo responderet eidem Prophetae. Quasi-  
**Ibidem 65.** runt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt me, qui non quaesierunt. Deinde dicit & patri filius dei: Ecce ego, ecce ego, ad gentem quae non inuocabat nomen meum. Nemp̄ idem est, acti dicat: In eo feci vos o ludaei de viis meis errare, & in eo cor vestrum induravi, ne timeretis me. In eo, inquam, quod a non quaerentibus me gentibus inueniri volui, quorum salutem vos odio habetis. Nam propter odium illorum vos indurati estis, & eos in via socios habere non ferentes, auersi estis. Ita licet aliud intendens, ego vos errare feci de viis meis, & cor vestrum induravi. Igitur dum dicit deus: Ego indurabo cor Pharaonis, subaudiendum est, non eum corrumpendo, sed filios Israel, quos inique odit ipse, compatiēti charitate visitando. Hoc enim ego qui dem facio intentione charitatis: sed illi inuidenti proficiet ad duritiem cordis, ad incrementum odii. Sic vno eodemq; solis iucundo lumine, & glacies dura liquefcit, & lutum molle durefcit. Idcirco saepius quidem sic dicitur in sequentibus. Indurauitq; dominus cor Pharaonis, & non dimisit populum. Sed & nonnunquam sic habes, quia ipse Pharao indurauit cor suum.

De eo quod dictum est: Filius meus primogenitus Israel.

CAPVT XXI.

**D**ixitq; ad eum: Haec dicit dominus: Filius meus primogenitus Israel. Dixi tibi: dimitte populum meum vt seruiat mihi, & noluit dimittere eum. Ecce ego interficia filium tuum primogenitum. ] Cum, inquit, omnia ostenta quae posui in manu tua feceris coram Pharaone, & ille indurato corde, non dimiserit populum, tandem dices ad eum: Filius meus primogenitus Israel,

Quomodo  
debet recte  
intelligi illa  
duratio  
Pharaonis.  
Exodi 1.  
Psal. 104.

Israel, &c. Quamuis etiam si solus esset dei populus ille Israel, posset tamen dici primogenitus, sed non econuerso, omnis primogenitus vnigenitus. Hoc quod dicit, filius meus primogenitus Israel, minoris filii, scilicet respectu Gentilis populi dictum oportet intelligi. Et iusta quidem comparatione populo illi pro parte electorum concedimus omne priuilegium primogeniti, quibus (vt Apostolus dicit) credita sunt eloquia dei, quorum est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Verum vbi primogenitus iste iuniori fratri inuider, & odio eius caecatus offendit in lapidem offensionis & petram scandali, intrare non vult in domum patris, pro eo quod frater suus venit, & pater laetus vitulum saginatum occidit illi: vbi (inquam) sic agit primogenitus, talem illum fatemur primogenitum, qualis fuit Cain, qualis Ismahel, qualis Esau. Norandum quippe, quod praeter Sem primogenitum Noe, cunctos serē patriarcharū primogenitos, aut propria nequitia destruxit, aut diuina autoritas iunioribus postposuit. De eo quod cum Moyses esset in itinere in diuersorio, occurrit ei deus, & volebat eum occidere, iam supra dictum est.

Quod Moyses & Aaron loquentes contra Pharaonem, legem & vetera sacerdotium significent, & quid significet Pharao senior effectus est.

CAPVT XXIII.

**D**ixitq; dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit ei obuiam in monte dei, & oscularus est eum. Narrauitq; Moyses Aaron cuncta verba domini, pro quibus miserat eum, & signa quae mandauerat. Veneruntq; simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorum Israel, & cetera. ] Cuncta capituli huius historica superficies plana est, videlicet quia superbe respondens Pharao: [Quis est, inquit, dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Israel: Nescio dominum & Israel non dimittam] Non solum non dimisit Israel, verum etiam auxit afflictione eorum. [Et nequaquam (inquit) ultra dabit paleas populo ad conficiendos lateres sicut prius, sed ipsi vadant & colligant stipulam, & mensuram laterum quam prius faciebant imponetis eis, nec minuētis quicquam.] Quibus vociferantibus ad Pharaonem, ac dicentibus: [Cur sic agis contra seruos tuos? vacatis (inquit) ocio, & idcirco dicitis, Eamus & sacrificemus domino.] Haec (inquam) secundum litteram plana sunt. Porro sub littera fulgidus allegoriae sensus hic est. Pharao quod interpretatur dissipans, diabolus est, & regni eius mors: Regnavit (inquit Apostolus) ab Adam vsq; ad Moysen, etiam in eos qui non peccauerunt in similitudinem praeparationis Adae. Vsq; ad Moysen regnavit (inquit) mors, id est, peccatum per quod mors in hunc mundum introiuit, nullam ante legem ex praecipit iustitiae contradictionem habuit, cunctis in anima mortuis, & corpore morientibus. Moyses namq; & Aaron contra Pharaonem agentes legem significant, & legis sacerdotium, per quae iustitia contra diabolum ad destructionem peccati, & mortis vocem aliquam habere coepit. At vbi venit mandatum legis, regnans peccatum & mors infremuit, Quid ergo dicemus, inquit idem Apostolus, Lex peccatum? Absit. Sed peccatum non cognouit nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupiscentes. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Haec quia melius ex singulis hominibus cognoscitur, continuo sequitur. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit, & cetera. Quando enim sine lege viuit homo: Tunc videlicet, quando adhuc sine timore peccat, quando nullum adhuc propositum habet vt peccato resistat, sicut verbi gratia, iuuenculus aut adolescentula vaga. Quando autem venit mandatum? Tunc profecto, quando metu poenae futurae veterem proponit consuetudinem relinquere, & propter mandatum iustitiam tenere. Illic pugna est. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, & haec sibi inuicem aduersantur, vt non quaecunque volumus illa faciamus. Talis homo postmodum in eodem Apostolo dicit: Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam tem me in lege peccati, quae est in membris meis. Infelix homo ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quando liberat ista dei gratia? Tunc videlicet, quando bellicosus animus post tentationes carnis adhuc in corpore manes, consolationis spiritu demulcet, & post colaphos stimulat Saranae aurea libertatis torque donatur. Sic vnus homo, sic triplici statu totus proficit mundus. Anteq; lex subintraret, regnabat quidem mors, & ille fortis armatus custodiebat atrium suum, erantq; in pace omnia quae possidebat. Veruntamen peccatum non adeo imputabatur, vt & praeparatio nuncuparetur. vbi enim non est lex, sibi nec praeparatio, & idcirco lentius grassabatur in subditos ille tyrannus. At vbi lex subintravit, & fortis illius munitiones explorare venit, ille hoc praesentens, infrensus fremuit, & tandem captiuorum libertatem suspirantium colla concidit, donec fortior superueniens vinceret eum, & spolia eius diriperet, canrantibus eis quos liberavit, quia per Moysen lex data est.

Roma. 9.

Luca. 11.

CAP. V.

Roma. 9.

Roma. 7.

Galat. 5.

Roma. 7.

Matth. 23.

Luca. 11.

Ioh. 1.



in his quae ad dominum pertinent. Formidabant enim Moysen lectione sua, ut facerent sacrificia secundum exemplar quod in monte viderat, & illi pro populo loquebantur, contra Pharaonem, id est, diabolum, nunc autem remotis sacerdotibus illis, & statuto sacerdote secundum ordinem Melchisedech, populo illi os fuit clausit, & faciem suam velavit, ad istum conuersus Moyses. [Sed ego, inquit, indurabo cor eius, &c.] De hac induratione supra dictum est, nunc cetera prosequamur.

Sup. cap. 21.

De etate Moysi & Aaron, & vnde clareat, quod nequam regis edictum non fuerit impletum.

CAPVT XXVII.

Rat autem Moyses octoginta annorum, & Aaron LXXXIII. quando locuti sunt ad Pharaonem. Hanc, id est, octogenariam aetatem Moysi Stephanus protomartyr in actibus Apostolorum ita distinguit: Cum autem impleteretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius ut uisitaret fratres suos filios Israel. Et cum vidisset quendam iniuriam patientem, uindicauit eum. Et post pauca: Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus, in igne flammæ rubi. Porro utriusque scilicet Aaron & Moysen natum constat post illud impij Pharaonis edictum dicentis: Quicquid natum fuerit masculini sexus, in flumen projicite, quicquid foeminei, referuate. Post hæc enim, inquit scriptura, id est, post ista Pharaonis edicta & acta, egressus est vir de domo Leui, accepta uxore stirpis suæ, & cætera. Cum igitur & Aaron, qui de illa uxore triennio ante Pharaonem natus est, seruatus fuerit, & in exitu Israel de Aegypto paruuli, atque infra viginti annos adolescentuli extiterint, claret: quia tale nequam regis edictum non præuuluit, & ut nato Moysi timeretur, magis elegantia eius, de qua superius dictum fuit, causa erat. Quando loquuti sunt, inquit, ad Pharaonem Moyses & Aaron, Moyses octoginta annorum erat. Porro cum in deserto præuulisset populo quadraginta annis, mortuus est. Eratque non plus quam CXX. annorum. Non ergo reliquitur opinabili licentia locus, ut vel dubitare liceat, multo an pauco tempore, coram Pharaone steterint in faciendis prodigijs. Nane ante XL. annum egressiois ex Aegypto obijisse illum suspicari uacet, moriturus ipse in Deuteronomio dicit: En quadragentesimus annus est, ut recogites in corde tuo, sicut homo erudit filij sui, sic dominus erudiuit te, & cætera. Additi autem quadraginta prioribus LXXX. annis, sine dubio sunt CXX. omnes anni Moysi, sicut in Deuteronomio scriptum est, quia Moyses CXX. annorum erat, quando mortuus est. Igitur LXXXI. ætatis suæ anno, in initio anni, id est, uero tempore Moyses stetit coram Pharaone, & peractis signis, eodem tempore anni eduxit filios Israel de terra Aegypti.

Acto. 9.

Deut. 8.

Deut. 34.

De mystica ratione signorum, quæ facta sunt coram Pharaone.

CAPVT XXVIII.

Dixitque dominus ad Moysen & Aaron: Cum dixerit uobis Pharaon, ostendite signa. Dices ad Aaron: Tolle uirgam, & projice eam coram Pharaone, ac uertatur in colubrum, &c.] Quoniam narratio signorum in superficie literæ plana uidetur, mystica potius, adiuuante domini spiritu, requiramus rationes, & tunc litera quoque bene procedentem sensum dignior apparet ipsa sequetur. Et primo querendum, quid mysticæ rationis habeat hæc diuina dispositio, quod ante immolationem paschalis agni, quo res omnis confecta est, X. fieri numero signa placuit, quibus Pharaonem superari non posse nouerat, antequam faceret ipse qui fecit. I. fuit signum, ubi uirga Aaron uersa in colubrum, deuorauit uirgas incantatorum. II. ubi aqua fluminis uersa est in sanguinem. III. ubi ranæ descenderunt de aquis, & operuerunt terram. IIII. ubi puluis terræ uersus est in cynifes. V. ubi deus misit omne genus malarum. VI. ubi mortua sunt peste animantia Aegyptiorum. VII. ubi sparso cinere in coelum facta sunt vulnera uesciarum turgentium. VIII. ubi dedit deus tonitrua & grandinem, & discurrantia fulgura super terram, & grando & ignis pariter mixta ferebantur. IX. ubi dixit deus, & uenit locusta & bruchus, cuius non erat numerus. X. ubi factæ sunt tenebræ horribiles in omni terra Aegypti. His decem quidem signis siue plagis vexatus quidem Pharaon, & atrita est Aegyptus, non ita ut dimitteretur ab Aegyptijs Israel. Post hæc tandem tolli iubetur agnus in domos filiorum Israel, immolandus XIII. die mensis I. ad uesperam, & in illo res omnis peracta est. Mortua sunt eadem nocte omnia primogenita Aegypti, & ita Pharaon uictus, mollia locutus est, dicens: Egredimini cito, & abeuntes benedicite mihi. Et filijs Israel transuentibus, Pharaon rursus induratus, & omnes Aegyptij insequentes in mari rubro submersi sunt. Quorum ergo in figura hæc facta, recte querimus.

I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X.

De decem mandatis, quæ pendunt in dilectione dei & proximi.

CAPVT XXIX.

Diximus supra (quod omnibus notum est) per Pharaonem diabolum, per Moysen legem, per Aaron uetus significatum esse sacerdotium, & per illa regnum diaboli, regnum peccati & mortis non destructum, sed motum fuisse & exasperatum propter mandatum, sunt autem leges

legis decem præcepta, quæ in dei & proximi dilectione pendunt uersa. I. est: Non habebis deos alienos coram me. II. Non facies tibi sculptrile. III. Non assumes nomen dei tui in uanum. IIII. Memento ut diem sabbati sanctifices. Quatuor hæc ad dilectionem dei pertinent, deinde primum eorum quæ ad proximi dilectionem pertinent, in ordine uero V. est: Honora patrem tuum & matrem. VI. Non occides. VII. Non moechaberis. VIII. Non furtum facies. IX. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. X. Non concupisces. His X. iustitiæ præceptis, qui seruauerunt ea ueteres sancti ante aduentum CHRISTI, vexauerunt quidem spirituales Pharaonem, id est, diabolum, repugnantes & resistentes illi, ut de regno mortis exirent, sed non præualuerunt, nihil enim lex ad perfectum adduxit, inquit Apostolus; uero quoque de ueteribus, scilicet Esaia propheta consonanter prædicante: Sicut pannus menstruatae omnes iustitiæ nostræ: Tandem in hunc mundum ingreditur immolandus uerus agnus, & sacrificij iustitiæ futurus CHRISTVS filius dei, & quod per iustitiâ hominû, quantum uis fortiter præcepta legis adimplentium, fieri non potuit, ipse per suum sanguinem solus impleuit. Nam quod impossibile erat legi (inquit Apostolus) quæ infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, ut iustificatio legis impleretur in nobis. Igitur quemadmodum uespertina immolatio illius agni, per quæ Pharaon uictus, & Israel liberatus est, agnum dei Christum significauit uel passionem eius, per quam in nouissimis diebus diabolus uictus, & mundus liberatus & saluatus est. Sic illa decem signa, uel plagæ, quibus ille Pharaon flagellari quidem, sed non uinci potuit, decem legis præcepta significauerunt, quorum obseruatione, mortis regnum inquietari quidem, sed non destrui potuit. Nunc eorundem signorum singula (testantibus plagis Pharaonis) digito dei effecta, qualiter præceptorum singulis, quæ in tabulis lapideis eodem digito dei scripta sunt, conueniant, dicendum est.

De signis Aaron & magorum coram Pharaone. CAP. XXX.

Uitque Aaron uirgam coram Pharaone & seruis eius, quæ uersa est in colubrum. Vocauit autem Pharaon sapientes & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptias, & arcana quædam similiter. Proieceruntque singuli uirgas suas, quæ uersæ sunt in dracones, sed deuorauit uirga Aaron uirgas eorum. Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut præceperat dominus. [Hoc fecit Moyses tanquam deus Pharaonis, quia quod solius diuinæ potestatis est, uirgam inanimatam in uerum animal conuertit, uidelicet, quia transformauit in colubrum: Deuorauit enim, inquit, uirga Aaron uirgas eorum. Et recte, illæ enim uirgæ erant quod fuerant, sed per incantationes Aegyptias & arcana quædam fascinoauerant magi oculos hominum, ut uirgæ uiderentur eis speciem habere draconum. Deuorari ergo, & non deuorare poterunt, quæ deuoratrices esse uidebantur, & non erant. Mysticè hic digitus dei clarè præostendit, primum eorum quæ scripturas ipse erat in tabulis lapideis: Non habebis deos alienos coram me. Uirga nanque Moysi uersa in colubrum, in mysterio est omnipotens sermo dei, qui missus est in terram in similitudinem carnis peccati. Porro uirgæ magorum fallaciae sunt demonum, qui se pro dijs colfecerunt. At ille, scilicet sermo dei, carne indurus, deos gentium demonia esse conuincens, ut solus ipse adoraretur, cunctos fallaces deos deuorauit, dicens publica predicatione, cum summa potestate: Non habebis deos alienos coram me, uolentibus quidem, sed non ualentibus operari mendacij, contra ueritatem stare, quorum illi magi Pharaonis patres uel exemplaria prima fuerunt. Quemadmodum enim (inquit Apostolus) Iannes & Mambres resistebant Moysi, ita & hi resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficiunt. Insipientia enim illorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum.]

Quid significet, quod aquæ in sanguinem uersæ sunt. CAP. XXXI.

Dixit autem dominus ad Moysen: Ingrauatum est cor Pharaonis, non uult dimittere populum. Et post pauca: [Dic ad Aaron: Tolle uirgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut uertantur in sanguinem, & sit cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis uasis, quam in faxeis.] Secunda hæc plaga poenam significat mandati secundi præuaricatoribus debitam, quod dictum uel in tabulis scriptum est: Non facies tibi sculptrile, neque ullam similitudinem, non adorabis ea, neque coles. Sequitur enim: Ego sum dominus deus tuus, fortis zelotes, uisitans iniquitatem patrum in filios, in quartam & tertiam generationem. Hoc denique ubi auditum est, & obseruari coepit, omnes Aegyptiorum aquæ, id est, idololataram conscientie sanguineæ factæ sunt, multum enim sanguinem sanctorum fuderunt, quemadmodum isti Aegyptij, qui pro eo, quia dixerunt filij Israel: Eamus & sacrificemus deo nostro, crudelius in eos debacchati sunt. Vnde quia masculos eorum in aquam proiecerunt, merito realiter quoque illis aquæ in sanguinem conuersæ sunt, ut affligerentur bibentes aquam fluminis, & postea persequentes illos in mari rubro submersi sunt. Sic omnibus imitatoribus eorum, adorantibus sculptrilia, & in simulachris suis gloriatis, & propter illa sanguinem

Legis præcepta I. II. III. IIII. V. VI. VII. VIII. IX. X.

Heb. 7. Esai. 44.

Roma. 8.

2. Tim. 3.

Exod. 20.

Exod. 9.

fanguinem fundentibus, sanguinem reddidit fortis zelotes dominus, vt bibant, & bibentes affligantur, nō vno aut duobus, sed totis VII. diebus, sicut scriptū est. [Impleti sunt VII. dies postq̄ percussit dominus fluuiū.] Quo numero significatur vniuersitas seculorū. Nam in secula seculorū in sanguine versū permanebunt fontes aquarū, id est, profunditates sapientium, sculptilia facere scientium, & pro illis veri dei adoratores persequentium. Vnde in Apocalypsi auditur angelus, dicens: Iustus es qui es, & qui eras sanctus, quia hæc iudicasti, quia sanguinem sanctorum & prophetarum fuderunt, & sanguinem eis bibere dedisti, vt digni sunt.

Apoca. 16.

CAP. VIII.

*Quid significet quod fluuij ranas ebullierunt.* CAPVT XXXII.  
Dixitq̄ dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Dimitte populum meum, vt sacrificet mihi in deserto. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluuius ranas, &c.] Et tertium legis est mandatum. Non assumes nomen domini tui in vanū. Huius mandati perguaricatoribus scditatis opprobrium in ranis perfiguratum est. Quinam sunt vaniloqui isti, qui nomen dei in vanum assumunt, nisi maxime loquaces poetæ, non solū in fluuijs Aegyptiorū, sed & in cæterarū fabularum atq̄ coaxantes paludibus gentium? Vel qui iustus comparantur scditati ranarum, q̄ poetæ perfitrepentes in theatris ridicula figmenta fabularū: Hi planē assumunt nomen dei in vanū, verbi gratia: Cum adultero Ioui, & meretriculæ Veneri, nomen diuinitatis ascribunt. Et ille quidē ranę permolestæ fuerunt, ascendentes & ingredientes domū regis, & cubiculum lectuli eius, & super stratum eius, & in domos seruorum eius, & in populum eius, & in furnos eius, & in reliquias ciborum eius, istæ autem ranæ, id est, fabulosi poetæ corporaliter aures lecitando, & oculos gesticulando delectauerunt, sed animis exitiales extiterunt.

*Quid quod cynifes sint in omni terra Aegypti, quas malefici facere nō valentes dixerunt: Digitus dei est hic.*

*CAP. XXXIII.*  
Dixit dominus ad Moysen: Loquere Aaron, extende virgam tuam, & percutite puluerem terræ, & sint cynifes in omni terra Aegypti. Feceruntq̄ ita, & reliqua. [Cynifes muscæ sunt minutissimæ, aculeis permolestæ. Hic malefici Pharaonis defecerunt. [Nam fecerunt, inquit, malefici similiter, vt educerent cynifes, & non potuerunt.] Supra dictum est, quia fecerunt similiter incantationibus suis, vt verterent aquas in sanguinem, fecerunt similiter, eduxeruntq̄ ranas super terram Aegypti. In isto defecerunt. [Et dixerunt ad Pharaonem: Digitus dei est hic.] Hoc dixerunt victi, videlicet ad consolationem pudoris sui. Ac si dicerent: Siquidem pugnaret contra nos homo, præualuissimus: nunc autem qui pugnat, non hominis, sed dei digitus est, & idcirco danda nobis est venia, quia vincimur. Quidnā hoc est, quod malefici incantationibus suis aquas in sanguinem vertere, & ranas educere potuerunt, cynifes autem non potuerunt? An cynifes videri quoq̄ potuerunt, sed quia molestos aculeos nulli infixerūt, idcirco fallaciter fecisse conuicti sunt? Nempe quia sanguinis horror, & ranarum scditas comprehenditur solo visu, idcirco præstigiatores ranas facillimas, & sanguinem fallacem fascinatō oculis ostenderūt. Cynifes autem, quia molesto quoque aculeo, aperte diiudicantur, idcirco non fecerunt, quia quod verum esset, quod veraciter sentiretur, homines sine deo creare non potuerunt. Porro iuxta anagogen puluerem terræ percutere, & cynifes facere, est in condemnationem superbæ hominis, qui vti que puluis est, talia in scripturis verba facere, quæ sensus audientium, quia intelligere digni nō sunt, a vero repellant, quemadmodum cynifes & oculis ne videant, & auribus ne liberē audiant, molestæ atque importunæ existunt. Verbi gratia: Quartum legis mandatum est, memento vt diem sabbatorum sanctifices. Tali dictione præuentus Aegyptius, qui se dicit Iudæum esse, & non est, nihil aliud hic imperari arbitratur, nisi sabbatum, quale odit dominus, testante ipso, cum in propheta dicit: Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram, Kalendas & solennitates vestras odit anima mea. Ita planē præuentus, illud sabbatum, illum septimum diem intelligere non meretur, quo compleuit deus opus suum quod fecerat, in quo requieuit, cui benedixit, & quem sanctificauit, sicut ipse ait: Quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, quia blasphemias, quia dixi, filius dei sum. Sine huius reuerentia sabbati, de quo & Psalmista: Hæc est dies, inquit, quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea, quid sunt in æstimatione Iudæorum sabbata, & aliæ festiuitates, nisi quod in oculis Aegyptiorum importunæ cynifes liberum lucis aspectum prohibentes? Itaque in conuertendo aquas in sanguinem, & educendo ranas, id est, in prædicando futuras malorum poenas, & contemnendo loquaces poetarum fabulas inimici prædicatoribus veritatis, vt cunq̄ comparare se possunt, sed vltra non proficiunt. Nō enim quemadmodum ipsi cæcati sunt, sic versa vice veritatis discipulos per sua sophismata, tanquam per cynifes vagas & volatiles circumuenire poterunt. Digitus, inquit, dei hic est. Nōrum quidem, & celeberrimum apud fidelem dei ecclesiam est, spiritum sanctum digitum dei esse vel dici. Nam & ipse filius, de spiritus sancti loquens potentia: Si ego, inquit, in digito dei eicio demonia, profecto peruenit in vos regnū dei. Sed & plures digiti in eiusdē spiritus significatione dicuntur,

Cur magi cynifes facere nō potuerunt.

Esaiæ 1.

Gene. 2.

Iohan. 10.

Psalm. 117.

Marth. 22.

Lucæ 11.

dicuntur, quemadmodum & vnus est spiritus, & tamen septem spiritus ante thronum legitur. Vnde & Psalmista: Quoniam videbo, inquit, celos tuos opera digitorum tuorum. Pluraliter dixit digitorum, videlicet ob pluralitatem donorum vnus eiusdemq̄ spiritus sancti. Sed nunquid homines mēte corrupti, videlicet incantatores & malefici illi, ita spiritui proximi erāt, vt scienter dicerent, digitus dei est hic, id est, proprietatem considerando eius personæ, causamq̄ propter quam diceretur digitus dei? Ergo nec isti & semetipsi locuti sunt, id est, nescientes quid dicerent, proprietatem nobis confessi sunt spiritus sancti, nihil aliud intendētes, nisi vt dicerent, virtus vel operatio dei est hic.

*Quid significet, quod missum est omne genus muscarum, & quid in eo, quod Moyses ait: Abominaciones Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro.*

CAPVT XXXIII.

Dixitq̄ dominus ad Moysen: Confurge & sta diluculo coram Pharaone, egredietur enim ad aquas, & dices ad eum: Hæc dicit dominus, dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Quia si non dimiseris eum, ecce ego mitram in te & in seruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum, & cætera.] Grande spectaculum deus vniuerso orbi præstitit, cum superbiam Aegyptiorum non de leonibus & vris, sed de ranis domuit & muscis. Dixit (inquit Psalmista) & venit cynomia, id est, canina musca, dignam illis fecit contumeliam, videlicet caninas fordes, & contumeliosam ipsorum superbiam omni genere muscarum domando. Hæc plaga quinta est. Porro quintum legis mandatum dicit sic: Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam dominus deus dabit tibi. Pulchrè hæc ex aduerso respondent sibi. Nam istinc honoratores parentum sunt in terra viuētū longæui, illinc omnes contumeliosi, breui p̄eunt honore, velut gratia patris & creatoris dei indigni, quemadmodum scriptum est de eiuſmodi: Muscæ morientes, perdunt suauitatem vnguenti. Ergo potens & magnus Pharaō rex Aegypti, a muscis penē victus est. Nam sequitur: [Vocauitq̄ Pharaō Moysen & Aaron & ait eis: Ite sacrificate deo vestro in terra ista. Et ait Moyses: Non potest ita fieri. Abominaciones enim Aegyptiorum immolabimus deo nostro. Quia si maſtauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus non obruent.] Grauis Aegyptiorum detestatio, & eorum qui veri adoratores vnus dei esse cupiunt, pulchra instructio. Primò sciendum, quia de nullo hic peccore agitur quod vel abominandum, vel colendum sit Aegyptijs, vt domino deo vero maſtetur, aut immoletur. Nam per prophetam ipse loquitur: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locus cum patribus vestris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc præcepi eis dicens: Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & cætera. Quæ nam ergo sunt abominaciones Aegyptiorum, nisi fides, & omnes animi virtutes? Vel quæ colunt Aegyptij, nisi omnia vitia? Abominabilis nanque est superbis humilitas, & iniustus vniuersa iustitia. Dicit autem scriptura: Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despiciet. Econtrario, tumidam ceruicem & cor crassum Aegyptij colunt: Sed enim hæc primitus maſtare debet verus Israel, & tūc demum, spiritum contribulatum & cor offere contritum atque humiliatum, vt legitimum & ritè ordinatum sit sacrificium. Igitur abominaciones, inquit, Aegyptiorum, id est, veritatem & sanctitatem immolabimus, & ea quæ colunt Aegyptij, scilicet omnem fallitatem, omnemq̄ prauitatem, vnum verum deum colendo, in nobismetipsis immolabimus. Sed omnes qui hoc ordine volūt immolare, persecutionem patiuntur: Ait ergo, Quod si maſtauerimus ea, quæ colunt Aegyptij, coram eis, lapidibus nō obruent. Iuxta anagogen non auditur Pharaō dicens: Ite sacrificate domino deo vestro, sed tantum in ista terra, cum dicit Apostolica veri sacrificij tuba: Nolite iugum ducere cum infidelibus: Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Aut quæ pars fidei cum infidelibus? Quis autem consensus templo dei cum idōlis.

*Quid significet, quod super agros, & superumenta pestis grauis facta est.*

CAP. XXXV.

Dixit autem dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum. Hæc dicit dominus deus Hebræorum: Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, ecce manus mea erit super agros tuos, & super equos, & camelos, & asinos, & oves, & boves pestis valde grauis, & cætera.] Hæc iam sexta peccatorum plaga, sexti mandati transgressoribus flagellum illis pronunciat. Nam & illic dicitur, non occides, & hic occisoribus infantum filiorum Israel, quos in fluuium proiecerunt, mors in aquis eorū consecutura eos approximat. Primum in animalia vindicta graſſatur, non repente irruens, sed paulatim ad ipsos vique progrediens, ac pedetentim corripuit peccatores, vt inexcusabiles sint. Nam de tali retardatione dei vindictæ Apostolus dicit: An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans

Psalm. 8.

Psalm. 104.

Eccle. 10.

Hierem. 7.

Psalm. 50.

1. Cor. 6.

CAP. IX.

Roma. 2.

ignorans

Ignorans quoniam patientia dei ad poenitentiam te adducit: Secundum duritiam autem tuam & cor impoenitens thesaurizas tibi iram in die irae. Cui ergo haec dicit, subaudiendum est, quemadmodum Pharaon sibi thesaurizauit, cuius exemplum ex autoritate presentis scripturae cauendum est omni homini, cuiuscumque peccanti vindicta quasi tarde occurrit, ne cum venerit, tanto copiosior, quanto tardior obueniat duro atque impoenitenti, quemadmodum & huic cui magis ac magis induranti cor suum, tandem aeternae irae totus thesaurus, quem congregauit, in mari rubro incubuit.

Quid significet, quod puluis factus est super omnem terram Aegypti.

CAPVT XXXVI.

ET dixit dominus ad Moysen & Aaron: Tolle manus plenas cineris de camino, & spargat illud in hominibus & in iumentis vulnera & vesicae turgentes in vniuersa terra Aegypti. Haec plaga septima, septimo mandato, imo ei qui mandati septimi transgressor est, meritam poenam praestitit. Mandatum quippe septimum est, non mechaberis. Quid autem est adulter combustus libidinis igne sulphureo, nisi cinis de camino? Omnes enim adulterantes (inquit propheta) quasi clibani vesicarum turgentium, in hominibus & iumentis, quia rapitur moechus de perpetrari adulterij incendio, ad coeleste iudicium: & aeterna poena turgens, totiusque vlcerosus, sempiternum in anima & corpore portat incendium. [Nec poterant (inquit) malefici stare coram Moysen propter vulnera quae in illis erant, & in omni terra Aegypti.] Ecce tertio victi sunt, vnde & deinceps nulla fit mentio maleficorum, perijt enim memoria eorum. Primum virgis suis, non sine confusione exarmati sunt, quia virga Aaron deuorauit virgas eorum. Secundo confusi, quia cum non potuerunt cyniphes educere, dixerunt: digitus dei hic est. Hoc iam tertio sic superati sunt, ut non possent respirare spe vilius victoriae. Vlcerosi quippe & ipsi, nec iam poterant stare coram Moysen. De simili confusione certi sunt, quicunque resistunt veritati, insipientia enim eorum (inquit apostolus) manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit.

Osee.

a. Timo.

Quod grando & ignis pariter mixta ferebantur: Et de eo quod ait deus: Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam. CAP. XXXVII.

Dixitque dominus ad Moysen: Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum. Haec dicit dominus deus Hebraeorum: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi, & caetera. Et subinde: Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & enarretur nomen meum gentibus in omni terra, & caetera. Terribilis huius sententiae apostolus ita meminit. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est dei, dicit enim scriptura Pharaoni, quia in hoc ipsum excitauit te, ut ostendam in te fortitudinem meam, ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Protinus quicumque est proteruus scrutator iudiciorum dei dicendo, quid adhuc queritur, voluntati eius quis resistit, recte indignantem eundem apostolum audit: O homo tu quis es qui respondeas deo? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa facere, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam? Ita ille qui propter suam proteruiam cognitione dei secretorum dignus non est, ab auditorio suo procul repulsi, conuertitur ad eum qui mentem subdita in timore domini, vel exiguam rationis stillam, a coelesti magisterio deposcit, & dicit huic. Quod si volens deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia vasa irae, apra in interitum, ut ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae, quae preparauit in gloriam, & caetera. Cum haec dicit, profecto deum ab hominum suspitione defendit, ne liceat cuiquam suspicari, quod idcirco vel Pharaon, vel quisquam alius iram sibi iniquam thesaurizauit, quia in hoc ipsum deus illum excitauerit. Nam idcirco potius deus Pharaonem excitauit, subauditur in regnum, & idcirco summam illi potestatem contulit, quia vas irae fuit, & quia iam dudum aptus erat in interitum, idcirco corripiendis superpositus est misericordiae filijs, ut esset virga furoris & baculus in manu domini super eos, quos per tribulationem, in gloriam transferre preparauit. Igitur cum dicit, idcirco excitauit te, subaudiendum est in regnum, permittendo videlicet, non agendo, ut in summum ascenderes imperium, & haberes potestatem secundum nequitiam vel duritiam cordis tui, sequendo in populum meum. [En, inquit, pluam hac ipsa hora cras, grandinem multam nimis, qualis non fuit in Aegypto a die qua fundata est.] Ac deinceps. Et pluit dominus grandinem super terram Aegypti, & grando, & ignis mixta pariter ferebantur. Octaua haec plaga est, iam cunctis superioribus propinquior ad implendam eorum perditionem. Percussit enim grando in omni terra Aegypti, cuncta quae fuerunt in agris ab hominibus usque ad pecus. De hominibus nondum quisquam fuerat mortuus, sed hac plaga iam illorum primitiae feruntur. Porro octauum legis mandatum est, non furtum facies. Sanè cum sint plures differentiae furti, pessimum illud constat furtum esse, quod est veritatem dei in iniustitia detinere. Huic peccato meritam poenam haec plaga denuntiat, quae de caelo facta est, ubi grando & ignis mixta pariter ferebantur. Reuelatur enim ira dei de caelo (inquit apostolus) super omnem impietatem & iniustitiam

Rom. 9.

Esai. 10.

Rom. 1.

& iniustitiam hominum eorum, qui veritatem dei in iniustitia detinent, quia quod notum est dei, manifestum est in illis, deus enim illis reuelauit. Hoc denique quod dixerat, qui veritatem dei in iniustitia detinent, subsecutus exponit. Quia cum cognouissent deum, inquit, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obsecrati sunt insipientes cor eorum, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentum. Item quae sit ira dei, quae de caelo super impietatem reuelatur, quae hic per grandinem, & ignem designatur, terribiliter exprimit, cum protinus subdit: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, & caetera. Grando haec, & ignis iste, cunctam, inquit, herbam agri percussit, & omne lignum regionis contriuit, quia videlicet haec quae praedicta est ignominia, secundum apostolum cunctam humanae substantiae pulchritudinem, coelesti ira in vasis irae iniecta polluit, vniuersam rationalis creaturae dignitatem omnimodo destruit. Multa quae sequuntur, quoniam per se patent, studio proficiendi praeterimus.

Quod lenatae sunt locustae super vniuersam terram Aegypti.

CAPVT XXXVIII.

Dixit autem dominus ad Moysen: Extende manum tuam super terram Aegypti ad locustas, ut ascendat super eam & deuoret omnem herbam, quae reliqua fuit grandini. Et extendit Moyses virgam super terram Aegypti, & dominus induxit ventum tota die illa & nocte. Et mane factus, ventus vrens leuauit locustas, quae ascenderunt super vniuersam terram Aegypti, & reliqua. Ecce quales instruxit acies, quibus ex ordinibus sua castra compleuit dominus pugnando pro Israel, ranas, cyniphes, muscae, atque locustae fuerunt castrorum eius acies, & ex eiusmodi cohortibus totas contra fortis Aegyptios composuit legiones. Singuli milites secundum se breues quidem, & infirmi, verum pro exercitibus Pharaonis satis valentes fuere, duce imperio dei. Nempe quod multus hominum exercitus facere non potuisset, istae phalanges locustarum strenua peregere militia. [Operuerunt enim vniuersam superficiem terrae, vastantes omnia. Quamobrem festinus Pharaon,] tanquam ad deditioem, [vocauit Moysen & Aaron,] duces tanti exercitus, atque primates imperatoris eius dei. [Peccaui, inquit, in dominum deum vestrum, & in vos, sed nunc dimittite peccatum meum, etiam hac vice, & rogare dominum deum vestrum, ut auferat mortem istam a me.] Hoc & supra dixit, peccaui etiam nunc. Dominus iustus, ego & populus meus impij. Hoc & illud velut deditioem dixit, sed ubi data est remissio peccati, nec prodesse potest confessio, non admixta fide. Attramen a locusta victus est fortis rex. Proinde satis eleganter cum dixisset quodam loco per prophetam: Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & eruca, continuo addidit: Fortitudo mea magna, quam misit in vos. Fortitudo, inquit, mea magna, locusta, bruchus, & eruca, subauditur, non supernarum virtutum, & fortitudinum coelestium, sed infirmorum atque imbecillium comparatione hominum, in infirmitate sua superbientium, qui ceruicem erigunt contra deum, quam pulchri subiiciunt. Haec locustarum plaga nona est. Porro nonum legis mandatum hoc est, Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Hoc videlicet maxime haeretici faciunt, & omnes qui loquuntur mendacium. At verò in Apocalypsi Iohannis haeticorum mendacij vis per speciem locustarum hoc modo designata est: Et ascendit, inquit, fumus putei, sicut fumus fornacis magnae, & obscuratus est sol & aer de fumo putei, & de fumo exierunt locustae in terram, & cetera. Et illic ubi de fumo exierunt locustae in terram, & hic ventus vrens leuauit locustam, mystice idem intelligendum, videlicet, quia sicut locustae proprium non habent volatum, sed vento in perniciem Aegyptiorum sunt leuatae: sic omnes falsi testes, siue in foro, siue in ecclesiastico concilio, contra sanguinem proximi, siue contra fidem Christi falsa de scripturis testimonia proferentes, volare se putant pennis scientiae, sed proculdubio per inane tolluntur vento diabolicae superbiae, ad subuersionem audientium, ad perditionem sibi consentientium.

CAP. X.

Sup. cap. 9.

Iohel. 1.

Apoca. 9.

Quod factae sunt tenebrae horribiles in terra Aegypti. CAP. XXXIX.

Dixit autem dominus ad Moysen: Extende manum tuam in caelum, & sint tenebrae super terram Aegypti, tam densae, ut palpari queant. Extendit Moyses manum in caelum, & factae sunt tenebrae horribiles in vniuersa terra Aegypti. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat. Vbi cumque autem habitabant filij Israel, lux erat. Haec tenebrarum horribilium densitas, recte Aegyptijs secundum nomen & meritum suum illata est. Aegyptij namque nomine dicuntur & re, quia videlicet inuidia & odio filiorum Israel oculi eorum fuerant obrebrati. Porro ut ab ipsis Aegyptiorum tenebris teipsum liberes, quae decima plaga est, & decimum legis mandatum tibi audiendum est, scilicet non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis uxorem eius, non seruum, non ancillam, non asinum, non bouem, nec omnia quae illius sunt. Ut, inquam, cum Aegyptijs non maneat in tenebris, sed cum Israel in luce habitet, hoc tibi

CAP.  
XII.  
Matth. 6.

hoc tibi mandatum obseruandum est. Quid enim magis quam concupiscentię oculus totum hominem obscurat: Lucerna corporis tui (inquit dominus) est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebrę sint. Quid, inquam, tenebrosus oculo nequam. Verbi gratia, cum videt mulierem ad concupiscendum eam, cum intuetur aliquam rem proximi, ut rapiat eam: Nempe hic talis neminem proximum agnoscit. Si enim agnosceret proximum, non faceret in eo quicquam eorum, quę suadet illi cupiditas, radix omnium malorum. Vnde signanter de Aegyptiis est dictum, quia tribus diebus nemo vidit fratrem suum. Cupiditate namque preoccupatus animus, non videt fratrem suum, non agnoscit proximum suum, eo tantum intentus, ut loquatur contra illum falsum testimonium, ut furetur, quia concupiuit quę illius sunt, ut moechetur uxorem eius, quia concupiuit eam, quod procul non est videre fratrem, vel agnoscere proximum. [Vocauitque Pharaon Moysen & Aaron, & dixit eis: Ite, sacrificare domino.] Sequitur paulo post. [Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.] Quinimo & sic ait: [Recede a me, caue ne ultra videas faciem meam, &c.]

*Conclusio eorumdem signorum, & prelibatio mysterij cur per hęc signa non victus Pharaon tandem immolatione agni paschalis superatus sit.*

CAPVT XL.

**I**gitur (sicut superius dictum est) decem plagę Aegypti, quibus Moyses & Aaron affligere quidem Pharaonem, sed non ita, ut dimitteret populum, vincere potuerunt, mysticę decem legis pręcepta sunt, quę obseruando quisque iustus, pugnare quidem contra diabolum, sed ita non succumbere potuit, ut in seipso funditus destrueret peccati vel mortis regnum. Porro immolatio agni, quam eadem nocte subsēcuta est mors primogenitorum Aegypti, & ortus est clamor magnus, neque enim erat domus in qua non faceret mortuus, quid significet iam dudum totus nouit Israel dei, & itidem iam supra dictum est, quia passionem significauit Christi filij dei, per quam & originale peccatum, & omnia delera sunt peccata mundi: Itaque iam abhinc narratio tanti operis dei proseguenda est in laudem & gloriam eiusdem agni dei sancti & immaculati, qui solus tulit peccata mundi, vna tantum plaga crucis suę spiritalem tangendo Pharaonem ut salutem perferret populi sui, quam lex decem pręceptorum decretis ad perfectum adducere non potuit.

FINIS LIBRI PRIMI IN EXODVM.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN EXODVM,  
Commentariorum Liber Secundus.

*Consideratio rursus tertiae aetatis mundi, qua primo sancta scriptura condita, secundum similitudinem dei tertij.*

CAPVT I.

Gen. 1.

Cant. 4.

**R**EVOCEMVS ad memoriam quod ab Abraham, tertiam mundi sumimus aetatem, tertio mundanae creationis dei quadam similitudine respondentem, & eius qui sursum a spiritu timoris tertius est spiritus scientię veras diuitias possidentem. Tertio namque die, dicente deo: Germinet terra herbam viuentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, paradysum voluptatis plantatum esse accepimus. Et hac tertia mundi aetate, loquente pariter & scribente eodem deo per Moysen, sanctam scripturam conditam nouimus verę paradysum voluptatis, verę deliciarum hortum, hortum conclusum, fontem signatum, cuius emissiones paradysus malorum punnicorum. Hinc enim ceterae omnes scripturae habent principij. In illo paradiso plantauerat dominus deus omne lignum pulchrum visui, & ad vescendum suauis, & in medio eorum speciosa ligni vitę, id est, Christi mysteria. Proinde in hac aetate diutius immoramur, pomorum fructibus delectati, dum de singulis lignorum aliquid carpere cupimus, noua semper pulchritudine oculos inuitante, atque ideo auaritate mentis nunquam contenta repositis. Cuncta siquidem visui pulchra, cuncta sunt ad vescendum suauia. Lignum enim vitę est in medio eorum: cuncta enim dicta vel acta in vitę auctorem, Christum respiciunt. Igitur quia ad hoc medium, id est, paschale agnum peruenimus, liber diutius immorari, dulce est enim vitę mysticis fructibus vberius pasci. Paucis interpositis, quę per se satis parent. Ita sequitur.

*De mense paschali, quem dicit primum esse in mensibus anni.*

CAP. II.  
Dixit

CAP. XII.

**D**ixit quoque dominus ad Moysen & Aaron in terra Aegypti. Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis: Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas, &c.] Mensis iste inquit: Quis iste mensis? Is videlicet quem illi Nisan, nos Aprile dicimus. Verum non quomodo apud nos, id est, Romanos, sic & apud illos mensis vel annus computatur. Nam Romani solarem annum in menses placitos per Kalendas diuiserunt, Hebraei secundum legem solos lunares menses & annos nouerunt. Vnde quoties in hac scriptura sancta, siue in lege, siue ante legem quora die mensis quid factum, quidue dictum sit indicatur, nihil aliud quam lunę aetas significatur. Et alius quid triginta, alius autem vndetriginta dierum mensis habetur, videlicet, quia lunę cursus XXXIX. diebus ac semisse, id est, duodecim horis perficitur. Iste igitur mensis, quem lunam Aprilis mensis decimus, principium ait vobis mensium erit. Signanter dixit vobis. Nam Aegyptiis principij erat mensis, mensis qui September nominatur apud Romanos, & apud illos dicitur Toth. Nec contentus dixisse principium mensium, addidit, primus erit in mensibus anni. Principij videlicet mensium, pro verni temporalis naturali ordine: primus in mensibus anni pro paschali, diuinę auctoritatis festiuitate. Primus enim, id est, pręcipuus, & ceterorum mensium festiuum decus vobis (inquit) habebitur. Huius principij mensium, siue primi mensis, hic tenor est legitimus, ut post lunam mensis Martij, qui apud illos dicitur Adar, sequens luna si vel vno die citius ante æquinoctium plena euenerit, non habeatur principij, vel primus mensis in mensibus anni, sed superioribus duodecim mensibus additus, annum peragat tredecim mensium, vnde & Gręcę embolismus, id est, supercrecens, dicitur: Nā duodecim mensium lunariū, annus cōmunis dicitur, quo prolixior est solaris annus vndenis diebus. Vnde fit, ut multiuagus nusquam certo loco consistat lunę cursus, & luna mensis Aprilis, quę propter paschę rationē quærimus, nūc in Martium mensē, nunc in Aprilem incidat, nunc aliquot dies mensis Maij occupet, rectius tamē Aprili deputetur. In qua eius vagatione nos tamen certa regula dirigimur, ut post æquinoctium vernum, vbicumque primum occurrerit plenilunium, is sine dubio paschalis sit terminus.

*De decima die, & quartadecima eiusdem mensis, & de mysterio agni eiusdem.*

CAPVT III.

**D**ecima die, inquit, mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Hoc loco nihil aliud a domo familia differt, nisi quod a parietibus domus eius habitatores. Per domos, inquit, id est, inter domesticos parietes, & per familias vestras, id est, singuli ad eum familiae vestre tollitis agnum. Sed forte familiola tam exigua sit alicubi, ut ad vescendum agnum eadem hora sufficere non possit. Ait ergo: [Si autem minor est numerus, ut sufficere non possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suę, iuxta numerum animalium, quę sufficere possunt ad vescendum agnum.] Et continuo: [Erit autem agnus absque macula, maculus anniculus.] Non, inquit, licebit ut secundum quantitatem domesticę familiolę suę maiorem quisque vel minorem tollat agnum, sed erit secundum æqualitatem, id est, omnibus vbique maculus, apud omnes anniculus, id est, vnus anni. Ut autem non desint qui vescantur: prouidebit, & de vicina domo sumet domunculę domus. [Iuxta quem ritum tollitis & hęcum.] Hoc per anticipationem dictum est. Necdum enim ipsum tollendi agnum dixerat ritum, & iam dicit, iuxta quem ritum tollitis & hęcum. Et est sensus: Siue agnum siue hęcum tollat quis, pro causa bene erit, dummodo in tollendo, immolando, vescendo, ritum eundem obseruetis. Ritus eundem continuo subnectit. [Et seruabitis eum vsque ad quartadecimam diem mensis huius.] Ut quid tam diu ante tollitis, tãto tempore seruaturi? Videlicet ut dū ille pręsto est, causa quoque eius corda vestra sollicitet, ne sitis immemores, vel imparati, quia trans eundem est, dum ille tot ante diebus de profectioe parãda vos admonet. Quoties enim ille balatum emittit, torres quasi tubę sonitus, exiruras castrorum acies excitet. [Et immolabit eum omnis multitudo filiorum Israel, ad vesperam.] Tor vtique agni vel hęcidi erant, quot in vniuersa multitudo filiorum Israel domus vel familię esse poterant. Veruntamen, recte immolabis eum, dicit singulariter, non solū quia plures agni, vel plures homines sint (ut philosophi perhibent) participatione speciei vnus agnus vel vnus homo, sed quod magis ad rem attinet, quia in omnibus vnitas sacramenti, in cunctis vnus erat futuri, de quo postmodum dicendum erit. [Et sument de sanguine agni, & ponet super postem vtrunque, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum.] Cur ita fieri iubeat, primus aperire videtur, cum dicit. [Erit autem sanguis vobis in signum in aedibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.] Et paulo post. [Transibit enim dominus percuciens Aegyptios.] Ait Moyses ad seniores Israel. [Cumque viderit sanguinem in superliminari, ac in vtroque poste, transcendet ostium, & non sinet percussorē ingredi.] Non per semetipsum percurret, sed potestati dat angelo percipienti, angelo malo, sicut & Psalmista testatur, cum dicit: Misit in eos iram indignationis suę, indignationē, & irā, & tribulationē, immisionē per angelos malos. Psalm. 77.

X Ergo



Ergo nec ipsa subita dei, sed missa in eos ira indignationis eius est, quae transit. Et recte percussori traduntur, angelo malo, postquam subici noluerint per semetipsum corripienti, & decem plagis ad poenitentiam inuitanti deo. Porro quod ait: videbo, id est, fidem vel attentam credentium expectationem approbabo. Nec enim obliuiosus est, aut errabundus incedit deus, vt nisi signum san- guinis viderit in postibus, nesciat quibus in domibus sit, aut non sit comestus agnus, & errore de- ceptus percutiat pariter iustos cum peccatoribus. Ira non quidem sanguis agni bibitus est, alio nanq; loco scriptura dicit: Omne quod mouetur & viuut, erit vobis in cibum, excepto q; carnem cum sanguine non comedetis: sed nihilominus proficit, cum eius intuitu non sinitur percussor domum ingredi. [Et edent, inquit, carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.] & reliqua. Quid causae secundum literam, vel utilitatis haec habeant, q; cum azymis panibus, & cum lactucis agrestibus agn<sup>9</sup> comedi iubetur, scire non possumus. At vero quod ait: [Nec remanebit ex eo quicq; vsq; mane, si quid residui fuerit, igni comburetis.] Idcirco secundum literam debet intel- ligi, quia videlicet qui comedat hoc sacrum mane, Hebraeus nullus erit, media nocte cogentibus exire Aegyptiis, Et nunquid consueuerat populus ille carnes comedere crudas, vt dicatur eis, non edetis ex eo crudum quod? Porro quod [sic, inquit, comedetis etiam, renes vestros accingeris, calcemata habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes.] potest idcirco factum vel dictum intelligi, vt qua hora fieret clamor in Aegypto, quod mox futurum erat mortuis omni- bus primogenitis, illi essent parati urgentibus Aegyptiis, & exire cõpellentibus, nullamq; om- nino in proficiendo moram facere sinentibus. Proinde iam & nos proficiamus, videlicet ab ista literali gloria, quae euacuatur, ad permanentem in facie Christi gloriam viuificantis spiritus.

*Mythicè de eodem agno, quod in illo figura, in nostro autem pascha veritas sit.*

CAPVT IIII.

**I**am phase siue pascha, id est, transitum nostrum, nouimus, Apostolo dicente: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Illic figura, hic autem veritas. Illic umbra, hic autem corpus est. At vero, inquit, per eandem fidem saluati sunt illi, per quam saluamur & nos. Ac quietissimus, quia per eandem fidem, sed non per eandem fidei scientiam, non per eandem fidei confessionem. Hodie palam exigitur, vt corde credas ad iustitiam, & ore confitearis ad salutem, quia verus est agnus, Christus filius dei, qui nos morte sua redemit de morte: qui nos sanguine suo consecrauit, & resurrectione sua in vitam reparauit. Et hoc praefiguratum fuisse, in illa immolatione pascha- lis agni, in illo transitu filiorum Israel, in illa submergitione curruum & exercitus Pharaonis, filijs Israel per mare rubrum transeuntibus, manifestum est. Nunquid iam illi habebant fidei vel con- fessionis scientiam? Et quidem Moyses, & prophetae, alij plus, alij minus secundum placitum spi- ritus sancti, diuidentis singulis prout vult, sacramenti huius habuere notitiam, sed qualiter hoc à populo subtegere deberent, in vno Moyse omnibus significatum est. Vbi enim cognitionem se- cretorum coelestium accepit, facies eius secundum similitudinem mentis refulsit, sed splendorem eundem non valentibus sustinere filijs Israel, velamine operuit. Nunquid splendidam faciem tan- tum operuit, & splendoris causam, scilicet sacramentorum Christi filij dei cognitionem, publica cunctis praedicatione operuit? Non utique, sed sicut faciem tantum operuit, sub velamine, sic se- cretum spiritus abscondit sub tegumento literae. Sed & prophetae palam annuntiare prohibiti sunt. Vnde vni illorum dicitur: Liga testimonia, signa legem in discipulis meis. Et alij dictum est: Tu ergo signa visionem, quia post dies multos erit. Item: Vade Daniel, quia clausi signati que sunt sermones vsque ad tempus praefinitum. Igitur fides quidem exigebatur à populo Israel, scilicet vt crederent, quod deus patrum suorum, deus Abraham, deus Isaac, & deus Iacob, vnus & solus verus deus esset, & quod in semine Abraham benedicendae essent omnes gentes: sed illud ab eis exigi non poterat, quod non eis erat annuntiarum vt crederent, scilicet quod hoc modo, vel tali ordine benedictiones illae implendae forent in Christo. Si enim cognouissent, inquit Apo- stolus, nunquam dominum gloriae crucifixissent: Quid cognouissent? Sapientiam, inquit, quam lo- quimur inter perfectos, sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi, qui de- struuntur, sed loquimur sapientiam dei, in mysterio quae abscondita est, quam praedestinauit deus ante secula in gloriam suam, quam nemo principum huius seculi nouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Itaq; & hanc immolationem agni paschalis, & caetera quae cunctis vt ait idem Apostolus in figura contingebant illis, sic accipimus & sic legimus, tan- quam actuales prophetias vel promissiones Christi venturi, clausas, sub sigillis quae solus aperire posset idem agnus dei, quod & fecit postquam resurrexit à mortuis, dicente euangelista: Quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Idcirco vero passionis eius mysterium in huiusmo- di figuris praefigurarum est, quia non caperet mundus, vt sibi iam tunc dictis manifestis praenun- ciaretur, nec huiusmodi manifestatio spiritus in eo tempore ad utilitatem daretur.

*De testimonio Iohannis, dicentis, Ecce agnus dei. & quid significet, quod agnus in pleni- tudine immolari iussus sit.*

CAPVT V.

Et in

**E**t in hac quidem figura agni, qualis res indita sit, ex eo maxime clarescit, quod Ioannes, Chri- stum digito demonstrans. Ecce, inquit, agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cum enim haec dicit, profecto (vt est lucerna ardens, & lucens) illam nobis illustrat vesperam, qua om- nis multitudo filiorum Israel istum, de quo diximus, agnum tali ritu immolauit, & cuncta quae illic acta sunt in tenebris, hic in vero lumine manifesta dicit. Cuncta splendida, cuncta diuinae ra- tionis sunt plena. Primum ipsum quo immolatur agnus plenilunium, mysticè illa plenitudo tem- poris est, de qua dicit Apostolus: Ar vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. In plenitudine nanque temporis, id est, quando multus iam impletus erat electo- rum numerus apud infernalem Aegyptum, redemptionem suam expectantium, tunc venit fi- lius dei, tunc venit agnus dei tollere peccata mundi. Quid illud, quod non ante, sed post verum immolatur aequinoctium? Nempe ab aequinoctio verno, superare incipit dies noctem, nam ante illud tempus prolixiores tenebras, breuioremq; habemus lucem. Ergo & in hoc mysterium est, quia videlicet ab immolatione agni incontaminati & immaculati Christi, coepit lux iustitiae, pec- catorum tenebras superare, nam antea longa & profunda peccatorum nox, breuis autem & nu- bilosa, legalis iustitiae lux erat. Sed & ipsa mensis Nisan, id est, Aprilis, verna temperies, cum re- lus reflorescit, totusq; post hyemem, quasi post senium, rursus iuuenescit orbis, nonne sensatim ho- minem docet, quatenus renouatur spiritu mentis suae, fide viridis, spe laetus, & charitate floridus, paschalis agni epulis intersit spiritualibus.

*Quod verus agnus Christus secundum legis mysterium, decima die ciuitatem intra- uerit, & quartadecima ad vesperam, manducandi corporis, & bibendi sanguinis sa- cramentum instituerit.*

CAPVT VI.

**B**ene ergo verus iste agnus immolationi suae tempus ipsum, quod typico praescripserat ag- nus, per omnia prouidit. Mense primo decima die mensis, quo secundum legem agnus, in do- mos Iudaeorum tollebatur, intrauit in sanctam ciuitatem Hierusalem, turbis deducentibus, & quam diu item secundum legem seruatus est, tam diu, & iste circa ciuitatem eandem, & circa tem- plum demoratus est, id est, vsque ad quartadecimam diem mensis eiusdem, sanctae scripturae herbam ruminans, & ad vitae aeternae pascha interim suos auditores iugiter balatu inuitans. Tan- dem quartadecima die, ad vesperam, vbi illam paschae veteris agnum comedit cum discipulis suis, tunc ipse noui sacrificij agnus continuo capiendus & ducendus ad immolandum, iam in an- gustia passionis agonizans, prius proprijs manibus deo patri semetipsum immolauit, accipiens panem & vinum, & mira aquae ineffabili sanctificationis potentia transferens haec in corporis & sanguinis sui sacramentum. Nam, quod deinde manibus peccatorum crucifixus & mortuus est, idem agnus praeritorum atque praesentium salus omnium continuo fuit, & ad illos qui in infe- riori Aegypto, id est, in infernalibus detinebantur tenebris, descendit: quicq; per quinque retroactas mundi aetates, ibidem fuerant collecti. Vnde & constat recte quinque diebus, à decima scilicet vsque ad quartadecimam mensis agnum seruari, quia videlicet, ex quo in typum eiusdem filij dei, primus Abel agnum obtulit, quinque fluxerunt aetates mundi, quarum in fine immolandus erat hic verus agnus dei. Continuo, inquam, vt manibus impiorum occisus est filius dei, destru- ctum est regnum mortis, & soluta captiuitas populi dei, non valentibus eos tenere Aegyptijs, quos ita cum principe eorum diabolo mortis preposito virtus sanguinis Christi obruit, quomo- do illos Aegyptios homines, regemque eorum Pharaonem, cum curribus eius profundum ma- ris inuoluit. Quod vero manibus suis (vt iam dictum est) corpus & sanguinem suum sub specie panis, ipse summus pontifex obtulit, & hoc facite in meam commemorationem dixit, eorum sa- lus est, qui in ista vita detinentur, quibus Aegyptus, hic mundus est, quibus vera captiuitas sub diabolo mundi principe, ignoratio dei est. Nisi enim hoc sacramentum corporis & sanguinis sui cum mysterio baptismi, in quo similitudo est mortis eius instituisset, nobis omnibus quicumque nondum eramus, siue omnibus qui tunc erant gentes, & ad simulachra muta prout tunc duce- bantur euntes, quando Christus pro peccatis nostris semel mortuus est, mors eius nihil pro- fuisset. Solos enim illos, in illa hora lauit à peccatis, quos siue mortuos siue viuos, mors eius si- deles inuenit. Ritu ergo legitimum manducandi corpus, & bibendi sanguinem domini no- stri Iesu Christi, de ritu spiritualiter metiamur illius typici agni, in gloriam & honorem huius veri agni dei, qui tollit peccata mundi.

*Quid dictum sit, tollat vnusquisq; agnum per familias, & domos suas, quomodo an- nuuatim & quotidie celebrat ecclesia.*

CAP. VII.

**D**ecima die, inquit, mensis huius, tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas, & seruabit eum vsque ad quartadecimam diem, & immolabit eum omnis multitudo fi- liorum Israel ad vesperam. Hoc agit solenni ritu omnis Israel. i. ecclesia dei, cum redeunte anni tem- pore, quo Christus passus est, ante quinque dies, sacrosanctae eius passiois, illi eius ingressum in sancta ciuitatem,

X ij

ciuitatem atque occursum puerorum cum ramis palmarum, religiosa deductione, vel exceptio-  
ne laudes canendo imitatur. Ea sola distantia, vt qualicumq; feriarum luna eueniat decima, quæ  
est secundum Hebræos decima dies mensis, siue luna quartadecima, quæ est quartadecima dies  
mensis, semper tamen in prima hebdomadæ; id est, dominica die, hunc processionis occur-  
sum, & in sexta mortem, itemque in prima celebret eiuſdem resurrectionem, vt qui morte &  
qui resurrectione eius semel factus est dies, is mortis & is resurrectionis memoria per omnes an-  
nos facer perseveret. Cæterum ad immolationem vel eſum agni, non vna vespera, sed totus an-  
nus, sanctæ ecclesiæ acceptus est. Quocumq; die, quacumq; in domo Israel immolare, vel edere li-  
bet, scripturæ huius mysterium obseruandum est. Si autem minor numerus est, inquit, vt sufficere  
non possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui cõiunctus est domui suæ, & cetera:  
Numerum hic mysticè sic penè oportet intelligi, quomodo & in psalmo, cum Propheta dicit: No-  
tum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mi-  
hi. Numerus enim hominis (vt secundum præsentem causam loquamur) tunc sufficiens est, quan-  
do is qui agnum manducat, mysteria eius penetrare præuat. Sed ad hæc quis tam idoneus? Quis  
infantiam tantum supergressus est, tantamq; dierum bonorum multitudinem collegit, vt ad ca-  
piendum totum cibum, tam solidum, nihil sibi desit? Ergo quoties hunc agnum immolamus, re-  
ctè paucitatem nostram confitentes in nobis, quia totum eius mysterium capere non possumus,  
assumimus vicinum, qui coniunctus est domui nostræ, scilicet apostolorum & martyrum cho-  
rum, qui per eandem fidem propinqui sunt familiæ Christianæ. Denique sine illorum inuitatio-  
ne, nunquam comedere præsumimus. Dicimus enim: Communicantes & memoriam veneran-  
tes, in primis gloriosæ semper virginis dei genitricis Mariæ, sed & beatorum apostolorum & mar-  
tyrum tuorum. Quod idem est, ac si dicamus in eadem fide nos immolare & comedere agnum  
dei, in qua virgo concepit & peperit, quam apostoli sancti prædicauerunt, pro qua beati marty-  
res passi sunt. Ita vicinis assumptis, nos per dei gratiam ad eſum agni sufficimus. Quia videlicet,  
et si totum eius mysterium comprehendere non valeamus, satis tamen est, quia nihil de illo, quod  
apostolicæ fidei sit contrarium, sentimus.

Psalm. 38.

Esaiæ 53.

Apoca. 17.

Esaiæ 41.

Luce 4.

1. Cor. 4.

Psalm. 64.

Esaiæ 53.

1. Cor. 10.

*De eo quod dictum est: Erit agnus sine macula masculus anniculus. Et quid sit hoc-  
dum tolli.*

CAPVT VIII.

**E**Rit autem, inquit, absque macula masculus anniculus. Macula peccatum est. At ille pecca-  
tum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Erit ergo, inquit, absque macula, id est, san-  
ctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, in quo nulla est iniquitas. Sed parum habe-  
ret gloriæ sola innocentia, si non adesset fortitudo quoq; ad agenda perfectæ iustitiæ opera. Erit  
ergo, inquit, & masculus. Masculus enim, hoc est, fortis, quia nihil sœmineum, hoc est, molle vel  
fluxum admittit. Vnde & in Apocalypsi dicitur de muliere magna, quæ peperit filium masculu-  
m, qui rectorus erat gentes, in virga ferrea. Additur adhuc, quia erit anniculus. Anniculus, id  
est, perfectus: perfectionem enim ab illo consequimur, quemadmodum & ipse in propheta testa-  
tur. Spiritus domini super me, eo quod vnixerit me, ad annuntiandum mansuetis misit me, vt  
mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, vt prædi-  
carem annum placabilem domini, & diem vltionis deo nostro. Annum, inquit, placabilem pro  
his quos ad gloriam præparauit, & diem vltionis pro his, quos in iram destinauit. Annum quip-  
pe placabilem siue acceptabilem, plenam acceptionem dicit, quam & Apostolus prædicat his  
verbis: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis & cætera, de huius anni illius, imò &  
nostri plenitudine, dicitur ei per os Psalmistæ: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, subaudi-  
tur, cum venerit ad te omnis caro remuneranda in illa dierum æternorum longitudine. Et quia  
is qui sua non habuit, aliena peccata portauit, sequitur lex & dicit: Iuxta quem ritum tolletis, &  
hocdum. Sicut enim propter suam innocentiam in agno, sic propter iniquitates omnium nostrum,  
quas deus posuit in eo, rectè idem figuratur in hocdo. Siue ergo agnus, siue sit hocdus, qui apud  
illum & illum immolatur, vnus idemq; in mysterio est Christus, à iuis (quia nulla sunt) mundus  
pro alienis peccatis offerendus. Vel mala æstimatione hominum, hocdus, id est, peccator, vera au-  
tem verissimè similitudine, innocentie agnus erit. Quod vtrunq; Propheta considerans. Et nos,  
inquit, putauimus eum quasi leprosum, & percussum à deo, & humiliatum: ipse autem vulnera-  
tus est propter delicta nostra, attritus est propter scelera nostra. Et seruabitis eum vsq; ad XIII.  
diem mensis huius. De hoc iam dictum est.

*Quid sit ad vesperam agnum immolari, & prius postes sanguine eius signari, ac de-  
inde carnes eius manducare.*

CAPVT IX.

**E**T immolabit eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Vespera præsens seculi gr̃as, in  
qua nos sumus, in quos (vt ait Apostolus) fines seculorum deuenerunt, rectè dicitur. Porro vni-  
uersa multitudo filiorum Israel, vniuersitas credentium est. Quæ quantacumq; sit per orbem terrarum  
diffusa,

terrarum diffusa, vnus est agnus, quem in tot locis immolat, vnus est panis quæ frangit, vnus est  
Christus, cuius manducat carnem, & sanguinem bibit, dummodo id quod sequitur spiritualiter  
testimonium habeat catholice fidei, sument, inquit, de sanguine, & ponent super vtrunq; po-  
stem, & in superliminaribus domorum in quibus comedent illum. Quidnam sit sanguis agni, nõ  
iam audiendo, sed bibendo didicimus. Qui sanguis super vtrunq; postem ponitur, quando non  
solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. In vtroq; enim poste sanguis agni est positus,  
quando sacramentum passionis illius ore ad redemptionem sumitur, ad imitationem quoq; in-  
tenta mente cogitatur. Nam qui sic redemptionis sui sanguinem accipit, vt imitari passionem eius  
necdum velit, solum in vno poste sanguinem posuit, Qui etiam in superliminaribus domorum po-  
nendus est. Quid enim spiritualiter domos, nisi mentes nostras accipimus, in quibus per cogita-  
tionem habitamus? Cuius domus superliminare est ipsa intentio, quæ præminet actioni. Qui igitur  
intentionem cogitationis suæ ad imitationem dominicæ passionis dirigit, in superliminari do-  
mus, agni sanguinem ponit. Vel certè domus nostræ ipsa sunt corpora, in quibus quousq; viuimus,  
habitamus. Et in superliminari domus, agni sanguinem ponimus, quia crucem passionis illius in  
fronte portamus. Aliter: Sumè de sanguine agni, &c. Notandū, quia prius oportet domum signari  
sanguine agni, & tunc demum carnes eius in illa manducari. Hoc verè legitimum ac necessarium est,  
nec aliter dignè fieri potest. Etenim prius oportet quæq; baptizari in morte agni, id est, Christi,  
prius, inquam, complantatio fieri similitudini mortis eius, vt sit & resurrectionis, atq; ita conse-  
crata domo, tunc demum intus mensæ viuificæ participari. Sunt autè notæ sanguinis tres, duæ scilicet  
in vtroq; poste, tertia in superliminari. In nomine enim patris & filij & spiritus sancti bap-  
tizamur, quæ tria nomina siue tres personæ sunt, sed vnus deus. Cuius videlicet trini nominis cõfessio,  
dū fide passiois Christi peroriat, vnusq; ostij duo postes cū superliminari, agni sanguine titulatur.

Quid san-  
guis super  
vtrunq;  
postem.

Roma. 8.

Psalm. 31.

Ephes. 3.

Hæc opinio  
postea Cõ-  
cilio Late-  
ranensi, sub  
Innocentio  
III. reproba-  
ta est: Sub-  
stantia enim  
panis & vi-  
ni non per-  
manet, sed  
cõuertit in  
corp⁹ & san-  
guine Chri-  
sti. Ideo nõ  
admittitur  
adducta si-  
militudo.  
1. Cor. 10.

*Qualiter in sacramento altaris obseruandum sit, quod dictum est: Non comedetis ex eo  
crudum quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni.* CAP. X.

**E**T edent carnes nocte illa assas igni. Non edetis ex eo crudum quid, vel coctum aqua, sed tan-  
tum assum igni. Signata domo, comedimus, quia videlicet per baptismum consecrato corp⁹,  
& à macula veteris cibi, per quæ perijt humani genus, emudato, corpus & sanguis Christi tradi-  
tur, quo cibo nõ superbe fieri velit sicut deus, sed humiliter in gratiam filiorum dei adoptari merea-  
tur. In nocte quippe agnum comedimus, qui in sacramento modo dominicum corpus accipimus,  
quando adhuc adiuuicem conscientias nostras nõ videmus. Carnes, inquit, assas igni, id est, ex-  
coctas molestia passionis. Vnde quia vis ipsa passionis, eum valentorem reddidit ad resurrectio-  
nem, dicit in persona eius Psalmista: Aruit tanq; testa virtus mea. Quid namq; est testa ante ignem,  
nisi molle lutum? Sed ei ex igne agitur, vt solidetur. Virtus ergo humanitatis eius, velut testa ex-  
aruit, quia ab igne passionis ad virtutem incorruptionis creuit. Amplius autè, quia de spiritu san-  
cto, qui æternus est ignis, virgo illum concepit, & ipse per eundem spiritum sanctum (vt Apostolus  
ait) obtulit semetipsum hostiam viuam deo viuenti, eodè igne assatur in altari, operatione namq;  
spiritus sancti, panis corpus, vinum sit sanguis Christi. Sed istud non capit humana sapientia. Re-  
pellitur ergo illa nõ tam sapientia q̃ curiositas, dum repetendo dicit: Non comedetis ex eo crudum  
quid, nec coctum aqua, sed tantum assum igni. Crudum namq; comedere nihil aliud est, nisi quod vi-  
detur æstimare. & coctum aqua comedere est, quomodo sit, velle carnaliter diiudicare. Sed come-  
detis (inquit) assum tantum igni, id est, totum attribuetis operationi spiritus sancti, cuius effectus non  
est destruere vel corrumpere substantiam, quamcunq; suos in vltus assumit, sed substantiæ bono  
permanenti quod erat, inuisibiliter adijcere, quod non erat. Sicut naturam humanam nõ destruxit,  
cum illa operatione sua ex vtero virginis, deus verbo in vnitatem personæ coniunxit: sic sub-  
stantiam panis & vini, secundum exteriorem speciem V. sensibus subactam, nõ mutat aut destruit,  
cum eidem verbo in vnitatem corporis eiusdem quod in cruce pepedit, & sanguinis eiusdem quem  
de latere suo fudit, ista coniungit. Item quomodo verbum à summo demissum, caro factum est,  
non mutatum in carnem, sed assumendo carnem: sic panis & vinum vtrunq; ab imo subleua-  
tum, fit corpus Christi & sanguis, non mutatum in carnis saporem, siue in sanguinis horrorem,  
sed assumendo inuisibiliter vtriusq; diuinæ scilicet & humanæ, quæ in Christo est, immortalis  
substantiæ veritatem. Proinde sicut hominem, qui de virgine sumptus in cruce pepedit, rectè  
& catholicè deum confitemur, sic veraciter hoc quod sumimus de sancto altari, Christum dici-  
mus, agnum dei prædicamus.

*Quid significant azymi panes cum lactucis agrestibus.* CAP. XI.

**E**T azymos panes cū lactucis agrestibus. Alterum horum, scilicet quod de azymis tubetur, rati-  
onem, q̃ in mysterio obseruamus, vt videlicet azymum panem ad conficiendum Christi corpus habea-  
mus, & mysticè vetus fermentum à nobis, scilicet fermentum malitiæ & nequitie, secundum Apostoli præ-  
ceptum expurgemus. Alterum verò, id quod de lactucis agrestibus præcipitur, tantum spiritualiter atten-  
dim⁹, quia videlicet author hui⁹ sacramenti, nõ eas corporaliter adhibuit, sed solummodo panem & vinum  
X iij bene

benedicens, dedit discipulis suis. Vnde mirandum, quo Græcorum consuetudo auctore tradita inoleuerit, qui fermentatum panem quæruunt, & a sacramento Christi azimum reiciunt, cum nulli dubium esse debeat, quod dominus noster non nisi de azimo illud primitus effecerit. Etenim neque fermentatum nocte illa secundum legis edictum inueniri licebat in cunctis domibus Israel, neque ipse apud se habendo fermentatum, legitimam porrigere debebat occasionem inimicis suis, cum diceret lex: Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de castris Israel, tam de aduenis quam de indigenis terre. Sed de hoc aduersum illos abunde iam dudum à Romana sede disputatum est. Porro azima & lactucas agrestes vt spiritualiter edamus, ab ipsis qui primi hoc egerit apostolis euident exemplum habemus. Etenim in eo vetus fermentum expurgauerunt, & erant noua conspectio, epulando in azimis sinceritatis & veritatis, quia presens passio Christi mundabat illos ab omnibus peccatis, quibus corruptus homo primus totam generis sui massam fermentauerat. Dixit enim illis in illa coena sacrosancta, hic verus agnus dei, iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Nisi enim quia sermonem meum audistis, & credidistis, nequaquam per hanc passionem meam mundaremini. Quasi prateritum dixit, mundi estis, eo videlicet modo, quo postea ibidem ait ad patrem: Et iam non sum in mundo, cum nondum peractum, sed agere coepisset vt transfret ex hoc mundo. Lactucas vero agrestes, que valde amaræ sunt, simul comederunt, quia profecto propter illa que dicebantur, iam in summa tristitia erant, & per totum triduum amaritudini passionis eius satis molestè communicauerunt. Eorum ergo exemplo nos carnes agni cum lactucis agrestibus comedimus, cum corpus redemptoris accipientes, nosmetipsos pro peccatis nostris affligimus, quatenus ipsa amaritudo poenitentiae abstergat à mentis stomacho, peruersæ humorem vitæ.

*Quid sit agnum totum vorari, caput quoque cum pedibus & intestinis.*

CAPVT XII.

**C**aput cum pedibus & intestinis vorabit. Hoc facere omnes communiter possunt, singularem quiq; adimplere non possunt. In magna namq; & in parua domo, sunt & perfecti, quorum sit solidus cibus, quale est osseum caput: sunt & paruuli, quorum infirmo dente vix in celsa mollia terantur. Denique caput agni vorare, est alta diuinitatis Christi eloquia viriliter capere, verbi gratia, quale est: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Pedes vorare est, nec illud ignorare, quia verbum caro factum est. Intestina vorare cum pedibus, est verborum illius occulta & mystica mandata cum auiditate sumere, vel certe singulas infirmitatis eius actiones siue passionis in vsum virtutis assumere, verbi gratia, quod elurij, quod fleuit, quod contristatus est, ad summum, quod tentatus est, pro similitudine abiq; peccato. Vorare cum dicit, quid aliud quam pigritiæ nostræ torporem reprehendit, qui eius mysteria atq; verba & per nos non requirimus, & dicta ab alijs audimus inuiti? Totum ergo vorandum est, dū tempus habemus. Ait enim, non remanebit ex eo quicquam vsq; mane. Dicta, quippe huius magna sunt solitudine discutienda, quatenus priusquam dies resurrectionis appareret, in hac presentis vitæ nocte omnia mandata eius, intelligendo & operando penetrarent. Sed quia valde est difficile, vt nihil ex eo remaneat, id est, vt omne agni eloquium intelligi, & omne eius mysterium possit penetrari, rectè subiungitur: Si quid autem remanserit, igni comburetis. Quod ex agno remanet, igni comburimus, quando hoc quod de mysterio incarnationis eius intelligere ac penetrare non possumus, potestati sancti spiritus humiliter referuamus, vt nō superbe quis audeat vel contemnere, vel denunciare quod non intelligit. Sed hoc igni tradit, cui spiritui sancto referuat.

*Quid sit, renes accipietos & calceamenta in pedibus habere & baculos tenere.*

CAPVT XIII.

**V**ia igitur, qualiter edendum sit pascha cognouimus, nunc à qualibus edendū debeat, agnoscamus. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis. Quid in renibus, nisi delictatio carnis accipitur? Vnde Psalmista postulat, dicens: Vt renes meos. Si enim voluptatem libidinis in renibus, id est, si libidinem in lumbis suis esse nesciret, eos vri, minime petisset. Vnde quia potestas diaboli, humano generi maxime per luxuriam præualuit, de illo voce dominica ad lob dicitur: Potestas eius in lumbis eius. Qui ergo pascha comedit, accinctos renes habere debet, vt qui solennitate resurrectionis atq; incorruptionis agit, corruptioni iam per vitia nulla subiaccat, voluptates edomet, carnis luxuriam refringat. Neque enim cognouit quæ sit solennitas incorruptionis, qui adhuc per incontinentiam corruptioni subiacet. Hæc quibusdam dura sunt, sed angusta est porta quæ ducit ad vitam. Et habemus iam multa exempla continentium. Vnde & bene adhuc subditur: Calceamenta habebitis in pedibus. Quid sunt enim pedes nostri nisi opera? Quid verò calceamenta, nisi pelles mortuorum animalium? Calceamenta autē pedes muniunt. Quæ verò sunt mortua animalia, ex quorum pellibus nostri muniuntur pedes, nisi antiqui patres, qui nos ad æternam patriam præcesserunt? Quorum dum exempla conspiciamus, nostri operis pedes munimus. Calceamenta in pedibus habere, est mortuorum vitam respicere, & nostra vestigia

Exod. 12.

Iohan. 13.

Idem 17.

Quid est caput agni edere.

Hebr. 1.

Psal. 29.

Iob 40.

Matth. 7.

vestigia à peccati vulnere custodire. Tenentes baculos in manibus. Quid lex per baculos, nisi pastoralis curam designat? Et notandum, quod prius præcipitur renes accingere, postmodum baculos tenere, quia illi debent curam pastoralem suscipere, qui iam in suo corpore sciunt fluxa luxuriae edomare, vt cum alijs fortia prædicant, ipsi desiderijs mollibus eneruiter non succumbant. Bene ergo subditur, & comedetis festinantes. Notandum & hoc, quod dicitur festinantes. Mandata dei, mysteria redemptoris, cœlestis patriæ gaudia, cum festinatione cognoscenda, & præcepta vitæ cum festinatione implenda sunt. Quia enim adhuc hodie licet, bene agere scimus, vitrum cras liceat, ignoramus.

*De eo quod dictum est: Est enim phase, id est, transitus domini, & de percussione primogenitorum.*

CAP. XIII.

**C**ausam faciendorum omnium quæ hic præcepta sunt, ita subiungit: [Est enim phase, id est, transitus domini, & transibo per terram Aegypti nocte illa, percussiamq; omne primogenitum in terra Aegypti, ab homine vsq; ad pecus, & in cunctis, dijs Aegypti faciam iudicia, ego dominus. Erit autem vobis sanguis in signum in ædibus in quibus eritis, & videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.] Idcirco, inquit, postes vestros sanguine agni signabitis, & hoc ritu carnes eius festinantes comedetis, carnes videlicet agni, subditur enim, quia phase est, id est, transitus domini. Domini non est in verbo phase, sed interpretationi est additum, quia necessario iubauidendum est. Sequitur enim, & dicit ipse dominus: Transibo per terram Aegypti nocte illa. De eo quod ait, & videbo sanguinem, iam supra dictum est. Porro tranfire de loco ad locum, de inon est, quippe qui loco nullo tenetur, sed vbicq; est. Ergo quod dicit, transibo, secundum figuram temporis illius, pro simili dictū est, id est, egrediar ad modum gygantis, in fortitudine contra hostem irruentis, & post abcessum suum victoriorum suæ vestigia plena relinquentis plantibus. Vnde liber Sapientiæ dicit: Cum enim quietū silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus venit, durus bellator in mediam exterminij terram profiliuit, gladius acutus, insimilatum imperium tuum portans, & stans repleuit omnia morte. Cæterum de illo transitu qui per istum figuratur, dicit euangelista ianctus: Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia eius hora venit, vt transeat ex hoc mundo ad patrem. Ille enim verè transitus domini, imò omnium nostrum transitus est. Nam illo transeunte, ex hoc mundo ad patrem, transiuimus & nos eiusdem patris gratia, de vinculis ad abolitionem, de tenebris ad oculorum nostrorum reuelationem, transiuit ille de hoc mundo quidem, qui & ipse quodammodo dicitur Aegyptus, transiuit per Aegyptum inferiorem, id est, infernum, qui secundum nomen Aegypti verè tam tenebrosus est, & locus horridus. Et quoscunq; inuenit illic dignos filios Israel, signatos fide sanguinis sui à iusto Abel, qui primum in typum, illius obtulit agnum, vsq; ad latronem, quem sanguine suo signauit in ipsa hora transitus sui, cunctos liberauit, percutiendo primogenitum Pharaonis, id est, peccatum primæ præuaricationis, quod originale dicitur, quod peruasio diaboli generauit. Igitur postes certatim signandi, & carnes agni festinanter edendæ sunt, transit enim dominus ultra non reuersurus. Mortuus enim semel reuixit, & iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Isto transitu eius contenti estote, & postes signate omnes filij Israel, alium enim transitum sperare non licet. Venit quidem idem dominus, sed per Aegyptum inferni non transibit amplius. Non ultra pro illis, qui nunc in tenebris exire iussi sunt, morietur.

*Quid sit mysticè VII. diebus azyma comedere, & quis sit I. dies quo fermentum non sit inueniendum in domibus.*

CAP. XV.

**H**abebitis autem hunc diem in monumentum, & celebrabitis eum solennem domino in generationibus vestris, cultu sempiterno: VII. diebus azyma comedetis. [Præclarum monumentum, grande & magnificum memorialis instrumentum, VII. diebus non comedere fermentatum. Hoc summa diligentia cauendum esse, confirmando subiungit: [In die I. non erit fermentatum in domibus vestris.] Subauditur ne dum presens est, facilius possit quis in præuaricationem labi. Est autem I. dies azymorum, XIII. mensis. Quid enim? Nunquid de fermento pastamanum in primi parentis præuaricatione? VII. ergo diebus, id est, tota vita nostra, ab hoc fermento caueamus. Nam per gratiam fit, vt primo die non inueniatur, deinceps nostri studij sit, ne iterum corruptatur. Etenim primo die solennitatis nostræ, id est, mox vt quisq; nostrum signatus est Christi sanguine, id est, baptizatus, in illius morte omne peccati veteris fermentum vacuum est, vestigia eius nulla superiunt, inueniri non potest. Idcirco grandi interminatione iterum atq; iterum prohibendo repetit. [Quicunq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel, vsq; ad diem VII.] Ordo verborum est: Quæcunq; anima fermentatum comederit à die I. vsq; ad diem VII. peribit de Israel. Et continuo subiungit: [Dies I. & dies VIII. huius festiuitatis erit æquè venerabilis.] VIII. namq; dies in I. diem, & VII. dies disperciuit. Nam deinceps ait: I. X. iij. mense

Sapient. 29.

Iohan. 13.

Roma. 6.

A quali fermento abstinentium est.

menfe, XIII. die mensis ad vesperam comedetis azyma vsq; in diem XXI. eiusdem mensis ad vesperam. Planè hoc dicto dies VIII. complexus est. Proinus adhuc fortissimum vinculum adhibens proponit sic: VII. diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris. Continuo subdit: Qui comederit fermentatum, peribit anima eius de coetu Israel, tam de aduenis, quam de indigenis terræ. Nec mora, quasi currens sub vno spiritu concludit: [Omne fermentatum non comedetis, in cunctis habitationibus vestris edetis azyma.] Quiniam ille I. dies, nisi is de quo Psal- mista: Hæc est, inquit, dies, quam fecit dominus, subauditur illucere nobis, subiungens ita: Exultemus & lætemur in ea. Hæc dies planè est Christus, dies magnus & præclarus, in quo de Aegy- pro exiimus, in quo de tenebris vocati in admirabile lumeneducti sumus. Propter quod dicit: Dies I. erit sancta atq; solennis. Itemq; de eodem Psal- mista: Constitue, inquit, diem in condensis, vsq; ad cornu altaris, id est, positi in cõdensis, & multiplicitate bonorũ operum, vacare à peccatis secundum diem, quæ illuxit nobis, vsquequo perueniat ad cognitionẽ diuinitatis eius, in cuius fide tanquam in altari quicquid boni in nobis est, deo offerimus. Dies itaq; I. inquit, sancta erit, at que solennis. Qui enim velut agnus occisus est ex infirmitate hominis, ipse verus dies æterna claritate fulget ex virtute dei. Hanc diem sequuntur nostri dies VII. continua celebritate, vt VII. quoq; eadẽ festiuitate sit venerabilis, tota namq; vita nostra sic agenda est, vt in eo consummetur à quo cœpit. Tantæ namq; diligenter obseruandæ festiuitatis causam interposuit. [In eadem enim, inquit, ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti.] Signanter dixit exercitum vestrum, videlicet quia non ad otia siue ludicra eximus de terra Aegypti. Signanter dixit exercitum vestrum, sed ad pugnandum, aduersus principes & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitie in cœlestibus, quippe cum tempus sit vt regnum dei vim patiat, & nos violenter agendo diripiãmus illud. Idcirco illud interposuit. [Nihil operis facietis in ea exceptis his, quæ ad vscendum pertinent, & obseruabitis azyma.] Propugnatoribus namq; regni dei, nihil de omni mundo curandum est, sed iuxta Apostolum habentes victum & vestitum, his contenti sint, præoptantes tamen, & primũ quærentes panem verbi dei, & in- terim sine vlla obliuione obseruent azyma, de quibus scpe dictum est.

Quid sit cum fasciculo hyssopi, postes sanguine signari, & foras vsque mane non egredi. Quodq; aliud sit, verbum istud custodiri, atque aliud ceremonias istas obseruari.

## CAP. XVI.

Vocauit autem Moyses omnes seniores Israel, & dixit ad eos. Ite tollentes animal per familias vestras, immolare phasæ, fasciculumq; hyssopi, tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo super liminãre, & vtrumq; postem. Animal dixit generali nomine, tam hædum significans quam agnũ, quorum vtrumlibet tolleret quis (vt supra dictum est) præceptũ perficeret, præscriptum obseruandum, fasciculum inquit, hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine. Quasi iam esset sanguis in limine, sic locutus est: & non dixit, quem ponetis in limine. Vnde & qualiter habendus esset sanguis in limine, vtrũ agnus in limine deberet occidi, an alio quo- liber modo debuerit illic effundi, incertum reliquit. Cæterũ de sanguine veri agni, Christi filij dei, certum est, quia non in abscondito, vel intus repositus, sed omni mundo palam expositus est, vt quicumq; domum suam signare velit, vt liberetur de manu percussoris diaboli, cito inueniat, cito & velociter salus illi occurrat, dummodo sic faciat. Tollat fasciculum hyssopi, & intingat in sanguine, id est, recitet symbolum, spem totam constituens in sola saluberrima Christi passione, & inde tres notulas faciat in vtroq; poste, & in superliminari, baptizatus videlicet in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hyssopus namque herba humilis est, nasciturq; in petrosis locis, & deponit rumorem pulmonis. Significat verò fidem & humilitatem passionis Christi, per quam superbiæ tumor deponitur, quo primus homo corruptus contra suum creatorem intumuit. Quod sperans Psal- mista dicebat: Asperges me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuẽ dealbabor. Igitur hyssopus tinctus agni sanguine, quo domus signetur, humilitas mentis est cum passionis Christi fide, in quo quisq; credentium baptizetur. [Nullus, inquit, vestrum egredietur ostium domus suæ vsq; in mane. Quare? Transibit enim dominus percutiens Aegyptios.] Et hoc nobis vigi- lantissimè obseruandum est, vt vsq; mane, id est, vsq; ad finem huius nostræ nocturnæ vitæ, in- tra catholicæ ecclesiæ claustra maneamus, neque per hæreses vel schismata, tumultuando foras erupisse quis inueniatur. Nam quisquis foris fuerit inuentus, reputabitur Aegyptius, & cũ Aegy- ptijs pariter pertranseuntis domini flagello percutietur. [Cumq; viderit sanguinem in superli- minari, transcendet ostium, & non linet percussorem ingredi domos vestras & lædere.] De hoc iam superius dictũ est, quia (sicut ex hoc loco constat) quamuis dicatur dominus Aegyptios per- cutere, non tamen per seipsum percutit, sed percussori scilicet angelo malo potestatem dat per- cutiendi. Tandem ita concludit. [Custodi verbum istud legitimum tibi & filijs tuis vsq; in sem- piternum. Cumq; introieritis terram, quam dominus daturus est vobis, vt pollicitus est vobis, obseruabitis ceremonias istas, &c.] Quod dixit, custodi verbum istud, hoc idem repetisse cuiuslibet forte

fortè videatur, dicendo: obseruabitis ceremonias istas, verũ non ita est. Verbum enim, id est, ratio, tantum differt hoc loco à ceremonijs, quantum significatũ vel sensus à signis distat & li- teris. Ceremoniæ namq; significationes sunt, id est, figuræ vel vmbre futurorum: verbum autem ratio vel veritas sacramentorum, quæ in Christo (vt iam pro posse diximus) adimpleta sunt. Re- cte ergo cum dixisset, custodi verbum istud legitimum, addidit in æternum: vbi autem dixit, ob- seruabitis ceremonias istas, non addidit in æternum. Etenim quæcunq; ceremoniæ carnales datæ sunt, temporalem statum habuerunt, propter transgressiones positæ vsq; ad tempus præfinitum, donec veniret id quod sub ipsis promittebatur, verbum domini manens in æternum. Porro qua- liter positioni illarum, contrarium non sit illud, quod per Hieremiam propheta dictum est. Quia non sum locutus patribus vestris, nec præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustorum & victimarum, alio loco plenius erit dicendum.

Quid inuauat, quod medio die non sunt casa primogenita, sed media nocte.

## CAP. XVII.

Factum est autem in noctis medio, percussit dominus omne primogenitum in terra Aegy- pti, à primogenito Pharaonis, qui sedebat in folio eius, vsq; ad primogenitum captiuae, quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorũ. Surrexitq; Pharaon nocte, & omnes serui eius, cunctiq; Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto. Neq; enim erat domus, in qua non iaceret mortuus. Grande flagellum, & mira continuatio percussiois inuauit, scriptura dicen- te, à primogenito Pharaonis, qui sedebat in folio eius, vsq; ad primogenitum captiuae, quæ erat in carcere. Ergo iram dei, nec reges pro turritum altitudine, nec superbi pauperes effugiunt, pro ra- bernarum obscuritate. De hoc iam supra dictum est, quia quod omne primogenitum per immo- lationem agni dominus percussit, illud significat, quod originale peccatum mundi, deus in pas- sione Christi filij sui deleuit. Verũ hac eadem salua significatione, poterat media die cunctis vi- gilantibus idem fieri. Cur ergo potius medio noctis dormientes placuit interfici? Videlicet vt hi- storicum quoq; exemplum dormitantibus proficeret, atque ad vigilandum eos percelleret, sci- entes, quia quisquis exemplo Aegyptiorum thesaurizauerit sibi iram, nihilominus exemplo il- lorum improuifam accipiet vindictam. Sic enim & vniuersale iudicium duris corde & impoeni- tentibus ex improuifis superueniet, tanquam laqueus, & tanquam fur. Idcirco dominus aduentũ suum, quo per dendũ sunt impij, mediæ nocti comparauit. Verbi gratia: Cum in parabola pru- dentium virginum atq; fatuarum dicit: Media nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Sed & ipse mediæ nocte surrexit, atque in exemplum discretionis piorum atq; impio- rum, pias mulieres angelica visione & allocutione demulfit, impios autè ac fatuos custodes ex- terruit, & velut mortuos magno terræ motu præeunte reddidit. Proinde per os Psal- mistæ sancta ecclesia dicit: Media nocte surgebam ad confitendũ tibi. Illud enim tempus sacris vigilijs, & con- fessione saluberrimæ deputatum est, vt videlicet domino profunda nocte confitentes, commo- neamus nos, quatinus illa hora quæ præuideri non potest, non simus imparati. Ille ergo clamor magnus, qui ortus est in Aegypto, salubriter interiori auditu fatigat nos, vt non dormiamus si- cut Aegyptij, sed vigilemus, & sobrijs simus. Qui enim dormiunt (inquit Apostolus) nocte dor- miunt, & qui ebrijs sunt, nocte ebrijs sunt.

De eo quod Pharaon dixit: Abeunte benedicite mihi, & quod illi nocte exeunte litte- ralem legem præuaricati sunt.

## CAP. XVIII.

Vocatq; Moyses & Aarõ nocte ait: Surgite, egredimini à populo meo vos & filij vestri. Ite, immolate domino sicut dicitis. Oues vestras & armenta assumite, vt petieratis, & abeunte benedicite mihi. Si nocte vocatis Moyses & Aarõ hæc dixit, quomodo illud, quod supra dictũ est, nullus vestrum egredietur ostium domus suæ vsq; mane iuxta literam stabit? Sed fuerit hoc illis mane, quod vocati exire compulsi sunt, transacta iam mediæ nocte, & aspirante præsentis læ- titiæ luce. Ceterum illi manifeste hanc legem transgressi sunt, qui qua nocte, agnum eodem ritu immolauerant, exierunt ad comprehendendum dominum Iesum. Vnde & eos scriptura prophe- tica in vno traditore, qui cum accepisset buccellam exijt continuo, cũ esset nox, sic occulte qui- dem sed grauius acculat. Cor eius congregauit iniquitatem sibi, & egrediebatur foras. Oues ve- stras & armenta, inquit, subauditur, ne qua vt pridem remorandi causa sit, assumite vt petiera- tis, & abeunte benedicite mihi. Tandem duri cordis Aegyptius rex molle aliquid locutus est. Et quidem supra quoque semel & iterum dixit, peccavi, sed non dixit, abeunte ignoscite mihi, nunc autem etiam abeunte, inquit, benedicite mihi. Nunquid non & hoc futurum erat, vt ille super- bus, cuius hic typum gerebat, mollia loqueretur? Nempe sic de illo dominus ad beatum Iob lo- quitur: Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur ad te mollia? Quis enim dubitet, quod ei mollia locutus fuerit infernum spoliandi, cũ adhuc in corpore viuente clamauerit, dicens: Quid tibi & nobis Iesu Nazarenæ, venisti perdere nos, scio quis scis, sanctus dei. Nec enim frustra pro- pheta dicit in eum, Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, Nam sicut superbus, quantumuis ante per-

Matth. 12.

Job 41.

ante percussione[m] steterat rigidus, sub icu tamē vulneris à tumore descendit, verba deponit, ceruicem demittit: sic superbia rex diaboli, quantumlibet antea vt fortis armatus confidenter locutus sit, vbi tamen fortiorem sensit, arma deposuit, spolia reddidit, & mollia nō ex pietate, sed p[re] dolore locutus est, & adhuc in extremo iudicio molliora cū omni corpore suo locutus ipse caput iniquorum. Sed non parcam ei, inquit dominus, verbis potentibus, & ad deprecandum compositis, quia videlicet fera & indigna poenitentia est, quam cruciatus extorquet. Hæc idcirco dicta sunt, ne laudantium dominum dignæ admirationi pulcherrimum illud desit miraculū, quod agnus exiguus vicit, & contriuit leonem maximum, pressitq[ue] os superbi, vt molle proferret eloquium. Porro quod hic dictum est. [Feceruntq[ue] filij Israel, sicut p[re]ceperat dominus, & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea & aurea, vestemq[ue] plurimam, & spoliauerunt Aegyptios.] nō sic putandum est, quod tunc primum cum exire compellerentur, illa petierunt: neq[ue] enim abeuntibus commodarent Aegyptij, sed sic intelligendum est, petierunt, ac si diceretur, quæ petierant asportauerunt. De cuius etiam spoliij iusta causa, spiritualiter nobis imitanda, tam superius est dictum.

Quid sit, vulgus promiscuum & innumerabile cum eis ascendere.

## CAPVT XIX.

**P**rofectiq[ue] sunt filij Israel de Ramesse in Socoth, sexcenta ferē milia virorum absq[ue] paruulis. Sed & vulgus promiscuum & innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis. Quamuis non in pluribus eorum, beneplacitum fuerit deo, siquidē prostrata sunt corpora eorum in deserto, nomen tamen filiorum Israel, numerusq[ue] perfectus, scilicet, centuplex senarius eos tantū significat, qui sic ad Christum veniunt fugientes hunc mundum, vt & digni gratia vel adoptione filiorum dei, & apud patrem omnes numerati sunt. Cæterum vulgus promiscuum & innumerabile, quod ascendit cū eis, eo ipso quod innumerabile fuit, typum eorum gessit, qui quā plurimi ad fidem nominē tenus veniunt, & verbō tenus confitentur se nosse Christum. De qualibus propheta in psalmo dicit: Annunciaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Porro quod sequitur. [Coxeruntq[ue] farinam quam dudum consperiam de Aegypto rulerant, & fecerunt subcineritios panes azymos, neq[ue] enim poterant fermentari, cogentibus exire Aegyptijs & nullam moram facere sinentibus.] Idem est, ac si diceretur. Etiam si non fuissent à fermentato prohibiti, tanta fuit instantia exire compellentium, vt nō possent fermentari. Eiusmodi dictio sæpe dicto consentit azymorum mysterio, quia videlicet quod azymi, id est, synceri de tenebris peccatorū nostrorū exiimus, nō hoc industria nostræ, sed diuinæ gratiæ debet ascribi, quæ spirituales Aegyptios cum suo fermento citius absterit compulsi.

De quadringentis & XXX. annis, quibus habitauerunt filij Israel in terra Aegypti, vnde incipiendo debeant computari.

## CAP. XX.

**H**abitatio autem filiorum Israel, qua manserant in Aegypto, fuit quadringentorū XXX. annorum. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti. Hoc si ad solas quatuor generationes respicias, quia generatione quarta exierunt filij Israel de Aegypto, stare non potest, etiam si Leui, Caath, & Amram, non prius quā centenarij essent, filios genuissent, & Moyses quartus à Leui iam centenarius coram Pharaone stetit, p[re]sertim, cum Leui & ceteri filij Iacob, iam grandes, & singuli cum coniugibus suis, & filijs introierunt in Aegyptum. Vnde ergo, vel quo potius à principio istos quadringentos XXX. annos numeremus, Apostolo teste habemus, qui cum dixisset ad Galatas: Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius, non dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus, statim intulit. Hoc autem dico: Testamentum confirmatum à deo, quæ post quadringentos & XXX. annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Igitur à promissione dei dicentis ad Abraham, cum ille esset LXXV. annorum, benedicam benedicientibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq[ue] in te siue (vt in alio loco dicit) in semine tuo benedicentur vniuersæ cognationes terræ, quo verbo Apostolus dicit, confirmatum testamentum à deo. Hos annos computari oportet & icire, quia cum hac seruitute filiorum Israel, peregrinatio quoq[ue] patrum intra quadringentos & triginta annos comprehensa est. Et recte, nam & pater Abraham post eandem promissionem primus in Aegypto peregrinatus est. Vnde & reuerus erat quando dictum est ei. Scito, quod peregrinum futurum sit semen tuum, in terra non sua, & subiicient eos seruituti, & affligent quadringentis annis, nec dum enim impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsq[ue] ad p[re]sens tēpus. Vbi notandū, quia nō dixit, & affligent quadringentis & triginta, sed tantum quadringentis annis, iam enim aliquid de hac summa diminutum fuerat à p[re]dicta confirmatione testamenti. Itaq[ue] lummæ CCCC. triginta annorum, detrahere primum XXIII. annos, qui ex quo locutus est deus ad Abraham vsq[ue] ad natiuitatem Isaac interfuerunt, & quadraginta annos Isaac ante natiuitatem Iacob. Itemq[ue] XC. annos Iacob, quibus exactis genuit Ioseph, ac deinde C. & X. annos Ioseph, quo viuente cuncta fuere prospera, & non remanent seruituti filiorū Israel plures quā C. XLIII. anni, sicut ante nos diligenter à temporū scriptoribus pernotatum.

1. Cor. 10. Numc. 14.

Psal. 119.

Galat. 3.

Genes. 12.

Genes. 22.

Genes. 15.

pernotatum est. Et nota diligenter, quia sceleris quod in fratrem suum filij Iacob commiserunt, in decuplum filijs eorum in tertiam & quartam generationem, poena secundum tempus reddita est. Ille nanque venditus ab eis, quatuordecim annis seruiuit, quippe qui cum venundatus esset, sedecim erat annorum, quando autem de carcere eductus coram Pharaone stetit, triginta erat annorum. Quatuordecim vero decies multiplicati, centum & quadraginta fiunt. Igitur vt dictū est in decuplum illis poena seruitutis repēta est. Quibus expletis, ait, eadem die egressus est omnis exercitus domini de terra Aegypti. Hoc dicto palam innuit scriptura, quia non saltem vna die memorati sunt vltra annos quadringentos XXX.

De eo quod dictum est: Nox ista obseruabilis domino, & cætera. Et de nocte paschali Christianorum.

## CAPVT XXI.

**N**ox ista obseruabilis domino, quando eduxit eos de terra Aegypti. Hanc obseruare debent omnes filij Israel, in generationibus suis. Nox ista, subauditur, quādo immolatus est agnus, & primogenita Aegypti caesa sunt. Equidem alia nox fuit illa, cuius in vigilia matutina, respiciens dominus super castra Aegyptiorum, per columnam ignis & nubis, interfecit eorū exercitum, & subuertit rotas curruum, ferebantq[ue] in profundum. Verūm nox vna pro duarum noctium rebus gestis, domino obseruabilis iusta est. Et recte: Nam vna eademq[ue] liberatio Israel, quæ in morte primogenitorum inchoata, in submersione Aegyptiorum cunctorum peracta est. Non ergo noua vel p[re]sumpta autoritate, sancta Romana ecclesia duarum itidem noctium acta, vna eademq[ue] nocte celebrari instituit: vnius scilicet qua comprehensus & ad mortem ductus, primogenitus Pharaonis, id est, superbiam diaboli cruce sua transfixit: alterius vero qua resurgens à mortuis plenum gaudium tam de animarum redemptione, quam moriendo acquisiuit, quā de corporum resurrectione, quam resurgendo acquisiuit, toti mundo attulit. Hæc inquam duarum noctium acta vna nocte celebrare instituit, in laudem & gloriam veri agni, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostram moriendo deuicit, & vitam resurgendo reparauit. Hanc inquit, obseruare debent omnes filij Israel. Ita planè faciunt. Omnes filij Israel, imò omnes filij dei, qui dispersi fuerant, congregati in vnum, post huius noctis sacramentum, qua Christus dei filius tanquam agnus occisus pro illis, tanquam leo resurrexerit, nocte istam concordī vbiq[ue] tripudio celebrant, illam esse non dubitantes, de qua scriptum est. Et nox vt dies illuminabitur, & nox illuminationis mea in delitiis meis. Idcirco noctem quæ vt diem sequentem, sancta ecclesia quantum potest concelebrat, eodem namq[ue] victoriose resurrectionis obsequio in vespera, quo & sequenti die perfluit. Prius enim vespertinum quā matutinum sacrificium tantæ solennitatis immolat. Cur hoc? Videlicet quia est resurrectio prima, quæ noctem, & resurrectio secunda, quæ diem illustrat. Resurrectio prima, est remissio peccatorum, quam renascentes ex aqua & spiritu sancto in illa paschali vespera accipiunt, & ita iam in anima resurgunt: Resurrectio secunda resuscitatio corporum est, quæ iam in Christo facta, & tandem in omnibus facienda est. At verò p[re]sens ecclesia, quæ nox aliquando erat, hac prima resurrectione fit lux, & sicut dies illuminatur. Per hanc enim quicq[ue] nostrum, & nunc dum in corpore est, veritate fulget, & post corporis solutionem tota vespera sabbati, donec luceat in prima sabbati, quæ ipsa octaua erit, illuminatur vt dies, & interim sola anima sabbatizat, quia in requie est. Recte igitur ante lucem primæ sabbati ipsa vespera sabbati iueunditate illuminatur paschalis sacrificij, p[re]centore Christo, dicente, & nox vt dies illuminabitur, & nox illuminatio in delitiis meis.

De eo quod dominus ait. Hæc est religio phasæ.

## CAP. XXII.

**D**ixitq[ue] dominus ad Moysen & Aaron. Hæc est religio phasæ: Omnis alienigena non comedet ex eo. Omnis autem seruus emptitijs circumcideretur, & sic comederet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. In vna domo comederetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius confringetis. Hæc est, inquit, religio phasæ. Planè religio sancta & iusta & bona. Quid enim? Num quid alienigenam pro vili cōditione refutat? Proculdubio repugnat quod dicitur, omnis autem seruus emptitijs circumcideretur, & sic comederet. Ergo alienigena quandiu fuit liber, non vescetur, vbi autem in seruum fuerit emptus, ipse vescetur ex eo. Quare? Videlicet quia alienigena, dum liber est, postquam hodie comederit phasæ, cras vel cōtinuò, si voluerit communicabit superstitioni Aegyptiæ, non diuidicans inter vtrumq[ue]: similiterq[ue] mercenarius, quia stabilitatem in domo Israelitica non est professus, & idcirco non habet vnde ad phasæ semel gustatum constringatur. Igitur deus, non quia sit deus carnalis Israel tantū, & non gentium, sed propter vagam instabilitatis licentiam, refutat alienigenam & mercenarium, cum admittat seruum emptitijs, id est, eum tantū, qui suscepit per baptismū emptionis Christi sacramentū. Etiam si iam sit catecumus, nō vescetur, sed quasi mercenarius à ceteris vescentium segregabitur, vt nec saltem consistat in domo, dum hoc phasæ immolatur, dum à domesticis fidei comeditur. Sed & in alterius sectæ homines, in quoscunq[ue] hæreticos, vel schismaticos, hoc phasæ diuidere, nefarium est, etiam si sanguine agni

Psal. 119.

agni signatos se habere dicant suarum frontium postes. Ait enim: In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras. Hæc iussio secundum literam, illud necessario fieri cogit, quod superius dictum est. Si autem minor est numerus, ut sufficere non possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum, qui coniunctus est domui suæ, & cætera. Porro secundum spiritum vnitatis sanctæ ecclesiæ commendatur attentius, scilicet, ut manducaturi mensam dominicam simus domus vna, id est, id ipsum dicamus omnes, & non sint hæreses in nobis & schismata. Tunc enim non vna in domo comeditur agnus, sed foras carnes eius efferuntur, quando indiscretè tribuitur scindentibus vnitatem fidei, cum in scissura mentium deus non sit. Ergo cum præsentis testimonio scripturæ, licet confidenter dicere, quia non est verum sacrificium, quod sit extra vnitatem ecclesiæ. Nec os, inquit, illius confringetis. Hoc testimonio sanctus euangelista sic vsus est. Ad Iesum autem cum venissent, & viderunt eum iam mortuum, non frugerunt eius crura. Et subinde: Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Ergo & iuxta proprias vocum significationes prophetia manifesta est. Et nihilominus tamen quotidie nobis mysticè obseruandum est, ut os illius, id est, verbum per quod subsistit, cibi & potus huius sacramentum non confringamus, sed integrum atque illibatum custodiamus. Qui enim quippiam de diuinitate agni huius peruersum sentit, ipse sibi os illius confringit. Prescripto quod intrus manducari, & nihil de ossibus eius foras efferre debeat, tandem de illis qui foris sunt, consilium dat. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phasem domino, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc ritè celebrabit, eritque sicut indigena terræ. Si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono, qui peregrinatur apud vos. Ergo quisquis adhuc peregrinus, & nondum domesticus fidei est, siue ille paganus, siue sit hæreticus, aut certè falso iudeus, circumcidatur domino circumcissione cordis, & aurium, quod est in Israelitarum transire coloniam, & tunc vescetur carnibus agni, quæ non debent extra vnam catholicam ecclesiam efferri. Possimus per indigenam & colonum, quorum lex eadem sit, & eum qui ex circumcissione est, & eum qui ex præputio est, intelligere populum, quorum alter qui ex circumcissione est, indigena rectè dicitur, alter qui ex præputio, colonus. hospes enim testamentorum, & alienus olim erat à conuersatione Israel. Vtriusque populi eadem lex est, ut tam hic quàm ille, omnis cunctis superstitionibus, vel iustitijs carnis, solam Christi querant gratiam, & per hunc angularem lapidem quasi duo parietes in vnam domum conueniant.

Iohan. 19.

Ephel. 1.

*De Socoth, id est, tabernaculis, & de duabus solennitatibus paschæ, & tabernaculorum.*

CAP. XXIII.

**F**ecerunt omnes filij Israel sicut præceperat dominus, & in eadem die eduxit dominus filios Israel de terra Aegypti. Dicendo in eadem die eduxit dominus, ad memoriâ reuocare contendit, vbi hæc & ea quæ adhuc sequuntur præcepta sint data, scilicet in Socoth, vbi primum tetenderunt tabernacula, profecti de Ramesse. Congregati enim in Ramesse, quod interpretatur commotio tineæ, siue tonitruum gaudij, videlicet vbi seruilem tineam deposuerunt, & in gaudium exierunt, illic (ut dictum est) primum tabernacula tetenderunt. Vnde & ex ea re, locus nomen accepit. Socoth quippe interpretatur in lingua nostra tabernacula, siue tentoria. Et ob hoc septimo mense solennitas tabernaculorum constituta est, non quod illuc septimo mense venerint, sed vnum eiusdemque gaudium exitus, in duas solennitates ita dispartitum est, ut in principio anni, id est, primo mense, solennitas paschæ, vel azyorum, in medio autem anni, id est, secundo mense, festiuitas ageretur tabernaculorum, quintadecima die mensis septimi, quora videlicet die mensis primi venerunt in Socoth, & post ergastula Aegyptiorum propria libertatis suæ tentoria fixerunt.

*De eo quod ait dominus: Sanctifica mihi omne primogenitum, &c. Et cur addiderit dicens: Quod aperit vuluam.*

CAP. XXIII.

Cap. XIII.

**L**ocutus est dominus ad Moysem dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus, quàm de iumentis. Mea enim sunt omnia. Et post pauca: Cumque introduxerit te dominus (ait Moyses) in terram Chananæi, separabis omne primogenitum quod aperit vuluam domino, & quod primitiuum est in pecoribus tuis. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis pretio redimes. Lex ista propria primogenitorum est. Cæterum illa tam primogenitorum, quàm & posterius natorum lex communis est, quæ in Leuitico hoc modo scripta est. Cumque expleti fuerint dies purgationis eius, scilicet mulieris, quæ filium vel filiam peperit, pro filio vel filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbæ, siue turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonij, & cætera. Quod si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures, vel duos pullos columbæ, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato, orabitque pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Itaque primogenitus hominis dupliciter legi debitor fuit, primum ut domino listeretur redimendus, deinde ut hostia pro illo sicut pro cæteris daretur, Vtrunque in deductione domini, euangelista hoc modo denuntia

Leuit. 12.

denuntiauit: Tulerunt, inquit, eum in Hierusalem, ut listerent eum domino, sicut scriptum est in lege Moyfi, quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Hoc pro lege primogeniti, quia videlicet dominus noster, cum sit matri suæ vnigenitus, consequenter est & primogenitus: quamuis non econuerso, primogenitus omnis sit etiã vnigenitus. Sequitur euangelista. Et ut darent hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarum. Hoc pro lege matrum communi, quia videlicet sic fieri tam pro filia quàm pro filio, lex absque vlla exceptione iussit, non pro redemptione partus, sed pro emundatione parientis. Porro quod dicit omne autem primogenitum hominis, de filiis tuis subauditur, non de alienigenis siue mercenarijs, pretio redimes: non tam iussio, quàm permissio est. Nam qui pretio redemit, bene quidem fecit: veruntamen Anna quæ Samuelem non redimere voto proposuit, melius fecit. Quare autem cum dixisset, sacrificia mihi omne primogenitum, addidit, quod aperit vuluam: Videlicet ut dubium non esset quod intendit. Vult autem primogenitum omnis vteri, quod plus est, quàm primogenitum viri. Sepe enim factum est & fit, ut plures vnus vxoris viri sint. Ne ergo suspicari liceret, quod de quamlibet multis vxoribus vnum deberet primogenitum vnus vir, rectè cum dixisset, omne primogenitum, addendo quod aperit vuluam, suam exactione definiuit. Porro quod dicit, sanctifica, id est, sanctione legis quam violari vel præteri non liceat, mihi vendica. Quod deinde ait: (Primogenitum asini redimes oue, quod si non redemeris, occides.) Cum literalè rectitudine, morale quoque suauitate continet, scilicet ut præcedentia carnis opera, postere spiritus correctione quisque superet. Peccatum namque carnis primogenitum asini: elemosyna verò qua præcedens peccatum redimitur, rectè dicitur ouis. Quod si non redemeris, inquit, interficiet, quia videlicet qui peccata sua redimere renuit, morti sempiternæ semetipsum addicit.

*De lege ceremoniarum, & quod non fuerit eiusdem autoritatis & stabilitatis, cuius*

*Christi præcepta, quæ sola referuntur scripta esse digito dei.* Cap. XXV.

**S**anctifica mihi, inquit, omne primogenitum quod aperit vuluam in filiis Israel, tam de hominibus quàm de iumentis. Mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populū: Memento diei huius, in qua egressi estis de Aegypto, de domo seruitutis, &c. Notandum, quod cum dixerit dominus: Sanctifica mihi omne primogenitum, hic internuncijs domini, alia præloquitur ad populū, & dicit, ut meminerint diei huius, cum eos introduxerit dominus in terram Chananæi, ut custodiant eius cultum statuto tempore à diebus in dies. Hodie mense nouarū frugū, id est, quintodecimo die Aprilis, quo iam secundum temperiem aeris, apud illos primæuæ fruges velci possunt, hoc intendens, ut agnum & azyma, quorū vsus semel acceperunt, diligenter per omnes annos obseruent. Hoc dicimus, ne ignoremus, quid iudeis respondeamus, arbitrantibus carnales ceremonias suas eiusdem autoritatis siue stabilitatis esse debere, cuius & illa decem præcepta vitæ, quæ in tabulis lapideis scripta sunt. Verum ipse legislator hoc pro summa differentia de illis dixit, quia scripta sunt digito dei, quod nusquam dixit, nec dicere debuit de huiusmodi, quas transitorias fore noverit ceremonias. Et Apostolus cum dixisset: hoc autem dico testamentum confirmatum à deo, quæ post quadringentos & triginta annos, facta est lex, non irritum facit ad euacuandas promissiones, protinus ait: Quid igitur lex? Propter transgressores posita est, donec veniret semè cui repromiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Legem ceremoniarum ordinatam dixit, non in manu vel digito dei, sed in manu mediatoris Moyfi, cum testamentum à deo confirmatum asseruerit, sicut econuerso, Moyses præcepta vitæ digito dei scripta dicit, cum de sacrificijs vel solennitatibus obseruandis nihil tale dixerit. Igitur non tantum hic, vbi Moyses iniussus repetit de azyimis, legemque dat de festis annuis, sed & vbi cunctis per manū eiusdem mediatoris, populo illi aliqua instituuntur eorum, sine quibus testamentum à deo cum Abraham confirmatum fuit, sic accipienda sunt, non tanquam iussa, sed tanquam permissa, videlicet propter transgressiones, ut verissimè Apostolus ait: Vincula enim quædam fuerunt propter transgressiones posita, scilicet ut dum talium sacrificiorum vel festorum ritu detinerentur, non vacaret eis errare à deo suo, in suis adinventionibus, & illicitis idolorum cultibus: Proinde confidentibus in illis loquitur per prophetam idem deus: Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum, sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus. Et ambulate in via quam mandauit vobis, ut bene sit vobis. Non sum locutus ait, id est, non præcepi. Nam quæcunque talium velut ex ore meo Moyses iussit, non me iubente, sed me permittente præcepit. Et in Dauide: Nunquid manducabo carnes taurorū, aut sanguinem hircorum potabo? Et multa his similia.

Galat.

Hierem.

Psal. 49.

*De primogenitis domino sanctificatis, & quod filij Leui vsque ad Christum, in carnali sacerdotio fuerint reputati.* CAP. XXVI.

**Q**uod iure primogenitum omne exigat, ratione subiecta manifestat. [Cum inquit] interrogauerit te fili tuus, dicens: Quid est hoc? Respondebis ei: Quia in manu forti eduxit nos de terra

terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharaon, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum. Idcirco immolo domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. ¶ Consentimus æquitati quorquor in hoc sanctorum legum auditorio consistimus iuris periti, vel sensum habentes veritatis, quia ius est, ut pro quorū liberatione, illa corporaliter primogenita cæsa sunt, ab eis liberatori suo deberetur omne primogenitum. Sed loquitur dominus in libro Numerorum ad Moysen, dicens: Ego tuli leuitas à filiis Israel, pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filiis Israel. Eruntque leuitæ mei, meum est enim omne primogenitum, &c. Item: Numera (inquit) primogenitos sexus masculini, à mense & supra, & habebis summam eorum. Tolleque leuitas mihi, pro omni primogenito filiorum Israel. Quæritur ergo: Si omne primogenitum de filiis Israel, pretio redemptum est, quo iure tolluntur domino leuitæ, pro omni primogenito filiorum Israel? Vel si leuitas tollere habebat pro primogenitis, qua rectitudine pretium pro primogenitis dari iussit vel accipit? Ad hæc inquam, Sacerdotium verum primogenitorum est. Etenim eorum omnium vnus futurum erat, ut fieret sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, quem multis locis scriptura sancta primogenitum appellat, videlicet respectu omnium filiorum Israel, id est, omnium filiorum dei, ut Apostolus dicit: Nam quos præcæuit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij dei, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Amplius autem Lucas dicitur, Tulerunt eum in Hierusalem, ut scirent eum cum domino, sicut scriptum est in lege domini: quia omne masculinum aperiens vuluam, sanctum domino vocabitur, præmisit ita de virgine, dicens: Et peperit filium suum primogenitum, videlicet ut cognitor legis domini, subaudiatur, quod vocaretur domino sanctum, cuius munus & verum repositum erat sacerdotium. Porro illud carnale sacerdotium legis, veri huius sacerdotij vicarium fuit, nec tanquam necessarium vel ad salutem sufficiens positum est, sed quasi pædagogus propter transgressiones, donec veniret cui repromiserat sacerdotium, testatur deus dicens: Quod in illo benedicerentur omnes gentes. Ergo quia primogenitorum (vt iam dictum est) sacerdotium erat in Christo repositum, carnale autem sacerdotium, huius fuit vicarium: iustum erat, ut quorū videlicet primogenitorum filij Leui vicæ egerunt, eorum quoque ad necessarium vultu acciperent precium, proprios funiculos inter fratres suos filios Israel non habituri, iuxta sententiam patris sui Iacob dicens: Symeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia, diuidas eos in Iacob, & dispergas eos in Israel. Igitur quia propter transgressiones vicariū sacerdotiū posuit, donec verū veniret sacerdotiū, quod primogeniti est iure: & vacantia primogenita redimebantur, & eorum vicarij sacerdotes ac ministri, illorum precio locabantur ministraturi pro ipsis, donec primogenitus veniret, qui seipsum non redimeret, sed assistens domino per proprium sanguinem, amoro statim vicario, tolleret sacerdotium suum secundum ordinem Melchisedech.

De eo quod dictum est: Non eos duxit dominus per viam terræ Philistij, &c. cat. era.

Igitur cum dimisisset Pharaon populum, non eos duxit deus per viam terræ Philistij, quæ vicina est, reputans, ne forte poeniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuertetur in Aegyptum, sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrū. ¶ In cantico suo paulo post Moyses dicit: Ascenderunt populi & irati sunt, dolores obtinuerunt habitatores Philistij. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Cum dixisset, ascenderunt populi & irati sunt, quasi quereres, qui populi & quomodo irati sunt? Dolores (inquit) obrinuerunt habitatores Philistij, & cætera. Principes Edom conturbatos fuisse, robustos Moab tremuisse, omnes habitatores Chanaan obriguisse: habitatores autem Philistij doluisse dicit, id est, inuidisse. Igitur maxime habitatores Philistij erant vitandi, non frustra, quia aliis timentibus soli contra Israel iam hostilem coquebant inuidiam. Sed nunquid dominus contra Pharaonem & Aegyptios pro Israel pugnare poterat, & contra Philistæos non poterat? Plane & contra istos poterat, sed in hoc sicut in cæteris factis, quæ superficies historica continet, spirituale instrumentum rationabiliter prouidebat. Spiritually nanque hoc agit in omnibus electis suis, in Aegypti exitu, id est, in initio conuersionis, vel dum nouitius est conuersi animus, nec totus exiit de pristinis erroribus, pacatum à vitijis parat viam, quatenus qui vocati sunt, tranquillè & delectabiliter egrediantur, ne subitis tentationibus pulsati, à proposito sancto vix incepto deterreantur. Præterea & illa gens erat, quam dominus Israeli referuare decreuerat vtiliter, ut per illam exerceatur, & quasi proximo flagello castigaretur, quoties legem dei sui relinqueret, quod sæpe futurum erat. Igitur non quasi timidus, vt simplex sermo Ionare videtur, sed bene prouidus, non eos duxit per viam terræ Philistij, sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta mare rubrum. Circumduxit, & circumducendo erudiuit, sicut ipse hic Moyses ait in cantico Deuteronomij: Circumduxit eum & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui. [Et armati (inquit) ascenderunt,] Videlicet

Videlicet in nostri exemplum, qui non ad ocia, de Aegypto huius seculi, sed ad bella vocati sumus, contra barbaricas acies vitiorum, aduersus phalanges malignorum spirituum, quanquam ipsi nondum essent idonei ad bellum ante rubri maris transitū, sicut & nos nihil fortiter agere potuimus, ante perceptum salutare baptisimi Christi sacramentū. [Tulit quoque Moyses ossa Ioseph factū, eo quod adiurasset filios Israel, dicens: Visitabit vos deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.] Ad mirandum ordo diuini iudicij. Venditores fratris fecit deus descendere post eum in Aegyptū, & non ipsi viuentes viuam reduxerunt, sed ipsi defunctis illic remanentibus, filij eorum mortuū reuexerunt, eiusque in peregrina terra sepultis, hic verò reconditus in terra & hæreditate patrum.

De eo quod dictum est: Nunquam defuit columna nubis per diem, neque columna ignis per noctem coram populo.

Profectique de Socho, castrametati sunt in Etham, in extremis finibus solitudinis. [Etham interpretatur fortitudo. In eo quod dicitur, In extremis finibus solitudinis, ostenditur, locū inter confinia esse eremi & Aegypti.] Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columnam nubis, & per noctem in columnam ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem coram populo. [Vbi in hoc sanctæ scripturæ cœlo lucida occurrunt sydera, omnia in fontem sui luminis, scilicet in verum Iohannem Christum respicientia, & nullus locus vacuus est. Ecce columna nubis per diem, & columna ignis per noctem, dux itineris vtroque tempore in conspectu filiorum Israel, videlicet iuxta oculorum naturam, qui vt sequi valeant, & sub sole nubem, & in nocte facile dignoscunt ignem. Quisnam est hic dux itineris, nisi qui & dux & via nobis est, Iesus Christus filius dei? Ipse nempe columna ignis, quia verus deus: ipse idem columna nubis, quia verus homo est. Vnde signanter & proprie loquens scriptura non dicit: dominus autem præcedebat eos in columna nubis, & in columna ignis, sed in alio casu, quem accusatiuum dicunt grammatici, in columnam nubis & in columnam ignis, id est, sicut columna nubis & sicut columna ignis. Cum adhuc esset nox, erat tantum ignis: vbi autem dies gratiæ, vel tempus miserationis aduenit, nubes factus est qui ignis erat, id est, homo vel caro factus est, carnem induendo qui deus erat. Plus est sol igneus, sol iustitie in die, quæ ignis splendens igni verbi prophetici in nocte. Sol vt tolerari possit venit in nube, id est, deus, vt cum hominibus conuersaretur, venit in carne. Hinc iam oportune propheticum arripimus testimonium. Ait Elaias: Ecce ascendet dominus super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, &c. Cum præsentem nunc historia illa conferatur prophetia. Etenim quæ hic factis eadem illic mysteria signata sunt dictis. Si quidem Aegyptus hunc mundum, filij autem Israel, electum significant populum Christi, nunc pro parte illorum, qui eius usque in finem seculi sequuntur aduentum. Nam supra vbi agnus immolatus, & Aegypti primogenita cæsa sunt, Aegyptus infernum, filij autem Israel electi Christi significabant populum, pro parte illorum qui aduentū vel passionem eius præcesserunt, & apud inferos repositi, illuc venturum expectauerunt.

Esaiæ 19.

De eiusdem columnæ sensu mystico.

Igitur columnæ huius mysteria nouimus, quæ in nocte, id est, nondum reuelata luce gratiæ, ignis erat, & exiguum, id est, per paucis in prophetalem gratiam lucebat, exiguum, inquam, videlicet comparatione diei præsentis, quando totus fons ignis verus sol & fons luminis totus cum nube suæ carnis venit. Quamuis sit sol in nube, clarius tamen lucet, quam dudum ignis in nocte. Ad quid eiusmodi columna nos præcessit? Videlicet vt ostenderet nobis viam fugiendi à Pharaone rege Aegypti, id est, à diabolo principe huius mundi, ad hoc vt aperiret nobis viam maris rubri, id est, gratiæ baptismi sanguine suo rubetis, vt ingressi cum Pharaone, Aegyptij post nos in mare, id est, baptizatos nos in morte Christi persequentes, idololatræ gentes perirent de memoria nostra cum dijs, imò cum daemonijs suis, & confunderentur omnes qui adorant sculptilia, qui gloriantur in simulachris suis. Quid aliud propheta supradictus capitulo prædicto declarauit? Cum dixisset: Ecce ascendet dominus super nubem leuem, id est, accipiet mundam carnem, quæ hic intelligitur per nubem candidam, & ingredietur Aegyptū, statim subsequentes eius effectus intulit huiusmodi. Et mouebitur simulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabescent in medio eius, & occurrere facia Aegyptios aduersum Aegyptios. Et post aliqua, dominus miscuit in medio eius spiritū vertiginis, & errare fecerunt Aegypti in omni opere suo, sicut errat ebrius & vomens, &c. Hoc tantū interest similitudinis, quod hinc omnes reprobi per Aegyptios, & omnes electi per filios Israel significant: in illa autem propheta diuiditur Aegypti contra Aegyptios, subaudiunt, electi contra reprobos, eo videlicet intuitu, quod omnes homines tam qui à nobis assumuntur, qui qui relinquunt, omnes in quibus nos eramus gētes ad simulachra muta prout ducebamur eūtes. Pro parte reproborū, qui cum dijs suis & principe diabolo relictū sunt, dicit: Stulti principes Thaneos, sapientes consiliarij Pharaoni derideat consiliū insipientes. Quomodo dicitis Pharaoni, filij sapiētū ego filij regū antiquorū? Vbi sunt nunc sapientes tui, &c. Pro parte verò electorū, qui à diabolo recesserūt, subsecutus ait: In die illa erit altare dñi in medio terræ Aegypti, & titulus iuxta terminū eius dñi. Et erit in signū & in testimonij

Psal. 69.

Esaiæ 19.

1. Cor. 12.

Esaiæ 19.

domino exercituum in terra Aegypti: Clamabunt enim ad dñm à facie tribulatis, & mittet eis saluatore & propugnatorē qui liberet eos. Et cognoscetur dñs ab Aegypto, & cognoscet Aegyptij dñm, &c. quæ cuncta nunc persequi, onerosum est. Proinde quomodo dominus populi sui ductor fuerit in columna nubis, & persecutores eius in profundū demerferit, profequendum est.

De mystica castrorum positione.

CAP. XXX.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Reuersi castrametentur è regione Phiairoth, quæ est inter Magdalū & contra Beelsephon, in cōspectu eius castra ponetis supra mare. Phiairoth os nobilium, Magdalū siue Magdol (vt in plerisq; codicibus habetur) magnitudo siue turris, Beelsephon dominus aquilonis interpretatur. Reuersi inquit, subauditur de Etham, vt non irent (sicut iam dictum est) per terram Philistinorum. Etham interpretatur fortitudo. Tu (inquit Psalmista) siccastri fluuios Etham, id est, annihilasti sapientiam fortium. Ergo contrariam fortitudinem, tam Aegyptiorū quā Philistinorū, id est, tam dæmonū & eorū qui illos colunt, quā & Iudæorum siue hæreticorum secundum nomen Philistinum potione cadentium, quia miscuit eis dominus spiritum vertiginis, sicut est ex propheta supra dictū. Has, inquam, contrarias fortitudines fugientes, castrametentur è regione Phiairoth, quod (vt iam dictum est) interpretatur os nobilium, & significat nobilem doctrinam vel fidem Apostolorū. Inter Magdalum & mare, id est, inter magnam turrim fortitudinis, scilicet Christum, & sanctū eius baptismū. Contra Beelsephon, id est, contra diabolū, aquilonis dominū, qui ausu superbiæ elarus Sedebō (inquit) in monte testamenti, in lateribus aquilonis, id est, eos possidebo, qui frigidū remanebūt à dilectione creatoris. Tali vtiq; positione spiritualiter castrametantur nostri catecumini, quādo fugientes huius mūdi Aegypti, vbi simulachra muta coluerūt, & abominati sunt oēs sectas hæreticorū, qui æstimatione sua Etham, id est, fortes sunt, veniūt ad mare, scilicet ad vnicū & veri baptismi sacramentū, quod in vna sancta catholica atq; apostolica ecclesia quaerendū atq; confitendū est. Quid hoc præcepto intendat dominus, subdendo manifestat. [Dicitur usq; est Pharaō super Israel: Coartati sunt in terra, conclusit eos desertū. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos.] Ordo præposterus. Nam sensu prius est, & indurabo cor Pharaonis, posterius verò dicitur usq; est Pharaō super filiis Israel. Sed vt competentiū, secundū personam sermo continuaretur, & indurabo cor Pharaonis ac persequetur vos, ac glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, sic rectè commutatū est. Porro de verbo hoc, & indurabo, modò superius est dictū, quia videlicet indurabo, id est, odiū ac liuorem eius felicitate excentium torquebo. Dicitur est, inquit, coartati sunt in terra, conclusit eos desertū, id est, hinc terra Aegypti, inde terra Philistinū, atq; inde rursus deserto, à quarto climate mari rubro conclusi, effugere non poterunt. Et glorificabor (inquit) in Pharaone, & in omni exercitu eius. Propriè tam secundum historiam, quā secundū allegoriam dictū est, & glorificabor, quia videlicet, cum multa fecerit magnalia in Aegypto, nullo magis glorificatus est quā eo, quod sic terribiliter Pharaonem & exercitum eius demersit in mari rubro. Et cum in celo & in terra magnalia fecerit absq; numero, de nullo gloriosius prædicatur, quā de eo, quod per humilitatem Christi filii sui diabolū deiecit, & consiliū eius præcipit. Porro quod tandè dicit, & scient Aegypti, id est, nescire non licebit Aegyptiis, quia ego sum dominus: verbi gratia, cum dicent, occurrentibus sibi aquis, fugiamus Israelem, dominus enim pugnat pro eis.

Psalm. 37.

Esaiæ 14.

Cur Pharaō abeuntes persecutus est.

Roma. 9.

De eiusdem Pharaonis, diaboli typū gerentis, induratione. CAP. XXXI.

Et nunciatum est regi Aegyptiorum, quod fugisset populus, &c. Nonne hic est Pharaō, qui supra dixit: Surgite, egredimini, & abeuntes benedicite mihi? Quomodo ergo nunc dictū est: & nunciatum est regi, quod fugisset populus? An quia petierant filii Israel ab Aegyptiis vasa argentea & aurea, vestemq; plurimam, & spoliauerant Aegyptios, & vulgus promiscuū atq; innumerable, forsitan de mansipiis Aegyptiorū dominos suos fugiens, ascenderat cū eis, idcirco sic dictū est: & nunciatum est, quod fugisset populus. Etenim ea ipsa quoq; causa non parū innuit, vt spoliis Aegypti potiti filii Israel, quanto cupidius onustati, tanto libentius ac properantius irent ad imperium domini. Pharaō autem, tanto ad persequendum proniorem haberet exercitum, quanto insanius accepissent, auro vel argento suo se esse spoliatos ab eis, quos dudum libertate spoliauerant. Vnde inflammati, seq; inuicem cæco furore inflammantes. [Quid (inquiunt) volumus facere, vt dimitteremus Israelem, ne seruiret nobis? Iunxit ergo currum suum Pharaō, & omnem populum suū assumpsit secum. Tulitq; sexcentos currus electos, quicquid curruum in Aegypto fuit, & duces totius exercitus. Indurauitq; dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel. At illi egressi erant in manu excelsa, & cetera.] Sepe via est, & nūc extrema vice sancta vitur scriptura, verbo illo terribili. Indurauitq; dominus cor Pharaonis, nihil verita, ne loquatur iurū siue figmentū contra figulū & dicat: Ergo cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quid adhuc queritur? Volūtatē enim eius quis resistit? Nā si quid tale mutire audeat, dicitur ei: O homo tuq; es qui respōdeas deor: &c. Sed de hoc iam alio loco plenius dictū est. Spiritualiter tūc nūciatum est regi Aegypti, quod fugisset populus, quā per cepit diabolus, quod ex alto super oēs cœlos Christo, vocatis

vocatis ad fidem eius cunctis gentibus templa sua derelinquerentur, & simulachrorum eius sordes abijcerentur. Nam de illis, quos de inferno amiserit, quos triumphator Christus paradiso restituit, & intra muros supernæ pacis collocauit, nullum postea nunciū audiuit, nec anhelanti post illos eius inuidiæ spes vlla superesse potuit. Tunc ergo quando resurrectionis Christi gloria prædicari cœpit, & signum victoriæ eius effulit, vt audirent omnes gentes, quod iam iudicatus esset princeps huius mūdi, & idcirco transfugerent ad regnū victoris, titulumq; eius acciperet in frontibus suis: tunc inq; audito tristi nuncio, tulit currus electos, quicquid curruū in Aegypto fuit, verbi gratia: Neronē, Traianū, Deciū, Diocletianū, vel Maximianū. Isti enim & ceteri huiusmodi currus Pharaonis, currus electi fuere diaboli, & equi eius, iuxta Apocalypsim, Ruffi. i. sanguinei. Super hos ascendit, & persecutus est filios Israel. i. persecutionē publicā excitauit cōtra oēs in Christū credentes. At illi (inquit) egressi erāt in manu excelsa. Elegantissima oppositio. Excelsi videbatur prædicti currus Pharaonis, & duces diabolici exercitus: id reuera manus dñi excelsa est, in qua egressi sumus, excelsa inq; manus dñi, & excelsus agnus dei, cuius sanguine redempti exiimus.

Iohan. 16.

Apoca. 6.

Psalm. 47.

Iohan. 16.

De eo quod leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt, iuxta sensum mysticum. CAPVT XXXII.

Cumq; appropinquasset Pharaō, leuantes filij Israel oculos suos, viderūt Aegyptios post se, & timuerunt valde, &c. Juxta historiā parua nimis est, nec dignis profectibus erudita, secundum quæ viderant opera dei, illorū fides dicentū ad Moysen. [Forsitan nō erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moremur in solitudine.] Porro iuxta altiorē sensum tūc leuantes filij Israel oculos suos, viderūt Aegyptios post se, quando auditores euangelij præcedentis columnæ iam illuminatos oculos cordis habentes, respiciunt præteritos errores, in quibus fuerūt, & conferentes veritati, quam nouo nuncio audierunt, valde admirati sunt, & conturbati sunt, cōmoti sunt, tremor apprehendit eos. Verū ibi dolores vt parturientis, id est, dolores non vani, sed fructum afferentes gaudij sempiterni: quemadmodū parturiēs postquā pepererit, dolorū vel pressuræ suæ iam non meminit, propter gaudium nati hominis. [Et ait Moyses ad populū: Nolite timere, state, & videte magnalia dei, quæ facturus est hodie. Aegyptios enim, quos nūc videtis, nequaquam ultra videbitis vsq; in sempiternum: dominus autem pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.] Hoc sicut in veritate historiæ factum est, ita veraciter in abundantia spiritalis gratiæ, per Christum hætenus factum est, & fit fugiter. Quia videlicet quoscunq; Aegyptios, quæcunq; opera tenebrarum, post se vident catecumini ecclesiæ, venientes ad catholicæ fidei baptismum, nequaquam ultra videbūt, nec erit eorum recordatio vsq; in sempiternum. Ibi enim per Christi sanguinem detur omne peccatū chirographum, dato spiritu sancto in peccatorū remissionem. Christus enim multorum peccata tulit, eorum sine dubio, qui per baptismum communicant similitudini mortis eius & resurrectionis. Vnde pulchrè ac fideliter inquit: dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, non quod iterum pugnet Christus, aut iterum moriatur, sed quia omnium qui credituri erant peccata tulit pugna præterita vel mors eius.

De eo quod ait Moysi dominus: Quid clamas ad me? Et quid significet virga eleuata super terram. CAP. XXXIII.

Dixitq; dominus ad Moysen: Loquere filiis Israel, vt proficiantur. Tu autē eleua virgam tuam, & extende manū tuam super mare, & diuide illud, vt ingrediatur filii Israel in medio maris per siccū, &c. Quid (inquit) clamas ad me? Hoc planè magne gratiæ, hoc dignæ & gratiosæ acceptionis est, dixit dominus ad vnum Moysen, in tali tempore, quid clamas ad me? Quid enim? Nonne & Aegyptij clamabant: Nonne & paulo ante dictum est, quia leuantes oculos suos, viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde, clamaueruntq; ad dominum? Clamabant planè & isti, grandemq; turbam faciebāt vocibus confusis. Sed quid sequitur? Forsitan (inquiunt) nō erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moremur in solitudine. Ergo clamabant quidem, sed non clamabant dignè, vt meritò diceret eis deus, quid clamatis ad me? Clamabant enim sine fide, qui clamor vanus & indignus creditur dei auribus. At verò Moyses quid clamauit? Nolite (inquit) timere, state, & videte magnalia dei, dominus pugnabit vro vobis, vos tacebitis. Hoc voce corporis ad populum, hoc grandi vociferatione fidei dixit ad dominum. Rectè igitur solū hunc audiuit illa columna nubis, illa columna ignis. Sic nimirum eadem columna, iam verè columna nubis, id est, idem deus iam indutus nube carnis, dum cum turbis ambularet, & à turbis comprimeretur, subito in clamauit: Quis est qui me tetigit? Mirantibus omnibus ac dicentibus: turbæ te comprimunt & affligunt, & tu dicis, quis me tetigit? Ille in sententia persistens, ait: Tetigit me aliquis. Ita planè hoc loco Moyses, quia filii Israel sine fide clamantibus, solus cum fide locutus est, solus audiri magno clamore potuit, quemadmodum illic mulier, quia turbis dominum irreuerenter comprimentibus, ipsa cum fide reuerentissima fimbriam vestimenti eius tetigit, sola sentiri meruit. Tu autem (ait) eleua virgam tuam, &c. iuxta altiorē sensum, quo hætenus cucurrimus, virga Moysi quæ super mare iubet dominus eleuari, vt diuidatur mare, & ingrediatur

Matth. 9.



ingrediantur filij Israel per siccum in medio maris: potestas est Christi filij dei, & vnica regula baptisimi, quam super aquas extendere iussit ducibus populi sui, scilicet Apostolis, postquam resurrexit a mortuis. Data est mihi (inquit) omnis potestas in caelo & in terra. Eunt baptizate omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ad hanc enim, quasi virgam, id est, vocem potestatiuam diuiduntur aquae, vt ingrediantur filij Israel, filij acquisitionis & salutis, id est, aperit se gratia spiritus sancti, suscipiens filios diaboli renascituros in filios dei, filios irae regenerandos in filios gratiae.

De eo quod dictum est: Qui diuisit mare in diuisiones, iuxta Psalmistam.

CAPVT XXXIII.

**A**unt Hebraei, quia non vna diuisio, sed duodecim factae fuerint maris diuisiones, videlicet secundum numerum duodecim tribuum filiorum Israel, vt vna quaeque tribus per sua diuisionem incederet, & hoc esse quod in psalmo pluraliter dictum est: Qui diuisit mare rubrum in diuisiones. Quod si ita est, nec hoc quidem a mysterio vacat, quia videlicet multae sunt in vno spiritu, quae baptizatis in Christo aperiuntur, gratiarum diuisiones. Et non vni cunctae tribuuntur, sed alia alij plus vel minus, secundum beneplacitum vnus eiusdemque spiritus, diuidentis singulis prout vult. Arcamen primum donum & summa baptisimi vtilitas, quod est remissio peccatorum, sciendum quia non particulariter distribuitur, neque alij plus, alij minus donatur, sed omnialiter pari gratia, in dissimili donationis abundantia: omnium, inquam, peccata absorbentur, & baptisimi fluctibus omnes Aegyptij cuncti reatus, tam originalis culpa, quam actualium criminum confestim obruuntur. Caeterum spirituales gratiae, quales Apostolus commemorat, dicens: Vnicuique nostrum datur manifestatio spiritus ad vtilitatem, alij quidem per spiritum datur sapientia, alij autem sermo scientiae secundum eundem spiritum, &c. dubium non est, quia nulli conferuntur omnes, praeter vnum caput corporis ecclesiae, quod est Christus, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Igitur si cui placet, plures factas fuisse diuisiones, non quidem ad recipiendum nos inuiros cogere potest, quia certa descripturis sanctis autoritate non habet: verumtamen ipse, hoc sensu literaliter suscepto, habet quod mystice subintelligat vtiliter.

De eo quod dictum est: Angelus domini pariterque columna ignis priora dimittens abijt post eos, quod mystice significet.

CAP. XXXV.

**T**ollenque se angelus domini, qui praecedebat castra Israel, abijt post eos, & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel. Erat enim nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. Hoc ex motu columnae priora dimittentis, & post tergum stantis agnosci vel prauideri potuit, quod angelus dei qui praecedebat castra Israel, post eos abierit. Neque enim angelus, siue ille erat angelus magni consilij, siue angelicorum spirituum aliquis, in quo esset virtus liberatoris dei, per semetipsum apparebat omnibus, neque hoc litera cogit intelligi, alioqui non necesse esset, vt vel per diem columna nubis, vel per noctem columna ignis appareret coram populo dux itineris. Sed quomodo vna eademque columna, & nubes tenebrosa, & noctem illuminans erat, nisi quia secundum diuersas, imo contraria merita vna eademque virtus, pijs lucebat, impijs excaebat: Ergo in hoc quoque mysterio pulcherrimum est, quia videlicet vnum eundemque Christum (inquit Apostolus) praedicamus, Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, quod valde est obscurum: ipsis autem vocatis Iudaeis atque Graecis Christum dei virtutem & dei sapientiam, quod valde est luminosum. Quid porro sibi vult, quod illa columna talis, priora dimisit, & post tergum Israel intra castra Aegyptiorum & castra Israel stetit: Hoc nempe mystice illud figurat, quod optime credit & firmiter catholica tenet ecclesia, quia dominus noster Iesus Christus qui nos praecessit, qui antequam sciremus eum, abiit, transiit & praecursor pro nobis caelum introiit: ipse tamen adest in hora sancti baptisimi, iuxta veritatem ipsius, qui mox vt dixit, euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, ita conclusit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. Tendamus securi quo ille per passionem suam praecessit, nam vbi ad baptismum accessimus, ipse per passionem eiusdem sacramenti post nos stare coepit, nosque intra gratiae suae muros includens, peccata nostra a nobis excludit, vt rota nocte, id est, tota vita praesenti, nos consequi, vel ad nos accedere non possint.

De ingressu filiorum Israel per medium maris rubri, Et de sacramento baptismatis.

CAPVT XXXVI.

**C**umque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud dominus flante vento vehementi & vrente, & vertit in siccum, diuisaque est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris, & cetera. Clara est gloriae magnificentiae domini res gesta, quia diuisa est aqua, & ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris, & quia interfecit dominus exercitum Pharaonis, & subuertit rotas currum, ferebanturque in profundum, & ita scierunt ipsi Aegyptij, quia dominus ipse est

ipse est deus, vt dicerent: [Fugiamus Israel, dominus enim pugnat pro eis contra nos.] Sed fugientes inuoluit eos dominus in medijs fluctibus, respiciens supra castra eorum vigilia matutina, id est, quarta vigilia. Quatuor enim computabantur vigiliae noctis, ternis horis per singulas vigiliis computatis. Porro sensu mystico vigilia matutina, ipsa est resurrectio vitae dominica. Matutino namque tempore fedit angelus ad sepulchrum domini, & post profundam tristitiae noctem, magni gaudij diem mulieribus, & per illas lugentibus apostolis, euangelizauit. Hinc est illud in psalmo: A custodia matutina usque ad noctem speret Israel in domino. Custodiam matutinam dixit custodiam militum mane exterritam, in exemplum omnium impiorum: nam mulieres laetificatae sunt in exemplum omnium piorum. Quid speret Israel in domino ab illa custodia matutina: Videlicet quia in se, quod in illo factum esse extrunc innotuit, futurum est, quia resurrexit a mortuis, quia a pud dominum misericordia est, & copiosa apud eum redemptio: & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius, subauditur, quemadmodum redemit illos filios Israel ex omnibus Aegyptij hominibus. Itaque vigilia matutina qua pertransierunt filij Israel Aegyptij remanentibus, mystice nobis gaudium est dominice resurrectionis, in qua veterem deponentes hominem, renati sumus, diabolo remanente, cui renunciauimus & omnibus pompis eius. Dicit enim Apostolus: Quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, consepulti cum illo per baptismum in morte, vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. De huius igitur facti gloriosi mysterio celeberrimo iam silere non debemus, habentes canticum Moysi quod sequitur: Quia hic est sapientia quae aperuit os muti, & linguas infantium fecit disertas, vt victricem manum tuam laudemus pariter domine deus noster: Nam ab ore nostro quicumque gratiam hanc sumus consecuti, canticum hoc non debere desicere, innuit illud de Apocalypsi: Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem illius, & numerum nominis eius, stantes supra mare vitreum, habentes citharas dei, & cantantes canticum Moysi serui dei, & canticum agni, dicentes: Magna & mirabilia opera tua domine deus omnipotens, &c. Ecce stamus supra mare vitreum, videlicet laborantes seruare innocentiam, quam accipimus per baptismum, mare inquam vitreum, videlicet propter puram quam ibi fecimus relinquendorum confessionem peccatorum, sed & igne mixtum, id est, spiritu sancto viuificatum, quo peccata ipsa consumpta sunt, qui & hoc loco mystice designatur per ventum vrentem, cum dicitur: quia cum extendisset manum supra mare, abstulit illud dominus vento flante vehementi & vrente tota nocte. Habentes ergo citharas dei, id est, mortificationem carnis, quam deus praecipit, cantantes canticum hoc Moysi serui dei, & canticum agni vtrouique exultantes, & pro re gesta, quae facta est per manum Moysi, & pro mysterio agni immaculati, & incontaminati Christi, quod ille in eadem re propheticè intellexerit.

Canticum Moysi ad laudem Christi domini, qui peccata nostra in mari rubro, id est, in baptisinate demersit.

CAPVT XXXVII.

**C**antemus domino, gloriose enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Prima vox praecentoris ammonitio est, adhortans omnes, qui in Sunamige sunt choros castrorum: vt subleuent concentum secundum magnitudinem festiuitatis, secundum quantitatem siue qualitatem diuinorum operum. Cantemus (inquit) domino, cantemus spiritu, cantemus & mente. Nam & Apostolus dicit: Psallam spiritu, psallam & mente. Denique spiritu cantare vel psallere, id est, rem gestam memoriter tenere, & eam solam pro materia cantationis habere. Cantare autem mente, id est, in exteriore facto mysterium interius persentire. Cantemus igitur domino. Quare: Gloriose enim magnificatus est. In quo: Equum & ascensorem proiecit in mare. Vere gloriosa magnificentia, etiam si solum factum exterius attendas. Si autem & mysterium interius perspicias, ibi gloriosior magnificentiae abundantia est. Nam hic mundus per equum, diabolus per ascensorem significatur. Quando illum ascensorem, & talem equum proiecit: Tunc videlicet, quando dixit, nunc iudicium est mundi, nunc principes huius mundi eicietur foras, & subsequente protinus exponens actu quid dixerit, accepit cornua crucis in manibus, & ibi abscondita est fortitudo eius, & obrepere aula mors, deinceps victa iret ante faciem eius, & egrederetur diabolus ante pedes eius. Tunc proiecit, & extunc proicere non desinit illum in mare, nobis quidem vitreum, & spiritus sancti igne mixtum: illi autem picem, igneumque ac sulphureum. Nam illud quidem mare, quo transierunt filij Israel, vnum idemque istum & spiritus sancti, equum istum & ascensorem eius nequaquam admittit, sed dum nos per illud mare vitreum traehimus, ille in profundum inferni proicitur. Hoc valde gloriosum est, quod sic fecit dominus. Olim ascensorem istum, in caelum ascendam, dicentem, & supra astra dei exaltabo solium meum, detraxit & proiecit in istum aërem caliginosum: nunc autem sedentem super equum, id est, super infrenatam stultitiam superbientium, & a se deceptorum hominum, deiecit in profundum lacu, in baratarum ar-

Psalm. 129.

1. Cor. 12.

Psalm. 129.

Roma. 6.

Sapient. 10.

Apoca. 19.

Quid est mare super mare vitreum.

1. Cor. 1.

Math. vlti.

CAP. XV.

1. Cor. 4.

Iohan. 12. Abac. 3.

dentis inferni. Veruntamen (inquit propheta) ad infernum detraheris in profundum lacu, quate viderint, ad te inclinabuntur, teq; proficiet, & cætera. Ecce videmus, adhuc in die iudicii visu- rum sumus, tunc enim cunctis videntibus præcipitabitur. Cantemus igitur domino, ait hic doctus, & bene vocalis præceptor: [Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem.]

**Iob 40.** Accepta commonitione, chorus vniuersus vnum ex multis membris corpus, tali initio ingredi- tur carmen delectabile. Fortitudo mea & laus mea dominus. Quid deinde? Et factus est mihi in sa- lutem. Ergo fortitudo tua facta est tibi in salutem? Planè fortitudo mea. nam fortitudo capitis mei, fortitudo mea est. imò caput meum si forte est, fortitudo mea est. Quis autè nesciat, quia do- minus ipse magnificus caput meum est, ex quo verbum caro factum est, & ego vna ecclesia, quæ ad carnè hoc vocata sum, vnum corpus eius sum? Licet igitur vniuerso simul corpori, licet lin- gularim quibusq; membris gloriari, salua capitis gratia, & dicere, quia fortitudo mea est, factus est mihi in salutem. & hæc laus mea est, & laus capitis totum corpus non dedecet. Aliàs autè, nisi caput istud fortissimum haberem, sicut hæc tenes ex quo bibi calicem iræ eius de manu domini, & poravi vsq; ad feces propter Adæ præuaricationem, sicut hæc tenes (inquit) non fuit qui suscitaret me ex omnibus filiis meis, quos genui, ita & vsq; in sempiternū dormirem, sicut bestia illaqueata plena indignatione domini. [Iste deus meus, & glorificabo eum, deus patris mei, & exaltabo eum. Iste inquam quondam despectus, & nouissimus virorum, vir dolorum, & sciens infirmitatē, qui moriendo talē equum, & talem ascensorem sic proiecit, deus meus est. Et homo est, & deus meus est. Glorificabo eum, non erubescam eum. Sed dicunt mihi aduersarii populi, qui ascenderunt & irati sunt, quos dolores obtinuerunt, scilicet, synagogæ Iudæorum, conciliabula hæreticorum. Si deus tuus iste est, ergo deus recens, deus alienus est in te, & non facis secundum scripturæ præce- ptum, sed contra scripturam dicentem: Israel si me audieris, non erit in te deus recens, neq; ado- rabis deum alienum. Dicam ad hæc, & cantabo confidenter. Iste deus meus, & glorificabo eum; deus patris mei Abraham, & exaltabo eum. Abraham (inquit) pater vester exultauit vt videret diem meum, vidit, & gauisus est. Item: Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Igitur deus recens non est in me, neq; adoro deum alienum, sed deum patris mei, deum an- tiquum. Nam etsi filius, etsi genitus, vel natus est, nec vno tamen puncto siue atomo iunior est pa- tre suo, antiquo dierum. Istum glorificabo, istum exaltabo, dicamq; [Dominus quasi vir pugna- tor (omnipotens nomen eius) curus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Electi princi- pes eius submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi la- pis.] Per parenthesin lege (omnipotens nomen eius) videlicet, vt in medio orationis suggilleretur aduersarius, cui nimium videbatur, vt diceretur dominus. Quasi vir puginator inquit, id est, ad modum viri pugnatoris hæc fecit. Sicut enim vir pugnator, pro modo vel qualitate hostis sui se- metipsum aprat, & armis induit: sic iste secundum naturam hostis sui, nouis & mirabilibus modis bellum ordinare debuit. Erat autem hostis eius nō caro & sanguis, sed principatus quidam & po- testas aerea, rector mundi huius, tenebrarum harum, spiritalis nequitia in cælestibus. Non ergo materiali gladio super fœmur suum semetipsum potentissimus accinxit, nō lorica vel galeam ferro textam induit, sed contra eiusmodi principatum vel potestatem superbiæ, humilitatem & obedientiam induit: contra spiritalia nequitie, charitatis fortitudinem induit, & præcinxit se. Ita quasi vir pugnator curum Pharaonis aerei, quo super altitudinem nubium equitaret cre- didit, vt esset altissimo similis, & exercitum eius tam vitiorum quam dæmonum, quos propolue- rat in templis vel delubris gentium, proiecit in mare. Moriēdo quippe accepit potestatem in celo & in terra, & omnia traxit ad se. Extunc electi principes eius submersi sunt in mari rubro, vndosa namq; tribulatio eius, de qua dicit in psalmo. Saluum me fac deus, quonia intrauerunt aquæ vsq; ad animam meam, inundauit super capita eorum ex hora qua in latere percussit lancea, fudit sanguinem & aquam: & ita abyssi operuerunt eos, & perit memoria eorum, & descenderunt in profundum, quasi lapis propria iniquitate depressi. Nihil enim iuris habent in omnibus quorum hic deus est, & qui glorificant eum, qui hunc patris sui profitentur deum. Inde laudes, inde gra- tiarum actiones. [Dextera tua domine magnificata est in fortitudine, dextera tua domine per- cussit inimicum, & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios meos. Sit vox ista maxime martyrum nostrorum, per illos enim dextera domini quæ coelos fundauit & terram, mirificè glo- rificata est miraculis, templa dæmonū euerit, idola dilperdidit. Ita percussit inimicum, non ferro, sed sanguine martyrum, in multitudine gloriæ suæ, in laudem & honorem gloriolæ gratiæ suæ, o sancta ecclesia deposuit aduersarios tuos. Dicant ergo victores isti, præliatores fidei, pro- pugnatōres veritatis. [Misisti iram tuam quæ deuorauit eos sicut stipulam, & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ. Stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.] Iram tuam, id est, zelum tuum, misisti domine deus, zelatus enim es pro gentibus te ignorantibus, quæ in er- rorem abductæ ad simulachra muta ibant, prout ducebatur: & deuorauit ira tua, siue zelus tuus deos phanaticos, sicut deuorat ignis stipulam. Vbi nunc adulter Iuppiter: Vbi Venus meretricis? Vbi cæterorū portenta deorū? Vbi sunt equi eorū, qui sub illis contra martyres tuos hinnerunt, id est,

id est, reges & præfides truculenti, qui pro illis martyrum sanguinem fuderunt: Deuorauit eos ira tua sicut stipulam, & in spiritu furoris tui, id est, in comminatione fururi iudicii, congregatæ sunt aquæ, iuxta literam, in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ, illud est, quia abstulit eas domi- nus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, erantq; quasi murus ad dextram & leuam, quæ res vtiq; fugientibus opem, persequentibus portabat furorem. Cæterum, iuxta coeptum myste- rium, aquæ, populi sunt. Vnde est: Beati qui feminatis super omnes aquas. Item: Innotuit domi- nus super aquas multas. Istæ aquæ spiritum furoris, id est, comminationem futuræ examinationis sentire vel audire potuerunt, quia rationales sunt, & à timore eius congregatæ sunt. Vbinam con- gregatæ sunt? In medio mari. Sic enim ternaria repetitione vsus, per tropum, qui periphrasis, id est, circumlocutio dicitur, & ornandæ rei causa fieri solet, tandem determinauit. Congregatæ sunt aquæ, stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari. A quarum enim nomine (vt iam superius dictum est) populus significatur, vnde vel abyssorum vel fluentis vocabulo fluidam & profundam populorum signat miseriam, iuxta quod alibi de isto persecutore dicitur: Absorbe- bit fluuium, & non mirabitur. Sed stetit hic fluuius, vel hæc fluens vnda: tunc stetit, quando con- gregatæ sunt aquæ, id est, populi multi, vt stanti & terno deo per fidem vnirentur. Et alio loco scriptura dicit: Præuauit cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? Ergo & abyssi con- gregatæ sunt in medio mari, quando prauit homines, de occultis tenebrarum, de profundis vitio- rum confluerunt ad vnicū & vniuersale Christi baptismum. Medium enim rectè dicitur, id quod commune vel publicum, aut vniuersale est, quod nos dicimus catholicum. Et hoc expedit con- gregationi aquarum, vt congregentur ad medium, nam quod in parte est, nō est autenticum. Il- lud hæreticorum est, qui angulos querunt, quibus aquæ furtiue dulciores sunt. [Dixit inimicus, Persequar & comprehendam, diuidam spolia, & implebitur anima mea.] Hoc dixit inimicus, id est, diabolus, qui antonomastice, id est, quasi proprio nomine dicitur inimicus. Quid mirum, si hoc dixit, habens fiduciam, quod infuaret Iordanis in os eius: & falsus est, qui dixit, In cælum conscen- dam, affectans similis esse altissimo, & spes eius eum frustrata est: Quid inquam mirum, si de cor- dibus renascentium in Christo, iam exclusus, sic dicit & loquitur, qui de cælo proiectus, cum an- gelis suis adhuc aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur deus, aut quod colitur? Perse- quar (inquit) & comprehendam. Persequar quantum licet, nam de his qui mare ingressi sunt, neminem comprehendit, nisi factum aliquem aut hypocritam. In quo habet fiduciam, vt dicar, di- uidam spolia, implebitur anima mea. Ait: [Euaginato gladiū meū, interficiet eos manus mea.] Quid est gladiū euaginare, id est, apertam persequutionem excitare, sicut e contrario arcum intendere, id est, occultè velle decipere. Vtrunq; Psalmista exprimens, persequutionis modum. Gladiū (in- quit) euaginato ueritatis peccatores, intenderunt arcū suum. Ergo euaginato (inquit) gladiū meum, id est, à cordibus exclusus, manifesta vtar tyrannide, regum, imperatorum, vel paganorum cru- delium. Et quia non pertingit ad animas, corporaliter interficiet eos manus mea, potestas mea permissio diuina. Sed qui fecit eum (ait ad beatum Iob dominus) applicabit gladium eius, id est, non quantum volet, sed quantum vtile est, scire aut interficere permittetur. Non ergo timeat victoriosus populus dei, festinas ad hæreditatem, quam promisit deus: etenim inimicus iste, dum persequitur, dum occidit: proposito magis illorum proficit, vt citius ad patriam perueniant pere- grini. Inde fatuus esse conuincitur, quia dum pro se contra deum, vel contra dei populum agere nititur, contra se potius agit, & dei propositum adiuuat, vt perficiatur. Diciturq; ad beatum Iob de illo. Nunquid pones circulum in naribus eius? Hoc enim dicto fatuitas eius maxime denota- tur. Et subinde: Nunquid feriet pastum tecum, & accipies eum seruum sempiternū, subauditur, vt ego, cui voluntate aduersando sic ille cooperatur, tanquam iurauerit obsequium, seq; seruum studeat exhibere fidelissimum. Sequitur. [Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemētibus.] Certum hoc tenet catholica fides, quia mare Christi, no- bis ingressis aspirat, spiritus domini, spiritus gratiæ & remissionis, deponens iuxta prophetā om- nes iniquitates nostras, & projiciens in profundum maris omnia peccata nostra. Hæc ruina dia- boli est. Quod enim primum in semetipso caput nostrū fecit in præsentia suæ mortis, delens quod aduersus nos erat (vt Apostolus ait) chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, & ipsum (inquit) tulit de medio, affigens illud cruci & expolians principatus & potestates traduxit confi- denter, palam triumphans illos. Quod, inquam, tunc in semetipso caput nostrum fecit, hoc idem in baptismo facit in membris suis, vbi est similitudo mortis eiusdem, cui complantamur, vt idem Apostolus ait: Rectè igitur dicas & veraciter cantes, quicunq; de hoc mari ascēdisti in Christo re- natus, quia operuit eos mare, submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemētibus, impleta ve- ritate, dicentes prophetæ: Ecce ego ad te Pharaon rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicitis: Meus est fluuius, & ego feci memetipsum, & ponam frenum in maxil- lis tuis, & adglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & extraham te de medio flumi- num tuorum, & vniuersi pisces tuisquamis tuis adhærebunt, & projiciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui. Et nota, quod superius lapidi, videlicet propter grauedinem peccati,

hic autem

Apoc. 17,  
Esaie 31,  
Psalm. 28.

Iob 40.

Hier. 17.

Prouer. 9.

Iob 40:

Esaie 14.

2. Thes. 2.

Quid est  
gladiū eu-  
ginare.  
Psalm. 34.

Iob 40.

Ibidem.

Mich. 7.

Colos. 2.

Roma. 6.

Ezech. 29.

**Zacha. 5.** hic autem eos plumbo comparavit, scilicet propter poenam vel retributionem peccati, secundum Zachariam prophetam, aquod quem talentum plumbi mittitur in os eius iniquitatis. Iterum laudes, iterum gratiarum actiones. [Quis similis tui in fortibus domine, quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atq; laudabilis, & faciens mirabilia?] Hoc contra illud, quia dixit iste Pharaos: Ero similis altissimo. Parum erat praedicasse in illo fortitudinem, dicendo: Quis similis tui in fortibus domine, nisi & sanctitatem praedicaret, addendo: Quis similis tui magnificus in sanctitate? Hoc enim a se differunt hoc loco fortitudo & sanctitas, quod alibi iudicium & misericordia. Fortitudo iudicij contra superbientes: sanctitas misericordiae, super pios fugientes. Secundum haec duo subiungit nomina laudis, terribilis atq; laudabilis, terribilis videlicet pro iudicij fortitudine, laudabilis pro misericordiae sanctitate. Secundum utraq; ista, & faciens inquit mirabilia. Quae mirabilia? [Extendisti manum tuam, & deuoravit eos terra.] Hoc est mirabile fortitudinis, vnde es tu dñe terribilis: Deuoravit (inquit) eos terra, terra inquam iuxta beatu lob tenebrosa, & opera mortis caligine, terra miseriae & tenebrarum, ubi umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. [Dux fuisti in misericordia tua, populo quem redimisti, & portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum.] Hoc mirabile sanctitatis vel misericordiae est, inde es tu domine laudabilis. Terribilis atq; laudabilis tam diuersa mirabilia fecisti, & portasti eu (inquit) in fortitudine tua. Tempore praeterito pro praesenti vltus est, portasti inquit, pro eo vt diceret, portabis, certissime sciens, quia quod coepit perficeret, vel quia propositum eius infirmare nemo posset. Quod autem est habitaculum dei sanctum? Nunquid terra peccatorum, terra Chanaanorum? Fuit quidem illic habitaculum sanctum, id est, ciuitas sancta Hierusalem vel templum, & sancta sanctorum: verum non propter se illa sancta fuere, sed propterea quia coelestium erant exemplaria sanctorum. Ergo non tam locum illum terrenum, quam terram viuentium, cuius illa erat umbra, dixit habitaculum dei sanctum: quo per gloriosam ductoris dei magnificentiam, portandum prauidebat esse vniuersum sanctorum populum in fortitudine dei, quae non est alia, quam filius dei. Ascenderunt populi, & irati sunt, & cetera. Vnde scire poterat, vt diceret quasi praeteritum quod futurum erat, tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor, obriguerunt omnes habitatores Chanaan: Nam de eo quod ait, dolores obtinuerunt habitatores Philistim, illud forte responderi possit, quia vicina erat terra Philistim, & antequam mare ingrederentur, cauendum illis erat, ne per eos transire conarentur, sicut superius iam dictum, eo quod eorum dolor, id est, inuidia, iam exeuntibus ex Aegypto, innotuisset. Verum Edom, dicentibus, obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam, nec dum responderat, non transibitis per me, alioqui armatus occurrat tibi. Neq; dixerat rex Moab, ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Vnde ergo, nisi ex propheticis spiritu iam ista cantare nouerat: Porro spiritualiter Edom, id est, terrenus vel sanguinolentus, & Moab, quod interpretatur ex parte, subauditur diabolo, Chanaan quoq; quod interpretatur commotio, Philistim, quod interpretatur portio, omnes illos & nominibus significauerunt, & factis suis praefigurauerunt, qui Christo victo coronato, gloriam eius caelis enarrantibus, atq; in omnem terram exeunte sono apostolorum eius, victi diaboli causam quasi tuendam susceperunt, & spiritu eius inflammati in omnes in Christo credentes, ascenderunt & irati sunt. [Irruat (inquit) super eos formido & pauor, in magnitudine brachij tui.] Formido de futuris, pauor de praesentibus. Hoc iuste illis imprecatur, qui gloria dei cruciantur, cunctis videlicet hostibus fidei, vel nominis domini, tam visibilibus quam inuisibilibus. [Fiat immobiles quasi lapis.] Videlicet vt mobilibus & bene ad deum currentibus nocere non possint, Donec pertranseat populus tuus domine. Subauditur, qui manent em hic non habent ciuitatem, sed futuram inquirunt. [Donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.] Repetitio pertranseuntis populi, est quidem in litera quoq; ornatus sermonis vel cantici, sed in mysterio placet magis, si post priorem Hebraeorum sequentem quoq; gentium populum intelligere velis, quem suo sanguine emptum, ductor Christus possedit patre dicente: Postula a me, & dabo tibi gentes hereditate tuam, & possessionem tuam terminos terrae. [Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuae, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine.] Hoc secundum similitudinem vineae dictum, Psalmista quoque amplectens canit domino, Vincam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam, & cetera. In monte (inquit) hereditatis tuae. Terra quidem montosa est, quam dedit dominus populo illi, sed incomparabiliter ea celsior est terra, quam recte dicas montem hereditatis domini, praesertim cum protinus subiunxerit, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine, sanctuarium tuum domine quod confirmauerunt manus tuae. Ergo mons in quo magnum sit plantari populo dei, quod recte vocetur firmissimum habitaculum domini, quod operatus ipse sit, quod sanctuarium sit domini, quod manibus suis ipse confirmauerit, ille est Libanus, de quo propheta, plantationem apostaticam eiectam dicit esse his verbis. Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusq; altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cacumen eius, Et post pauca, Omne lignum paradisi dei non est assimilatum illi &

illi & pulchritudini eius, quoniam speciosum feci eum. Ac deinceps: Cui assimilatus es o inclyte atq; sublimis inter voluptatis ligna: Ecce deductus es cu lignis voluptatis ad terram vltimam, in medio incircuncisorum dormies, cum his qui interfecti sunt gladio. Ipse est Pharaos, & omnis multitudo eius dicit dominus. In hoc monte primum, quod est mirabile, latronem plantauit, dicendo: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. [Dominus regnabit in aeternum & vltra.] Pulcherrimi cantici clarissimus, & valde sonorus finis hic est. Nam quod sequitur, [Ingressus est enim Pharaos, &c.] subiungendo ad caput redit, & vniuersa quasi breui epilogo concludit. Dominus regnabit in aeternum. Certum hoc habet omnis qui nouit dominum, quia dominus regnabit in aeternum. Sed quis hoc ipsum capiat, quod dicitur in aeternum? Significati huius vocis nisi spatiosum est. Longitudinem & latitudinem siue altitudinem eius noster intuitus permetiri non potest. Hac voce audita, forte leuamus capita nostra, sed non tota videmus aeternitatis spatia. Addidit, & vltra, velut si dicat: Quantum videre in longinquum potes, regnabit dominus, & vltra quam videre potes, vltra id quod ipsa vox, qua dicitur in aeternum, animo vel intellectui tuo inferat. Quali queres, vnde scis, quia dominus regnabit, rationem reddit huiusmodi. Ingressus est enim Pharaos, &c. Ergo nisi ille in mare ingressus fuisset, & nisi dominus eu super aquas reduxisset, dominus non regnaret? Planè regnaret vbiq; potestare, sed non regnaret illa hominum possessione quam propheta suspirans. Et possederunt nos (inquit) domini abscq; te. Nisi, inquam fuisset oppressus ille Pharaos spiritualis, dominus non regnaret in nobis: id est, nisi fuisset eiectus princeps mundi, non possideret nos Christus filius dei, non regnaret in nobis saluator mundi.

*Maria idem canticum cum mulieribus post viros cantans, cui rei nobis mysticum exemplum dederit.*

CAP. XXXVIII.

**S**umpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua, egressaeq; sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus praecinebat, dicens: Cantemus domino, &c. Pulcher narrationis ordo. Prius Moyses cum viris, deinde Maria cum mulieribus vnum idemq; canticum canit. Nos hunc ordinem spiritualiter intelligentes, saltem vt mulieres cu mulieribus, quoniam infirmas animas sumus, eadem fide cantemus. nam apostolos & apostolicos homines, quicunq; armati de Aegypto ascenderunt, & ad praeliandum fortes sunt, viros esse fateamur, & eorum comparatione, cum quasi mulieres simus, nequaquam eorum choro consistere, vel eodem tono personare valeamus. Notandum, quia Mariam hic prophetissam scriptura nuncupauit, quia videlicet (sicut praedictum, partimq; expositum est) futurorum prophetiam verba continent huius cantici, cum sonare videantur tantum de praesentibus & praeteritis. Et pulchre sumplisse dicitur tympanum, quod modulationis instrumentum, corium est in ligno extensum, significatq; carnis mortificationem, sine qua nulla potest anima proba se exhibere cantatrice. Egressae sunt (inquit) omnes mulieres post ea: Mulier a mollitie dicta est. Sed oportet ab ipsa mollitie sua fidelem animam parumper egredi, quatenus viros imitari, & digne deo canere possit.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN EXODVM, Commentariorum Liber Tertius.

*Quomodo iuxta Paulum monemur, ne sicut multi filij Israel in nube & mari baptizati, sic nos in Christo baptizati, malis operibus baptismi gratiam perdamus.*

CAPVT I.

**I**GNORARE nos Apostolus non vult, ea quae praedicta sunt & quae sequuntur, in figura nostri facta esse, scripta esse autem ad correptionem nostram in quos fines saeculorum deueniunt. Quomodo ad correptionem nostram? Videlicet vt non iam nos comprehendisse, vel hoc solum nobis sufficere arbitremur, quod in Christo baptizati sumus, & hac fiducia decepti, susceptam baptismi gratiam, malis operibus iterum perdamus. Hanc enim inutilem nobis confidentiam rumpere nitens, nescitis (inquit) q; hi qui in stadio currunt, oes qd currunt, sed vnus accipit brauium: Sic currite vt comprehendatis. Ac deinceps: Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysse baptizati sunt in nube & in mari. Et omnes eandem escam spirituali manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto, Haec autem in figura facta sunt nostri, & cetera. Igitur concupiscitias

concupiscentias & idololatriam illorum; fornicationes quoque, tentationes, atque murmuraciones illorum sic prosequamur, quatenus de profratis eorum corporibus prædictæ correctionis emolumentum capiamus: & ante omnia de figuris rerum corporalium cum auctoritate eiusdè Apostoli spiritualia mysteria Christi filij dei iuxta propolium nostrum perferentemur. Nam hæc omnia, inquit, in figura contingebant illis.

**Q**uomodo iuxta aquas Marath domus populorum tentauerit. **CAP. II.**  
**T**ulit autem Moyses filios Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam, & venerunt in Marath, & cætera. ] Sur desertum inter Cades & Barath: Vbi inuenit angelus ancillam Saræ Agar. Extenditur autem vsque ad mare, quod ad Aegypti confinia peruenit. Interpretatur autem Sur, murus siue directus. Ambulauerunt, inquit, tribus diebus, & cætera. Hoc quod non inueniebant aquam, & quod venientes in Marath. [Non poterant bibere de aquis eius, eo quod essent amaræ, vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illud Mara, id est, amaritudinem. ] Pro tentatione factum est. Sic enim habes. [Ibi constituit ei iudicia, atque præcepta, & ibi tentauit eum. ] Tentatus autem, continuo reprehensibilis populus inuentus est. [Nam murmurauit contra Moysen, dicens: Quid bibemus? ] Non quia dixit: Sed quia murmurando dixit, quid bibemus? rectè arguitur. Sed hæc prima tentatio improbitas fuit. Ergo mansueta dei patientia suauiter corripit, & dicit: [Si audieris vocem domini dei tui, &c. cunctum languorè, quem posuit in Aegypto, non inducam super te. Ego enim dominus Saluator tuus. ] Ac si dicat: Si non murmurare aut contentiosè agere incipias, ego qui Aegyptum contriui in ira mea, ductor tuus ero in misericordia mea. Aliàs autè si Aegyptiorum peccata rebellando secutus fueris: cunctum languorè inducam super te, quem in Aegypto posui: Grande & hic mysterium est.

**Q**uod Moyses sedulus nutritius, filios Israel tanquam paruulos exceperit, & quid aqua Marath significet. **CAP. III.**

**T**ulit Moyses (inquit scriptura) filios Israel de mari rubro. Puta dixisse, quia tulit nutritius sedulus, paruulos alumnos de nouæ regenerationis sacramento. Nam illi quidem non nisi in figura baptizati erant, nec ita, vt nos in Christo, renati erant: ac proinde illi quoque, sicut omnes homines, futura emundatione sanguinis Christi adhuc indigebat. Veruntamen propter eandem præfigurationem baptismi, in ipso ascensu suo de mari rubro, illos significabat paruulos, quibus beatus Petrus apostolus dicit: Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. Constat autem, eiusmodi infantes oportere affectu nutritio portari, quod diu paruuli sunt, quamdiu lacte illis opus est, & non solido cibo. Et hæc maxima rectoribus populorum cura impendit, vt eiusmodi quasi in humeris tollant, iuxta prophetam dicentem: Pueri eorum in humeris portabuntur, & super genua consolabuntur. Bene ergo dictum est & propriè, tulit: quia videlicet grande onus super se tollit, quisquis infantiles hominum mores, rectè & secundum deum portare intendit. Quod primùm hic Moyses in seipso expertus, dicit ad dominum: Cur afflixisti seruum tuum? Quare non inuenio gratiam coram te? Et cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepì vniuersam multitudinem hanc, vel genui eam, vt dicas mihi, porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutritrix infantulum, & defer in terram pro qua iuravi patribus eorum? Et venerunt, inquit, in Marath, Marath, cuius aquas bibere non poterat, eo quod essent amaræ, legem significat veterem, cuius carnales ceremonias, nos paruuli sanguine Christi redempti, non possemus portare. Sed neque patres ipsi poruerunt, apostolo Petro dicente: Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. Profectò quibus hæc dicebat paruulis, aquas de Marath propinare volebant, quas neque ipsi præ amaritudine bibere poterant: [Clamauit Moyses ad dominum, qui ostendit ei lignum. ] Hoc lignum, quod Moyses, imò per gratiam & nobis ostendit dominus, sanctæ & viuificæ crucis lignum est. Lignum enim in aquas Marath mittere, & sic eas in dulcedinem vertere, est dominicæ passionis sacramentum cum litera legis conferre. Quod quàm dulce sit, qui experiri meruit ipse nouit, qui bibit ipse sapit.

**Q**uid per Helim, quid per duodecim fontes, quid per septuaginta palmas, significetur. **CAP. IV.**

**V**enerunt autem in Helim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castrametati sunt iuxta aquas. ] Quid erat opus scire nos, numerum fontium, numerumque palmarum, nisi & in his quoque situ dignum subest mysterium? Helim namque vertitur in arietes. Ergo quoniam & in Psalmo canamus: Deduxisti sicut oves populum tuum, in manu Moysi & Aaron. Et in euangelio de nobis pastor dicit, & alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor: ipsum ouile domi-

dominicum hic accipiamus per nomen Helim, id est, arietum. Arietes namque duces gregum & ouilis principes sunt. Porro per abundantiam fontium duodecim, copiamque palmarum septuaginta, demonstrari nobis arbitremur, ouile ipsum quod sit delectabile ouibus ad manendum, quàm commodam sit statio educandis filiis arietum, de quibus Psalmista: Afferte, inquit, domino filij dei, afferte domino filios arietum. Quid enim per plenitudinem duodecim fontium, nisi vniuersitatem debemus intelligere doctorum? Nam quia duodecim apostoli sunt, quorum primarium est docendi officium, rectè duodecim numero designantur omnes, qui apostolica doctrina tantum profecerunt, vt sedere valeant in ordine doctorum in medio dominici ouilis, id est, in medio ecclesie aperire os suum. Nec mirum, quod apostolicus ordo, vel apostolicorum hominum vniuersitas, iuxta talem concluduntur numerum, scilicet, duodenarium, quemadmodum arithmetici dicunt superfluum, eo quod ex duodenarij partibus conficitur, supra ipsius sit duodenarium. Videlicet quia media pars eius senarius est, tertia quaternarius, quarta ternarius, sexta binarius, duodecima vnum, qui simul compositi sedecim efficiunt, qui vtrique numerus superat quatuor vnitates duodenarium. Hoc, inquam, non mirum, nã & in ecclesia doctores superflui fuerunt, qui eloquentiam sine sapientia habentes, hereses & schismata fecerunt: & in initio fidei, plerique supra modum Apostoli, id est, pseudoapostoli reperti sunt. Quid autem per septuaginta palmas florentes circa ipsos fontes, nisi pios ac fortes accipimus martyres? Nam de talium quolibet scriptura dicit: Et erit tanquam lignum quod plantatur super aquas, quod ad humores mittit radices suas, & non timebit cum venerit æstus, & cætera. Hic igitur nobis spiritualibus ouibus salubris amoenitas ouilis nostri designata est, vt non timeamus lupos, contra quos martyres nostri pugnaverunt, vnde modò coronati sunt, & accipiunt palmas, tanti & tales, quantos intelligere licet per hunc numerum septuagenarium, qui ex septenario & denario compositus est, quorum alterum septiformis spiritus gratia, alterum legis decalogus commendat. Delectet nos duodecim frequentare fontes, vt merito de ouibus ecclesie sue Christus sic pronuntiet, Dentis tuis sicut grex tonfarum, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis foetibus, & sterilibus non est inter eas.

*De murmuracione filiorum Israel pro carnibus, & de specie manna.*

**CAP. V.**

**P**rofectique sunt de Helim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Helim & Sinai, quintodecimo die mensis secundij, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & contra Aaron in solitudine, &c. ] Desertum Sin idem dicit scriptura esse, quod est Cades, interpretatur autem Sin tentatio, Sinai tentatio mea. Quod nomen rei satis congruit. Videlicet quia murmurantes dixerunt filij Israel. [Vtinam mortui essemus per manum domini in Aegypto, quando sedebamus super ollas carniarum, & comedebamus carnes in saturitate, &c. ] Nam huiusmodi murmuracione tentationem esse, Psalmista manifestè testatur, dicens: Et tentauerunt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et malè locuti sunt de deo, dixerunt: Nunquid poterit deus parare mesam in deserto? Tentatio huiusmodi peccatum illorum fuit. Non enim quia peterunt, sed quia dixerunt, peterunt escas, & dixerunt: Nunquid poterit deus parare mesam in deserto, quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mesam populo suo? Idcirco in peccatum reputatum est illis. Ideo enim (inquit Psalmista) audiuit dominus & distulit, & ignis accensus est in iacob, & ira ascendit in Israel. Sicut iam dictum est, non quia peterunt escas, quibus necessario caro moralis alitur, sed quia cum peterent non crediderunt in deo, nec sperauerunt in salutate eius. Plana est historia, quomodo pluerit illis manna ad manducandum, & sicut puluerem carnes, scilicet gregem coturnicum. Erat autem manna (sicut alio loco scriptum est) quali semen coriandri, videlicet herbæ, quæ græcè corion dicitur, coloris bdellij, scilicet aromaticæ arboris, de cuius natura Plinius plenissime scribit. Pro coturnice autem plerique ortigometram legunt, alij autè pro ortigometra coturnices interpretati sunt: cum sit aliud genus auium, quamuis coturnicibus non vsquequaque dissimile. Alij autè ortigometras duces coturnicum esse affirmant ab Ortigia, in qua abundat, insula nominatas. Iam nobis intro tendentibus ad mysterium quod de hoc capitulo sumptum toto orbe celebratur: iuxta quod veraciter dicitur in Psalmo: Panem angelorum manducauit homo. Primò, inquam, nobis notandū est, quanti reatus sit murmuracionis malū, dicente Moysè ad populum: [Nos enim quid sumus? Nec contra nos est murmur vestrum, sed contra deum. ] Non tamen prima vice, vbi pro aqua murmurauerunt, neque secunda, vbi nunc pro carnibus murmurant, poena correpti sunt, patientia dei vsque ad tertiam vicem supportante. Tertio namque murmurantes apud sepulchra concupiscentiæ, non iam solis verbis correpti, sed poena mortis multati sunt. Adhuc enim (inquit scriptura) carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusmodi cibus, & ecce furor domini concitatus in populum percussit eum plaga magnanimitas. Vnde hæctenus in sancta ecclesia iusta est patientia, vt quisque pro quolibet vitio, vsque ad tertiam vicem verbis corripiatur: & tunc demum, si non emendauerit, puniatur.

**Z** De ordine

De ordine præpõterato, an prius panis petentibus datus sit, & post aqua de petra percussa secundum historiam, an econverso secundum prophetam.

CAP. VI.

Non idem ordo est in Propheta, quo hæc sancta & veridica scriptura historię contexta est. Hic enim res gestæ, quæ factæ sunt eodem & narrantur ordine, id est, prius panis petentibus datus, & post aqua de petra percussa producta esse memoratur. At verò in Propheta taliter præpõteratum est. Interrupit petram in eremo, & ad aquavit eos velut in abyssu multa, & eduxit tanquæ flumina aquas, &c. Hoc primùm posito ita subiunctum est. Et apposuerunt adhuc petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt. Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Hęc ita cum dicit, manifestè prius esse vult, quod percussa petra, fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: posterius autem, quod mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandũ. Cur hoc? Videlicet, quia parabolice loquitur, sicut in initio Psalmi proposuit, dicens: Aperiam in parabolis os meũ, loquar propositiones ab initio. Quartũ videlicet parabolari, ne difficilis esset solutio, subsecutus Apostolus cũ dixisset: Bibebat autẽ de spiritali, conseqente eos petra, continuo subiunxit. Petra autem erat Christus. Hoc enim dicto, quasi vno solari radio per fenestram iniecto, rotius domus tenebras dispulit: vt clarè videamus, quod aliam petra, aliamq; profluentẽ aqua de petra, in parabolis prædictis sapere debeamus. Dominus quoq; cũ dicentibus sibi Iudæis: Patres nostri manducauerunt manna in deserto (sicut scriptũ est) panẽ de cœlo dedit eis manducare, continuo contradicit, respondẽdo: Amẽ amen dico vobis: Non Moyses dedit vobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verũ. Profecto ostendit, alium esse panẽ in propheta, cuius testimonio fuerant abusi, aliumq; in hac historia quẽ patres suos manducasse recolebat Iudæi. Igitur cũ autoritate multiplici scilicet cũ testimonio Prophetæ loquentis hæc in parabolis, cũ fide Apostoli dicentis, hæc omnia in figura contigisse illis, cum veritate Christi, panẽ se esse asserentis, & in percussione petræ, cũ ad ipsum locum venerimus, passionẽ domini, & in largitate panis cũ rore super castra descendentis, in præsentia rum corpus ipsius, quod de sancto sumimus altari, fideliter intelligamus.

Psalm. 77.

1. Cor. 10.

Iohan. 3.

An congruè iuxta mysticum sensum talis historicus ordo potuerit à propheta præpõterari.

CAP. VII.

Sed dicit aliquis: Et si petræ interruptio, Christi passionem: & manna Christi mensam significauit, paratã nobis in terra salutẽ: nec sic oportuit historica facta præpõterari, vt prius diceret Propheta, percussam fuisse petra vt aquæ fluerent: & deinde mandatũ esse nubibus desuper, & manna illis deplutũ esse, vt ederent. Nam anteq; molestia crucis percuteretur dñs Iesus Christus, ipse verbo suo ianuas cœli aperuit, & hoc manna pluit. eadẽ quippe nocte, qua tradebatur, proprijs ipse manibus sanctã Eucharistiam, vt hoc faceremus nos, ipse consecrauit. Ad hæc, inquam: Non ante passionẽ suã dominus noster, sed in ipso suæ passionis articulo hoc fecit. Iam enim venditus erat, iam tradebatur, iam tristis erat anima eius vsq; ad mortẽ, iam pauebat, & moestus erat, iam factus in agonia, & orans sanguineas guttas desudabat, iam se propter certitudinẽ mortis instantis, in mundo nõ esse dicebat. Vndẽ & hoc notandũ, quia cũ alijs locis panis huius, id est, summet esum necessarium cõmendauerit, dicendo: Nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis, nusquam tamen nobis ostendit, quomodo posset, vel deberet hoc fieri, nisi in hora illa, qua tradebatur, qua (vt iam dictum est) in angustia passionis agonizabat. Cur hoc? Videlicet quia passionis eius opus, res & virtus est sacramenti, qua substantia panis & vini in veritate nobis cõuertitur corporis eius & sanguinis. Vndẽ Apostolus: Quotiescunq; enim manducabitis panẽ hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Sed & illud nemo qui nesciat, prius esse vt inuiteretur quisq; ad fidem dominicę passionis, q̃ ad participationem huius panis, id est, vt prius baptizetur in morte eius, q̃ ad sanctũ altare admissus, communicet carnẽ & sanguinẽ illius. Rectè igitur sic Propheta historicos actus præpõterauit, vt prius diceret interruptam fuisse petram, vt fluerent aquæ: posterius ianuas cœli apertas, vt homo cibaretur angelorum pane.

Iohan. 6.

1. Cor. 11.

Quando dicit Apostolus: Omnes eandem escam spirituales manducauerunt, & cetera. Et Christus dicit Iudæis: Non Moyses dedit vobis panẽ de cœlo, sed pater, &c. Vtrum figura & res in hoc idem sint.

CAP. VIII.

Item dicat aliquis: Cum dicat Apostolus de patribus: Et omnes eandẽ escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt, quomodo dicit Christus vbi Iudæis loquitur: Non Moyses dedit vobis panem de cœlo, sed pater meus dat vobis panem de cœlo verum? Dicimus ad hæc: Cum dicit Apostolus, escam eandẽ, nullatenus litera innuit illũ subaudire voluisse, eandẽ quam nos, Equidem ante nos magni patres hæc relationẽ subintellexerunt, sed sicut

1. Cor. 10.

Iohan. 6.

sed sicut à quodam pro alia re dictum est, quãuis grandis sint authoritatis, & sanctitatis vel sapentię ipsorum magnitudo nos opprimat, nos magis euangelica Christi authoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentię argumentis. Nec enim ratio patitur, vt figura & res idem sint. Dixit autem Apostolus tam de hoc, q̃ de cæteris quæ facta sunt, quia in figura contingebant illis. Proinde cum dicit, & omnes, omniq; deinde distinctionem facit, dicendo: sed non in pluribus eorum beneplacitum fuit deo, nam prostrati sunt in deserto. planum intellectui est, idem esse ac si dicat, vnam eicam omnes manducauerunt, & vnum omnes potum biberunt spirituales, id est, non naturali ordine, sed spiritali virtute prouenientem, & tamẽ in illam repromissionis terram non omnes introierunt, videlicet in figura nostri, qui omnes eodẽ sacramento corporis Christi participamus, & tamẽ in illã terram viuentium nõ omnes pariter, siue bene, siue male vixerimus, sumus admittendi. Igitur & quod veritas de præterito tẽpore negans, de presenti verò confirmans, Non Moyses, inquit, dedit vobis panẽ de cœlo, sed pater meus dat vobis panẽ de cœlo verum, & quod veritatis Apostolus dicit: Omnes eandẽ escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potum spirituales biberunt, non esse repugnantia siue contraria, ratio manifesta conuincit. Nunc iam de huius panis mysterio dicturi aliquid, ad caput lectionis redeamus.

Quid significet, quod murmurantes contra Moysen dixerint: Sedebamus super ollas carnum, & cetera.

CAP. IX.

Sedebamus, inquit, super ollas carnum, & comedebamus panes in saturitate. Cur in deserto istud induxit nos, vt occideretis omnem multitudinem fame? Murmuratio hæc filiorum Israel, Iudicæ contentionis forma est. Sicut enim illi post immolationem agni, submerso Pharaone, & omni exercitu eius, transito mari rubro, nimia ingratitude respexerunt ad ollas carnum Aegypti, & ad panes illius saturitatis, cum fuissent ferui, & multa afflictione ad amaritudinem perducti, sic post passionẽ agni immaculati, & incontaminati Christi, iã foras misso huius mundi principẽ, nouitũ Iudæeorũ in Christo baptizati, stulta pertinacia respicientes vetera raurorum & arietũ sacrificia, quę dominus deus in prophetarũ dictis manifestè contemnit, contemnant, dicentes: quia nisi circuncidamini, & nisi incedatis per omnia secundũ morẽ Moysi, nõ potestis salui fieri. Moyses ad hæc, Nõ contra nos est murmur vestrũ, sed cõtra dominum. Hoc planè Apostoli dicere potuerunt. Nunquid enim ab ipsis euangelij prædicatoribus, carnaliũ sacrificiorũ reprobatio sumpsit initium? Nõ vtrũque. Sed ab ipso dño. Verbi gratia cũ diceret in Psalmo: Nũquid manducabo carnes raurorũ, aut sanguinẽ hircorũ potabo: Et multa his similia. Dicat ergo duces credentiu Apostoli, qui populũ carnali consuetudine prægrauatũ educunt, ad spirituale sensum per baptismũ Christi. Nos enim quid sumus? Videlicet quia dũ in corpore viuimus, vestro arbitrio, iogẽ minoris authoritatis sumus, q̃ prophetarũ (qui dudũ excesserunt) quisq; vel minimus. Nec mirũ, nam & ipsi cũ adhuc viueret adeo contempti sunt, vt occiderentur, quos quia vos minores estis, quasi honorantes sepulchra eorũ edificatis. At verò, confitemini quia deus deorũ dñs per illos locut' est, q̃ nõ vos arguat in sacrificijs vestris, hoc potius dices: Immola sacrificiũ laudis domino. Igitur non contra nos est murmur vestrũ, sed contra dominum, id est, nõ cõtenditis contra nouitatem euangelicarum, sed contra vestrorum antiquitatem prophetarum.

Quis sit ille panis, quẽ de cœlo pluebat dominus filijs Israel in deserto. Cap. X.

Ecce ego pluam vobis panes de cœlo. Egre diatur populus, vt colligat quę sufficiunt per singulos dies, vt tẽtrem eum, vtrum ambulet in lege mea, an nõ? Die autem sexta parẽt quod inferant, & sit duplum quã colligere solebat per singulos dies. Pluam vobis, inquit: Huic verbo cõsonans Propheta dixit: Et mandauit nubibus desuper, & ianuas celi aperuit, & pluit illis manna ad manducandũ. Quid autem per manna intelligi velit, innuens continuo subiungit: Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Quisnam hic panis cœli, panis angelorum? Nunquid angeli illo pane cibantur in cœlo, quẽ populus ille colligẽs simile coriandro frangebatur mola, siue terebatur martariolo? Ergo panis cœli, panis angelorũ ipse est, qui in euangelio suo dicit: Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi: si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternũ. Hic enim victus est, & vita est angelicæ substantiæ, nã in eum deliderat angeli prospicere. Quod quia facere contempsit angelus, cecidit, & factus est diabolus. Qui & huius panis, sempiterna patiẽtĩ mediã, semper est pallidus, & mors illũ sequitur. Digna ergo Prophetæ exclamatio, digna admiratio, quã ianuis cœli apertis, panẽ angelorũ manducauit homo. Vndẽ hoc videlicet ex eo, quod mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit, id est, præostendit apostolis siue etiã prophetis, de quibus illud est. Tenebrosa aqua in nubibus aeris, id est, occulta scientia in prophetis, & deinde per semetipsum clausas prius hominib; ianuas cœli aperuit, soluris in carne tua vereribus inimicitijs, sicq; terrenis cœlestia coniunxit, id est, homines angelis lociauit, vt eodẽ vescatur pane cœli, illi in cœlestibus in manifesto conspectu diuinitatis, isti adhuc in terra positi in sacramento pietatis, de quo dicit Apostolus: Magnum est, inquit, sacramentum pietatis, quod manifestatũ est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit angelis, prædicatũ est gẽtibus, creditũ est mundo,

1. Cor. 10.

Acto. 19.

Psalm. 49.

Psalm. 77.

Iohan. 6. 1. Petr. 1.

Psalm. 17.

1. Timo. 3.

Cap. XVI. mundo, assumptum est in gloria. Equidem illic panem coeli, panem angelorum singulariter: hic autem ego pluam vobis panes, pluraliter dictum est. Nullam tamē suspicaris dissonantiam, nam & illic pluraliter subiunctum est, cibaria misit eis in abundantiam. Ergo secundum se panis vnus Christus vel vnum corpus Christi: veruntamen secundum locales ecclesias, & secundum vnera- tum personas, siue accipientium innumerabiles populos, cibaria siue panes recte dicuntur plurali- ter. Verbum ipsum pluit, quo vtraque scriptura vsa est, in ista deo dicente. Ecce ego pluam, in illa autem, & pluit illis manna ad manducandum, eandem vbiq; terrarum paratam omnibus pulil- lis & magnis significat copia, vt de seipso magnus Propheta dicat: Parasti in conspectu meo men- sam. Et de nobis licet minimis: Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum, qui re- quirent eum, viuent corda eorum in seculum seculi.

Mysticē de eo quod dictum est: Egre diatur populus, & colligant quæ sufficiunt per singulos dies.

**E**gre diatur, inquit, populus, & colligant quæ sufficiunt per singulos dies. ¶ Profecto & nobis spiritualiter egrediendum est, vt colligamus quantum sufficere potest. Vnde egrediemur? De pristina conuersione, de veritate vitæ. Nondum enim deposito veteri homine, non est no- bis hoc manna colligere: non est nobis hunc panem dominicū manducare. Præterea, si dignè man- ducare cupimus, ab omni curiositate corporei sensus egrediamur, vt videlicet visu, gustu, odo- ratu, & tactu diiudicandū non esse arbitremur, an verè sit corpus Christi, an vera sit caro, id quod sumimus. Nā istis permanentibus colore, odore, atq; sapore, est quod sufficiat fidei, quod satis sit catholice pietati. Spiritus est, inquit, qui viuificat, caro nō prodest quicquam. Verba que locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Verba fidei, verba veritatis, sufficit prolata esse super substantiam panis & vini, vt inspiretur spiritus & vita æterna creaturis inanimatis, quamuis species exterior non mutetur in illis: sufficit, inquam, ad salutē credentis, ad vitam dignè percipiētis. Tantū ergo vnusquisq; colligat, quia tantū sufficit. Colligat vnusquisq; quæ sufficiant, id est, credat verba dñi spiritū esse & vitam, & per ea panē & vinū, exteriori specie nō mutata, transferri in verā viuē- tis corporis & sanguinis Christi substantiam. Nam mutari visibiliter in specie nouam, id est, hoc in ouinam carnem, illud in sanguinis horrorem, non prodest quicquam, imò & infidum est.

De eo quod dictum est. Vt tentem eum, & verum ambulet in lege, annon.

**A**it postremo, Vt tentem eum, vtrum ambulet in lege mea, an non. Ergone iustum fuit vt vel illum tali modo tentaret populum, vel hodieq; super tali cibo & potu tentet homi- nem Christianum? Planè æquum fuit, vt illum deus tentaret populum, nam ille populus tenta- bat deum. Hoc iam superius dictum fuit, quod in eo fuerit magnitudo peccati eorum, non quia perierunt, sed quia tentando & murmurando escas perierunt, quia iuxta Psalmistam, tentaue- runt deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis, & malè locuti sunt de deo, dixerunt: nunquid poterit deus parare mensam in deserto? Ergo dum tentantibus ostendit deus, quid ipse possit parando mensam illis: æquum fuit, vt ipse verba vice tentaret eos, ne necirent quales erant ipsi. Penè huic simile est, quod dicit deus in cantico Deuteronomij. Ipsi me prouocauerunt in eo qui nō erat deus, & ego prouocabo eos in eo qui nō est populus. Tentati quippe deprehensi sunt, quod non ambularent in lege eius, id est, in fide eius, dum diffidentes de crastino, colligeret plus quam sufficeret per singulos dies, sicut habes in sequentibus. Porro vt de hoc spiritali cibo & po- tu tentemur nos, æquū esse manifesta defendit ratio. Tentatus enim est homo à diabolo, & victus est: tentetur à deo, vt illius tentatoris fraudem vincat, & tali antidoto iuxta naturam morbi com- perent vitæ suæ subueniat. Tentati, inquam, sunt primi homines à diabolo dicente: Comedite & eritis sicut dii, & crediderunt ei plus quam deo dicenti: In quacumq; die comederitis ex eo, mor- te moriemini. Proinde tenetur à dei filio dicere de pane & vino. Comedite hoc est corpus meum, hic est sanguis meus, comedite & eritis filij dei, & credamus verbo eius plus quam oculis nostris carnalibus, quibus non nisi exteriorem panis & vini speciem intuemur, & ita iniquam credulita- tem parentum nostrorum pia crudelitate in nobismetipsis euaeuemus.

Quod in sabbato non colligebant, sed de manna reposita die sexta manducabant, & de duplici sabbato.

**D**e autem iuxta, parent quod inferant, & sic duplici q̄ colligere solebāt per singulos dies. ¶ Quod inferant, inquit, id est, quod reponant sabbato sequenti quo vacare vel requiescere debeant in commemorationem creatoris, qui sex diebus operatus est, & in septimo requieuit. Sed diximus nos in prima parte huius operis, quod illi dies alterius conditionis intelligendi sint, & q̄ longè aliud hominis sit sabbatum, id est, dei requies. Cur ergo de huiusmodi sabbato, qua- le hætenus obseruant carnales Iudæi, tunc cura fuit? Videlicet, quia dupliciter vtile hoc homi- ni fore præuidit. Primum, vt sicut omnia in figuram contingebant illis, ita & illud figuratiuum sabbatum

Iohan. 6.

Psal. 77.

Deute. 32.

Gene. 3.

sabbatum figura esset spiritualis sabbati, & sua carnali similitudine, illius recordationē faceret, operatio dei, non solum quandiu obseruatum est, sed & quandiu legitur aut legēdum est. Dein- de vt vno ex septenis diebus, refrigeraretur hominis mercenarius, pietas prouidit, sicut alio loco lex dicit. Sex diebus operaberis, septima cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, vt refrigeretur filius ancillæ & aduena. Si ergo verum dei agnouimus sabbatum, vbi requiescente illo & lætante in operibus suis, nunc deposito carnis onere, cum eo requiescunt anime sanctorum: sciamus & il- lud, quia manna quod nobis datum est, sabbato non inuenietur vt colligatur, sed quod ante col- lectum est, tūc manducabitur, quando facie ad faciē videbitur. Neq; enim qui nunc baptismum perdidit, illic aliud inuenire poterit: neq; is qui nunc corpus dominicum manducare, & sanguinem bibere indignè præsumpsit, vel omnino contempserit, illic inueniet hostiam quam pro peccatis suis offerre, vel in remissionem peccatorū sumere possit. Proinde quod hac sexta ætate paramus, duplū sit, quā dudū colligere solebat populus dei: nā ille solum literā legens, deum coluit: nobis quia verbum caro factum est, deus & homo Christus colendus & adorandus est.

Quod Moyses populo carnes & panes promittit, cum dominus solummodo de panibus dixerit: Et quare dictum sit. Vespere scietis, mane videbitis. Cap. XIII.

**D**ixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel. Vespere scietis, quod dominus eduxe- rit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam domini. Audiuim enim murmur vestrū contra dominum: nos verò quid sumus quia nullitatis contra nos? Et ait Moyses: Dabit domi- nus vobis vespere carnes edere, & mane panes in saturitatem, &c. ¶ Notandum, q̄ cum dominus de panibus solummodo dixerit, ecce ego pluam vobis panes de cælo: Moyses ad populum man- data perferēs quasi de suo, carnes præmittit. Dabit, inquit, dominus vobis vespere carnes ede- re, & mane panes in saturitatem. Et quidem dominus inferius loquens ad Moysen: Loquere, ait, ad filios Israel, vespere comedetis carnes, &c. Veruntamen ex Moyſi priusquam ex domini ore vespertinas carnes promitti audimus. Quid ergo per carnes, nisi vetera sacrificia, quid per man- na, nisi nouum sacrificium accipimus? Etenim sicut iam superius tractatum est, & prophetae te- stantur, illa dominus sacrificia permisit fieri, non iussit: hoc autem nouum corporis & sanguinis sui sacrificium per semetipsum tradidit, & hoc facite in memoriam meam dixit. Rectè igitur sa- turitatem panis prius ipse dominus, & deinde Moyses, pollicitus est. Quid autem per vespere- ram (inquit Psalmista) demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nam quia circa vespere- ram primus Adam, inobediens conuictus & iudicatus, in hanc mortalitatem deuenit, matutino autē nouus Adam, obedientia perfecta in immortalitatem atque in corruptionem resurrexit, rectè hic per vespere- ram veterem vitam, in qua carnes taurorum & sanguinem hircorum sacrificauerunt Iudæi: per mane autem nouam vitam intelligimus, in qua præcurrente summo sacerdote Chri- sto sacrificant, & pane cœli saturantur Christiani. Ad illam vespere-ram demorabatur fletus cun- ctis ad inferos descendentibus, ab hoc autem matutino lætitia est, quia cœlum patet, paradisi aper- tus est. Dicit itaque: Vespere scietis, quod dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam domini. Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus. Ac si di- car: quoniam recordati estis, quia sedebatis super ollas carniū, tota ista vespere, quæ lucillum Christi aduentum præcurrit, carnalibus sacrificijs qualibus auelli non potestis, vobis inferuire licebit: ita tamen, vt per illa sciatis & memoriæ repræsentetis, quod dominus eduxerit vos de terra Aegypti, verbi gratia, per vespertinam immolationem agni paschalis, & mane videbi- tis gloriam, id est, gloriosam resurrectionem domini, cuius comparatione gloria non est, quod eduxit vos de terra Aegypti.

Quid significet, quod coturnix castra, & ros per circuitum castrorum operuerit su- perficiem terre, in similitudinem pruinae, dicentibus filijs Israel: Manhu.

**F**actum est ergo vespere, & ascendit coturnix & operuit castra, mane quoq; ros iacuit per cir- cuitum castrorum. Cumq; operuisset superficiem terræ, apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tulum in similitudine pruinae super terram. Quod cum vidissent filij Israel, dixerunt ad inuicem, Manhu, quod significat, quid est hoc? ¶ Præclara rerum imaginatio, & decora figura- rum distinctio. Coturnix castra operuit, ros autem cum quo pariter & manna descendit, non in castris, sed per circuitum castrorum iacuit, non inquam castra, sed superficiem terræ operuit, ipsumq; minutū in solitudine apparuit, dicentibus filijs Israel, Manhu. Ros spiritū sanctū significat, de quo in Psalmo habemus: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā, barbā Aaron, sicut ros Hermō, qui descendit in montē Sion, sic bonū & iucundū est habitare fratres in vnū, quod fit per vnū & solū dilectionis spiritū. Aaron quippe, quod interpretatur mōtanus, Christus est, cui sicut barba capiti, sic adhæretes perfecti & fortes Apostoli, tūc eiusdē capitis vnguēto maauerūt, quando

Exod. 20. Deute. 5.

Hiere. 7.

Psal. 120.

Psal. 132.



Nume. 24.

Deute. 27.

Hebr. 7.

Acto. 17.

prouisum est, vt tali ordine vinceretur hic hostis: Ipsum ergo mysterium diligenter indagandum est. Ante omnia sciendum, quia primus ex omnibus gentibus iste Amalech egressum ex Aegypto dei populum gratis impugnavit. Propterea de illo Balaam in prophetia sua dicit: Principium gentium Amalech, cuius extrema perdetur. Porro qualiter eum impugnaverit, ita legitur in libro Deuteronomij: Memento quae fecerit tibi Amalech in via, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrit tibi, & extremos agminis tui, qui lassii residebant, occiderit. Lassos hic Hebraei immundos secundum legem extra castra manentes intelligunt, quos occidisse Amalechitas dicuntur, quia sicut ipsi tradunt eorum circuncisionem amputauerunt, & in subsannationem dei in caelum proiecerunt. Igitur quia sic principium gentium factus est Amalech, & primus ex omnibus post exitum ex Aegypto, pugnavit contra Israel, & ipsum nomen Amalech populus lingens interpretatur, recte omnium visibilibus & invisibilibus inimicorum populi dei, de hoc mundo ad deum fugientis typum tenere iudicatus est: & ita contra illum pugnatum est, vt qualiter diabolus cum omnibus qui ex parte eius sunt expugnatus sit, pugna ipsa figuraret. Venit Amalech, venit populus lingens, & post concupiscentias suas vadens, cuius princeps & dux diabolus est, & communicato consilio cum spiritibus malignis, peregrinantem in hoc seculo dei populum impugnavit semper, & impugnare non desinit. Contra hunc Moyses in montem ascendit, & cum eo Aaron, quod interpretatur montanus, siue mons fortitudinis. Per Moysen legem, per Aaron, Christum, per Hur, sanctum intelligimus spiritum. Vt quid enim data est lex, nisi vt pugnare doceret, & vt secundum illam homo contra diabolum manus suas, id est, opera iustitiae in caelum sustolleret: Sed manus, inquit, Moysi erant graues, quia videlicet nihil ad perfectum adducere poterat lex. Sumentes igitur lapidem, posuerunt subtus eum in quo sedit, quia videlicet ad hoc in mundum venit Christus filius dei, & ad hoc glorificato illo, datus est spiritus sanctus, vt legi quae infirmabatur, solida substitueretur gratia Euangelij, in quo sederet Moyses, id est, in quo admpleretur lex. Aaron, inquit, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte: nam difficultatem occidentis literae, quam neque patres nostri, neque nos (inquit apostolus Petrus) portare potuimus, Christus & quem ille misit paraclerus, suauem nobis atque portabilem fecerunt in spiritu viuificante. Ita factum est, inquit, vt manus ipsius non lassarentur vsque ad occasum solis, fugauitque Ioseph Amalech & populum eius in ore gladij. Igitur bellum Christianis inditum hoc exemplo monstratur, & belli effectus orationis instantia aperitur. Orat enim Moyses & vincit, cessat & vincitur. Didicit Christianus, quid egerat, inuenit quid fugiat: didicit, inquam, vnde aut vincatur, aut vincat. Moyses enim contra hominem, & pro alijs orando pugnabat. Nec quisquam poterit excusari, qui hostem vincere nolit, dum orando cessauit. Et tamen in Moysse corpus deficiebat, non voluntas aliquando cessabat. Si ergo fragilitatis causa in Moysse excusari non potuit, quem ad modum in nobis voluntas poterit excusari?

De eo quod dictum est Moysi: Scribe hoc in libro, &c. CAP. XXI.

1. Reg. 15.

Matth. 23.

Alijs solij.

**D**ixit autem dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech de caelo. Non solum ex eo Saul abiicisse sermonem domini redarguitur, & pro peccato inobedientiae quasi pro scelere idololatriae proiectus a deo est, quia per Samuelem mandatum est ei a domino dicente: Recensui quaecunque fecit Amalech Israel, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto, nunc igitur vade, & percutite Amalech, & demolire vniuersa eius, ipse autem verius est ad praedam, & fecit malum in oculis domini, verum & ex hoc, quia sic dictum, & sic fuerat scriptum: scribe hoc ob monumentum in libro, delebo enim memoriam Amalech sub caelo. Cum enim is, qui sine autoritate dei nihil vsquam scripsit, hic eius imperium interponit dicentis, scribe hoc, & deinde subiungentis, delebo enim memoriam Amalech sub caelo, magno vtrique iudicij pondere futurum praeruaricorem premit, ne parua videatur audacia, quod non parcente deo parcere ausus sit, vel quod iustitiae vinctam imperante deo, ipse ad praedam se conuerterit. Porro spiritaliter in libro cordis cuiusque nostrum scriptum esse vult, quia diabolus antiquum inimicum Israel, & angelos eius, & homines sequaces eius, perdere habeat, & memoriam eorum sub caelo delere, videlicet dicendo: Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati estis diabolo & angelis eius, vt hac scriptura permanente in cordibus nostris, nunquam cum illo pacem habeamus, neque pugnare iussi contra hunc Amalech, inobediētes sumus. Quod enim vni mandatum est dicendo: Er trade auribus Iosue, ad omnes nos pertinet, & omnibus audiendum traditum est. Si ita pugnantem deleuerimus Amalech, melius triumphabimus, quam Saul, qui parcendo illi triumphalem superbiae fornem erexit, meliusque placebit obedientia nostra, quam illius victimae. Nam & hoc innuit quod sequitur. [Aedificauitque Moyses altare, & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens: Quia manus solius domini, & bellum dei erit contra Amalech a generatione in generationem.] Suam quippe animam in dei templum aedificauit, qui vicit, vt stans iugiter supposito lapide manibus eius non lassetur vsque ad occasum solis, id est, vsque ad finem vitae praesentis, dicatque cum David: Dominus

Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Ac deinceps. In petra exaltauit me, & Psal. 26 nunc exaltauit caput meum super inimicos meos. Circuibo & immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferationis, & caetera.

Quod Moyses cognati sui consilia audierit, iuxta sententiam saluatoris, quia filij huius seculi prudentiores, & caetera. CAP. XXII.

**C**umque audisset Iethro sacerdos Madian cognatus Moysi, omnia quae fecerat dominus Moysi, & populo suo Israel, eo quod eduxisset dominus Israel de Aegypto, tulit Sephora uxorem Moysi, quam remiserat, & duos filios eius. Quam ob causam remiserit uxorem & filios suos Moyses, superius scriptum est, videlicet ob circuncisionem, tetigit enim pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat, sponsus sanguinum. Norandum hoc loco, quod ei, in quo deus loquebatur, quem principem plebis lux constituerat, non homo, sed deus, per quem mirabilia tanta deus fuerat operatus, consiliū dedit homo Ethnicus. [Stulto (inquens) labore consistis & tu & populus iste, qui tecum est. Sed audi verba mea atque consilia, & erit dominus tecum. Esto tu populo in his quae ad dominum pertinent.] Quibus auditis Moyses, fecit omnia quae ille suggererat, & electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi. Ergo ex hoc quoque loco, veram esse claret euangelicā dominū sententiam, dicentis. Quia filij huius seculi prudentiores sunt filij lucis in generatione sua. Nam in genere quidem causarum, ad dominum pertinentium Moyses prudentissimus erat omnium lucis filiorum, neque surrexit propheta vltra in Israel, sicut Moyses, quem nosset dominus facie ad facie, in omnibus signis atque portentis, quae misit per eum: verum in genere causarum pertinentium ad rempub. hominum, prudentior illo cognatus eius inuentus est, in quo hodie quoque plerisque filijs seculi videmus filijs lucis prudentiores. Quod sciens apostolus ita Corinthijs loquitur. Secularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia constituere ad iudicandum. Contemptibiles eos vocat comparatione nobiliorum, qui causarum ad dominum pertinentium minus capaces sunt. Nam in Christi ecclesia non ex genere carnis, sed ex regenerationis gratiae spiritalibus donis, cuncta censetur nobilitas. Igitur quoties filij lucis a filijs huius seculi quippiam percipiunt, quod sit auditu vel imitatione dignum, hoc exemplo superioribus erit vtiliter ad inferiorum consilia descendendum.

Quod Moyses deo immolauit, in signum, quod ab eo missus esset. Cap. XXIII.

**M**ense tertio egressione Israel de terra Aegypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vsque in desertum Sinai: castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel tentoria fixit a regione montis. Moyses autem ascendit ad dominum. Quod dicit mense tertio in die hac, idem est ac si dixisset, mense tertio in die mensis prima. Hic immolaturus erat Moyses, & implenda veritas eius qui miserat eum, dicentis: Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis deo super montem istum. Haec immolatio Moysi pro signo veritatis fuit, quod deus eum miserit, non quia immolauit, sed quia inter immolandum deus clarissima suae praesentiae signa dedit, ita vt perterriti ac pauore concussi filij Israel, dicerent Moysi: Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Et dominus ad Moysen: Haec, inquit, dices filij Israel: Vos vidistis quod de caelo locutus sum vobis, &c. Ergo sic immolasse super montem istum, signum fuit Moysi, quod dominus miserat eum. Porro hic mensis tertij primus dies a primis mensis quartadecima die, qua agnus immolatus est, iuxta lunarem supputationem, qua dragesimalseptima est. Dixit autem dominus ad Moysen in die hac: Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauentque vestimenta sua, & ecce coeperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operuit montem. Hic dies a praedicta immolatione agni, XLIX est. Quibus adde vnum, & fiunt L. qua die videlicet L. dixit dominus ad Moysen: Daboque tibi tabulas lapideas, & legem ac mandata quae scripsi, vt doceas filios Israel. Igitur legis & gratiae summa secundum numerum consonantia est, quia videlicet a paschali vespere quinquagesimo die, lex in tabulis lapideis digito dei scripta per Moysen data est: gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est, quinquagesimo nihilominus a resurrectione eius die, spiritu sancto missio de caelo, in cordibus apostolorum scripta est.

Quomodo simul impleri sunt dies pentecostes Iudaeorum, & dies pentecostes apostolorum. CAP. XXIII.

**H**ic iam quaeritur, quomodo dies pentecostes Iudaeorum in dominicam completi fuerint, quae & spiritus sanctus super apostolos venit iuxta fidem Euangelij. Constat quippe, quia L. dierum vltimus in eandem feriam semper erumpit, in quamcumque illuxerit & primus. Quis autem nesciat, quia prima dies azymorum Iudaeis in quintam feriam anno illo euenit, qua vespere dominus noster traditus, subequentem die paraclitus crucifixus est, sabbato quieuit, & deinde prima sabbati, id est, prima die post sabbatum, quam extunc dominicam dicimus, resurrexerit. Quomodo



modo ergo illa festiuitas, id est, pentecostes, in primam sabbati tunc emicuit. Ad hęc sciendum, quia L. quidem ab immolatione agni die, in exitu Israel de Aegypto lex data est, sed non itidem per annos singulos, ab immolatione agni L. die solennitas eiudem muneris celebrari iussa est; liquidem in Leuitico scriptum est. Cum ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos, feretis spicarum primitias mellis vestrae ad sacerdotem. Qui leuabit fasciculum coram domino, vt acceptabilis sit vobis, altera die sabbati, & sanctificabit illum. Numerabit ergo ab ipso die, in quo obtulisti primitiarum spicas, septem hebdomadas plenas, vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae, & sic offeretis sacrificium domino nouum. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. Perspicuum est, hoc esse preceptum legis, vt in quamcunq; feriam cecidisset quarta decima dies primi mensis, cuius in vespera foret immolandus agnus paschalis, post eandem immolationem, expectaretur altera sabbati, id est, dies quae sabbato succedit, & ipso die leuato spicarum fasciculo coram domino, numerantur exinde septem hebdomadae plenae, dies videlicet XLIX. & altera dies expletionis hebdomadae septimae, quae dies quinquagesima est, celeberrima vocaretur, atque sanctissima, quae Graece dicitur pentecostes. Vnde plenius in Leuitico dicendum est. Itaq; dubium non remanet, neq; iam quaestione indiget, quomodo simul impleri fuerint dies pentecostes Iudaeorum, & dies pentecostes apostolorum, quia videlicet, quae die suum leuare fasciculum iubentur, eadem surrexit a mortuis Christus dei filius, fasciculus viuentium, membra sua super terram mortificantium. De quo in Cantico sponsa loquitur: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Et continuo subiungit: Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Nam ex nostra quidem infirmitate, fasciculus myrrhae erat, dum iaceret in sepulchro mortuus, sed ex virtute dei leuatus est, tanquam botrus cypri, quo ad dulcedinem resurrectionis. Exinde Iudaeis numerantibus secundum legem septem hebdomadas, vt altera die post expletionem earum, mortuam agerent festiuitatem, Christus deo viuens, & seipsum viuum praebens discipulis suis, in multis argumentis XL. die super omnes caelos ascendit, L. autem celebrantibus illis acceptionem litterae occidentis, ipse suis viuificantibus donis spiritu sancto descendente credentes repleuit. Nunc praedicti montis Synai caliginem ingressuri, lucernam praeteramus sensus apostolici, vt cum illo ad nostram vtilitatem scrutemur secundum Euangelium Christi, quae dicta sunt illic.

*De his quae mystice gesta sunt iuxta montem Synai. Cap. XXV.*

**A**It: Non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubae sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur: Et si tetigerit bestia montem, lapidabitur. Et ita terribile erat, quod videbatur, Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuientem, & multorum milium angelorum frequentiam & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium deum, & spirituum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel. Hoc enim alio loco perpendens Idem Apostolus, incontinentibus quidem manum indulgentiae porrigit: Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tenter vos Satanas, propter incontinentiam vestram: continentibus autem persuadet, vt habendo vxores, tanquam non habentes sint: virginibus vero, vt sic permaneant, consilium dat, existimans hoc bonum esse propter instantem necessitatem.

It: Non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubae sonum, & vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant quod dicebatur: Et si tetigerit bestia montem, lapidabitur. Et ita terribile erat, quod videbatur, Moyses dixit: Exterritus sum & tremebundus. Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem dei viuientem, & multorum milium angelorum frequentiam & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium deum, & spirituum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel. Hoc enim alio loco perpendens Idem Apostolus, incontinentibus quidem manum indulgentiae porrigit: Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tenter vos Satanas, propter incontinentiam vestram: continentibus autem persuadet, vt habendo vxores, tanquam non habentes sint: virginibus vero, vt sic permaneant, consilium dat, existimans hoc bonum esse propter instantem necessitatem.

Primū, vt fieri solet, caprandae beneuolentiae gratia, dominus sua commemorans beneficia praeterita, & promittens futura. [Volsiphi, inquit, vidistis quae fecerim Aegyptijs, quo modo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis, & caetera.] Si haec digne commemoranda erant eis, vt non ingrati essent, quos a dominis quamlibet superbis, & iniustus hominibus tamen liberauerat, & ad illum tractabilem ignem, ad illum turbinem & caliginem adduxerat: quanto magis illud nobis rememorandum est, quod non vt tunc, sed abundantiore gratia liberatos a peccatis nostris, portauit nos deus homo factus, ad Sion montem, & ciuitatem dei viuientis Hierusalem caelestem, quasi super alas aquilarum, velociter & alte volantium, fortisque suos fortiter portantium, & assumpsit sibi, vt vbi ipse est, ibi & nos simus. Si ergo, inquit, audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, subauditur, quod pepigi cum Abraham. Siue pactum, id est, legem quam in praesentiarum vobis daturus sum. Non dixit tantum, si audieritis, sed addidit, & custodieritis pactum meum, quia profecto, non auditores legis iustificabuntur apud dominum. Eratis, ait, mihi in peculium de cunctis populis. [Mea est enim omnis terra, & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta.] Sicut dictum est, sic & hodie factum est a domino. Nam ecce domini est terra, & per Christum ipse dominatur gentium. Omnium autem nostrum regnum sacerdotale siue regale sacerdotium, ille populus est pro parte electorum. ex illo enim secundum carnem Christus rex, & sacerdos omnium sanctus factorum. Vnde verissime ipse testificatus est, quia salus ex Iudaeis est. Ergo ille peculiaris dei populus est, nam nos aduenae sumus & hospites. Et si ex nobis plures sunt sacerdotes, peculiariter tamen regnum & sacerdotium illius populi est, ex quo rex &

rex &

rex & sacerdos Christus, cuius ipsum quo fungimur sacerdotium est. Et nota, quod tanquam paterfamilias conuentionem faciens cum operarijs diurnis, quos continuo missurus est in opera legis, tam diu verba facit, donec ab eis ipsa collaudetur conuentio, dicentibus cunctis: [Quae locutus est dominus, faciemus.] Hęc enim verba populi, vbi ad dominum nunciauit Moyses, ipse nihil moratus. [Vade, inquit, ad populum, & sanctifica illos hodie & cras, lauentque vestimenta sua, & sint parati in diem tertium.]

*De eo quod dictum est: Estote parati in diem crastinum, ne appropinquetis vxoribus vestris.*

**M**ulta in hoc sunt capitula, quae diligenter consideranda sunt. Primum, quod sanctificare iussus populum Moyses eandem ita sanctificationem determinat. [Estote parati in diem tertium, ne appropinquetis vxoribus vestris.] Ergo ne appropinquare vxoribus res est illicita: Non vtiq; sed sicut alia dicit scriptura, omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub caelo. Tempus amplectandi, & tempus longè fieri à complexibus. Tempus longè fieri à complexibus tunc est, quando sanctificationis tempus impendit. Quid enim est sanctificari, nisi abstinere etiam à licitis? Nam qui abstinet solummodo ab illicitis, poenam quidem euasit peccati, sed gloriam nondum est assecutus sanctitatis. Vnde & dominus in Euangelio dicit: Cum feceritis omnia, quae praecpta sunt vobis, dicite: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Et enim ad sanctificationem non satis est, fecisse praecptum, nisi adicias facere & consilium. Hoc autem hic agebatur, quatenus sancti essent, id est, digni audire vel videre, quomodo hominibus possibile est, praesentem dei maiestatem. Rectè igitur consultur illis, vt continentiam habeant etiam licitae rei, dicendo: Estote parati, ne appropinquetis vxoribus vestris. Si hoc rectè dici debuit accessuris ad illum ignem visibilem, ad turbinem, & caliginem, & procellam, & tubae sonum, vt supra iam dictum est: quanto magis accedentibus nobis ad ciuitatem dei viuientis Hierusalem caelestem, & multorum milium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium deum, & spirituum iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem, melius loquentem quam Abel? Hoc enim alio loco perpendens Idem Apostolus, incontinentibus quidem manum indulgentiae porrigit: Nolite, inquit, fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tenter vos Satanas, propter incontinentiam vestram: continentibus autem persuadet, vt habendo vxores, tanquam non habentes sint: virginibus vero, vt sic permaneant, consilium dat, existimans hoc bonum esse propter instantem necessitatem.

*Quid significet, quod sanctificationis preparatio mandatur in diem tertium.*

**Q**uid praeterea sibi vult, quod sanctificationis preparatio mandatur in diem tertium? Hoc planè si quaerimus, pariter & illud occurrit quaerere, cur ipse qui hoc mandauit dominus deus, homo factus, per triduum sanctificauerit seipsum. Instante nanque hora passionis suae, cum dixisset, sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est, sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum, ita continuo subiunxit: Et pro eis ego sanctifico meipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quae sanctificatio eius, haud dubium, quin immolatio eius sanctificationi nostrae necessaria fuerit, quam tertio die consummauit, resurgendo à mortuis, in gloriam immortalitatis & incorruptionis, & ita iuxta prophetam Zachariam, ablatis ab eo sordidis vestibus, indutus est mutatorijs. Sed de hoc citius responderetur, quia deus, cui in Christo seipsum sacrificante, nostra natura satisfactionem offerebat, vt nos ei reconciliaremur, deus, inquam, noster trinitas est, pater & filius & spiritus sanctus: ac proinde iustum fuit, vt etiam non deberet videre corruptionem sanctus eius, tamen festiua eius resurrectio saltem in diem tertium differretur. Itaque rectè ad suae futurae sanctificationis exemplum, iam hic triduanam sanctificationem indixit hominibus, vnde triduanae poenitentiae vel afflictionis auctoritas deinceps peccatoribus sancitur. Porro, quod dictum est, lauentque vestimenta sua, secundum literalem quidem sensum non multum apud dominum ad sanctificationem valere constat, veruntamen cum pro ritu sanctificationis sit, internam quoque munditiam deo placitam esse cogit intelligi. Caeterum, haec vtrunque se habeant, lauare oportet per poenitentiam animae vestimenta, id est, membra corruptibilia. De quibus ait sanctus Iob: Et abominabuntur me vestimenta mea, id est, abominabilem reddent me membra corruptibilia. De his lauandis siue non inquinandis, alibi scriptum est: Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Item: Omni tempore vestimenta tua sint candida, & oleum de capite, id est, charitas de corde tuo non deficiat.

*De eo quod dictum est: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur.*

Capitulum XXVIII.

Omnis,

**O**mnis, inquit, qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tangunt eum, sed lapidibus opprimitur, aut confodietur iaculis. Siue iumentum fuerit, siue homo, non uiuet, &c.] Horum terribilium causa praesens populi rudis erat inscitia, cui tanquam adolescentulo petulant, qui pium patrem reuereri nesciret, seuerum paedagogum adhiberi oportebat. Docendus enim erat, quod deus patrum eius non esset talis, ut dii Aegyptiorum, quorum in sacris, imo sacrilegijs ludere, & choros ducere, manducare, & bibere, ac deinde polluere, & pollui solenne erat in omni genere fornicationum. Siquidem non vltro vel facile hoc perdiscere poterat, quippe cum & post tales tantosq; terrores nihil cunctatus, quasi nihil vidisset, fecerit vitulum conflatilem. *Exod. 32.* *Exod. 30.* *Exod. 31.* *Exod. 32.* *Exod. 33.* *Exod. 34.* *Exod. 35.* *Exod. 36.* *Exod. 37.* *Exod. 38.* *Exod. 39.* *Exod. 40.* *Exod. 41.* *Exod. 42.* *Exod. 43.* *Exod. 44.* *Exod. 45.* *Exod. 46.* *Exod. 47.* *Exod. 48.* *Exod. 49.* *Exod. 50.* *Exod. 51.* *Exod. 52.* *Exod. 53.* *Exod. 54.* *Exod. 55.* *Exod. 56.* *Exod. 57.* *Exod. 58.* *Exod. 59.* *Exod. 60.* *Exod. 61.* *Exod. 62.* *Exod. 63.* *Exod. 64.* *Exod. 65.* *Exod. 66.* *Exod. 67.* *Exod. 68.* *Exod. 69.* *Exod. 70.* *Exod. 71.* *Exod. 72.* *Exod. 73.* *Exod. 74.* *Exod. 75.* *Exod. 76.* *Exod. 77.* *Exod. 78.* *Exod. 79.* *Exod. 80.* *Exod. 81.* *Exod. 82.* *Exod. 83.* *Exod. 84.* *Exod. 85.* *Exod. 86.* *Exod. 87.* *Exod. 88.* *Exod. 89.* *Exod. 90.* *Exod. 91.* *Exod. 92.* *Exod. 93.* *Exod. 94.* *Exod. 95.* *Exod. 96.* *Exod. 97.* *Exod. 98.* *Exod. 99.* *Exod. 100.*

*Quomodo dictum sit. Cum coeperit clangere buccina, tunc ascendant in montem, eum supra contrarium dictum sit.*

CAP. XXIX.

**C**um, inquit, coeperit clangere buccina, tunc ascendant in montem. Sed & supra iam dictum est, cauere ne ascendatis in montem. & postmodum item dominus dicit: Contestare populum, ne forte transcendere velint terminos ad videndum dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Ergo cum dicitur, cum coeperit clangere buccina, ascendant in montem, subaudiendum est, usq; ad terminos constitutos per circuitum. Porro Moyses, quam auide inhaereat diuinae visioni, illud innuit, quod cum dicente sibi domino: [Descende, & contestare populum, ne forte velint transcendere terminos. Sacerdotes quoq; qui ascendit ad dominum sanctificantur, ne percutiam eos.] Ita respondens, ait: [Non poterit vulgus ascendere in montem Sinai. Tu enim testificatus es, & iussisti, dicens: pone terminos circa montem, & sanctifica illum.] Attamen licet hac occasione praetenta, quasi securum deum reddere voluerit, non profecit. Nam dominus in sententia persistens. [Vade, inquit, descende, ascendesq; tu, & Aaron tecum. Hoc in exemplum eorum, qui populo dei praeficiendi erant, sicut Moyses dictum vel factum est, quibus supernorum contemplationi arctius inhaerere cupientibus, nonnunquam causa vel cura subditorum impedimento fit. Exemplo namq; simul, & imperio saluatoris, qui de sinu patris propter nos exiuit, coguntur interdum omittere dulcedinem altissimae contemplationis, & condescendere paruulis, ut cum eis tractent de carnalibus negotijs, ut Paulus apostolus, qui cum raptus fuisset usq; ad tertium caelum, vel paradysum, & audisset arcana verba, quae non licet homini loqui: de tam altis, ad tam infima descendit, ut disponderet iura coniugij: Vxor, inquit, vir debitum reddat, & vxor viro.]

*Quid significet mons Sion, iuxta sententiam Apostoli. Et quid intelligendum sit per hoc quod dictum est: Bestia si tetigerit montem, lapidibus opprimitur.*

CAPVT XXX.

**M**ons namq; Sinai, quid significet, capitulo superius scripto, idem Apostolus aperuit: Sed accessistis, inquit, ad Sion montem, & ciuitatem dei uiuentis, Hierusalem coelestem. Cum enim haec igni montis Sinai, & caligini opponit, in quam Moyses ascendit, quo populus ascendere non potuit, profecto illic figuram, hic veritatem: illic umbram, hic nos intelligere vult corpus aut rem. Quem ergo deus misit, cui iuxta exemplum Moyfi signum dare dignatur, quod eum ipse miserit, huic montis Sion & ciuitatis dei uiuentis Hierusalem coelestis ianuam aperiet, vocando illum intra secreta contemplationis, quo populus ascendere non meretur, quia carnali sensu premitur. Et bestia, inquit, si tetigerit montem, lapidibus opprimitur. Si enim is, qui bestialiter uiuit, alta diuinitatis audeat scrutari, illa gloriosa dignitas caliginem sibi mer obducit, & fumante toto scripturarum monte, indignos oculos caecitate obuoluit. Vnde Psalmista: Et posuit, inquit, tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculum eius, tenebrosa aqua in nubibus aeris. Ita cum sit splendida lux veritatis, ille nihil videns, nisi caliginem mendacij, illis opprimitur lapidibus, quos alij verbis idem significat, cum dicit: Pluit super peccatores saqueos, ignis, sulphur, & spiritus

Psalm. 17.

Psalm. 10.

spiritus procellarum, pars calicis eorum. Sic Arrius, & alius quilibet haereticus a superna maiestate lapidatus est. Et hoc idcirco, quia bestia fuit. Si enim rationabiliter ut homo per actiuam vitam, seipsum prius exercuisset, ac deinde ad contemplandam veritatis gloriam ordinate promouisset, suos ab illo fortitudo maiestatis lapides continuisset. Interea qui vocatus a domino est, is usq; in tertium caelum, aut in paradysum raptus, & illud usque mente excedens, ciuitatem dei uiuentis Hierusalem coelestem perambulat, murosque eius ex omni lapide precioso, turres quoque gemmis aedificatas, atque plateas mundo auro stratas, multorumq; milium angelorum frequentiam, in circuitu eius & intus miratur, tantaeq; visionis eius nunquam abesse festiuitati, totis visceribus optat. Sed oportet ut qui audit dicat, veni, id est, ut is qui supernam dulcedinem praegustauit, inuiter alios, ad promerendam requiem, qui miserè laborantes & onerati, nesciunt adhuc ubi pax & vera refectio sit. Nec enim idcirco aperti sunt illi thesauri beatitudinis, ut reperitis solus incumbat diuitijs. Dicitur ergo Moyfi ut descendat, ascensus iterum, & assumat secum Aaron fratrem suum, populo quoque praedicet, quatenus lotis vestimentis ascendat ad dominum. Illic contraria, fulguraque micantia, fumus quoque & ignis, & clangor buccinae, ut fiat quod scriptum est: Qui respicit terram, & facit eam tremere, qui tangit montes, & fumigant. Item: Coma est, & tremuit terra, & fundamenta montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus es eis. Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit, carbones succensis sunt ab eo, & caetera. Terra quippe commouetur, & contremescit, fundamenta quoque montium conturbantur & fumigant, ex ardescente igne a facie domini, cum audito per praedicatorum futuro aduentu tremendi iudicij, hi qui prius terram tantummodo nouerant, semetipsos poenitendo discutiunt, & montuosa superbia descendere, fumus, id est, lachrymosa oratio, ascendit a timore irae domini, & ignis doloris a facie eius, id est, a cognitione veritatis exardescens, peccata consumit.

*Decalogus praecceptorum, & cur dictum sit in fine: Non concupisces, cum omnium malorum radix sit cupiditas, & de charitate.*

CAPVT XXXI.

**L**ocusque est deus cunctos sermones hos: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me, Non facies tibi sculprile, neque omnem similitudinem quae est in caelo desuper, & quae in terra deorsum, neque eorum quae in aquis sunt sub terra, non adorabis, neque coles ea, & caetera. Hic decalogus in capite legis positus est, id est, decem praecceptorum numerus, quorum primum est: Non habebis deos alienos coram me, vltimum: Non concupisces. Dicit autem Apostolus: Quia radix omnium malorum est cupiditas. Cur ergo non hic primum positum est, non concupisces? Sed sciendum, quia sicut malae arboris, superiores primum rami praeceduntur, & sic paulatim usque ad radices peruenitur, sic prius opera mala, prout sunt cupiditati viciniore, paulatim praeceduntur, & sic ad vltimum ipsa cupiditas vel concupiscentia voce prohibentis amputatur. Notandum quippe, quod prohibendo penè cuncta haec enuntiantur. Vnde verissime Apostolus dicit: Quia iusto lex non posita est, sed iniustus, impijs, & peccatoribus, sceleratis, & contaminatis. Iniustos nempe & totos cupiditati deditos homines, deus curandos susceperat, & idcirco tanquam negotioso agricolae, primum haec illi cura impendebat, uti malis radicibus occupatam terram fecunditas meliori plantationi praepararet, scilicet charitati, quae sola iusto posita est. Nam & idem Apostolus antequam diceret, quia iniustus & non subditis lex posita est. Iusto, id est, Timotheo discipulo, dixerat: Finis praeccepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Etenim ubi charitas est, non opus est dicere: Non occides, non moechaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices. Profunde interrogatus dominus a legisperito, dicente: Magister, quod est mandatum maximum in lege? Respondit: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & prophætae. Igitur hic in initio non iam charitas imperatur, sed quae contraria sunt charitati, prohibentur: ut illis extirpatis, tunc demum ipsa charitas radix omnium bonorum substituatur.

*Quod praecceptorum quatuor pertinent ad dilectionem dei, sex vero ad dilectionem proximi.*

Cap. XXXII.

**S**unt autem praeccepta decem, quorum primum (ut praedictum est) non habebis deos alienos coram me, non facies tibi sculprile, sequens, sed vltimum est, non concupisces. Quatuor ex his dilectioni dei, sex dilectioni subieciuntur proximi. Non habebis deos alienos coram me, non facies tibi sculprile, neque omnem similitudinem, non assumes nomen domini dei tui in vanum, memento ut diem sabbatorum sanctifices. Quatuor ista dei dilectioni repugnancia prohibendo, locum eidem dilectioni dei, sermo dei parare intendit, Habere namque deos alienos, & deum

Apoca. 22.

Psalm. 109.  
Psalm. 17.

Cap. XX.

1. Timo. 4.

1. Timo. 6.

Matth. 23.

AA & deum



Quare de emptione Hebræorum, prima iudicia proponantur, & vnde illis illa ingenuitas contigerit.

CAP. XXXV.

**S**i emeris seruum Hebræum, VI. annis seruiet tibi: in VII. egredietur liber, gratis, & cætera. Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt, & reliqua. Quæri non frustra potest, cur de proponendis iudiciis, hæc in ordine priora sunt? Et ad hæc inquit: hæc Hebræicæ genti iudicia propria, cætera verò cunctis hominibus siue cunctis gentibus debent esse communia. Quare hæc Hebræorum sunt propria? Quia videlicet pater eorum Iacob, sex annis, pro gregibus Laban seruiuit, in septimo dignitate sua seruata liber exiuit, magis eligens cum patribus suis Abraham & Isaac peregrinari, quam in terra vel cognatione patrui suorum plura seruiendo lucrari. Hæc ingenuitas patris illam suis posteris apud dominum thesaurizauit, quatinus lege defendat eos, vt nemo ex illis ultra sex annos cogatur seruire, si nolit. Econtrario: mater ipsorum Lya per iniusticiam patris vendita quasi in famulam sic egressa est, sicut ancillæ exire consueuerunt. Vnde tam ipsa, quam soror eius Rachel, hoc modo conquestæ sunt. Nunquid habemus residui quicquã in facultatibus, & hereditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comediq; precium nostrum? Itaq; hæc propria secundum literam Hebræorum iudicia sunt. Si emeris (inquit) seruum Hebræum, sex annis seruiet tibi, in septimo egredietur liber gratis, subauditur, si voluerit, nam ingenuus est, & pater eius à semet ipso venditus, septimo seruitij anno liber exiuit, quia voluit, nec enim se in perpetuum vendidit. Cum quali veste, id est, cum quali conditione intrauerit, cum tali exeat, quia videlicet pater eius nec plus nec minus, sed tantum abduxit quantum iure acquisiuit: [Si habens uxorem, & vxor egredietur simul.] Quia pater eius habens uxores, vtranq; sororem Lyam & Rachel, quas facta conuentione acquisierat, iam quando seruiendo pro gregibus intrauit, cum eisdem egressus est. [Quod si dixerit seruus, diligo dominum meum, & uxores, ac liberos, non egrediar liber, offerat eum (inquit) dominus diis, & cætera.] Deos, sacerdotes intellige, secundum quod dictum est ad Moysen. Ecce constitui te deum Pharaonis, videlicet secundum dignitatem diuini officii. [Applacabitur (inquit) ad ostium & postes.] Scilicet vt multos habeat inspectores & testes. [Perforabitq; aurem eius subula.] Videlicet vt amplius semel dictæ professionis suæ delere vel abscondere non possit monumentum. [Et erit ei seruus in seculum.] Festinando ad alia moralem huius capituli suauitatem præterimus, suo namq; loco inuenienda est ædificatio à sanctis patribus. [Si quis vendiderit filiam suam in famulam.] Subauditur, quemadmodum vendidit Laban matrem vestram Lyam, quam inrogatus protrusit & in doratam. [Nō egredietur sicut ancillæ exire consueuerunt.] Videlicet autoritate patris vestri Iacob præeunte, qui non passus est illam quasi ancillam sine omni dote exire. Egit namq; arte sua, ponendo virgas populeas in canalibus, quas ex parte decorticauerat, vt in ipso calore coitus oves intuerentur virgas, & parerent maculosa & varia, & diuerso colore resperta. Ita nempe, quia cum fortiore Laban iudicio contendere non potuit pro dote non postularæ vxoris, iusta sibi & illi arte prouidit, ditatusque est homo ultra modum, & habuit greges multos, seruos, & ancillas, camelos, & alinos. Ita planè satagere licebit emptori vt ei quam emit, quia filia est, non omne dotis subsidium desit, siue sibi siue filio illam despondere noluerit. [Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerit, dimittet eam.] Hic clanculo illos suæ vel maternæ conditionis admonet, quia profecto cum displicuisset Lya, nam lippis erat oculis, iure Iacob dimittere eam poterat, quippe pro qua non seruietat, cui fidem coniugalem non dederat. [Populo autem alieno vendendi, non habet potestatem, si spreuerit eam,] & reliqua.

De diuerso supplicio eius, qui hominem in insidijs occidit, & eius qui occidit inimicum suum.

CAP. XXXVI.

**Q**ui percussit hominem, volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiarius, sed deus illum tradidit in manus eius, constituit tibi locum, quo fugere debeat. Constituit tibi locum, id est, separabo tibi vrbes fugitiuorum, quo fugere debeat qui non est insidiarius, sed deus inimicum tradidit in manus eius. Exempli gratia: Persequente Saule Dauid, cum ille fuisset ingressus speluncam vt purgaret ventrem, Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum: Ecce dies, de quo locutus est dominus ad te, ego tradam tibi inimicum tuum, & cætera. Item: Venierunt Dauid & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul facientem, & dormientem in tentorio. Dixitq; Abisai ad Dauid: Conclusit deus inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfodiam eum lancea in terra semel, & secundo opus non erit. Planè Dauid non fuerat insidiarius, sed deus inimicum gratis insidiantem tradiderat in manus eius. Vnde & dicit: Animaduerte & vide, quoniam non est iniquitas in me, tu autem insidiaris animæ meæ. Et ille secundum hanc legem locutus: Iustior, inquit, tu es quam ego, quia videlicet permissio legis poterat occidere me, legitimum habiturus refugij locum, donec temporis huius moretetur sacerdos.

Si quis

Si quis per industriam Quod homicida ab altari euellendus, & morti tradendus sit.

CAP. XXXVII.

**S**i quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias: ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Ab altari, inquit, meo auelles eum, vt moriatur, id est, etiam si ad altare meum confugerit, illuc vsque persequeris eum, auulsumq; interficies, quia videlicet ei nihil debet fides altaris, qui per dolum occidendo proximum, omnem fidem perdidit. Iure ergo nemo vel Salomonis iudicium, vel Banaie manum reprehendit, quia Iobab profugum in tabernaculum domini, tenentemq; cornu altaris, & dicentem: non egrediar, sed hic moriar, ibidem aggressus interfecit, quia occidit duos viros iustos, melioresq; se, Abner, & Amasan, principes militiæ, & effudit sanguinem belli in pace, id est, in osculo pacis, dicendo: salue mi frater, tenens manu mentum more osculantis. Non, inquam, iure quisquam hoc reprehendit, quod hic talis auulsus est ab altari & interfecus, dicente hic domino, de huiusmodi, ab altari meo auelles eum vt moriatur. Cætera quoque similiter manifestam habentia pulchritudinem æquitatis, facile rationalis ac diligens homo discernit, vt vltro facie eius delectatus dicat, fidelis dominus in omnibus verbis suis, iustus dominus in omnibus viis suis. Cum ergo hæc omnia fecerit seruus Hebræus opera iustitiæ, nunquid statim perfectus erit, & premium accipiet vitæ æternæ? Non vtiq; nam & Apostolus testatus est, quia nihil ad perfectum adduxit lex. Et iustorum in lege, de præcipuis vnus dicit Iachrymosa confessione, quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Bene igitur dominus ipse, hic post omnia non regnum cælorum iam legis huius operariis repromittit, sed dicit.

Quod dictum est: Ecce ego mittam angelum meum, & cætera.

CAP. XXXVIII.

**E**cce ego mittam angelum, qui præcedat te, & custodiat in via, & introducat ad locum quem paraui. Obserua eum, & audi vocem eius: nec contemnendum putes, quia non dimittet eum peccaueris, & est nomen meum in illo. Non est hic ille angelus, quem promittens dominus per Malachiam prophetam: Ecce ego, inquit, mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Ille est namque Iohannes Baptista propheta, & plus quam propheta angelus, id est, nuntius, non præco venturi, sed nuntius atque index iam præsentis huius magni angeli, de quo confestim idem propheta subiungit: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Propria huius angeli differentia hic posita est dicente deo, & est nomen meum in illo. Non dixit, & nomen meum super illum, quod rectè dici queat de quolibet infimo electorum, quorum omnium illa est prophetica vox: Tu autem in nobis es domine, & nomen tuum inuocatum est super nos: sed est, inquit, nomen meum in illo, id est, pro naturali diuinitate eodem, quo & ego, censetur nomine. Dicitur enim, & est, æque vt ego deus, dominus, omnipotens, inuisibilis, increatus, immensus, æternus, & quicquid de deo substantialiter prædicatur, vt hoc solum de nomine interfit, quod ego ad illum relatiuè pater, ille ad me relatiuè filius dicitur. Hunc ego mittam, qui præcedat te, scilicet aperiendo tibi portas iustitiæ, & custodiat te in via, quatinus quod arbitrio non præuales, eius consequaris gratia: & introducat ad locum quem paraui, scilicet mansionibus multis distinctum ab origine mundi, de quo ceciderunt apostatæ angeli, quibus pes superbiæ, & idcirco expulsi sunt, nec potuerunt stare. Obserua eum, & audi vocem eius. Obserua, inquam, eum, non à semet ipso loquentem, & opera mea facientem, & audi vocem eius, dum sub duobus testibus, scilicet sermone & opere se in nomine dei patris sui venisse profiteretur. Nec contemnendum putes, quia non dimittet eum peccaueris, ne contemnendum putes quod homo est, q; mortalis est, q; mortuus ex infirmitate hominis, viuunt enim ex virtute dei, habentq; potestatem iudicium faciendi, nō dimittet eum peccaueris odio habedo illum gratis. [Quod si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligā affligentes te, præcedetq; te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, &c.] Inimicos Israel, id est, omnium quærentium dominum, & Aegyptum huius mundi fugientium, malignos esse spiritus, eiq; Amorrhæi & Euzæi, cæterarumq; gentium congruere nomina secundum interpretationes suas, iam alio loco dictum est, proinde præsentia pertransientes, ad alia curramus.

Quomodo fecunditatem ecclesiæ repromittit, dicendo: Non erit infœcunda nec sterilis in terra tua.

CAP. XXXIX.

**N**on erit infœcunda, nec sterilis in terra tua. Numerum dierum tuorum implebo. Beati serminis fecunditatem ecclesiæ sanctæ repromittit, quam & propheta Elaias præuidens: Lauda, inquit, sterilis, quæ non parit: erumpe & clama quæ non parturit: quia multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum. Nam postquam nos angelus ille præcessit, & in

AA ij cœlum

caelum ascensum dona sancti spiritus hominibus dedit, non est in hac terra, quam ille sanguine suo rigavit, quae sit infocunda verbo dei, & sterilis ab operibus bonis. In omni loco mater ecclesia spirituales filios parit, & de mortuis viuos in vitam aeternam regenerando parurit. Cuius fecunditatis praemium breuiter contingens, numerum, inquit, dierum tuorum implebo, id est, in seculorum secula, quae dinumerari non possunt, vitam tuam extendam, & dilatabo. [Terrorum meum mittam in praecursum vestrum, & occidam omnem populum ad quem ingredieris, &c.] Haec ita facta esse nouimus, vt in figura terroris, quo per crucem Christi fulminati sunt, maligni spiritus inimici nostri, contigisse veraciter praedicemus. Vnde & ipsi inimicorum capiti fiducia liter dicamus. O tortuose serpens, qui mille per meandros, fraudesque flexuosas agitas quiete corda, discede, Christus hic est, hic est Christus, liquece, signum quod ipse nostri damnat tua cateruam. Sed quinam sunt crabrones, de quibus ait: [Emittam crabrones prius, qui fugabunt Euzeum, & Chananaeum, & Ethaeum antequam introcas.] Qui, inquam, spiritualiter sunt per crabrones intelligendi, quos scimus de equino stercore nasci, quos contra Chananaeum se missurum dicit, sicut contra Aegyptios muscas misit, nisi ignobiles, & contemptibiles huius mundi, quos vt nobilis & fortior confunderet, ante conspectum nostrum misit, vt per illos contra te bestiae. Hoc est dicere, pacifice possimus ad vitam aeternam ingredi. Isti crabrones qui se tanquam purgamenta mundi profitebantur, & omnium peripsa, miluos vicerunt, diabolum principem mundi fugauerunt, & omnes pompas eius sub pedibus suis velociter conculcauerunt. [Non estiam, inquit, eos a facie tua, anno vno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestiae.] Hoc est dicere, Non absque legitimi certaminis labore vitia delebo repugnantia proposito tuo, vel intentioni tuae, ne extollat te in superbiam repentina gloria victoriae. Satius enim est pugnare cum hominibus, quam bestijs subdi, id est tolerabilius est, verbi gratia, colaphizari stimulo carnis, quam deuasari elationis stimulo. Haec enim humana, illa tentatio est diabolica. Ait ergo. [Paulatim expellam eos de conspectu meo, donec augetur & possideas terram.] Ac si dicat. Ascensiones quas in corde tuo disposuisti, in hac valle lachrymarum, in hoc loco quem tibi posuisti, in quem o homo pro tuo vitio incidisti, paulatim per auxilium exercitantis gratiae perficies, ibis de virtute in virtutem, donec videas deum deorum in Sion, quod est veraciter augeri & possidere terram uiuentem. [Ponam autem terminos tuos a mari rubro vsque ad mare Palaestinarum, & a deserto vsque ad fluuium.] Spiritualiter autem termini Christianitatis hi sunt. Per mare rubrum & per desertum populum intelligimus Iudaeorum, rubrum mare pro parte electorum, qui primi rubente sanguine Christi mundati sunt, & apud quos priores baptisma est ecclesiae celebratum: desertum autem pro parte reproborum, qui propter infidelitatem ab inhabitatore deo & homine Christo deserti sunt. Per mare autem Palaestinarum, & fluuium magnum, quem alio loco nominat scriptura Euphratem, quod nos Latine dicimus frugiferum, multitudinem intelligimus gentium, siue profunditatem nationum, ad quas dilata sunt termini apostolorum, incipientium ab Hierusalē, vbi (sicut dictum est) primo sacrum est nostri baptismi mare rubrum. Porro iuxta literam quatuor climata terrae repromissionis distincta sunt, dicendo a mari rubro vsque ad mare Palaestinarum, & a deserto vsque ad fluuium. Mare Palaestinarum alio loco legimus appellari mare magnum, quod iuxta terrae situm ipsorum erat illis contra solis occasum.

1. Cor. 4.

2. Cor. 12.

Psal. 137.

Quod sermonis dei cum Moise, exordium, medium, & finis, idem sit.

CAPVT XL.

Radam in manibus vestris habitatores terrae, & estiam eos de conspectu vestro. Non in ibis cum eis focdus, nec cum dijs eorum, non habitent in terra vestra, ne forte peccare te faciant in me, si serueris dijs eorum: quod certe erit tibi in scandalum. Quod sermonis huius fuit exordium, ipsum medium, ipsum & finis est. In exordio nanque dictum est. Non habebis deos alienos coram me. In medio autem, qui immolat dijs, occidetur, praeter deo soli. Porro hic in fine dicitur. Non in ibis focdus cum dijs eorum, & caetera. Et recte, quia bonorum omnium radix est, vnus dei diligentissima notitia, idcirco maxime circa hanc tota beniuoli plantatoris impenditur opera. Hac etenim in corde prius radicata & fundata, quicquid inde pullulat, frondet ac floret in gratiam, & fructum affert in vitam aeternam: sicut e contrario deorum alienorum seruitus caua est perditionis, efficiens omnem fructum nequam, & mortem afferens sempiternam, testante Apostolo, cum dicit: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, qui commutauerunt veritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula, Amen, & reliqua. Ergo sicut creaturae seruitus contumeliosum reddit hominē, etiam in exterioribus carnis operibus, sic e contrario fida creatoris adoratio gloriosum illum efficit succedentibus fructibus spiritus. Equidem nos hodie cuncti verbo palam creatoris adoratores sumus: sed autoribus magnis, Christo videlicet & Apostolo eius, simulachrorum seruitus sic equiuocatur, vt in illo sacrilegio plerique professores Christianitatis inuoluantur. Nam euangelica autoritate, si auarum sumus,

Roma. 1.

sumus, non deo seruiamus, sed mammonae. Et Apostolus testatur, quia auaritia idolorum est seruitus. Igitur & hic & supra, vbi dictum est: Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis, apud nos idem est, ac si dicatur: Non studebitis auaritia, non seruietis mammonae.

Matth. 6. Luce 16. Ephes. 5. Colos. 3.

Quoto die lex data sit, & quod altari adificatio ad radices montis, populus trina repetitione dixerit: Omnia verba domini, quae locutus est faciemus.

CAPVT XLII.

Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba domini atque iudicia. Responditque populus omnis vna voce: Omnia verba domini, quae locutus est, faciemus. Memoriter tenendum est, hunc tertium diem mensis tertij (vt superius dictum est) non quinquagesimum, sed quadragesimum nonum esse, a quarta decima mensis primi, id est, ab immolatione agni. Cum enim iuxta lunarem computationem mensis, alius triginta, alius vnderiginta sit, profecto sedecim dies a quatuordecimo, qui residui fuerunt mensis primi, cum triginta secundi, & istis tribus diebus mensis tertij, quadragesima nouem sunt. Num ergo fallimur, dicentes, quia quinquagesimo die data est lex, quia quadragesimonono die, locutus est deus cunctos sermones hos, venitque Moyses & narrauit plebi omnia verba domini, atque iudicia, responditque cunctus populus vna voce, omnia verba domini faciemus quae locutus est: Non utique. Nam vide, quid sequitur. [Scriptit autem Moyses vniuersos sermones domini, & mane conurgens adificauit altare ad radices montis, & duodecim titulos, per duodecim tribus Israel.] Hoc mane quinquagesimus est dies, quo demum lex data est. Quomodo? Misitque (ait scriptura) iuuenes de filijs Israel, qui & abstulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas domino, vitulos duodecim. Tulit itaque Moyses decimam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumentique voluimen foederis, legit, audiente populo: Qui dixerunt: Omnia quae locutus est dominus, faciemus, & erimus obediētes. Quae professionis tertia repetitio plena, insolubilis quoque iam confirmatio est. Nam & primo die mensis, dixerunt: Cuncta quae locutus est dominus faciemus. & tertio die dixerunt: Omnia verba domini, quae locutus est dominus, faciemus, & hic dicit: Omnia quae locutus est dominus, faciemus, & erimus obediētes. [Ille vero sumptum sanguinem, respersit in populum, & ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus vobiscum, super cunctis sermonibus his.] Ac deinceps. Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi, daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata, quae scripsi. Hic demum solennis & rite peracta legislatio est: Nam praeterito die, quadragesimonono erat, quod factum, quasi quaedam carechizatio est dicenda. Aliud nempe est dicere, ecce lex sub qua militare vis: si potes obseruare, ingredere: si non potes, liber discede: aliud postulat legis professionem confirmatam manu propria signare.

Cap. xxviii.

De dedicatione testamenti, post adificationem altaris in sanguine duodecim vitulorum.

CAPVT XLII.

Apostolus loqui huius memor, cum dixisset: Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioquin nondum valet dum viuit, continuo subiuxit: Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moysē vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua & lana cocinea, & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens: Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos deus. Dedicatum hic primum asserit testamentum, in eo quod adificato altari cum duodecim titulis duodecim tribuum, legem recitatum profitentium & immolatis victimis, dimidiam partem sanguinis fundens super altare, residua parte Moyses populum aspersit, dicens: Hic est sanguis foederis. Quid autem esse putamus hanc dedicationem testamenti, nisi acceptionem conscriptionis propter promissiones testatoris, vt ipse eis in deum, ipsi autem illi essent in populum secundum similitudinem foederis maritalis: Nam hinc est, quod in Ezechiele inter caetera dicit. Vbera tua intumescunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda, & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam, & iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus, & caetera. Igitur huius quinquagesimi diei magna & digna memoria, qua mulier illa, scilicet synagoga, quae in Aegyptu multiplicata fuerat, & grandis effecta, iamque (vt ait idem Propheta) ad mundum mulierem peruenerat, quae in die ortus sui praecisum vmbilicum non habens, non fuerat lota aqua, in salutem, multis enim dijs seruire incoeperat, vni viro, vni deo facta est & lota aqua, & emundata a sanguine suo, vestita & calceata est, & cuncta iustitiae accepit ornamenta, quae sub nominibus ornatuum idem Propheta diligenter dinumerat. Dicit autem Apostolus supradicto capitulo: Necessē est ergo exemplaria quidem caelestium his mundari, ipsa autem caelestia melioribus hostijs quam istis. Caelestia sunt secundum Euangelicam vel apostolicam fidem sancta illa, quae introiit Iesus, id est, ipsum caelum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Hae autem sancta populo illi tradita illorum sunt exemplaria, quemadmodum idem Apostolus, cū testimonio scripturae

Heb. 8.

Eze. 16.

Heb. 9.

Hebr. 9.

AA iij praesentia

presentis ait: Si ergo essent super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerret secundum legem munera, qui exemplari & vmbrae deseruiunt coelestium, sicut responsum est Moysi, cum conlummasset tabernaculum. Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Proinde presentem locum cum coelestibus, quorum haec & caetera quae sequuntur exemplaria sunt, iam nunc liber conferre diligentius.

Quod sanguis vitulorum sanguinem coelestis hominis Christi significet.

CAPVT XLIII.

Primo sanguis vitulorum, quo haec exemplaria mandata sunt, sanguinis exemplar fuit coelestis hominis Iesu Christi, quo coelestia simul & terrena pacificata sunt. Salutis namque, quam sanguis eius in veritate contulit, signum hic corum vel vitulorum sanguine praecurrit. Porro, quod iuuenes potius quam senes de filiis Israel Moyses misit, ut offerrent holocausta, illius sunt iuuentutis exemplar, de qua Psalmista: renouabitur, inquit, iuuentus tua ut aquilae. Neque enim veteres sed nouos homines: neque in vetustate literae, sed in nouitate spiritus missurus erat dominus Iesus Christus duodecim Apostolos, sacerdotes novos, noui & veri sacrificij ministros. Quid deinde nobis illud exemplificat, quod dimidiam partem sanguinis super altare fudit, & dimidiam in populum respergit: nisi quod coelestia duo simul de vno eodemque diriuata sunt sanguine Christi filii dei, alterum quo per baptismum in remissionem peccatorum aspergimur: alterum quo verum, cum carne vera, sanguinem de sancto altari sumimus. Missus itaque sanguis in crateras, partim in altare funditur, partim in populum respergitur: quia reconditum verbum dominicae passionis, in apostolorum omniumque sacerdotum Christi cordibus sic per os linguamque illorum in haec sacramenta diffunditur, ut & veraciter in morte Iesu Christi baptizari, sanguine eius respergi simus, & de sancto altari sanguine eius in veritate bibamus. Apostolus asperionem illam exemplarem cum aqua & lana coccinea & hyssopo factam esse testatur. Sic nimirum & de lateri Christi cum aqua sanguis effluxit, & idcirco recte, cum vino aquam misceri in sacramento sanctae ecclesiae, fides apostolica sanxit. Quod autem in celebratione sancti baptismi, aqua per verbum crucis, per potentiam sancti spiritus, virtutem accipiat sanguinis Christi, ad abluenda peccata credentis, nullus dubitat fidelis. Hyssopus, herba humilis, humilem significat fidem dominicae passionis, quia sicut illa tumorem pulmonis, sic fides Christi superbiam cordis sanando depriimit. Per lanam coccineam, propositam nobis eiusdem passionis imitationem intelligimus, quia Christus passus est pro nobis (ut ait beatus Petrus apostolus) vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Sed & ipsum librum aspersum esse Apostolus asserit: quia videlicet sic sancta scriptura penes vbiq; fidem continet passionis Christi, ut sine illa nullatenus intelligi possit. Absque asperione huius sanguinis, deum nemo videbit. Nam nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto (Christus ait) non potest videre regnum dei. Item: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Bene ergo antequam sanguine illo exemplari respergi fuisset populus, ait dominus: Descende & contemtare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum, & peccare ex eis plurima multitudo at nunc post asperionem: [Ascenderunt, inquit scriptura, Moyses & Aaron, & Nadab, & Abiu, & L. X. X. de senioribus Israel, & viderunt deum Israel. Sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphyrini, & quasi coelum cum serenū est. Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam, videruntque deum, & comederunt & biberunt.] Viderunt deum Israel, sed non sicuti est. Non enim, inquit, videbit me homo & viuere potest. Er longē post visionem istam, deū (inquit Iohannes Euangelista) nemo vidit vnquam. Ergo & visio haec, coelestis visionis dei qua videbimus eum sicuti est, exemplar est. Quod enim dicitur sub pedibus eius quasi opus lapidis Sapphyrini, & quasi coelum cum serenū est, regni illius, in quo videndus promittitur, soliditatem, puritatem, atque altitudinem mystice innuit. Nec super eos, inquit, qui procul recesserant, de filiis Israel, misit manum suam. Tanquam diceret: Antequam respergi essent sanguine foederis, quod pepigit cum eis dominus, miserat super eos manum suam, manum terribilem ac tremendam, dicendo: Omnis qui tetigerit montem, morte morietur, lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: nunc autem quia foederati, quia sanguine foederis erant conspergi, non misit super eos manum suam, non prohibuit eos a visione sua, qui praeter timore superius dicto procul recesserant, terminosque constitutos ascendere non audebant. Videruntque deum, sicut iam dictum est, & comederunt ac biberunt, quod totum illius fuit visionis exemplar, in qua comedimus ac bibemus, eademque visione saturabimur, & inebriabimur. Dicit enim Psalmista: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Item: Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos.

Psal. 102.

Hebr. 9.

Hyssopus.

1. Petr. 2.

Iohan. 3. Marc. 16. Exod. 19.

Exod. 33. I. Iohan. 4.

Exod. 19.

Psal. 16. Psal. 36.

De eo quod dictum est: Ascende ad me, & esto ibi. Et de duabus tabulis lapideis, digito dei scriptis. Cap. XLIIII.

Dixit autem dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, & esto ibi: Daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quae scripsi, ut doceas filios Israel. Surrexerunt Moyses, & Iosue

& Iosue minister eius.] Et supra dictum est: Ascenderunt Moyses & Aaron & Abiu, & LXX. de senioribus Israel, sed non dictum est: Ascenderunt ad dominum, hic autem dictum est, ascende ad me, quod significat, illum inuitari ad colloquium familiare, additumque est: esto ibi, subauditur, non vna hora, vel vno die, sed esto ibi, id est, mane ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Daboque tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quae scripsi, non ait, & legem quam scripsi, sed mandata quae scripsi, legem enim Moyses ipse scripsit, sicut & de iudicijs supra scriptis dictum est, quia scripsit Moyses vniuersos sermones domini: mandata autem digito dei scripsit, sicut ipse Moyses in Deuteronomio dicit: Deditque mihi dominus duas tabulas lapideas scriptas digito dei. Et hoc coelestium exemplar fuit: Quorum coelestium? Eorum videlicet quae facta sunt per nouum hominem Iesum Christum, qui ascendit ad deum, non in montem terrenum, sed in ipsum caelum, ut acciperet nobis non occidentem literam, sed viuificantem spiritum. Vnde est: Ascendisti in altum, accepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Quae dona? Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas, alios vero euangelistas, alios autem pastores & doctores. Haec & huiusmodi dona spiritualia scripsit nobis, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Scripsit autem non calamo neque atramento, sed digito dei, id est, spiritu sancto. Nam L. die, postquam surrexit a mortuis, cuius etiam hic dies L. exemplar fuit, cum essent omnes discipuli eius pariter congregati, missus est ad scribendum hic dei digitus, hic spiritus sanctus, multiplex, subtilis, disertus, certus, ac discretus. Prima scriptoris experientia claruit in hominibus, qui prius erant idiotae & sine literis, in eo quod statim coeperunt loqui linguis magnalia dei. Illa & quae deinceps subsequuta sunt, opera coelestia fuerunt, ut recte haec scriptura data in tabulis lapideis, illorum dicatur exemplar coelestium. Nam de huiusmodi dictum est: Quoniam videbo caelos tuos opera digitorum. Sed dicit quis: Ista tabulae lapideae digito dei scriptae, postmodum contractae sunt. Reuersus namque Moyses de monte, cum appropinquasset, vidit vitulum & choro-ros, iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis. Quid hoc ad exemplar pertinuit coelestium? Planē & hoc pertinuit, quia videlicet gens illa, cuius tabulis prius inscripta sunt dona coelestia digito dei, ecce rebellando contracta atque proiecta est. Praecide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quae habuerunt tabulae quas scripsisti. Iste iunior tabulae non contractae sunt. Etenim reprobatis illis, quibus oportebat primum loqui verbum dei, gentibus annuntiarum est, & ibi scriptura digiti dei permanet. Sanē secundum literaturae ordinem, sic mandata in duabus tabulis illis distincta sunt, ut in altera continerentur, quae ad dilectionem dei pertinent, quorum primum est, non habebis deos alienos coram me. In altera quae ad dilectionem proximi, quorum primum est: Honora patrem tuum & matrem tuam, Ephes. Vnde & Apostolus hoc primum dicit mandatum.

Deute. 9.

Psal. 67. Ephe. 4.

2. Cor. 3. Acto. 2.

Psal. 8.

Exod. 31.

Exod. 34. Acto. 13.

Deute. 8.

1. Reg. 19.

1. Reg. 19.

Quomodo Moyses durare potuerit sine cibo quadraginta diebus.

CAPVT XLV.

Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitauit gloria domini super Sinai, tegens illum nube VI. diebus.] Gloriam domini habitasse super Sinai, dixit: quia expertus est magnam & gloriosam multitudinem dulcedinis domini, quam abscondit quidem timentibus se, sed huic ostendit non parua ex parte, ut in illa epularetur, non vno die, sed quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Nam quali quaereres, quomodo tam diu durauit homo sine cibo, & sine potu, cum ultra septem dies natura humana sine omni alimonia durare non possit. [Septimo autem die, inquit, vocauit eum de medio caliginis.] Fuerit hoc omnino humanae possibilitatis, quod praeter auiditate coelestium epularum VI. diebus panem non comedit, & aqua non bibit. Caeterum, nisi VII. illi die dominus vocasset, natura hominis in semetipsa residens, in breui penitus aruisset. Vocauit ergo illum de medio caliginis, cuius vox suaui, ac super mel & fauam est dulcis, & vocatione sua sic inopem hominis naturam ditauit, ut usque ad XL. diem non solum cibi & potus, sed & totius humanae conditionis posset obliuisci. Sic in semetipso meruit experiri, ut veraciter diceret, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. Item nec in Helia ieiunante similiter quadraginta diebus & quadraginta noctibus, scriptura tacuit, quod non hoc de hominis possibilitate habitum, sed de virtute dei, pro munere sumptum est. Vbi enim illum angelus dominus secundo tetigit, dicens: Surge, & comede, postquam comedit & bibit, statim subiunctum est: Et ambulauit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In fortitudine cibi illius scriptura sic dixit, ut subintelligas, quod non erat nec esse poterat in natura quamlibet fortis & in ieiunijs exercitati hominis. Vtiliter satis prouidit diuinitas, quatenus idoneum haberet testimonium Christi humanitas. Ille namque ieiunare habebat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ut pro gula peccatoris primi hominis innocens hic homo secundus, ordinata satisfactione vapularet, nobisque in se credentibus, quae ille manducando perdidit cibum vitae aeternae ieiunando acquireret. Sed hoc (ut praedictum est) supra naturam hominis est, & idcirco haeretica prauitas, quae illum non verē, sed in phantasmate hominem apparuisse

Psal. 136.

1. Reg. 19.

1. Reg. 19.

apparuisse contendit, tam diurnum ieiunium in sue vesaniae patrociniū proccaciter arripuisse. Vtiliter ergo nobis (vt iam dictū est) diuinitas prouidit, vt duos testes veritatis ieiunantis hominis Christi, humanitas obtineret, alterum scilicet ex lege, alterum ex prophetis. Imo si libet dicimus, quia non duos tantum, sed & tres habuit testes in hoc negotio hic deus & homo verus saluator noster. Vnus enim Moyses, secundo ieiunauit quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Igitur in ore non tantum duorum, sed etiam trium testium stabit & hoc verbum.

Quid sit quod Moyses præcepta capefcens, egressus in medium nebule, montem ascendit, & fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus.

CAPVT XLVI.

**E**Rat autem species glorię domini, quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Talis quoque species glorię domini, cœlestium exemplar fuit. Nam vbi L. die (sicut supra dictum est) gratia cœlestis effulsi, erat itidem species glorię domini quasi ignis. Et appaerunt, inquit, illis dispersę linguę, tanquam ignis, seditque super singulos eorum. Vtrobique viuacitas ignis zelum & feruorem spiritus aduersus peccata præsignauit. Ingressusque Moyses medium nebule, ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Nebulam siue caliginem, quam in his locis scriptura spius expressit, nonnulli lucem inaccessibilem dixerunt, videlicet, quia dicit Apostolus: Quem vidit hominum nemo, nec videre potest qui lucem habitat inaccessibilem. Verum hic sensus, vt in vocabulo nebule siue caliginis lux intelligatur, per antiphrasim pluribus scripturarum tractatoribus, non complacuit. Porro præter typicam intelligentiam, id quod Moyses medium nebule ingreditur, moraliter quoque appetendam esse quietem atque cordis munditiam, eis qui ad contemplationem tendunt, innuit. Quid enim est, quod hic vt sublimia dei præcepta perciperet, alta colendit, atque vt interna penetraret, ab exterioribus tumultibus occultatus est: nisi quod sancti viri, qui exterioribus ministerijs deseruire officij necessitate coguntur, studiose semper ad cordis secreta refugiunt, ibique cogitationis intime cacumen ascendunt? Et lege quasi in monte percipiunt, dum postpositis tumultibus actionum temporalium, in contemplationis sue vertice, superne voluntatis sententiam perferuntur.

COMMENTARIORVM LIBRI III. FINIS.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN EXODUM, Commentariorum Liber Quartus.

De tabernaculo Moysi, quod cœleste tabernaculum exemplar eius fuerit.

CAPVT I.

**T**ABERNACVLVM verum quod fixit deus, & nō homo, tabernaculi quod fixit Moyses, exemplar fuisse, author est idem deus, & non homo. Ait enim: Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. Cuius dicti memor Apostolus: Non enim in manufacta, inquit, sancta, Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum. Hęc ranta autoritas architecti dei illius tabernaculi manufacti structuram toti mundo spectabilem fecit. Vbi? In hac sancta & veridica scriptura, quę retinuit, & obliuioni fustulit ædificationis illius mensuras vniuersas, numerosque & pondera. Diuertit huc omnes, qui in hoc mundo peregrinantur, regni cœlorum milites, qui pertransiunt, & manentem hic ciuitatem non habentes, futuram inquirunt: atque cœlestium, quę iam ex parte cognoscunt, hic exemplaria contemplantur, vt proficiant ad cognoscendum. Qui & mirantes, dicunt: Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Et nos igitur quos ad hunc locum, recta præpositi nostri via perduxit, paulisper immoremur hic, quatenus ex pulchritudine tabernaculi allecta, concupiscat & deficiat anima nostra in atria domini, corde & carne exultantibus in deum viuum, vbi passer domum, & turtur inuenit sibi nidum. Aspiciat deus & passerem secundum cor, in illam cœlestem domum tendentem, & turturum secundum carnem presentem tabernaculo laborantem, & quia tam sancta quam alta sunt quę molimur, auxilium gratię eius, & ad bene cogitandum præueniat passerem, & ad bene agendum subsequatur turturum.

Cur Apostolus versa dictione tabernaculum Moysi exemplar dicat fuisse cœlestis tabernaculi.

CAP. II.

**P**rimū querere libet, cur in ratione exemplarium, diuinę dictionis Apostolus immutauerit modum. Nam deus dicit iuxta omnem similitudinem tabernaculi, quod ostensum tibi, & om.

Acto. 2.

1. Timo. 4.

Exod. 25.

Hebr. 9.

Psal. 51.

& omnium vasorum in cultum eius, sic facietis illud. Item: Inspice & fac secundū exemplar quod tibi in monte monstratum est. Manifeste hic eorum, quę mandabat facere Moysi, ea quę demonstrabat illi exemplaria esse dixit. Econtra Apostolus, ea quę fecit Moyses, illorum exemplaria nuncupauit, quę deus illi demonstrauit. Ait enim: Si ergo esset super terram, nec esset sacerdos, cum essent qui offerrent secundū legem munera, qui exemplari & vmbre deseruiunt cœlestium. Et continuo subiungit testimonium iam dictum, quod deus cœlestia potius exemplaria esse dixit terrestrium. Sicut responsum est Moysi: Vide, inquit, omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est in monte. Hoc ergo querimus, & deo donante, citius inueniemus. Moysi deus loquebatur & ei cœlestia, prius quam faceret terrestria, spiritualia prius demonstrabat, quam faceret carnalia. Quomodo vel quali visione demonstrabat? Visione interna, visione prophetica. Loquebatur enim illi facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Quomodo solet homo loqui ad amicum suum? Non celando illi consilium suum, faciendo illum secretorum suorum conscium. Cum ergo loqueretur ad illum, sicut loqui solet homo ad amicum suum, nunquid illi occultaret summum amicitię suę fructum, id est, futurū Christi filij sui cœlesti sacerdotium? Imo tam de præteritis quam de futuris docuit eum. Nunquid non cū autoritate scripturę Moisaicę, dicit Iohannes: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil? Etenim prior ille sic locutus est, quia dixit deus, fiat, & factum est, quod equipollens est. Nam si dixit, fiat, & factum est, per verbum factum est. Ergo multo magis illud amico suo nō abscondit, quod verbum caro futurum esset: quod deus & homo Christus, propitiatio pro peccatis nostris futurus esset: quod idem in tabernaculo suo (quod est præfens ecclesia) mensam corporis & sanguinis sui positurus esset: quodque id ipsum tabernaculum Christus, ipse magnum candelabrum cunctis spiritus sancti donis lucens illustratus erat. Itaque quoniam prius hæc spiritualia siue cœlestia vidit, & postmodum carnalia populo illi sancta sanctorum fecit, ipsa cœlestia illi exemplaria dicuntur & sunt. Porro Hebręi (ad illos enim illa epistola Apostolus loquitur) prius tabernaculum manufactum, prius arcam, propitiatorium, mensam, candelabrum, & cætera omnia manufacta nouerūt, & de illorum similitudine commonebantur ab Apostolo, vt se extenderent ad cognitionem cœlestium. Recte igitur istis econtra terrestria hæc dicta sunt exemplaria fuisse cœlestium, exemplaria verorum, exemplaria, inquam, & vmbre futurorum. Iam nunc tabernaculi ipsius structurā deo duce, & candelabro quod ille est, prælucente ingrediamur.

De primitijs quas dominus ad constructionem tabernaculi iussit tolli.

CAPVT III.

**L**ocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, vt tollant mihi primitias. Exponens quid dixerit, vel quid intelligi voluerit, dicens primitias, continuo subiunxit: [Ab omni homine qui offert vltroque accipietis eas.] Vltroque offert, qui non coacta seruitute, sed spontanea charitate quippiam offert. Ergo charitatis oblationes, siue magnę siue parę sint, primitiæ domino sunt, & ad cœlestis tabernaculi eius ornatum proficiunt. Econtra quicquid ex tristitia offertur, serotinum est, & ad decorem domus domini proficere non potest. Proinde Apostolus cum dixisset: Qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: continuo subiunxit: Vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit deus, & cætera. Bene ergo dixit, quod oportune audiāt omnes tabernaculi dei, id est, ecclesię Christi, adiutores ab omni homine, qui offert vltroque accipietis eas. Quod de corporalibus dictum est, itidem de spiritualibus dicendum est, & sentiendum. Nam quicquid boni, siue corporale siue spirituale sit, si idcirco facimus coram hominibus, vt videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum qui in cœlis est, primitium est, & primitiarum acceptor deus suscipi iubet. Econtra, si quis faciat coram hominibus, ad hoc tantum vt videatur ab eis, nullā sibi in tabernaculo dei collocat memoriam. Nam in eo quod visus est ab hominibus, recepit mercedem suam.

Item de eisdem, & quod minora interdum maioribus chariora sint deo pro intentione offerentis.

CAPVT IIIII.

**H**acc iunt autem quę recipere debetis: Aurum, & argentum, & æs, & hyacinthum, & purpuram, coccumque bis tinctum, & byssum, & pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pelles hyacinthinas, & lingua Serhim, & cætera. Ergo vt primitiæ sint, quę offeruntur, non oblationum quantitas, sed offerentium bona efficit voluntas. Multum enim ab auro & argento, pili caprarum in precio differunt, & tamen sub eodem vocabulo primitiarum positi sunt. Nec dubitandum, pilos caprarum, & pelles arietum, interdum auro & argento, lapidibusque preciosis, priora fuisse apud cordium inspectorem deum. Nam eiusdem tabernaculi deus ac dominus, cum sederet contra gazophylacium aspiciens, quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, multique diuites iactarent multa, venit vna vidua pauper, & misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans

Exod. 35. Quomodo cum Moysse loquebatur deus.

Cap. xxv.

1. Cor. 9.

Matt. 9.

Mar. 12. Et Leui. 21. conuocans

Ephes. 4.

conuocans discipulos suos, ait illis: Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper, plus omnibus misit. Oēs enim quod abundabat illis miserunt. Hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit, misit torum victum suum. Porro quæ ad spiritualem ædificationem conferantur, spiritualia bona sunt, quorum vtiq; cui plus committitur plus ab eo exigitur, ad consummationem cœlestium sanctorum, quorū illa (vt ipse dictū est) nobis exemplaria sunt. Vnde et dixit Apostolus: Et ipse dedit quosdam quidē apostolos, quosdam autē prophetas, alios verò euangelistas, alios autem doctores, & pastores, signanter adiecit, ad consummationē sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Hæc & huiusmodi dona grandia, aurū sunt, argentū sunt, lapides preciosi sunt. Videmus, quia legimus longos ordines beatorū hominū, virorum pariter ac mulierū, puerorū ac puellarum, ad cœlestē ministeriū Christi procedentium, qui in sanctuariū domini talia fideliter ac deuotē obrulerunt. Et nos igitur exigui, quoniam tale quid cœlesti offerre sacerdoti non possumus, ne tamen vacui omnino coram illo appareamus, bona voluntate ad videndum sanctuariū alacres ingredimur, placere nobis omnia veraciter profitentes, sacerdotis ordinem, ministrantiū religionem, offerentiū charitatem. De argento & auro, ceterisq; primitijs, quæ cunctq; ab vtroneis oblata accipi iubentur, quam significationē habeant, suis in locis prout lingua in opera expenduntur, pro posse dicemus. Et quā verē dictū sit, & habitabo in medio eorū, cū fecerint mihi sanctuariū, ipsa lectionis mysteria declarabit. De similitudine tabernaculi, quod ostensum est Moyse, iam supra dictū est. Præcipuum ædificationis arca est, quæ sic incipit.

*De arca, quod incarnationis dominicæ vel corporis ipsius mysterium fuerit, & qui sint vectes, quibus debeat portari.*

CAP. V.

Mysterium arca.

**A**rcam de lignis Sethim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos. Latitudo cubiti & dimidij. Altitudo cubiti similiter, & semissem. & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris. Faciesq; supra coronam auream, per circuitum, & quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos. Arcam, inquit, de lignis Sethim, ligna Sethim impuribilia sunt spinosa, & a qualitate albæ spinæ non multum distantia. Principio sanctuarij arca compingitur, quia principio sanctæ ecclesiæ filio dei, corporis humani membra compegit ex virgine sanctus spiritus. Compingitur autē arca de lignis Sethim, lignis impuribilibus, quia de semine patrum fidelium, æterna memoria redolentium, dei filius est incarnatus. Cuius, inquit, longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum vnum & dimidij, altitudo similiter cubitum & semissem, videlicet, vt homini salua reuerentia sit accessibilis, & atrectabilis intus & foris, prout est mensura vel statura hominis. Sratuæ namq; humanæ longitudo, a planta pedis vsque ad colulum, tricubitalis est. Cum ergo altitudo arcæ tantum vnus cubiti sit ac semis, palam est, quia curuaturam corporis humani non excedit: & longitudo cum sit duorum cubitorum ac semis, porrectis manibus ad dexteram & ad sinistram ad quemlibet actum religionis vtrō accedit. Latitudo cubiti quoque ac semis, liquet incumbentis manibus, quā accommodata sit. Quod totum mysticē nobis illud innuit, quia in carnata diuinitas, omnibus modis mensuræ, id est, capacitati hominis, benigna se charitate indulsit. Deus appropinquans in terra visus, & cum hominibus conuersatus est, oculis hominum expositus, auribus hominum propositus, manibus hominū appositus est. Quod fuit ab initio, inquit Iohannes, quod audiimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ tractauerūt. Et deaurabis, inquit, eam auro mundissimo intus & foris, quia verē diuinitatis auro, & intus per insitam sapientiā, & foris per diuina opera clarificatus est Christus, q̄ sit dei filius. Faciesq; supra coronā auream per circuitū. Supra coronā aurea arca circūdat, quia filio dei quasi diadema capitis est, hic miserationis ornatus, q̄ & per bonitatis gratiam voluit, & per maiestatis potentiam valuit hominem assumere, quod nō potuisset nisi deus. Creaturarum quippe ordo vel natura non paritur, vt altera alteri substantialiter inferatur, verbi gratia, homo angelo vel homini angelus, ergo & pro hac humilitate omnipotentissimi ma mirabilis, verus, & victoriosus prædicetur deus. Et III. (in q̄) circulos aureos, quos pones per III. arcæ angulos, quia videlicet in eo q̄ per III. mūdī partes fides incarnationis Christi dilatata tenditur, proculdubio III. sancti Euangelij libris accincta prædicatur. [Facies quoq; vectes de lignis Sethim, &c.] Vectes de lignis Sethim sunt, qui eisdē ad portandū circuli insentur, quia fortes & perseverantes doctores, velut impuribilia ligna querendi sunt, qui instructioni sacrorū voluminum semper inhærentes, sanctæ ecclesiæ vnitatē denuntient, & quasi intronissi circuli arcam portant. Vectibus quippe arcā portare est, bonis doctoribus sanctā ecclesiā ac rudes infidelium mentes prædicando deducere. Et operies eā, inquit, auro, videlicet cū splendore sermonis alijs infonant, ipsi etiā splendore vitæ fulgeant. Qui semper erunt in circulis, nec vnq; extrahentur, ait, id est, semper excubabunt in sacris libris, & nunq; recedent a studio sacre lectionis. Ad hoc enim vectes in circulis semper esse iubentur, vt cū portari arcā opportunitas exigit, de intronitēdis vectibus, portandi nulla haberetur tarditas. quia videlicet cū spirituale aliquid subditus a pastore inquit, ignominiosum valde est, si tūc querat discere, cū questionē debet enodare. [Semper ergo vectes

Baruch. 1.

1. Iohan. 1.

vectes in circulis erit, inquit, ad portandam arcam parati.] Id est, qui ad prædicationis accedunt officium, semper erunt parati ad reddendū rationem omni petenti de ea, quæ in ipsis est fide Iesu Christi. [Poneq; in arca testificationem, quam dabo tibi.] Subauditur vnam auream, habitem manna, & virgam Aaron, quæ frondit, & tabulas testamenti.

*De propitiatorio, quod dominicæ passionis signum fuerit. Et quid mysticē sint duo Cherubin, & cur dictum sit, inde præcipiam tibi.*

CAPVT VI.

**F**aciesq; propitiatorium de auro mundissimo. Duos cubitos tenebit, & dimidij longitudo eius, semissem & cubiti latitudo. Longitudinis & latitudinis eiusdē propitiatoriū, cuius & arca est, quia videlicet eadē charitatis intentione filius dei pro nobis passus, qua & incarnatus est. Propitiatoriū namq; nobis idē incarnatus deus est, sed per passionē & mortē suam. Per illam enim propitatus nobis est deus, & per illā peccatorū remissionē accepimus, in qua baptizati sumus (vt ait Apostolus) quicunq; baptizati sumus in eodem Christo Iesu. Ergo quia nisi deus incarnatus, etiam mortuus fuisset, ipse solus maneret. Post arcę fabricam, facies, inquit, & propitiatoriū. Vnde de auro mundissimo. Aurū, diuinæ in Christo substantiæ significat precium: Signanter & expressē dixit mundissimo, quia videlicet ex eo q̄ deus ab omni est forde mundissimus, ex eo, inq̄, propitiatoriū nobis factus est Christus dei filius, ex eo peccata mundi tollere potuit agnus dei sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus. Hoc duo testamenta consonis vocibus categorizant, hoc lex & Euangelium vno spiritu, eodemq; sensu prædicant. Sequitur ergo: [Duos quoq; Cherubin aureos, & productiles facies, ex vtraq; parte oraculi.] Iuxta literam, qualis factura, qualis vel vnde sumpta fuerit Cherubin forma, nō exprimit scriptura, creaturæ tamen angelicę monumētum est, quam fortitudinē cum gladio flammeo atq; versatili, ante paradysum collocatam in Genesi scriptū est, cui licentia pictorum alas effingit, non sine autoritate scripturæ præsentis. Videlicet propter velocitatē naturæ spiritualis. Sequitur enim: [Vtrunq; latus propitiatoriū regant expandentes alas, & operientes oraculum.] Id est, propitiatorium. Sequitur adhuc: [Respiciantq; mutuo versus vultibus in propitiatoriū.] Respiciant, inquit, non aspiciant. Nempe a aliis propitiatorium operire & mutuos vultus in se conuertere, id est, non ante se aspiciere, sed aliam versus caput diuertendo, in alterutrum respicere. Porro iuxta prædictam exemplarium rationem, duo Cherubin, quod nomen plenitudo scientiæ interpretatur, duo testamenta sunt, vnde scientiam dei sitientes haurimus, vbi nihil deest eorum, quæ de deo querenda vel scienda sunt. Duos ergo, inquit, Cherubin aureos, & productiles facies. Duo Cherubin, duo testes sunt, quorum in ore sitat omne propitiationis nostræ verbum. Aurei sunt, quia verus & nouum testamentum eadem dei sapientia vera lucent, eadem simplici veritate descripta sunt, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum. Productiles, quia profecto inter tunctiones & presturas, sancta vtriusque testamenti scriptura condita est. Expandit alas suas, & oraculum protegunt, quia videlicet humilitatem crucifixi domini nostri Iesu Christi, a Iudaicis vel hæreticis blasphemijs defendunt. Nam Iudæi putauerunt eum quasi leprosum, & percussum a deo, & humiliatum, ipse autem duobus Cherubin arrestantibus, vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostræ super eū, & liuore eius sanati sumus. Mortuus est pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios dei, qui dispersi erant, congregaret in vnum. Versis vultibus respiciunt in propitiatorium, quia vtriusque testamenta in nullo à se discrepant. Quod enim vnum promittit, aliud exhibet, & ita dispositum inter se mediatorem dei & hominum vident: Facies a semetipsis Cherubin auerterent, si quod vnum testamentum promittit, aliud negaret. Quo operienda est, inquit, arca. Ergo propitiatorium sublimius quā arca, & ita dictum est, quo operienda est arca, ac si diceretur, cui submitienda est arca. Vnde Apostolus: Supraque eam Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium. Hic quidem neutro genere obumbrantia dictum est. Cæterum, masculino genere Cherubin enuntiat, ex hoc loco duos quoque Cherubin aureos & productiles facies, ex alijs plerisque locis magis patet. Et notandum, quā sonora dixit Apostolus enuntiatione, supraque eam Cherubin gloriæ. Duo nempe testamenta vbique gloriam filij dei spirare sapit quisquis spiritus sancti delibatur est vnctione. Alterum namq; eorū inquit, gloria & honore coronasti eum. Alterum verò, & vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre. In his quidem dictis, non men quoque, sed vbique in tota serie scripturarum, res est gloriæ, perlonantis iugiter consona fide. Inde præcipiam, inquit, & loquar ad te super propitiatorio, scilicet ac medio duorum Cherubin, qui erunt super arcam testimonij. Quid est, inde præcipiam, & loquar ad te? Nunquid non aliunde poterit homo responsa dei percipere? Non vtiq; nam nisi per mortem Christi filij sui, parietem inimicitiarum deus diruisset, non erat accessus homini ad deum, non erat aliud, quod daret homo reconciliationis precium. Per mortem repropitiatoris huius reconciliati sumus, & perinde reconciliationis spiritum accepimus, de quo alibi propitiator ipse dicit:

BB Nisi

Roma. 6.

Hebr. 7.

Cherubin.

Genes. 3.

Esaie 57.

Iohan. 11.

Hebr. 8.

Psal. 8.

Iohan. 1.

Ephes. 3.



Iohan. 16.

Nisi abiero, paracletus nō venit ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos. Ergo quia per illum paracletum accipimus, qui docet nos omnem veritatē, & quæ ventura sunt annuntiat nobis, inde, inquit, præcipiam & loquar ad te cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.

De mensa, quod refectioñe significauerit eius de corporis & sanguinis domini, & de coronis eius & circulis, & de tabulis, & de asis quoq; ac propositionis panibus. Cap. VII.

**F**acies & mensam de lignis Sethim, habentē duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semillem, & inaurabis eā auro purissimo. [Duos, inquit, habentem cubitos lōgitudinis, lōgitudō hęc vni tantum homini assidenti satis expedite accommodata est. Et in altitudine cubitum ac semillem. Altitudo hęc paulo sedētis hominis genu supereminet, Et in latitudine cubitum. Latitudo hęc oppositum conuiuiam seorsum aut diuisiue epulātem non sustinet. Quæ est hęc mensa post propitiatorium parata in tabernaculo domini, nisi mensa corporis & sanguinis domini, initium habens à passione eiusdē domini nostri Iesu Christi? Siquidem dum anxiaretur iam venditus, & continuo tradendus, dum tristis esset vix ad mortē anima eius, dum factus in agonia prolixius oraret, & sudor eius velut sanguis in terrā decurreret, interea propitiatoris & redemptionis nostrę opifex mensam parauit, accipiēdo panē, quē benedixit ac fregit, deditq; discipulis suis, dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiterq; calicem, hic est, inquit, calix sanguinis mei, qui pro vobis effunderetur. Hęc mensa domini est; si tantum fides nō desit, nostro modulo satis accommodata, sic tamen, vt vnus assistat pro omnibus, q; iam dicitis mensæ illius manufactæ, mensuris significatur. Vnus enim est mensæ vel conuiuij pater, vnus sacerdos siue pontifex noster Christus, & vna mensa est, de qua Psalmista. Parasti, inquit, in cōspectu meo mensam aduersus eos qui tribulāt me. Item: Edent pau peres, & saturabuntur, & laudabunt dominū qui requirunt eum, viuent corda eorū in seculū seculi. Et inaurabis eam, inquit, auro purissimo. Cur nō fusilis aut ductilis est tora ex auro, sed facta de lignis Sethim, inauratur auro purissimo? Videlicet quia species vtræq; panis & vini de terra sumuntur, vtræq; de cōmuni vel publico, hęc granario, illa de apotheca capiuntur. Sed accedit substantiarum atq; specierum creator deus, atq; formator spiritus sanctus, aurumq; verbi incarnati, aurum Christi crucifixi, mortui ac sepulti, atq; post gloriosam resurrectionē assumpti in cœlum, ad dexteram patris, non superficietenus inducit, sed efficaciter hęc in carnē & sanguinē eius conuertit, permanēte licet specie exteriori. Hic labio confessionis opus est. Sequitur ergo: [Facies illi labium aureum per circuitum.] Id est, auri tenuis prominentiam extra tendentē. Et quia corde credenti ad iustitiam, & ore confitenti ad salutē premium tribuitur, vt quod credit, intelligat. [Et ipsi, inquit, labio coronā interrasilem] id est, anaglypham vel sculptam.] Altam quatuor digitis, id est, palmo, quo donū intellectus mysticē significatur. Cubitus enim quē latitudo mensæ nō excedit, lex palmorum est, quo numero operatio significatur, ac proinde palmus coronę, quia septimus est, requiem contemplationis, qua fides remuneratur credentis, rectē significat. [Et super illam, inquit, alteram coronā aureolam.] De huius coronæ quæ super illā est factura siue mensura, rectē scriptura tacuit, quia videlicet remunerationē, qua ipsa præsens contemplationis quies, vel intelligentiæ dignitas coronanda est, oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. [Quatuor quoq; aureos circulos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes] &c. vt supra de quatuor circulis aureis, per quatuor arcæ angulos dispositis. Sicut enim arca dominicæ incarnationis, sic & mensa corporis & sanguinis eius, quatuor vbiq; euangelij libris defenditur. Et sicut fortes ac perseverantes doctores, incarnationis fidē, sic & mensę huius sacramentū portare, id est, prædicare debent quasi vctes circulis intromissi, id est, fortiter sacrorū voluminum semper inhærentes instructioni. [Parabis acetabula & phyalas, thuribula ac cyathos, in quibus offerēda sunt libamina, ex auro purissimo.] Acetabulum vas duodecim dragmas appendens, cyathus verō decē. Porro Phyalæ dictæ, q; ex vitro sunt. Vitru enim græcē phyalin dicitur. Sunt autē parulo ore. Nam cyathum econtra constat oris angustioris esse. Quid ergo per phyalas, nisi doctrina exuberans, & quid per cyathos, nisi parua atq; angusta scientia designatur? Alius nanq; doctrina veritatis plenus audientū mentes inebriat: per hoc ergo quod dicit phyalam porrigit. Alius explicare quod sentit nō potest, sed quia hoc vtruncq; denunciat, profectō per cyathum gustū præbet. In dei ergo tabernaculo, id est, in sancta ecclesia positi, si per doctrinæ sapientiam phyalas minimē porrigere possunt, in quantū pro diuinitatis largitate sufficiunt proximis suis, boni verbi dare cyathos debent. [Et pones super mensam panes propositionis in cōspectu meo semper.] Panis propositionis ipse Christus est, sicut catholica tenet fides, quē in conspectu dei sancta proponit semper ecclesia. Nam ille panis propositionis, qui in typum huius panis positus est, iam dudum scelere Iudæorum pollutus est. Vnde per Malachiam propheta, offeris, inquit dominus, super altare meum panem pollutum. Ac deinceps: Munus nō sufficiam de manu vestra, ab ortu enim solis vsq; ad occasum magnum est nomē meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda.

Matth. 26.

Lucæ 22.

Psal. 22.

Psal. 27.

Roma. 10.

Esaiæ 64.

Mal. 1.

Quod

Quod gloriam Christi, vel glorificatum Christum significauerit candelabrum, & calami & scyphi, ac septem sphaerula eius, septem quoq; lucernæ eius, pondus quoq; & ipsa positio eius. CAPVT VIII.

**F**acies & candelabrū ductile, de auro mundissimo, hastile eius & calamos, scyphos & sphaerulas, ac lilia ex ipso procedētia. Sex calami egredientur ex lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi, quasi in modū nucis per calamos singulos, sphaerulæq; simul & lilia, &c. Torā candelabri æquē vt cæterorū, quę præscripta sunt fabrefacturam, scriptura legentiū oculis præsentare laborat. vt quia tora diuina, & diuino spiritu peracta est, rebus ipsis, secundū materiā permanere nō valentibus, ipsarū ratione permanente, sit rerū æterna memoria. Sphaerularū atq; liliorū, in candelabris quę hodieq; passim fiunt vel habentur, pauca supersunt vestigia. Nā sphaerulæ, id est, nodi rotundi in hastilibus, lilia verō in capitibus candelabrorū, passim visuntur. Cæterū scyphi, si auctoritate scripturę præsentis fierēt, vel si vquam fiunt, profectō intuentū oculis, & ipsi operoso decore placent. Sed iam quia sunt exemplaria cœlestiū, cœlestē ex ipso specu lemur candelabrū, id est, Christum incarnatū, cuius septē lucernæ septē spiritus dei sunt, quorum exemplares septē lucernæ fuerunt, quę sicut sequentia docent, super illud materiale candelabrū posite sunt. [Facies, inquit, & lucernæ septē, vt luceant ex aduerso.] Christus ergo super quē requieuit spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus concilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & repleuit eū spiritus timoris domini, ipse est candelabrū cœli, candelabrū & lux mundi, septē eius modi semper lucens inextinguibilibus lucernis. Qui propter incarnationis mysterium per arcam, propter passionis & sanguinis sui precii, per propitiatorij, propter corporis & sanguinis sui sacramentū, quod nobis in cibū & potū tradidit per mensam, ipse propter septiformem spiritū, qui super eū requieuit, quemq; gloria & honore coronatus, & ad dexteram patris residens, hominibus dedit, per candelabrū septem lucernarū rectē figuratus est. Quare autē sex calami de lateribus candelabri, id est, maioris hastilis egrediebantur? Videlicet quia huius nostri candelabri, prima claritas quam nouimus, ex eo est, q; per illud fenario dierū numero cuncta fecit deus. Tres ex vno latere, & tres ex altero calami egrediebantur, quia videlicet tribus primis diebus per verbū suum, mundi fabricā explicuit deus, diebus autē reliquis, tribus impleuit illum creaturis mobilibus atq; sensibilibus. Quare & tres scyphi, quasi in nucis modū per calamos singulos, sphaerulæq; simul & lilia? Videlicet quia & hoc ad claritatē candelabri huius pertinet, quod nos scientiæ vino inebriat, vt quę amamus mundi delectamenta obliuiscamur. Sphaerula quę ex omni parte voluitur, volubilitatē prædicationis, quam accepimus, ex quo candelabrum istud illuxit, significat: quæ quia nec aduersitate retineri potest, nec prosperitatibus eleuatur, sphaerula est. Et bene post scyphos & sphaerulas in candelabro lilia ascribitur, quia post hanc prædicationis ebrietatē atq; volubilitatē, illa virens patria sequitur, quę animabus sanctis quasi æternis vernat floribus. Itaq; scyphi & sphaerulæ ad laborē, lilia ad remunerationē pertinent. Igitur quia & sex diebus omnia per verbum facta sunt, septimus autē dies in quo requieuit deus, ipse est filius, sicut in exordio præsentis operis diximus, rectē de vno hastili, id est, de vno candelabro, sex calami egrediebantur, & quia quando verbum ipsum caro facta est, quando egressa est virga de radice leise, & illos de radice eius ascendit, requieuit super eum septiformis spiritus domini, rectē nihilominus super candelabrum septē lucernę dimmerantur. [Vt luceant, inquit, ex aduerso.] Id est, contra mensam, hoc enim postmodum exprimit dicendo. Et contra mensam candelabrum pones in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabat in parte aquilonis. Per hoc mysticē innuitur, quia lux candelabri nostri, id est, euangelica gratia dñi nostri Iesu Christi, filij dei, ab austro .i. à magna charitate dei patris nobis effulsit, qui eramus in parte aquilonis, illius videlicet, de quo diabolus: Se- debo, inquit, in mote testamēti in lateribus aquilonis. Nobis, inquit, qui eramus aquilonarij .i. infidelitate frigidi, mēla prædicta propolita est, & à meridiana charitate dei, cœlestis sanctuarij candelabrū Christus effulsit. [Omne pōdus candelabri, cū vniuersis vasis suis, id est, cū emunctorijs, & vbi quę emuncta sunt, extinguantur: habebit, inquit, talentū auri mundissimi.] Talentū maximū, centū librarū est & viginti. Magnū pōdus, grande significat talētum mundi, quod appesum in libra crucis, apposita lancem prægrauando excussit, & peccata nostra in mare proiecit. Quod quia mundissimum aurū est, id est, quia deus ab omni sordē mundissimus Christus est, tora in pondere eius redemptio nostra peracta est. Et quia cū perfectus deus & homo sit passionum dolores pertulit, & sic ad resurrectionis gloriā peruenit, rectē candelabrum ductile fuit. [Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum fuit.] De hoc iam superius dictum est.

De distinctione vel situ secundū tabernaculi. CAP. IX.

**T**abernaculū verō ita fiet. Decē cortinas de bysso rectora, & hyacintho ac purpura, coccōq; bis tincto variatas opere plumario facies, &c. Lektionis huius summam Apostolus ita breuiter contingit. Tabernaculum factum est primum in quo erant candelabra, & mensa, & propositio panum, quę dicitur sancta. Post velamentū autē secundū tabernaculum quod dicitur sancta

Esaiæ 11.

Esaiæ 26.

Esaiæ 24.

Cap. xxiij.

Hebr. 2.

BB ij sanctorum,

sanctorum, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti, circumtectam ex omni parte auro, in qua vna aurea habes manna, & virga Aaron, quæ fronderat, & tabulæ testamenti. Supraque ea Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium. Sciendum in primis, quia non secundum ordinem lectionis, quia compositio narratur, sed secundum ordinem ministerii, siue introitus, primi & secundum tabernaculi dixit. Itaque & nunc reciprocan-do, pauca dicenda sunt de situ, vel positione vtriusque tabernaculi, id est, incipiendo à fine lectionis, ubi dictum est, in introitu vero atrij fiet tentorium cubitorum XX. Prima erat ingrediendi porta atrij, quæ patebat XX. cubitis, & habebat quatuor columnas, quibus dependebat velum XX. cubitis extensum, erectum autem cubitis quinque, quatuor illis sæpe commemoratis coloribus, ac uero opere variatum. Hac porta ingrediens, excipiebatur atrio, cuius latera dextra leuæque quindenis cubitis, & ternis columnis porrigebantur introitus, ut in mediū poneret ostium tabernaculi interioris in ea parte, quo perueniebant, sicut in medio ponebant portam atrij ab ea parte vnde incipiebant. In hoc atrio erat altare sacrificiorum, quadratum, quinque scilicet cubitis longum & totidem latum. Inter portam & altare, spatium erat ubi versabantur, qui sacrificia imponebant altari, introitus vero inter altare, & ostium tabernaculi, locus erat cineris ante altare, & inde labrum æneum, ubi manus & pedes lauabant sacerdotes, vel altari in atrio seruituri, vel tabernaculum interius ingressuri. Tentoria porro huius atrij in lateribus ternarum columnarum byssina erant extensa cubitis quindenis, erecta cubitis quinque. Ab hoc ergo atrio, intrabatur ostium tabernaculi cum transitum esset altare, & labrum æneum. Quo ostio ingresso, occurrebat velum, quod ad ostium fuerat compositum, in quinque columnis ex centum, variatum illis quatuor coloribus. Transito illo velo excipiebatur pars tabernaculi media inter hoc velum, & illud alterum, quod columnis interius quatuor fuerat impositum ex illis quatuor coloribus factum, & separabat inter sancta, quæ forinsecus erant, & sancta sanctorum interius posita. In hoc itaque medio spacio inter ista duo vela, mensa erat aurea, quæ habebat partes propositionis, in parte aquilonis, & contra eam candelabrum aureum septem lucernarum, in parte austris, hucusque solis sacerdotibus licebat intrare. Interius autem, id est, in sancta sanctorum ultra velum quatuor columnarum arca erat testimonij deaurata, in qua erant tabulæ lapideæ legis, & virga Aaron, & vna aurea cum manna, & propitiatorium desuper aureum, ubi stabant duo Cherubin alis obumbrantia propitiatorium, & intuitiva se inuicem & ipsum. Ante arcam vero, id est, inter arcam & velum positum erat altare incensum, quod aliquando aureum dicit scriptura, aliquando deauratum, aureum utique appellans, quod erat inauratum. Ad hoc sancta sanctorum, nisi summo sacerdoti, non licebat intrare quotidie, propter inferendum incensum, semel autem in anno cum sanguine ad purificandum altare, & si forte quando exigebat necessitas, pro peccato sacerdotis, aut vniuersæ synagogæ, sicut in Leuitico scriptum est. Nunc demum à principio rursus ingrediamur, cum historica demonstratione, situmque profequamur spiritualis intelligentiæ.

*Quod tabernaculum typus ecclesie fuerit, & lex cortinarum quis modus, & quid mysterij habeat.*

CAPVT X.

**T**abernaculum vero ita fit. Post arcæ, propitiatorij, mensæ, atque candelabri facturam tabernaculum ut fiat, quod locus ipsorum sit, ordinatur, quia videlicet post incarnationem, passionem, corporis & sanguinis communicationem Christi filij dei, factamque per illum missionem spiritus sancti ecclesia sancta quæ locus ipsius est, & de antiquis in cœli collocatur, & de nouis hominibus in terra congregatur. Quomodo? Quali institutione vel ordine? Aut decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto variatas opere plumario facies. Denarius numerus, secunda vnitas est triangula, quod melius arithmeticis notum est. Ergo denarius secunda vnitas triangula vna trinitatis vnice fidem significat. Et hic cortinarum numerus, decalogo, quo eisdem deo seruitur, bene consonat. Porro cortinæ aulæ sunt. I. vela, dictæ autem cortinæ eo quod primitus de corio fiebant. De bysso, inquit, retorta, & hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto. Bysus quoddam genus est lini candidissimi. Hyacinthus autem, aerei coloris est, purpura marini, coccus ignei. His quatuor coloribus præcipuis, illa omnis varietas virtutum designatur, de qua in Psalmo canitur. Omnis gloria eius filie regis ab intus, in simbrjs aureis circumamicta varicetibus. Illa denique gloria quæ ab intus est, quam solus rex Christus, in filia regis sponsa sua videt, textura huiusmodi significat, in eo maxime, quod sagis cilicinis subtegenda est. Variatas (ait) opere plumario, id est, in modum plumæ, ac uero depicto. [Longitudo cortinæ vnus habebit viginti & octo cubitos. Latitudo quatuor cubitorum erit.] Latitudinis huius mensura, longitudinis septima est. Quater enim septem vel septies quatuor, viginti & octo sunt. Porro septima passim contemplationis requiem designat. Ergo & ipse mensuræ cortinarum quæ sagis operiendæ sunt, illos confirmant ordines ecclesie significari, qui in contemplationis quiete viuunt. [Quinque (ait) cortinæ libi iungentur mutuo, & aliæ quinque nexu simili cohererunt.] Quomodo? [Ansulæ, inquit, hyacinthinas in lateribus ac summis partibus facies cortinarum, ut possint inuicem copulari.] Ansulæ hyacinthinae cœlestia vincula sunt charitatis fraternæ. Et quia per fraternam charitatem ascenditur ad dei dilectionem, [Facies, inquit, & quinquaginta circulos

I.  
II.  
III.  
Psalm. 44.

circulos aureos, quibus cortinarum vela iungenda sunt, ut vni tabernaculi fiat.] Circuli namque aurei, vincula sunt diuinæ dilectionis, quæ fraternæ dilectioni quasi ansulis inserta hyacinthinis, sanctam illam & deo dignam efficit. Et quia charitas hæc, multitudinem operis peccatorum, bene ansule quinquaginta, in singulis lateribus, & quinquaginta circuli habentur, quo numero remissio significatur, & ex lege imperatur: vnde & quinquagesimus annus iubilæus dicitur, id est, dimittens. Pulchra cortinarum varietas, & pretiosa textura est, sed foris relinquenda nuda non est, nec enim imbrum aut grandinis iniuriam sustinet. Sequitur ergo.

*De sagis cilicinis XI. easdem cortinas operiendibus, & de pellibus arietum rubricatis, quid per hæc mysticè intelligamus.*

Cap. XI.

**E**t facies saga vndecim, ad operiendum rectum tabernaculi. Sic sanctorum vita est clara, sed nisi cautè sub præpositorum presidio quasi sub cilicijs abscondatur, integritatis eius pulchritudo non seruetur. Itaque ut in interiora tabernaculi bysuis fulgeat, coccus coruscet, hyacinthus & purpura pulchris itidem coloribus resplendant, desuper pelles & cilicia, imbræ, ventos, & puluerem portant. Qui igitur magnis virtutibus in sanctæ ecclesie sinu proficiunt, præpositorum suorum vitam despiciere non debent, cum vacare eos rebus exterioribus videt. quia hoc quod ipsi securi intima penetrant, ex illorum adiuuamento est, quia contra procellas huius seculi exterius laborant. Possunt tamè per saga, quæ byssum & purpuram, hyacinthum & coccum, ne procellarum iniurijs pareant, subtegunt, seculares intelligi diuites, qui in ecclesia sunt, qui sanctis vel in sancto proposito deo seruiantibus, ne vllam habeant necessitatem vagandi foris, quod non expedit animabus eorum, necessaria vitæ de facultatibus suis subministrant pro redemptione peccatorum suorum. Vnde & vndecim saga & cilicina sunt, quia videlicet, quod ipsi non diffidentur, præcepta decalogi transgressi sunt, & idcirco quasi in vndenario numero sunt, sed poenitentia quæ per cilicijs designatur, dignos fructus facere cupientes, tabernaculum, ut dictum est, protegunt. Sed & ipse tricenarius in longitudine cubitorum numerus, qui coniugatorum est, quemadmodum & viduarum sexagenus, & virginum centenus, huic sensui bene concinit. Porro iuxta literam vel visibilem tabernaculi facturam cur vndecim saga sint, & cur longitudine cortinarum binis excedant cubitis, mox sequentia declarant. [Quinque (ait) iunges seorsum, & sex sibi mutuo copulabis, ita ut sextum sagum in fronte recti duplices. Et paulo post. Quod autem super fuerit in sagis quæ parantur recto, id est, vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius operies posteriora tabernaculi.] Medietas sagi duo cubiti sunt secundum latitudinem, quæ est quatuor cubitorum. Non ergo sagum vni sciendum erat à capite vsque deorsum, ut vna pars in fronte recti ducti duplicaretur, reliqua vero posteriora tabernaculi operirentur. Non utique, sed vndecim hoc sagum, ut quonia decem tantummodo cortinæ sunt, super extento sagorum operimento, quatuor exuberet cubiti, qui sunt vnus sagi latitudo. Ita ergo sagorum coniunctorum extensio moderetur, ut in fronte duo cubiti descendant, qui & in sinu reducti, duplicentur: duo vero nihilominus in posteriora tabernaculi, ad protegendum demittantur. Nam & in vtraque latera tabernaculi, binis qui super sunt in longitudine sagorum, ultra longitudinem cortinarum dispartiantur cubiti. Aut enim: [Et cubitus ex vna parte pendeat, & alter ex altera, qui plus est in longitudine sagorum, vtrunque latera tabernaculi protegens.] Torum hoc mysticè ad prædictum refertur sensum, quia videlicet vita spiritualium, ut quæ sit, quæ per pulchritudinem signatur cortinarum, vndique subsidijs indiget secularium fidelium. Hoc præsentis loco prætereundum non est, Saga de pilis facta esse caprarum, vnde & postmodum scriptura dicit. Fecit ergo Beseleel saga vndecim de pilis caprarum ad operiendum rectum tabernaculi. [Facies & quinquaginta ansas more sagi vnus, &c.] Vt supra, nisi quod neque ansæ hyacinthinæ, neque sibilæ dicuntur aureæ, sed æneæ, quia videlicet fideles, qui in seculo sunt, vel quorumcunque auxilio vita spiritualium in exterioribus iuuatur, eadem firmatur dilectione, & si non eadem fulget cœlestis sapientie claritate. [Facies & operimentum aliud recto de pellibus arietum rubricatis, & super hoc rursum aliud operimentum de hyacinthinis pellibus.] Rubeus siue hyacinthinus color, pellibus arietum non per naturam adest, sed per industriam affertur. Bene ergo per hæc fidelis secularium concordia designatur, qui virtutum copiam, non quidem actu habent, sed in eis qui habent & ipsi amando possident. Hinc namque illud in Psalmo, quod cum præmissum esset, rogare quæ ad pacem sunt Hierusalem, statim subiunctum est, & abundantia diligetibus te. Abundat enim spiritualibus bonis Hierusalem, id est, anima sancta, quæcunque suam querit pacem, deumque videt per contemplationem, qui autem non eodem proposito stabilitus, amat sic incedentem, perfruitur & ipse abundantia cum eadem Hierusalem. Et notandum secundum literam, quia prout quæque viliora vel minus operosa sunt, ita quæque in tabernaculo superiora & tempestatibus viciniora sunt. Nam post cortinas, saga cilicina, deinde pelles arietum rubricatas, ac deinde pelles habet hyacinthinas.

*De tabulis tabernaculi stantibus, & connexione ac basibus illarum, & de vectibus eas continentibus, quid per hæc spiritualiter intelligatur.*

Cap. XII.

BB iij Facies

1. Petri. 4.  
Leuit. 25.

Psalm. 114.



**T**abernaculum quod deinde, iuxta descriptionem secundum, iuxta ordinem ingrediendi primum est (vt Apostolus ait) presentem significat ecclesiam. Illic mensa est, & contra mensam candelabrum. Etenim in hac ecclesia, imò in hac ecclesie peregrinatione, & tabernaculo eius temporalis mensa est domini, parata laborantibus in agone certaminis, mensa geminae refectio. Nam hic propositus est panis, id est, scriptura sancta, quæ magna verbi dei copia mentem reficit, & panis corporis eius, & calix sanguinis, quem de sancto altari Christianus ad vitam æternam sibi profuturum percipit. Candelabrum quoque hic est, & dignè coniuuantibus lucet, videlicet Christus, qui dicit: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Semel candelabrum istud, ob testimonium poenitentiae sue, lucernarum suarum flammam visibiliter quoque ostendit, tunc scilicet quando iam assumptus in cœlum, spiritum sanctum, quo Apostolos illuminaret, palam in linguis igneis demonstrauit. Et notandū, quia mensam in parte aquilonis, candelabrum autē in latere tabernaculi meridiano, dominus stare iussit. Ad nos enim, qui eramus pars aquilonis, id est, regnū diaboli, infidelitate frigidi, & à deo alieni, mensa domini portata est, & contra tenebras nostras, meridianum gratiae candelabrum deus posuit, vt edamus & bibamus, pariterq; in lumine ambulantes, decantemus: Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Item: Nam etsi ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Quinq; columnæ in ingressu huius tabernaculi, quinq; libri Moysi sunt, ecclesie presentis perhibentes testimonium. Bases columnarum æneæ, vilem significat literarum scripturæ Moisaicæ. Nam capita columnarum aurea, excellentem designant gloriam spiritualis intelligentiæ. Qui sensu paruuli sunt, bases tantum æneas attingere, id est, non valde nobilem literam legere possunt: qui autem viri proficiendo facti sunt, aurum attingunt, id est, capita columnarum, dum occidentem negligentem literam, extendunt se ad viuificantem spiritum. Velum quod ante columnas dependet, velamen est, quod nobis quidem in passione Christi scissum, Iudæorum autem cordibus superpositum est. Idcirco nobiscum non ingrediuntur, quia quod in columnis, id est, in libris Moysi rutilat aurum, obstante velamine videre non merentur.

Math. vlti.

Actu. 2.

Psal. 22.

Ibidem.

Cor. 2.

*De altari, quod extra positum, Iudæorum temporale significauerit ministerium.*

CAPVT XVI.

**A**ltare, quod extra positum est, Iudæorum est ministerium, sanctum quidē antequam Christus, qui per hoc promittebatur, veniret: nunc autem ex quo ille sancta sanctorū ingressus est, cum ministris suis, eum non sequentibus reprobatum, & velut immundum abiectum est. Habuit quidem prius hoc iustificationes culturæ, & sanctum seculare, sed non poterat iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodo in cibis & potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Nunc autem ex quo tempus correctionis aduenit, seruientem in supradictis, non solummodo perfectum facere non potest, sed nec vilius boni saltem initium est, imò & cum Apostolo detrimenta reputandum, & vt sterco abijciendū est. Proinde nos atrium ingressi patriarcharū, fiducialiter altare illud præterimus, & vltra velum ingredimur bases æneas columnarum aspernantes & aurea capita gratanter aspicientes, id est, occidentem legis literam relinquētes, & viuificantem spiritum amplectentes, atq; inde ad mensam domini fideliter accedimus, vbi non carnes taurorum immolantur, aut sanguis hircorū portatur, sed panis vite æternæ, quod est corpus Christi proponitur, & calix salutis perpetuæ, qui est sanguis eiusdem Christi filij dei libatur, tandem illud cœlestē sanctuarium ingressuri, quo præcur sor pro nobis Christus idem peruēnit.

Hebr. 2.

Philip. 2.

*Per atrium tabernaculi cum paxillis suis, columnas quoque cum basibus & capitibus eorum, mysticè fidem vel vitam intelligi patrum qui ante legem fuerunt.*

CAPVT XVII.

**A**trium tabernaculi patriarcharum, & sanctorum omnium qui ante legem fuere, latitudinem & vitam, non ceteris legis scriptura districtam designauit. Nam & paxilli ænei, qui per gyrum dispositi, quidem non aliud quam patriarcharū fidem significant, sine qua nec atrium nec tabernaculum stare, vel sanctum esse possit. [Centum, inquit, cubitos vnum latus tenebit in longitudine ad austrum, similiterq; in latere aquilonis tentoria centum cubitorum, in latitudine verò ad occidentem quinquaginta nihilominus ad orientem in latitudinem tentoria cubitorum quinquaginta.] Ceterarius longitudinis numerus, tertia vnitas tetragona, decies enim decem centum sunt, longanimum fidem, longanimum significat patriarcharum spem more quadrati lapidis, vbiq; tam in aduersis quam in prosperis constantem. Quam illorum longanimitatem, Apostolus pia consideratione permetiens, iuxta fidem (inquit) defuncti sunt omnes, non accipientis promissionibus, sed longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes, quia peregrini & hospites sunt super terram. Ergo tabernaculi veri, cuius hoc exemplar est, principes sunt, vnde & protinus idem Apostolus: qui enim (inquit) hæc dicunt significat se patriam querere. Et paulo supra: Expectabant, ait, fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor deus. Itaque & secundū

Hebr. 11.

secundum illos patres in tabernaculis, siue in casulis propter spem futuræ ciuitatis cōmorantes cœlestē tabernaculum de virtutibus compactum isto exemplari, quod Moyses fecit, prius est. Latitudo decem cubitorum, longitudinis prædictæ est medium ipso quinquagenario numero futurum præsignans lubileum, quia videlicet per latitudinem charitatis Abraham, Isaac, & Iacob, in re promissionem, Iubileum, id est, remissionem peccatorum acceperunt per Christum, & benedictionem omnium gentium. Ad hæc illorum perfectionem spectat numerus sexaginta columnarum. Nam in meridiano latere XX. & in aquilonari item XX. & in occidentali latitudine decem columnæ sexaginta sunt. Qui numerus ex senario, denarioq; compositus, bene perfectionem significat eorundem patrum, qui legem scriptam non habentes, decalogum tamen legis bene & perfecte operando laudabiliter adimpleuerunt. Attamen omnes columnæ atrij, bases habentes æneas, & capita argentea cunctis quæ in tabernaculo erant, minus insignes extiterunt. Sed discretis mentibus, non eo despiciabiles antiqui patres, qui ante legem fuerunt videantur, quod quædam quæ in lege prohibenda erant, ipsi admiserunt, verbi gratia: quod Abraham vxorem habes Sararam, de concubina Agar genuit filium, vel quod Iacob duas sorores, in vnum duxit coniugium. Nam hoc pacto, columnæ quidem minus speciosæ sunt, nec enim tale quid trahendum est in exemplum, sed in eo satis excusantur, quia nihil horum fuerat lege prohibitum.

Sexaginta columnæ. Addendum puto, ac rotundè in occidentali.

*Quod introitus tabernaculi ab vna tantum parte, id est, ab oriente fuerit, ipsius autem sanctæ trinitatis, quam legimus in Apocalypsi à quatuor partibus trinae portæ sint.*

CAPVT XVIII.

**I**n ea atrij longitudine quæ respicit ad orientem L. cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri vno depurabuntur, columnæq; tres, & bases rotundæ. Patet litera, quia ab oriente introitus in atrium, & inde in tabernaculum per quindenos cubitos, ternasq; hinc inde columnas porrigitur. Et videtur in hoc exemplaris siue cœlestium ratio deficere. Nam vbi de cœlestibus manifestè loquitur spiritus, ita præmittens, & ostendit mihi ciuitatem Hierusalem sanctam, descendentem de cœlo à deo habentem claritatē dei, paulo post ita subiungit: Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, ab austro portæ tres, & ab occasu portæ tres. Hic autem ab oriente tantum in quatuor columnis introitus patet. Sequitur enim. [In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti. Columnas habebit quatuor cum basibus quatuor.] Adde quod ab oriente captato introitu, facies introeuntis in occasum spectat, quo nihil boni significatur. Igitur quoniam & altare, ad quod primū per ipsum introitum peruenitur, rotundusq; ordo eius antiquari, & fenescere habebat, & interitum erat, in occasum situs eius vergebat: portarum quoque non miranda nobis diuersitas, scilicet quod in hoc typicum & vmbaticum tabernaculum, ab vna parte introitus patebat, per quatuor columnas velum habens altitudinis quinque cubitorum: in ipsa autem cœlestia sancta, quorum hoc erat exemplar à quatuor mundi partibus eadem introeuntibus facultas per ternas (vt prædictum est) offertur portas. Nam & ille populus, qui hoc vltus est exemplari, iustitiam prælumine ex operibus legis: vocatio autem cunctarum gentium, ad vera rendens & cœlestia sancta, solam querit iustitiam fidei, baptismum vocantis Christi suscipiens, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Apoc. 21.

*Quod illa dei ciuitas lucerna scripturarū non egeat, & idcirco lucerna non intra, sed extra velum ardere iussa est.*

CAPVT XIX.

**P**ræcipe filijs Israel, vt offerant tibi oleum de arboribus oliuarum, purissimum, pilosq; contrusum, vt ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum, quod oppansum est testimonio, & collocabunt eam Aaron & filij Israel, vt vsq; mane luceat coram domino. Res postulare videretur, vt in eo quod sacratius erat, idem in secundo tabernaculo iuxta velum lucerna semper arderet cultu perpetuo. Quid ergo nili mysterium, & in hoc ritu propositum est, videlicet, quia in illis sanctis non manufactis, quæ Iesus semel introiuit, lucerna opus non est? Sic enim in Apocalypsi de illa sancta & æterna ciuitate dicit Iohannes: Nam claritas dei illuminabit eam, & lucerna eius agnus est. Igitur extra velum in priore tabernaculo semper ardeat lucerna coram domino vsque mane cultu perpetuo, id est, in presenti ecclesia luceat quisque fidelium ea, quam habet, spiritus sancti gratia, vt videant homines eorum opera bona, & inde aperiant oculos suos ad glorificandum patrem, qui in cœlis est. Nam hæc intentio charitatis oleum purissimum est pilo contrusum, id est, propter ædificationem proximorum, sponte laboribus pressum. Collocabit eam, inquit, Aaron & filij eius, videlicet qui legitimi sunt sacerdotes domini, iure successionis. Etenim veræ charitati studere, atque in operibus bonis, non suam, sed dei gloriam querere, id plane est dignum atque legitimum deo sacerdotem esse. Ad huiusmodi lucernam collocandam, Paulus dilectum discipulum commonebat, cum diceret: propter quam causam admoneo te, vt resuscites gratiam dei, quæ est in te, per impositionem manuum mearum. Ardeat, inquit, vsque mane, id est, vsq; ad finem presentis vite. Nam in ipso die lumine lucernæ nō indigebimus, quando sicuti est, & facie ad faciem vidēbimus.

Apoc. 21.

Math. 5.

2. Tim. 1.

De vestibus



mitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absq̄ peccato. Deniq̄ ex eo didicit compati infirmitatibus nostris, quoties tentatur à renibus nostris, quia sic alijs infirmitatibus tentatus est, sicut & tentatione peccati tentatus fuisset, si non esset deus, quod nō sumus nos. Tunica hyacinthina cum tintinabulis & malis punicis, vita vel conuersatio gloriosa est eiusdē pontificis nostri, domini Iesu Christi à baptismo Iohannis. Ex tunc enim tintinabulis cepit perfringere, id est, aperta & publica prædicatione personare, malis punicis intermicantibus, id est, miraculorum operibus per singula penē verba concurrentibus. Ipsæ color tunicæ hyacinthinae, cœlestem eorundem operum eius exprimit dignitatem. Vndē & dicitur in Canticis: Manus eius rotatiles, aureæ, plenæ hyacinthis. Illic in manibus, hic in vestitu, secundū hyacinthi colorē aereum eius (vt dictum est) opera designantur, qui non de terra est, neq̄ de terra loquitur, sed de cœlo venit, & super omnes est. Et bene per tunicæ circuitum deorsum ad pedes mala rubent, & tintinabula cōcrepant in ingressu sanctuarij, quia videlicet maxime in fine vitæ mortalis operosa claruit dilectio, vel doctrina redemptoris. Cum enim (inquit Euangelista) dilexisset suos qui erant in mundo, in finem quoq̄ dilexit eos. Tintinabula, id est, dilectionis præcepta, quibus in illa cœna personauit, totus mundus audiuit: & mala rubentia, scilicet vitæ æternæ fructum, de illo ingressu eius in cœleste sanctuarium, totus orbis consecutus est. Superhumeralē huius pontificis, obedientia charitatis est, quia idem Christus filius dei portandis, imò tollendis peccatis nostris humeros suos supposuit, & cum illis in crucem ascendit. Nam dominus (inquit propheta) posuit in eo iniquitates omnium nostrū. Et bene ex quatuor coloribus supradictis, qui quatuor respondent elementis mundi, auro quoq̄ intextum superhumeralē fieri debuit, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non autem pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi: non coacta, sed spontanea charitate, quæ ceteris virtutibus ita præminet, vt ceteris metallis aurum præpoller. Duæ oræ iunctæ, & in singulis humeris singuli lapides onychini, nominibus duodecim filiorum Israel inscripti, duo sunt populi, temporibus quidem disiuncti, sed causa vel sacramēto coniuncti, quorum Christus peccata in corpore suo pertulit. Neuter quippe aliter, nisi per Christi gratiam saluari potuit, & vterq̄ vno eodemq̄ peccatorum portatore Christo indiguit. Et rectē lapides onychini, quæ species gemmæ siue lapidis colorem habet vnguis humani. Vndē & vocabulum sortitum est (Græci namq̄ vnguem onychen dicunt) rectē inquam, quia pro hominibus deus homo factus, peccatorum superhumerali oneratus est. Lapidēs eiusmodi nominibus filiorum Israel, id est, electorum omnium inscripti sunt: ipse enim cunctos nouit ex nomine, quorum super se peccata tulit. Vndē & appropinquans articulo passionis: Ego (inquit) scio quos elegerim. Iuxta ordinem, inquit, natiuitatis eorum sculpes eos. Ergo cuncti maiores in vno, cuncti minores natu scripti sunt in lapide altero. Maiores filij Israel sunt qui ante, minores, qui post aduentum humerosi huius portatoris peccatorum cōscripti sunt. Maiores, inquam, qui ex Iudæis, minores qui ex gentibus sunt. Nam de illo populo loquitur deus ad Pharaonem: Filius meus primogenitus meus Israel. Rationale igitur iungitur superhumerali, quia misericordia & veritas obuiauerunt sibi. Misericordia in superhumerali, veritas intelligit in rationali. Vndē & dicitur rationale iudicij, doctrina quoq̄ & veritas inscribitur illi. Qui enim in misericordia redemit, idem ipse in veritate iudicabit. Vndē non vno aut duobus lapidibus onychinis in rationali, sicut in superhumerali cuncta filiorum Israel nomina, sed singulis lapidibus singula inscripta sunt. Nam vna quidē gratia cunctos Christus redemit, & cunctorum super humeros suos peccata tulit, sed in iudicio reddet vnicuiq̄ secundum opera sua. Et electorum quoq̄ non omnium eadem erunt præmia, sed pro diuersis differentia meritis. Multæ enim sunt (inquit) mansiones id domo patris mei. Multitudinē mansionum cœlestium, multiplex & distinctus designat ordo lapidū pretiosorum. Etenim apud Ezechielem contra principem Tyri nouem ordines angelorum, per nouem designantur nomina lapidum. Notandum, q̄ in superhumerali non solum catenulæ, sed & vncini sunt, qui rationale iudicij constringant, quia videlicet in misericordia redemptoris nostræ spei ancoræ sunt, vt semper misericordia superexaltet iudicium. Hoc in pectore suo portat pontifex, nā in præsentia sua scriptos habet omnes, omniumq̄ condignas meritis ab origine mundi parauit mansiones. Cydarim quoque super caput pontifex accipit, ne Cherintus vel Arrius, seu quilibet alius hæreticus, Iesu Christi filij dei caput, id est, initium se vidisse arbitretur. Nō enim sicut nos, ita & ille à carne existendi initium habuit, iuxta blasphemiam Cherinti, qui illum ante Mariam existisse negauit, sed diuinū caput, quod erat in principio & ante secula, ibi abscondit. Cydaris ergo caput tegit pontificis, quia videlicet incomprehensibilis est antiquitas vel origo diuinitatis Christi. Lamina aurea fronti imminens corona est gloriæ & honoris in capite redemptoris. Gloria (inquit) & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuū tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et Apostolus cum dixisset: Christus factus est pro nobis obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis, continuo subiunxit. Propter quod & deus exaltauit illum, & donauit illi nomē, quod est super omne nomē. Huius rei mysteriū, scilicet nominis quod est super omne nomen, in eo est, quod laminæ sanctum domini insculptum est, id est, nomen domini Tetragrammaton, quod

Cantic. 5.

Iohan. 19.

Esaiæ 53.

1. Iohan. 2.

Iohan. 13.

Exod. 4.

Psal. 34.

Roma. 2.

Iohan. 14.

Ezech. 28.

Psal. 8. Philip. 2.

quod ineffabile dicunt. Scribitur enim quatuor literis Ioth He Vau He, quæ in syllabam aut vocem articulatam comprehendere nequeunt. Arcanum scripturæ hætenus latet, nisi quia ex interpretatione elementorum colligi potest, quod Euangelicam fidem non minime delectat. Interpretatur enim Ioth principum, He iste, Vau & He, iste. Estq̄ continuus literarum sensus, principum iste, & iste. Hoc, inquam, iure nos delectet, quia principum iste pater, & principum iste filius est. Patrem esse principium videns vitro consentit. Principium se quoq̄ esse filium defendit, qui inter rogantibus Iudæis: Tu quis es? Principium ait, qui & loquor vobis. Hoc nomē profecto super omne nomen est, quia super principium nihil esse potest. Igitur octauū pontificis decus, aurea lamina est, insculptū habens ineffabile nomē, quod dicitur sanctum domini, quia videlicet Christo pontifici propter passionem mortis, octaua sua, id est, resurrectionis gloria coronato, nomē quod est super omne nomen pater donauit, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Moralem filiorum Aaron, id est, sacerdotum Christi ornatum studio proficiendi præterimus, suis enim in locis inuenitur, sicut à patribus expositus est. Sed & quæ deinceps Moyli imperantur à domino, dicente. [Sed & hoc facies, vt mihi in sacerdotio consecrentur, tolle vitulum de armēto, & arietes duos immaculatos, &c.] Quoniam sicut hic imperata, sic in Leuitico acta memorantur, nunc ipsa differimus, illic enim oportunius dicentur.

Iohan. 8.

Exod. 26.

De vitulo quem fecerunt filij Israel, commutantes & ipsi veritatem dei in mendacium. CAPVT XXIII.

Videns autem populus, quod moram faceret descendendi de monte Moyse, congregatus aduersus Aaron, ait: Surgens, fac nobis deos, qui præcedant nos, Moyli enim huic viro, qui nos eduxit de terra Aegypti, ignoramus quid acciderit ei. Et reliqua. Plana est res gesta quia cito fecerunt, imo cito defecerunt, faciendo vitulum, & adorando sculpsit: & quod valde est admirandum, talem tantamq̄ gloriam suam mutauerunt in similitudinem vituli comedentis foenum. Celeritatem defectus, & ipse dominus quasi admirans. [Cito, inquit, recesserunt de via quam ostendisti eis, feceruntq̄ sibi vitulum constabilem.] Ergo Iudæi non minus quam Græci os omne obstruatur, nam & isti commutauerunt veritatem dei in mendacium. Dixerunt enim [Hi sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti.] Hoc, inquam, dicendo, veritatem dei mutauerunt in mendacium, & seruierunt creaturæ potius quam creatori, videlicet seruitute peccati, scriptura sic dicente: Et sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. In gloria similitudinis vituli comedentis foeni, comederunt ac biberunt, & idcirco iustis obsecrationibus continuo semetipsos conuenerunt, traditi in reprobam sensum, vt facerent ea quæ non conueniunt, & mercedem quam oportuit erroris sui ita in semetipsis receperunt. Ergo & apostolo teste, Iudæorum gloriarium exclusa est, vt non insultet Græco, quod seruierit creaturæ, nam quod grauius est, & ipse seruauit in præuaricatione. Lex enim huic erat, et adhuc quasi aurum sermo dei recens ab igne calebat. Paulo ante lectum fuerat volumen fœderis à Moyse, audiente populo. Qui & dixerunt: Omnia quæ locutus est dominus, faciemus, & erimus obedientes. Hoc facto, vtriq̄ in aures aureas suis auribus internis appendebant. Ille vero sumptum sanguinem respexit in populum, & ait: Hic est sanguis fœderis, quod pepigit dominus vobiscum. Itaq̄ vni viro deo quasi coniugalem iurauerant copulam, & in aures mandatorum eius (vt iam dictum est) ornatam faciem habebant. At nunc tulerunt in aures aureas de vxorum & filiorum & filiarum suarum auribus, formaueruntq̄ opere fulorio, & fecerunt ex eis vitulum constabilem, & eisdem pedibus, quibus mare transferant, coram tali figura saltauerunt, & veritatem quam cecinerant, dicentes: Cantemus domino, gloriose magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare: in mendacium commutauerunt cantando: Hi sunt dii tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Igitur inexcusabilis est & Iudæus, qui Græcum ad gratiam dei confugientem propter antiqua peccata iudicat: eadem enim egit quæ iudicat. Et quoties ab illo paululum cessauit pæda gogi virga, stultus puer ad eadem vel similia se conuertit idololatriæ flagitia.

Cap. xxxij.

Psal. 109.

Roma. 1.

Exod. 26.

Exod. 19.

Rom. 2.

Quod non vanè dixerit deus: Dimitte me vt irascatur furor meus, &c. et. & quod nunc vere ita factum sit. CAP. XXV.

Præfagium eius (quæ nunc est) confusionis & ignominie Iudicæ in isto scelere, promptum est agnosci. Sicut enim tunc aurium suarum decus vel ornamentum, scilicet in aures aureas in vitulum formadū coniecerunt, & veritate derelicta, mendacium coluerunt: sic futurum erat, vt auream legis & prophetarum veritatem commutarent in mendacium, quod nunc faciunt sacros codices manibus tenentes, & vipereis linguis blasphemias contra Christum fabricantes, quod nunc iam præuidens dominus, ait ad Moysem. [Cerno quod populus iste duræ ceruicis sit, Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamq̄ te in gentē magnā.] Quid ageret Moyse breuiter hic ipse innuit, deum dixisse referens, dimitte me.

Pfalms. 105.

Pfalmsista vero vehementius exprimit, & dixit inquit, ut disperderet, si non Moyses electus eius...

Confractio tabularum priorum, & vituli contriti, puluerem in aquam sparsum, & ad potandum exhibitum, quid significet mystice. CAP. XXVI.

Iohan. 5.

ET reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu scriptas ex vtraque parte...

Pfalms. 73.

De austeritate Moysi dicentis: Ponat vir gladium super femur suum: & pietate eius, qua pro illis deum orauit, quod vtrobiusque prelatis imitandus sit.

CAPVT XXVII.

VIDENS ergo Moyses populum quod esset nudatus, spoliauerat enim eum Aaron, propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constituerat, & stans in porta castrorum, ait: Si quis est domini, iungatur mihi.

petiuit, & paucorum vitam gladio extinxit: intus arsit ignibus amoris, foris ascensus zelo saeueritatis.

Contra eos, qui sedent super cathedram Moysi, & non sequuntur exemplum eius.

CAPVT XXVIII.

OMNIBUS qui in regimine animarum praesunt, qualiter praesse, imò qualiter prodesse debeant, hinc exemplum trahendum est, ut videlicet intus amantes, diuinae irae supplicando obliuant: foris saeuientes, culpam feriendo consumant.

De eo quod Moyses ait: Aut dimitte, & cetera. Et de eo quod dominus dixit: Ego autem in die ultionis visitabo hoc peccatum. CAP. XXIX.

AVT dimitte eis, inquit, hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsisti. Quare? Videlicet quia & ego homo peccator sum, si non est apud te propitiatio, si iudicium apud te est sine misericordia, consequitur, ut & me de libro tuo deleas.

CC ij Quod

Quod uno spiritu dictum sit ab isto. Aut si nō facis, dele me de libro: & ab Apostolo.

Optabam & ipse anathema esse pro fratribus. CAP. XXX.

Roma. 9.

**N**otandum, quod non dixit Moyses: dele me pro illis de libro tuo quem scripsisti, aut opto deleri ut scribantur isti: sed, si non dimittis eis, dele me, inquit, quod idem est ac si diceret, si deles illos, dele & me cum illis. Hoc propter illud nunc dicimus, quod eodem spiritu Apostolus dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, &c. Nam eadem charitate & hic locutus est & ille, sed paulò differt in verbis, dum hic anathema cupit esse pro fratribus suis, hic autem deleri se concedit cum illis. Ille sua separatione vult fratrum salutem redimere, hic si non possit eorum salutem obtinere, concedit se cum eis de libro viventium deleri, vel anathema existere. Vtriusque dicta magni ponderis sunt, & nostras vires excidunt. Magni etiam viri haftenus vtranque sententiam humeris suis versauerunt, & rem sicut est factis verbis exprimere non potuerunt. Est enim hoc penè ineffabile, nec nisi aliquid de eiusdem charitatis spiritu habentibus, saltem sensu perceptibile est, quomodo homo deo familiaris qualicumque causa vel ratione, hoc animo suo admittere possit, ut à deo anathema esse, vel de libro eius concedat seipsum deleri, quomodo in ista concessione non solum nullam incurrat poenam aut culpam, sed etiam ampliorum apud deum mereatur gratiam. Nobis hoc non solum de tanta re subluet, quia deus charitas, deus humilitas est, & cum per humilitatem siue charitatem, à deo quicquam procul abest, indigniorem se iudicans eis, pro quibus intèruenit, miro modo, quantum se deprimit, tantum ascendit: quantum condemnat, tantum iustificat: quantum à deo, quasi recedit, tantum illi proximus fit. Diuitias animi eiusmodi, nos frigidi atque inopes ignoramus: & idcirco cum legimus, illum anathema se esse optantem pro fratribus, istum de libro dei deleri se concedentem, aut dicta dissimulamus, aut in sensum exilem grauissimè prolata detorqueamus. Cæterum quem spiritus idem tetigit, videt ex parte aliqua, quantum talis habitus mentis apud deum valeat, pro sua reuerentia. Videre sibi videtur, maiestatem cœlis omnibus ac terris tremendam, de folio suo surgere & accedere vulnerato corde, rogare amicum quasi discedentem, ne deserat se, dicentemque: verbi gratia. Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine domini coram me. Hoc sentiens anima beata, fortitudine sua vitatur, quia solis superbis resistere potest deus, & dicente deo, dimitte me, ut irasci mihi liceat cum tuo consensu, non audit, non cōsentit, & non paritur nisi interdum voluntatem hominis faciat deus, & in istis viribus suis mirabiliter contrafacta, sicut & de isto dictum est, quia stetit in contrafectione in conspectu eius, ineffabili dulcedine pascitur, ineffabili charitatis vulneres scinditur, cuius sanguinem absque reuerentia videre non iustinet altissimus.

Quod dixerit deus: Angelus meus præcedet te, subiungens: Non enim ascendam tecum.

CAPVT XXXI.

Cap. 33.

**A**ngelus meus, inquit, præcedet te. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Ac deinceps. [Et mitram præcursorem tui angelum, ut eiciam Chananeum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, & cætera.] Mirum fortè videbitur, quomodo ad orationem Moyse placatus fuerit dominus, ne faceret malum quod locutus fuerat aduersus populum suum, & tamen idem Moyses postquam dixit: [Consecratis manus vestras hodie domino, vnusquisque in filio, & in fratre suo. Facto die altero, dixit ad populum: Peccastis peccatum maximum, ascendam ad dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro.] Sed profectò liquet, quia placatus quidem in eo fuerat dominus, ne in præsentiarum corporaliter deleter eos, suggerente, & quasi consulente Moyse, Ne quæso dicant Aegyptij: Callidè eduxit eos, ut interficeret eos in montibus, & deleter eos è terra: sed in eo nondum placatus fuerat, ut dominum eorum se esse rursus profiteretur, vnde & adhuc alieno animo loquitur secundò, ut semel fuerat locutus, vade & descende de loco isto tu & populus tuus, tuus, inquam, non meus. Ergo angelus meus præcedet te, inquit: siue, emittam præcursorem tui angelum, subauditur, ad hoc tantum ut intres terram Chananeorum, non etiam ad hoc ut intres in terram viuentium. Non enim sum deus tuus. Non tu ipse es populus meus. Nam hoc est quod dicit: Non enim ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via, ac si dicat, quoniam populus duræ ceruicis es, non tibi expedit, ut me deum tuum nomines, ut culturam meam profitearis, ut leges meas baules, ad præuaricandum tam pronus & facilis. Leuius enim multo est, deum nescire, quàm cognitum irritare. Tolerabilius est, viam dei ignorare, quàm post agnitam retrorsum ire. Idcirco si ascendero tecum, si me dixeris deum tuum, iustus in via disperdam te pro uocantem me dura ceruice.

Quomodo

Quomodo non sit contrarium, quod ait: Non ascendam tecum, & quod itidem subiungit: Semel ascendam in medio tui. CAP. XXXII.

**N**on ascendam, ait, tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te in via. Ac deinceps. [Populus duræ ceruicis es. Semel ascendam in medio tui, & delebo te.] Contraria hæc vel repugnancia esse videtur, non ascendam tecum, ne fortè disperdā te, & semel ascendam in medio tui, & delebo te. Sed noranda in sermone diuersitas. Negando enim dixit: nō ascendam tecum. Affirmando. Semel ascendam tecum, dixit, in medio tui. Non parum differt in verbis aut in sensu, quod illic tecum, hic autem in medio tui, dixit. Verbi gratia: debellator siue aduersarius cum ciuitatem irruerit, restè in medio populi ascendisse dicitur: cum populo autem ascendisse non restè dicitur. Igitur & quod dixit, non ascendam tecum, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè disperdam te, & quod iterum ait: semel ascendā in medio tui, & delebo te, vtrunque admora discretionis lampade peruidendum est. Non ascendam tecum, dixit. Quare? Ne fortè disperdam te. Tu enim duræ ceruicis populus es, tu puer sensu, tu quasi iuuenculus lasciuus & indocilis es. Tu animalis homo es, & ea quæ dei sunt non percipis, idcirco ponam velamen super faciem tuam, idcirco non in manifestatione rerum, sed in figuris, & in umbris loquar ad te, de altitudine mysteriorum cœlestium. Quare? Ne fortè disperdam te. Tu enim rerum altitudinem nō sustineres, sed blasphemares, sed dura ceruice recalcitrare, & ita me ad disperdendum te, prouocares. Quandoque tamen ita fiet. Semel ascendam non quidem tecum, sed in medio tui, & delebo te. Ascendam, inquam, in medio tui, nam in terra videbor, & cum hominibus conuersabor. Et delebo te, inquit, subauditur, de libro meo, quem scripsi. Nam hoc ad illud respicit, quod supra Moyse dicenti, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti, qui peccauerit, inquit, mihi, delebo eum de libro meo. Nec vana comminatio. Semel enim ascendit, semel humanatus est, semel passus, mortuus est, & resurrexit, & in cœlum ascendit, & tunc deum illum populum dura ceruice ascensus sui nimis impatientem deleuit completa prophetia, quæ dicit: Deleantur de libro viuentium, & cum iustis non scribantur. Deleuit, inquam, id est, nō scripsit, & quod scripti esse videbantur, dicendo filios se esse Abrahæ, & habendo templum & altare, quasi calami vitium absterit, delendo cū eis templum ipsorum, & altare. Itaque quamuis dicant, se Iudæos esse, non tamen sunt Iudæi, sed sunt synagoga satana, planè delati sunt, deo pro illis, aliorum confessorum nomina scribente, alioque iusticante pro illis filios Abrahæ.

1. Cor. 2.  
2. Cor. 3.

Baruch. 3.

Psal. 68.

Apoca. 2.

De eo quod ait: Iam nunc depone ornatum tuum, & c. & quid mysticè sit, quod Moyses tabernaculum, quod nunc tabernaculum foederis vocauit, extra castra retendit.

CAPVT XXXIII.

**A**adiens autem populus sermonem hunc pessimum, luxit, & nullus ex more indutus est cultu suo. Et dominus: Iam nunc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi. Hoc iuxta historiam, lectorem edificat, quia videlicet nisi ambulet peccator demisso capite, nondum se scire fateatur deus quid ei faciat. nullam enim habet materiam fruendæ misericordiæ, nisi ambitio vel habitus poenitentia præcedat. [Deposuerunt ergo filij Israel ornatum suum, à monte Choreb. Moyses quoque tollens tabernaculum retendit extra castra, procul: vocauitque nomen eius tabernaculum foederis.] Putaremus vna die quo descendit Moyses de monte dicta hæc esse vel acta, sed ecce litera repugnat, iam enim tabernaculum factum est, quod Moyses retendit extra castra. Ergo magnum & mirum spectaculum, magna & mira dispensatio mysteriorum cœlestium. Interim dum tabernaculum constituitur, inimicitia sunt inter deum & populum, pro reatu vituli, & non ante soluuntur eadem inimicitia, nisi prius tendatur tabernaculum, quod & perinde vocatur tabernaculum foederis. Diximus supra de cœlestibus, quorum secundum exemplar, hoc ipsum tabernaculum factum est. Quid igitur est hoc, nisi quia dum essent inimicitia inter deum & homines, propter soluendas easdem inimicitias, tabernaculum verum, quod fixit deus, & non homo, ab incarnatione Christi filij dei fieri cœptum est: Proinde valde norandum, quod dicitur. [Et omnis populus qui habebat aliquam questionem egrediebatur ad tabernaculum foederis extra castra. Cuncti egredieretur Moyses ad tabernaculum foederis, surgebat vniversa plebs, & stabat vnusquisque in ostio papilionis suæ. Aspiciebantque tergum Moyse, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo tabernaculum foederis, descendeat columna nubis, & stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse cernentibus vniversis, quod columna nubis stare ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.] Quid nam est, quod tenditur tabernaculum extra castra, nisi quod cœlestia sancta, quorum pontifex ac minister Christus est, extra carnales Iudæorum tenduntur ceremonias, quas odit anima domini, sicut dicit Elias: Et quid est quod omnis populus qui habebat aliquam questionem, egrediebatur ad illud tabernaculum foederis, nisi quia omnis qui scripturarum querit veritatem, oportet ut egrediar ad hæc sancta Christi sacramenta, per que sumus deo reconciliati.

Hebr. 8.

Esai. 1.

CC iij Velamen



2. Cor. 3.

Iohan. 1.

Velamen quippe quod super Iudæorū cor positum est, in solo Christo reuelatur. Quid, inquam, est, quod ingresso Moyse tabernaculum fœderis, descendebat & stabat ad ostium tabernaculi columna nubis, videntibus cunctis, nisi quod coniuncta lege quæ per Moysem data est, cum gratia & veritate quæ per Christum Iesum facta est, stat in ingressu reconciliationis, incarnatio eiusdem Christi filij dei, vt videlicet tabernaculum fœderis ingredi, id est, deo reconciliari nemo possit, nisi per istam columnam nubis, in qua thronum suum sapientia posuit, per istam carnē in qua corporaliter inhabitat, omnis plenitudo diuinitatis. Loquebatur cum Moyse, cernentibus vniuersis. Quomodo cernentibus? Aspiciabantq; inquit, tergum Moyfi, donec ingrederetur tentorium. Ergo lex & Euangelium familiare quidem atq; consonum habent colloquium, sed donec omnia compleantur, quæ vtroq; testamento promissa sunt, Iudæi non videbunt: non enim faciem, sed tergum Moyfi, filij Israel viderunt.

De eo quod dictum est: Stabantq; & ipsi, & adorabant per fores tabernaculorum suorum.

CAPVT XXXIII.

Vxtra historiam, moralem sensum legentis, hæc ipsa res ædificat. Quid est enim populum columnam nubis aspiciere, & in tabernaculi sui foribus stare atq; adorare, nisi quod humana mens cum superiora illa, atq; cœlestia vtcunq; in enigmate conspiciat, iam claustra habitationis corporeæ per subleuatam cogitationem exit: atque illum humiliter adorat, cuius et si videre substantiam non valet, iam tamen eius potentiam per illuminationem spiritus miratur. Et cum Moyse tabernaculum ingreditur, eius terga populus aspiciat, & in papilionum suorum ostijs cōsistat, quia cum sanctus quisq; prædicator, alia de deo loquitur, & supernæ habitationis iam vtcunq; habitaculum ingreditur, eius terga populus aspiciat. Cuius prædicationis infirmi quicq; et si virtutem plenè pensare non possunt, tamen velut terga aspiciunt, quia postrema quæ prævalent per intellectum sequuntur, sed in ipsis quoque minimis, quæ capere sufficiunt, iam de suis papilionibus quasi exeunt, atque in ostijs stant. quia & habitacula carnis relinquere, & ad illa æternæ vitæ gaudia, quæ audiunt progredi conantur.

Quod dictum est: Loquebatur autem dominus Moyfi facie, &c. & quod postmodum dicit: Ostende mihi faciem tuam.

Cap. XXXV.

Quomodo Moyse videbat deū.

Loquebatur autē dominus Moyfi facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum. Postmodum dicit: [Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum manifestè, & videam te.] Certè si deus non erat cum quo loquebatur, ostende mihi diceret, & non ostendi mihi temetipsum. Si autē deus erat, cum quo loquebatur facie ad faciē, cur se petebat videre, quem videbat? Sed hac eius petitione colligitur, quia cum sitiebat, per incircumscriptam naturæ suæ claritatem cernere, quem iam coeperat per qualdam imagines videre, vt sic superna essentia mentis eius oculis adesset, quatenus ei ad æternitatis visionem, nulla imago creata temporaliter interesset. Cur igitur sic dictum est: Loquebatur dominus Moyfi facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum: cum in hac mortali carne consistentibus, videri non possit in sua substantia lumen incircumscriptum? Idcirco videlicet, quia suum ab illo consilium non abscondebatur, & secretorum suorum eum faciebat conficium. Quomodo enim loqui solet homo ad amicum suum? Aperiendo vtiq; illi consilium suum, non celando illi quæ facturum sit, eo quod custos sit animi, vnde & amici vocabulum originem sumpsit. Et scimus, quia prophetarū maximus Moyse extitit, sicut dominus de illo testimonium perhibet, cum dicit ad Aaron & Mariam: Audite sermones meos, si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, & vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquar ei, & palam, non per ænigmata & figuras dominum videt. Item scriptura dicit: Et non surrexit propheta vltra in Israel, sicut Moyse, quē nosset dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis. Igitur quia quod prophetarum est, scilicet prævidere consilium dei, quod carnalibus siue popularibus, sub figuris abscondebatur & ceremonijs vmbriticis, quia inquam, hoc Moyfi datum est, & non posterioribus prophetis: rectè sic de illo est dictū, quia loquebatur ei dominus facie ad faciem, quomodo loqui solet homo ad amicum suum.

Num. 12.

Deute. 34.

Quid sit mysticè, quod Moyse reuertente in castra, Iosue non recedebat de tabernaculo.

CAPVT XXXVI.

Vmque illi reuerteretur in castra, minister eius Iosue, filius Num puer non recedebat de tabernaculo. Reuersio Moyfi in castra, lectio legis est sine Euangelij gratia. Supra diximus, colloquium domini cum Moyse ad tabernaculi ostium, consonantiam esse legis & gratiæ, ad ingressum veri & cœlestis tabernaculi, quia videlicet vtrunque recipere vel profiteri oportet eum, qui ingreditur in tabernaculum fœderis, id est, qui deo per mortem filij eius cupit reconciliari. Ergo Moyse quidem reuertitur in castra, sed Iosue minister eius non recedit de tabernaculo, quia videlicet lex quidem legitur in synagoga, quæ tabernaculo vero non appropinquat, sed spiritus legis,

legis, cum Christi perseuerat gratia in Euangelio. Iosue quippe minister Moyfi, spiritum legis in eo quoque rectè significat, quia populum in eam repromissionis terrā introduxit, quam per Moysem dominus eidem populo promisit. Sic etenim litera legis, promissiones quidem dei continet, sed nisi per spirituales legis intelligentiam, promissionibus eidem nemo dignus effici potest. Legant igitur occidentem literam, carnales Iudæi: nam spiritus viuificans à tabernaculo, cuius pontifex Christus est, non recedit.

Quod placatus fuerit dominus, vt non faceret malum, sed non in eo, vt esset deus eorum, & ascenderet cum eis.

Cap. XXXVII.

Dixit autem Moyse ad dominum: Præcipis, vt educam populum istum, & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Hoc est, quod supra iam dictum est, quia placatus quidem fuerat dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat aduersus populum iuum, & introduceret eos in terram Chanangorum, sed non etiam placatus fuerat in eo, vt ascenderet cum eis, & esset deus eorum, quod est in-  
troducere in terram & regionem viuentium. Ait ergo, præcipis vt educam populum istum, subauditur, in terram istam mortuorum siue mortalium: & non indicas mihi, quem missurus es mecum, subauditur, qui introducat populum istum in terram viuentium, præsertim cum dixeris, noui te ex nomine. Quasi consequens sit, vt quod ipse notus est deo, hoc alios qui dei notitia nō sunt digni, commendare possit, sic deum ex ore ipsius pietas humana constringere cupit. Sic enim per alium prophetam, idem dominus dicit: Si fuerint tres isti viri in medio eorū, Noe, Daniel, & Iob, ipsi iustitia sua liberaunt animas suas, ipsi soli liberabuntur. Non liberaunt filios, neque filias, sed ipsi soli liberabuntur. Non indicas, inquit, mihi, quem missurus es mecum. Ergo ne Moyse nō indicabat deus, quod missurus esset Christum filium suum: cum (vt prædictum est) loqueretur ei facie ad faciem, sicut loqui solet homo ad amicum suum? Sed audi quod sequitur.

Ezech. 16.

Quod Christi aduentum Moyse suspirat, dicendo: Si tu non ipse præcedes, ne educas nos de loco isto.

CAPVT XXXVIII.

Ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, vt sciam te, & inueniā gratiam ante oculos tuos, respice populum tuum, gentē hanc. Hoc igitur postulat indicari sibi, id est, populo Israel, cuius personam gerit, cuius causam suscepit, cuius legatione functus, quanta potuit fortitudine, hætenus vltus est, tenendo deum, dicentem: dimitte me, indicari, inquam, populo Israel, eum, quem missurus est, vt cum venerit, ostendar illis faciem suam, vt videatur manifestè. [Et dominus ad hæc: Facies mea præcedet te, & requiem dabo tibi.] Parum dictū est: Potest enim subaudiri, ad hoc tantum, vt supra dixit, vt eijcā Chananzum, & Amorrhæum, & Aethiæum, & Pherezæum, & Aezæum, & Iebusæum. [Ait ergo Moyse: Si non tu ipse præcedes, ne educas nos de loco isto. Quia per faciem poterat intelligi angelus, qui ad deijcendū Chananzum hominem sufficeret, si inquit, non tu ipse præcedes, qui solus diabolus, mundi principem eijcere potes, non educas nos de loco isto. Quo enim nobis viuere, filiosq; procreare, si non tu ipse ueneris, qui natos ad mortem, solus potes ad vitam regenerare? Addit adhuc: [In quo enim scire poterimus, ego & populus tuus, inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur, ab omnibus populis, qui habitant super terram? Vt glorificemur, inquit, ab omnibus populis.] Ergo ne ad hoc tendit vir mansuetissimus tota contractione cordis sui, vt glorificetur gentium cædibus, & bellorum victorijs? Nempe gloria hæc uana est. Igitur illud potius fortissima prece versat, vt glorificetur ille populus pro parte electorum à cunctis populis, dicentibus: quia salus ex Iudæis est. Proinde continuo dominus: [Et uerbum istud quod locutus es faciam.] Hoc, inquit, faciam, vt glorificeris tu, & populus meus, à cunctis populis qui habitāt super terram, quia uestra est adoptio filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, & Christus ex uobis secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Hoc modo nunc omnes populi glorificant populum illum, & ita plañe gloriam illam, gloriam suam esse faciunt.

Iohan. 4.

Roma. 9.

Quod ait dominus: Noui te ex nomine, & quid illud sit nomen, quo electorum quenq; nouerit.

CAPVT XXXIX.

Inuenisti enim gratiam coram me, & te ipsum noui ex nomine. Confirmat hoc deus, quod paulo ante gemebundus commemorauerat dei famulus, dicendo: præsertim cum dixeris, noui te ex nomine, & inuenisti gratiam coram me. Sed quo nam ex nomine deus noui illum? Numquid ex eo tantum, quod filia Pharaonis imposuit illi uocans eum Moysem, dicens: quia de aqua tuli ipsum? Equidem ex isto quoq; nomine, nescire deus non poterat eum, quo & appellare ipsum de rubo dignatus est, iterato dicēs: Moyse, Moyse. Sed quid magnum est, quempiam à deo taliter cognosci, vel compelliari ex nomine? Nempe ita Pharaonem regem Aegypti nominare nouit, compellans etiam illum in propheta, qui per ipsum præfiguratus est: Ecce ego ad te Pharaonem rex Aegypti

Exod. 2.

Ezech. 39.

**Ezech. 29.** rex Aegypti draco magne, & ad eundem principem superbiae, & eieci te, inquit, o Tyre. Quid ergo magni est, deum quempiam taliter scire ex nomine? At nunquid in regno eius huiusmodi vocabulis indigebimus? Igitur cum dicit, te ipsum noui ex nomine, subaudiendum est, dei: quod in uocatum est super te. Ex hoc etenim nomine deo notus est omnis qui scriptus est in libro vite. Unde in Apocalypsi de victore dicit: Et scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouae Hierusalem, quae descendit de caelo a deo meo, & nomen meum nouum. Isto ex nomine, & Moysen, & omnem electum deus agnoscit hominem. Sed vnum, idemque nomen, cum sit, quasi varijs literis scribitur, vt in alio aurea, in alio argentea, in alio rursus purpurea, siue candida scriptura laudetur, multa quippe sunt dona nominis domini, neque vni cuncta tribuuntur. Quorum quisque deum cognoscit, tantum in eo fulget nomen domini. Nomen quippe a notione dictum est. Et vnum itaque nomen domini est, quod super nos ille scripsit: & multa sunt nomina nostra, de quibus idem nos agnoscit. Hinc est quod pluraliter dicit: In hoc gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelis.

**Luca 10.**

*Quod tria haec diligenter discernenda sint: Ego ostendam tibi omne bonum. Non poteris videre faciem meam, Ecce est locus apud me, & stabis supra petram.*

CAPVT XL.

**Q**ui ait: Ostende mihi gloriam tuam. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine domini coram te, & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait: Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, & viuet. Et iterum: Ecce, inquit, est locus apud me, &c. Noranda hic diligenter gemina subdistinctio. Respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, rursumque ait: Non poteris videre faciem meam, in persona populi Iudaici pro parte reprobatorum, quod iterum ait: [Ecce est locus apud me, stabis supra petram, cumque tranlibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea, donec transeam, tollamque manum meam, & videbis posteriora mea.] Item in persona eiusdem populi dictum accipere, sed pro parte electorum. Equidem mortalis homo, peccato primi parentis obsecutus atque infirmus factus, quam diu viuit in hoc mortali corpore, deum videre non potest, quippe cum nec angelum dei Daniel sanctus videre sustinuerit. Nam cum venisset, inquit, ad me, pauis corruui in faciem meam, & cum loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram. Ac deinceps: Et ego Daniel laeuus & aegrotavi per dies. Verum nos hic mysticas rationes quaerimus, videlicet, quia non frustra, hoc maxime loco, cum deum offendisset populus, tali ordine de videntia gloria domini, Moyses postulasse creditur. Igitur quod postulanti atque dicenti: Ostende mihi gloriam tuam, respondit: Ego ostendam omne bonum tibi, & vocabor in nomine domini coram te, & miserebor cui voluero, & clemens ero, in quem mihi placuerit. pro persona sua dicitur illi, & ad illud spectat quod supra dixerat hic, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem scripsisti. Ac si dicat: Ego ostendam gloriam tuam, ego ostendam omne bonum tibi, non cuius, non pariter omni populo, pro quo petis, sed tibi, quem ego ex nomine noui, & vocabor in nomine domini coram te, vocabor, inquam, id est, ostendam eandem gloriam in nomine domini, in quo te noui, vocabor utique coram te, vt videas manifeste, quod nunc vides per speculum, & in aenigmate, & ex parte cognoscis, & miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit, quia videlicet nulli quicquam debeo, quoniam omnium pater Adam in me peccauit, & proinde quicquid ostendero tibi, vel cuiuslibet alij, gratiae est, non debiti. Quod deinde facta subdistinctio rursus ait, non poteris videre faciem meam, non enim videbit me homo & viuet, idem est ac si dicat: In medio populi huius, pro quo postulas, cuius praelocutor es, non sic ascenda, vt videat faciem meam, vt ostenda illi gloriam meam. Quare: Non enim videbit me homo & viuet. Ego autem idcirco ascenda homo factus inter homines, vt in me reuiuiscat homo qui in Adā mortuus est. Si igitur ascendero non in homine, deus absconditus, sed deus manifestus, crucis vtilitas impediatur, & homo non viuet, quia non erit redemptus: Veruntamen fidem habentibus opportunitas videndi non negabitur. Hoc est quod sequitur: Ecce est locus apud me, stabis supra petram, cumque tranlibit gloria mea, ponam te in foramine petrae, & protegam dextera mea, donec transeam. Tollamque manum meam, & videbis posteriora mea. Hoc enim, pro parte dictum est electorum, videlicet Petri, caeterorumque apostolorum, vel omnium qui ex eodem populo crediderunt, aut credituri sunt, quibus nihil obfuit, quod faciem, id est, praesentiam domini, sicut erat, non viderunt, postquam enim resurrexit a mortuis, & ascendit in caelum, tunc cognouerunt, & ita quodammodo posteriora eius viderunt. Dicat ergo: Est locus apud me, stabis supra petram. Quam videlicet super petram stabat Petrus, iam cum diceret: Tu es Christus filius dei viui, & idcirco tale responsum accepit: Et ego dico tibi, tu es Petrus, & super hanc Petram aedificabo ecclesiam meam. Cumque tranlibit gloria mea, id est, cum transiero ex hoc mundo, glorificatus magna resurrectionis & ascensionis gloria, ponam te, id est, omnem Israelitam, quicumque erit ex tua fide, quemcumque non excacauerit fumus inuidiae, ponam, inquam, in foramine petrae, id est, in fide passionis meae, & protegam

**Daniel. 8.**

**Matth. 16.**

regam dextera mea, non enim rapier quisquam de manu mea donec transeam, vt praedictum est: Tollamque manum meam, id est, extollam potentiam meam, & videbis posteriora mea, sicut iam dictum est: Faciem autem meam, id est, dum praesens in corpore sum, maiestatem meam non poteris videre.

*De eo: Praecide tibi, & caetera: Et de sententia Pauli, dicentis: Non rursus iacentes fundamentum poenitentiae de operibus mortuis.*

CAPVT XLI.

**A**c deinceps: Praecide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scriba super eas verba, quae habuerunt tabulae, quas fregisti, & caetera. Hic quia gens praearicatrix primam fidem irritam fecerat in consolatione vituli, & torum edificium foederis collapsum fuerat, penes ab alio rursus principio inchoatur, dum dicitur: [Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, & caetera. Nullus ascendat tecum, nec videatur quisquam per totum montem, boues quoque & oves non pascantur e contra.] Iterumque praeccepta quae prius simili inuitatione dederat, coniungit sermo diuinus: Caue, inquit, ne vnquam cum habitatoribus terrae illius iungas amicitias, quae tibi sunt in ruinam, sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide. Noli adorare deum alienum, & caetera. Haec iteratio praecceptorum carnalibus Iudaeis, de iustitia sua gloriantibus, aeterna exprobratio est, vt non glorientur, sed eorum quoque omne os obstruatur, sicut superius iam dictum est: Apostolus autem intermitentes, inquit, inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur, non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad deum, & reliqua. Ergo ne Apostolica auctoritas huic legali contraria est, cum fundamentum poenitentiae rursus iaciendum esse denegat, hic autem & praecise rursus tabulae, & a principio repetita sit lex? Non utique. Nam neque hic fundamentum rursus iactum est. Fundamentum autem foederis, hoc est: Tuli itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in crateras, partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen foederis, cum legisset, audiente populo, sumptum sanguinem respexit in populum, & ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Hoc si iterato factum esset, recte fundamentum rursus iactum esse dici posset. Quod quia factum non est, legali utique consonat Apostolica auctoritas. Non enim poenitentiam (vt male Nouatus intellexit) lapsis dandam esse negauit, sed fundamentum poenitentiae, id est, baptismum, in quo fundatur firmitas poenitentiae. Nam cum dixisset fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis & fidei ad dominum, addidit baptismatum doctrinae, impositiones quoque manuum. Non igitur dandum poenitentiae locum, sed baptismum negauit esse iterandum.

C A P: xxxliij

Hebr. 6.

Exod. 24.

*De eo quod dictum est: Dominator domine, &c. Et quod respondens dominus: Ego, inquit, inibo pactum cunctis videntibus. Cap. XLII.*

**D**ominator domine deus misericors & clemens, patiens, & multae miserationis ac verax. Notandum, quod cum tota sit intentio deprecari pro populi scelere, & misericordiam implorare, non tamen inter tot nomina laudis diuini, inter tot vocabula misericordiae, filius de iustitia vel veritate, dicendo misericors & clemens, patiens, & multae miserationis, tandemque addendo & verax. Itemque nominum ipsorum exponendo causas, cum dixisset: Qui custodis misericordiam in milia, qui auferis iniquitatem & scelera atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Quod totum miserationis & gloriae est iustificantis, addidit: [Qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus in tertiam & quartam generationem.] Quod procul dubio iustitiae, & veritatis est. Quomodo ergo, inquit, idem deus per prophetam dicit: Filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: Videlicet, non portat filius iniquitatem patris quamcumque non imitatur: redditur autem iniquitas patrum in filiis ac nepotibus, quicumque patres iniquos imitantur. Verbi gratia: Nos omnes homines secundum carnem Adae filij sumus. Si ergo iniquitatem, id est, incredulitatem eius, qua serpenti magis quam deo credidit, imitamur, iniquitas eiusdem patris in nobis filijs iuste redditur. Si autem iniquitatem eiusdem veteris hominis fugientes, ad iustitiam noui hominis Iesu Christi filij dei confugimus, non utique iniquitatem illius portabimus. Proinde oratio Moysi sic pulchre concluditur. [Festinusque Moyses curuatus est in terram, & adorans, ait: Si inueni gratiam in conspectu tuo domine, obsecro vt gradiaris nobiscum, populus enim durae ceruicis est, & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.] Cum enim dicit, vt gradiaris nobiscum, & caetera. Fiducialiter fides Euangelica gaudet subintelligere, vt verbum caro fiat, & habitet in nobis, & videamus gloriam eius, gloriam quasi vni geniti a patre. Nam ex Adam populus durae ceruicis eramus, idcirco medicamento humilitatis dei indiguimus. [Ad haec respondet dominus: Ego inibo pactum cunctis videntibus. Signa faciam quae nunquam sunt visa super terram, nec in vllis gentibus, vt cernat populus iste in cuius medio es, opus domini terribile, quod facturus sum. [Quae enim sunt signa nunquam visa, vel quod est opus domini terribile, quod cernat populus praesidente Moysen, nisi quod deus homo factus est, & crucifixus,

Ezech. 18. Quomodo reddid iniquitas patrum in filios.

crucifixus, mortuus, ac sepultus est, & resurrexit tertia die, propheta Moysi eius testimonium astipulante: Nemo si respicias, ad signa quae in illo populo facta sunt, antequam veniret hic filius dei, maiora visa sunt super terram, maiora facta sunt signa in medio Aegypti, nec tam terribile opus domini vidit populus ille, sub cunctis regibus suis, quam fuit illud quod iam fecerat dominus in Pharaone, & in omnes seruos eius. Praecepta quae hic breuiter iterantur, sic terminantur, vt ante. [Non coques hoc dum in lacte matris suae.] Quo dicto prohibemur de Christo secundum carnem sapere. Hoc dum nancq; Cerinthus, in lacte matris suae coquere voluit, qui Christum ex Maria initium sumpsisse dixit. At ille ante matrem, & ante auos matris, imo & ante originem mundi deus erat: nam omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Exod. 23.

**D**e inscriptione tabularum secundarum. **CAP. XLIII.**  
 Exiitq; dominus ad Moysen: Scribe tibi verba haec, quibus & tecum & cum Israel pepigi foedus. [Fractis tabulis prioribus, aliae ad instar priorum praecisae sunt, & in eis eadem verba describuntur, quia fractis propter incredulitatem carnalibus ludaeis, alterius populi tabulae cordis carnales electae sunt de cunctis gentibus, & eis eadem praeccepta traduntur. Notandum quippe, quia sic dixit, & sic distinxit deus, quibus & tecum, & cum Israel pepigi foedus. Et tecum, inquit, & cum Israel, id est, cum isto populo, & cum illo qui post venturus est. Nam carnales quidem ceremonias mutat, imo & abijcit spiritualis lex, nec de illis curat iustitia, quae ex fide Iesu Christi est: sed decem verba legis immutari non licet, & obseruari tam a nouis, quam a veteribus postulari sancta, iusta, & bona foederis lex. Vnde aliis opere dei, aliis digito dei scripta esse memorantur, & hoc dicto aeterna vel immutabilia fore signantur. De ieiunio Moysi bis quadragenario, iam superius dictum est.]

**Quod Moysi facies cornuta erat ex consortio sermonis domini, & quod timentibus filiis Israel propè accedere, velamen posuit super faciem suam.**  
**CAPVT XLIII.**

**C**umq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quod cornuta esset facies eius ex consortio sermonis dei. Videns autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. [Cornuta, id est, splendida, siue radiosa facies Moysi, cum secundarum tabularum scriptura, quid miraculo suo praesignauerit, hodie palam totus orbis agnouit. Vbi enim tabulae secundae, id est, Christiani populi corda praecceptorum dei scripturam susceperunt, & coepit ab eis lex spiritualiter intelligi, tantum splendorem facies, id est, sensus Moysi emisit, quantum ferre non valentes, fugiunt ad latebras filij Israel, id est, carnales iudaei. [Impletis, inquit, sermonibus, posuit velamen super faciem suam. Quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo aufererat, donec exiret. Et tunc loquebatur ad filios Israel omnia quae sibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat rursus ille faciem suam, si quando loquebatur ad eos.] Hoc expositione nostra non indiget. Dicit enim Apostolus: Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum vique in hodiernum diem: id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed vsq; in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen est positum super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad dominum, auferetur velamen. Igitur quod posuit Moyses velamen super faciem suam, quod ingressus ad dominum, & loquens cum eo illud aufererat, si quando autem loquebatur ad filios Israel, operiebat rursus faciem suam, eius rei praefigium fuit, quam totus nunc orbis agnoscat. Quia videlicet, dum loquitur Moyses ad Christum, id est, ad Euangelicam ecclesiam, in qua Christus est, tollit velamen suum, & aperta ostendit faciem. Tollit enim literam occidentem, & spiritum promit viuificantem. Vbi autem legitur in synagogis iudaeorum, operit vultum suum, id est, spirituales legis sensum. Illi enim propter aureum blasphemiarum suarum vitulum, oculos perdiderunt, & claritatem veritatis sustinere non possunt. Nam in his qui percunt, inquit Apostolus, operitum est Euangelium, in quibus deus huius seculi sapientium excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat illuminatio Euangelij Christi, qui est imago dei. Hic iam tractatus in Exodum finem facimus, quia videlicet de tabernaculi constructione, quaecumque hic dicta vel facta sunt, eadem superius transigimus pro posse nostro. Illud non praeterire dignum est, quod dicit Moyses ad filios Israel. [Quia vocauit dominus ex nomine Beseleel, filium Huri filij Hur, de tribu Iuda, impleuitque eum spiritu dei, sapientia, & intelligentia. Ooliab quoque filium Achisamech, de tribu Dan. Et ambos erudiuit sapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, & plumarij.] Beseleel enim interpretatur umbra dei, quia nomine suo (vt dictum est) significat ipsum opus tabernaculi, quod fecit vmbra, id est, exemplar esse tabernaculi caelestis. Ooliab quoque interpretatur protectio mea pater, quo nomine significat, quia dei vel tabernaculi eius adiutoribus protectio ipsius pro mercede speranda est, cum scripturae

2. Cor. 3.

2. Cor. 4.

Cap. xxxv.

scripturae huius autoritate dicentis, quia vocauit eos dominus ex nomine, & ambos erudiuit sapientia: quis dubitet, has vel omnes eiusmodi artes esse dei dona? Proinde in quocumque habentur homine artes, tam viles ac licite, diligendae sunt, & ammonendi periti artifices, vt tanquam dei talentum in lucrum expendant, quia non ipsorum facultas propria, sed creatoris omnia tribuentis commissum est: & ab eis, quibus tribuit, ipse exacturus est.

COMMENTARIORVM IN EXODVM FINIS.

**Ruperti Abbatis Tuitiensis de Trinitate et Operibus eius, in Leviticum, Commentariorum, Liber I.**

**Cur liber Leviticus vocetur, & quod sacrificiorum ritus non necessarius, pro tempore fuerit institutus.**  
**CAPVT I.**

**L**IBER iste, Hebraice Vageca, Graece Leuiticus, Latine Ministerialis dicitur, videlicet à maxima parte, quia de ministerijs agit sacerdotalibus. Sic anterior liber, Hebraice Ellefmoth, Graece Exodus, Latine dicitur Exitus. Item à parte sui maiore, quia maximum eorum de quibus agit in illo, exitus est filiorum Israel de Aegypto. Ergo quia de ministerijs hic agit sacerdotalibus, liber iste à Graecis Leuiticus dicitur, non quod Graecam habeat hoc vocabulum originem, oritur nancq; à Leui, quod Hebraice est, & interpretatur additus: sed quod hic liber de ministerijs agit sacerdotalibus, Leuitice tribus. Porro sacrificia, quorum hic ritus est ordinatus, non tanquam perficiendae salutis instrumenta necessaria, sed tanquam obstacula quaedam propter transgressiones posita sunt. Quod hoc ipsa lex & propheta, & Apostolus pariter astipulantur. Nam haec ipsa lex sacrificiorum praemissa, funditq; sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij, adolebitq; adipem suavitatis domino, continuo subiungit: Et nequaquam ultra immolabunt filij Israel hostias suas de montibus, cum quibus fornicati sunt. Et in propheta Hieremia dominus dicit: Holocaustomara vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum cum patribus vestris locutus, & non praecipi eos in die qua eduxi eis de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum. Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui repromiserat, ordinata per angelos in manu mediatoris. Igitur sacrificiorum legem non propter ipsa, sed propter hoc, quod ipsa quoque secundum exemplar veri & caelestis sacrificij disposita sunt, ipso adiuuante caelestium domino, spiritualiter examinanda ingrediamur, & ad nostram vilitatem, qui caelesti tabernaculo deseruimus, cuncta referre curemus.

**Oblationum siue sacrificiorum ritus, quot modis, siue qualitatibus distinguatur.**  
**CAPVT II.**

**V**ocauit autem Moysen, & locutus est ei dominus de tabernaculo, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Homo qui obtulerit ex vobis hostiam domino de peccoribus, id est, de bobus & ouibus offerens victimas, si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento masculinum immaculatum, offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandum sibi dominum. Antequam verba ipsa singillatim conseramus, summa legis sacrificiorum facta diuisione breuiter colligere liber. Oblationum siue sacrificiorum, alia sunt quae dicuntur holocaustomata, alia quae pacifica, alia quae pro peccato. Rursus eorum quae pro peccato dicuntur, alia sunt quae pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, alia quae pro peccato cuiuscumque hominis principis, siue popularis. Sed quae pro peccato sunt sacerdotis tantum, atque pro peccato sacerdotis simul & multitudinis, parum aut nihil differre videntur, vtraque enim extra castra cremari iubentur, & hoc ab holocausto differunt, quod holocaustum in altari, illa autem extra castra cremantur. Item quae pro peccato principis, & quae pro peccato sunt hominis plebei, sub eandem legem rediguntur, vtraque verò pari modo separato memoriali in pastum ignis dominici, adipe, s. qui operit vitalia, & omni pinguedine interiori duobus renibus cum adipe quo teguntur illa, & reticulo iecoris cum renunculis, his inquam separatis, cetera caedunt in eum sacerdotis.

**Quod omnia non nisi de tribus generibus sumi iubeantur, de armento, de pecoribus, de volatilibus, & quid per haec mystice.**  
**Cap. III.**  
 Et no

**E**T notandū, q̄ hęc omnia de tribus sumi iubētur generibus, id est, de armēto, de pecoribus, de volatilibus. De armēto vitulus: de pecorib⁹ aries siue capra: de volatilibus, turtur, siue columba. Pręter has quinq; animalium species, cętera animantia mūda siue immunda nescit sacrificiorum lex. Mysticas quęsituri causas, vsuales prius armenti pecorum ac volatiliū proponamus differentias. Armentum duobus modis proficit: nam & operatur terram, & lactis copiam pręstat. Pecus, id est, aries siue capra, nihil operatur, sed solos lactis & lanę prębet redditus. Turtur siue columba in neutro valet, & ab omni eiusmodi seruitio vacuum est. Igitur in his tribus generibus, tres intelligamus ordines, quorum sacrificijs legitimis in cęlesti tabernaculo deferuntur, quos apud prophetam Ezechielem tres viri isti designant, Noe, Daniel, & Iob, vnū scilicet rectorum, alium contemplationi vacantium, tertium in actibus seculi bene & licite operantium. Nam his tribus ordinibus distincti sunt omnes, quicunque semetipsos deo viuō sacrificant, exhibentes corpora sua hostiam viuam, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium suum. Et aliquando quidem holocaustum, id est, gratiarū actio, aliquando pro peccato idem penitentię opus est, quod offertur, aliquando pacifica hostia, id est, oratio quęrens pacem ab impugnatione vitiorum, verbi gratia, dicendo cum Apostolo: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia dei per Iesum Christum.

Roma. 12.

Roma. 7.

*Quod eorum omnium princeps vnus sit Christus, a quo, vel in quo omne sacrificium perficiatur.*

CAP. IIII.

**H**orum omnium princeps vnus Christus est. Ipsius nanq; principaliter est holocausta gratiarum offerre, qui secundum similitudinem Noe, defluētibus & perditione seculi arcam eruit ecclęsię suę. Et de isto rectissime dicas, quia edificauit altare domino, offerēs super illud holocaustum. Etenim propter illum odoratus est dominus odorem suauitatis, & benedixit nobis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete terrā. Item huius solius est offerre hostias pacificas secundū similitudinem Danielis dicentis. Et nō est in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neq; holocaustū, neq; sacrificiū, neq; oblatio, neq; incensum, neq; locus primitiarū corā te, vt possimus inuenire misericordiā, sed in anima contrita & spiritu humilitatis, suscipiamur sicut in holocaustum arietis, & taurorū, & sicut in milibus agnorū pinguium. Solus enim inter deū & homines pacē fecit, antiquas soluens inimicitias, aliud q̄ seipsum nō habens altare vel sacrificiū, & in carne vel sanguine suo melius susceptus est, q̄ milibus taurorum & arietū, vel agnorū pinguiū. Nihilominus huius est offerre sacrificia pro peccato nō suo, sed alieno: secundū similitudinem Iob, qui surgens mane, offerebat sacrificia per singulos filios, dicens: ne forte benedixerint filij mei deo in cordibus suis, & ita sacrificabat eos domino. Nunc diligentius singula pertractemus.

Gen. 3.

Daniel. 3.

Iob. 1.

*De oblatione holocausti ex armento, & quid sit ritus eius, & quod offerre mysticē sit eius qui viuit secundum Iob.*

CAP. V.

**S**I (inquit) holocaustum fuerit eius oblatio, & de armēto masculum immaculatum offerret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandū sibi dominum. De armento eius oblatio est, qui viuit secundum Iob, vt prędictum est, qui sub iugo coniugij domui suę bene pręfuit, & filios suos in omni pietate subditos erudiuit, adeo (vt sicut iam diximus) holocausta offerret per singulos, dicens: ne forte peccauerint & benedixerint deo in cordibus suis. Et eius oblatio holocaustum est, id est, totum incensum, quando de bono opere grauius agens, & non sibi, sed deo totum tribuens obtulit. Ait enim: Masculum immaculatū offerret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placandū sibi dominum. Masculum immaculatum de armento in illo ordine offerre, est honorabile connubium, iuxta Apostolum, & thorum immaculatum custodire ad placandū sibi dominum, districtum videlicet iudicem fornicatorum & adulterorum. Quo ritu? Sequitur: [Ponētq; manus super caput hostię, & acceptabilis erit, atq; in expiationē eius proficiens. Immolabitq; vitulum corā domino.] Manus super caput hostię ponere, & vitulū deo immolare, est adhibita bonorum operū disciplina, carnem conjugalem ad honorem domini retinere, vt possit orationi vacare. [Et offerrent, inquit, filij Aaron sacerdotis sanguinem eius per altaris circuitum, ad ostium tabernaculi.] Filij Aaron quod interpretatur mōs fortitudinis, filij in quā Aaron sacerdotis, id est, mēbra sacerdotis siue pontificis magni, qui penetrauit coelos Iesu Christi, ipsi sunt qui semet ipsos in quocunq; ordine dedicāt illi. Nā nō solis eis, qui manib⁹ & ore sacramēta Christi cōficiūt, sed cunctis credentibus dicitur per Petrum apostolum. Vos autē genus electum, regale sacerdotium. Et in Apocalypsi: Omnium electorum laudantium vox est. Quoniā occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, & fecisti nos deo nostro regnū, & sacerdotes. Porro altare illorū fides est, cui quicquid offerūt, necessariō imponūt, sine qua nihil dignū aut placitum offerre possunt. Sanguinē ergo hostię fundunt per altaris circuitū, ante ostiū tabernaculi, quando voluntatem carnis & sanguinis pro Christo trucidant, vt in tabernaculo eius dignē consistere possint: Verbi gratia: Quando propter illud quod dictum est, si ergo offers munus tuū ad altare, & recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuū ante altare, & vade prius reconciliari

1. Petr. 2. Apoca. 5.

Math. 5.

prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum, qui propter illud inquam auferit iram a corde suo, sanguinem hostię suę sudit per circuitum altaris, iuxta pręceptum domini. [Detrahtaq; pelle hostię (inquit) artus in frustra concident.] Pelle hostię detrahere, est omnem hypocritism abijcere, quod simulatores non faciunt, introrsum turpes speciosi pelle decora, quales erāt scribę & pharisę, quibus vā denunciat dominus noster, eo quod omnia faciunt propter homines. Artus quoq; in frustra concidere, est vitia mortificare, iuxta Apostolum dicentem: Mortificate membra vestra quę sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinē, concupiscentiam malam, & auaritiā, quę est simulachrorum seruitus. Ita demum: [Subijcient, inquit, in altari ignem strue lignorum ante posita, & membra quę cęsa sunt super ordinantes, caput videlicet, & cuncta quę adhęrent iecori, intestinis, & pedibus lotis aqua, adolebitq; ea sacerdos super altare, in holocaustum & suauem odorem domino.] Membra quę cęsa sunt ordinare, est ea quę fuerant arma iniquitatis exhibita peccato, arma effecta iustitię rationabiliter componere, vt sit iuxta Apostolū rationabile obsequium nostrum. Ordinarum quippe est, vt verbi gratia, fidem reddat vir vxori, vxor viro, ambo deo. Quę membra? Caput videlicet, & cuncta quę adhęrent iecori. Caput intentio est, quam cuncta totius operis membra sequuntur. In iecore concupiscentia & voluptas, iuxta eos qui de physicis disputant, consistit. Intestina cogitationes occultas, pedes quoridiana significant peccata, sine quibus humana vel terrena conuersatio transigi, non potest: his omnibus lotis aqua, id est, per confessionem emundatis & per lachrymas, adolebit ea (inquit) sacerdos super altare in holocaustum, & suauem odorem domino. Nunquid de hōbus cura est deo? Si non de boue viuō ac triturante cura est deo, quanto magis de boue mortuo detracta pelle, in frustra conciso? Ergo propter nos potius dictum est, qui cum fecerimus ea quę prędicta sunt, & adoleuerimus in holocaustum domino, non nobis, sed illi totum attribuendo, cura est illi de his & suauis ad illum ascendit odor: sicut e contrario de peccatoribus fœtor, qui si viuiunt, non deo, restant deo: cōputruerunt iumenta in stercore suo.

Coloss. 3.

Roma. 12.

1. Corin. 9.

Iohel. 3.

*De oblatione holocausti ex pecoribus, & quid sit ritus eius, & quod offerre mysticē sit eius qui viuit secundum Noe.*

CAP. VI.

**Q**uod si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue capris holocaustum anniculum & absque macula offeret. Immolabitq; ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem coram domino, & cętera. De pecoribus eius oblatio est, qui viuit secundum Noe, qui vt prędictum est, pręfuit arcę inter vndas diluuij. Qui, inquam, eius exemplo domum rei regendam suscepit, eius oblatio de arietibus est, siue de capris. Nam & si reuera sit mundus, & totus candidus aries, sua tamen æstimatione caper, id est, peccator est. Anniculum, inquit, & absq; macula offeret. Anniculum, id est, vnus anni masculus, iam fortis est, corniculūq; vibrare potest, gregemq; ductare iam illum decet. Significat ergo plenitudinem virtutum eius, qui pręesse dignus est dominicis ouibus: qualis Apostolus iuxta confidentiā loquitur. An experimentū vultis eius qui in me loquitur Christus? Itemq; quasi validi conficius corniculi, quid vultis, inquit, in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis? Estq; absque macula cum cauet, & dicit, ne forte alijs prędicans ipse reprobus efficiat. Et discipulo persuadet dicens, vt seipsum exhibeat operarium inconfusibilem. Huic ordini maximē necessaria est latitudo charitatis cum spiritu fortitudinis, vnde & subditur. Immolabitq; ad latus altaris, quod respicit ad aquilonem. Latus nanq; altaris est amplitudo charitatis, qua dilatarus idem Apostolus, dicit: Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustiamini in nobis, & cętera. Ad hoc latus altaris semetipsum immolans idem aries anniculum, dux gregis dominici, libenter (inquit) impendam & superimpendam ipse pro animabus vestris. Quod respicit ad aquilonē, inquit. Aquilo diaboli significat, qui dixit. Sedebo in mōte testamēti, in lateribus aquilonis. Huic aquilonē respicit lat⁹ charitatis, q̄ videlicet nihil diabolo sic contrariū est, quomodo latitudo charitatis. [Sanguinē verō illius fundēt super altare filij Aaron per circuitum, diuidētq; membra, & cętera.]

2. Corin. 13.

1. Corin. 4.

1. Corin. 9.

1. Timo. 2.

2. Corin. 6.

2. Corin. 12.

Esaię 14.

*De oblatione holocausti ex volatilibus, & quid sit ritus eius, & quod offerre mysticē sit eius qui viuit secundum Danielelem.*

Cap. VII.

**S**icut autē de aibus holocausti oblatio fuerit domino, de turturibus & pullis columbę, offeret eam sacerdos ad altare. De aibus eius oblatio est qui viuit secundum Danielelem, id est, qui vitā ducit cęlestem, de hoc solū sollicitus, quomodo placeat deo, & ab omni liber onere siue seruitio penna contēplationis ad alta subleuatur, sancto feruente ocio: De turturibus (inquit) & pullis columbę. Auis vtraq; gemitum pro cantu habet. Hoc tantū interest, quod turtur solitarius, columba gregatim genere consuevit. Significat ergo turtur solitariam vel eremiticam, columba verō cōnobiālem vitam eorum, qui per contēplationem volant. Offeret eam, inquit, sacerdos ad altare. Quomodo? [Retorto, inquit, ad collum capite, ac rupto vulneris loco decurrere faciet sanguinē super crepidinē altaris.] Caput ad collū siue ad pennulas, id est, sensum ad intentiones virtutum retorqueri oportet, vt videlicet quicquid agit qui in eiusmodi proposito est, ad hoc tendat,

1. Corin. 7.

tendat, vt ad cœlestia iugi contemplationis volatu migret, vel caput collo inhæreat, & non funditus abscindatur, quia videlicet mens, quæ ita cūctos actus, sicut caput regit corpus, à carnis delectatione incidenda est, sed à carnis cura necessaria incidenda non est. Scriptum est enim: curam ne feceritis in desiderijs. Quæ ergo in desiderijs facienda non est, proculdubio in necessitate facienda est. Rupto, inquit, vulneris loco, decurrere faciat sanguinem super crepidinem altaris. Sanguis funditur in altari, cum vt supra dictum est, funditus abrenunciatur propriæ voluntati. [Vesiculam verò gutturis, & plumas proijci, & prope altare ad plagam orientalem in loco in quo cineres effundi solent.] Vesicula gutturis, quo videlicet turtur siue columba grana reperta recondit, capacitatem significat memoriæ, qua bene vtens animus scripturarum sententias vtiliter congerit. Plumæ verò agilitatem mētis, qua sublimia sequi, altumq; dictorum sensum comprehendere nouit. Sed hanc naturæ facultatem mens erudita quodammodo nescit, dum in veritatis luce totum videt, totum quod de deo sapit, nō suarum virium, sed superni esse muneris. Vesiculam ergo (inquit) gutturis, & plumas proijciat ad orientalem plagam, id est, prædictas memoriæ vel ingenij sui facultates in se contemnet, supernam confitendo gratiam. Locus in quo holocaustorum cineres effundi solent, iustam significat hominis humilitatem, qui ne de accepto munere, vel reuelationum magnitudine se extollar, meminit, quia cinis est, & reuertetur in cinerem. Vndè adhuc subditur: [Confringetq; ascillas eius.] Ascillis nancq; pennatis, auicula in altū tollitur. Ascillas ergo confringet, id est, virtutem in infirmitate deprimet, dum vt prædictum est de munere se mens non extollit quod tribuit deus, sicut de isto Moyse dictum est, quia stetit in confractione in conspectu eius. [Non secabit, nec ferro diuidet eam.] inquit. Nec enim virtus accepta omnino nesciri debet, alioqui custodiri non valet. Confringatur ergo, & non secetur vel ferro diuidatur, id est, per humilitatem ignoretur, sed per rationem optime sciatur, vt seruetur. [Et adolebit super altare lignis, igneposito, & cætera.]

*De oblatione farris, & cur sit dictum: Anima cum obtulerit, & quod similia esse debeat eius oblatio, & quis ritus eius sit.*

CAP. VIII.

CAP. II. **A**nima cum obtulerit oblationē sacrificij domino, similia eius erit oblatio. ] Quamuis per partem, totum id est, per animam, rectè intelligas hominem, eleganter tamen in tali negotio maluit animam ponere q̄ hominē. In vero nanque sacrificio, nō satis est corporaliter præsentem spectari hominē, præsertim vbi sacrificij dominus nō schema vel habitum corporalem, sed animæ respicit intentionem. Anima ergo, inquit, cum obtulerit oblationem, sacrificij domino, similia erit eius oblatio. Hactenus de oblatione pecorum, siue carniū: nunc de oblatione farris literalis sermo est. Equidem dignum est, vt nō hordecum aut fursurem, sed similiam offerat deo largitori omnium, qui acceptione dignam modis omnibus facere curat oblationem. Cæterum & hoc spiritali sensu non vacat. Similia nancq; interior frumenti vel tritici medulla est. Quid autem hæc scriptura sancta, nisi frumentum dei? Porro medulla tritici, spiritalis intellectus verbi. Qui ergo ritè sacrificare desiderat, dum legit aut psallit, spiritali intelligentiam in creatoris sui laudibus offerat. Quod Apostolus studens agere, psallam (inquit) spiritu, psallam & mente. Nam spiritu psallere est memoriter psalmodiorum verba proferre, mente verò psallere, est vitalem verborum sensum mente percipere. Qui ergo deo laudem immolat, vt floridum faciat sacrificium: sensum vtilem, quo delectatur deus, offerat, vt verbi gratia, cum dicit: panem angelorū manducauit homo, non tam fursurem literæ sequendo, quàm spiritus illum similiam panem intelligat, nō quem Moyses dedit, vel quem Moyses cum populo manducauit, sed quem pater signauit, & in quo vitam mundo dedit, quo angelos immortaliter pascit, quod quia Iudæi non faciunt, occidentem literam, & non viuificantem spiritum sequendo, contemptibile est quod offerunt, rectèq; dicitur illis per prophetam. Offeritis super altare meum panem pollutum. Iraque similia, inquit, erit eius oblatio. Sed non satis est, in huiusmodi oblatione solam habere cōscientiam. Sequitur ergo: [Fundetq; super eam oleum, & ponet thus.] Oleum charitatem, thus bonæ famæ significat odorem. Hoc sermo diuinus præcipit, vt quicumque dicto vel scripto prædictam verbi diuini similiam sacrificat, & cum charitate id faciat, & apud eos qui foris sunt, bonum testimoniū habeat. Hoc enim modo, & oleū pariter & thus offert deo suo. [Ac deferet ad filios Aarō sacerdotis. Quorū vnus tollet pugillū plenū similæ & olei, ac totū thus, & ponet memoriale super altare, in odorem suauissimum domino. Quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius sanctum sanctorum de oblationibus domini.] Vnus iste vel ecclesiæ veritatem, vel cerè ipsum significat Christum magnum pontificem. Toller, inquit, pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, id est, intentionem charitatis, ac bonæ vitæ odorem eius qui laborat in verbo & in doctrina, & ponet memoriale super altare in odore suauissimum dño, videlicet iuxta quod in Apocalypsi idem ipse significatur, per angelum stantem iuxta aram templi, & habentē thuribulum aureum in manu sua, cui data sunt incensa multa, vt daret de orationibus sanctorum super altare aureum, quod est ante oculos domini. Hic planè prædictum memoriale super altare tollit,

tollit, vt is à quo suscipitur in memoria æterna sit. Quod reliquum, inquit, fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, quia videlicet eorum, qui scripturas libenter legūt, & idcirco filij Aaron, id est, proximiora Christi membra sunt, sancta & desiderabilis relectio est, quicquid de huiusmodi sacrificio sancti doctores in libris suis reliquerunt. Erit igitur, inquit, sanctum sanctorum de oblationibus domini.

*Quod oblatio similia sarragine minutatim diuidenda sit, oblatio verò de craticula non comminuenda, & vtraque absque fermento oleo conspersa esse debeat, & quid hæc mysticè innuant.*

CAPVT IX.

**C**um autem obtuleris sacrificium coctum in clibano, de similia panes scilicet absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita, si oblatio tua fuerit de sarragine similitè conspersæ oleo & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes desuper oleum. Sin autem de craticula sacrificium fuerit, æquè similia oleo conspergetur. ] Ei qui similiam verbi dei coquit in clibano, id est, scripturam sacram tractat in spiritu sancto, panes faciens, absque omni hæreticæ prauitatis vel vanæ gloriæ fermento, conspersos (vt prædictum est) charitatis oleo: ei inquam persecutio semper præsto est. Aut enim ab his qui intus sunt falsis fratribus illi derogatur, aut ab illis qui foris sunt impijs, & sine deo hominibus manifestius impugnatur. Ait ergo: Si oblatio tua fuerit de sarragine similitè conspersæ oleo, & absq; fermento, id est, si intus habueris pugnas verborum à falsis fratribus, pro sacræ studio scripturæ, quam cum charitatis oleo, & absque falsitatis tractaueris fermento, diuides eam minutatim, id est, diligentissimè singula dicta dicentes, ne fortè quippiam reprehendi iuste possit, & fundes supra oleum. Similia iam conspersæ oleo, iterum minutatim diuisæ superfundes oleum, id est, scripturæ sanctæ per charitatem elucidatæ, iterum singillatim retractæ aduersus contradictores, non amaritudinis zelum, sed ardentioris, vt eos lucrificas, superaddes eiusdem charitatis oleum. Sarrago vas à strepitu soni vocatum, sonat enim & strepit, dum in ea frigitur oleum. Internum ergo significat fraternæ æmulationis incendium, id est, interius personante ac perstrepeute falsorum fratrum inuidiam. Porro craticula a pertam illorum, qui foris sunt, significat malitiam, qui sanctos homines, veritatis similiam deo sacrificantes, corporaliter quoq; distentos, subiectis incendijs conflagrauerunt. Illic quoque oleum conspergitur: corpore nanque affato, charitas exundat & ebullit feruentius. Ait ergo: Sin autem de craticula sacrificium æquè similia oleo conspergetur. Notandum, quod si de sarragine est oblatio minutatim diuidi, & sic olei supra fundi iubetur: sin autem de craticula nō minutatim diuidi, sed oleo tantū conspergi imperatur. Nā contra falsos fratres, qui sub nomine Christiano, veritati insidiantur, diligentissima diuisione ac subtili discretionis minoratione opus est, quippe qui sub eisdē nominibus, quibus pro fide vtimur, & ipsi malitiosè delitescunt, cōtra fidem nituntur. Vndè dominus noster: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, in trinfecus autem sunt lupi rapaces. Cæterum contra eos, qui Christi nomen quoq; oderunt, non adeo dubia, vel subtilis pugna est, illic enim quasi in plano campo hostem dinoscere valet simpli cetas quoq; rusticorū fidelium. Nam sicut ipse dominus noster, cū à Iudæorū pontificibus, scribis, ac pharisæis, tanquā in sarragine fridula seditioso strepitu questumculis obiectis frigeretur, subtili commemoratione scripturarum causam iustitiæ suæ tuebatur: cum autem coram Pilato staret, nihil cum illo de scripturis est locutus: sic electi eius discipuli quoties ab eis qui scripturam habent notitiam, quæstionibus peruersis inquietantur, oportet vt de scripturis vigilanter respondendo, verba sua quasi minutatim diuidant: quoties autem ab eis tribulantur qui scripturas non recipiunt, vel carū non habent auditum, sermonē de huiusmodi non effundant. Sequitur: [Quam offerens domino trades manibus sacerdotis, & cætera, vt supra.]

*Quod omnis oblatio quæ offertur domino, absq; fermento & melle esse, & sale condiri debeat, & quid hæc mysticè.*

CAPVT X.

**O**mnis oblatio quæ offertur domino, absq; fermento fiet. Nec quicquam fermenti, nec mellis adolebitur in sacrificio domini. Primitias tantum eorum offeretis & munera: super altare verò non ponentur in odorem suauitatis. ] De fermento veteri, fermento malitiæ & nequitia, iam alibi dictum est. Mel dulcedinem temporalis gaudij significat, cui constanter à sapiente, verbi dei præfertur delectatio, dicente: quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauam ori meo. Nec mellis inquit, id est, vanæ ac transitoria delectationis adolebitur quicquam in sacrificio domini. Nam e contrario agnum comedere iubemur, cū lactucis agrestibus, quæ valde amaræ sunt, & amara significant lamenta poenitentium, sine quibus non satis est charum deo sacrificium nostrum. Quod sciens Psalmista: Sacrificium (inquit) deo spiritus contribularus, cor contritum & humiliatum deus nō despiciet. Igitur nec fermenti (inquit) nec mellis quicquā adolebitur in sacrificio domini, quia videlicet sicut fermentū malitiæ & nequitia deus odit, sic & ineptam lætitiā nō admittit, nec enim tēpus est nūc ridendi, sed flendi. Væ autem vobis (ait) qui ridetis nūc, quia plorabitis & flebitis. Primitias tantū eorū (ait) offeretis & munera, videlicet quemadmodū anctū decimatur,

DD ij matur,

matum, aut mentha, super altare verò non ponentur in odorem suauitatis. [Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal foederis dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal.] Notanda terna salis replicatio, quicquid obtuleris sale condies, & nō auferes sal foederis dei tui, & in omni oblatione offeres sal. Hoc ergo sub nomine salis plenius inculcat & replicat, vt absq; discretionē nihil facias. Nam sicut quod sale non est conditū, insipidū est, & carnes quibus salis condimentum denegatur, citius corrumpuntur: sic omne quod agimus, si absq; discretionē fiat, & tenē sapientij placitum nō est, & quasi putridum aut foetens abiectione dignum est. Idcirco signanter dixit: [sal foederis dei tui,] quia videlicet in discretionē foedus domini permanēs est: indiscrētē autem agentibus, foedus cum deo permanens, vel incorruptum perseuerare nequit. Proinde dominus ait. Vos estis sal terrę: Si ergo sal infatuatum fuerit, in quo salietur?

Math. 5.

*Quid sit mysticē de spicis virentibus offerre, & quid sit igni eas torrere, oleumq; ac thus super imponere.*

## CAPVT XI.

**S**In autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarū domino, de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes eas in morē farris, & sic offeres primitias tuas dño, fundens super ea oleum, & thus imponens, quia oblatio domini est. Fruges nostrę lectiones sacrę sunt. Tunc autē munus primitiarum offerimus de spicis adhuc virentibus, cū in seruitio domini patrum illorum qui ante legem fuerunt, imitanda nobis exempla proponimus. Ager enim mūdus est, semen verbum dei, mellis verò consummatio seculi. Ergo cū exempla patrū legimus, & imitanda nobis proponimus, quos nondum legis estus torruerat, quasi de spicis adhuc virentibus, domino primitiarū munus offerimus. Sed sunt eorū facta quędam, quę sicut historialiter acta leguntur, nequaquam ita sequi, vel in defensionem nostrī pro autoritate assumere ea valeamus, imo & post legem datam sunt sanctorum facta quędam, a quibus iustē restringimur, secundū regulam euangelicam, verbi gratia: Ante datā legem Abraham patriarcha, dei amicus, sororem suam filiam patris sui, & non matris suę, vxorem duxit: post legem autem Dauid quoq; sanctus, plures vxores eodē tempore habuit. Ita quasi virentes adhuc spicę, ante aduentū Christi in agro mūdī huius steterunt, donec eleuato eodē sole iustitię quasi plena ætate maturesceret, ac solidaretur mellis virtutum. Igitur si de spicis (inquit) adhuc virentibus munus primitiarum frugum tuarū domino obtuleris, torrebis eas igni, & confringes in modū farris, id est, si exempla patrū antiquorū imitanda tibi proposueris, horrentem literę paleam spiritu sancto adures, & sensu spiritali tonterendo, ad similitudinem euangelici farris confringes: vt quod hoc tempore iudicaretur adulteriū ad euangelicum referas sacramentum. Nam q; Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: si secundū literam sequaris vel imiteris, tanquam adulter iustē remouēdus es ab altari domini. Si autem cum Apostolo per allegoriam dicta hæc esse accipias, spicas virentes igni torres, & in modum farris confringis, dignē domino primitias ferens, fundensq; super eas oleū, & thus imponens, id est, pia charitatis consideratione ad honorem domini perpendens, quia non illis reputatur in peccatum, q; recentī adhuc seculo, sancti ac fideles homines deo non prohibente fecerunt. [De qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti & olei, ac totum thus.] Hoc item intelligendum, vt supra.

Genes. 1. Reg. 7.

Galat. 4.

*De hostia pacificorum, quid ab oblatione holocausti differat, & de mystico ritu eius, & cur non de volatilibus fieri præcipiatur.*

## CAPVT XII.

**Q**uod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem siue foeminam, offeret immaculatam corā domino. Hoc ita superiori coniungitur, tōni. Dixerat superius: Si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento, masculum immaculatam offeret ad ostium tabernaculi testimoniū ad placandū tibi dominum, &c. vsq; ad id quod dictum est: confringetq; ascillas turturis siue columbę, & non secabit, nec ferro diuidet eam. Paucis interpositis de sacrificio farris, nunc demū ita subiungit. Quod si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, &c. Holocaustū, id est, totū incensum, iam supra diximus, sacrificium esse gratias agētium, videlicet, quia per auxilium dei gratia cuncta vitia sua sancti spiritus igne combullerūt. Hostiam verò pacificorum eorū esse, qui secundum Apostolum condelectati quidem lege dei secundū interiorem hominem, sed videntes aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suę, pacem quærunt, & dicunt: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ergo huiusce sacrificij, id est, hostię pacificorum & holocausti distantia, diligenter consideranda est. Holocausti oblatio, siue de armento, siue de pecoribus sit, siue de auiibus, tota secundū nomen suum iubetur incendi. De hostia verò pacificorum, nunc ita lex dicit. [Fundentq; filij Aaron sacerdotis sanguinē per circuitum altaris, & offerēt de hostia pacificorum in oblationem domino, si de bobus fuerit, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est, duos renes cum adipe quo reguntur illa, & reticulum iecoris cum renunculis, adolebuntq; ea super altare in holocaustum lignis igne supposito in oblationem suauissimi odoris domino. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio, & agnum attulerit. ] Item eodem modo separabuntur hæc in holocaustum domini. [Si autem

CAP. III.

Sup. cap. 1.

Roma. 7.

autem capra fuerit.] Nihilominus eadem separationis lex erit, videlicet nec adipem, nec sanguinem omnino comedetis inquit. Nam subaudiendum est, quia quicquid reliquum fuerit, erit Aaron, & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus domini. Hæc holocausti & hostię pacificorum distantia, iuxta historiam manifesta est. Cæterum iuxta spirituales sensum eis quorum hæc est pugna, qua legi mentis ea quę in membris est lex alia adhuc repugnat, subtiliter valde pensandum est, quod dicitur. Quid enim est, adipem qui operit vitalia, & quicquid pinguedinis intrinsecus est, in holocaustum adolere: nisi corpus castigare, & in seruitutem redigere? Adeps namq; qui operit vitalia, quid est, nisi lex alia quę in membris delicatis, & vitali legi mentis repugnat? Quid inquam est duos renes cum adipe quo reguntur illa, in holocaustum adolere, nisi cum Pfalmista dicere ad dominum: Proba me domine, & tenta me, vte renes meos & cor meum? Sed non satis est abstinencia ciborum, renes corporis castigare, nisi intrinsecus radix concupiscentię perusta sit sancti spiritus igne. Ait ergo: Et reticulum iecoris cum renunculis. In iecore, iuxta Phyllicos, voluptatis & concupiscentię consistit vis. Ergo non solos renunculos, sed cum renunculis, reticulum quoq; iecoris, id est, non solum renes corporis per abstinenciam cibi & potus, sed interiorem quoq; concupiscentię radicem sancti spiritus oportet amore comburi. Siue de bobus, siue de ouibus, hæc oblatio, id est, hostia pacificorum fuerit, siue masculus, siue scemina, siue ouis, siue capra, item eodem ritu hæc separari, & in holocaustum oportet offerri, quia quocunq; ordine ille sit, in quo adhuc alia membrorum lex repugnat legi mentis, expedit illi, labore proprio cum inuocatione sancti spiritus, tam concupiscentiam comburere mentis, quam renes affligere corporis. Deinde Aaron & sacerdotum filiorum eius erit, quod reliquum erit sacrificij, quia videlicet eorum qui iam in virtutibus profecerunt, & alijs præesse nouerunt, cura hæc erit, vt istorum infirmitatem orationibus iuuent, informet exemplis, erudiant disciplinis. Notandum in hoc sacrificio, id est, in hostia pacificorum, cum adipe, & cum renibus debere caudam quoque offerri per sanguinem suum. Ait enim. [Et offerent de pacificorum hostia, sacrificium domino adipem, & caudam totam cum renibus, & cetera.] Cauda finis corporis est. Hoc ergo isto quoq; nomine spiritus dicit ecclesijs, quia qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Item notandum & illud, quia sacrificium huiusmodi, id est, hostia pacificorum de armento quidem, & de gregibus ouium atq; caprarum, æquē vt holocausti oblatio sumitur: de auiibus verò, id est, de turturibus, & pullis columbę sumi non præcipitur. Cur hoc? Videlicet, quia non illorū qui iam per contemplationis pennam sursum volant, pugna illa est qua (vt prædiximus) legi mentis repugnat alia lex quę in membris est. Sequitur.

Psalm. 23.

*De oblatione pro peccato, quid ab holocausto & hostia pacificorum differat.*

## CAPVT XIII.

**L**ocutusque est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel: Anima quę peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis domini, quę præcepit vt nō fierent, quippiã fecerit, si sacerdos qui est vnctus peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, & adducet illum ad ostium tabernaculi testimoniū coram domino, ponetq; manum suam super caput eius, & immolabit eum domino, & cetera. Lex ista eius oblationis est, quę pro peccato datur. Hoc sacrificium primum & vniuersale omnium est. Quid secundum literam ab holocausto & hostia pacificorum differat perspicuum, quia videlicet non vt de hostia pacificorum, ita de isto in eum sacerdotum, partes quędam tolluntur, neque vt holocaustum in altari, sed extra castra totum comburitur. Ergo legem eius autoritate apostolica præeunte diligentius prosequamur. Ait: Si sacerdos qui est vnctus peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum, & cetera. Ac deinceps: Quod si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiã fecerit quod contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suum, offeret vitulum pro peccato. Et reliqua. Vtrobicq; sic definitum est. Pellem verò & omnes carnes cum capite ac pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore offeret extra castra, atq; comburet. Porro hæc Apostoli sententia est: Quorum enim animalium sanguis inferitur in sancta per pontificem, eorum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per semetipsum populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra, improprium eius portantes: Et reliqua.

Cap. III.

Hebre. 13.

*Quod Adam fuerit sacerdos ille iuxta sensum mysticum, de quo lex dicit: Si sacerdos peccauerit, delinquere faciens populum: & quod vitulus pro peccato eius oblatus, est Christus.*

## CAP. XIII.

**Q**uis igitur iste est sacerdos qui peccauit, delinquere faciens populum, nisi primus homo Adam, qui cum deberet esse sacerdos, & iugi sacrificio laudis honorificare dominum, ad hoc enim super iumenta & bestias terrę eruditus, id est, ad imaginem & similitudinem dei factus est, & in paradiso positus, benedictione creatoris in filijs suis augendus, vt eidem creatori gratias DD in ageret.

ageret, & sacrificium laudis offerret: cum inquam hoc facere deberet, peccauit, & omnem posteritatis suae populum delinquere fecit. Nam in illo omnes peccauimus, & omnes in illo iuste mortui sumus, dicit ergo. [Offerret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum domino.] Hoc ita factum est, Adam non idem in persona, sed idem in natura, Adam inquam nouus deus & homo Christus Iesus, obtulit pro peccato suo vitulum immaculatum, pro peccato inquam suo, id est, suorum: nostrum enim peccatum per suam gratiam suum fecit debitum. Vnde dicit in Psalmo: Quae non rapui tunc exoluebam: Quem vitulum obtulit immaculatum? Semetipsum, corpus suum immaculatum de armento bouum magnorum, de genere patriarcharum antiquorum sine omni macula peccati conceptum & natum. Adduxit illi vitulum, id est, semetipsum, & adstetit ad ostium tabernaculi testimonij, tabernaculi inquam coelestis & veri, quod nobis erat clausum, vt aperiret nobis coelestia sancta sanctorum per sanguinem suum. Poluitque manum super caput eius, & immolauit eum domino, id est, obedientem se exhibuit, & obtulit se in sacrificium deo & patri suo. Et notandum, quod tertio repetitum est domino. Offerret vitulum immaculatum domino, adducet illum coram domino, & immolabit eum domino. Dominanti quippe trinitati, Christus humanitatis suae vitulum sacrificauit, tridua morte satisfaciens pro nobis. Vnde adhuc sequitur. [Hauriet quoque de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. Cumque intinxerit digitum in sanguine, asperget eum septies coram domino, contra velum sanctuarij, ponetque de eodem sanguine super cornu altaris, thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij.] Et hoc ita factum est. Christus enim propitiationis nostrae vitulus per proprium sanguinem introiit semel in sancta, non quod sanguinem sui corporis, verbi gratia, qui de lanceato eius latere profluxit, ipse in illa coelestia sancta transfulerit, sed quia sanguinis eiusdem effectus, id est, remissionem peccatorum, vniuersae ecclesiae, quae est tabernaculum testimonij eius, intulit in conspectu dei patris. Quomodo? Cumque intinxerit digitum, inquit, in sanguine, asperget eum septies coram domino contra velum sanctuarij, & caetera. Digitum in sanguine intingere, est spiritum sanctum per sanguinem suum dare, nam digitus dei dicitur spiritus sanctus, vt illic: Si ego in digito dei eicio daemonia, quod alius Euangelista manifestus, si in spiritu dei, inquit, eicio daemonia. Porro hic spiritus sanctus nulli in remissionem peccatorum, nisi per Christi sanguinem datur. Vnde est illud: Nondum enim fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Cum ergo sacerdos digitum in sanguine intinxerit, id est, cum spiritum sanctum, per suum sanguinem acquisierit, asperget eum, inquit, septies coram domino contra velum sanctuarij. Hic spiritus sanctus septiformis est. Porro velum sanctuarij operaturam siue clausuram significat coelestium mysteriorum eiusdem Christi filij dei. Digito igitur intincto, sanguinem septies aspergere, est dato per passionem suam septiformi spiritu sensum discipulis, vt scripturas intelligerent, a perire. Ponetque (ait) de eodem sanguine super cornu altaris thymiamatis gratissimi domino, quod est in tabernaculo testimonij. Cornu altaris fortitudo vel exaltatio eiusdem Christi est. Vnde Psalmista: Constituite diem solennem in condensis vique ad cornu altaris. Id est, vacare a feruilibus, & intendite bonis operibus, donec peruenatis ad cognitionem diuinitatis Christi, qui est sublimitas vestrae mentis. Idcirco vero altare dicitur thymiamatis gratissimi domino, quia thymiamata siue incensa orationum nostrarum non nisi de illo vel per illum deus pater accipit. Ponet, inquit, ergo de eodem sanguine super cornu altaris thymiamatis, id est, suscitatus a mortuis, & eleuatus in caelum, sedentique a dextris dei, vestigia suae passionis, scilicet cicatrices vulnerum, signa clauorum, & lanceae, in aeternum referuabit, quo memoriali gratissimi odoris semper interpellat pro nobis.

*Quod reliquum sanguinis fundi ad basem altaris in introitu tabernaculi, sit baptizari gentes post passionem eius in morte eius.* CAPVT XV.

**O**Mnem autem reliquum sanguinem fundet in basem altaris holocausti in introitu tabernaculi. Fundamentum est Christianae fidei, scilicet baptizari in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Vnde & bene dicitur, in introitu tabernaculi, quia videlicet non nisi per baptismum regenerationis introitus vlli est in tabernaculum domini, quod est ecclesia dei. Ait ergo. Omnem autem reliquum sanguinem fundet in basem altaris. Dixit enim, Postquam resurrexerit a mortuis: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Hoc vtiq; dicto reliquias sanguinis sui fudit in basem altaris. Nam & Apostolus dicit: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, & caetera. Igitur reliquum sanguinem fundet in basem altaris, in introitu tabernaculi, id est, cum per sanguinem suum priorum temporum omnes electos emundauerit, eiusdem gratiae reliquias futuris, & per verbum Apostolorum, credituris gentibus siue Iudaeis, ponit in introitu tabernaculi veri, vt per baptismum complantetur similitudo ini mortis eius, quicumque voluit corpori eius vniri, id est, in ecclesiam eius ingredi, & resurrectionis eius comparticipes fieri.

Quid sit

*Quid sit pelle, carnibus, capite, pedibus, intestinis, & fimo extra castra crematis, & cineribus in locum mundum effusis: adipem vituli offerri pro peccato: & quod in sacrificio panis & vini, veritas carnis & sanguinis, & tota sit gratia verbi incarnati.* CAP. XVI.

**E**T adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui operit vitalia, quam omnia quae intrinsecus sunt, duos renunculos, & reticulum quod est super eos iuxta ilia, & adipem iecoris cum renunculis, sicut aufertur de vitulo hostiae pacificorum, & adolebit ea super altare holocausti. Pelle vero, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore offeret extra castra in locum mundum, vbi cineres effundi solent. Incenderique eam super lignorum struem, quae in loco effusorum cinerum cremabuntur. Dubium ergo esse non licet, quoniam am illud, quod corpus hostiae iubetur extra castra cremari, hoc significet, quod dominus Iesus extra portam passus est, apostolico firmante testimonio, quod superius positum est. Quid ergo haec sibi vult retentio adipis, & caeterorum quae separari iussa sunt in holocaustum, nisi illud, quod idem vitulus, idemque sacerdos magnus, continuo educendus, vespertinum fecit sacrificium, panem & vinum transferendo in corpus & sanguinem suum. Nam pellem quidem, id est, visibilem hominis speciem, totumque mortalitatem ac miseram substantiam nostram fimum, in isto sacrificio non attendis, sed quicquid pinguedinis, id est, quicquid gratiae spiritualis in Christo est, fides istic tener, & sensus animae percipit. Vnde tota cum eodem capite suo sancta dicit ecclesia, Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea. Caeterum de illo quaeri potest, quod cum dicatur, corpus & sanguis, neque panis in carnis speciem, neque vinum mutetur in sanguinis horrorem, id est, murmurare plebeum quemque, cur non sacerdos vituli fimum adoleat, simul & pellem. At illa semel extra portam cremata sunt, quando pellem nostrae mortalitatis atque corruptionis excocxit ignis passionis super struem lignorum, id est, in patibulo crucis, ac deum ipso resurgente a mortuis id quod mortale erat, a vita absorptum est. Cur post resurrectionem suam inuisibilis factus est, & non nisi quando voluit, & a quibus voluit visus est, ita vt cum vellet euanesceret, nisi quia corruptio omnis absorpta est? Etenim quod necessario visibile est, proculdubio & corruptibile est: Igitur de fimo & pelle vituli, id est, visibili atque corruptibili specie corporis & sanguinis domini, neminem scrupulus moueat infidelitatis. Nam totam adipem, totam pinguedinem vituli, id est, totam gratiam, & veritatem verbi incarnati, qua indiget vt repleatur anima fidelis, illic habere fides Christiana consentit. Nomine, re, atque effectu, caro vera est & sanguis verus. Nomine videlicet, quia sic sacerdos dixit, consecrationum opifex, qui vera rebus nomina ponit: Hoc est corpus meum: Hic est calix sanguinis mei. Re autem, quia profecto sanctum sanctorum est, quam verum sacerdos iste, qui sanctificat, sanctus sanctorum est. Effectu nihilominus, quia videlicet quam efficaciter semel passus, omnibus praeteritis remissionem peccatorum attulit, tam potenter & nunc ad ecclesiam per eandem fidem venientibus, remissionem peccatorum digne percipientibus impedit. Vbi tot habes verae essentiae partes, multo adipe repleat anima fidelis, quid te moueat, quia non coparent pellis & fimum. i. horrida species carnis & sanguinis.

Illud sane non praeterat vicarij Christi sacerdotem, quia cum adipe duos quoque renunculos & reticulos iecoris. i. omnem voluntatem propriam secundum spiritualem hanc legem, magnus ille sacerdos deo patri suo in holocaustum obtulit. Non enim increpatis se renibus suis acquieuit, sed ante praedicto modo carnes eius pellis quoque & fimum cremanda extra portam efferrentur, renes suos adoleuerat. Dicebat enim. Non mea pater mihi, sed tua voluntas fiat: Hoc, inquit, sacerdotem quem que non praeterat, sed exemplo eius ipse quoque renes suos cum iecore, id est, voluptate carnis vel concupiscentia quae iuxta Phyliscos consistit in iecore, adolere, id est, mortificare frudeat. In locum, inquit, mundum, in quo cineres effundi solent, cremabuntur. Locus in quo cineres effundi solent, communis terrae sinus, & humanae sepulturae necessitas est. Illic enim cineres, id est, omnia mortalia corpora mox in cineres resoluenda, effundi solent. Mundus autem quod dixit, hoc Euangelista sanctus non praeteris, cum dixisset: Erat autem in loco vbi crucifixus est hortus, & in orto monumentum, statim addidit, in quo nondum quisquam positus fuerat. Munditia ergo singulari cineris vni, signanter expressit, dum non tantum in locum, in quo cineres effundi solent, sed in locum mundum dixit. Nam sicut in vtero, de quo conceptus est, nondum quisquam admittus fuerat, & sicut in monumento in quo positus est, nondum quisquam conditus fuerat: sic in illa munditia qua cinis eius effusus est, nullius vnquam cinis effusus fuerat. Vnde & cineres omnium in antiquum statum reformare poterit, indulta illis participatione sui, sanctus iste cinis. Nam & idcirco cum mundus esset, in terram fulus est, vt corpora nostra propter peccata in cinerem reuerfa, denuo secum resuscitaret.

*De eo quod ait: Quod si omnis turba Israel ignorauerit, &c. quod actualia peccata per illam multitudinem ignorantiam intelligenda sint, & quod illa quoque vt originale peccatum deleantur per mysterium passionis Christi.* CAP. XVI.

DD iij

Quod

Roma. 5.

Roma. 3.

Pfal. 19.

Roma. 3.

Esaie 57.

**Q**uod si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est, & postea intellexerit peccatum suum, offeret vitulum pro peccato, adducetq; eum ad ostium tabernaculi, & ponet seniores populi manus super caput eius coram domino. ] &c. ut supra. Quae haecenus dicta sunt, itidem dici potuissent, etiam si vnum & solum originale peccatum Christi fuisset morte deletum. Sed dicit Apostolus: Et non sicut per vnum peccatum ita & donum. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim in vnus delicto mors regnavit per vnum, multo magis abundantia gratiae, & donationis, & iustitiae accipientes in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Optime & cum hoc Apostoli testimonio, & cum omni euangelicae veritatis doctrina, certum tenet fides catholica, quia non solum originale, sed & cuncta simul actualia, nobis per passionem Christi filij dei remittuntur peccata. Bene ergo postquam de peccato sacerdotis lex dicit, ita subiunxit. Quod si omnis turba Israel ignorauerit, & per imperitiam fecerit, quod contra mandatum domini est, &c. Post peccatum sacerdotis omnis quoque turba ignorauit, quia postquam primus homo peccauit, qui (ut praedictum est) in paradiso dei sacerdos esse, gratiarumque & laudum hostias offerre debuit, cuncta quoque populositatis generis humani in ignorantiam dei defluxit, originale crimen actualibus cumulando peccatis. Vnde Apostolus: Quia non est iustus quisquam, non est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, &c. quae de testimonio Psalmi sumpta sunt. Et ut comprobaret nec Iudaeum qui regescit in lege & gloriatur in deo, ab illa declinatum, atque inutilium vniuersalitate excipit, corinuos subiunxit: Scimus autem quia quaecumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, &c. Igitur & sacerdotis, qui delinquere fecit populum, & simul omnis turba peccatum, eodem animali, id est, vitulo, & eodem sacrificij ritu legitime expiatur, quia & originale quod ex Adam contractum est, & cuncta simul actualia peccata eodem passionis Christi sacramento delentur. Et super illius quidem bruti pecoris caput, seniores tantum ponebant manus, nec enim fieri poterat, ut cuncta simul turba imponeret vni manus, huius autem vituli rationalis. i. Christi capiti manus imposuimus nos omnes turba, quicunque in morte ipsius baptizati sumus. Oia namque peccata nostra capiti & fortibus humeris eius portanda siue tollenda imposuimus, imo deus per manus nostras: per manus, inquit, id est, per fidei siue professionem credentium, posuit in eo iniquitates omnium nostrum.

*De peccato, quod post baptismum admittitur, secundum legem dicentem: Si peccauerit princeps, &c. Et quis sit princeps, & quae anima de populo terrae: & de oblatione principis, id est, Praelati. CAP. XVIII.*

Ezech. 18.

1. Cor. 3.

Hebr. 6.

**S**i peccauerit princeps, & fecerit vnum pluribus per ignorantiam, quod domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suum, offeret hostiam domino, hircum de capris immaculatum, ponetque manum suam super caput eius. Cuiusque immolauerit eum in loco ubi solet mactari holocaustum coram domino, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiae pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens ad basim eius. Adipem vero adolebit, ut supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet. ] Post passionis Christi sacramentum, quod in baptismo percipitur, peccantibus iam non idem remedium vel eadem gratiae largitas proponitur. Nam hostia pro peccato nobis extitit Christus, quam semel pro peccatis nostris certa redemptione tunc dedimus, quando singuli in morte ipsius baptizati sumus. Etenim comparatione securitatis, quam de praeteritis peccatis in baptismo siue infantes siue veterani accepimus, valde scrupulosa est redemptio, si iterum peccauerimus, quamlibet dignos poenitentiae fructus faciamus. Quamuis dictum sit: Quaecumque die quis conuersus in genuerit, saluus erit, non tamen & hoc dictum est, quaecumque die in genuerit, peccata sua remittentur ei, nec certum est vtrum in hoc seculo remittantur, an in futuro. Nec enim leuiter aut dubie dictum est, si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Potest tamen & illud recte de principali conuersione dictum accipi, videlicet qua de errore & de peccatis vetusti hominis Adae conuertitur quis, & ad deum vel dei filium in gemiscendo transit, quo fit, ut filius non portet iniquitatem patris, scilicet eius qui primus peccauit. Bene itaque post datum immolandi vituli ritum, hostia minoratur, cum dicitur: Si peccauerit princeps, & fecerit vnum pluribus quod domini lege prohibetur, offeret hircum. Ac deinceps. Quod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terrae, & cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam, &c. Princeps ille est, qui tanquam aries ouibus, aut tanquam hircus capellis pluribus praeminet. Hic si peccauerit & fecerit vnum pluribus, quod domini lege prohibetur, eo ipso quod peccauit, malum inferioribus exemplum praebuit. Quod si postea intellexerit peccatum suum, offeret, inquit, hostiam domino, non iterum vitulum, sed hircum. Non enim renouabit iterum ad poenitentiam, scilicet ut baptizetur iterum, quod esset rursus crucifigere in semetipso, & ostentum habere dei filium, sed offeret hircum. i. per actualis poenitentiae mortificationem, mactabit semetipsum, ut possit pro peccato suo eiusdem passionis Christi, de sancto altari vtiliter percipere sacramentum. Peccato namque & faciendo vnum de pluribus, quod domini lege prohibetur, est: verbi gratia: moechando siue homicidiali cornu feriendo ipse hircus effectus est, quales

utque ad

utque ad sinistram stantur, quibus & dicitur: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabo Math. 25. lo & angelis eius. Igitur si saluari cupit, mactabit hircum, id est, poenitendo puniet semetipsum. Vbi: [In loco, inquit, ubi solet mactari holocaustum coram domino.] Locus in quo holocausta mactari solent, catholica ecclesia est. Nam extra illam nullus veri sacrificij locus est. Igitur in catholica ecclesia, in confessione verae fidei poenitebit, & huic fundamento digna poenitentiae opera superaddificabit. [Tinget, inquit, sacerdos digitum in sanguine hostiae pro peccato, tangens cornua altaris holocausti, & reliquum fundens in basim eius.] In isto quoque sacrificio spiritaliter idem sacerdos & hostia est, quia semetipsum offeret. Obsecro (inquit Apostolus) ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Quod qui fecerint, gratulabuntur secundum Apocalypsim, dicentes: Et fecisti nos deo nostro regnum & sacerdotes. Tingit ergo sacerdos digitum in sanguine hostiae suae, quando discretionem operosa poenitentiae imprimit utque ad mortificationem concupiscentiae suae. Tangit vero cornua altaris, cum pristina dignitate recuperata, alios quoque docendi auctoritatem resumit, velut ille qui cum post culpam poenitendo dixisset: Redde mihi letitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me, continuo subiunxit: Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Veruntamen non nihil refert. Nam secreto quidem admittitur, & spontanea confessione sacerdoti proditum peccatum, rogare pro eo sacerdote, ranta largitate dimittitur, ut cum venia dignitas quoque pristina recuperetur: deprehensum autem, aut publice conuictum crimen post poenitentiam, laica tantum communionem contentum addicit hominem sacrorum auctoritati canonum. Vnde & hoc notandum, quod supra quidem de sanguine vituli tingitur cornua altaris thymiamatis, quod erat interius: hic autem de sanguine hirci, & postmodum de sanguine caprae tinguntur cornua altaris holocausti, quod erat exterius. Etenim (ut supra dictum est) comparatione securitatis quam in baptismo accepimus, valde scrupulosa est redemptio, si iterum peccauerimus. Sed & reliquum sanguinem, inquit, funder ad basim eius, cum de caetero cauet, cunctis concupiscentiarum per puram confessionem suis suggestionibus. Adipem quoque adolet, sicut fieri solet in victimis pacificorum, cum (ut superius dictum est) ad hoc tendit, ut pacificorum habeat vitam statum, qualem suspirans Apostolus: Condelector, ait, legi dei secundum interiorum hominem, video autem aliam legem in membris meis.

*De peccato plebei, id est, subditi, & de oblatione eius, & de eo quod ait: Si peccauerit per ignorantiam, &c. CAP. XIX.*

**Q**uod si peccauerit anima per ignorantiam de populo terrae, ut faciat quicquid ex his quae domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum, offeret capram immaculatam, &c. ] Eadem lex plebei quae & principis est, excepto quod princeps hircum mactat, plebeus capram foeminam offerre debet, & recte. Nam quomodo foemina non a semetipso concipit, sed ex masculo semen suscipit: sic plebeus siue popularis ignem peccatorum non a semetipso inuenit, sed a praecunte maioris exemplum, utique eadem poenitentiae purgatione indiget, nam & qui praebet, & qui malum imitatur exemplum, utique eadem poenitentiae purgatione indiget. Quarendum tandem est, cur quenda venialis peccati terminum praefigens dixerit lex: Si peccauerit per ignorantiam? Si enim per ignorantiam peccare hoc putauerimus esse discretionem boni ac mali non habere, siue mandata domini non legisse vel audisse, ergo neminem scientiam habentium lex domini post peccatum admittit intra ianuam propitiationis suae. Sed absit hoc. Quis enim in hac parte, scilicet in scientia legis maior quam David: Et tamen post adulterium simul & homicidium poenitens receptus est. Quarendum ergo, quis ille sit terminus, quem cum attigerit peccator, non per ignorantiam peccare recte pronuncietur. Dicimus itaque, quia cum quisquam eo processerit, ut redargutus de peccato suo, non solum non emender, sed insuper opera sua defendere velit, tunc demum non per ignorantiam sed scienter peccare, & proinde excusationem de peccato suo non habere dicendum est. Est enim quaedam non tam aetatis vel simplicitatis, quam infirmitatis ignorantia, dum in hora tentationis sic mens caligine inuoluitur, ut miro modo id quod scit nesciat, & quod videri non videat. De hac parte ignorantiae Apostolus dixit: Qui condolere possit his qui ignorant & errant, subiunxit enim: Quonia & ipse circumdatus est infirmitate. His dum taxat, qui eiusmodi sunt, ista clementiae lex porrigit manum, & eorum tantum peccata contra hit intra redemptionis ambitum, qui peccant per ignorantiam. Nam eis qui peccatis suis fauent, qui diligunt iniquitatem, eamque libenter aspiciunt, & redarguti (ut iam dictum est) peccata sua superba defensione tumentur, nullus propitiationis locus est. Vnde Psalmista Iniquitatem, inquit, si si alpexi in corde meo, non exaudiet dominus. Et Apostolus: Voluntarie enim nobis post acceptam notitiam peccantibus, iam non relinquitur hostia pro peccatis.

*De eo quod sic dictum est. Sim autem de pecoribus, iuxta illud Euangelij Matth.*

*XIX. consilium: Si vis perfectus esse, &c. Cap. XX.*

**S**in autem de pecoribus obrulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatam, ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco ubi solent holocaustorum caedi hostiae. ] &c. ut supra



vt supra. Lex spiritualis & sancta, postquam dedit præceptum, accommodat etiam consilium. Nam quod intelligenti peccatum suum hætenus de offerendo hirci siue capra dixit, præceptum est: Quod autem nunc de offerenda loquitur oue, consilium est. Nec enim dicit. Offeret ouem, sed conditionaliter, si autem, inquit, de pecoribus obtulerit pro peccato ouem. Hic ergo rectè intelligimus, illud significasse spiritum sanctum, quod nunc aperte resonat Christi euangelium, sic prædicari poenitentis præceptum, vt non taceat perfectionis consilium. Nam peccatoribus præcipiendo dicit: Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum coelorum. Et Iohannes cū comminatione venturæ iræ: Facite, inquit, fructus dignos poenitentis. Iusto autem dicitur sic: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me. Et perfectus, qui iuxta hanc distinctionem poenitentiam agit, ita duntaxat, vt pro fructu poenitentis quædam tribuat, & quædam sibi retineat, hic hircum qui non tundetur immolat: Qui autem nihil sibi referuat, sed omnia vendit & dat pauperibus, & ita Christum sequitur, hic ouem totam immolat, qualium gregem in sancta ecclesia sponsus intruens dicit in Canticis. Dentes tui sicut grex tonfarum quæ ascenderunt de lauacro. Sed hoc (vt prædictum est) consilij magis quam præcepti est, videlicet vt cuncta tribuat, & nihil sibi retineat. Igitur si ouem, inquit, obtulerit immaculatam, id est, si simplicem quòque vitam, & licitam conuersationem reliquerit, vt melius regno coelorum vim facere possit, ponet manum super caput eius, id est, votum suum manifesta actione profitebitur, postquam non licebit ei iam quicquam proprium habere nullam omnino rem, sed nec proprium corpus in sua potestate. Et immolabit eam in loco vbi solent holocaustorum cædi hostis, &c. vt supra.

*Si peccauerit anima & audierit vocem iurantis, &c. iuxta illud apostoli intelligendum, Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, & quod immunditia tactus, sit peccati consensus.* CAP. XXI.

**S**i peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, restitit: fuerit quod aut ipse viderit, aut conscius est, nisi indicauerit, porrabit iniquitatem suam. Apostolus cum dixisset: Qui cum iustitiam dei cognouissent, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, continuo subiunxit. Non solum autem qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Hoc idem consonanter hæc sacra lex presenti loco elocuta est. Nam hætenus de illis dixit, qui faciunt vnum de pluribus quod lege domini prohibitum est, nunc de illis qui consentiunt facientibus, manifestè perdocet. Si peccauerit (inquit) anima, & audierit vocem iurantis, & cetera. Procul dubio, qui peierat, vnum facit è pluribus quod lege domini prohibetur. Qui autem testis aut conscius est, qui vidit aut audiuit illud, in quo ille peierat, sed tacet & non indicat, procul dubio silèdo consentit, non indicando, perurij cōparticipem se fecit. At verò quia non indicauit, porrabit iniquitatem suam, quia talis est consentiendo, qualis & ille agendo, teste (vt prædictum est) apostolo: Igitur de his qui faciunt, supra locutus, nunc de illis qui consentiunt facientibus sententiam ingressus, & mox remedium offerens, dicit adhuc. [Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum est à bestia, aut per se mortuum, vel quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiae, rea est, & delinquit. Et si tetigerit quicquam de immunditia hominis, iuxta omnem iniquitatem qua pollui solet, oblitaque cognouerit postea, subiacebit delicto.] Quod significauerat dicendo: Anima quæ tetigerit aliquid immundum siue quod occisum est à bestia, hoc penè expressit dicendo, & si tetigerit quicquam de immunditia hominis, &c. Nam reuera immunditia hominis morticinum est, quia veram vitam, id est, dei spiritum per immunditiae opera procul à se effugauit, quo fit vt sic mortua puteat anima deo priuata, quomodo putrefcit corpus amissa anima. Tangit autè qui consentit, & sic tangendo immunditiã hominis, quasi morticinũ adulatoria lingua delingit. Ceterum si non contentiã, nihil corporali eius tactu se inquinat, aut rea constituitur anima. At tamen si hæretica immunditia sit, corporali quòque tactu vel cohabitatione nõ cōtingenda, sed maxime vitanda est. Si enim fornicator carnalis ex præcepto apostoli ita vitandus est, vt cum huiusmodi nec cibum debeas sumere, quãto magis eum qui de deo malè loquitur, debet vitare? Non est, inquit dominus, qui faciat virtutem aliquam in nomine meo, & possit cito male loqui de me. Non ergo virtutem baptismi potest contere, qui de dei filio malè loquendo, malus est hæreticus, cum fornicatorem, vel ebriosum ritè potuisse baptizare cōuincamus. Maxime ergo vitanda est immunditia hæretica, cuius cuncta opera, vel mysteria quædam sunt morticina. Cadauer eius, siue à bestia occisum, siue per semetipsum sit mortuũ, id est, siue alieno siue proprio sit vitio deprauatum, quicumque vel quomodocunque ille sit immundus, anima quæ tetigerit, quæ consenserit, amplius autè quæ defenderit, oblitaque intellexerit, postea subiacebit delicto, vel (vt supra dictum est) porrabit iniquitatem suã, scilicet dignam agendo poenitentiam, subiacebit inquam delicto, id est, porrabit delictum suum in hoc seculo, ne sub illo prematur in futuro. Norandũ quippe quod dixit, oblitaque intellexerit. Nisi enim quod oblita est negligenter, postea intellexerit, nõ subiacebit delicto suo, nõ porrabit, imo non asporrabit iniquitatem suam, dignam

1. Cor. 5.  
Marth. 9.  
Intellige si i forma baptismi nomi filij dei vt non necessaria, hæretica persuasione simul cū nomine patris & spiritus sancti non expresserit.

dignam agendo poenitentiam. Veruntamen non sicut in cæteris, ita & in isto modus vel quantitas definitur oblationis, quia videlicet consensus non omnibus, vel semper idem est, cum ex necessitate nonnunquam eueniat, vt se quispiam consentire dicat, & idcirco cum dicitur, oblitaque intellexerit postea, rectè intellectui vel conscientie eius relinquatur, quale onus poenitentiae merito subiacebitur.

*De eo quod ait, Anima que iurauerit, &c. & de eo quod iurauit malefacere, quod siue faciat, siue non faciat, reus sit, & qualiter vel quid offerat qui iurauit.* CAP. XXII.

**A**nima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel malè quid faceret vel benè, & idcirco iuramento vel sermone firmauerit, oblitaque postea intellexerit peccatum suũ, agat poenitentiam pro peccato, & offerat agnum de gregibus siue capram. Hic locus ex illis est, de quibus canitur in Psalmo: Pluit super peccatores laquos. Multos quippe peccatores illaqueauit, verbis gratia: Herodem in decollatione Iohannis, qui cum iurasset saltatrici, idcirco sibi legitima necessitate occidere visus est, ne peieraret, & Iudæos xl. in Actibus apostolorum, qui deuouerunt se non manducatuos panem, antequam occiderent Paulum. Putauerunt enim, quia quidlibet iurasset, & vtrumlibet oblita esset peragere, inde poenitentiam ageret. Hoc illi putauerunt, qui tam ad malum quàm ad bonum, imo magis ad malum quàm ad bonum semper proni fuerunt. Ceterum iuxta veritatem hic præsentis loci sensus est. Qui iurauit, vt bene quid faceret, si peragit, liber est: si non perficit, reus est. Qui autem iurauit, vt mali quid faceret, vt (vt bi gratia) cum meretricie maneret, siue perficiat siue non, reus est. Obsessus ergo vndique, quia per portam legitimam non vult exire, oportet vt ab illa muri parte desiliat, quam humiliorem conspiciat. id est, in eo peccet, in quo peccatum leuius est, & citiori potest remedio curari. Moraliter tamen rectè potest dici, quod is male sibi iurauerit facere, qui carnem suam per abstinentiam macerare deuouit, quod profectò malum & asperum est sensibus carnis. Qui ergo iuramentum siue votum suum oblitas postea intellexerit, offerat, inquit, agnum de gregibus siue capram. Quid per agnum nisi actiue vitæ innocentiam: quid per capram, quæ in iuninis læpe, extremisque pendens rupibus pascitur, nisi contemplatiua vita signatur? Qui ergo se conspiciat promissa ac proposita non implese, ad sacrificium dei se studiosius debet, vel innocentia boni operis, vel in sublimi passu contemplationis accingere. Et bene agna de gregibus, capra verò de gregibus offerri non iubetur, quia actiua vita multorum est, contemplatiua paucorum. [Sin autè non poterit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarũ domino, vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, dabitque eos sacerdoti, & cetera.] Iuxta literam piè pauperibus consulit lex domini, illo contenta quod vilis potest comparari. Iuxta spiritualem verò intelligentiam illis consilium dat, qui adeo inopis animi sunt, vt videntes mundo tantam non videntes esse non possint, vt ementes tanquam non possidentes, vt habentes vxores tanquam non habentes, esse non nouerint. Quid enim est agnam siue capram inuenire non posse, & idcirco duos columbarum pullos, aut duos turtures offerre, nisi in seculari habitu vitæ actiue vel contemplatiue studere nequaquam posse, & idcirco ad spiritualement ordinem publica professione transmigrare, iuxta psalmum dicentem: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Quid verò per duos turtures, nisi duplex poenitentiae gemitus designatur, vt cum ad offerenda bona opera non assurgimus, nosmetipsos dupliciter desicamus, quia & recta non fecimus, & praua operati sumus? Vnde & vnus turtur pro peccato, alter verò offerri in holocaustum iubetur. Holocaustum nanque totum incensum dicitur. Vnum ergo turturem pro peccato offerimus, cum pro culpa gemitum damus. De altero verò holocaustum facimus, cum pro eo quod bona negleximus, nosmetipsos funditus succedentes, igne doloris ardemus. Et bene caput ad pennulas retorqueri præcipitur, vt videlicet ea quæ dicis facias, & os ad opera coniungas. Nec ita caput abscondendum est, vt à corpore diuidatur: sed collo, inquit, inhaereat, quia videlicet mens quæ per caput intelligitur, à carnis delectatione incidenda est, sed à carnis cura necessaria incidenda non est. Iuxta allegoricum quoque sensum, caput turturis incisum est, & tamen à suo corpore abscessum non est, quia ex eo quod pro nobis caput nostrum Christus mortem pertulit, omnes nos verius in ipsa morte sua coniunxit. Caput ergo turturis incisum inhaereat corpori, quia pro nobis quidem redemptor noster passus est, sed à nobis per passionem separatus non est. Sed rarus quisque est, qui compunctus spiritu pietatis assumere pernas sicut columbæ, & volare sciat, & requiescere, & ita gemitus turturis, aut columbæ sciat in poenitentia vel in oratione habere. Extenditur autem & ad huc lex elementarum, & subditur.

De eo

De eo qui duos turtures vel pullos columbae offerre non praualet, vt similitam partem ephi decimam offerat, quid significet mystice. CAP. XXIII.

**Q**uod si non quiuerit manus eius offerre duos turtures vel duos pullos columbae, offeret pro peccato similitam partem ephi decimam. Non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est, tradetque sacerdoti. Qui plenum ex eo pugillum hauriens, concremabit super altare in monumentum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians. Reliquam autem partem ipse habebit in munere. [Ephi & batus vna mensura est modiorum trium. In euangelio suo dominus legis dicit: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, dicamus & secundum præsentis loci sermonem. Et qui pascit sacerdotem in nomine sacerdotis, mercedem sacerdotis accipiet. Quod si non quiuerit manus eius offerre duos turtures, vel duos pullos columbae, illud spiritualiter est, vt qui orare vel duplicem (sicut prædictum est) gemitum in oratione nescit habere, pascat eum, cuius est officium semper orare, vt carnalia sua eliminando dignè mereatur eius spiritualia metere. Vnde notandum, quia sic dictum est. Qui plenum ex eo pugillum hauriens, concremabit super altare in monumentum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere. Tunc enim sacerdos legitime peccatoris munus accipit, cum primo memoriam eius pleno conscientie pugillo sustollens coram domino precem pro illo suscipiat, & legitimo charitatis igne. Ceterum si de huiusmodi di non curat, osequium suum impletum munere claudit ab oratione, peccatum sibi assumit alienum, completurque in illo quod de talibus dominus per prophetam dicit: Peccata populi mei comedunt. Nihilominus & illud non prætereundum, quod de huiusmodi oblatione dicitur, non mittet in eam oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est: Multum namque differt, vtrum ex voto gratuito, libera charitate: an pro admisso scelere, seruilis timore quis tribuat. Illic enim oleum lucet hilaritatis, quam in datore deus diligit: hic bene est si non subest, tenebrosus oculus, impune peccare volentis, quem deus odit. Illic incensum pietatis, suscipientem deum odore bono delectat: hic bene est, si non oblatum munus indignæ poenitentiae fœtore offendat.

Quid sit in his qua domino sacrificata sunt, per errorem peccare, & quid sit arietem per hoc offerre emptum duobus siclis, damnum quoque restituere cum adiectione quintæ partis.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Anima si præuaricans ceremonias per errorem in his, quæ domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus sanctuarij. Ipsumque quod intulit damnum restituat, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti. Ceremoniæ sunt ritus sacrificandi vel sacra omnia, quæ Græcè orgia vocantur. Porro ritus sacrificandi, & vera nobis orgia sunt, visibilia quæcumque in sancta ecclesia celebramus, sacramenta Christi filij dei, quorum baptismus & eucharistia vel maxima sunt, quæ ab ipso domino nostro instituta sunt: secundaria verò quæ deinceps à sanctis Apostolis siue apostolicis viris, circa hæc rectè & vtiliter ordinata sunt. Et in his peccamus, damnumque rei familiari domini nostri inferimus, quoties errabundo corde, vagantibus oculis, laxatis, atque ad inania reiectis auribus, alijs occupati. Imò otiosi sacrificium laudis, quod in ore nostro versatur, turbatis, laceratis, & interdum partem aliquam virorum sanctorum elapsam nobis amittimus. Nonnunquam verò, quod valde pauendum est, preciosissimam quoque corporis & sanguinis domini substantiam per incuriam huiusmodi excidit. Igitur vbi sic euenit, is, per cuius contigit neglectum, scire debet quod nunc dicitur. Offeret pro delicto suo arietem immaculatum, de gregibus, &c. Videlicet arietem offerre immaculatum, cuius totum precium, duo sicli sunt, id est, gemitum diuinæ & fraternæ dilectionis præceptum, iuxta pondus sanctuarij celestis & non manu facti, quia videlicet non homo terrenus, sed deus cœli, duo charitatis præcepta librauit, qua sola redimimus animum deo offerendum, quia sola hæc operit multitudinem peccatorum. Singulorum denique siclorum iuxta pondus sanctuarij viginti oboli sunt, & hoc loco testamentum vtrunque significant, sine quorum plenitudine neutrum constat charitatis præceptum. Quintam verò partem in restitutione damni superaddere, id est, non solum corde poenitere, verum etiam quinque corporis sensus, quorum vagatione erratum est, per exteriori poenitentiam punire. [Qui, videlicet sacerdos, rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei. Tunc enim acceptabit deus sacrificium iustitiæ, rogante pro nobis sacerdote, illo inquam sacerdote, qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui est à dextris dei, qui etiam interpellat pro nobis, non iam precum submissione, sed præsentatione causæ referendæ.

De eo quod ait: Anima si peccauerit per ignorantiam, & quod ignorantia diuersus modus sit.

**A**nima si peccauerit per ignorantiam, feceritque vnum ex his quæ domino lege prohibentur, & peccati rea postea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sa

gibus sacerdoti iuxta mensuram, estimationemque peccati. [Norandum, quod cum per ignorantiam peccantibus diuersa hætenus pro modo peccatorum vel conditione peccantium remedia præscripserit, nunc animæ, id est, omni homini cuiuscumque conditionis sit, item per ignorantiam peccanti vnum idemque animal, scilicet arietem immaculatum offerre, quasi mutata sententia decernit. Sed sciendum, quia differt, vtrum per irruentem mentis cæcitate quis ignoret, an per insipientiam legis, aut per improvidam negligentiam ignoret & erret. Nam, verbi gratia, aliter ebrivus, aliter ignorat ieiunus. Ille namque errat, quia mensuratum vitio perdidit: iste, quia rei de qua agitur, notitiam nunquam habuit. Sic profecto aliter ignorat is cuius oculus obtenebrauit concupiscentia, aliter qui vel per ætatem vel per simplicitatem nescit, quid inter dexteram & sinistram suam habeat. Nam si non esset ignorantia, quam importat furor mali desiderij, nunquam dixisset Dauid, vtiq; legis peritus atque puer spiritui sancto assuetus. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Et de illo quidem qui sic ignorat rectè dicas, qui ignorat ignorabitur, subauditur, nisi postea poenitendo intelligat: de his autem qui per insipientiam ignorant, & ignorantias meas ne memineris. Tu doles super hedera, in qua non laborasti, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt: & ego non parca Ninive ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti milia hominum, qui nesciunt quid sit inter dextram suam & sinistram? De huiusmodi modi nunc dici manifestum est. Sequitur enim. [Qui, videlicet sacerdos, orabit pro eo, quod nesciens fecerit, & dimittetur ei, quia per errorem deliquit domino.] Non igitur frustra hic omnis anima offeret arietem immaculatum, cum supra, qui peccauit per ignorantiam iubeatur pro peccato offerre hircum. Quanto enim aries immaculatus hircum lasciuientiam præcellit, tanto veniens veniens est is qui nesciens errauit, eo quem sua concupiscentia, vt ignoraret, obstupescit.

De eo quod ait: Anima quæ contempto domino depositum proximo negauerit.

CAPVT XXVI.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto domino negauerit depositum proximo suo, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorsit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenierit, & inficiens insuper peccauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus peccare solent homines, conuicta delicti reddet omnia quæ per fraudem voluit obtinere integra, & quintam insuper partem addet cui damnum intulerat, & cætera. [Nemini putandum est, legem sanctam sibi met esse contrariam, pro eo quod cum alibi dicat, qui hoc vel hoc fecerit, morte moriatur, & sanguis eius sit super caput eius: hic pro quocumque peccato, absque vlla exceptione, de omnibus quæ lege domini prohibentur oblatio suscipiatur, & rogante sacerdote dimittatur. Alia namque est accusatio, quam excusat clementia in sacrificijs, alia quam condemnat iustitia in iudicijs. Verbi gratia: pone aliquem admisisse adulterium à nullo deprehensum, nullis testibus coarguendum, ipsum sui fieri accusatorem, hic ex lege presentem, quam misericordia condidit, suscipitur, & per sacrificium mediante sacerdote remissionem lucratur. Vnde signanter hæc vbi que lex suscipiendi sacrificij conditionem præfinit, dicens: si peccatum suum intellexerit. Ceterum, si patrato scelere deprehensus, vel per alium fuerit cognitus, occiditur, lapidatur, sanguis quoque eius capiti eius impuratur. Iraque non sibi contraria est lex sancta, quam hodieque Christi tenet ecclesia. Nam latentem peccati causam, secreta confessione proditam, gaudenter admittit intra veniæ ianuas, deprehensa verò per alium cognita crimina non solum forense tribunal, sed & synodica irrecuperabiliter plectitur seueritas. Nam illud vita, hæc autem ecclesiasticis honoribus reos priuat. Proinde quod hic nunc dicitur, conuicta delicti reddat omnia, sic intelligi oportet, quia teste conscientia, conuicta est, vt semetipsam accusaret confessione spontanea.

De eo quod ait: Hæc est lex holocausti, quod supradictorum quasi conclusio sit, & quod nostrum pro peccato sacrificium sit fides, hostia pacificorum spes, holocaustum charitas.

CAPVT XXVII.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Aaron & filijs eius. Hæc est lex holocausti. Quod pro magno curare solent secularis eloquentiæ magistri, vt intentionis suæ supremam enumeratione concludant, colligendo & commemorando, quibus de rebus verba sua fecerint, vt renouetur, non redintegretur oratio, vt auditor si memoriæ madauit, ad idem quod ipse meminert, reducat, hoc antiquissimus ille sanctæ legis orator hic facere dignatus est, recolligendo quod hætenus dixerit, & ita commemorando. Hæc est lex holocausti, hæc est lex hostiæ pro peccato, hæc est lex hostiæ pacificorum. Primum est, vt secundum spirituales & verum sacrificandi ordinem, certissima istorum sacrificiorum vocabula prodamus: ne dubium sit, quale humilitatis nostræ opus sacrificium pro peccato: quale hostia pacificorum: quale holocaustum sit, quod iam superius pro posse diximus. Est itaque nostrum pro peccato sacrificium fides, hostia pacificorum spes, holocaustum verò charitas. Nā supra, licet indigesta narratione, prius holocaustum, nouissimè sacrificium pro peccato positum sit: tamen ordine viuendi siue proficiendi, prius sacrificium

EE pro pec

**Pfal. 110.** pro peccato est, id est, fides: supremū verò holocaustum, id est, charitas. Sic in ordine cœlestium, per quæ dei filius ad nos usque descendit, prius est spiritus sapientiæ, nouissimū verò spiritus timoris: veruntamen profectuum ordinē seruando, quibus ad dominū nos ascendimus, prius est spiritus timoris, sicut scriptū est: Initium sapientiæ timor dñi, supremū verò spiritus sapientiæ. Igitur sacrificia quæ hic sub velamine vultus Moyſi quondā latentia, nūc reuelata sunt, in facie claritatis Christi, fides, spes, & charitas sunt. Maioris horū .i. charitatis, magni & veri holocausti lex hæc est.

*Quod altare illud Christus, & ignis ille spiritus Christi sit, de quo ait: Cremabitur in altari tota nocte. Et quid hæc mysticè.*

CAPVT XXVIII.

**Exod. 29.** **Luca 12.** **Pfal. 3.** **1. Corin. 13.** **1. Corin. 7.** **Canti. 3. 8.** **Esaie 31.** **Ibidem 64.**

**C**remabitur in altari tota nocte usque mane. Ignis ex eodem altari erit. Vestietur sacerdos tunica & foeminalibus lineis. Altare nostrum Christus est, de quo & alibi dictum est: Altare de terra facietis mihi, id est, humiliter incarnationē credetis Christi filij dei. Cuius signum est hoc altare visibile, quia quemadmodum hoc vniuerso præminet templo, sic Christus vniuersæ ecclesie caput est. Ignis qui ex eodem altari est, spiritus sanctus est, quem utique ignem ille venit mittere in terram, & voluit vehementer accendi. Porro holocaustum nostrum for nostrum est, totū incensum, id est, totum diuino amoris deditum, & propter illum ab omni carnis amore separatum. Nox autem præsens est vita, quantumlibet eodem igne, id est, eiusdem spiritus sancti stellantibus donis illustrata, videlicet cōparatione illius diei, quo videbitur deus deorum in Sion, quando quod nunc videmus per speculum in ænigmate, videbimus facie ad faciem. Cremabitur (inquit) tota nocte, id est, usque ad finem vitæ. Quomodo? Vestietur (ait) sacerdos tunica, & foeminalibus lineis, tolleretque cineres quos vorans ignis exussit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prioribus vestimentis, induturque alij, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad fauillam consumi faciet. Tunica sacerdotalis linea (vt alio loco iam dictum est) vitam significat noui hominis, sicut eōtrario tunica pellicea, qua post peccatum indutus est Adam, vitam signauit veterem eiusdem vetusti hominis. Porro foeminalia linea, districtum significant propositum castitatis, quo succingi debet quisquis fortiter totum igni diuini amoris cor suum impendere cupit, vt nec licito se indulgere amoris copulæ coniugalis, quia diuisus est huiusmodi ac sollicitus quæ sunt huius mundi, quomodo placeat vxori. Tota, inquam, cremabitur nocte, & vix sufficit aliquis, vt ad purum concremet, cremando iugiter usque ad finem vitæ. Tolleretque cineres quos vorans ignis exussit. Cinis qui mane superest, sordidæ cogitationes sunt, à quibus nemo per semetipsum liber existere potest. Quis enim in illo mane, in illo tremendo sine vitæ lux gloriabitur, castum se habere cor? Verbi gratia: Dum dicit quamlibet sanctus aliquis, huiusce holocausti sacerdos siue sacerdotalis amica: Dilecte mi apprehendam te, & ducam te in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, & in huiusmodi similitudinibus carnalis sponſi & sponſæ contemplatur veritatem cœlestis copulæ, vbi sperat se creatura, veris creatoris cōplexibus fruituram esse, quomodo impollutā se custodire potest ab omni cinere, id est, à cogitationibus carnalis copulæ. Tolleret ergo (inquit) cineres quos vorans ignis exussit, & ponet iuxta altare, id est, paruulos cogitatus suos comportabit ad Christum, qui totam gerit curam nostræ salutis. Hoc faciet iugi cordis sui discussione, crebra cordis & oris confessione. Quid deinde? Spoliabitur (inquit) prioribus vestimentis, induturque alij, efferet eos extra castra, & in loco mundissimo usque ad fauillam consumi faciet. Spoliari prioribus vestimentis, id est, tandem deponere inuolucrum carnis: induitque alij, id est, gratiam accipere æternæ retributionis. Tunc efferet eos, videlicet cineres suos extra castra, & in loco mundissimo usque ad fauillam consumi faciet, quia profectò prædictarum sordium reliquias extra præsentis vitæ militiam, usque ad purum excoquet, id est, amor in illo seculo mundissimo, quia vt Esaia ait: Amor iste, ignis domini est in Syon, & caminus eius in Hierusalem, id est, in ista præsentis vitæ ecclesia quantuluscunq; in illa verò superna pace ineffabilis est, qualem oculus non vidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascendit.

*De eodem igne qui in altari, inquit, semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies.*

CAP. XXIX.

**1. Petr. 2.** **Apoca. 3.**

**I**gnis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subiiciens ligna mane per singulos dies. Et imposito holocausto, desuper adolebit adipis pacificorum. Ignis iste est perpetuus, qui nunquam deficiet in altari. Altare dei (vt supra dictum est) fides Christi in corde nostro est, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est, ex illo ad dominum, charitatis flammam indelineret ascendere, cui per singulos dies sacerdos ligna subiiciet, ne extingatur. Omnis enim Christi prædicator, membrum vtrique summi sacerdotis effectus est, sicut cunctis fidelibus Petrus Apostolus dicit: Vos autem genus electum, regale sacerdotium. Et sicut Iohannes Apostolus dicit: Fecisti nos deo nostro regnum, & sacerdotes. Sacerdos ergo in altari igne nutriens, quotidie ligna subiiciat, id est, fidelis quisque ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo tam exempla præcedentium, quam sacræ scripturæ testimonia congerere non desistat. Nam quasi quædam

quædam fomenta igni dare est, in exercitatione charitatis, vel exempla patrū, vel præcepta dominica ministrare. Quia enim interna nouitas nostra, ipsa quotidie huius vitæ conuersatione veteralcit, ignis iste adhibitis lignis nutriendus est, vt dum per vsum se nostræ veritatis attenuat, per patrū testimonia & exempla reuiuifcat. Er bene præcipitur, vt manē ligna per singulos dies congerantur. Hæc quippe non fiunt, nisi cum nox cæcitatē extinguitur. Vel certè, quia mane prima pars diei est, postpositis cogitationibus vitæ præsentis hoc priori loco quisquis fidelium cogitet, vt quod in se iam iamque quasi deficit, quibus valet nexibus studium charitatis inflammet. Ignis enim iste in altari domini, id est, in corde nostro citius extinguitur, nisi solerter adhibitis exemplis patrū, & dominicis testimonijs reparatur. Bene autem subiungitur, & imposito holocausto desuper adolebit adipis pacificorum. Nam quisquis hunc ignem charitatis accendit, & semetipsum utique holocaustum desuper imponit, omne vitium quod in se malè viuēbat, exurit. Cum enim cogitationum suarum interna considerat, & vitam reprobam per immutationis gladium maſtat, in ara se sui cordis imponit, & igne charitatis incendit. De qua hostia pacificorum, adipēs redolēt, quia interna nouē vitæ impugnatō pacē inter nos & deum faciēs, odorē suauissimum de nobis reddit. Quia verò eadē charitas in cordibus electorū inextinguibilis manet, aptè subditur. Ignis est iste perpetuus, qui nunquā deficiet de altari. Nunquam profectò de altari ignis iste deficiet, quia etiam post hanc vitæ eorum mētibus feruor charitatis accrescit. Aeterna quippe contemplatione agitur, vt omnipotens deus, quo magis fuerit agnitus, eo amplius diligatur.

*De lege sacrificij & libamentorum, quod comedendum absque fermento, id est, bene operandum sit absque vanæ gloria tumore ventoso.*

CAPVT XXX.

**H**æc est lex sacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron coram domino, & corā altari. Tolleret sacerdos pugillum similitæ, quæ conspersa est oleo, & totum thus quod super similam positum est. Adolebitque illud in altari, in monumentum odoris suauissimi domino. Reliquum autē similitæ comedit Aaron, cum filijs suis absque fermento, & comedit in loco sanctuarij tabernaculi. Optimum est modo supra dicto, facere holocaustum quod dicitur totum incensum, id est, opus bonum in amoris igne probatum, non sibi sed deo attribuere totum, fugere ventum gloriæ popularis, iuxta præceptum dicētis, cauere iustitiam vestram facere coram hominibus, vt videamini ab eis. Veruntamen si semper fugias spectatōrē, nunquam habebis imitatōrē. Proinde idem dominus dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Rectè igitur post legem holocausti, quo occultum significatur incendium amoris, lex sequitur sacrificij & libamentorum eius, quorum partem comedant Aaron & filij eius, quo signatur opus bonum factum coram hominibus, vt glorificetur deus. Tolleret, inquit, sacerdos pugillum similitæ, quæ conspersa est oleo, & totum quod super similam est positum, id est, is qui deo quodlibet offert opus iustitiæ, firmitatem intuebitur mundissimæ conscientie, intentionem vilitatis fraternæ, bene redolentem expectationem laudis diuinæ. Et hæc adolebit, inquit, in altari, reliquam autem partem similitæ comedit Aaron cum filijs suis. Vbi enim hæc quæ prædicta sunt, bene operans proposuerit in radice cordis sui, legitime iam coram hominibus lucere permittit lucem operis sui, vt non videatur ipse ab hominibus, sed vt glorificetur pater qui in cœlis est. Itaque comedetur absque fermento, id est, absque vanæ gloriæ tumore ventoso, comedetur, inquam, in loco sanctuarij tabernaculi, id est, celebrabitur opus bonum in communi ædificatione ecclesie Christi. Ideo, inquit, non fermentabitur, quia pars eius in domini offertur incensum, id est, idcirco vto inanis gloriæ bonum opus non perdetur, & idcirco hoc ipsum quod visum est ab hominibus, pro mercede non reputabitur, quia tota operantis intentio redit ad dominum. [Sanctum sanctorum erit.] Subauditur quamuis homines illud viderint & laudauerint. [Sicut pro peccato atque delicto.] id est, non magis ledetur laudibus hominum, vbi pura fuerit intentio, quam si præuaricationis reus aliquis perloluisset ex debito, in quo minorē utique locum haberet omnis iactantiæ tumor. Et quia non indiscretè, bonum omnibus propalandum est, quamuis pro exemplo. Mares, inquit, tantum stirpis Aaron comedet ex eo. Id est, coram illis tantum hominibus lucere studebit iustitiam suam, de quibus spes esse potest, quod viriliter proficiant imitatio. Et quia totus hic publicæ visionis optabilis fructus. [Omnis, inquit, qui tetigerit illa, sanctificabitur.] Id est, omnis qui imitatus fuerit opera tua bona, saluabitur.

*De oblatione Aaron & filiorum eius, quod puritas quæ in alijs quaeritur per consilium, à sacerdotibus exigatur.*

CAP. XXXI.

**H**æc est oblatio Aaron & filiorum eius, quam offerre debet dño in die vnctionis sue. Decimam partē ephi offeret simile in sacrificio sempiterno. Medium eius mane, & medium vesperæ: Quæ in sartagine oleo conspersa frigerur. Offeret eam calidam in odorem suauissimum coram domino, sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari. Holocaustū, id est, veri amoris sacrificium lecretum, in quo fidelis anima vacat ad contemplationem domini, cum

1. Corin. 7.

in cæteris hominibus quaeratur per consilium, tunc verò à sacerdotibus exigitur per præceptum. Verbi gratia: Vt laici qui habent uxores, tanquam non habentes sint, consilii est. Vt autem sacerdotes diuidantur in huiusmodi, nec lex, nec ratio permittit. Hæc, inquit, est oblatio Aaron, & filiorum eius in die vinctiois suæ. Quod dicit in die vinctiois suæ, id est, secundum propositum vel tenorem vocationis suæ. Nam ne putes hanc oblationem vno tantum die, quo & vinctio sunt, ab illis debere conferri, continuo subiungit: Decimam partem emphidicere in sacrificium sempiternum. Et significans totum vitæ tempus à sacerdotibus emphidicere debere orationi, & medium eius, inquit, mane, & medium vespere. Si omni mane, & omni vespere, ergo omnino tempore. Nam omne tempus mane & vespere, id est, diei & noctis variatur versatili vicissitudine. Et quia in memoria passionis Christi per charitatis compassionem, feruere debet sacerdotis pectus, in sartagine, inquit, oleo conspersa friget. Et quia nihil tepidè, nihil negligenter in tanto negotio gerendum est: offeret, inquit, illam calidam in odorem suauitatis domino sacerdos qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari, vt supra iam dictum est. Et quia indignum est, vt sacerdos reconciliatione indigeat, quis enim status, aut quæ dignitas sacerdotij, si se implicet actibus seculi, sicut sicut populus sic & sacerdos: omne, inquit, sacrificium sacerdotum igne consumatur, nec quisquam comedit ex eo, quod fieri non potest, nisi curis carnis totum se exuat, & abalienet cor suum ab hoc seculo, vt soli vacare, & solo possit frui deo.

*De lege hostiæ pro peccato, quæ comedenda sit in loco sancto, & quod vestis sanguine illius resperfa, lauanda sit in loco sancto.*

CAPVT XXXII.

Psalm. 79.

Hebr. 13.

**I**sta lex est hostiæ pro peccato. In loco vbi offertur holocaustum immolabitur coram domino. Sanctum sanctorum est, sacerdos qui offert, comedit eam in loco sancto, in atrio tabernaculi. Ordo supra scriptus paulisper hic in recolligendo permutatus est. Illic enim post holocaustum hostia pacificorum, & deinde hostia pro peccato disposita est: hic verò prius lex hostiæ pro peccato, & deinde lex hostiæ pacificorum. Et fortassis in superioribus idcirco legem hostiæ pro peccato distulit, quia de illa plura dicturus erat. Nam secundum præsentem ordinem, & Psalms holocaustum & pro peccato coniungit, holocaustum, inquit, & pro peccato non postulasti, Attamen (vt prædiximus) nostrum pro peccato sacrificium propriè fides est. Quæ est enim redemptio peccati, per quod mors introiit in hunc mundum, nisi credere quia dominus Iesus, vt sanctificaret per semetipsum populum, extra portam passus est: At verò superius tractauimus, testante Apostolo, quod hoc per illud significabatur, vt quorum animarum sanguis inferebatur in sancta per pontificem, eorum corpora cremabantur extra castra. Ergo fides spirituale pro peccato sacrificium est, quæ tempore quidem vel ordine graduum ascensionis nostræ prior, sed dignitate inter spem & charitatem media est. Illud sanè prætereundum non est, in his distinctionibus, cum dicitur: Ista est lex hostiæ pro peccato, ac deinceps, hæc quoque est lex hostiæ pro delicto, postmodum quoque vtriusque hostiæ lex vna erit: non, inquam, prætereundum, quod peccati atque delicti nonnulla distantia sit. Peccatum videlicet est, quippiam quod domini lege prohibetur, fecisse: delictum verò, quidlibet eorum quæ iubentur, neglexisse. Sed iam ipsa huius legis verba perstringamus. In loco, inquit, vbi offertur holocaustum, id est, in catholica ecclesia, extra quam non est habere vel accipere sancti spiritus incendium, immolabitur coram domino. Alioqui si aliàs, si in aliquo hæreticorum conuenticulo immoletur, non est hostia pro peccato, non est corpus quod traditum pro nobis, non est sanguis qui sufficit pro peccatis totius mundi. Sanctum sanctorum, inquit, id est, vltra cætera sancta, quæ in prædicto holocausti loco aguntur, hoc sanctum est. Sacerdos qui offert, comedit eam in loco sancto in atrio tabernaculi. Bene ergo ac legitime canonica censuit autoritas, vt nunquam sacerdos qui missas celebrat omittre audeat, quin ipse communicet. Porro locus sanctus, & atrium tabernaculi præiens ecclesia est: sanctus, inquam, locus & atrium tabernaculi, subauditur celestis. Hic nanque patriarcharum & prophetarum fides est, per quam, & de qua introitur in illud celeste templum dei. Econtra, immunda Iudæorum, vel hæreticorum sunt conuenticula, vbi (sicut iam dictum est) nec debet, nec potest mastari hæc hostia sancta. [Quicquid tetigerit carnes eius, sanctificabitur. De sanguine illius si vestis fuerit aspersa, lauabitur in loco sancto.] Hoc ita vt dicitur, iuxta litteram intelligitur vtiliter. Etenim quicquid tangit corpus domini, sine dubio sanctificatur, & religiosè ablutur, ita vt ne digitos quidem extremos ad communium rerum reducere tactum sacerdoti licitum sit, nisi prius diligenter abluerit. Vestis quoque si fuerit aspersa isto sanguine, hoc pro graui quidem offensione merito habetur: at ipsa vestis à deo sanctificata iure reputatur, vt non solum in sancto & ob omni communi visu remoto loco lauetur: verum ab eis, qui diligentiores sunt pro summis pignori-

De sententia

*De sententia prophetica qua dictum est: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui nunquid sanctificabitur.* CAP. XXXIII.

**H**vic sensui nequaquam illud contrarium videri debet, quod in Aggæo propheta, cum interro-  
gasset ex ore domini sacerdotes, dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate eius panem, aut puluerem, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum, nunquid sanctificabitur, responderunt, dicentes: Non. Nam ad id quod dixit, nunquid sanctificabitur, subaudiendum est, homo siue portando siue omnem cibum sumendo, qui tetigerit ex eo quod sanctum vel oblatum fuerit domino. Nam neque portando neque manducando, aut bibendo, quod sanctum aut sancto contractum est, sanctificari potest, sed è contrario magis contaminabitur, si sancta contingere præsumperit, cum ipse in anima pollutus sit. Nam continuo sequitur: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt: Contaminabitur. Itaque & nos alludentes, dicamus: Si signaculo crucis frontem aut pectus suum signauerit impius, nunquid hoc signo diabolus de illo effugabitur? Non vtiq; sed artius includetur, imò & ipsa eius anima nihilominus erit diaboli, iuxta scripturam dicentem: Cum Eccl. 22. maledicet impius diabolum, maledicet animam suam.

*De eo quod ait: Vas fictile, & cætera: & quod non fœmina, sed masculus vesci debeat carnibus eius, & quod pro peccato hostia non comedit, sed comburi debeat.*

CAPVT XXXIII.

**V**as autem fictile in quo cocta est, confringetur, quod si vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua: Omnis masculus de genere sacerdotali, vescetur carnibus eius, quia sanctum sanctorum est. Hostia enim quæ caditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij ad expiandum in sanctuario, non comeditur, sed comburetur igni. Vas, inquit, fictile confringetur, videlicet ne post sancta ad communes culine vsus reducatur. At verò æneum defricabitur & lauabitur, sine dubio quia grauiori quæ fictile dispendio confringeretur. Ceterum nos neque fictili, neque æneo, neque ligneo, sed tantum argenteo siue aureo vase, hostiam sacram conficimus.

Porro spiritualiter vas fictile, in quo cocta est hostia confringitur, id est, eius pro quo hæc singularis hostia coquitur, omnis terrenitas destruat, iuxta illud in psalmo quod cum dictum esset: Reges eos in virga ferrea, statim additum est, tanquam vas figuli confringes eos. Quod si vas æneum, id est, cor in bono proposito, vt amplius non peccet, fuerit solidatum, defricabitur, & lauabitur aqua, id est, quotidiana lauabitur poenitentia, vt amplius niteat. Et quia nemo mollis, aut fluxus huiusmodi hostiæ dignus est esse, omnis, inquit, masculus de genere sacerdotali, id est, omnis fortis, qui viriliter intrus resistendo, dignus est dici vel esse filius aut consanguineus magni sacerdotis Christi, vescetur carnibus eius. Quare? Quia sanctum sanctorum est. Idcirco nanque fœmina, id est, quæcunq; mollis vel immunda anima, isto cibo indigna est, quia sanctum sanctorum est. Sequitur: Hostia enim, quæ caditur pro peccato, cuius sanguis infertur in tabernaculum testimonij, ad expiandum in sanctuario, non comeditur, sed comburetur igni. Tanquam diceret: Quæ hæcenus dicta sunt de illa ditaxat hostia, pro peccato, scilicet quæ non solum ipsa caditur pro peccato, sed & sanguis eius infertur in tabernaculum testimonij, ad expiandum in sanctuario non comeditur, sed comburetur igni. Quare? Nempè vt spirituales prosequamur intelligentiam, quia species illa corporeæ visionis, in qua cæsa est pro peccatis nostris hostia viuientium Christus filius dei, cuius sanguis immo sanguinis causa semel illata est in illa celestia sancta, ante oculos dei patris, ad expianda & reprobanda delicta populi illa, inquam, species tunc quando cæsa est contemptibilis, non debuit comedi, sed comburi igni, id est, per spiritum sanctum, ex virtute resurrectionis, ab omni mortalitatis vel passibilitatis corruptione, ne illa videretur eximi & in cœlum leuari. [Hæc quoque est lex hostiæ pro delicto. Sanctum sanctorum est, & cætera.] Vt supra iam dictum est, delictum est iussa non fecisse, peccatum verò prohibita commisisse. Omnia quæ pro peccato, eadem & pro delicto faciendæ sunt. [Etenim vtriusque, inquit, hostiæ, lex vna erit.] Quia videlicet eodem sacramentorum Christi remedio indiget is, qui iussa non fecerit, quo & ille qui prohibita commiserit. Additur tamen hic, quod nondum fuerat dictum: quia [Sacerdos qui offert holocausti victimam habebit pellem ouis.] Hoc videlicet vt secundum litteram, ita & secundum spiritum æquum est. Qui enim conuerti fecerit hominem ab errore viæ suæ, & vsque ad reconciliationem sacri altaris perduxerit, dignum est, vt tanquam victor spolia eius accipiat, id est, cui sua spiritualia seminavit, eius carnalia metat. [Et omne sacrificium, inquit, simulacrum, quod coquitur in libano, & quicquid in craticula vel in sartagine præparatur, eius erit sacerdotis, à quo offertur.] Quia videlicet iustum est, apud dominum, vt quaecunq; opus bonum quis fecerit, siue in libano conugalibus, siue in craticula vidualibus, siue in sartagine virginalibus propositi, eius gloria sit, cuius instinctu vel commotione hoc egit. [Siue oleo conspersa oblatio, siue arida fuerit.] Id est, siue ex amore, siue ex timore opus bonum peractum sit. [Cunctis filiis Aaron æqua mensura per singulos diuidetur.] Hoc hæcenus ex lege, maxime in cornubijs obseruatur. Illic enim oēs filij Aaron, EE iij id est,

Aggæi.

Psalm.

1. Corin. 9.

A Ro. 2. 4.

id est, omnes quorum propositum vel officium est orare pro peccato secularium, quorum & elemosynas accipiunt, iuxta regulam Apostolicam, qua erant illis omnia communia, diuidebantur autem singulis prout unicuique opus erat.

*De lege hostiæ pacificorum, qualiter in ecclesia publicis stationibus celebretur.*

CAPVT XXXV.

CAP.VII.

**H**Aec est lex hostiæ pacificorum, quæ offertur domino, Si pro gratiarum actione fuerit oblatio, offerent panes absque fermento, conspersos oleo, & lagana azyma vncta oleo; coctamque simillam & collyridas olei admixtione conspersas, panes quoque fermentatos cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis, ex quibus vnus pro primitiis offeretur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. Cuius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque mane.] Hostiæ pacificorum, quales hodie in ecclesia Christi redolent, qualium istæ carnales vmbre fuerunt, spei insignia sunt, & pro omnimodis profectibus tam priuatis quam publicis stationibus actantur. Vnde discipulum cohortans Apostolus, obsecro, inquit, primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus, qui in sublimitate sunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus, cum omni pietate & castitate. Legis huius proprietates, qualiter priuatim obseruetur, superius dictum est, scilicet in homine qui secundum Apostolum dicit: Condelector legi de secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis, &c. Verum in hac legis eiusdem renouatione, plura addita sunt, de quibus nunc ita est differendum, vt communes quoque respiciamus hostias pacificorum, quæ (vt prædictum est) in ecclesia Christi publicis stationibus celebrari solitæ sunt. Si, inquit, pro gratiarum actione fuerit oblatio, & cetera. Et holocaustum quidè, quod totum intrinsecus cor diuini amoris igne coquitur, gratiarum actio rectè dicitur: sed aliud est internam gratiarum actionem coram diuinis oculis incendere, & secreto amore vel dolore ardere pro sola, quam desiderat mens, diuinitatis visione: aliud voces solennes, vel vota publica reddere pro bonis publicis præsentis quoque vitæ, verbi gratia, pro felici regum statu, sub quo vitam quietam agamus. Lagana, inquit, azyma vncta oleo, & collyridas olei admixtione conspersas. Laganum panis primum in aqua coctus, & postea in oleo frixus. Collyrida panis quadratus itidem cum oleo frixus. Et rectè panis offerendus oleo conspergitur, per quod legitur charitatis intellegitur, quia videlicet hilarem datorem diligit deus. Nec verò mouere debet, quod panes quoque fermentatos offerri iubet, cum supra dixerit: Omnis oblatio quæ offertur domino, absque fermento erit. Nam & illic subiunctum est: Primitias tantum eorum offeretis, & munera super altare non ponentur in odorem suauitatis: & hic non super altare poni, sed pro primitiis offerri satis exprimitur, cū dicitur: Ex quibus vnus pro primitiis offeretur domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem.

1. Timo. 2.

Roma. 7.

2. Corin. 9.

Qui sint tres dies, quorum in tertio carnibus hostiæ vesci licitum non est.

CAPVT XXXVI.

**C**Vius carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque mane. Si voto vel sponte quisquam hostiam obtulerit, eadem similiter edetur die. Sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est. Quicquid autem tertius inuenerit dies, ignis absumet.] Qui sunt tres dies, quorum in tertio carnibus hostiæ vesci licitum non est? Nempe tres status vitæ hominis, de quibus superius cum primum lex ista pacificorum deprompta est, diximus, videlicet, quia status extremus cum adhuc homo sine metu peccat, de quo Apostolus: Ego, inquit, viuebam sine lege aliquando: Mediocris, cū iam aduersus peccatū pugnat, de quo idè subsecutus, condelector, ait, legi dei secundum interiorem hominem, &c. Optimus & primus, cum tandem peccatum ipsum victor sub pedibus calcavit, de quo itidem cum dixisset: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? continuo libimet respondens, gratia, inquit, dei, per Iesum Christum. Eadem itaque die carnes comeduntur, cum eius oblationes à sacerdotibus recipiuntur, quem gratia dei iam liberauit per Iesum Christum, vt non ducatur in lege peccati captiuus. Altero die adhuc licitò comeduntur, cum eius oblationes recipiuntur, qui nondum quidem liberatus est, sed pugnandi spem præstat spectatoribus conscientie sue sacerdotibus, quorum & commendat se orationibus. Porro tertio die non comeduntur, quando eius oblationes non recipiuntur, qui sine lege viuunt, qui non repugnant vt liberentur. Imò fortè & in rebus pessimis gloriatur. Hoc nefarium est. [Ait ergo: Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti. Quin potius quæcunque anima tali se edulio contaminauit, præuaricationis rea erit.] Igitur munus quod ab impio suscipitur, non solum non proderit offerenti, sed & illum qui suscipit, constituit reum præuaricationis, Et rectè, nam & ille pertinaciter peccat, & iste peccata eius comedit. Proinde & adhuc ipsum quod dixerat, quicquid dies tertius inuenerit, ignis absumet, reperit, dicendo: [Caro quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni.] Nam iuxta sensum prædicti tertius dies, i. extremus peccatorum vitæ status, immundus est: hoc immundum tangit caro, cum à peccatore imponente ad sacerdotem adulantem proficitur oblatio. Non comedetur, inquit, sed comburetur igni. [Qui fuerit mundus vescetur ex ea.] Ergone postquam combusta fuerit igni, tunc demum qui mundus fuerit, vescetur ex ea? Hoc itaque iuxta literæ corticem stare non potest, sed iuxta interiori rem spiritus medullam certum est. Nam postquam carbonibus poenitentiae combusta fuerit oblatio peccatoris, id est, qui testimonium habet ex deo, quod non parcens, eosdem congefserit super carum eius, non quæ illius sunt quærendo, sed ipsum, hic planè vescetur fiducialiter quæ illius sunt. Potest tamen superioribus ita continuari, vt his quæ sequuntur interpositis, rectè dicat: qui fuerit mundus vescetur ex ea, subaudi hostia. Nam & sequitur: [Anima polluta quæ ederet de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, peribit de populis eius. Et qui tetigerit immunditiam hominis vel iumentum, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusmodi carnibus, interibit de populis suis.] Veram omnino ac sanctam legem hic spiritus sanctus præscribit sacerdotibus, imò non sacerdotibus, sed vacis pinguis, quilibet per prophetam loquitur: Audite verbum hoc vacce pingues, quæ estis in monte Samariæ, quæ calumniam facitis egenis, & cōstringitis pauperes, quæ dicitis dominis vestris, afferite & bibemus, &c. Anima, inquit, polluta, quæ ederet de carnibus hostiæ pacificorum. Quidnam est animam pollutam adere de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est domino, nisi sacerdotem quærentem quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, inhiare oblationibus peccatorum, vt offerantur quasi domino, cum potius prouideant ventri suo, deo suo: Cum enim sacerdotalis dignitas peccatori diuiti sese adulando submittit, atque ad pastillos eius hiando, linguam mouere obliuiscitur, & loqui, & annūciare illi peccatum suum, profectò anima eius polluta est, & quia quod recto ordine offerendum erat domino, peruersè præripuit, idcirco peribit de populis suis. Qui tetigerit, inquit, immunditiam hominis, imò iumentum in stercore suo putrescentis, siue omnis rei quæ polluere potest, scilicet omnis peccati, cuius tactus, id est, confectio, verè pollutio est, & comederit de huiusmodi carnibus, quisquis adulatur peccatori, quæ pro officio suo debuerat redarguere accipiti gladio, id est, verbo veritatis, iuxta illud: Verba sapientium quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi. Idcirco peribit de populis suis.

*Quid sit mysticè, adipem bouis, ouis, & capræ, non comedendum, & quid sit adipem morticini in vsus varios habere. CAP. XXXVII.*

**L**Oquere filiis Israel: Adipem bouis & ouis & capræ non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis, quod à bestia captum est, habebitis in vsus varios.] Perseuerat in sententia sacra lex contra sacerdotes voraces. Adipem, inquit, bouis & ouis & capræ non comedetis. Huius nempe verbi transgressoribus loquitur deus per prophetam: Quod crassum erat occidebatis, lac comedebatis, & lanis operiebamini, &c. Adipem quippe bouis, & ouis, & capræ comedere, est eorum, quorum quasi ex adipe prodijt iniquitas, peccata fouere, & ita propter commo- dum quasi pingues ceruices adulando palpare. Adipem, inquit, cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in vsus varios. Pulcherrimè ac sanctissimè dictū: Ecce sacerdos legitimus homini diuiti, altum sapienti, & speranti in incerto diuitiarum, proponit & ante oculos strenua prædicatione reducit aliquem, de grege Epicuri porcum impium, qui in vita sua cucurrerit aduersus deum, erecto collo, & pingui ceruice amarus fuerit, faciem eius operuerit crassitudo, & de lateribus eius aruina dependerit: in fine autem suo, magnis (vt sæpè factum est) apparentibus indicijs, quasi sterquilinum perditus sit, & diuitias quas deuorauit, euouerit, & de ventre eius extraxerit illas deus. Cum ita satagit fideliter, vt illius exemplo terreatur peccator diues, qui adhuc superest, quid aliud quam adipem cadaueris morticini, & eius animalis, quod à bestia captum est, scilicet diabolo, in vsus varios assumit: in cibum verò fumere refugit? Hac igitur similitudine interposita, adhuc interminando subiungit: [Si quis adipem qui offerri debet in incensum domini, comederit, peribit de populis suis.] Ac si dicat: Si quis vitia diuitis, adulando fouerit, quæ instruere debuit, vt per poenitentiam mactaret vel in cenderet semetipsum domino, peribit de sanctorum populo. [Sanguinem quoque omnis animalis non sumeris, ait, in cibo, tam de aibus, quæ de pecoribus. Omnis anima quæ ederet sanguinem peribit de populis suis.] Verba diuersa, sed sensus idem. Nam & per prophetam dicit deus: Si non annunciaueris impio iniquitatem suam, sanguinem eius de manu tua requiram: Ecce sacerdos, qui propter commodum, homini mortem ipsius tacuerit, iuxta prædicti prophætæ verba, dicitur: Viuificabant animas eorum, & violabant me ad populum meum propter pugillum olei, & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs, sanguinem pinguium comedit, & idcirco peribit de populis suis. Quid porro fieri oportet? Ait.

EE iij

Quid



solo vnctionis oleo, Aaron vero oleo simul & sanguine cōsecratus est, & Moyfi quidem oblata vulgari igne, Aaron vero sacrificia cœlesti flamma deuorata sunt. Sed iam anteq̃ horum myste-  
ria prosequamur, de ipso vnctionis oleo ( quia nunc vsq̃ distulimus ) breuiter aliquid dicendum  
est. Superius dominus ad Moysem locutus est, sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ ccccc.  
ficlos, & cinamomi medium, id est, c c l . ficlos, calami similiter c c l . calisæ quoq̃ c c c c . ficlos  
in pondere sanctuarij, oleum in oliuetis mensuram hin, facies vnctionis oleum, sanctum vnguen-  
tum, compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testa-  
menti, mensamque cum vasis suis. Notum omnibus est, quia oleum quo dominus noster dei  
filius vnctus est, vnde & Hebraicè Messias, Græcè Christus dicitur: oleum, inquam, spiritus san-  
ctus est, & huius olei signum siue materiale indicium fuit hoc, quo reges, sacerdotes, & prophete  
prius vngebantur. Cur autem illud verum exultationis oleum, non hic in lege per simplex ole-  
um significari placuit, sed quatuor speciebus, myrrha, cinamomo, calia, calamoque permixtis?  
Videlicet, quia non satis est cuiquam spiritum sanctum vrcunq̃, verbi gratia, in prophetiam ad  
facienda signa percepisse, nisi pariter habeat & quatuor virtutes optimas, quas mundana philo-  
sophia, iustitiam, prudentiam, temperantiam, atq̃ fortitudinem appellat, nostra autem theoria,  
fidem, spem, charitatem, & earum perseverantiam nuncupat. Igitur quatuor speciebus, myrrha,  
cinamomo, calia, & calamo, cum oleo permixtis, regale & sacerdotale preciosissimum confici-  
tur vnguentum, ex quo caro hominis non vngatur, & iuxta cuius compositionem, non fiat ali-  
ud tale quid: qui fecerit homo, exterminabitur, inquit, de populo suo, quia videlicet, ex prædi-  
ctis virtutibus, cum spiritu sancto gratia bona conficitur, qua carnalis homo nunquam fruatur,  
cuius ad imitationem secta vlla, vel secularis eloquentia nunquam extendatur, quod si atten-  
tauerit, sine dubio exterminabitur, ait dominus.

*Quid significet, quod tabernaculū prius quidē q̃; Aaron, sed sine sanguine vnctum  
est, & altare aspersum septies, & quid labrum aeneum.* CAP. III.

**T**abernaculum igitur (vt prædictum est) priusquam Aaron) oleo quidem vnctionis, sed si-  
ne sanguine vnctum est, quia profectò tabernaculū verum, quod est ecclesia, prius quidem  
in patriarhis, regibus, & prophetis ius spiritum sanctum accepit, q̃ vngeretur sanctus sanctorū  
pontifex magnus Iesus Christus dei filius, qui mysticè per Aaron intelligitur, sed hostiam nō ha-  
buit in veritate sacrificij, id est, cuius sanguine in remissionem peccatorum liniretur. [Cumque  
sanctificans (inquit) aspersisset altare septem vicibus, vnxit & illud & omnia eius vasa.] Sep-  
ties aspergendo vnxit, & hoc vtiq̃ faciendo, sanctū eundem spiritū septiformem esse significauit.  
[Labrum quoq̃ cum basi sua sanctificauit oleo.] De hoc labro ita superius scriptum est: Fecit &  
labrum aeneum, de speculis mulierum quæ excubabant in ostio tabernaculi. Sic enim locutus  
fuerat dominus, dicens: Facies & labrū aeneum cum basi sua ad lauandum, poneq̃q̃ illud in taber-  
naculum testimonij & altare. Et missa aqua lauabunt in ea Aaron & filij eius manus suas ac pe-  
des, quando ingressuri sunt testimonij tabernaculum, & quando accessuri ad altare, vt offerat in  
eo thymiana domino, ne forte moriantur. Legitimū sempiternum erit ipsi & semini eius per suc-  
cessionem. Significat autē hoc labrum, quod Moyfes iubente domino, fecit, hanc ipsam scripturā  
sanctam, quam idem ille deo inspirante scripsit. Nam specula mulierum, vnde labrum illud fa-  
ctum est, mysticè exempla sanctarum sunt animarum, de quibus hæc omnis scriptura condita  
est. Verbi gratia: Abraham, Isaac, & Iacob, & ipsius qui scripsit Moyfi, quæ videlicet animæ tan-  
quam mulieres pulchræ, deum amatorem suum quærentes, excubabant in ostio tabernaculi cœ-  
lestis, nondum aperti, quandiu sacerdos magnus Christus nondum inunctus fuit. Ad quid  
huiusmodi labrum Moyfes fecit? Ad lauandum (inquit) vt missa aqua, lauarent in eo Aaron  
& filij eius manus suas ac pedes, ingressuri testimonij tabernaculum. Hoc nempe expedit & opti-  
mum est, vt ingressuri cœleste tabernaculum sacerdotes, lauent manus suas ac pedes in illis san-  
ctarum animarum speculis, in fide scilicet & obedientia Abraham, in fide & patientia Isaac, in fi-  
de & lenitate Iacob, cæterorumq̃ virtutibus lymphidissimis. manus, inquam, suas ac pedes lauet,  
id est, per compunctionem ex illorum imitatione, operum simul & cogitationum, quæ tanquā  
pulis pedibus, ita sensibus mentis adherent, quotidiana peccata emundent. Non solum filij, sed  
Aaron, inquit, & filij eius lauabunt. Et hoc perspicuum est, quia primus & præ omnibus Aa-  
ron noster, mons fortitudinis, sacerdos vel pontifex magnus Christus lauit: sanctificauit enim  
semetipsum pro nobis. lauit, inquam, quia scripturas omnes impleuit: & cum mundas haberet  
manus & pedes, cuncta patienter ferendo, vt implerentur scripturæ, fordes omnium nostrū  
in semetipso emundauit.

*De mystica effusione olei super caput Aaron, & quid sit caput, quid barba, quid ora  
vestimenti, quò iuxta Psalmistam vnguentum descendit.* CAP. IIII.

**F**undens, inquit, oleum, super caput Aaron, vnxit eum, & cōsecrauit. Huius rei mysterium  
commēdans spiritus sanctus in Dauid, cum dixisset: Ecce q̃ bonum & q̃ iucundum habitare  
fratres

fratres in vnum, continuò subiunxit: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbā bar-  
bam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Non ergo longè, sed propè est in ore &  
corde nostro mysterium vnctionis huius. Bonitatis namq̃ & iucunditatis fratrum habitantium  
in vnum, signum fuisse illius vnguenti effusionem iste cecinit. Porro habitare fratres in vnū, quid  
est, nisi omnes vnus patris dei filios effectos, habere principē & saluatōrē vnum Christum, quo-  
modo multa corporis membra caput habent vnum, habendo scilicet concordiam per vnum  
diffusa in cordibus suis charitatis spiritum. Ita plane quod dicitur hoc est. Tale bonum talisque  
iucunditas est habitare fratres in vnum, qualem per illud rectè signari placuit, quod præsen-  
ti loco scriptum est, quia fundens oleum super caput Aaron, vnxit eum & cōsecrauit. Et vtiq̃  
quia benigna largitate sumum est, primū in barbā illius, & deinde in oram vestimenti eius descen-  
dit. Prædicta namq̃ bonitas, atq̃ iucunditas fratrum habitantium in vnum, oleum lætitiæ, id est,  
spiritus sanctus est. Quod videlicet vnguentum optimum, totum in illo capite, quod est Chri-  
stus, Caput quippe corporis ecclesiæ, ipse est, totum inquam in illo sumum est, cum omni pleni-  
tudine sua, in quo corporaliter omnis plenitudo diuinitatis inhabitat, non ex quo super illum in  
specie columbæ descendit, sed à prima conceptione, quæ ex sola constitit virtute, vel operatione  
spiritus sancti. De illo capite primū in barbā ipsius, ac deinde in oram vestimenti ipsius de-  
scendit, quia videlicet de plenitudine eiusdem spiritus sancti primū ab ipso perfusi sunt viri  
fortes apostoli, sic illi adherentes & proximi, vt barba capiti, ac deinde ecclesiæ, cuius fide & vir-  
tutibus ipse decoratur, ad modum alicuius qui precioso vestitu induitur, iuxta illud. Viuo ego,  
dicit dominus, quia omnibus his velut ornamento vestiēris. De filijs Aaron minoris gradus sa-  
cerdotibus, iam alibi dictum est: Sed & de oblationum differentijs, iuxta quas nunc Moyfes ob-  
tulisse narratur, supra tractatum est. Nunc illud superest dicere, cur nō solum oleo, sed & sangui-  
ne, sacerdotalis vnctio celebrata est.

*Quomodo in Aaron veteris sacerdotium in figura noui sacerdotij Christi,  
prius oleo, postea sanguine consecratum est.* Cap. V.

**C**um, inquit, immolasset Moyfes arietem secundum, in consecratione sacerdotum sumens  
de sanguine, tetigit extremum auriculæ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, similiter  
& pedis. Obrulit & filios Aaron. Cumq̃ de sanguine arietis immolari tetigisset, extremū auricu-  
læ dextræ, & pollicis manus ac pedis dextræ, reliquum fudit super altare per circuitum] Sacer-  
dorum veteris, noui figura, primū oleo, deinde ac sanguine consecratur, quia videlicet magnus  
cœlestis & veri tabernaculi pontifex, primū spiritu sancto, deinde suo quoq̃ sanguine sanctifi-  
catus est. De spiritus sanctificatione Psalmista dicit: Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem, pro-  
pterea vnxit te deus tuus oleo lætitiæ præ confortibus tuis. De sanguinis sui sanctificatione in  
Euangelista Iohanne continuò sanguinem fusurus dicit: Et pro eis sanctifico meipsum, vt sint &  
ipsi sanctificati in veritate. Item in Luca: Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor  
vsq̃ dum perficiatur. Quomodo ergo sanguine sacerdos consecratur? Sumens, inquit, de san-  
guine tetigit extremum auriculæ dextræ, & pollicis manus eius dextræ, similiter & pedis. Ta-  
ctus sanguinis in extremo auriculæ dextræ pontificis, acceptio est mandati, quod pater dedit,  
vel obedientiæ Christi filij dei, quemadmodum de illo Apostolus dicit. Christus factus est pro  
nobis obediens patri vsque ad mortem, mortem autem crucis. Et ipse de semetipso in prophe-  
ta dicit: Dominus deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij.  
Tactus sanguinis in extremo pollicis manus dextræ, deductio est voluntatis paternæ, ipso per  
Psalmistam dicente: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me.  
Tactus in extremo pollicis pedis dextræ, quo finis est corporis, consummatio est eiusdem obedi-  
entiæ, Psalmista in hoc dicente, vt intingat pes tuus in sanguine. Similiter & filij Aaron san-  
guine signantur, vt videlicet exemplo Christi, apostoli quoque obaudiant, operentur, siue legi-  
time pugnent, & perseuerent vsque in finem. Adipem verò & caudam, omnemq̃ pinguedinem  
quæ operit intestina, & cætera. quorum causas mysticas, quoniam eadem superius dictæ sunt,  
nunc repetere superfluum duximus. Nam quod septem, inquit, diebus finitur consecratio, quid  
significet, ex multis scripturarum locis certum est, quia videlicet septem diebus omne presentis  
seculi tempus voluitur, quod octaua, id est, futurę resurrectionis tempore clauditur, quæ in ma-  
gno pontifice Christo iam impleta, in nobis autem implenda non dubitatur, quicūque tanquā  
filij Aaron toto consecrationis tempore, pro octaua laboramus, de ostio tabernaculi totis se-  
ptem diebus, id est, de fide ecclesiæ Christi, toto isto tempore non exeuntes, & die ac nocte, id  
est, tam in prosperis quam in aduersis, custodias domini ne moriamur secundum propositū vel  
ordinem nostrum custodientes.

*Quomodo octaua consecrationis die, ignis egressus a domino consumpsit holo-  
caustum, in typum sancti spiritus.* CAP. VI.

Hoc igitur

**C A P. IX.** **H**oc igitur considerare superest, quod octava die dicente Moyses. [Iste est sermo quem praecepit dominus, facite & apparebit vobis gloria eius.] Et offerente Aaron holocaustum, ac deprecante pro se & pro populo secundum ritum supra memoratum, ecce, inquit, ignis egressus à domino, deuorauit holocaustum, & adipem qui erant super altare, cum de his quae obrulerat Moyses, nihil tale actum fuerit. Quidnam hoc sibi vult, nisi quia non per sacrificia legis, quae per Moysen figurabantur, sed per sacrificium Christi, cuius Aaron typus fuit, spiritus sanctus in remissionem peccatorum datus est nobis? Nam hinc est, quod dicit in psalmo: Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio. Veniens autem aliam hostiam quam in holocaustum vel pro peccato offerret non habuit, nisi semetipsum. Et descendit ignis super ipsum, ignis, inquam, de quo dixit, ignem veni mittere in terram, & deuorauit holocaustum, quia illa videlicet deuoratione sua, quam secundum Apostolum recte immutationem dicimus, quia profecto resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Hic ignis ille est, de quo supra dictum, Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutrit sacerdos, subijciens ligna mane per singulos dies. Nam quia verus iste ignis, qui & nunc in prima resurrectione animarum, peccata consumit, & post in secunda resurrectione, corporum quoque mortalitatem siue corruptionem deuorabit, nunquam deficere debet in altari, id est, in fide, per quam Christus habitat in cordibus nostris, idcirco in magno mysterio decretum est, ut ille ignis visibilis egressus à domino, qui holocaustum deuorauit, videntibus turbis, ac ruentibus in facies suas, & laudantibus dominum, nunquam deficeret, sed sacerdotum ligna subijciente semper arderet in altari. Vnde ordinatissima & mirabili prouidentia actum ita scriptura subiungit.

*Quid in Nadab & Abiu, qui offerentes ignem alienum domino, mortui sunt, mystice praefigetur.*

**C A P. X.** **A**rreptisque Nadab & Abiu filij Aaron turibus suis posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram domino ignem alienum, quod eis praeceptum non fuerat. Egressusque ignis à domino, deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Nadab spontaneus, Abiu pater meus est, vel pater ipse interpretatur. Significat autem populum Iudaicum, qui in ceremonijs carnalibus spontaneus, imò nimis est importunus, quippe qui dicente deo, nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Itemque illud in Esaia. Holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, haec inquam & his similia dicente deo econtra ingerit ea tanquam rogetur, tanquam haec ab eo postuler deus. Iacobus quoque dicit: pater meus est, vel pater ipse. Abraham, inquit, pater noster est, & nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus deum. Igitur ubi egressus ignis à domino, deuorauit holocausta, arreptis Nadab & Abiu turibus suis, posuerunt ignem, & incensum desuper offerentes coram domino ignem alienum, quod eis praeceptum non fuerat. Dum postquam verus ignis spiritus sanctus a domino egressus, id est, à patre procedens, holocaustum verum Christi filij dei acceptum esse ostendit, veniendo desuper, id est, super discipulos eius in linguis igneis, adhuc Iudaicus populus cultum alienum, & ceremonias odibiles deo, per prophetas reclamanti importunè nimis & moleste ingerit. Quid proinde? Egressus, ait, ignis à domino deuorauit eos, & mortui sunt coram domino. Nihil verius. Siquidem & duplici igne deuoratus est ille populus, quippe quorum & templum succensum est vigente Romano exercitu, & anima eorum in incendio concremantur. Vnde & deus in cantico Deuteronomij, cum dixisset: Ipsi me prouocauerunt in eo qui non erat deus, & in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt, & ego prouocabo eos in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo eos, continuo subiunxit, Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo & montium fundamenta comburet. [Hoc est inquit Moyses] quod locutus est dominus: Sanctificabor in his qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. Hoc autem dicens, tacuit Aaron. Iuxta literam non innuit Moyses, quod ab illo visibili experimento certum haberet, deum esse sanctum, & sanctitatis suae dignitatem semper esse defensurum, & vindicturum in eos, qui temerè, imparati, inuocati, vel iniussi, sine ordine, absque reuerentia, sacris praesumunt se ingerere vel immergere dei ministerijs. Et hoc, inquit, locutus est dominus, videlicet superius toto fumigante monte Synai, ubi & dixit: Sacerdotes quoque qui accedunt ad dominum, sanctificentur ne percutiam eos, &c. Porro iuxta allegoriam illud innuitur, quod poena Iudaici populi sciendum sit, ut deinceps in carne nemo audeat gloriari, sed in sola fide Iesu Christi. Hoc audiens tacet Aaron: tacet, inquam, magnus sacerdos Christus, qui quondam fleuit super miseram ciuitatem Hierusalem, pro humano affectu, magisque exercet rationabile diuinitatis consilium, quam sequatur carnis respectum in morte vel perditione suorum, secundum carnem proximi morum. [Vocatis autem Moyses Misael & Hellsaphan filijs Ozziel, patris Aaron, ait ad eos: Ite & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarij, & asportate extra castra] Misael tactus dei, siue quis interrogauit, Hellsaphan de specula, Ozziel fortitudo mea deus interpretatur. Significat autem legitimos

legitimos filios illius populi, pro parte electorum, qui veraciter dicere potuerunt, fortitudo mea deus. Verbi gratia: hunc ipsum Moysen, Esaia quoque & ceteros, qui secundum nomina Hellsaphan & Misael venturum dei filium de longè speculati sunt, & à deo tacti usque hodie dicunt, quis interrogauit, quis quae sunt haec de manibus vestris. Hoc enim, coibustis (ut supra dictum est) sacerdotibus, dicit in Esaia 1. Esaia, tactus dei, spiritus dei. Quis quae sunt haec de manibus vestris, ut ambularetis in atrijs meis? &c. Isti tollent fratres suos carnales Iudaeos de conspectu sanctuarij, & asportant extra castra. Acculant enim illos & condemnant, quemadmodum dominus dicit illis: Est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis. [Locutus est Moyses ad Aaron, & ad Eleazer, atque Ithamar filios eius: Castra vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, & super omnem coetum oriatur indignatio. Non praecipit quod naturae impossibile est, ut scilicet pater pro filiorum, & fratres pro fratrum morte non doleant, sed quod possibile est, ut videlicet dolorem cordis publico corporis gestu non exerceant. Hoc spiritualiter filij Aaron, id est, apostoli Christi legitime obseruauerunt. Nam licet doleant de ruina populi sui, ut verbi gratia, Paulus cum dicit: Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea, in spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo, operam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei, &c. Licet, inquam, dolent, non tamen capita sua nudant, nec vestimenta scindunt, id est, ministerium suum honorare non desinunt, sanctae scripturae veritatem integra fide, aduersus gentis suae perfidiam defendunt, & hoc modo fores tabernaculi non egrediuntur. Alioquin perissent. Vae enim (inquit idem Apostolus) mihi est, si non euangelizauero. Ait ergo: [Vos autem non egrediamini fores tabernaculi, Alioquin peribitis. Oleum quippe sanctae vntionis est super vos.] Oleum quippe sanctae vntionis est super illos, quae docet eos de omnibus, quomodo propter carnem vel gentem suam non debeant caput. i. mentem suam, fide & gratia Christi nudare, suum vestimentum. i. veritatis doctrinam scindere, fores tabernaculi egredi. i. ab ordine veri sacrificij cessare, per emulationem sacerdotum Iudaicis.

*Cur filij Aaron vinum & omne quod inebriare poterat, bibere non debeant quando intrant tabernaculum, & id quid sit iuxta sensum mysticum.*

**C A P. VIII.** **D**ixit quoque dominus ad Aaron: Vinum & omne quod inebriare potest non bibes tu & filij tui, quando intratis tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia praeceptum est sempiternum in generationes vestras, & vt habeatis scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, doceatque filios Israel omnia legitima mea, quae locutus est dominus ad eos per manum Moysi. Secundum literam manifestum sobrietatis praeceptum est, quia vniuersi apostatae faciunt, etiam sapientes. Fornicatio (inquit propheta) & vinum & ebrietas auferunt cor. Et Apostolus: Nolite, inquit, inebriari vino, in quo est luxuria. Vnde rectissime sancta censer Ecclesia, vt qui sacerdotes sunt, & veri sacrificij sanctuarij iugiter intrant, à coniugijs omnino abstineant, omnemque luxuriam fugiant, cum in hac lege, ubi carnes brutorum animalium sacrificabantur, eo tempore quo intrabunt in tabernaculum, non solum à luxuria, sed & à vino, in quo est luxuria, sacerdotes penitus abstinere debuerant. Porro vt coeptam profectumur allegoriam, spiritualiter hoc praecepit deus, & non homo, nam non Moyses, sed ipse dominus hoc locutus esse perhibetur, vt hoc tempore, quo praecurrente Christo, in verum ingredimur tabernaculum, nequaquam legis occidentis sequamur literam. Nam vinum quidem interdum significat spiritus sancti virtutem. Vt ibi: Et vinum lactificat cor hominis, verum tamen cum in comparatione melioris deprimitur, vt ibi: Quia meliora sunt vbera tua vino, austeritatem significat legis, qua sine dubio melior est lactea dulcedo Euangelij. Vt quid enim non est bibendum huiusmodi vinum? Vt habeatis, inquit, scientiam discernendi inter sanctum & profanum, inter pollutum & mundum, & cetera. Ergone idcirco non bibent vinum, vt discernere queant inter bouem & camelum, inter hircum & chirogrilum? Nam huiusmodi discretio, si simplicem sequaris literam, postmodum subscripta est. Igitur vt inter veram munditiam, veramque immunditiam sacerdotes legitimi discernere queant, idcirco vinum bibere, id est, austeritatem prohibentur sequi legis literam.

*De hircu oblato, quae cum quaereret Moyses, exustum repperit, de quo Aaron: quomodo, inquit, potui comedere mente lugubri, quod Iudaici sacrificij, quale nunc est, typus fuerit.*

**C A P. VII.** **L**ocutusque est Moyses ad Aaron & Eliazar atque Ithamar filios eius qui residui erant. Tollite sacrificium quod remansit ex oblatione domini, & comedite illud absque fermento, iuxta altare, quia sanctum sanctorum est. Haec de praecipis vel traditionibus idcirco nunc scripto iterantur, vt ad ea quae subiecta sunt, ordine perueniant. [Inter haec, hircum qui oblatum fuerat pro peccato, cum quaereret Moyses, exustum repperit. Iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato, in loco



Ioco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis, vt portetis iniquitatē multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu domini, præsertim cū de sanguine illius non sit illatum intra sancta. Et in isto non deest mysteriū, alioquin frustra videretur scriptū. Hircus namq; qui pro peccato oblatas ad eum sacerdoti non peruenit, qui & requisitus, non saltē cōbustus, vt holocaustū, sed exustus reperitur, sacrificium ludæorum est, quod ad ritū veri sacerdotis Christi non est admissum. Hinc irascit Moyses in typū videlicet illorum legis æmulatorū, qui (sicut in Actibus apost. legitur) cū Euāgelio Christi ceremonias legis misceri voluerūt. [Respondit Aaron: Oblata est hodie mihi vi-  
Acto. 15. ctima pro peccato, & holocaustū domino. Mihi autē accidit quod vides: Quomodo potui comedere eā, aut placere domino in ceremonijs mēte lugubri? Quod cū audisset Moyses, recepit satisfactiōnē.] In superficie historica patet, quod causa filiorū, qui pro sua præsumptione mortui fuerāt, edendi non solum voluptas, sed & voluntas patri exēpta est. Porro iuxta cōceptum spirituale sensum, causa reddita est, cur victimas Iudaicas magnus pōtifex Christus, & filij eius, scilicet apostoli oderunt: Oblata est, inquit, hodie victima pro peccato, & holocaustū domino. Ac si dicat ipse Christus loquens in apostolis suis, in hoc tēpore acceptabili, in isto die salutis oblatas sum ego, sicut prædixeram in Psalmo: Holocaustum & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio, Oblatus sum, inquam, quia volui, & oblatas tuli peccata mundi. Mihi autē accidit, vt filij mei, si Iij alieni, qui mentiri sunt mihi, & claudicauerunt à semitis suis, cum offerrent ignē alienum, nolentes ignē suscipere cœlestē & verum, scilicet spiritum sanctum. Quomodo ergo possum admittere ceremonias eorum, & non potius exurendum tradere templum & ciuitatem eorum, præsertim cum venerim facere non voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me, patris: Quo audito, Moyses recepit satisfactiōnem. Sic nempe qui ex Iudæis erant receperunt satisfactiōnem, loquente in Iacobo cæterisq; apostolis Christo, & iudicante, non inquietari debere eos, qui ex gentibus conuertebantur ad dominum. Proinde rectē continuo sequitur.

*Quid sit mysticè, quod post ignem datur, lex de comedendis animalibus datur,*

*Et quid sit vngulam diuidere & ruminare. CAP. X.*

**L**ocus est dominus ad Moysen & ad Aaron, dicens: Dicit filijs Israel, Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animalibus terræ. Omne quod habet diuisam vngulā & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autē ruminat quidem & habet vngulam, sed non diuidit eā, sicut camelus, non comedetis illud, & reliqua. Animalia de quibus deo cura est, homines sunt. Rectē, inq; continuo post ignem de cœlo datum, mortemq; filiorum Aaron, hæc de comedendis & non comedendis animalibus lex datur, nam & post sancti spiritus aduentum atque synagogæ interitū, de admittendis & non admittendis, siue reprobandis hominibus discretio sanctis apostolis imperatur. Vnde & Petro esurienti, ac volenti gustare, ostenditur in excessu mentis vas quoddam, velut linteam magnum, quatuor initijs de cœlo submitti in terrā, in quo erant omnia quadrupedia, & serpentina terræ, & volatilia cœli, & facta est vox ad eum: Surge Petre, occide & manduca. Air autem Petrus: Absit domine. Quia nunquam manducaui omne commune & immundum. Et vox iterum secundo ad eum: Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Quod illic in illa visione, hoc idem in ista sancta & spiritali lege, sub nominibus quadrupedum, serpentium, volatiliū, atque natiuitatis dignum est intelligere. Hæc, inquit, & hæc immunda vel polluta sunt vobis, subauditur, nisi deus illa sanctificauerit. Nam hæc animalia cum non sint homines (vt prædictum est) eiulmodi sunt, vt aspirante deo veterem immunditiæ mutare possint habitum. Proinde Petro (vt præmissimus) ita dictum est: Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Nunc immunditiæ causas secundum præsentem distinguamus differentias. Omne, inquit, quod habet diuisam vngulā & ruminat in pecoribus, comedetis. Vngulā habere diuisam, pariter & ruminare, est discretam sanctæ trinitatis habere intelligentiā, cuiusdēq; diligenter voce & opere retractare memoriā. Hoc, inquit, omne comedetis, quia videlicet quisquis talis est, in corpus vel communionem ecclesiæ fiducialiter admitti debet. Quicquid autem ruminat quidem & habet vngulam, sed non diuidit eam, non comedetis. Quasi ruminat quidē, sed vngulam non diuidit, quisquis recta videtur operari, sed peccat in fide, non rectē distinguens personas vnice trinitatis. Econtrario findit vngulam, sed nō ruminat, quisquis confitetur se nosse deum, factis autem negat. Horum, ait, cadauera non contingeris. Id est, mortuis operibus non consentietis. Quarta species longē inferius posita, scilicet animal quod nec diuidit vngulam nec ruminat, omnino priori contraria est, ac proinde multo magis immunda, eum significat hominem, qui nec intellectu nec operatione deum honorat.

*Quid sit pisces habere, quid aues quadrupedes esse, quid reptile.*

*CAP. XI.*

**H**æc sunt quæ gignuntur in aquis, & vesci licitum est. Omne quod habet pennulas & squamas tā in mari, quam in fluminibus & stagnis, comedetis. Quicquid autē pennulas & squamas

squamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis & execrandum erit. Quasi natiuita immunda, maxime Iudæi sunt, qui natant in fluentis scripturarū, sed pennulas non habent, dum solum sequuntur occidentem literam, & ad viuificatē spiritum nō subliunt. [Hæc sunt quæ de aibus non comedetis & vitanda sunt vobis, &c.] Quali aues immundæ, inanes gentium philosophi fuere, rectēq; aibus super quatuor pedes gradientibus comparantur, quicunq; ex his cum animo de cœlestibus, verbi gratia, sole, luna, stellis, & reliquis philosophantur, ventre autem vel corpore, per terram, lutumque vitiorum versantur. Reptilibus quoque, non incongruē simulantur, qui nullius vel apud homines bonæ aut honestæ professionis habentur, vtputa ganeones, histiones, malefici, scortatores. Secundum qualitatem vel proprietatem cuiuscunq; vitij, alij alij reptilibus siue immundis quibusque animantibus rectē comparantur, astipulantibus, non solum diuinarum, sed etiam humanarum literarum auctoribus. Nam hinc est quod socios Vlyssis, pueris mirantibus Circe filia Solis in varias formas vertisse letatur. [Hæc igitur, inquit, immunda sunt, & quicunq; morticina horū tetigerit, polluetur, & erit immundus vsq; ad vespertum.] Id est, vsq; ad perfectā penitentiam, quo videlicet dicto sæpius repetito spiritaliter omnis damnatur iniquitatis consensus. Nunc horū animantium, quæ hæc scriptura commemorat, nomina breuiter naturalitē perstringere libet.

*De animalium proprietatibus vel naturis, quæ lex nominatim immunda decernit haberi. CAP. XII.*

**C**itrogrillus bestia spinosa maior ericio. Struthio Græco nomine dicitur, quod animal in similitudinem auis pennas habere videtur, de terra tamē altius nō eleuatur. Noctua dicitur, eo qd nocte circumuolat, eadē & nocticorax auis lucifuga. Iarus ipse est gala, quæ solet semper super sedere aquis. Bubo, à sono vocis nomē habet, auis feralis, onusta plumis, & in cauernis cōmoras, Mergus ab assiduitate mergendi vocata, auis nigra, piscibus infesta. Ibis Nili fluminis auis, quæ ventris simū proprio rostro extrahit, hæc serpentium ouis libenter vescitur. Onocrotalon Græci vocant rostro lōgo, auis cygno similis, sed maior. Porphyrio auis purpurei coloris, vt nomen significare videtur: alij autē albam, similem cygno, alij pellicanū esse dicunt. Fulicæ similes magnitudine & colore cygnorum, duris & grandibus rostris & in scopulis littorum commorantes. Has Latini Diomedæas, Græci herodios vocant. Corcidrion auis alba tota, cuius interiora oculos castiginos curant. Vpupam Græci vocat, quod stercore humano confideat, & ferenti pascatur simo, auis spurcissima, cristis extantibus galeata, in sepulchris & stercorebus commorans. Attacus & opimacus ignotæ aues. Bruchus, locusta, quæ necdum volat. Locusta, quod pedibus sit longis velut hasta. Hanc Græci tam maritimamq; terrestrem astagon dicunt. Mustela Græcum est, id est, mus longa. Crocodilus animal quadrupes à croce, colore dictū, gignitur in Nilo. Migale ignota bestia, quam tamen similem chameleonti ferunt. Chameleon non habet colorem vnum, sed diuersa varietate est conspersus, vt Pardus. Corpusculū verò chameleontis ad colores quos videt facillima conuersione variatur. Stellio genus lacertæ de colore nomen inditū habens. Est enim tergore pictus lucentibus guttis in modum stellarum. Lacerta reptile genus vocatū, quod brachium habeat. Talpa terrestris animal sine oculis, terram semper fodiens, quam Græci aiffalā cam dicunt. Ad spirituale sensum sermo nunc redeat.

*Tangere, portare, comedere morticina eorum, lauare vestimenta,*

*Et cætera, quid sit mysticè. CAP. XIII.*

**Q**uicunq; morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vsque ad vespertum. Et si necesse fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit vestimenta sua & immundus erit vsq; ad occasum solis. Tria sunt quæ prohibentur, scilicet comedere, tangere atque portare quippiam immundum, quæ & hoc differunt, quod agere malum, consentire malo, & ad horum pro necessitate sustinere malum. Debet autem legitima esse necessitas, propter quam portandum sit immundum, videlicet vbi aut nullatenus corrigi, aut non nisi cum maioris rei detrimento potest auferri malum. Verbi gratia: Naaman Syrus cum diceret Helizeo propheta, hoc solum est de quo preceris dominum pro seruo tuo, quando ingreditur dominus meus templum Remmon vt adoraret, ex illo innitente super manum meam, si adorauero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo, super hac re: necesse illi fuerat, vt portaret immundum, vt sustineret malum, non quidē vt adoraret Remmon, sed vt adoraret in tēplo Remmon, vbi scilicet & in omni loco poterat adorare deū verū. Proinde continuo dicit ei propheta: Vade in pace. Attamen nō omnino illæsa est portantis consciētia, nec si de necessitate excusatione cōfidat, rectē dici potest securitas, sed magis temeritas. Lauabit ergo, inquit, vestimenta sua, id est, flebit pro ipsa necessitatis miseria, quod nonnullos fecisse fida relatio narrat. Et immundus erit vsque ad occasum solis, id est, in morte eius sperabit, qui occumbendo in mortem tulit peccata mundi. [Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsq; ad vespertum. Et super quod ceciderit quippiam de morticinis eorū, polluetur, Durum & graue seruitutis iugum,

F ij de quo

Matt. 15.

Coloss. 2.

1. Cor. 15.

Iacobi 1.

Matth. 9.

de quo verissime Petrus apostolus: quod neque nos, inquit, neque patres nostri portare potuimus. Vas fictile confringitur, omnis cibus & omne liquens in vase, ut immundum abijcitur, clibanus & chitropodes, quae sunt coquendi vasa fictilia cum tribus pedibus, destruantur. Fontes tamen & cisternae nequaquam immunditiae pro huiusmodi condemnantur, & sementis, nisi ante tactum morticini aqua perfusa fuerit, non polluetur. Ergo quoniam veritati credimus, dicenti: Non quod intrat in os coquinat hominem, illa potius (ut cepimus) per haec intelligamus, quae exierunt de homine, nam haec, inquit, sunt quae coquinant hominem, scilicet cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae, & ab istis omnia nostra custodiamus, ne contractu horum polluantur, adhibitis circa illos qui nobis commissi sunt, diligentissimis custodiis, ne illorum qui eiusmodi sunt, miseria vitentur, dicentes cum Apostolo: Ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis. Si vas fictile, id est, si necdum in bono proposito roboratus est is, quem talium frequentatione seu confabulatione delectari deprehendimus, frangatur, id est, seuerissime corripiatur, verberibus etiam coerceatur. Si clibanus, id est, si adolescentulus est, cuius aetatis status naturaliter tanquam clibanus ardet, si chitropodes, de quibus ante dictum est. Si, inquam, clibanus aut chitropodes sunt, pro qualitate morum destruantur, id est, verberibus aut nimis ieiunijs affligantur, ut in melius commutentur. Si in vase est quodcumque liquens, id est, si non seipso consilij compos sit, si alieno regitur consilio, sicut vas non innatam, sed aliunde insulam, sibi continet aquam, & hic talis cum immundo confabuletur, non credatur ei quod munda id faciat conscientia, cum dicat Apostolus: Corruptum bonos mores colloquia mala. Ceterum, si fontes aut cisternae vel quaevis aquarum collectiones sint, quorum alterum veram habet aquarum viuientium, alterum portabilem reddit imbrē de caelo suscepti, id est, si sapientes, si fuerint habentes desursum datum optimum & donum perfectum, quo possint mundum regere animum, & hi tales fuerint visi cum inquinatis & immundis habere colloquium, mundi erunt, id est, credetur eis, quod cum immundis agitent de munditia castitatis consilium. [Porrō si sementem, inquit, morticinum tetigerit, non polluet eam.] Id est, si is qui deo mortuus est, in eius colloquium venerit, qui sapientiae vel scientiae sermonem accepit, hi qui viderint, non statim iudicabunt. Verbi gratia, dicendo cum Phariseis: Quia hic peccatores recipit & manducat cum eis. Potest enim fieri, quia saepe factum est, ut ex huiusmodi semente munditiae morticinum immunditiae reflorescat, & vitalem habitum, pulchritudinemque resumat. Veruntamen si idem ille, qui sermone praepollent antehac in facto, quod saepe lubricus deprehensus est, non illi credendum est. Sequitur ergo: [Sin autem quispiam sementē perfuderit, & postea morticinis rasta fuerit, ilico polluetur.] Ac si dicat: Sin autē antehac heri & nudius tertius vel quā docuē spermiologum illum iusto quiscumque probro maculauit, & non habet bonum testimonium ab his qui foris sunt, & post hoc morticinis peccatorum se in colloquium miscuerit, non creditur illi, quod ad lucrandos illos aptus vel idoneus sit.

Quid sit mystice: Si mortuum fuerit animal, quod licet vobis edere, qui, & cetera. CAP. XIII.

1. Cor. 5.

2. Iohan. 7.

1. Corin. 4.

Acto. 10.

1. Petri. 1.

Si mortuum fuerit animal quod licet nobis comedere, qui cadaver eius tetigerit, immundus erit usque ad vespertinum. Huc planē illud respicit quod Apostolus dicit: Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sumere. Ac deinceps: Auferte malum ex vobis ipsis. Item alius: Nolite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. [Et qui comederit ex eo quippiam, siue porrauerit, lauabit vestimenta sua, & cetera.] ut supra: Et haec quidem fuimus, sed abluti sumus, sed sanctificati sumus, sed iustificati sumus in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Proinde licet iam nos ecclesia Christi tetigit, portauit, & sibi in se incorporauit, omnium deo clamante de caelo pro nobis. Quod deus purificauit, tu ne commune dixeris. Quare verò nec abominabilia nobis erunt, quae adhuc immunda sunt, & quare non contaminabimus animas nostras assumendo haec in cibum? Ait: [Ego enim sum dominus deus vester. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum.] Et iterum: [Ego enim sum dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, ut essem vobis in deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.] Si ergo legem sequimur regalem, non sumus configurati prioribus ignorantiae nostrae desiderijs, quibus in Aegypto seruebamus, vnde nos eduxit deus, quae profecto Petrus Apostolus sub istis immunditiae nominibus intellexerat, cum praemisso, non configurati prioribus ignorantiae vestrae desiderijs, sed secundum eum qui vocauit vos sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, sitarim de hoc loco sumptum licet intulit. Quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam sanctus sum dominus deus vester.

De muliere qua suscepto semine, conceperit: & de nostrae immunditiae causa communi, quod non sit distinctio Iudaei & Graeci. Cap. XV.

Locutus

Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Mulier si suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit vii. diebus, iuxta dies separationis menstruae, & die vii. circuncidetur infantulus. Ipsa verò manebit in sanguine purificationis suae. Nihil omnino lex domini immaculata gloriari patitur, quasi de sua munditia, ut omne os obstruat, & subditus fiat omnis mundus deo. Nam si nos gentes reptilia & serpentina immunda fuimus, quod ipsi non diffitemur, cum emendatori nostro gratias agamus: vnde hoc illis, ut munda fuerint pecora, qualibus veluti licitum fuerit: An non & ipsi de immundo semine fuere concepti, de immundo, inquam, semine, quod in primis hominibus serpens antiquus diabolus & satanas tetigit, & veneno suo polluit: Si non ita est, cur ista lex ita loquitur, quae omne quod loquitur, his qui in lege sunt loquitur: Nō est igitur distinctio Iudaei & Graeci. Omnes enim peccauerunt, imò (ut secundum praesentē literā loquar) omnes polluti fuerunt, & egebant emundatrice gratia dei. Nā & quantum la erat illa emendatio Iudaei circuncisi, & ad templum illud manufactum cum hostijs deportati, nisi venisset ipse & hostia & templum nō manufactū Christus filius dei, qui tollit peccata mundi: Si quidem Esaias dicit: Omnes iustitiae nostrae sicut panis menstruatae. Proinde fateamur, quia nos in munda reptilia fuimus, dumodo & illorum qui nobis insulrabat, omne os obstruatur, vbi de sua lectione panis menstruatae comparantur illorum iustitiae. Et scimus, quia illorum non credentium in Christum, menstrua nemo lauit: haec autem reptilia deus purificauit, & vngula bene diuisa, atque ore ruminante ornauit. Sed iam ipsa legis huius verba carpamus.

De eadem re, & cur signanter dixerit, suscepto semine, & de emundatione eius

quae masculum, & eius quae foeminam pepererit. CAP. XVI. Mulier inquit, si suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit vii. diebus, &c. Religiose sanctus prophetalis spiritus legem suam determinauit, dicendo: suscepto semine pepererit. Aliquam enim mulierem futuram praueidebat, quae paritura quidem, sed non suscepto semine puerum paritura erat. Alioquin frustra sic determinasset. Ergo legis necessitate vnica mulier, vna & sola Christi filij dei mater fuit liberrima, quae tamen eandem laudabiliter subijce legē humilitate spontanea. [Si, inquit, masculum pepererit, immunda erit vii. diebus.] Ac deinceps: [Sin autē foeminā pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus, iuxta ritum fluxus menstrui, & lxxvi. diebus erit in sanguine purificationis suae.] In litera manifesta, non praeterendum, ex partu foeminā parturientis maiorem esse poenam infirmitatis, vel immunditiae, quae ex profusione masculi. Et recte tā scripta, quae naturalis lex, foeminā plus quam masculū in hac ratione grauat, quia videlicet in accessu peccati, per quod mors intrauit in nunc mundū, reptili illi vasculo diaboli, vnde venenū immunditiae nostrae principium ille sibilauit, propior foemina sterit quam vir. Nā non per virum mulier, sed per mulierem vir mendacio diaboli pollutus est. Recte igitur in foemina & fluxus à natura, & ex lege purificationis duplicata est mora. Veruntamen in remedio gratiae purificantis, nulla est distantia. Ibi enim (inquit Apost.) non est masculus neque foemina. Vnde & in hac lege non alia pro filia quam pro filio datur hostia, scilicet agnus, simulque colūba siue turtur. Quae videlicet tunc rite offeruntur, quando is qui accedit & fideliter credit in passione agni incontaminati & immaculati Christi, & copatiendo ut coregnet, gemitū habet, vel gregatim ut colūba, vel solitariē sicut turtur. Colūba namque gregatim, turtur verò soliuagus gemere consuevit, & ob hoc ista publicos ecclesiae conuentus, iste orationū secretas lachrymas inlinuat. Gregatim ergo gemere est ut columba poenitentiam agere in publica ecclesia: solitariē verò gemere ut turtur, est occulta vel etiam ab hominibus remota diligere lamenta. [Quod si nō inuenerit manus eius, nec poterit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbae, &c.] Eius manus agnum nō inuenit, qui tantae capacitatis non est, ut capere possit mysteria veri agni Christi filij dei. Offerat ergo duos turtures vel duos columbae pullos, id est, contenta sit geminae charitatis executione. [Vnū in holocaustum, & alterum pro peccato.] Amor namque dei totus intrinsecus ardet, amor verò proximi foris pro opera misericordiae peccatum redimere studet.

De lege leprosi, quod deus pro mysterio huius rei curam habuerit.

CAPIT. XVII.

Locutus est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Homo in cuius carne & cute ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga lepra, adducetur ad Aarō sacerdotē, & ad vnquemlibet filiorū eius, &c. Manifesta quidem legis huius litera est. Sed quare haec talia dominus deus ad Moysen locutus est? Nunquid illi tā grandi curae fuit conspicerē lepra huic mani corporis, lepramque domesticis parietis? Quid enim praeter peccatum immundum est illi? Nunquid contra morbos corporis, & non potius contra vitia animorum deus iudex fortis gladiū suū vibrauit, arcū suū tetendit & parauit illū? Ergo quod de sacrificijs brutorū animalium, idem de lege lepra in hac parte sentiendum est. Nam sicut alio in loco cum testimonijs prophetis diximus, non idcirco eiusmodi sacrificia deus disposuit, quod carnes taurorum manducare, aut sanguinē hircorum potare haberet, sed quia ipse talibus Aegyptia consuetudine inhiabant, & inhi-

Roma. 7.

Tob. 14.

Roma. 7.

Esaiā 64.

Roma. 5.

Galat. 3.

CAP. XII.

Cur sacrificia brutorū istitura sint.

FF iii

& inhi-

& inhiberi non poterant filij Israel. Idcirco sic disposita sunt, vt veri sacrificij, quo defectatur deus, saltē vmbra vel figurā ordo illorū gereret. Ita planē non idcirco de lepra vitanda deus legē dat, quōd ipse corporum infirmitates abhorreat, sed quia sensus hominis quilibet sapientis, sensus, in quā exterior, id est, visus vel tactus, huiusmodi plagam penē naturaliter exhorrescit, nisi quem vera misericordiā, vel charitas non ficta ad cōpatiendum vel commiserescendū erudiuit. idcirco lepræ discutiendæ atq; vitandæ legē talem posuit, cuius vmbra vel figura spiritalis homo de spiritalibus debeat informari. Itaq; quia fieri potest, & sæpe factum est, vt in domo munditiæ, quæ est ecclesia dei, lepra immundissima, læpra hæretica nasceretur, rectē postq; de non admit- tendis immunditijs mysticē lex data est, datur etiam de illis eijciendis, in quibuscunq; post agni- tionem veritatis apostatica vel hæretica immunditia suborta esse deprehenditur.

De sacerdotis circa lepram dijudicandam diligentia, secundum Apostolum dicentem: Hæreticum hominem post primam & secundam ammonitionem deuita.

Tit. 3.

**A**It ergo. [Homo in cuius carne vel cute ortus fuerit diuersus color, & cæter.] Primū hęc ad Apostoli conuocemus imperium, dicentis: Hæreticum hominem post primam & secundā ammonitionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit cum sit pro prio iudicio condemnatus. Profecto licet in hac sancta, & iusta, & bona lege est, quando debeat homo considerari a sacerdote statim lepræ condemnari, & ad arbitrium eius separari, & est quando debeat semel & iterum includi, ac die septimo considerari: sic in sancta ecclesia est, quan- do debeat homo statim, vt à fide exorbitauerit, hæreticus nuntiari: & est, quando debeat p̄s am- monitionibus prius semel & iterum conueniri. Deniq; si is, qui ex aduerso fidei veritatē con- sistit, talis est, vt eum non per ignorantiam, sed per malitiā errare in hypocrysi, fictis verbis ne- goriari & loqui mendacium, nemini dubium sit, qualis erat iā Simon ille magus cum primū se apostolis ingessit, illic non debet sententia remorari, sed statim eijcienda & separata est lepra ne- quissima, ne corrumpantur cæteri. Ait ergo: [Cum viderit lepram in cute & pilos in album mu- ratos colorē, ipsamq; speciem lepræ humiliorem carne & cute reliqua, plaga lepræ est, & ad arbi- trium eius separabitur.] Et postmodū idem repetendo confirmat. [Plaga, inquit, lepræ si fuerit in homine, adducet ad sacerdotem & videbit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & capillo- rum mutauerit aspectum, ipsa quoq; caro viua apparuerit, lepra vetustissima iudicabitur, atque in- olita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, & non recludet, quia perspicua immunditia est.] Tunc etenim pilus in albu muratus est colorem, ipsa & species humilior est carne & cute re- liqua, quando id agitur sub aldedine & humilitate hypocriteos, quatenus in errorē mutant sim- plices fidei, quales Apost. præmunies, dicit: Nemo vos deducat veniēs in humilitate & religione angelorū quē nō vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & nō tenēs caput, ex quo tortū corpus connexū, & cōiunctione subministratū & constructū creuit in augmentum dei. Tunc, inq; capillorum mutato aspectu, caro quoq; viua apparet, quando id quod prædictū est, agitur scie- ter, aut defenditur pertinaciter, quod & contactu sancti peccare est. Nepe quasi mortuæ carnis est lepra ignorantis hominis dissonās à recta fide loquela, & hęc potest remitti: quasi viuæ autē car- nis lepra est hominis veritatē scientis blasphemā, & hęc nō remittetur, neq; in hoc seculo, neq; in futuro. Lepra, inquit, vetustissima iudicabitur, atque in olita cuti, contaminabit eum sacerdos, & nō recludet, quia perspicua immunditia est. Quod est dicere: Non adhibebit diligentiam, vt manifestū corrigat hæreticum, sed vitabit, & vitandum pronuntiabit eum, quia subuersus est, quia incorrigibilis est. [Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & considerabit die septimo. Et si quidem le- pra non vltra creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursus includet eum septem die- bus alijs, & die septimo contemplabitur. Si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, munda- bit eum, quia scabies est.] Sensus hic est: Si non per inanem gloriam in astutia vel hypocrysi blas- phemiam struere, sed per ignorantiam errare visus fuerit, seorsum instruetur, sensu veritatis à fi- delissimo dispensatore verbi, totis septem diebus, id est, in omnibus scripturis diuinitus inspira- tis. Et si quidem lepra vltra non creuerit, nec transierit priores terminos, id est, si non defendēdo errorē, reatum suū auxerit, quod facere solent omnes hæretici, quorum diabolus corda subuertit, rursus includet eum vij. diebus alijs, & die vij. considerabit, id est, iterū bona spe illum in omni- bus scripturis catholice veritatis cathecizabit, & benē confirmatum sanctæ matri ecclesie præ- sentabit, dicens, quia scabies fuit & non lepra, id est, ignorantia deliquit, non malitia. [Laua- bitq; homo vestimenta sua, & mundus erit.] Iuxta hunc sensum spiritalē in lauidis vestimētis discretio qualis esse debeat, ecclesiastica prudentia non ignorat. Nam qui ab hæretica lepra cor- rectus ad integritatem fidei reducitur, qualiscunq; illa extiterit, dū modo baptizatus fuerit in no- mine patris & filij & spiritus sancti, nō illi repetitur lauacrū carnis, sed tantū confessione data, spi- ritū accipit reconciliationis & remissionis peccatorū, qua sufficienter lauetur vestimēta, vt homo eiusmodi

Agor. 2.

Coloss. 2.

eiusmodi mundus sit. [Quia si postquam à sacerdote visus est, & redditus munditiæ, iterum lepra creuerit, adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur.] Et hoc æquum est. Nam si denuō abalienatus fuerit peccator à vultu, & errauerit ab vtero, & locutus fuerit falsa, quæ iam spes su- peresse poterit: Quomodo enim de ignorantia poterit excusari? Igitur & quemadmodum supra dictus Apostolus ait: Hæreticum hominem post primam & secundā ammonitionem deuita, vi- delicet eo quod inexcusabilis, imò & incorrigibilis sit: ita nūc lex immundum esse decernit eum, qui redditus munditiæ, iterum lepram contraxerit. Hoc planē fecit aliquis, cum fortē aliquo indi- gens negotio, vnde in catholica ecclesia posset ei subueniri, fidem rectam professus est, eo quod diceretur ei, non tibi subuenietur hic, nisi communicaueris: & rursus alio indigens, quo (verbi gra- tia) apud Arrianos posset ei subueniri, rursus catholicam deseruit, eo quod dicerent Arriani, non tibi subuenietur, nisi hic communicaueris, sicut palea leuiter omni vento circumferente, nunc ab area transuolat in sepem, nunc rursus à sepe refertur in aream. Igitur & iuxta hanc legem im- munditiæ condemnabitur, & iuxta Euangelicum Apostoli præceptum, quia subuersus est, deuitabitur.

Quid sit lepra mundissima teneri, & idcirco hominem mundissimum decerni, se- cundum Apostoli sententiam dicentis: Scripsi vobis in epistola, non commisceri fornicarijs.

**S**in autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem, à capite vsq; ad pe- des, quicquid sub aspectu oculorum cadit, considerabit eum sacerdos, & teneri lepra mun- dissima iudicabit, eo quod omnis in candorē versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando ve- rō caro viuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabi- tur. Huius loci mysterio legitime consonans Apostolus, dicit ad Corinthios: Scripsi vobis in epi- stola, ne commiscemini fornicarijs, non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idōlis seruientibus. Alioqui debueratis de hoc mundo exiisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri. Si is qui frater nominatur est fornicator, aut auarus, aut idōlis seruientis, aut maledi- cus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibū sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nunquid enim de his qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos qui foris sunt deus iudica- bit. Auferte malum ex vobis ipsis. Quid enim est, totum à capite vsque ad pedes lepra oper- um esse, nisi fornicarium aut auarū esse, & omnino tam professione, quam opere foris esse? Quid enim est carnem viuam aspergi lepra, nisi nominari fratrem & fornicatorem esse, cæterāq; facere opera, fraterno nomini repugnantia? Igitur efflorente ac discurrente lepra in cute, totam à capite vsq; ad pedes carnem operam esse, quicquid sub aspectu oculorum cadit, idq; consideratum à sa- cerdote, lepram quidem, sed mundissimam lepram iudicari, eo quod omnis in candorem versa sit, & idcirco hominē mundum decerni, id profectō est fornicatorijs huius mundi, auaris, rapaci- bus, idōlis seruientibus, licenter commisceri, nihilq; iudicare de illis, eo quod foris sint quos deus iudicabit. Eiusmodi homo mundus erit, inquit, id est, eiusmodi colloquium lege ecclesiastica non te contaminabit, & hoc modo lepra eius tibi mundissima erit. Nam & dominus noster talibus commixtus est, vnde & improprie dicitur illi, quod esset amicus peccatorum & publicanorum. Alioquin si tales vitandi erant, debueramus & nos & Apostoli de hoc mundo exiisse, imò & do- minus noster nunquam in hunc mundum venire. Econtrario carnem viuam apparere in le- pra, vel carnē viuam lepra aspergi, quod superiore modo longē diuersum vel dissimile est, & id circo immundum decerni, id planē est eum, qui nomen habet quod viuatur, qui frater nominatur & intus est, iudicari & cum eiusmodi nec cibum sumi, sed auferri malum ex vobismet ipsis. Quid si abundantiori tristitia frater absorptus fuerit? Nunquid omnino relinquatur, dum idcirco dum si abundantiori tristitia frater absorptus fuerit, imò & anteq; penitus ab sorbeat, intuebitur eū sacerdos, scilicet is qui infirmarū curam se nouit accepisse animarū, & nō super sanas tyrannidem, & proinde sacerdos legitimus est. Intuebitur, inquam, eū pio intuitu, & confirmabit in illū charitatem, mundū eum esse decernens, videlicet, vt eū qui se illi in colloquio sociauerit, non iudicet æquale debere fortiri ex cōmunicationis vindictā, sed potius inmittat la- pientes, qui quasi occulte consolentur fratrem fluctuantem.

De lepra eius, cui vlcus innatum est, vt eius quem ignis exussit, id est, mysticē, de di- stantia hæresarchæ & hæretici.

**C**aro & cutis, in qua vlcus natum est, & sanatum, & in loco vlceris cicatrix apparuerit alba, siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotē. Itē: Caro & cutis quæ ignis exussit, & sanata, albam siue subrufam habuerit cicatricē, considerabit eam sacerdos. Et ecce versa est in alborem, & locus

Psal. 57.

Tit. 3.

1. Corin. 5.

1. Corin. 5.

Matth. 22.

2. Corin. 1.

1. Corin. 5.

1. Corin. 2.

Quomodo differit hærefiarca & hereticus.

& locus eius reliqua cute humilior, cõtraminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Ha- ctenus indistincte de lepra qualiscunque hærefis sancta & mystica lex locuta est: nunc distincte lo- quitur, primum de lepra hærefiarca, id est, eius à quo hærefis orta est, & eius qui non proprio vi- tio, sed alieno inductus hæretica tabe pollutus est. Denique quod vlcus innatum, & combustio proprijs causis differunt hoc reatus hærefiarca, & eius qui ab illo seducete in anima combustus est, differt. Nam ille proprio vitio vlceratus, mortiferum virus concepit, iste imprudens forte, dum diuini hæretico adulando quodammodo ad prunas diffenditur, & calefiscit crepitantis fornacu- læ scintillis euolantibus, in crure adustus est. Vtriusque lex eadem est. Parum quippe differt in cri- mine decipere, & decipi posse. [Cum, inquit, viderit sacerdos locum lepræ humiliorem carne re- liqua, & pilos verfos in candorem, contaminabit eum. Plaga enim lepræ orta est in vlcere, &c.] Quæ videlicet lex, quia supra dicta est, iam cætera prosequamur. Hoc tamen non prætereun- dum, quia tunc in carne vel cute iam sanato vlcere quod innatum fuerat, plaga lepræ orta est, quando homo vitiosus magnarum opum, magni & ardentis ingenij, de proprio vitio correptus ab ecclesia, deterior factus est, & vnus (verbi gratia) carnalis vitijs quasi vlcere sanato vel cõstri- cto, in hærefim lapsus est, fecit schismata, turbauitq; catholicam pacem, propria inflammatus ira- cundia. Talis Nicolaus de actibus Apostolorum, VII. diaconus de zelo pulcherrimæ coniugis in- creparus, respondisse fertur, vt quicumq; veller, acciperet eam vxorẽ, & ob hoc infidèles docuisse, q; Apostoli promiscua cunctis, communiq; consortia fornicarum permitterent.

Acto. 6.

De leproso capitis vel barbæ, & cautè discernendum esse, vtrum lepra an scabies, siue caluitium sit.

CAP. XXI.

Vir siue mulier, in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. Et si quidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus stauus solitiorque subtilior, conta- minabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est: Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & cætera, vt supra. Et ex hoc loco cognoscere licet, quoniam non temerè de consuetudi- ne cuiusquam, præsertim quæ bono possit animo fieri, iudicium proferri debeat. Tunc etenim in capite vel barba, quæ videlicet pars corporis non absconditur, nec adeo veste contegitur, lepra germinauit, aut germinasse putatur, quando talem quis consuetudinem in publico ecclesiæ te- ner, quæ causam infidelitatis habet, vel habere creditur. De huiusmodi, inquam, non temerè iudi- candum est. Potest enim euenire, vt quod tinea vel lepra capitis esse putatur, eo quod capilli fluant, scabies aut caluitium sit, id est, vt quod à fideli vel sana doctrina abhorre dicitur, bono proposito & munda conscientia teneatur, vt (verbi gratia) cum quis virginitati impenius fa- uet, & exinde opinio nata est, quod coniugia damnet: vel cum fratri carnem intemperantius manducanti detrahit, & exinde occasio se præbuit, quod contra Apostolum bonam dei crea- turam reijciendam esse, docere velit. Adducetur, inquit, ad sacerdotem, & res eodem ordine quo iam supra dictum est, diligenter examinabitur, atque rei veritate comperta, si lepra est, immun- dus homo adiudicabitur: si scabies, lotis prius vestibus, mandabitur: si caluitium, absque vlla in- terpositione erit mundus.

2. Timo. 4.

De leproso separato, quid sit habere vestimenta disjuncta, caput nudum, os veste con- tactum, cõtraminatum se clamare ac sordidum.

CAP. XXII.

Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus ad arbitrium sacerdotis, habebit vesti- menta disjuncta, caput nudum, os veste contactum, cõtraminatum ac sordidum se procla- mabit. Omni tempore quo leprosus est & immundus, solus habitabit extra castra. Durus & for- tis hic occidētis literæ baculus est, maiori confusione vel ignominia miseri corporis morbos ana- thematizans, q; ipsa, quæ deus odit, adulteria. Cæterum, quod viuificans spiritus in isto loco dicit ecclesijs, iustum valde & rationabile est. Qui enim hæretica est lepra maculatus, reuera notandus, quia profecto deuitandus est. Habebit ergo, inquit, vestimenta disjuncta. Planè hæreticus vestimenta habet disjuncta, nam hoc ipso quod hæreticus est, illud sibi scidit Christi vestimentum, cuius in rypum milites tunicam eiusdẽ Christi domini scindere noluerunt: vnde & schismaticus dicitur & est, quia videlicet vnitatem fidei vel vnicam scripturarum veritatem scindendo, ipse disjunctus & concilius est. Habet & caput nudum, perdidit enim coronam spei domini, imò & ipsum perdidit caput, cuius membra sumus: caput, inquam, ecclesiæ Christum, ex quo totum corpus per nexum & coniun- ctione subministratum est, & crescit in augmentum dei, & assumpsit sibi caput inimicorum dia- bolum, caput vlcerosum, caput leprosum. Habet & os veste contactum, id est, spiritu fictionis ob- turatum, bilingue, & dolosum. Veste, inquam, cõtractum. Summopere nanq; cauere, ne ab illis, qui patulum habent discretionis nasum, fetore suo deprehendantur os vel guttur malignum, de quo alibi scriptum est: Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum aspersionum sub labijs eorum. Nec frustra. Nam contaminatum, inquit, ac sordidum se clamabit. Dum enim susurrare se purat hæreticus, clamat: dum sibilare lingua viperea se existimat, iatra- tus eius omnem auritum hominem exurdat. Cum, inquam, in cubiculo suo regi deo detrahit, aus

Iohan. 19.

Coloff. 2.

Psal. 17.

Eccle. 10.

aus cœli audit & nuntiat, & fit pavor & admiratio in tota Christi domo, quæ est ecclesia. Igitur quicquid loquitur hæreticus, clamor est, & turbam cõcit. Quid ergo? Omni, inquit, tempore quo leprosus & immundus est, solus habitabit extra castra. Non ergo quisquam hæretico, quæ viuem- tem catholice ecclesiæ castra non recipiunt, mortuo veniam promittat. Nam lepra vel immun- ditia hæretica, quæ in hac vita per poenitentiam nõ mundatur, post hanc vitam non est vnde cure- tur. Quodcunque potest manus tua, dicit Ecclesiastes, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec sciencia sunt apud inferos, quo tu properas. Omni igitur tempore, id est, in secula seculorũ, sine termino, sine fine erit extra castra sempiternæ ecclesiæ, solus, quamuis in perditorũ multitudinem, solus, inquam, & solitarius, quia à deo derelictus, desertor ac desertus, pollutor & im- mundus, qui hoc tempore dum viuuit, non fuerit spiritu reconciliationis emendatus.

Eccle. 9.

De lepra vestium, & quod leprosa vestis sit comburenda, id est, scriptura hæreti- capenitus auferenda.

CAP. XXIII.

Vestis lanea siue linea quæ lepram habuerit in stamine siue subregmine, aut certe pellis, vel quæ quid ex pelle confectum est, si alba vel rufa macula fuerit infecta, reputabitur lepra, ostendeturq; sacerdoti. Qui consideratam recludet septem diebus, & die septimo rursus aspiciens, si cre- uisse deprehenderit, lepra perseverans est, pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fue- rit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Vestis lanea siue linea aut cerra pellicea, vestis, in- quam, qualibet leprosa peruersa est hæretici scriptura, arte textra vel confuta siue grossiori, vt la- nea, siue subtiliori eloquio, vt linea, siue de Platone, cæterisq; philosophis deo mortuis, sumpta, vt vestis pellicea, de mortuis vtiq; animalibus contracta. Itaq; si macula habuerit albam vel ru- fam, id est, si quippiam discrepauerit, ab vniuersitate scripturarum, siue humili, siue grandiloquo sermone, lepra scilicet hæretica perfidia reputabitur ab eo, qui legerit vel audierit, ostendeturq; sacerdoti, viro videlicet verum scripturarum sensum, atque iudicium habenti, cui qui non ostendit, tanquam pro consensu damnabilis erit. Qui consideratam recludet septem diebus, id est, non temerarium proferet iudicium, sed conferet cum omni autoritate scripturarum, & si lepram creuisse, id est, si verè hærefim esse deprehenderit, comburetur flammis. Nullo enim modo melius aut citius hæretica scriptura de memoria perit. Comburetur itaq; leprosa vestis, scilicet parua scri- ptura flammis visibilibus, nam leprosus scriptor insanabilis, scilicet hæreticus impenitens, cre- mabitur flammis, inextinguibilibus flammis æternis, flammis geennalibus. Quo contra vestis illa, quam operata est mulier sapiens, quæsiuit enim lanam & linum, & operata est consilio ma- num suarum, vestiet virum illius nobilem, dabiturq; ei de fructu manuum suarum, & laudabit eam in portis opera eius. [Quod si eam viderit non creuisse,] id est, putauerit hærefim non esse, & id quod prauum sonat, non sensu accipi posse. [Præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est,] id est, prædicabit vel exponet coram omnibus illum verbi sensum, qui sanus vel utilis est. [Et cum viderit faciem pristinam non reuertam,] id est, nihil prodelle lectoribus siue auditoribus, sa- nam interpretationem suam, igne comburet, vt prædictum est. [Sin autem obscurior fuerit lo- cus lepræ postquam vestis est loca,] abrumpet eum, & à solido diuidet, id est, si cum in vno ca- pitulo error sit aut hærefis, multa fidelia siue vtilia sunt in toto corpore voluminis, dempto vi- tio, cætera referuabit, quod facere nonnulli conati sunt de libris Origenis. [Quod si vltra appa- ruerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga est,] id est, si vltra de illis quoq; scriptorum locis, quæ prius videbantur innoxia, dissentiones ortæ & facta fuerint scanda- la, debent igne comburi, videlicet, eo quod plus simplicibus obliunt, quam prosint sapientibus & discretis, cum sufficiant scripta probatæ fidei. [Si cessauerit,] id est, si dissensio vel turbatio legen- tium ratione sedari potuerit, [Lauabis ea quæ pura sunt secundo,] id est, defender vel cõmenda- bit ea quæ catholica sunt iterato testimonio, [et munda erunt,] authentica permanebunt.

Prover. 31.

De emundatione leprosi, id est, hæretici, & quod mundare mundatum hoc sit reconci- liare correctum, & quid sit duos offerre passeres.

CAP. XXXIII.

Locutus est dominus ad Moysen, dicens: Hic est ritus leprosi. Quando mundandus est, ad- ducetur ad sacerdotem. Qui egressus è castris cum inuenit lepram esse mundatam, præ- cipiet ei qui purificabitur, vt offerat pro se duos passeres viuos, quos vici licitum est, & lignum cedri- num, vermiculumq; & hyssopum, & vnum è passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes. Alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco, & hyssopo tinget in sanguine passe- ris immolati, quo asperget illum qui mundandus est septies, vt iure purgetur. Verè bona & san- cta lex, si quis ea legitime vtatur, verè splendida Moyfi facies, si quis eam amoto velamine in- tueretur. Vidimus, intelleximus, qualiter efficiat leprosum, id est, hæreticum, eo q; leprosus sit, nunc videamus qualiter munder, id est, reconciliet illum, vbi mundatus, vbi in catholica fide fuerit correctus. Hoc enim est mundare mundatum, scilicet reconciliare correctum. Vt offerat, inquit, pro se duos passeres. Passer Christum significat, hoc loco qui & in Psalmo loquitur: Vigilauit, & factus

Cap. xiii.

Roma. 7. 2. Corin. 3.

Psal. 101. & factus

Roma. 6.

& factus sum sicut passer solitarius in tecto, id est, resurrexi & ascendi in caelum, separatus ab hominibus, ad modum passeris solitarii in tecto, separati ab alijs auibus, & quiescentis in loco suo. Sed duo passeris offerendi sunt, & vnum, inquit, e passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem tinget viuum in sanguine passeris immolari, &c. Cur hoc, nisi quia oportet eum, qui reconciliatur ecclesiae, confiteri Christum, quia crucifixus & mortuus est ex infirmitate nostra, & viuuit nunc ex virtute dei: Nam in umbra quidem vel figura ista duo passeris offeruntur, sed in veritate essentiae vnus est Christus: vnus, inquam, idemque vna geminae persona substantiae ex altero crucifixus, vt praedictum est, ex altero iam viuus, ex quo etiam iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Igitur oblati duobus passeribus quos vesici licitum est, vtraque enim iam dicta credere oportet, vnus immolatur, & ex alio viuo cum sanguine immolatus, septies aspergitur, quia videlicet immolatus est Christus, idemque redituus septiformem dedit spiritum, sine quo nullus rite aspergitur, vt peccatorum remissione mundetur. Hoc in sacramentis ecclesiae mirabiliter (quod fidelibus notum est) celebratur. Immolatur passer in vase fictili, id est, recitatur fides eius, quae ex infirmitate nostra exitit passionis Christi. Et hoc super aquas viuentes, id est, secundum scripturas veritatem vitae continentis. Illic est lignum cedrinum, vermicululq; & hyssopus. Lignum cedrinum impubibile, spem significat resurrectionis & incorruptionis futurae: vermiculus, charitatem: hyssopus herba humilis, qua tumor pulmonis deponitur, ipsam fidem, qua corda nostra purificantur. Sine istis reconciliatio non fit. Immolato itaque passere vno, alius viuus in sanguine eius tingitur, qui mundandus est aspergatur, vt rite mundetur, quia videlicet vnus idemque Christus mirabiliter & hic in sacramento suo quotidie immolatur, & in caelo viuuit non moriturus. Hac fide recepta qui haereticus fuerit, septies resperus, id est, sancto septiformi spiritu, qui in sola catholica ecclesia datur, innouatus, dimitte passerem viuum in agrum vt auolet, confitendo, scilicet quia Christus (vt praedictum est) nunquam moriturus in aeternum manet.

*De mystica obseruatione leprosi qui mundatus est, deque ceremonijs suis & oblationibus.*

CAP. XV.

Psal. 6.

Cumque lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua. Purificatusque ingredietur castra, ita dumtaxat vt maneat extra tabernaculum septem diebus, & die septimo radet capillos capitis, barbamque & supercilia ac totius corporis pilos, & lotis rursum vestibus & corpore, die octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similiae in sacrificijs quae conspersa sunt oleo, & seorsum olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominem stauerit eum, & haec omnia coram domino in ostio tabernaculi testimonij: toller agnum & offeret eum pro delicto, oleique sextarium, &c. Cumque, inquit, lauerit homo vestimenta sua, eo videlicet lauacro, de quo propheta in psalmo: Lauabo, inquit, per linguas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo: radet omnes pilos corporis sui, id est, omnes a se superstitiones haereticas amputabit, & lauabitur aqua, id est, sacra informabitur doctrina, purificatusque scilicet hoc modo ingredietur castra: iam enim extunc in catholica reputabitur ecclesia, ita dumtaxat, vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus, videlicet ne rudis adhuc si contubernaliu haereticorum malis colloquijs misceatur, iterum rediuiua illorum lepra corrumpatur. Maneat, inquam, extra tabernaculum suum septem diebus, id est, donec in eo perfecte Christus formetur, cui est iterum pariente gratia natus. Et ei hoc contrarium non est, quod sacerdotibus supra in consecratione ipsorum, praecipuum est: De ostio quoque tabernaculi, non exhibitis septem diebus. Sacerdotibus namque tabernaculum catholica est ecclesia. Leproso autem huic tabernaculum suum haereticorum conuenticulum erat. Et die, inquit, septimo, radet capillos capitis, barbamque & supercilia ac totius corporis pilos. Haec namque perfectio est reformationis in eo qui barbatus & veterinosus haereticus fuerat, si ex toto ad infantiam innocentiae redeat, si depolita philosophia & inani fallacia, quae est secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum spiritum, in illo qui caput est corporis ecclesiae, tota expoliatione corporis carnis reflorescat, quod est capillos capitis, id est, sensus pristinos cordis, barbamque virilem, ac superbie supercilia, cum totius corporis pilis radere, vt totus homo nouus incedat. Et lotis rursum vestibus & corpore. iterum atque iterum data confessione, die octauo sumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similiae, &c. Hoc leprosi oblatio, a sacerdotum supradictis oblationibus differt, quod illic vitulum, hircum, atque agnum sumi iubet lex, & azymorum de canistro exprimitur eadem quantitas: hic autem duos, inquit, agnos assumet, & ouem anniculam, & tres similiae decimas. Plane ab hoc haeretico qui ab huiusmodi lepra mundatus est, exigi debet, vt totius vanae philosophiae rasis supercilijs, simplicitatem fidei sapiat, & ita cum duobus agnis immaculatis, ouem anniculam, id est, in duobus testamentis vniam simpliciter profiteatur fidem catholicam. Nam a sacerdote, id est, ab eo qui nunquam aberrauit a fide, non tanta solertia requiritur vel exigitur, vt sit contentus simplici fide, quippe qui nemine sollicitum reddidit,

Coloss. 3.

reddidit, quod vnquam humana deum voluerit ratione comprehendere. Igitur & tres, inquit, decimas similiae assumet in sacrificium. Tribus decimis assumptis, VII. decimae residuae sunt. Assumet ergo tres similiae decimas, id est, tres confitebitur pura mente, & publica voce vnicae deitatis personas, vt quas non habebat VII. decimas, scilicet sanctum septiformem spiritum in catholica matre ecclesia recipi. Sed non satis est, sanctam confiteri trinitatem in conspectu ecclesiae, nisi praeeunte dilectionis auctoritate, & erga deum & proximum fideliter operante. Consperfa, inquit, similia sit oleo, & seorsum habeat olei sextarium, quia videlicet & intus coram domino conspergitur charitatis oleum, & foris erga proximum lex opera misericordiae sunt, scilicet, esurienti cibum, sitienti dare potum, colligere hospitem, cooperire nudum, visitare infirmum, venire ad eum qui in carcere est. Caetera praeterimus, quia fere sunt eadem quae superius in consecratione sacerdotum, imò in exordio voluminis huius pro posse tractauimus. Nec mirum, quod eodem ritu & sacerdotes consecrantur, & qui leprosus fuerat emundatur, quia videlicet in reconciliatione haeretici, cuncta sunt agenda mysteria Christianae fidei, per quae deo nostro regnum & sacerdotes sumus effecti, excepto quod non illi repetitur lauacrum carnis, si veniat ab haereticis quamlibet peruersis, baptizantibus tamen in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. [Quod si pauper est, & non potest manus eius inuenire quae dicta sunt, & caetera.] Pauper ille est, qui pro paruitate scientiae non penetrat profunda scripturarum, quae duobus testamentis determinatae sunt. [Sumet ergo (inquit) pro peccato agnum] Id est, pro correctione pestis haereticae, apprehendet apostolicae fidei symbolum. [Decimamque partem similiae consperfae oleo, & olei sextarium.] Id est, fide vniam absque subtili discussione, trium personarum, ita dumtaxat, vt dilectionem habeat erga deum & proximum, iuxta sensum supra dictum. [Duos quoque turtures (ait) siue duos pullos columbae, quorum sit vnus pro peccato, & alter in holocaustum.] Videlicet duplicem habendo gemitum, vel quia dixit & fecit quae catholicae puritatis non sunt, vel quia non dixit & non fecit quae ab haeretice lepra contagione aliena sunt. Caetera (vt iam dictum est) praeterimus, non enim eadem in omnibus locis suis replicare compellimur.

Matth. 23.

Apoca. 3. Pauper.

*De lepra domorum, cum nunciata fuerit sacerdoti, qualiter consideretur, id est, haereticis quorumlibet in quouis ordine cohabitantium qualiter examinetur.*

CAPVT XXVI.

Locutus est dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Cum ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepra in aedibus, ibit cuius est domus nuncians sacerdoti, & dicit. Quasi plaga leprae videtur mihi esse in domo mea. At ille praecipiet, vt efferant vniuersa priusquam ingrediat eam, & videat, vtum lepra sit, ne immunda fiant omnia quae in domo sunt. Intra bitque postea, vt consideret domus lepra, & caetera. Et hic a superioribus deductus viuificans legis spiritus in promptu est. Si enim non de lepra carnis, sed de lepra mentis vel peccato carnis deo cura vel iudicium est, quanto magis de lepra parietum, vel de lepra lapidum visibilium & insensibilium illi cura non est. Ergo hic domus, ratione vrgente, eo sensu accipienda est, quo partes domus dicimus singulos homines. Et hoc nondum spirituale est, nam & literaliter, sicut tribus per familias siue cognationes, & cognatio per domos, sic domus per viros plerisque scripturae locis diuisa est. Cum igitur, inquit, ingressi fueritis in terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepra in aedibus, &c. Extunc terram Chanaan, quod interpretatur motus eorum, ingressi sumus, ex quo sub regibus Christianis atque catholicis principibus, licuit sanctae ecclesiae publicis regnare conuentibus, diuinumque imperium celestibus gubernare legibus. Nam terra quidem Chanaan, quam dedit dominus populo illi possidendam, illam significat terram viuientium, de qua maligni spiritus expulsi sunt, quia secundum nomen Chanaan, motus est pes eorum, cecideruntque, & stare non poterant, sed quia per praesentis ecclesiae ianuam in illam ingredimur terram, non vane iam nos ingressos esse dicimus, & beata spe gloriamur, est adhuc peregrinantes in corpore, iam in caelis cum Apostolo conuersari possimus. Si, inquit, fuerit plaga lepra in aedibus, id est, si orta fuerit haereticis in quibuslibet ecclesiae conuentibus, coenobijsque, vel quibuscunque ordinibus communiter viuentibus, ibit cuius domus est, nuntiatus sacerdoti, subauditur, eo quod plagam mortiferam per semetipsum sanare non possit. Tunc enim is, cuius est domus, qui domui Christi est praelatus, maioris vel superioris querere debet praesidium, cum per semetipsum curare non poterit domesticum morbum. At ille praecipiet, vt efferant vniuersa de domo, priusquam ingrediat eam, & videat vtum lepra sit. Ingressu ro sacerdotem in domum, vt videat vtum lepra sit quod annuntiatum est, an non, prius efferri debent vniuersa, subauditur, quae efferri possunt, quia videlicet in conuentu vel coetu cohabitantium orta dissensione de fide vel dogmatibus, antequam res examinentur, qui non consentiunt scandala facientibus, ipsum suum declarare debent studium, quo ab alijs dissentiunt. Nam postquam lepra haereticam esse manifesta ratio conuicerit, non solum authoribus, sed & authorum consentaneis sententia pariter incumbet iudicialis. Quare enim praecipiet, vt efferant vniuersa: Neim

Philip. 3.

Ne immunda, inquit, fiant omnia quae in domo sunt, videlicet quando prolatum fuerit conuictae immunditiae indicium. Intrabitque postea ut consideret domus lepram, videlicet postquam schismatis partem vtrancq; diuiserit, distinctamq; vtriusq; habuerit notitiam. [Et cum viderit in parietibus illius, quasi valliculas pallore siue rubore deformes, & humilioris superficie reliqua: egredietur ostium domus, & statim claudet eam septem diebus.] Quod est dicere: Cum audierit capitula discrepantium omnino à pulchritudine vel sanitate sanctorum scripturarum discrepare, egredietur rota auersus mente, & imponet silentium immundo spiritui, scilicet leprae hereticae, septem diebus, id est, vniuersae veritatis obiecta auctoritate, ut videant vel intelligant recti & latentur, & omnis iniquitas oppilet os suum.

Psal. 106.

*Quod si post septem dies inuenerit creuisse lepram, iubeat erui lapides, id est, si post omnes ammonitiones perseverauerit haereticus, expellet eius auctores, & si nec ita profecerit, destruet totam domum haeticam. CAPVT XXVII.*

**R**euerfusq; die septimo, considerabit eam. Si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & projiciet eos extra ciuitatem in loco immundo: domum aut ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra urbem in loco immundo, lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerunt, & luto alio lini domum. Septimo, inquit, die, id est, postquam omnem adhibuit sani sermonis diligentiam, reuerfus si lepram inuenerit creuisse haeticam, iubebit erui lapides in quibus lepra est, id est, vterur ferro abscissionis, auferendo & expellendo illos, qui sunt eiusdem impietatis auctores, & projiciet eos extra ciuitatem: extra ciuitatem, inquam, viuientis dei Hierusalem coelestem, extra pacem ecclesiasticæ communionis in loco immundo, in diaboli circo vel teatro, vel in maligno malignorum collegio, cum mortuis, cum his qui sunt in inferno. Domum autem ipsam rader intrinsecus per circuitum, nec enim immunis esse poterit ab illorum colluione totus cœtus cohabitantium, dicente scriptura: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Rader, inquam, per circuitum, id est, cunctos tam vocis professione, quam & manus subscriptione, anathematizare compellet dogma haeticum, & sparget puluerem rasuræ extra urbem in loco immundo, ut videlicet nihil immundorum, nihil hereticorum sensuum re-fideat in rota dei domo. Sed & lapides alios reponi iubebit, pro his qui ablati fuerint, scilicet ut malis malè perditis, domus impleatur alijs domesticis, qui pro veritate fidei, vel pacis catholice statum, iure cœputentur in familia dñi. Tandè luto alio liniet domum, id est, malis sensibus exclusis sedula prædicatione ac meliori doctrina, totum reformabit fidei vel catholice pacis statum. [Sin autem postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingressus sacerdos viderit reuerfus lepram & parietes asperfos maculis, lepra est perseveras, & immunda domus. Quam statim destruet, &c.] Videlicet sicut post primam & secundam inspectionem, homo leprosus immunditæ condemnatur, sic & domus post primam & secundam considerationem creicere lepra, iure destruitur, id est, sicut haeticus homo, post primam & secundam ammonitionem deuotandus, sic & vniuersa domus siue ecclesia malignantium, conciliūq; hereticorum post primam & secundam orthodoxi sacerdotis visitationem, anathematizandum est. [Destruent ergo, inquit, domum & lapides eius, ac ligna, atq; vniuersum puluerem projicient extra oppidum in loco immundo.] Videlicet cum illo immunditæ principe diabolo, cui per prophetam sub nomine Babylo-nici regis dictum est. Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis, pollutus & obuolutus cum his qui interfecit sunt gladio. [Quod si introiens viderit, lepram non creuisse in domo, postq; denuò lita est, purificabit eam reddita sanitate. Et in purificatione eius sumet duos passeres, &c. ut supra.

Eccle. 17.

Math. 21.

Esaie 14.

*De eo qui patitur fluxum seminis, id est, incontinentiam sermonis, & de ea quæ sanguine fluit, id est, quæ cuiuslibet fratri detrahit, & de mystica eius oblatione si sanata fuerit. CAP. XXVIII.*

CAP. XV.

**V**ir qui patitur fluxum seminis, immundus erit. Et nunc iudicabitur huic vitio subiacere, csi per momenta singula adhæserit carni illius, atq; concreuit foedus humor. Item: [Mulier quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur.] Ac deinceps: [Mulier quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis, non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu huic subiacet passioni, immunda erit quali sit in tempore menstruali.] Ordinatè post legem datam, lepræ damnabilis, id est, haeticæ prauitatis, legem edicit scriptura de fluxu seminis, & de fluxu sanguinis mestrui, id est, de incontinentia oris murmurosi, & de loquacitate lingue detrahentis. Quid est fluxum seminis, aut fluxum pati sanguinis, nisi detractorijs aut etiam criminosis fluere verbis? Nempe qui detrahit deo, vel qui blasphemat deũ, & qui detrahit proximo, vel qui iudicat proximum, proximi sunt. Qui enim hoc tempore catholice pacis, quando sufficientibus orthodoxorum scriptis, lapidata vel obruta est omnis haereticus, proximi quem videt, bona quoque odit, quomodo vigentibus hereticorum zizanijs, deo, quem non videt,

non videt, posset esse fidelis: Igitur & hic immundus est. Et si quidè in proposito virtutis, aut in quo liber eminenti gradu constitutus sit, vir est patiens fluxum sanguinis: si autem de secularium plebecula, nullòque ordinis ecclesiastici, siue curialis munere functus sit, rectè mulier dicatur patiens fluxum sanguinis menstrui, quam diu à detractione lingue non parcat, quam diu scandala nutrire, diffusiones facere non cessat. Et notandum, quam cautè dictum sit, quam prouidè definitum sit. Tunc, inquit, iudicabitur huic vitio subiacere, cum per momenta singula adhæserit carni illius, atque concreuerit foedus humor. Quod est dicere: Non pro vno verbo iudicabitur, lingua vitio subiacere, nam si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir: sed cum indeliner pro consuetudine adhæserit ori illius foeda atque humida loquacitatis lues, & suavis fuerit gutturi eius panis huiusmodi, immundus, inquam, & hic erit, veruntamè non æquè ut leprosus, non dum æquè haeticus. Nec enim habet hæc lex, ut separetur, ut habitet extra castra solus. Opprimè ac legitimè didicit sancta ecclesia, portare & sustinere intra castra sua, qui sunt huiusmodi, gemens tamen & dicens: Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima mea: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus. Hunc re-  
lo potest, pacifica sit: cum his qui oderunt pacem dei, qui malè de deo loquuntur, & sunt haeretici, nullam habeat pacem, aut tolerantiam communionis: sed emundatio talium sine sanguine fit. Ait enim: [Si sanatus fuerit qui huiusmodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus ac toto corpore in aquis viuientibus, erit mundus. Die autem octauo, sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectu domini ad ostium tabernaculi testimonij, dabit eos sacerdoti, & cætera. Ita, inquam, talium emundatio, & earum mulierum, quarum stererit sanguis & fluere cessauerit, sine sanguine fit, cum emundatio leprosi non nisi cum sanguine fiat passeris immolati, cum septena aspersione passeris viui. Et enim quicumque fidei professione intus sunt, quamuis paleæ sint, cum per poenitentiam mutantur & grana fiunt, solenni reconciliatione non indigent, sed tantum turturis & columbæ gemis offerant, & salui sunt. Cætera, quia manifesta sunt, & similia vel eadem, ex parte dicta sunt superius, studio proficiscendi præterimus.

Iacobi. 2.

Psal. 138.

Matth. 5.

Marc. 4.

Leuit. 8.

*Quod mulier vitio laborans fluentis menstrui, à sanctæ communionis prohiberi non debeat ingressu. CAPVT XXIX.*

**H**oc tamen de mensuræ fluxibus secundum literam prætereundum nõ est, quia iam in Euan-gelio Christi mulier eiusmodi passionem sustinens, deo immunda non est. Nam viro quidem immutanda sit, scilicet: [Vt vir qui cū ea coierit, tempore sanguinis menstrualis, immundus sit.] Et hac lege prohibearur cum ea coire vir, in quo certè multum conceptibus lex sacra prospicit. Dicuntur enim concepti foetus vitium feminis trahere, ita ut leprosi & elephantiaci ex hac conceptione nascantur, & foeda in vtroq; sexu corpora prauitate vel enormitate membrorum, famies corrupta degeneret. Cæterum deo cur pro hac passione immunda sit? Etenim ecclesiastica rectè censet auctoritas, quia mulier dum consuetudinem mensuram patitur, prohiberi ecclesiam ingredi non debet, quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet reputari, & per hoc quod inuita patitur, iustum non est, ut ingressu ecclesie priueretur. Nouimus namq; quod mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, post tergum domini humiliter veniens, vestimenti eius fimbriam tetigit, atq; ab ea statim infirmitas sua recessit. Si autem in fluxu sanguinis posita laudabiliter potuit domini vestimentum tangere, cur quæ mensuram sanguinis superfluitatem patitur, ei non licet domini ecclesiam intrare? Sed dicitis: Illam infirmitas compulit, has verò de quibus loquimur, constringit consuetudo: si igitur bene præsumpt, quæ vestimentum domini in languore posita tetigit, quod vni personæ infirmanti conceditur, cur non concedatur cunctis mulieribus quæ naturæ lue vitio infirmantur? Sanctæ autem communionis mysterium in istis diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere nõ præsumit, laudanda est, sed si perceperit, non iudicanda.

*De mysterio duorum hircorum, quod eorum alter Christi, alter Antichristi typus sit. CAP. XXX.*

**L**ocutus est dominus ad Moysen, post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes lignem alienum interfecit sunt, & præcepit ei, dicens: Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum, coram propitiatorio quo regitur arca, ut non moriatur, quia in nube apparebo super oraculum, nisi hæc ante fecerit. Vitulum offeret pro peccato, & arietem in holocaustum, & cætera. Post mysticum atq; ordinatissimū sanctæ domus dei statum, in hac sacra Leuitici voluminis scriptura dispositum, iterum ad caput reditur, id est, ad Aaron summum pontificem, & sacrificium eius. Sic enim superius habuimus, iu-bene domino, quia obtulerit Aaron vitulum & duos arietes, vitulum pro peccato, & arietem vnum in holocaustum, ac deinde hircum. Deinde subiuncta est mors filiorum Aaron, ac deinde discretio mundorum

GG mundorum

mundorum atque immundorum animantium, deinde lex leprosi hominis, & leprosi domus, deinde de viro patiente fluxum seminis, de foemina patiente fluxum sanguinis. Post hæc, inquam, opportuna recapitulatione ad ipsum reditur, cum hæc ad Moysen dominus loquitur. Verum non nihil differt. Dicit enim: [Quibus cunctis cum lotus fuerit, induetur. Suscipietque ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & vnum arietem in holocaustum. Cumque obrulerit vitulum, & orauerit pro se, & pro domo sua, hircos duos stare faciet coram domino, in ostio tabernaculi testimonij, mittens super vtrumque sortes. Vnam domino, & alteram capro emissario, & cætera.] Hoc (inquam) non nihil à superioribus differt, nam illic de capro emissario nullus sermo est. Magnum & hic mysterium est. Post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum mortui sunt, & mysteria dicta sunt, & vtique post perditionem Iudeorum, qui nunc in peccato suo pereunt, hæc eadem opere implenda sunt. Tunc summus pontifex, tunc, inquam, cum plenitudo gentium subintrauerit, tempus erit vt reliquæ salutis fiant Israelitici populi. Duos hircos stare faciet in ostio tabernaculi testimonij, id est, reuelato homine peccati, filio perditionis, qui verè hircus est foetidus pro peccatis proprijs, innotescens ipse Christus populo illi, qui cum pro sua innocentia sic immaculatus agnus dei, tãquam hircus velut peccator oblatus est pro peccatis totius mundi. Tunc mittentur super vtrumque sortes, vt liquidò constet cunctis, quis eorum benedictus in nomine patris, in multitudine misericordiarum aduenierit, & quis maledictus in nomine suo & in multitudine iræ suæ emerferit. Nam cuius fors à domino exiit, qui oblatus est pro peccatis nostris, hic illi alterum interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Iam quia cætera superius dicta sunt, videlicet quid significet, quod pontifex solus ingreditur in sanctuarium, sumprum sanguinem fundens super cornua altaris per gyrum, aspergens digito septies, & expians atque sanctificans illud ab immunditij filiorum Israel, nunc de capro emissario quod restat dicendum est.

Roma. ii.

2. Thess. 2.

Quod viuens hircus, qui emittitur ipse sit Antichristus. CAP. XXXI.

**O**fferat, inquit, hircum viuentem, & polita vtrâque manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta atque peccata eorum. Quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratû in desertum, & cætera. ] Hircus iste (vt prædictum est) Antichristus est. Viuens, inquam, hircus, quippe qui non veniet vt Christus, pro peccatis hominum moriturus, sed omnino causæ vel mortis eius contrarius, vnde & dicitur Antichristus, id est, Christo contrarius. Nam in typum eius Barabbas latro seditionis author & homicidij, viuens est dimissus, & nunc vsq; super illos seditionibus atq; homicidijs tyrannizat diabolus: noster verò hircus pro peccatis nostris est mortuus: mortuus, inquam, semel peccato, nunc enim viuunt deo. Omnes, inquit, iniquitates filiorum Israel, vniuersa delicta atque peccata eorum imprecans capiti eius, omnium quippe animarum sanguis vniuersus in caput eius redûdabit, emittet eum per hominem paratum in desertum, id est, præcipitabit in infernum, in manibus patris eius diaboli, hominis vtique mali & viri iniqui, de quo pater familias in Euangelio dicit: Inimicus homo hoc fecit. Secundum hanc significationem turpe nimis est hominis illius ministerium significantis diabolum, qui in solitudine inferni deportabit illum hircum suum, sed atidi quod postmodum sequitur: [Ille verò qui dimiserit caprum emissarium, lauabit vestimenta sua, & corpus aqua, & sic ingredietur castra.] Porro hoc loco quod hircum illum atrectauit, & ad horam typum gessit totius munditiæ principis, lauabit vestimenta sua non ante ingressurus castra. [Sed & ipse Aaron, quia capiti eiusdem hirci manum vtramque imposuit, lauabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestimentis suis. Vitulum autem & hircum, qui pro peccato fuerant immolati, & quorû sanguis illatus est, vt in sanctuario expiatio compleretur, asportabunt foras castra, & comburentur igni, & cætera.] Hæc superius expolita sunt, sed hoc loco (vt supra dictum est) recapitulatur, videlicet idcirco, quia non alterius, sed eiusdem domini nostri Iesu Christi sanguine, qui vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est, reliquiae Israel saluabuntur.

Matth. 27.

Matth. 17.

Hebr. 13.

*Sententia legis, de non comedendis morticinis, & cur Abraham uxorem habens sororem suam, contra legem hanc non fecerit dicentem, iuxta consuetudinem Aegypti non facietis.* CAP. XXXII.

**D**ehinc paucis interpositis, quæ & intellectu plana sunt, & iam diuersis locis exposita sunt, recapitulationem profequitur, & quæ nam sint illa immunda, quorum ab esu vel contactu populum sanctum sancta lex absterreat, manifestius eloquitur. [Anima, inquit, quæ comederit morticinum vel captum à bestia tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vespertum, & hoc ordine mundus fieri.] Hoc & superius dictum fuerat: ac subinde, hæc sunt, inquit, animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ, & hæc atque hæc inter immunda reputabitis. Nam si quæras, quæ sunt immunda quæ deus odit, [iuxta consuetudinem, inquit, terræ Aegypti in qua habitastis non facietis, & iuxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, nõ agetis.] Ac deinceps: [Omnis

Cap. xvij.

Leuit. ii.

Cap. xvij.

[Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet.] Nam verè hæc animalia sunt immunda, animalia cadauerosa, quæ populus dei comedere. i. in sui consortij admittere nõ debet, scilicet oēs homines ista faciētes, hæc immunda & irrationabilia perpetrātes, turpitudinē matris vel patris discooperientes, fororis ex patre, siue fororis ex matre ignominiam reuelantes. Quod si obijciat, ergo Abraham contra dei placitum fecit, fororis suæ turpitudinem reuelando. Sara enim soror eius fuit filia patris eius, & non matris, Respondemus quia hoc iuxta consuetudinem gentium fecit, quam deus hoc loco interdicit. De quibus cũ educeret eum deus, iam antea soror nupserrat illi. Nec dum scripto legis, imò nec dum voce dei præceptum acceperat huiusmodi: Vbi autem præceptum non est, nec præuaricatio. Hæc, inquam, facientes homines, & quomodocumque sanguineam turpitudinem discooperientes, mulieris menstruatæ foeditatem reuelantes, cum vxore proximi coeuntes, de semine suo dantes idòlo Moloch, & per ignem illi transferentes, hi & cæteri operarij iniquitatis coinquinati & immundi sunt, quibus nihil est mundum. Hæc enim de homine exeunt, & iuxta Evangelicam veritatem coinquinant hominem. nam quod intrat in os, inquit, non coinquinat hominem. Er in his nullam impendimus moram quærendo mysteriorum profunditatem, quoniam in superficie manifestam habent iustitiæ rationem, transgressoribus reatum perennem, auditoribus imò factoribus suis magnam parantia conscientiae requiem.

Tit. 1. Math. 15.

De tribus solennitatibus anni, quis sit mensis azymorum, quis primitiuorum, quis congregatarum frugum. CAP. XXXIII.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Hæc sunt feriae domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis. Mense primo, quartadecima die mensis ad vespertum phase domini est, & quintadecima die mensis huius solennitas azymorum domini est, & cætera. ] Trium solennitatum continuata ratio planius hic ordinata est, de quibus in Exodo dominus: Tribus, inquit, vicibus per singulos annos mihi festa celebrabit, solennitatem azymorum, solennitatem mensis primitiuorum, solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. De solennitate azymorum nunc dicit: Quartadecima die mensis primi ad vespertum phase domini est, siue pascha, id est, transitus. De solennitate mensis primitiuorum. [Cum, inquit, ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias mellis vestrae ad sacerdotem, qui eleuabit fasciculum coram domino, vt acceptabilis sit vobis altero die sabbati, & sanctificabit illi.] Ac deinceps: [Numerabit ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimæ, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino, & cætera.] Hæc solennitas mensis primitiuorum, qui mensis apud Hebræos Theferi, apud Romanos autè Iunius dicitur: hæc, inquam, solennitas primitiuorum dicitur, & festiuitas hebdomadarum. Vocatur etiam Græcè Pentecostes, id est, quinquagesimus dies. De solennitate congregatarum frugum. [Mense, inquit, septimo, prima die mensis erit vobis sabbatum memoriale clangentibus tubis, & vocabitur sanctum. Omne opus seruitur non facietis in eo, & holocaustum offeretis domino, & cætera.]

CAP. XXXIII. XXIII.

Exod. 23.

De eisdem solennitatibus, & de causis singularum. CAP. XXXIII.

**T**res istæ solennitates legales, causas habent nobilissimas, magnasque & præclara cõmemoratio ne digna testantur dei beneficia. Solennitatis azymorum, solennitatis, inquam, paschalis causa illa est, quia in manu, inquit, forti eduxit nos dominus de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharaos, & nõllet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum. Solennitatis primitiuorum siue hebdomadarum, causa hæc est, quia mense tertio egressions de terra Aegypti, pepigit dominus foedus cum filijs Israel, & legem dedit in tabulis scriptam digito dei. Pactio foederis non tertio, vt plerique negligenter legentes, sed quarto die mensis tertij, qui est quinquagesimus à quartadecima luna vel die mensis primi, sic acta est. Tulit Moyses dimidiam partem sanguinis, & misit in populo, partem autem residuam fudit super altare. Assumentesque volumina foederis, legit audiente populo. Sumprum quoque sanguinem respersit in populum, & ait: Hic est sanguis foederis, quod pepigit dominus vobiscum, super cunctis sermonibus his. Solennitatis mensis septimi, quæ dicitur festiuitas tabernaculorum, ea causa est, quia à die egressions eorum de terra Aegypti, per quadraginta annos in tabernaculis habitauerunt, tandemque consumpta generatione illa, quia murmurauerunt contra dominum, filij eorum terram repromissionis ingressi sunt. Causa hæc partim tristitiæ, partim lætitiæ est. Tristitiæ, quia corpora patrum in deserto profstrata sunt. Lætitiæ, quia filij ipsorum terram (vt prædictum est) ingressi sunt. Proinde celebritas hæc in recordationem vtriusque rei prius cum tristitia, postmodum cum lætitia peragitur. Ait enim: [Decimo die mensis huius septimi dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus. Affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum domino. Omnis anima quæ afflicta non fuerit

Exod. 13.

Exod. 24.

Nume. 14.

Zacha. 9.

fuerit die hoc, peribit de populis suis. Hoc pro recordatione malorum, quia sicut praedictum est, corpora patrum per quadraginta annos in deserto prostrata sunt, eo quod detraxissent terrae, quam inspexerant exploratores apud filios Israel, dicentes: Terra quam iustitiamus, deuorat habitatores suos, & cetera. Hoc est, ieiunium septimi, & ieiunium quinti, & ieiunium decimi, erit domui Iuda in gaudium & laetitiam, & in solennitates praclaras. In gaudium & laetitiam, ait, videlicet post afflictionem. Vnde & hic postmodum dicit: [A quindecimo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terrae vestrae, celebrabitis ferias domini septem diebus. Die primo & die octauo erit sabbatum, id est, requies, sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimae, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & falices de torrente, & letabimini coram domino deo vestro.] Videlicet, quia post culpam murmuris, vel detractionis, qua patres eorum terrae detraxerunt, & pro qua corpora illorum in deserto prostrata sunt, gaudium iucessit filiorum qui terram introierunt, idcirco solennitatis huius prima celebritas est ieiunium, vltima laetitia vel gaudium. Vtriusque rei scilicet afflictionis agenda, vno, id est, decimo die, & gaudij septem diebus, a quindecimo die celebrandi praeconium est: Prima dies mensis sabbatum, id est, festum memoriale, & sanctum est clangentibus tubis, scilicet, vt audientes clangorem tubarum sint ad festa ventura parati, & eodem die feriat. [Nam omne opus, inquit, seruile non facietis in eo, & offeretis holocaustum domino.

*Quod harum optimam magisque diuinam causam habeat solennitas hebdomadarum, quae Graece dicitur πεντηκοστή, & quod septem hebdomadas altera die sabbati lex numerari iussit.*

C A P. XXXV.

**H**Arum solennitatum trium, optimam magisque diuinam habet causam festiuitas hebdomadarum, quae (vt supra dictum est) Graece dicitur Pentecostes. Nam magna quidem beneficia dei fuerunt, quod a Pharaonis dominatione liberauit deus populum illum, quod introduxit illum in terram, pro qua iurauit patribus eorum: sed maximum atque optimum fuit, quod supra dicto modo pepigit cum eo foedus, vt esset deus ipsorum. Nam illa bona quidem, sed transitoria fuerunt, hoc bonum & optimum est, quia sempiternum. Vnde pulcherrimae atque sanctissimae legis sanctae auctoritate prouisum est, vt haec solennitas anno, quo saluator passus est, in illam diem occurreret, quae ex Euangelio Christi, propter eiusdem resurrectionem, & propter sancti spiritus aduentum melius ac dulcius fulget. Ait enim: [Qui eleuabit fasciculum coram domino, vt acceptabilis sit pro vobis, altero die sabbati & sanctificabit illum.] Ac deinceps: [Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obrulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas vsque ad alteram diem expletionis hebdomadae septimae, id est, quinquaginta dies, & sic offeretis sacrificium nouum domino.] Quae nam fuit altera dies sabbati, nisi dies post sabbatum, dies dominica, qua Christus resurrexit? Dum ergo non a vespera quartae decimae lunae paschalis, non ab ipsa immolatione agni, sed ab altera die sabbati, quorocunque loco infra pasche dies occurrerit quinquaginta dies incipiunt numerari, profecto liquet, quia dies pentecostes Iudaeorum, in dominica tunc erupit. Quinquagenarius quippe numerus a qua incipit in eandem feriam semper concluditur. Ita fit, vt nos atque Iudaei saepius eadem die sanctum pentecosten celebremus, eo quod nequaquam eodem die quo illi agnum suum iugulant, sed quo fasciculum coram domino de manipulis spicarum primitias mellis offerunt, nos quoque paschale sacrificium offeramus. Hoc verè sanctum, hoc verè magnum mysterium est. Nunquid enim de insensibili spicarum fasciculo cura est deo? An non potius propter istum fasciculum nostrum, haec fieri iussit, de quo in Canticis sponsa dicit: Fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, subiungens protinus: Botrus cypri dilectus meus mihi. Qui enim fasciculus myrrhae propter passionis amaritudinem, ipse idem botrus cypri dicitur, propter resurrectionis dulcedinem. An non, inquam, in prouidentia resurrectionis huius fasciculi, qui resurrecturus erat altera die sabbati, illum talem fasciculum iussit haec sancta & mystica lex eleuari coram domino altera die sabbati? Itaque causa praesens est, cur dies quo spiritus sanctus Apostolis missus est, is ipse Iudaeis completio pentecostes est, cum secundum terminos illius anni, dies idem a vesperina immolatione agni iam quinquagesimustertius extiterit. Vnde merito laudanda studiosa sanctae ecclesiae fides, vel industria, quae hoc praefinuit, vt quaecunque feriarum, sanguinei Iudaei, suum trucidant agnum vel hœdum, expectetur altera sabbati, quo illi secundum legem primitias mellis eleuare consueuerunt, id est, spicarum fasciculum, & tunc demum nostrum viralem eleuemus fasciculum, dicentem: Exurrexi & adhuc sum rectus. Igitur solennitatum trium, maximam magisque coelestem habet causam festiuitas hebdomadarum, & idcirco magis placet, ac delectat nos, quod dominica dies earum principium ac finis est, vt Christianae laetitiae diem vtrobiq; Iudaei celebrauerint etiam inuidentes.

*De eadem altera sabbati, & quomodo Iudaei, vel quare festiuitates a die in diem transponere soliti sunt.*

C A P. XXXVI.

Vt Iosephus

Fascicul<sup>9</sup>no  
ster Chri-  
stus.  
Canti. 1.

Psal. 138.

**V**T Iosephus quoque in libro Antiquitatum scribit: Altera sabbati luna decimasexta de-ber intelligi, quia videlicet decimaquinta cum sit sancta atque solennis, sabbatum generali nomine dicitur, eo quod non liceat in illo die quippiam operari. Sed constat profecto, quod anno dominicae passionis cum secundum Euangelium, quinta feria, decimaquarta luna euenisset, decimasexta luna sabbatum fuit. Num ergo vna eademque dies, & propter se sabbatum, & propter praecedentem diem paschae, altera fuit sabbati? Hic iam antiquam Iudaeorum consuetudinem nosse operae pretium est, quae huiusmodi est: Mos illis est, vt vbiunque vitare praevalet, nunquam duo sabbata, id est, duos dies festos, quibus operari non liceat continuent. Multa enim, aiunt, nobis importuna fierent, atque incommoda: verbi gratia, in curandis funeribus, quae interdum a prima vespera prioris sabbati seruata, in quartum diem fororis molestiam generarent, idcirco vbi quinta feria paschalis terminus, id est, decimaquarta luna euenisset, agnum quidem eadem nocte comedebant, sed sequentis diei solennitatem relinquebant in sabbatum transferendam. Hoc praecito nemo miratur, cur quando dominus passus est, cum praeterita vespera Iudaei agnum comedissent, quem & ipse dominus cum discipulis manducauerat, Iudaeis tamen iudicia habere vacauerit, cum esset luna decimaquinta, quae dies ex lege sancta esse debuerat atque solennis. Claret igitur, quia nihil omnino repugnat, quoniam (sicut iam dictum est) ea die qua Christus resurrexit, Iudaei suum spicarum fasciculum leuauerunt, atque exinde, quinquaginta dies computando, die qua spiritus sanctus datus est Apostolis, completum, & ipsi suam pentecosten celebrauerint. Hic est ille agnus, de quo nunc mystice dicitur. Atque in eodem die, quo manipulus consecratur, cedetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum domini. In holocaustum, inquam, domini, & non in eum sicut in vespera paschali. Etenim in illa quidem specie, qua seipsum manducandum dedit Apostolis suis, agnus dei in vespera paschali, in illa, inquam, specie panis & vini, ita sacrificamus, vt & manducemus eundem agnum dei: in illa vero specie, qua resurrexit altera sabbati, nequaquam illum comedimus, sed adolemus in holocaustum domini, vt totus integer atque incolumis sedeat a dextris dei. Sunt & aliae Iudaeis transpositiones eiusdem diei festi, quas licet ex abundantia sit scribere, non tamen praeterimus, sicut accepimus ab illis. Non solum enim sexta feria, sed & secunda & quarta dominica quoque, diem paschae celebrare fugiunt. Nam si secunda feria pascha celebrarent, dies propitiationis, id est, decimus dies mensis septimi, qui a die paschae centesimus septuagesimustertius est, in sextam feriam illis eueniret, quo nihil omnino illis operari licet. Si quarta feria pascha celebrarent, dominicam diem propitiationis haberent, & vtrobiq; duo sabbata, id est, duos dies festos continuos habentes, praedictis incommodis laborarent. Verum tamen horum omnium quae dicta sunt, si ab eis authenticam quaeras rationem, nullam omnino de scripturis proferre possunt, farenturque has traditiones non dei esse aut Moysi, sed magistrorum suorum scribarum & pharisaeorum. Caeterum nunc infelices qualiter agant non curandum est, quippe qui nec locum, nec oblationem habentes, legem vt ipsi farentur non obseruant, nec ab altero die sabbati, sed ab ipsa vespera paschali suos quinquaginta dies computant.

*Quod nostra aetymorum festiuitas Christus sit, & nostra pentecoste aduentus spiritus sancti, & nostra congregatarum frugum latissima festiuitas, natalis domini.*

C A P. XXXVII.

**P**orro nobis triui solennitatum anni nostri totae spirituales, totae sunt causae coelestes. Nam pascha nostrum immolatus est Christus, quo non a Pharaone homine, sed a Pharaone diabolo aeterna liberatione liberati sumus. Nostra pentecostes, id est, L. dierum festiuitas, aduentus est spiritus sancti, quo cum nobis gentibus foedus gratiosum pepigit deus, linguas omnium gentium tribuens Apostolis, vt esset, vnde vel quomodo gratiam istam audiremus. Nostra festiuitas de congregatis fructibus terrae, in exitu anni est nostra festiuitas, natiuitas scilicet Iesu Christi filij dei, in qua verè fructus terrae nostrae congregamus: terrae, inquam, nostrae, terrae virginiae, de qua promittentem audiimus spiritum sanctum. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Hoc planè mirabiliter delectari possumus, quod secundum Romanorum computationem, tunc anni exitum habemus, quando praedictae terrae nostrae fructum suscipimus, quando de virgine natum, deum & hominem, corde & ore, manibusque baiulamus. Sed & secundum Graecorum obseruationem itidem tunc anni exitus est, quando de natiuitate Christi, omni populo gaudium & laetitia est. Caeterum quod in Exodo dicit, haec sacra lex, vt iam dictum est, solennitatem quoque in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro, custodies, & hic, id est, in Levitico mense septimo id agendum esse censet, hoc non nisi secundum annum Aegyptiorum, a quibus tunc illi profecti fuerant, stare potest: quia videlicet non Hebraeis, sed Aegyptijs circa septembrem, quae apud illos dicitur Thot, exitus vel initium anni est. Gentium ergo, id est, Romanorum ac Graecorum computatas hoc maxime delectet, quod in exitu anni ipsorum Christus natus est, in quo terrae nostrae fructus congregauimus, in quo & scripturarum sanctarum

Psal. 84.

Exod. 23.

GG iij veritatem



Gene. 49.

Lucæ 2.

veritatem impletam accipimus: Audiamus igitur quod dicitur: [Sumetisq; vobis die primo, fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & falices de torrente, & lætabimini corā domino deo vestro.] Lætabimini (inquit): Hoc planè nos genes facimus in prædicto nostri anni exitu, tanto tripudio virginis ventris excipientes fructum, vt manifestè sic quoque verum comprobemus oraculum, quo dictum est: Et ipse erit expectatio gentium. Quæ vnquam nox in tota multitudine noctium annuarum, tantam meruit lætitiarum vniuersorum ordinum vtriusque sexus, senum, iuuenum, adolescentium, puerorum, atque puellarum: Annuntio vobis, inquit angelus, gaudium magnum, quod erit omni populo. Et verum dixit, nam ita est, etiam in isto flebili & misero mundo. Præcipue intus spiritualis religio, secundum sacrosanctam Romanæ ecclesiæ institutionem lætatur in illo die, imò in illa nocte, coram domino deo suo, sumens fructus arboris pulcherrimæ, id est, refectionem bis in illa nocte proponens sanctæ eucharistiæ. Quid enim? Nonne corpus & sanguis filij dei, quæ munera bis offerimus vel accipimus in illa nocte fructus sunt arboris pulcherrimæ, id est, virginis interemeratæ. [Sumetis, ait, & spatulas palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & falices de torrente.] Mirum si non ex loco isto verè inquisitor lætitiæ commonitus fuit, qui sic officia præfatæ solennitatis instituit, vt natiuitatem Christi filij dei præ omnibus subsequeretur Stephanus protomartyr, qui eius gloriæ sempiternæ, primus martyr occurrit. Deinde Iohannes innocens dominus, tertio loco innocentium exercitus, quos funestus Herodes occidit. Nam & in illo, scilicet protomartyre victorioso, re vera spatulas palmarum ecclesia sancta sustollit, & in isto dilecto domini, quasi ramos ligni densarum frondium, videlicet quia densa & altissima scriptura, ab æterno incipiens principio, fidem rectam hic exornat ac defendit, in paruulis autem innocentibus quasi falices de torrente, quippe qui nihil operati, quemadmodum falices fructum non habentes, subito per solam gratiam ad viriditatem salierunt æternæ patriæ.

De anno septimo terræ sabbato, & de iubileo, id est, remissionis anno, & cur deus populo illi nihil aliud, sed tantum bona temporalia, si obtemperent, pollicetur: mala temporalia, si non obtemperent, comminetur. CAP. XXXVIII.

Cap. XXV

Locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel, & dices ad eos: Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizet sabbatum domini. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus eius. Septimo autem anno, sabbatum erit terræ requiescentis domini. Agrum non seres, & vineam non putabis. Quæ spontè gignit humus, nō metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam. Ac deinceps: Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem quæ simul faciunt annos quadraginta nouem. Et clanges buccina mense septimo decima die mensis. Antequam terram diuidat populo suo dominus in funiculo distributionis, legem eiusdem terræ præscribit, conditiones proponit, sub quibus filios Israel non terræ dominos, sed domini terræ, id est, dei sui colonos degere velit. [Sanctificabis, ait, annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ. Ipse est enim iubileus.] Idcirco, inquit, vocabis remissionem, quia ipse est iubileus. Iubileus namq; dimittens vel remittens interpretatur. Quare vocabis remissionem, & quare annus ipse est iubileus? Ait: Reuertetur homo ad possessionem suam, & vnusquisque rediet ad familiam pristinam, quia iubileus est, & quinquagesimus annus. Non seretis neq; metetis spontè in agro nalcenia, & primitias vindemiæ non colligetis. Reuertetur, inquit, homo ad possessionem suam, subauditur, si necessitate cōpulsus vendiderit eam. Quo iure? Ait paulo inferius. [Tertra non venderetur in perpetuum, quia mea est, & vos aduenæ, & coloni mei estis. Vnde cuncta regio possessionis vestre sub redemptionis conditione venderetur.] Reuertetur itaque homo ad possessionem. Et vnusquisque, ait, rediet ad familiam pristinam, subauditur, qui paupertate compulsus vendidit se. Hoc enim inferius dicit: Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, vsque ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patris suorum. Quo iure? Ait: [Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti.] Et iterum. [Mei enim serui filij Israel, quos eduxi de terra Aegypti.] Pulchre ius iuum agnoscit deus, vt lege clementiæ licitò vtatur. Sed quid magnum domino deo excelso, possessori cœli & terræ, maris, & omnium quæ in eis sunt, quid inquam magnum aut quam gloriosum prædicere, aut præscribere sibi ius terræ modicæ, quam constat terræ Syriacæ sint esse non valde magni. Videlicet quia hi quibus loquitur, pueri sunt, paruuli sunt, amatores paruorum, cupidi rerum exilium, auidi bonorū terrestrium, vt potè necdum cognitores bonorū cœlestium. Ergo quantumcumq; sit hoc bonum ante magni dei cōspectum, pro re & pro tempore nō dedignatur eius magnificare commodū, neq; curat quale vel quantum sit id quod dat pater sapiens, dummodo pro illo munere libmet attritū, libmet obnoxiiū faciat puerū. Et hæc lex, magni & sapiens pædagogus, sed paruū quidè est premii quod pollicetur, vt bonū prouocet pueri ingenii, & parua est virga qua minatur, vt eiuldè deterreat lasciuia. Quid enim pollicetur, quod cōminatur? Si, inquit,

Galat. 3.

Si, inquit, in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Ac deinceps: Comedetis verustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proieciatis. Hæc & his similia pollicetur, & de regno cœlorum nufquam palam loquitur, quia videlicet populus ille puer erat, necdūq; inuisibilia siue cœlestia sperare, siue amare nouerat. Deinde dicit: Quod si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Frustra seretis sementem quæ ab hostibus deuorabitur. Item: Emitram in vos bestias agri, quæ consumant vos & pecora vestra, & ad paucitatem cuncta redigant, desertæ fiant viæ vestræ. Ac deinceps. Cumq; confugeritis in vrbes, mittam pestilentiam in medium vestri, & trademini hostium manibus, postquam confregero baculum panis vestri, ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pōdus, & comedetis, & non saturabimini. Hæc & his similia comminatur, & de geenna ignis inextinguibilis, vbi erit fletus & stridor dentium, nufquam palam loquitur, quia videlicet (sicut iam dictum est) populus ille puer erat, & mala inuisibilia timere non nouerat. Itaq; deus non pro sua magnitudine, sed pro seruili sensu, rem paruam quasi grandi versat molimine, daturus ramen & cum illis bonis exiguis, magna & æterna obedientibus præmia, & cum illis malis transitorijs, sempiterna inobedientibus supplicia.

Quod nos eadem terræ sabbata, non carnaliter, sed spiritualiter debeamus obseruare. CAP. XXXIX.

Acetum nos in plenitudine temporis sumus, de qua vir magnus, vir perfectus loquitur Galat. 4. Apóstolus. Et nos cum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes. At vbi venit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus, &c. In hac plenitudine positi, nō decet vt conuertamur iterum ad infirma & egena elementa, videlicet vt nihil aliud arbitremur agi hic, nisi colligere arida sonat litera, dicendo: lex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colligesq; fructus eius, septimo autem anno sabbatum erit terræ requiescentis domini, &c. Neq; enim pro magno computare dignabuntur Romani, q; illi populo exiguum terræ finum deus dedit, cum & patres eorum pauci Aenea duce Latium occupare potuerint, & ipsi deinceps orbem terræ maximis & crebris bellorum victorijs sibi imper subiecerint. Itaq; & ipsi humana ratione, possunt adduci vt credant, quod deus maiestatis nunquam de illius terræ bonis, siue meliorum significatione, nunquam de illius terræ exiguis incommodis, siue malorum æternorum inuisibilium figuratiua verba facere dignatus sit. Igitur, quoniam misit deus spiritum filij sui in corda nostra clamante, abba pater, iam & hæc in spiritu contemplerur, vbi literam pro cōpacitate sensuum exercitatorum iure fastidimus.

Quæ sabbata nostra sint, & quæ terra nostra, de cuius sabbatis spiritui sancto cura sit. CAP. XL.

Sex, inquit, annis seres agrum tuum, septimo autè anno sabbatum erit requiescentis domini. Puera consiliatorum dixisse Apóst. Hoc itaq; dico fratres, tēpus breue est. Reliquum est vt qui habent vxores, tanq; non habentes sint, &c. Quæ enim est terra nostra, de qua deo vel spiritui sancto sit cura, nisi caro nostra? Sex ergo, inquit, annis seres agrum tuum. i. seminabis in carne tua, vsq; ad sufficientem generationem filiorum. Senarius quippe numerus perfectus est, & hoc loco spiritua liter pulchre sufficientem prolem significat, pro cuius sola spe coniugio vacandum est. Septimo anno sabbatum erit terræ requiescentis domini. i. post susceptionem filiorū continentia studebis, & castitati operā dabis, cuius inhabitatione deus iure debeat delectari. [Agrum non seres, & vineam non putabis.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum siue vineam, quasi nō habens eris, id est, habens virum vel habens vxorem, quasi non habens eris, & hoc modo. [Quæ spontè gignit humus non metes, & vvas primitiarum tuarum non colliges, quasi vindemiam.] Id est, spontaneis vt prædictum est, carnis motus nō sequeris, sed habens agrum si

Matt. 18.

Ephes. 4. Psal. 132.

Esaie 52.

1. Reg. 2.

1. Cor. 5.

Matt. 12.

1. Cor. 3.

habitoribus terræ ruz. Ipse est enim Iubilæus. Iubilæus, vt supradictum est, dimittens interpretatur. Quid autē profecimus in schola huius sanctæ legis, in disciplina legis & euangelii, si nō didicimus, dimittere debita fratribus nostris, debita inquam, id est, peccata debitoribus nostris: Siquidem dominus noster proposita parabola de homine rege, qui voluit rationem ponere cum seruis suis, ita conclusit. Sic & pater meus faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris. Dixerat enim illi Petrus. Domine quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? Vtq; septies: Non, inquit, dico tibi vltq; septies, sed vltq; septuagies septies. Sanctificabis ergo, inquit, annum iubilæum, id est, sancta & charitatiua remissione peccantem in te & pœnitentē suscipies fratrem tuum, peccantem inq; non vltq; septies, qui numerus insolubilis est, neq; enim per partes æquas diuidi potest, & insolubile peccatū impœnitentis significat, sed septem vicibus septies, qui numerus solubilis est, siue septuagies septies, qui numerus itē in partes æquas diuidi potest, significatq; peccatum quod solui potest: quia videlicet frater qui peccauit, cum pœnitentiā amat, corrigibilis est. Hoc verē sanctum atq; pulcherrimum Iubilei festum est, euangelica clāgente buccina concelebrandum, ita vt reuertatur homo in possessionem suam, & vnusquisq; redeat ad familiam pristinam, id est, vt omni discordia soluta, omnes habeant cor vnum & animā vnam, seruentq; vnitatem spiritus & integrum pacis vinculum, canentes: Ecce q̄ bonum, & q̄ iucundum habitare fratres in vnum.

*De eadem dimissione legitima secundum legem domorum redimendarum, aliam quidem earum quæ in vrbibus muratis, atq; aliam earum quæ in agris siue in villis sunt, & de Leuitarum adibus.*

CAP. XLII.

**S**ed debet ipsa remissionis cauta esse festiuitas. Sunt enim pleriq; (quod valde absurdū est) facti ad remittendam iniuriam dei, difficiles & tardi ad donandam iniuriam suā. Nimirū hoc potius bene constituti & bene eruditi animi est, quod d facili sit ac p̄optus ad remittendā iniuriā sui, tardior autē ad donandā iniuriā dei. Subsequit ergo discretus ac prouidus legis spiritus, & dicit: [Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiā redimendi, donec vnus impleatur annus. Si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eā, & posteri eius in perpetuum: & redimi non poterit etiā in iubileo. Si autem in villa fuerit domus quæ muros nō habet, agrorum iure venderur. Si autē redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominū.] Domorum venditio, menūm abalienatio est, Quoties enim quisq; peccati captus dulcedine, semel ipsum perdit, profectō domū valde necessariā pro nihilo vendit. Vnde per prophetā dominus dicit, gratis venundati estis. Ipsæ autem domus aliæ intra muros vrbis vendiq; consistunt, alię in villa sunt: quia videlicet est quādo in deū, est quando q̄s in proximū peccet. Et quidē vtrunq; pertinet ad deum, sed in redēptione differt plurimū. Vnde ad filios suos dicit Heli: Si peccauerit vir in vrbis, placari ei potest deus. Si autē in deū peccauerit vir, quis orabit pro eo? Qui igitur vendiderit, inquit, domū intra vrbis muros, habebit licentiā redimendi, donec vnus impleat annus. Si nō redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eā, & posteri eius in perpetuū, & redimi non poterit etiā in iubileo. Quod est dicere. Qui nominatur fornicator aut auarus, aut idōlis seruus, aut maledicus, aut ebriosus, qui inq; talis existens vel quippiā huiusmodi faciens, etiā defendere voluerit opera sua, quādiu quidē superest illi vitæ tempus, potest & licentiā habere, pœnitendo & emendando peccatum suum redimere, & ab ecclesia solui, si vult. Si autē non pœnituerit, & impœnitentem cōprehenderit vitæ terminus, emptor diabolus possidebit animā eius, & quia nō est deploratum in isto, nec remittetur peccatū eius in futuro seculo. Si autē in villa fuerit domus quæ muros non habet, id est, in proximum admissum fuerit peccatum, quod muro defensionis roboratum non est, agrorum iure venderur, id est, veniali conditione tenebitur. Nam si ante, inquit, redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum. id est, etiā si ante finē vitę non condigna satisfactioe compensatum fuerit, is in quē peccauit proximus, non solum licitū, verum etiā laudabiliter orabit pro eo, vt remittatur ei peccatū. [Aedes Leuitarum quæ in vrbibus sunt semper possunt redimi. Si redemptæ nō fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, &c. Is venditor domus suæ, intra muros vrbis constitutæ, Leuita est, qui quis in deum peccauerit, etiā superbe contēpserit, non tamen tamdiu in peccato permanet, donec eum inuitum sceler suus publicet, sed aspirāre deo cōpunctus, peccati sui caulam adhuc in anima sua latentē, spiritali seniori per semetipsū patefacere studet, p̄occupās faciē domini in cōfessione, q̄d vtiq; legitimū est quasi ordinis Leuitici, id est, boni ac sancti propositi. Eiusmodi, inquit, aedes Leuiticæ semper redimi possunt: & si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia videlicet talium culpæ & si in præsentī seculo non satis dignis pœnitentiæ fructibus redemptę fuerint, saltē in futuro venia nō carebunt, sic tamē quasi per ignem purgatoriū. Origens de eo quod hic dictum est, si nō redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eā in perpetuū, & redimi non poterit, nescio quid volēs, semel rantum, inquit, in ecclesia est pœnitentiæ locus. Verum quomodo cunctq; ille dixerit, ille magis sensus eligendus est, qui neq; sapientium autoritatem, nec simplicium fidem lædit.

De eo

*De eo quod ait: Si paupertate cōpulsus vendiderit se tibi frater tuus, q̄s sapienter oportet humilem pœnitentium confessionem attendere.* CAP. XLIII.

**O**porter hic confessionis susceptorem doctū esse lege diuina, cautūq; discretionē p̄cipua, vt sciat qua mensura, qua moderatione redemptionū singularū taxet pretia, id est, qualia qui bulq; pro modo culpārū, vel pro possibilitate confitentū, pœnitentię imponet onera. Dicit ergo adhuc lex sancta, lex iusta & bona. [Si paupertate cōpulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eū opprimes seruitute famulorū, sed quasi mercenarius aut colonus erit. Vtq; ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis, & reuertetur ad cognationē & ad possessionem patrum suorum. Mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti.] Si, inquit, paupertate, id est, spiritu timoris cōpulsus, vendiderit se tibi frater tuus, quod videlicet facit, quando pro reatu timens, & cōpunctus semetipsū iudicio dei per ministrum dei subijcit, vt veniam salutēq; mercetur, facturus pro redēptione animæ suæ quicquid à te fuerit iussus. Vt quid enim se tibi subijcit, nisi quia paupertas eum cōpellit, illa inq; paupertas, in qua pōnit dominus beatitudinis principium, dicendo: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū? Nisi enim hæc illū angeret, qui forsitan natalibus, sensu quoq; aut etiā curiæ fascibus te potior est, nunq; consilium salutis suæ à te cū poena pudoris sui mēdicaret. Non ergo, inquit, eum opprimes seruitute famulorū, videlicet de tua cōfusus iustitia, tanq; tu ipse misericordia dei non indigeas, quāmodū Pharisæus ille, qui peccatricē mulierē secus pedes domini silentē videns, a renti corde fontē misericordiæ reprehendebat. Hic, inquit, si esset propheta, sciret quæ & qualis esset mulier, quæ tangit eū, quia peccatrix est. Vtiq; tali si mulier hæc eadem paupertate compullā, semetipsam vendidisset, non eā paterna pietate suscepisset, sed seruitute famulorū oppressisset, imō & quod peius est, calcibus fortē repulisset. Sed quasi mercenarius, inquit, & colonus erit, id est, veniā peccatorum, pro qua seruit, per tuum ministerium impetrabit, tecumq; in gratia vel iustitia, qua dilatarus es, sine angustia receptus habitabit. Vtq; ad annum iubileum operabitur apud te, id est, vltq; ad remissionem sperandā, indictos sibi met abs te faciet fructus dignos pœnitentiæ, & postea reuertetur ad cognationem & possessionē patrum suorum, scilicet recipiēdo pristina dignitatis vel officij gradum. Non enim peccata, quæ tali modo prodita sunt, honore vel gradu proprio priuant auctorem suum, cum & Dauid dicat: Docebo iniquos vias tuas, qui vtiq; grande crimē admiserat. Mei enim, inquit, sunt serui, & ego eduxi eos de terra Aegypti. Ac si dicat: Idcirco non opprimes vt prædictum est, quia non tibi se subiecit, sed mihi: non tuo, sed meo timore confessus est, quod fecit, & ergo inspiratione occulta vocauit illum, de peccatorum suorum tenebris, vt veniret ad lucem consilij tui. [Non veniant conditione seruorum, nec affliges eum per potentiam, sed merito deum tuum.] Ac si dicat: Non agerur cum his qui eiusmodi sunt, sicut cum his qui in seruilis nequitia perseuerantes deprehensi, vel à iudicibus conuicti sunt, sed merito, inquit, deum tuum, videlicet considerans ne & tu ipse teneris. Nam qui se existimat stare, videat, inquit, ne cadat. Meruiro inq; deum tuum, & temetipsū in alterius calamitate desle, quia fortasse in similibus aut lapsus es, aut labi pores, si non lapsus es. [Seruus & ancilla sit vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt, & de aduenis qui peregrinantur apud vos. [Illos, ait, in fortitudine & terrore opprimit, quos arguit seruilis conditio morum, qui nisi quasi cum armis quæsitū fuissent, ad modum bellici, quo de nationibus, quæ in circuitu sunt, laboriosa victoria fit & capiuntur, qui hostes vel rebelles fuerunt, nunq; prodidissent reatum suum. In illos inquam seuerius vindicatur, qui non voluntaria confessione peccatum suum prodiderunt, sed per alios est cognitum.]

Luca 7.

Psal. 50.

Rom. 11.

*De eo qui in te, id est, te sciente peccauerit, qualiter veram circa illum disciplinam moderari debeas, secundū quod ait: Si inualuerit apud te manus aduenæ & peregrini.* CAP. XLIIII.

**S**i inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiq; de stirpe eius, post venditionē potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, &c. In omnem partem periculi lex spiritalis magnam clementiæ manū porrigit. Quid enim, si neq; ipse peccator delictum suum prodidit, neq; publicē per alium cognitus est, sed tu solus nostris: Nunquid statim diuulgabis? Non vtiq; Sed vade, inquit dominus, & corripe eū in te & ipsum solū. Si te audierit, lucratus eris fratrē tuū. Si ergo, inquit, inualuerit apud vos manus aduenæ atq; peregrini, Peregrinus iste diabolus est, qui tunc apud nos inualefcit, quando in his, qui nostri sunt, in crassatur pars eius (vt ait Abacuc) & cibus eius electus. Nam de hoc peregrino ad Dauid à domino missus Nathan loquitur. Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Ac deinceps. Cū autem peregrinus quidā venisset ad diuitē, parcēs ille sumere de ouibus & bobus suis, vt exhiberet conuiuio peregrino illi, q̄ venerat ad se, tulit ouē viri pauperis, & cœt. Peregrinus ergo, & ab omni ciuitate dei profugus, imō & refuga, diabolus est, quem superuenientem Dauid eo tempore excepit, & quasi grandi conuiuio nebulonem pauit, quando vxorem Viriæ adulterauit, ipsumq; gladio filiorum Amon interfecit. Si igitur, inquit, inualuerit apud vos manus

Matt. 18.

Abac. 1.

2. Reg. 12.

manus aduenæ atque peregrini, id est, diaboli, & attenuatus, id est, tentatione superatus frater tuus vendiderit se ei, videlicet quomodo Dauid semetipsum vendidit, post venditionem potest redimi, nec enim debet post peccatū poenitentia denegari. Qui voluerit ex fratribus suis redimer eū, videlicet corripiendo inter se & ipsum solū, & ita lucrando eū, faciendo etiā quod Apostolus ait: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. [Sin autē & ipse potuerit, redimer se.] prueniēdo scilicet omnē correptionē spōranea cōfessione, vt supra dictū est. Redimer se, ait: [Suppuratis dūtaxat annis à tēpore vēditionis vsq; in annū iubilēū, & pecunia qua vēditus fuerat iuxta annorū numerū, & ratione mercenarij supputata. Si plures fuerint anni q̄ remanēt, vsq; ad iubilēū, secundū hos reddet & precitū, &c.] Supputare annos à tēpore vēditionis vsq; ad annū iubilēū, pecuniāq; iuxta annorū numerū, id planē est, pura ac sincera cōfessione aperire, rarius an crebrius peccatū sit iteratū, & secundū peccati frequentationē suscipere poenitentia pensum. Neq; enim, si (verbi gratia) adolescens semel & fortuito casu cum virgine peccauit, aut semel furtum fecit, eadem poenitentia quantitate plectendus est, quā & ille, qui sæpius peccatū ipsum incidit.

*De bonis quæ promittit deus, deq; malis quæ cōminatur quasi carnalibus, quomodo a nobis spiritualiter rectē intelligantur.* CAP. XLV.

CAP. XXVI.

**E**go dominus deus vester: Non facietis vobis idōlum, &c.] Confirmaturus præcepta moxq; digna promissurus præmia, summā autoritatē præmittit deus & dominus maiestatis. Quæ autē promittat bona vel quæ cōminetur mala, spiritualis homo nō minus in spiritu videt, q̄ in litera. Neq; enim expositione indiget, quas nobis mādara sua custodiētibus det pluuia tēporibus suis, quæ terra gignat germē, quæ pomis suis arbores repleatur, quæ messū tritura, quæ vindemia, quæ sementis succedat, quem panem comedamus in saturitatem, quā pacem habeamus in finibus nostris, quæ sint malæ bestia quas deus auferat, & quis sit gladius qui terminos nostros nō transeat, quæ comedamus vetustissima veterum, & quæ vetera quibus nouis superuenientibus proiciamus. Clarum quippe nobis est, quia pluuia nostræ cœlestes doctrinæ sunt, terra nostra ecclesia, arbores singuli homines, messis vel vindemia communia iustitiæ opera, panis noster viuis panis, qui de cœlo descendit, & pax nostra Christus est, malæ bestia maligni spiritus, gladius æterna damnatio, vetustissima comedenda antiquissima decalogi præcepta, auxilio dei benè implenda, vetera nouis superuenientibus proicienda, ceremoniæ veteres in spiritu custodiendæ, vetustate literæ contēpta. Hæc enim omnia diuinitatis ope nobis bene proueniūt, propter præcedētis fidei meritū. Eccontrariō quæ mala cōminatur nō audientibus mādara sua dominus deus, plana sunt intellectu, ita in litera, q̄ in spiritu. Visitabo vos (inquiens) velociter in egestate & ardore, &c. Et quidem spiritualia magis q̄ carnalia, æterna potius quā transitoria mala metuenda sunt, & æterna magis quā transitoria bona diligenda sunt: veruntamen & pro temporalibus bonis deo supplicare, & contra mala temporalia eius opem flagitare, nulla nos scriptura verat.

*De eo quod ait: Homo qui votum fecerit, &c. & quod grauisimum sit, non reddidisse quod vouerit.* CAP. XLVI.

CAP. XXVII.

**H**omo qui votum fecerit & vouerit & sponderit deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. Si fuerit masculus, à vicésimo anno vsq; ad sexagesimū annū dabit quinquaginta siclos argenti, ad mensurā sanctuarij. Si mulier, triginta. A quinto autem anno vsq; ad vicésimum masculus viginti siclos, foemina decē. Et cætera. Norandum in primis, votum ex præcepto non esse, quod dicit psalmus: Vouete & reddite. Nempe q̄ dicit vouete, nō ex autoritate iubētis, sed ex animo est consulentis, q̄ autē addit, & reddite, ita ex autoritate imperantis est. Etenim vt voueat, aut non voueat quis, in potestate habet, postquam autem vouerit, ita ex necessitate reddit, quia debet. Deinde sciendū, quia non satis deo charus est, imo deo indignus est, qui rem suam illi quidem offert, seipsum autem sibi retinet. Nam si rectē quidem obtulit, quia cui debuit deo obrulit: sed non rectē diuisit, quia quod erat melius, deo negauit, quod vilius, dedit. Vndē & assimilatur Cain, qui deo quidem fruges terræ obtulit, sed cor in malo detinuit. Igitur & lex domini sancta votum animæ proponit, deinde & votum rei possessē subiungit, dum dicit. Homo qui votum fecerit & vouerit & sponderit animam suam, &c. Ac deinceps: [Animal, inquit, quod immolari potest domino, si quis vouerit, sanctū erit, & mutari non poterit.] Et reliqua. Per periphrasim, id est, per circūlocutionem, trināq; non verbi, sed sensus eiusdem repetitionē, dicendo: qui votum fecerit & vouerit & sponderit, voti tenorē, quantus esse debeat, intinmare contendit. Et reuera non solū in austeritate legis, sed & in dulcedine euangelij grauisimū & valde periculosum est, non reddidisse quodcunque vouerit. Nam in Actibus apostolorum Petro dicente: Anania, cur tentauit Satanus cor tuū mentiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agris? &c. audiens Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Veruntamen hæc voti occidentem literam, ecclesia in euangelio Christi detrimentum facit, atq; abijcit, quod videlicet carnali populo permillum est, sic vouere animam suam, vt non redemisse, reatus esset, votū perfoluisse, sacrilegiū esset. Eo modo potius homo Christianus animā suam voueat, quod cū vouerit, redimere non li-

non liceat, & si nō vouerit, sine dubio perdat. Quomodo? Scilicet vt peccato moriatur, & iustitiæ viuatur, vt mundo crucifixus sit, mortificando membra sua super terram, & sic odiendo animam suam, in vitam æternam custodiat eam.

Commentariorum in LEVITICVM Finis.

## Ruperti Abbatis Tuitiensis de Trinitate et Operibus eius, in Numeros, Commentariorum, Liber I.

*De eo quod dictum est in Apocalypsi: Et cum deuorasset librum amaricatus est venter meus, & quod hunc librum Numeri legētib; rectē amaricatio timoris in eo sit, quod numerati filij Israhel prosternuntur.* CAP. I.



**A**PERTVM in Apocalypsi Iohannes librum accipit, vt deuoret illum de manu angeli fortis stantis supra mare, & supra terram: qui dum prædicatores fortiores mittit ad fortiora, siue minores ad minora pericula, profectō pedem suum dextrum supra mare, sinistrum autem ponit super terram. Et accipit, inquit, librum, & deuorauit illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce. Et cum deuorasset eum, amaricatus est venter meus. Liber iste, quem & hic angelus apertum habet in manu, & in alio loco signatum accipiens agnus soluit septem signacula eius, sancta scriptura est, quam in semetipso impleuit vnus, idemque Christus, & angeli, id est, nuntij nobis officio functus & tanquam agnus pro peccatis nostris immolatus. Et hunc librum nos quōque cum de Iohanne de manu angeli accipere ac deuorare, ore licet exiguo, nec satis firmo dente conati sumus, estque in his quæ hæcenus dicta sunt, in ore nostro tanquam mel dulce, sed iam nunc adest vndē amaricitur venter noster, vndē timore magno iure concutatur interior sensus noster. Hic enim est liber Numeri, quo omnes filij Israhel iubente domino per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum à vicésimo anno & supra recensiti sunt, & tamen in terram repromissionis non introierunt, sed eorum corpora in deserto prostrata sunt. Hæc est, vndē amaricitur venter hominis spiritualis, quicunque librum prædictum studiose deuorauit. Quid enim amaricus, q̄ quod in hoc libro numerati prosternuntur, & dinumeratio deinceps iteratur? Testante quippe Apostolo, hæc in figura nostra facta, & ad correctionem nostram scripta sunt. Quia in figura nostri sunt facta, vel quid de nobis præfigurauerunt, nisi quia nos omnes secundum præsentē fidei professionem numerati sumus, quippe qui omnes in baptismo Christi nomina nostra dedimus, & tamen non omnes sic currimus, vt comprehendamus? Igitur cantantes quidem, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauum ori meo, de vocatione nostra gaudeamus, sed de incertitudine cursus aut comprehensionis nostræ timentes amaricemur secundum verum ac mysticum sensum præsentis libri, quem nunc ingredimur.

*Nomina principum, tribuum, ac domorum, & interpretationes earum, & quod professionem significant in Christum credentium.* CAP. II.

**P**incipum, tribuum, ac domorum in cognationibus suis, ista sunt nomina. [De tribu Rubē, Elizur filius Sedeur. De Simeon, Salamiel filius Surisadai. De Iuda, Naafon filius Aminadab. De Isachar, Nathanael, filius Zuar. De Zabulon, Heliab filius Helon. Filiorū autem Ioseph. De Effraim, Elisama filius Ammiud. De Manasse, Gamaliel filius Phadassur. De Benjamin, Abidan filius Gedeonis. De Dan, Abiezer filius Amisaddai, De Aser Phezziel filius Ocran. De Gad, Eliafaph filius Duhel. De Nephthali, Aira filius Henan. Hi nobilissimi principes multitudine.] Horum nomina ferē omnia secundum proprias interpretationes insignia iunt. Ruben quippe, videns filios interpretatur. Elizur, pater meus fortis. Sedeur, vberum lux. Simeon, audiens tristitiam. Salamiel, retribuens mihi deus, vel pax mea deus. Surisadai, continens vbera mea, vel fortis meus dominus. Iuda, cōfessio. Naafon, serpētinus, vel auguriū. Abinadab, populi mei spontaneus. Isachar, merces. Nathanael donum dei. Zuar, pusillus. Zabulon, habitaculum fortitudinis. Heliab, deus meus pater. Helon, exercitus fortitudo. Ioseph, augmentum. Effraim, frugifer siue crescens. Elisama, deus meus audiuit. Ammiud, populus meus inclutus. Manasse, obliuio. Samaliel, retributio dei. Phadassur redemptio fortis. Benjamin filius dexteræ. Abidan, pater

1. Cor. 10.

Apoc. 7.

Apoc. 21.

CAP. II.

Canti. 6.  
Canti. 1.

Apoc. 21.

Hierem. 1.

pater meus iudex, Gedeon tentatio iniquitatis, vel circuiens vterum. Dan iudicium aut iudicis, Ahiezer, frater meus adiutor. Amisaddai, populus meus sufficiens. Afer, beatus. Phezziel, occurre mihi deus. Gad, accinctus. Eliafaph, deus meus congregavit. Duhel, agnoscat deum. Nephthalim, dilatauit me. Aira fratris mei amicus. Henan, nubes. Hæc, inquam, nomina, ferè omnia splendida sunt, & pulchram omnium nostrorum professionem significant, qui in præfenti via currimus, qui mare baptisimi omnes transuimus, & omnes iam non in nube, & in mari, sed in eo quod per nubem & mare significatum est, baptizati sumus, qui omnes etiam spirituale manducamus, & spirituales potum bibimus de petra, quæ non iam in figura, sed in veritate est Christus. Sed in Apocalypsi dicit spiritus ecclesijs: Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Cum de illo qui vicerit, dicit: non dolebo nomen eius, & confitebor nomen eius: profectò de opposito, id est: de illo qui non vicerit, subaudiri vult, quòd debeat nomen eius, quòd non confiteatur nomen eius, quantumlibet in præfenti ecclesia pulchrè scriptum esse videatur, quantumuis altè inter Christianæ fidei professores recitetur. Nempè & isti principes nominati, & omnes qui sub illis à vicelimo anno, & supra numerati sunt. [Quorum fuit numerus sexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta ad bella procedere valentium.] Omnes, inquam, in deserto proftrati sunt, præter Iosue filium Nun, & Caleph filium Iepphone. Ordinem quoque exercituum cõsideremus, quoniam nec ipsum à figura nostri vacare credimus.

*De ordine exercituum vel positione castrorum, quòd illud significet, quòd in Apocalypsi ciuitas ternarum dispositione portarum.* CAP. III.

**M** Erabuntur aut castra filij Israel, vnusquisque per turmas aut cuneos, atque exercitum suum. Porro leuitæ per gyrũ tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinẽ filiorũ Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. Ac deinceps. [Ad orientem Iudas figent tentoria per turmas exercitus sui, eritque princeps filiorum eius Naafon filius Aminadab, & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuaginta quatuor milia sexcenti.] In Canticis Canticorum sponsus dicit: Pulchra es amica mea, suavis, & decora, sicut Hierusalem, terribilis ut castrorum acies ordinata. Item: Equitatu meo in curribus Pharaonis assimilauit te amica mea. Ergo non solum duce ratione, sed & hac præeunte autoritate, prædictum ordinem castrorum in figura dispositum fuisse credamus sanctæ ecclesiæ. Quid enim pulchrius, quid rationabilius, secundum viuificantem spiritum, tali castrorum ordine? Ad orientem tribus Israel tres, ad occidentem tribus tres, ad meridiem tribus tres, & ad aquilonem metabuntur castra tribus tres. Et in apocalypsi de illa sancta ciuitate dei, quæ est ecclesia, quam hæc (ut prædictum est) ordinata significat castrorum acies, ita scriptum est: Et habebat murum magnum & altum, habens portas duodecim, & in portis angulos duodecim, & nomina scripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorum Israel. Ab oriente portæ tres, ab aquilone portæ tres, & ab austro portæ tres, & ab occidente portæ tres. Hinc egregius atque orthodoxus verficator, ait:

Seu pueros sol primus agat, seu feruor ephæbos  
Accendat nimius, seu consummabilis æui  
Perficiat lux plena viros, siue algida boreæ  
Aeras decrepitam vocet ad pia sacra senectam,  
Occurrit trinum quadrima ad compita nomen.

Hoc igitur liquet, quia talis tribuum dispositio, plenitudinis gratiæ figura est, qua nunc ab omni gente & natione, ab omni sexu & ætate venientes, excipit sanctæ trinitatis vnica & apostolica fides. Sed & præterea notandum, quia Dan ad Aquilonis partem castra metatus est. Nam quia de stirpe eius (ut creditur) Antichristus venturus est, rectè ad Aquilonem sedet, qui in mala accipitur significatione, propheta dicente: Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terræ. Et quidem Afer & Nephthalim, qui cum eo castrametati sunt, nominibus suis bona significant. Afer quippe beatus, Mephthalim latitudo interpretatur, sed omnes videlicet Dan, Afer, & Nephthalim ex ancillis, omnes in concubinis generati sunt. Cæterum ad orientem, vnde sol oritur, Iudas, Isachar, & Zabulon, qui omnes ex Lya libera. Ad occidentem verò, vnde suaues & verni spirant zephiri, Efraim, Manasses, & Benjamin, qui omnes ex Rachel libera progenerati sunt, fixere tentoria. Porro ad meridianam plagam, vnde clarior quidem diei facies, sed nimis interdum æstus feruet, Ruben, Gad, Simeon castrametati sunt, quorum vnus Gad de ancilla, cæteri de libera orti sunt.

*Quid mysticè significet, quòd leuitæ non sunt numerati inter filios Israel.* CAP. IIII.

**L** euitæ autem non sunt numerati inter filios Israel. Sic enim præcepit dominus Moysi. [Leuitæ in præfenti ecclesia Christi, hi sunt qui altari deseruiunt, qui sacris honoribus functi sunt, qui altaris officia celebranda susceperunt. De istis sacri canones præcipiunt, vt à secularibus

curis abstineant. Episcopus, inquit, aut presbyter, aut diaconus, nequaquam seculares curas assumar, verbi gratia: Negocia vel venationes exercendo, aut in bellum eundo. Sin aliter, deiciatur. Benè ergo Leuitæ præcipiente domino non sunt numerati inter filios Israel, quia videlicet non sicut populum, sic sacerdotes aut ministros altaris esse decet. Inter eos scilicet Leuitas, Aaron sacerdos summus eminet, cuius primogenitus Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Quorum Nadab spontaneus. Abiu pater meus est, siue pater meus ipse. Eleazar, deus meus adiutor, siue dei mei adiutorium. Ithamar, vbi amarus, siue vbi palma interpretatur. His nominibus perne totus sacerdotalis ac Leuitici ordinis nostri status exprimitur. Nam plerique ex nobis ad altaris officia nimis spontanei sunt secundum nomen Nadab, & nimium in deo gloriantur secundum nomen Abiu, qui laicum populum aspernantur, tanquam solis ipsis pater sit deus. Cæterum qui sui gradus honore humiliter & dignè funguntur, hi secundum nomen Eleazar rectè dicere possunt, deus meus adiutor, vel dei mei adiutorium, quia videlicet quicquid ab eis dignè perfectèque agitur, à deo fieri creditur: & secundum nomen Ithamar hoc ab illis exigitur, vt per amaram castigationem corporis sui sic currant, vt brauium accipiant, ne fortè alijs prædicando, ipsi reprobi fiant. [Mortui (inquit) sunt Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum.] Videlicet in typum Iudæorum vel hæreticorum, quorum sacrificia mortua sunt.

*De dispositione familiarum leuitarũ circa tabernaculum, & quòd ad orientem Moyses simul & Aaron sint castrametati.* CAP. V.

**L** ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Numera filios Leui per domos patrum suorum, & familias, omnem masculum ab vno mense, vt supra. Numerauit Moyses, vt præceperat dominus, & inuenit sunt filij Leui per nomina sua, Gerson, & Caath, & Merari. Filij Gerson, Lobni & Semei: Filij Caath, Amram & Iesuar, Hebron, & Oziel. Filij Merari, Mooli & Musi, &c. Et horum sacra mytheria pulchra vel speciosa signant vocabula. Leui namque additus siue assumptus interpretatur. Gerson, aduena: Caath, patientia: Merari, amaritudines: Lobni, filio meo: Semei, aut di, vel auditio mea: Amram, populus excelsus: Iesuar est meridies siue meridianus: Hebron, participatio fortitudinis vel augmentum sempiternum: Oziel, fortitudo mea deus: Mooli, chorus meus: Musi, attricator, siue palpator meus. Hi vel horum familiæ omnes Leuitæ, sicut pro officio medijsunt inter deum & populum, ita & positione medijs excubabant inter tabernaculum & castra duodecim tribuum. Et Gersonitæ quidè post tabernaculũ ad occidentem, Caathitæ verò ad meridianam plagam, Meraritæ, ad septentrionalem. Moyses autè & Aaron cum filijs suis, ante tabernaculum foderis, id est orientem. Vbi notandũ, quia Moyses populi dux, & Aaron pontifex summus, pariter ad orientem castrametantur, vnde & in psalmo canimus: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, quia videlicet in præfenti ecclesia semper ducũ aut consulum fascibus, regum quoque vel imperatorũ gladijs multũ indiget sacerdotalis sanctitas, & cũ sibi cõueniunt, nihil tutius: cũ aut aduersus inuicè dissentiunt, nihil statui Christianitatis in hoc mũdo potest esse perniciosius.

*De eo quod ait: Tollestis leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & quòd ante primogeniti fuerunt sacerdotes, & cur in vnam leuiticam tribum sacerdotum delatum est.* CAP. VI.

**L** ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito, qui aperit vuluam in filijs Israel. Eruntque Leuitæ mei, meũ est enim omne primogenitum ex quo perculli omnes primogenitos in terra Aegypti. Ac deinceps. [Numera primogenitos sexus masculini, de filijs Israel, à mense vno & supra, & habebis summam eorum. Tollestis Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel.] Iam & alio loco dictum est, traditionem Hebræorũ esse, quòd vsque ad sacerdotium Aaron, omnes primogeniti ex stirpe Noe fuerint sacerdotes, & deo victimas immolârunt, cuius videlicet Noe primogenitus Sem ipse fuerit Melchisedech, & hæc esse primogenita, quæ Esau vèdiderit Iacob. Quare ergo trãspõnitur in lege, vel ad vnam tribum Leui congregatur omnis sacerdotalis dignitas, & vniuersa altaris ministratio coarta est in tribu eius sola? Videlicet, quia sacrificia vel ministeria temporis illius non iusta fuere, sed permisfa, quòd iam multis locis superius in prophetarum testimonijs comprobauimus. Verum nanque sacrificium in ecclesia futurum erat secundum ordinem Melchisedech, quòd & primogenitorũ est, imò vnus primogeniti sancti & immaculati, cui iurauit dominus & non peccabit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Hic dicit in alio psalmo: Holocaustũ & pro peccato non postulasti, tunc dixi, ecce venio, subauditur, sacrificaturus carnem meam & sanguinem meum pro multis in remissionem omnium peccatorum. Quid enim aliud postulabat, quam aliam volebat deus redemptionem, nisi sancti & immaculati carnem & sanguinem? Nunquid (ait) manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabor? Et multa huiusmodi. Ergo anteqũ haberent sacrificium quòd offerrent, vt quid ex iussu legis ad sacerdotium vocati primogeniti accederet? Igitur sicut offerendũ erat tunc temporis sacrificiũ, non iustum, sed permissum, sic sacerdotes vel ministri omnes de tribu Leui, nõ iusti, sed admissi sunt, nõ tã sacerdotes

2. Tim. 2.

1. Cor. 9.

CAP. III.

Filij Leui.

Psal. 81.

Psal. 109.  
Psal. 139.

Psal. 49.

Luc. 2.

quod sacerdotum vicarij vacantium primogenitorum, quo visitarent, tam diu accepturi pretium, donec veniret primogenitus, qui seipsum non redimeret, sed futurorum bonorum alliens pontifex, semetipsum pro nobis omnibus offerret, factus (ut predictum est) sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Quod pulchre respiciens euangelista Lucas, cum dixisset de virgine, qua de spiritu sancto concepit, narrauerat: & peperit filium suum, statim addidit, primogenitum, quod videlicet secundum praedictam eius narrationem superfluum esset, nisi magnum secundum scripturas mysterium attingeret. Dixit ergo primogenitum, ut subaudiatur legipertus vir ecclesiasticus, eum esse qui sacerdotium Leuiticum, sacerdotium vicarium tandem amoueret, & ipse primogenitus cum omni corpore suo quod est ecclesia, sanctuario coelesti suo sacerdotio functus astaret. Et bene quinq; sicli accipi iubentur pro redemptione primogeniti, quod videlicet quinq; sensibus fungitur corporalis haec vita, quam primogenitus iste non redemit, sed pro nobis omnibus morti obtulit. Cur vero potius haec tribus i. Leuitica, admittitur pro primogenitis? Videlicet, quia de tribu illa fuerunt Moyses & Aaron, qui filios Israel eduxerunt de terra Aegypti, de domo seruitutis: & dignum erat, ut ex qua fuit salus temporalis, ex eadem tribu ministros haberet sacrificij temporalis.

*De cultu filiorum Caath, & quid sit mystice quod ait, ut portent inuoluta, ut non tangant vasa sanctuarij, ne moriantur.* CAP. VII.

CAP. III.

**H**ic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum foederis, & sanctum sanctorum ingrediatur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponet velum quod pender ante fores, inuoluentque arca testimonij, & operient rursus velamine hyacinthinarum pellium. Ac deinceps. [Cumque inuolauerint Aaron & filij eius sanctuarium, & omnia vasa eius, in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath ut portent inuoluta, & non tangant vasa sanctuarij, ne moriantur.] Magna cultus diuini reuerentia, magna & seuera disciplina: Aaron (inquit) & filij eius intrabunt, ipsique disponunt opera singulorum, & diuidunt quae portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant, quae sunt in sanctuario priusquam inuoluantur, alioqui moriuntur. Ergo secundum hanc normam sacerdotes hodieque legitimi sunt hi tantum, quibus pro merito electionis secreta sua deus credidit, qualibus in euangelio suo saluator dicit: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, caeteris autem in parabolis. Ipsi arcam testimonij, mensam propositionis, thuribula, & mortariola, cyathos quoque & crateras ad libamina fundenda, candelabrum cum lucernis & forcipibus suis, emundatorijs, & cunctis vasis olei, necnon & altare aureum, omniaque vasa quibus ministratur, in sanctuario contrahent manibus, & inuoluant pallijs hyacinthinis, atque cocineis: filij autem Caath inuoluta portent, & non tangant, ne moriantur. Id est, illi mysteria incarnationis, natiuitatis, passionis, resurrectionis Christi filij dei, aduentus quoque spiritus sancti, libero intuitu oculorum cordis, quos deus illis aperuit, aspiciant, & ore sacro contrectent, pulchritudinem literis adornent. Isti autem audiunt, vel exposita ab illis legant: isti, inquit, quibus datum est regnum dei audire in parabolis, & ipsi non audeant expositores vel authores esse, ne labantur in haerelimum. Portent, inquit, minus eruditi, aut vasa sacra cum filijs Caath, aut cortinas tabernaculi, & teetum foederis, cunctaque rectoria cum Gersonitis, aut tabulas testimonij, & vesces eius, columnas, & bases earum: columnas quoque atrij per circuitum cum basibus, & paxillis, & funibus suis: id est, aut si possunt mystica legant, exposita valenter a patribus orthodoxis: aut si non possunt legant alij vel praedicent historicorum nouorum vel antiquorum facta, alij moralia sanctorum precepta, in quibus infirmis circa fidem minus est periculi.

*Quod huius precepti praenotatio sit, ubi ad sacri mysterij ordinem admittuntur indigni.* CAP. VIII.

I. Cor. II.

**A**t vero nunc quod periculosissimum est, filij Caath, filij Gerson, & filij Merari, qui non perueniunt ad dignitatem Aaron, & filiorum eius, non solum non arcentur a conspiciendis vel tangendis interioribus sanctuarij sanctis, verum etiam aduocantur & irruunt irreuerenter intrus, quando ad sacrosancta altaris Christi mysteria tales acceruntur, quales pro merito vite, pro qualitate vel quantitate scientiae laicus quoque non iniuria contemnat populus. Qui hodie tales facile admittunt, non audiunt dominum loquentem ad Moysen & Aaron. [Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarum, ut viuant & non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum, Aaron & filij eius intrabunt, &c.] Nam reuera, quia quicumque nomen vel tonsuram clericij arripuerunt, irruunt admissi ad Christi sanctuarium, tanguntque & contrectant in digna sancta sanctorum, idcirco moriuntur, & non solum in anima, verum etiam in corpore citius feriuntur. Nam ideo (inquit Apostolus) inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.

*De eo quod praecipit, ut eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, & qui pollutus est super mortuo.* CAP. IX.

CAP. V.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Praeceptum filijs Israel, ut eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo. Tam masculum quae foemina eijciant de castris, ut non contaminet ea, cum habitauerint vobiscum. Ordinata castrorum acie, qualis secundum coelestia, quorum

quorum haec exemplaria sunt, malignis spiritibus terribilis esse debeat, tota videlicet sancta, tota munda: nunc demum sub nominibus leprosi, & fluxu feminis patientis, quaecumque noxia, quaecumque sunt immunda, lex spiritualis anathematizari imperat. Qualiter circa eiusmodi sit agendum, superius in Leuitico planius edixerat. Verum non nihil interest. Nam illic quidem virum qui patitur fluxum seminis, extra castra non iubet projici, quia videlicet durum nimis est, ut omnem qui multiloquio subditur, & eo se inquinat, coestimam a coetu suo equae ut haereticum sancta ecclesia proijciat. Ergo cum dices, eijciant de castris omnem leprosum, addidit: & qui semine fluit, intelligio portet vnum eundemque qui sic semine fluit, ut etiam leprosus sit. i. sic incontinentis linguae est, ut etiam haereticus sit. Nam & hoc addidit continuo, pollutusque est super mortuo. Etenim vnus idemque & leprosus est & semine fluit, & pollutus est super mortuo, quando is qui haereticus est praedici care audeat, tacere non valens, & munda loqui nesciens, sicque interficit auditores suos, atque ita polluitur super mortuo. Eijciant ergo, inquit, de castris omnem qui eiusmodi est, tam masculum quam foeminam. Verum de caeteris peccatis non eadem distinctio legis est. Nam sequitur: [Vir siue mulier cum fuerint ex omnibus peccatis quae solent hominibus accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mandatum domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddent ipsum caput, quintamque partem desuper ei, in quem peccauerunt, &c.] Peccatis omnibus re medium vel redemptionis regula proponitur: Leproso autem, & qui semine fluit, nihil aliud, nisi ut de castris eijciantur. Ergo nec illud in euangelio suo sine huius mysticae legis consonantia Christus loquitur, dicens: Quia omne peccatum remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Verum de hoc supra in Leuitico vberius dictum, nunc coeptra prosequamur.

*De viro, cuius vxor errauerit, qualiter inuestigare debeat, & cuius rei mysterium in Christo sit.* CAP. X.

**L**ocutus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos, vir cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum alio viro, & hoc maritus deprehendere nequiverit, sed later adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuenta in stupro, si spiritus zelotipiae concitauerit virum contra vxorem suam, quae vel polluta est vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sari faring hordeaceae, &c.] Secundum suprascriptam castrorum metationem quadrifida, valde laudabilis est amica Christi euangelica ecclesia, ut recte admiret ipse, & dicat: Quae est ista quae progreditur, vel quae accedit per desertum, sicut aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Ista, inquam, laudabilis est, sed quid fiet de synagoga adultera? Quid faciet vir eius, vel maritus antiquus, quae illa contemnens dormiuit cum alio viro? Etenim contempto deo amatore suo, contempto dei filio Christo, perulater errauit, & cum diabolo dormiuit. Verum hoc maritus deprehendere nequit, sed later adulterium. Quis enim facile contentio sanam synagogam deprehendere vel conuincere queat. Nempe illa quidem adulterium fecit, sed tantis tergiversationibus seipsum defendit, ut rarus quisque sit adeo legipertus, adeo valens in scripturis, quatenus illam conuincere argumentando possit, quod non dei, sed synagoga Satanae sit. Latet ergo quodammodo adulterium, & testibus argui non potest, quado videlicet confitetur, quia factis illam neget, quia non est inuenta in stupro, quia nulli visibiliter seruit idolo, sicut olim seruiuit Astaroth, coluit Baal, iniriata est Beelphegor. Quid ergo vir eius faciet? Si spiritus (inquit) zelotipiae concitauerit maritum contra vxorem suam, quae vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa, decimam partem sari faring hordeaceae. Plane spiritus zelotipiae, i. emulacionis vxorie concitauit virum eius deum contra vxorem illam, quae reuera quidem polluta est, sed secundum contentiosam aestimationem suam suspitione appetitur. Concitatus ergo adduxit eam ad sacerdotem, ad illum pontificem magnum, qui penetrauit coelos, Iesum Christum filium suum, ut iudicalem sub illo accipiat sententiam. Et offeret (inquit) oblationem pro ea, decimam partem sari faring hordeaceae. Hoc secundum literam factum sit, & fieri debuerit pro illa, quaecumque maritum contempsit, & in oblatione non simillam fermentum, sed hordeum habuerit, quod est iumentorum pabulum, quia fluxum secuta est iumentorum. Caeterum secundum iam coeptum spiritualem sensum, tota adultera synagoga oblatio quasi hordeacea est, quia scripturarum solum literalem paleam legit, tam grossam, tamque hirsutam, ut singulari porius queat, quam refici. [Non funder (ait) super eam oleum, nec impouet thus.] Quare? [Quia sacrificium zelotipiae est, & oblatio inuestigans adulterium.] Na reuera non dedit illi sanctum charitatis spiritum, nec aliquem boni odoris fructum, quia vehementer ignem iracundiae, causa praedicti incendit adulterij. [Offeret igitur eam sacerdos & statuet coram domino. Assumetque aquam sanctam in vas fictile, & pauxillum terrae de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumque steterit mulier in conspectu

Matt. 12.

In Leuitico lib. 2. cap. 18.

Cantic. 6.

Apoc. 2.

Hebr. 4.

Matt. 23.

Pfal. 100. Psal. 48.

Hiere. 3. Ibidem.

Matt. 27.

conspetu dñi, discooperiet caput eius, & poner super manus illius sacrificiū, &c.] Plana est exa-  
 minationis huius litera, & nihilominus in spiritu super illā sarañ synagogā manifestē adimpleta  
 est. Postmodū vbi Christus in cœlū ascendit, & illa apostolos quocq; eius flagellauit, & ex eis occi-  
 dit, lapidauit, & de ciuitate in ciuitatē persecuta est, postmodū inq; statuta est corā dño, discooper  
 to capite circūdata atq; angustata ab exercitu Romano, vndiq; absq; omnimoda dei p̄tectione.  
 Tūc posuit super manus illius generationis malæ & adulteræ sacrificiū recordationis, & oblatio  
 nē zelotypiæ, vt veniret super illā omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā à sanguine Abel  
 iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ p̄phetæ, quē occiderunt inter templum & altare. [Ipse autē  
 tenebit aquas amarissimas, in quibus cū execratione maledicta cōgessit.] Videlicet iuxta prophe-  
 tā dicentem: Pluit super peccatores laqueos, ignis & sulphur, & spiritus procellarū pars calicis eo-  
 rū. Item: Fiat mensa corū ipsīs in laqueū, & in retributiones, & in scandalum. Hæc, inq; male  
 dicta coniecta in aquas scripturarū, quas illa sibi amarissimas fecit, tenuit vir quondā eius, & ap-  
 posuit ori illius, cū illa conuestione prophetica: Quomodo si contēnat mulier amatorē suum, sic  
 contēpsit me domus Israel. Itē frons mulieris meretricis facta est tibi. Sequitur. [Adiurabitq; eā,  
 & dicer: Si declinasti à viro tuo, atq; polluta es, & concubuisti cum altero viro, his maledictioni-  
 bus subiaceris. Det te dominus in maledictionē, exemplūq; cunctorū in populo suo. Putrefcere  
 faciat foemur tuum, & tumens vterus tuus dissipatur. Ingridiantur aquæ maledictæ in ventrem  
 tuū, & vtero tuo tumescēte, putrefcat foemur. Et respondebit mulier: Amen, amen.] Ecce hodie  
 liquet, & toto mundo palā factū est, quā mulier illa maledicta est, adultera illa in exemplū cun-  
 ctorum posita est, putrefacta foemore claudicās ab omnibus semitis suis, & tumens vterus eius dis-  
 ruptus est, ita vt nulla penitus nasci potest ex ea vitalis soboles Romano enim exercitu agēte, ca-  
 pra & captiua ducta est in omnes gentes, & ita maledictionem suam circumfert: illam, inq; ma-  
 ledictionem, quæ non à deo est, sed ab ipsa, quia sic locuta est, sic sibi met imprecata est. Sanguis  
 eius super nos & super filios nostros, & vsq; hodie cōfirmat illā iugiter. Respondet enim semper &  
 dicit: Amen, amen. Igitur clarū est, quia à viro suo declinavit, & cū altero cōcubuit, quia Christi  
 occidit, diabolo adhæsit. Nam si nō ita esset, nequaquā istis maledictionibus subiaceret. Dixit enim  
 ista zelotypiæ lex. [Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es, deserto mariti thoro,  
 non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta coniecta.] Sed quis est ille liber in quo  
 sacerdos ista maledicta scripsit? Nempe iste est liber iudicij in quo scripta sunt maledicta, quæcun-  
 que sibi anima peccatrix alciuit, ex quo Adam primus peccauit. Sed deleuit hæc aquis amarissi-  
 mis, quas ipse de torrente in via bibit. Tulit enim peccata totius mundi. Verū eadē rursum  
 aquas amarissimas adulteræ illi in potum dedit, quia sic dixit, sic sibi met elegit, vt supra dictum  
 est, clamans suo præsidī Pilato: Sanguis eius super nos & super filios nostros, ad quod & vsq; ho-  
 die dicit: Amen amen, iugiter Christum maledicens.

*De lege Nazæorum, & de eo quod ait Euangeliſta: Vt adimpletur quod dictū  
 est per prophetas, quoniam Nazæus vocabitur. CAP. XI.*

1. Maca. 2.

Math. 2.

**L**ocutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere filiis Israel, & dices ad eos: Vir siue muli-  
 er cum fecerint vorum vt sanctificentur, & se voluerint domino cōsecrare, à vino & omni  
 quod inebriare potest abſtinebunt. A cerum ex vino, & ex qualibet alia portione, & quicquid de  
 vna exprimitur, non bibent, & cæt. [Ista lex Nazæorum, id est, sanctorum siue consecratorum  
 est, de qualibus in libro Machabæorum scriptum est: Et suscitauerunt Nazæos qui impleuerāt  
 dies, & clamauerunt voce magna in cœlum, dicentes: Quid istis faciemus, & quo eos ducemus?  
 Videlicet ambitiosius in calamitate sua deum deprecabantur, tales habentes patronos, scilicet  
 Nazæos, qui plurimū merebantur de clementissimo deo, quia impleuerant dies suos, afflicti sa-  
 cra continentia, votiua abſtinentia. Sed quid sibi vult, aut quid rationis habet hæc illorum lex in  
 eo maxime, quod dicit: [Si autem mortuus fuerit subito quisquam eorum eo, polluetur caput cō-  
 ſecrationis eius, quod rader ilico eadem die, ita vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est san-  
 ctificatio eius.] Quid, inquam, in hoc rationis est, q̄ tantopere super mortuum ingredi, & super  
 patris quoque & matris, fratris, & sororis funere contaminari prohibetur, vt si mortuus fuerit  
 quisquam subito, coram eo polluetur ilico, & dies præteriti irriti ducantur? Ergo quoniam in hac  
 occidente litera nihil proficimus, viuificantem spiritum necessariō requirimus. Nēpe ista est lex  
 sub qua factus est dei filius, ista inquam lex est, quam sic impleuit ille Nazæus, vt propter il-  
 lum, in dō de illo scripta esse credantur. Hoc sciens euangelista Matthæus, cū dixisset: Audiēs au-  
 tē Ioseph quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illō ire, & ammonitus  
 in somnis, recessit in partes Galiliæ, & veniens habitauit in ciuitate, quæ vocatur Nazareth, con-  
 tinuō subiunxit: Vt adimpletur quod dictum est per prophetas, Quoniam Nazæus vocabi-  
 tur. Nempe si quæras, vbi vel per quos prophetas dictum est, quia Nazæus vocabitur, & ecce  
 iam in isto prophetarū maximo hic dictum est, quia Nazæus vocabitur, siquidē velamine literę  
 amoto claritatem spiritus intueamur legitime. Et hoc benè prospecto, simul & illud clarebit, cur  
 Euan-

Euangelista prædictus tali in loco, vel causa, tali testimonio vsus sit, quia videlicet quod hic  
 Moyles dicitis, hoc apud illum dominus noster infantulus præsignauit factis, cum fugiēs Iudæam  
 propter Archelaum ibi regnantem, venit Nazareth, & habitauit ibi.

*Quomodo iste Nazæus, id est, sanctus dominus deus noster Iesus, spiritu-  
 aliter legem Nazæorum impleuerit. CAP. XII.*

**O**mnis, inquit, tempore consecrationis suę super mortuum non ingreditur, nec super patris  
 quidē & matris, & fratris, & sororis funere contaminabitur, quia consecratio dei super ca-  
 put eius est. Omnes dies separationis suę, sanctus erit domino. Si autē mortuus fuerit subito quis-  
 piam coram eo, polluetur caput consecrationis eius. Quod rader ilico in eadem die purgationis  
 suę. Nazareus, id est, sancti huius, qui verē solus est sanctus, qui peccatum non fecit, nec inuentus  
 est dolus in ore eius, omne tempus consecrationis, omne fuit tempus vitæ præsentis, ex quo con-  
 ceptus est de spiritu sancto vsquequo resurrexit à mortuis. Toto quippe illo tempore suo super  
 mortuum ingressus non est, super nullius funere contaminatus est, quia nullum vnquam vel le-  
 ue peccatum admisit, nullius vnquam peccato consensit, imò nec ingrediens in hunc mundum,  
 vlla secum vestigia traxit peccati originalis, per quod mors in hunc mundum introiuit, vt pote  
 consecrationem super caput suum habens, dei sui, id est, plenariam effusionem spiritus sancti, de  
 quo & conceptus est, ex vtero virginis. Consecrationem, inquam, dei sui, quia videlicet deus illi  
 est secundum naturam hominis quam assumpsit, secundum quā & Nazareus est, quemadmodū  
 dicit: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, deum meum & deum vestrū. Nazareus iste  
 capillos nutriuit, quia peccata generis humani super se tulit, & poenitentiam vsq; ad mortem pro  
 omnibus egit, baptizatus à Iohanne in poenitentiam cum publicanis & peccatoribus, afflictus ie-  
 iunio quadraginta diebus & quadraginta noctibus, ita vt processerit obediens patri vsq; ad mor-  
 tē, mortē autē crucis. Sed mortuus est subito quispiam coram eo, videlicet populus iste Iudaicus  
 clamando, Crucifige, crucifige: clamando, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Ibi mor-  
 tuus est ille populus subito, & illo morticio Nazareus huius caput quali pollutum est, non sibi,  
 sed illi qui mortuus est. Vndē enim populus ille mortuus est, nisi quia motus inuidia, pro eo quod  
 cecinerant turbæ: Osanna filio Dauid, Benedictus qui venit in nomine domini, cōmentatus est,  
 qualiter Nazareus iste maledictū fieret legis, dicentis: Maledictus à deo est omnis qui pendet in li-  
 gno, videlicet vt hoc factō cōprobaretur, hunc illum non esse, de quo propheta cecinit: Benedi-  
 ctus qui vterus est in nomine domini. Ergo vndē mortuus est Iudæus, inde Nazareus iste pollut-  
 us, i. maledictū legis, factus est. Imò vndē ille pollutus est, inde iste mortuus est. Rast ilico Na-  
 zareus caput suū, ita tamē vt dies priores irriti facti sint, quoniam polluta est sanctificatio eius. Cui  
 nisi mortuo illi dies priores irriti facti sunt: Nempe inde vā mortuo tali, quia ex quo corā Naza-  
 reo isto cecidit, nihil prodest illi, q̄ talis sanctus sanctorū carnē de carne eius accepit, q̄ in terra  
 eius trigintatribus annis visus est, & cū hominibus cōuersatus est, q̄ vniuersa cōdidit. Ita facti sunt  
 ei priores Nazareus dies irriti, imò & omnes dies vniuersi seculi, ex quo cū Abraham, Isaac, & Iacob  
 patribus eius, colloquium habuit. Irritum hinc factum est pactum, irrita legislatio, irritum omne  
 obsequiū: in tantum, vt etiam omnia quæcunq; illi sancta fuerant, iam oderit anima dei, ex quo  
 manus suas huius sanguine impleuit. Rast Nazareus caput suum super illum, & qui omnia super  
 se susceperat peccata totius mundi, huius peccata, quia mortuus est, reiecit super ipsum. Et nostra  
 quoq; peccata rast quidem eadem nouacula passionis, verū non super nos illa reiecit, quia nō  
 nobis mortem suam impuñt, sed omni vento dispergēda dedit, & sic ait propheta: Quantum  
 distat ortus ab occidente, longē fecit à nobis iniquitates nostras.

*De eodem, quid secundum mysticam legem significet, quod raso capite, pro eo  
 qui coram illo cecidit mortuus Iudaicus populus, & irriti facti sunt  
 præteriti dies eius. CAP. XIII.*

**R**adet (inquit) ilico in eadem die purgationis suę, & rursum septima. In octauo autē die offe-  
 rer duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu tabernaculi foederis testi-  
 monij. Facietq; sacerdos vnum pro peccato, & alterū in holocaustū, & deprecabitur pro eo, quia  
 peccauit super mortuo. Sanctificabitq; caput eius in die illo, & consecrabit domino dies separa-  
 tionis eius, offerens agnū anniculū pro peccato. ] Benē & septima die rader Nazareus caput suū,  
 in octauo autem sacrificio renouatur, quia videlicet passio huius sancti septem protracta est die-  
 bus. Nam à decima luna, qua die ciuitatem ingressus est, qua die secundum legem tollebatur in  
 cunctas domos Iudæorum paschalis agnus, quarta decima luna ad vesperam immolandus: ab il-  
 la, inquam die, septima dies extitit sabbatum sepulture eius. Octaua deinceps die, quæ est prima  
 sabbati, resurrexit à mortuis, & tunc nouū sacrificiū, quod sub articulo suę passionis institue-  
 rat, perfecit, offerens duos turtures, vel duos pullos columbæ, id est, spiritum sanctum tribuens  
 charitatis geminæ in introitu foederis testimonij, in apertione regni cœlestis, quod illa die nobis  
 deuicta morte referauit. Facietque (inquit) sacerdos vnum pro peccato, & alterū in holocaustum,  
 quia vi-

Hebr. 4.

Roma. 8.

Zachar. 3.

Roma. 6.

quia videlicet vnum dedit spiritus sancti datum in remissionē peccatorum, ad diligendū proximum, alterū in diuersarum distributione gratiarum, ad diligendū deum. Vnum adhuc positus in terris, alterum iā in cœlo residens ad dexteram patris. Hos, inq̄, turtures duos, vel colūbæ pullos dedit sacerdoti. i. vt daret, in sua potestate accepit Nazareus ipse, sacerdos ipse vel pontifex magnus, qui cœlos penetravit. [Et deprecabitur (inquit) pro eo.] subauditur ipse sacerdos, pro seipso Nazareo: deprecabitur, inq̄, pro seipso, id est, pro corpore suo, pro nobis fidelibus suis, quos fecit esse concorporales sibi, testante Paulo, cū dicit: Qui est à dextris dei, qui etiā interpellat pro nobis, non tamen summissa prece orās, sed potenter iure aduocari pro nobis interpellas. [Sanctificabitq; (inquit) caput eius, &c.] vt supra. Sanctificatū est caput huius Nazaræi, quia nūc iuxta Zachariā, ablati ab eo fordidi vestibus nostræ mortalitatis, quibus fuerat indutus, posita est cydaris munda super caput eius, & indutus est muratoris, coronatus videlicet gloria immortalitatis, & honore incorruptionis. Et ita cōsecrauit dies separationis sue, vt iā non moriatur, mors illi vltra non dominetur, offerens adhuc agnum anniculum pro peccato, videlicet per manus ecclesiæ corpus suum & sanguinem sacrificans pro cuncto populo catholico in sancto altaris magno atq; ineffabili mysterio, ita tamen vt dies priores irriti facti sint, sicut supra dictum est.

*De eodem Nazareo Christo, quando implendi sunt dies quos ex voto decreuit.*

CAPVT XIII.

**I**sta est lex consecrationis. Cum dies quos ex voto decreuerat, complebuntur, adducet eū ad ostium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius domino, agnum anniculum immaculatū pro peccato in holocaustū, & ouē anniculā immaculatam pro peccato, & arietem immaculatam hostiā pacificam, &c.] Quando impleti erunt dies Nazaræi huius, quos ex voto decreuit vtq; cum plenitudo gentiū subintroierit. Tūc enim tēpus erit, vt reliquie filiorū Israel saluē sint, quod ex voto decreuit, quēadmodum dicit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Quamuis hoc dispensatione temporali dictum debeat intelligi, quia licet per semetipsum solis prædicauit Iudæis, tamē ad illos veniet, & reliquias eorum recolliget circa finem seculi. Tūc dabit pro illis trimodum sacrificium, de quo in Leuitico plenius dictum est, scilicet illud quod dicitur pro peccato sacrificium fidei, pacificam hostiam spei, holocaustum charitatis. Tunc radeatur Nazareus ante ostium tabernaculi fœderis, id est, tollet peccata illorum sacramento eiusdē passionis suæ, qua tulit peccata mundi ipse sacerdos, ipse Nazareus, ipse ostium tabernaculi fœderis, tabernaculi cœlestis. Tolleq; capillos eius, id est, peccata Iudaici populi, & ponet super ignem, completa propheta, quę dicit: Si abstulerit dominus sordem filiarum Sion, & sanguinē Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris, tunc tollet ab illis vel suscipiet armum & pectusculum arietis, id est, bona opera cum confessione cordis & oris, & fœmur quoq; id est, fiduciam carnis: vt iam non gloriatur sicut haecenus, in carne, sed in fide Abraham. Post hæc potest vinum bibere Nazareus, quia videlicet extunc in æternum & vltra regnabit Christus, cōpleto quod nondum impletum videmus, omnia subiecisti sub pedibus eius.

*Moraliter quid, quod Nazaræi capillos nutriunt, quos post votum incidunt.*

CAP. XV.

**M**oraliter dum de vitandis superfluis cogitationibus agitur, hoc trahamus in exemplum, quod capillos nutriunt, quos post votum detonsos, in igne sacrificij deinceps incendunt. Quid enim quod Nazaræi capillos nutriunt, nisi quod, per magnam vitę continentia, presumpti onum cogitationes crescunt: Sed quid est, quod deuotione completa, caput Nazaręus radere, capillosq; in igne sacrificij postea ponere iubet, nisi qd tunc ad perfectionis summā pertingimus, cū sic exteriora vitia vincimus, vt etiam cogitationes superfluas à mente refecemus: Quas nimirum sacrificij igne cōcremare, est flamas eas diuini amoris incendere, vt totū cor in dei amore ardeat, & cogitationes superfluas concremans, quasi Nazaræi capillos, deuotionis perfectione cōsumat.

*De eo quod ait: Sic benedicetis filiis Israel, quod tertio dictum sit dominus, quod est, pater, & filius, & spiritus sanctus.*

CAP. XVI.

**L**ocus est dominus ad Moysen, dicens: Loquere Aarō & filiis eius. Sic benedicetis filiis Israel, & dicitis eis: Benedicat tibi dominus, & custodiat te, ostendat dominus faciē suam tibi, & miseretur tui: Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabunt nomē meum super filios Israel, & ego benedicam eis.] Quod hic dominus loquens Moysi sub velamine literæ eis abscondit, hoc præfatus ille Nazareus, sanctificato capite iam resurrectionis indutus mutatoris, gloriosa claritate reuelauit. Dixit enim discipulis suis: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quæ enim alia præter hæc, benedictio est, qua benedicat sacerdos ille sanctus filiis Israel: Benedicat (inquit) tibi dominus, subauditur pater, ostendat & faciē suā tibi, subauditur filius. Conuertat vultū suum ad te, subauditur spiritus sanctus. Quid hoc pulchrius, quid iucundius? Ecce hic in antiquissima lege, nouę gratiæ lucem videmus, nominis

Matth. 23.

nominis sancti trinitatē quam odit Iudæus, quam dissipat hereticus Arrius, quam confundit Sabellius: hic in antiquo Numeri libro amabiliter coniunctum, clarē distinctum agnoscimus. Et nota singulari enunciationum pulchritudinē, Dominus, inquit, scilicet pater, benedicat tibi, quod est bona dare, & custodiat te, quod est à malis liberare: Dominus filius ostēdat faciē suā tibi, quod est bona dare, & miseretur tui, quod est à malis liberare: Dominus spiritus cōuertat vultū suum ad te, quod est bona dare, & det tibi pacē, quod est à malis liberare. Nam hic geminus est diuinæ benedictionis fructus, vt bonis repleamur, & malis careamus, vt signati hoc nomine trinitatis, iā hic in præsentī peccatorum remissionē, & quodlibet diuinæ gratiæ donum percipiamus, & in futuro poenis inferni, corporum quoq; corruptione exuamur, quod in gloria resurrectionis futurū speramus. Inuocabunt, inquit, nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Quia dixerat Aarō & filiis suis, sic benedicetis filiis Israel, ne quis putaret benedictionē esse hominis, vel ab homine quempiam benedici, definiuit quod dixerat: Inuocabunt (inquens) nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis. Nemo ergo de auctoritate gloriatur hominis, vt (verbi gratia) dicat quisq; nostrum: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollō, ego verō Cæphæ, ego autem Christi. Nunquid (ait Apostolus) Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis: Igitur quocunq; inuocante nomē domini super nos, solus qui benedicit ipse est dominus deus vnus, pater, & filius, & spiritus sanctus, cui & cum Psalmista, cū præsentis loci sensu dicimus: Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus.

*De erectione tabernaculi, & oblationibus principum, quod omnes equalia obtulerunt.*

CAPVT XXVII.

**F**actum est autē in die qua compleuit Moyses tabernaculum, & erexit illud, vnxitq; & sanctificauit cum omnibus vasis suis, altare similiter & vasa eius, obtulerūt principes Israel, & capita familiarum, qui erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, munera corā domino, sex plaustra recta cum duodecim bobus, &c.] Post multas & amplas mysteriorum exercitationes, iterum ad tabernaculum reducti, libenter sequimur, vt inde thesauros absconditos eruamus, lætantes super hæc sancta legis eloquia, sicut qui inuenit spolia multa. Completo atq; erecto tabernaculo, iubente dño, singuli duces per singulos dies offerunt munera in dedicatione altaris, & omniū eadē sunt munera quę offerunt, vt dñs ordinauit. Profecto nō omnium tribuum quantitas eadem, vel numerus idē erat, sed in alijs plures, in alijs fuere pauciores recēsi per cognationes & domos, ac familias & capita, & nomina singulorum, à vicefimo anno, & supra, sicut præceperat dñs Moysi. Nam (verbi gratia) de Iuda numerus fuit duplex, & plus q̄ duplum, maior ea multitudo, quę de Manasse recēsi est. Quid ergo hoc sibi vult, qd oblationum omniū, quas obtulere singuli duces, eadem quantitas est, nec plus à septuagintaquatuor milibus sexcentis, qui fuere de Iuda, q̄ à triginta duobus milibus ducentis, qui fuere de Manasse, domino iubente, exactū est: Nempe, [Prima die obtulit oblationem suam Naafon filius Aminadab, de tribu Iuda, acetabulum argenteum, pondō centum triginta siclorum, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, iuxta pondus sanctuarij, vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium, mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso, bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocaustum, hircumque pro peccato, & in sacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq; hircos quinq; agnos anniculos quinq; & cætera. Secundo die Nathanael filius Zuar dux de tribu Issachar, &c. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Heliab filius Helon, &c. Quarto die princeps filiorum Ruben Helizur filius Sedeur, &c. Quinto die princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Surifadai, &c. Sexto die princeps filiorum Gad, Eliafep filius Ducl. Septimo die princeps filiorum Efraim, Elisama filius Ammiud. Octauo die princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadazur. Nono die princeps filiorū Benjamin Abidan, filius Gedeonis. Decimo die princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Amifadai. Vndecimo die princeps filiorum Aser Phefiel, filius Ochran. Duodecimo die princeps filiorum Nephthalim, Ahira filius Henan.] Aequalia obtulere vniuersi, & non fatigatur calamus Moysi, toties eadem repetere in singulis eisdem verbis, eisdem penē syllabis. Quid, inquam, hoc sibi vult, nisi quia mysterium grande, isto quoque loco legis litera subtegit?

*Quod tunc Christus hunc legis locum impleuerit, quando XII. sibi Apostolos elegit, & quod tunc tabernaculū erectum & sanctificatū est, quando ille passus est, & resurrexit, & exinde duces. i. Apostoli, munera fidei obtulerunt.*

CAP. XVIII.

**I**gitur & nunc ad eū respicimus, in quo sunt omnes thesauri sapientię & scientię absconditi, qui in semetipso legē adimpleuit, quēadmodū dicit: Nolite putare quia veni legē soluere, nō veni soluere, sed adimplere. Vtiq; & adimplendo hanc partē legis, vocauit ad se quos voluit, ascendēs in montē, & venerūt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum eo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijcendi dæmonia. Et cū (inquit Marcus) audissent lui, exierunt tenere eum. Dicebat enim, quoniā in furorem versus est. At ille verē & vnicē beatus vir, non in

1. Corin. 1.

Psal. 66.

CAP. VII.

Coloss. 2. Matth. 5.

Marc. 3.





Deute. 33.

Qui dixit patri suo, & matri suae, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Jacob, & legem tuam o Israel.

De eislem, & quid sit, quod filij Israel manus super Leuitas, & Leuitas manus ponunt super capita boum qui immolandi sunt.

CAP. XXI.

Deute. 33.

Sic (inquam) spiritualiter debere radi filios Leui, probat hic ipse Moyses, cum & illi protinus subiungit: Ponent thymiam in furore tuo, & holocaustum super altare tuum, & hic cum dixisset: Aspergantur aqua lustrationis, & radant oes pilos carnis suae, continuo subdidit: [Cumque lauerint vestimenta sua, & mundati fuerint, tollent boue de armentis, & libamentum eius, oleo simillam consperfam. Boue autem alterum de armeto accipies pro peccato, & applicabis Leuitas coram tabernaculo foederis, conuocata omni multitudine filiorum Israel. Cumque Leuitae fuerint coram domino, ponent filij Israel manus suas super eos, & offeret Aaron Leuitas munus in conspectu domini a filiis Israel, ut seruiat in ministerio eius. Leuitae quoque ponent manus suas super capita boum, & cetera.] Quidnam est aqua aspersos Leuitas, & ramos lotique vestibus mundatos, boue alterum in holocaustum, alterum pro peccato, manibus suis super capita positus, coram domino ragerere, positus antea vel in simul manibus filiorum Israel super se: Quid inquam hoc est, nisi spiritualis propositi viros a proprijs vitijs mundatos, a cunctis facultatibus curisque seculi ramos, ad hoc solum vacare, ad quod assumpti sunt, videlicet ut ponant thymiam in furore domini, & holocaustum super altare eius. in interueniat pro peccatis populorum: Filij namque Israel manus suas super Leuitas, qui ab ipsis decimas accipiant, & Leuitae manus suas ponunt super capita boum: e quibus vnus, inquit, facies pro peccato, & alter in holocaustum, quando spiritualis ordinis viri, seculariu peccata suscipiunt, quorum ex elemosinis viuunt, & ea coram domino sacrificijs orationum oblati deprimere, & vicque ad remissionem vel indulgentiam eorum superare contendunt. Quod quia magna est instantia faciendum, in fine capituli, trina repetitione commemoratur factum. [Feceruntque Moyses & Aaron, & omnis multitudo filiorum Israel super Leuitas, quae preceperat dominus Moyse.] Et deinde. [Purificati sunt, & lauerunt vestimenta sua, & cetera.] Ac deinde tertio. [Sicut preceperat dominus Moyse de Leuitis, ita factum est.]

De eo quod Leuitae a quindecim annis & supra ministrant, & a quinquagesimo anno custodes vasorum fiant.

CAP. XXII.

CAP. IX.

Locus est dominus ad Moysen, dicens: Haec est lex Leuitarum. A viginti quinque annis, & supra ingredientur ut ministrant in tabernaculo foederis. Cumque quinquagesimum annum impleuerint, seruire cessabunt, eruntque ministri fratrum suorum, in tabernaculo foederis, ut custodiant quae sibi fuerant commendata. Quid per annum quintum ac vicesimum, in quo filios iuuentutis oboritur, nisi ipsa contra vnum quodque vitium bella signantur? Et quid per quinquagenarium, in quo iubilei requies continetur, nisi interna quies edomito bello mentis exprimitur? Quid vero per vasa tabernaculi, nisi fidelium animae figurantur? Leuitae ergo ab anno vicesimo quinto tabernaculo deseruiant, & a quinquagenario custodes vasorum fiant, ut videlicet qui adhuc impugnantium vitiorum certamina tolerant, aliorum curam suscipere non praesumant. Electi enim cum adhuc in tentatione sunt, subesse eos, ac seruire necesse est, & obsequijs laboribusque fatigari. Cum vero tentationum bella subegerint, quo apud se iam de intima tranquillitate securiunt, animarum custodiam fortiantur. Mentis quippe aetate tranquilla, dum calor recesserit tentationis, custodes vasorum sunt, quia doctores animarum, vel rectores fiunt.

De eo quod ait: Homo qui immundus fuerit anima hominis suae in via procul, faciat phasem domino mense secundo.

CAP. XXIII.

Exod. 12. 7. Corin. 5. Roma. 6. Nume. 25. & 50.

Faciant filij Israel phasem in tempore suo, quartadecima die mensis huius ad vesperam iuxta omnes ceremonias, & iustificationes eius. Praecipitque Moyses filijs Israel, ut facerent phasem. Qui fecerunt tempore suo, quartadecima die mensis ad vesperam in monte Sinai. Iuxta omnia quae mandauerat dominus Moyse, fecerunt filij Israel. Magnae solennitatis, quae Hebraice dicitur phasem, id est, transitus, definitionem & legem nouimus, vnde & in Exodo plenius diximus, videlicet quia pascha nostrum immolatus est Christus, & eius sanguine semel quidem post nos signauimus, quando in morte eius baptizati sumus: semper autem carnibus eius, & eodem sanguine cum azymis sinceritatis & veritatis epulari debemus. Sed videamus quid sequitur. [Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere in die illo pascha, accedentes ad Moysen & Aaron dixerunt eis: Immundi sumus super anima hominis. Quare fraudatione consulto domino, quod deerat legi, ita suppletum est. [Homo, inquit, qui fuerit immundus super anima, siue in via procul in gente vestra, faciat phasem domino, mense secundo quartadecima die mensis ad vesperam, cum azymis & lactucis agrestibus comedent illud, & cetera.] Haec pars legis & iudaicae immunditiae propheta, & singulorum hominum discernenda causa regula est. Iudaei namque super anima immundi sunt, quia Christum occiderunt, & idcirco caecitas contigit in illis ut non videant, quia verum pascha Christus est, donec plenitudo gentium ad istud paschale communi

conuiuium subintret. Futurum tandem est, ut reliquae ex eis saluae fiant, non aliter quam per eum eisdem agni, non aliter quam signatis postibus frontium suarum sanguine Christi. Hoc, inquam, futurum est: Immundi igitur super anima, phasem domino primo mense non faciunt, secundo autem facturi sunt, quia videlicet sanguine Christi polluti iudei, nunc eius carne non comedunt, neque sanguinem bibunt, circa finem vero seculi comeduri ac bibaturi sunt, qui ex eis erunt residui. Porro super singulis hominibus haec discretura synodicae distinctionis censura est, ut qui summo gradu phasem domino facere, id est, sacrosancta altaris mysteria celebrare debuerant. Verbi gratia: Presbyter aut diaconus si super anima immundus fuerit, id est, si crimen quod morte dignum sit, admisserit, laica deinceps communiione contentus sit. Hoc modo plane secundum hanc mysticam legem quasi de primo mense differtur in secundum, quia de superiore gradu detruditur ad infimum.

De eo quod eleuata nube proficiscerentur filij Israel, & quod in loco vbi steterit ibi castrametabuntur.

CAP. XXIII.

Cumque ablata fuisset nubes, quae tabernaculum protegebat, tunc proficiscerentur filij Israel, & in loco vbi steterit nubes, ibi castrametabuntur. Ad imperium domini proficiscerentur, & ad imperium eius steterit tabernaculum, & cetera. Gloriosum quidem & honorificum secundum historiam fuit ducibus illis, exercitiis illis, quae ad imperium domini proficiscerentur, & ad imperium illius steterit tabernaculum cunctis diebus, quibus stabat nubes super tabernaculum, manentes in eodem loco, quae per verbum domini steterit tentoria, & per verbum illius proficiscerentur, erantque in excubijs domini iuxta imperium domini, per manum Moyse. Verum illa coelestia, quorum secundum exempla ista facta sunt, occultiora quidem, sed gloriofiora quam haec sunt. Quae sunt illa? Videlicet, quae patres nostri, duces nostri, qui spirituali procindeu expediri deuexerunt ad nos sanctuarium domini, incarnatione, siue natiuitate, passione, & ex mortuis resurrectione, atque ascensione predicantes Christi filij dei, non ad suum arbitrium, quo volebant ipsi proficiscerentur, sed quando, quo, vel quomodo imperabat illis spiritus Iesu. Nam hinc est illud, quod in actibus Apostoli legimus: Transientes autem Phrygiam, & Galatiae regione, uenturi sunt a sancto spiritu loqui uerbum in Asia. Cum uenissent autem in Miltiam tentabant ire Bithyniam, & non permisit eis spiritus Iesu. Cum autem pertransissent Miltiam, descenderunt Troadem, & uisio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecans eum dicens: Transiens in Macedoniam adiuua nos, ut autem uisum uidit, statim quesumus proficisci in Macedoniam, certi facti, quia uocasset nos deus euangelizare eis. Igitur & isti ad imperium domini proficiscerentur praecedente illos nube, quae est Christus, uidelicet secundum humanum corpus, de qua nube plenius in Exodo diximus.

De duabus tubis ductilibus argenteis, & de distinctione clangoris, & cur duae tantum fieri iussae sint.

CAP. XXV.

Locus est dominus ad Moysen dicens: Fac tibi duas tubas ductiles argenteas, quibus conuocare possis multitudinem, quando mouenda sunt castra. Cumque increpaueris tubis, congregabitur ad te omnis turba, ad osium foederis tabernaculi. Penes naturale est humanis animis, tubarum cantibus affici, & pro qualitate sonituum aut terrore concuti, aut animositate efferri, aut reuerentia componi. Quod scire dignatus animorum dator & conditor dominus, diligenter clangoris distinctionem fecit hoc modo: [Si semel clangueris, uenient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Sin autem prolixior atque concisus clangor increpauerit, mouebunt castra. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit & non concisus vlulabunt.] Morione castrorum, siue exitu ad bellum prolixus atque concisus enunciat clangor tubarum: simplex, id est, non concisus, conuocandus inuitat populum. De conciso & vlulante sonitu illud est in propheta Osee: Clangite bucina in Gabaa, tuba in Rama, vlulate in Bethauē post tergum tuum Benjamin. Secundum proprietatem clangoris siue vlulatus concisus, proprie ipsam quoque locutionem suam propheta quadrimembri distinctione concidit. Porro de clangore simplici, id est, non conciso illud est in propheta Iohel: Sanctificate ieiunium, uocate coetum, congregate senes, oes habitatores terrae in domum dei uestri, & clamate ad dominum, ah, ah, ah diei, quia prope dies domini, & quasi vastitas a potente ueniet. Medium horum est clangere semel ad solos sufficiens congregandos principes, vel capita multitudinis Israel.

Iuxta sensum spirituale clangor tubarum uox est praedicatorum, sine quibus ueritas, quamuis pulchra, quamlibet ordinata castrorum acies, terribilis non est. Nam quae praedicatione vel peccatorum increpationem, tubarum clangor significet, in prophetis tacitum non est, & cur duae potius quam tres aut quatuor fieri debuerint, itidem in prophetis significatum, & in Christo reuelatum est. Quid enim aliud nunciat tuba praedicationis, nisi futurum diem tremendi iudicii, quemadmodum & in propheta Iohel pauloante dictum est, quia prope est dies domini: Porro iudicium eiusdem, non vnus tantum, sed duo aduentus sunt. Vnus quo iam uenit iudicandus, alter quo ueniet iudicaturus. Vterque terribilis, praefertim illis, apud quos uel contra quos praecipue scriptura prophetica clangit: uterque, inquam, terribilis aduentus illis, uterque aduentus iudicii. Nam de primo aduentu dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant: & qui uident, caeci fiant. De secundo aduentu an sit terribilis, superfluum est quaerere, uel probare testimonijs. Igitur quia duo sunt aduentus tremendi iudicii, circa

Acto. 16.

CAP. X.

Osee. 5.

Iohel. 2.

Iohan. 8.

circa quos omnis scriptura diuinitus inspirata, omnis scriptura legalis, prophetica, atq; euangelica omnem operam suam, totū spiritum, & omne conamen suū expendit, recte non tres aut quatuor, non, inquam, plures aut pauciores, sed duas tantū tubas iubet dominus facere Moyfi. Quæ in hoc argenteæ sunt, quia prædicatorū verba lucis nitore parent, & auditorū mentem nulla sui obscuritate confundunt. Nam eloquia domini (Psalmistā inquit) eloquia casta, argenti igne examinatum. Idcirco autem ductiles, quia necesse est, vt prædicatores qui secundum veritatē scripturarum ambulant, tribulationum rursionibus crescant.

*De eo quod ait: Si semel clangueris, venient principes, &c. quod secundum hæc prædicatio dispensanda sit.*

CAP. XXVI.

**S**emel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Sin autem prolixior atq; concisus clangor increpauerit, &c. Summopere hæc tenenda distinctio est septem angelis stantibus in conspectu dei, quibus datæ sunt septē tubæ, qui paraauerunt se, vt tuba canerent, id est, omnibus prædicatoribus in ecclesia dei præminentibus, quibuscunq; datum est de super doctrinæ donum perfectū, quicunq; impolitum sibi sanctæ prædicationis officium susceperunt. Nam in figura quidem vel significatione, dug (vt supra dictū est) tubæ, fieri iussæ sunt: sed in re & veritate euangelica, sicut multi prædicatores, sic & multa secundum diuisionem gratiarū data sunt, quorum vniuersitas per septenarium angelorum atq; tubarum recte intelligitur numerum. Hæc, in quā, distinctio vel discretio solerter obseruanda est, vt quando congregandus est populus, simplex tubarum sit clangor, & nō concisus vlulans: quando autem exequendum ad bellum, prolixior atq; concisus clangor siue vlulans increpet: quando verò vocantur principes, vel capita multitudinis clangant semel, id est, cum primū auditores vocantur ad fidem, terribiliter & grauiter futurum illis annuntietur iudicium: quando autem iam habentibus sermo porrigitur, temperatē excitentur ad bellū contra phalanges vitiorum: quando verò cum illis agitur, qui iam bene instituti sunt, & spiritaliter viuunt, lauiuer cū illis familiare habeatur colloquiū. Hunc discretio nis modū, Paulus tuba canentium optimus, dispensare sciens Romanis, qui adhuc in fide tam rudēs erant, vt non intelligerent, dei se gratia & non suis meritis esse saluos, & ob hoc contra Iudæos conflictarent, ita grauissimè loquitur, dicens: Reuelatur enim ira dei super omnē impietatē, & iniustitiam hominū eorū, qui veritatē dei in iniustitia detinēt, quia quod notū est dei, manifestū est illis, &c. in quibus vitia gentilitatis priora commemorans, simplici vtiq; quasi tubarū clangore personat, & nō concisē vlulat, ad hoc tendēs vt congreget populū, vt discordes pacificet animos duorum populorū. Porro ad Corinth. iam secundā scribēs epistolā, nec iam de fide vel gratia, sed de pugna agēs vitiorū, quasi clangorē concidens tēperatum, & per arma, inquit, iustitiæ a dextris, & a sinistris per gloriā & ignobilitatē, & per infamiam & bonā famā: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti, quasi moriētes, & ecce viuimus. Vt castigati, & non mortificati. Quasi tristes, semper autē gaudentes. Sicut egentes, multos autē locupletantes. Tanq; nihil habentes, & omnia possidentes. Tandē post plurima huiusmodi, itē quasi cū concilio vlulatu dicit: Rogauit Titum, & misit cū eo fratrem. Nunquid Titus vos circūuenit? Nonne eodē spiritu ambulauimus? Nonne eisdem vestigijs? Olim putatis, q; exculemus nos apud vos? Coram deo in Christo loquimur. Omnia autē charissimi, propter vestrā edificationē. Timeo enim, ne fortē cū venero, nō quales vo lo inueniam vos, & ego inueniar a vobis qualē non vultis, ne fortē contētionēs, emulationēs, animositates, dissensionēs, detractionēs, scurrilitates, susurrationēs, inflationēs, seditionēs, sint inter vos, ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos, ex his qui ante peccauerunt, & nō egerunt poenitentiam. Vbi verò quodammodo solos vocat principes, & in vno discipulo bene instituto cunctos commonet, qui sunt capita multitudinis Israel, quasi tuba clangit semel, id est, summissè loquitur: quia videlicet sapienti semel dixisse satis est. Propter quā causam admoceo te, vt resuscites gratiā dei, quæ est in te per impositionē manuum mearū. Non enim dicit nobis deus spiritum timoris, sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaq; erubescere testimonium domini nostri, &c. quæ omnia summissè & penē communi loquitur sermone.

*De eo quod ait: Si quando habebitis epulum, &c. quod bene fiat, in ecclesia Christi.*

CAP. XXVII.

**F**ilij Aaron sacerdotis clangent tubis, eritq; hoc legitimū sempiternum in generationibus vestris. Si quando habebitis epulum, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationē dei vestri. Optima sancta Romana ecclesia, & hoc legitimū sempiternum voluit esse in generationibus suis. Nam quoties epulum habet, & dies festos, & calendas, quis non admiretur, quanto spiritalium clangore tubarū concrepet super holocaustis & pacificis victimis suis? Quod enim est eius epulū, nisi corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi sacramentū? Qui sunt dies festi eius, quæ calendæ eius, nisi incarnationis vel etiam natiuitatis eius? Qui sunt filij dei dies annuus, amplius autē gloriosissimum resurrectionis eius tempus? Hi dies festi eius, hæc calendæ eius sunt, & præterea sanctorū apostolorū, & beatorum natalitia

marty-

martyrum. Quis, inquam, aures audiendi habens, nō concutiatur, attonitus clangore eius, in istis diebus? Quis non admiretur ordinē animi eius? Tantas ac tales tubarū spiritalium voces, cum musicæ dulcedine pulchritudine circa epulum, quod illi deus dedit, circa mēsam Christi, qui hæc festa tribuit: tantās, inquam, ac tales tubarum cœlestium voces de toto scripturarum sanctorum thesauro, circa holocausta, & pacificas victimas ad canendum atq; legendum conficiunt, vt si quis eorum rationem inuenire meruerit, veraciter eius anima dicere possit illud de canticis canticorum. Introduxit me rex in cubiculum suum, introduxit me rex in cellam vinariam.

*De eo quod cum proficiscerentur filij Israel de deserto Sinai, ait Moyses socero suo: Noli nos relinquere, veni nobiscum, &c. eris ductor noster.*

CAP. XXVIII.

**A**nno secundo, mense secundo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. Proficiscitur: sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharā, moueruntq; castra. Dixitq; Moyses Obab filio Raguel Madianitæ cognato suo. Proficiscimur ad locum quē dñs daturus est nobis. Veni nobiscum, vt bene faciamus tibi, &c. I Perurūq; persuadere elatis vtilia melius possumus, si profectū eorū nobis potius, q̄ illis profuturū dicamus, si eorū meliorationē nobis magis q̄ sibi impendi postulamus. Facile enim ad bonū elatio flectitur, si eius inflexio prodesse & alijs credatur. Vndē hic qui regente se deo iter deserti ducente aerea columna pergebat, cū Obab cognatū suum a gentilitatis suæ conuersatione vellet educere, & omnipotēti dei dominio subiugare ait: Proficiscimur ad locum quē dñs daturus est nobis, veni nobiscum, vt bene faciamus tibi, quia dñs bona promissit Israeli. Cui cū respondisset ille, nō vadam tecum, sed reuertar in terrā meam, in quā natus sum, ilico adiunxit: Noli nos relinquere, tu enim nosti in quibus locis per desertū castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Neq; enim Moyses ignorantia itineris angustabat, quē & ad prophetiæ scientiam cognitio diuinitatis expāderat, quem columna exterius præibat, quem de cunctis interius per conuersationē deo sedulam locutio familiaris instruebat. Sed videlicet prouidus vir elato auditori colloquens, solatium petijt, vt daret: ducē requirebat in via, vt dux ei fieret ad vitā. Egrediatq; vt superbus auditor, voci ad meliora suadenti eo magis fieret deuotus, quo putaretur necessarius, & vndē se exhortatorem suum præcedere crederet, inde se sub verbis exhortationis inclinaret.

*De eo quod cum eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & de exaltatione Christi, secundum sensum psalmi sexagesimi septimi.*

CAP. XXIX.

**C**umq; eleuaretur arca, dicebat Moyses: Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te a facie tua. Cum autem deponeretur, aiebat: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel. Leuata nube, mouentibus castra principibus, Moyses persistens in contemplatione exemplaris eius, quod illi in monte ostenderat dominus, vt sæpe repetens hæc scriptura restatur: Surge, inquit, domine, siue exurgat deus, vt dissipentur inimici eius. Nā hinc principium, hinc cœlestem habet causam siue materiā psalmus sexagesimus septimus: Exurgat deus & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eū a facie eius. Quo ergo deus exurgat: illic vti que, quo exurrecturum illum nubes eleuata figurat. Hoc nempe in Psalmista propheticus scrutatus spiritus, quid sibi velit, quod eleuata nube, principes castra mouentēs proficiscuntur: ascendi in altum, inquit, coepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Ac deinceps: In presentis loci sensu mystico persistens: viderunt, inquit, ingressus tuos deus, ingressus dei mei, regis mei, qui est in sancto. Præuenerunt principes coniuncti plallentibus, in medio iuencularum tympanistrarum. Ibi Benjamin adolescentulus, in mentis excessu. Principes Iuda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephtalim. Tertius accedit Apostolus, totōq; amoto velamine sensum amborum reuelata facie manifestius loquitur, quæ videlicet sit eleuatio nubis, & qui castrorum principatus, quæ ascensio in altum, & quæ dona in hominibus. Vnicuiq; nostrum, inquit, data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios verò euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. Exurgat igitur deus, id est, ascendat in altum Christus, & per istos principes qui eleuata nube carnis eius ad nos milli proficiscuntur, per Apostolos, euangelistas, prophetas, doctores, atque pastores, per istos (inquam) principes Iuda, principes Zabulon, principes Nephtalim, qui sunt fide pulchri, spe fortes, & charitate dilatati, vbi est & Benjamin adolescentulus in mentis excessu, scilicet, Paulus apostolorum minimus, vsque ad tertium cœlum raptus. Dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius, quod factū est, & fit, & in fine seculi vsque ad consummatam victoriam fiet. Cum autem deponeretur arca, aiebat Moyses: Reuertere domine ad multitudinem exercitus Israel. Et hoc vtiq; fiet, cum plenitudo gentium subintrauerit. Tunc enim dominus ad illum carnalem Israel reuertetur, vt ex eis reliquæ saluentur.

II

Demum

Cant. 1. & 2.

Psal. 67.

Ephe. 4.

Roma. 11.

De murmure populi, quod ortum est, & quod cucumeres, & pepones concupierint, & de manna cuiusmodi fuerit.

CAPVT XXX.

**CAP. XI.** **I**nterea ortum est murmur populi, quasi dolentium, præ labore contra dominum. Quod cum audisset, iratus est. Et accensus in eos ignis domini, deuorauit extremam partem castrorum. Cumque clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad dominum, & absorptus est ignis, & vocauitque nomen loci illius Intensio, eo quod succensus fuisset contra eos ignis domini. Abhinc causæ ordiuntur propter quas (ut in initio libri huius Numeri dictum est) venter comedentis amaricaretur. Omnes qui recensiti fuerant à vicefimo anno, & supra, abhinc exterminantur, & eorum corpora in deserto prosternuntur, in figuram videlicet nostri (ut ait Apostolus) qui omnes baptismo Christi candidati currere incipiunt, sed non omnes comprehendimus: & omnes pugnare videmur, sed non omnes coronamur. Prima hæc causa, tentatio concupiscentiæ est, tentatio, inquit, & concupiscentia gula illecebrosæ seruientis. Dixerunt enim: [Quis dabit nobis carnes ad vescendum? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi Man.] Hæc, inquam, dixerunt tentando concupiscentes, concupiscendo tentantes. Dixit enim Psalmista: Et tentauerunt deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo, dixerunt: nunquid poterit deus parare mentem in deserto? &c. Miseri plane & contemptibiles, qui talē fastidientes panem, dum concupiscunt carnem, illuc usque rixa ventris deuoluti sunt, ut tam viles anhelanti desiderio respicerent herbarum species. In mentem, inquam, veniunt nobis cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia. Cucumis namque natura frigida est, stomacho incommoda. Pepo græcum nomen est, & origo eius Latinis incerta, natura eius nimis frigida. Porri & cepe notum est, quia gustu insuauis sunt, comedenti namque interdum lachrymas eliciunt. De allio quoque certum est, quod insuauius sit. Vnde & odiosè ludens Flaccus, ita congeritur: Parentis olim si quis impia manu Semile guttur fregerit, Edar curis allium nocentius. Proinde culpam, eorumque culpam scriptura vehementer exaggerans. [Erat autem, inquit, Man, quali semen Coriandri coloris Bdellij. Circuibatque populus, & colligens illud frangebatur mola, siue terebatur in mortariolo, coquens in olla, & facies ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cumque descenderet nocte super castra, ros descendebat pariter & Man.] Ad increpandum illos panis diuinitus accepti speciem colorem atque saporem, simul & spontaneam expressit affluentiam. Coriandri herba est medicaminibus apta, quæ Græcè Corion dicitur. Bdellium succinum est ex Bdellio fluens arbore aromatica. Propter huiusmodi concupiscentiam, accensus, inquit, in eos, ignis deuorauit extremam partem castrorum, vocatumque est nomen illius loci Intensio, eo quod incensus fuisset contra eos ignis domini, siue sepulchra concupiscentiæ, ibi enim, inquit, sepelierunt populum, qui desiderauerat.

1. Corin. 10.

Psal. 77.

Horatius.

Esai. 1.

Hiere. 7.

Acto. 15.

Matth. 23.

Quod eorum similes primùm Iudæi sint, deinde omnes quicumque in ecclesia neglecto proposito, fastidiunt verbum dei siue mysteria Christi.

CAP. XXXI.

**H**orum similes, imò & filij, primo loco illi fuerunt, qui ex circumcissione conuersi in primordijs euangelicæ fidei proposita sibi mensa panis viui qui de celo descendit, quod est manna verum, quod est viuum & verum sacrificium, quod est ipse Christus, quod est verum corporis & sanguinis eius sacramentum, hoc inquam proposito sibi cibo respexerunt ad ollas carniū, ad carnes veterum holocaustorum & victimarum, quæ deus non quaesuit de manibus patrum ipsorum, sicut prophete testati sunt, & pro illis contendentes & rixantes contra Apostolos diuisi, reuera in Aegyptum reuersi sunt, in tenebras verustatis antiquæ reuoluti sunt. Secundo loco murmuratorum supradictorum similes, imò & filij sunt, quicumque audita voce dicentis: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos, boni cursus initium arripiunt, sed pristinis inelucti desiderijs cursum non perficiunt, propositum sibi fastidientes dei verbum, vel etiam sacrosanctum altaris Christi officium, propter quod labores & onera seculi reliquerunt, sanctum confitentes otium, quo vacare possent ad videndum deum. Nam ex istis plerique nonnunquam desiderio flagrauerunt, recordati carniū, quarum super ollas in seculo sedebant, & piscium quos comedebant, & in mentem venerunt illis cucumeres, & pepones, porri, & cepe, & allia, qualibus interdum refrigerari gaudet, æstuans quoque venter crapulati diuitis, iuxta illud Flacci. Nec dum omnis abacta est paupertas epulis regum, Cum crapula plenus atque acidus mauiit hinnulas. Hi dum talibus occupati desiderijs, sacræ lectionis vel suscepti officij non habent studium, profecto memores Aegypti, coeleste manna fastidiunt, sicut iniqui, alioque turbantes, praelarum sibi quempiam seruum domini vehementer affligunt, ut cum isto Moyse dicat ad dominum: Quare non inuenio gratiam coram te.]

De eo quod ait: Congrega mihi septuaginta viros, &c. Et quomodo dixerit, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis.

CAPVT XXXII.

**E**t dixit dominus ad Moysen: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint, ac magistris, & duces eos ad ostium tabernaculi coederis, faciesque ibi stare te-

stare tecum, ut descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent te cum onus populi, & non tu solus graueris. Vna eademque ex fornace, & ad bonos lumen, & ad malos erumpit incendium. Vno, inquam, ex camino tribulationis, & in reprobos accensus est ignis domini, & in electos diffusus est, qui in Moyse erat, spiritus domini. Cur hoc, nisi ut daretur spes omnibus qui affliguntur exemplo Moyse, qui pie viuere volentes, malis moribus illorum, quorum curam susceperunt, afflicti gemunt, ut sperare sciret, quod ipsis in labore fatigatis, & penè deficientibus, plurimi ex ipsorum proficiant virtutibus? Non enim frustra dictum est: Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, cum dici potuisset sic, & de spiritu meo dabo eis. Nam quia patientia merebatur Moyse, ut plures acciperent spiritum domini, quatinus ex ipsorum profectu, meritum accresceret illi, rectè sic dictum est, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis. Nec verò quia dictum est, auferam, pueriliter suspicemur particulam diuinitatis, atque idcirco Moyse diminutā quam habebat spiritus domini gratiam. Sic enim ignis elementaris eius est potestatis, ut licet diuisus in partes, mutuari tamen luminis detrimenta non nouerit, quanto magis spiritus domini verus, & æternus ignis, cum pluribus imperitur, diminutionem non sentit. Igitur quod dixit, auferam, idem ac si dixisset, accipiam. Notandum verò diligenter, quod cum dixisset: Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel: addidit, quos tu nosti, quod senes populi sint ac magistris. Nam reuera deus non senectutem annorum, sed senectutem requirit animorum. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, & ætas senectutis vita immaculata. Ita Sapien. 4. senectus vel isti cani, non tam oculis corporis, sed iudicio agnoscuntur rationis, & tales hoc loco deus manifestè requirit, dum determinat sic dicendo, quos tu nosti.

De eo quod locuta est Maria & Aaron contra Moysen, & que fabula conscripta sit de vxore Aethiopsa.

CAPVT XXXIII.

**L**ocutaque est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopsam, & dixerunt. Nunquid per solum Moysen locutus est dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset dominus, iratus est. Propter vxorem eius, inquit Aethiopsam. Ex occasione verbi huius fabulæ huiusmodi scriptores Iudaici tradiderunt. Moyses Thelmut filia regis Aegypti adoptitiua, ab ipso capiti suo impositam coronam regiam in terram proiecit & comminuit, quod Aegyptijs variis præsagientibus fuit indicium, per illud destruendum Aegyptium regnum. Quam rem Pharaon praeceaus, hunc qui regni sui prouidebatur fore exterminium, praecepit sine mora extinguere, sed à filia eius offensæ propitia, morti subtrahitur, & suo populo incolumis remittitur. Post multa tempora Aethiopibus Aegyptum impugnantibus, cum penè superarent hi, Aegyptij verò succumberent, ab hariolis diuinatum est, Aegyptum Aethiopiæ subigendam, nisi Israelitico duce, eorum sulca militia, iret hostiles restringere incurtus, per quem solum communis veraciter expectaretur triumphus. Mox diuina ordinatur prouidentia, huic periculo, à Pharaone Moyses, ut foret illi hostes non feriret, saltem ab hostibus ipse interiret, eligitur: sed aliter quam sperabar, deus ordinabat, qui illum & victorem Aethiopum, & prophetiæ quondam prædictæ in collisione coram regis prouidebat testimonium. Accingitur ergo Moyses ad militiam, subscribitur & militum manus, procedit cum spe victoriæ, sed à Pharaone expectatur cum discrimine sui, & Aegyptiæ cõsusionis. Ventum est ad muros hostilium urbium. Virtus quam ministrat deus, suo quandoque futuro militi, nunc autem Aegyptio satelliti, hostes viriliter oppugnat, frangit, incurres elidit, omnemque robur eorum hactenus intactum debilitat, & non iam ut cruentam cum damno militum suorum conquirit victoriam, sed ut nobilem cum gloria & salute suorum reportat palmam. Ad cumulum etiam suæ laudis, filiam regis Aethiopum coniugem sibi sociat, primū ab illa expectatus ob gratiam pulchritudinis, dein ab ipso adamata ob contederationem vtriusque regni, quæ plenius componebatur ex copula tam imperati coniugij. Rediit ergo ad Pharaonem, non solum triumphum, sed etiam reportans pacis & concordie vnanimem affectum. Sed duplici maluillet Pharaon triumphare lætitia, si cum deuicto hoste contigisset Moysen victorem oppetere.

De vxore eius Aethiopsa, & qualiter Moyses pro eo quod inimicissimus esset, defensorum sibi deum magis tacendo constituerit, & de eo quod ait: At non talis seruus meus Moyses.

CAP. XXXIII.

**V**erum hoc, quia de scripturis non habet auctoritatem, facile cõtemnitur. Sed & quid opus est querere, extra presentem scripturam, cur obloquētes dixerint, vxorē eius Aethiopsam? Nam cum Moyses vxorem duxerit filiam Ietro sacerdotis Madian, terra autē Madian vicina sit terræ Aethiopum, rectè intelligitur, quod pro eo quod dicerent vxorē Madianitidem, dixerint vxorem Aethiopsam, sicut se habet amaritudo rixantiū, ut semper è vicino rapiat, quod valeat ad augendum contemptum. Paulò ante Ietro reduxerat illam, & indignari coeperunt de fratre suo, duce iuo, quod haberet vxorem alienigenam. Poterat calumnia cõfutari vel sola Auctoritate Moyse, quod videlicet reprehendi non deberet à subditis prælatus, præsertim is per quem deus tanta, tamque manifesta loqueretur. Inualuit econtra pertinaciter superbia carnalis, & superbiam spiritualem proficiendo

CAP. XII.

Exod. 2.

Exod. 18.

proficiendo impetus generavit. Dixerunt enim: Nunquid per solū Moysen locutus est dominus? Nōne & nobis similiter est locutus? Videlicet quia paulo ante creuerat turba prophetantium, septuaginta namque seniores, propheticum acceperant de ipso Moyse spiritum, dicente dño Moyse: Auferā de spiritu tuo, tradamq; eis, idcirco quasi pro multitudine prophetantium, vnus prophetarum maximus decresebat, & vilesebat in eorum oculis. Hoc frequenter accidit & in ecclesia Christi, vt magistrum succrescentes discipuli, prelatum illustrem subditi, patrē contentiosē au-deant obfcurare illustres filij. Tale quid & Paulo Apost. cōtiggerat, cū diceret ipse Corinthijs: Iam faturati estis, iā diuites facti estis. Sine nobis regnatis, & vtrinq; regnetis, vt & nos vobiscū regnem⁹. Ac deinceps: Non vt confundam vos hęc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo, sed nō multos patres. Nam in Christo Iesu per euangelium ego vos genui. Igitur quia sic primo contigit Moyse, sciendum fuit exemplum in primis, quod deinceps timeret secururi. Quod cum audisset dominus, iratus est. Quare? [Erat enim (inquit) Moyse vir mitissimus super oēs homines, qui morabantur in terra.] Dulcis quidem laus, & vehemēter magna laus, egregie virtutis, quam possidens omnīs prelatum rectē dicere possit. Imitatores mei estote sicut & ego Christi: ostendens, q; iuste deus iratus sit, vel irasci debuerit, quia videlicet Moyse nō vtrūq; mitis, sed & mitissimus erat super oēs homines, qui habitabant in terra. Nullo modo seipsum defendebat, & hoc pacto quasi legitima causa defensorē sui deū magis tacendo constituēbat. Nam mihi vindictam & ego retribuam, dicit dñs. Veruntamē parum dictum est, quia mitissimus erat, sed pro merito Moyse ista lōgē inferior. Suppleuit ergo domin⁹ de Moyse, qd̄ Moyse de seipso min⁹ dixerat. Ait enim: Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos propheta domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad eum. At nō talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est. Ore enim ad os loquor ad eum, & palam, & nō per ænigmata dominū videt. Quare igitur non timuistis detrahēre seruo meo Moyse? Magna cōmendatio, fortissima defensio. Attenros auditores esse voluit enuntiatio iudicātis. Audite (inquiens) sermones meos grauitate vīa competenti. Deinde lutionis suæ modos diuidit dicendo: Si quis fuerit inter vos propheta domini, &c. Videlicet quia dixerant: Nunquid per solū Moysen locutus est dominus? Nonne & nobis similiter est locutus? Mensurā suā cognoscere habebant, vt minoris & maioris habēdo distantiam, nō se super se extollerent, cū obseruandum sit, & inter æquales quod dictū est, honore inuicem præuenientes. In visione (inquit) apparebo ei, vel per somnium loquar ad illū. Somnia futurarū præferunt imagines rerum, & si prudentem habuerint coniectore, quædā prophetiæ sunt. Prius rerum futurarū imagines vel figure cōspiciuntur, & deinde cōficiendo res ipsæ ex parte præuidentur. Sic Ioseph in Aegypto somnia Pharaonis. Sic Daniel in Babylonia somnia Nabuchodonosor prius audiuit, & ipse tua vidit, ac deinde reuelante spiritu dei cōficiendo nō in incertū de rebus futuris prophetauit. At nō (inquit) talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est. Non hic prius figuras per somnium cōspicit, & deinde de futuris rebus conijcit, sed potius econtra prius res ipsas de longinquo futuras prospicit, & deinde figuris & ænigmatibus pro tempore operit atq; inuoluit. Nam hinc sæpe dictum est. Inspice & fac secundū exemplar quod tibi in mōte mōstratum est. Ait ergo: Ore enim ad os loquor ei, & palam non per ænigmata dñm videt. Ac si dicat: Prius claro intuitu rerū futurarum ordinē videt, & quanq; ænigmata conscribat, & figuras, rerum tamen veritatē intrinsecus ipse tenet. Quare igitur nō timuistis detrahēre seruo meo Moyse? Percunctatio hæc reos concludens, irati animi est, quam & protinus pœnalis sententia cuestigio secuta est.

1. Corin. 7.  
Ibidem. 4.

1. Corin. 11.

Deute. 32.

Roma. 12.

Gene. 47.  
Daniel. 2.

Exod. 27.

*Quod Moyse vxorem habens Aethiopsam, Christum habentem de gentibus ecclesiam significat. Lepra vero & separatio Mariæ detrahentis, peccata synagogæ & Christum blasphemantis.*

CAPVT XXXV.

**I**Ratusq; contra eos abiit. Nubes quoq; recessit, quæ erat super tabernaculum. Et ecce Mariam operuit candens lepra quasi nix. &c. Propter sensum allegoricum supra repetendum est, & runc clarebit quid ista prophetissa per gratiam clarificata, & propter culpā a deo cōspūta, id est, leprosa facta significet. Hoc loco Moyse vxorē habēs Aethiopsam, mysticē Christus dominus est, peccatricem quondam de gentibus non aspernatus ecclesiā. Hoc nimium ægrē ferunt Aaron & Maria, id est, carnale Iudæorum sacerdotium, & tota illorū vetus synagoga. Hoc inquam ægrē ferunt, de hoc murmurant, magnumq; habent inuidiæ tormentum, semper enim gentium salutē oderunt. Hoc ergo non ferentes, & hac inuidiæ trabe tenebrarum cordis oculum habentes, ad ipsius domini Christi odium prorumpunt, & propter condescensionem miserorum, contra ipsam misericordiam configunt. Dicunt enim: Num per solum Moysen, id est, num per solum Christum vestrum deus locutus est? Nonne & nobis, id est, prophetis nostris, similiter locutus est? Haber namq; lex nostra viros virtutis, qui de terra pariter & de cœlo signa fecerūt, mare rubrum & Iordanem fluuium diuiserunt, manna de cœlo deposuerunt, solem in cœlo stare, vel etiam retrocedere fecerunt. Hæc & his similia illis maligno liuore dicentibus, dominus iratus est. Clarum est, manifestum

manifestum est, quia superbæ synagogæ & carnali eius sacerdotio dominus iratus est. Dominus pater, dominus filius, dominus spiritus sanctus, genti illi iratus est. Nam ecce leprosa facta est, lepra candēte, tota cooperta est. Multum iratus pater, expuit in faciem eius, & proiecit super vultū eius sterces solennitatis eius. Quanto nequior blasphemia eius oblocutione Aaron & Mariæ, imò quanto amplioris gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est, tanto plaga gentis illius, lepra synagogæ illius deterior est. Nam Moyse quidē fidelis erat in tota domo dei, quemadmodum dicit, at non talis seruus meus Moyse, qui in omni domo mea fidelissimus est, fidelis inquam, vel fidelissimus in domo dei, non sua, tanq; famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant. Christus verò tanq; filius in domo sua, quæ domus sumus nos. Igitur leprosa illa quicquid tangit, immundum est, immundū inquam quicquid atreſtat, quicquid cōcelebrat, & deo odibile est, separatur ad arbitrium sacerdotis summi, qui penetravit cœlos Christi Iesu, habet vestimēta diluta, caput nudum, os veste contectum, contaminatā ac fordida se clamat, de quibus omnibus superius in lege leprosi dictum est. Omni tēpore quo leprosa est, & in hac immunditia perfidiæ suæ perseuerat, sola habitabit extra castra: sola inquam extra vera & cœlestia sancta, quasi mortua, imò verē mortua, & vt abortiuum quod proiectur de vulua matris suæ. Abalienata est à vulua, errauit ab vte Malach. 2. ro, locuta est falsa, quæ nō docuit eā mater sua fidelis patriarcharū & prophetarum ecclesia. [Clamar autē Moyse ad dominū, dicens: Deus obsecro sana eam.] Imò verò tota antiquitas, tota parum antiquorum pro illa gente interuenit fides. Sed nō sanabitur, nō reuocabitur in castra, donec euoluantur septē dies, id est, donec plenitudo gentium subintroeat. [Si (inquit) pater eius expuisset in faciem eius, nō debuerat saltē septem diebus rubore confundi.] Planē vera similitudo. Nam reuera si quis filius patrē, quē honorare, cui blandiri debet, ita exasperauerit, ita ad iracundiam prouocauerit, vt ille motus in facie eius expuat, qui vtriq; faciē filij natura duce, osculis delambere cōsueuerat, quomodo talis filius sic pro sua proteruita, spūto patris oblitus nō saltē septē diebus inter cōpares suos erubescat? Cui enim preciosius esse potest, qui vt vilis à patre suo cōspūrus est? Si ergo (inquit) pater eius expuisset in faciē illius, &c. Ego autē, inquit, pater vester sum, qui dico ad Pharaonē, filius primogenitus meus Israel dimitte filium meum, & ecce exasperatus quodammodo expui in faciem huius, dum lepra candidissima, lepra quasi niuea, id est, verissima, totam operui carnem eius. Separatur igitur septem diebus, &c. vt supra.

*De exploratoribus, qui terrā detraherunt, & quod illa tentatio causa maxima fuerit, vt ferē omnium, qui numerati fuerant, corpora in deserto prosternerentur.*

CAPVT XXXVI.

**P**rofectus est Israel de Aseroth fixis tentorijs in deserto Pharā. Ibi locutus est dñs ad Moysen, dicens: Mitte viros qui considerent terram Chanaan, quam ego daturus sum vobis, singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyse quod dominus imperarāt, &c. J Plana est historia, quia missi exploratores explorauerunt terram, pergentesq; ad torrentem botri, absciderūt palmitem cum vua sua, quam portauerunt in veste duo viri, reuersique post quadraginta dies, detraherunt terræ quam inspexerant omnes præter Iosue filium Num, & Caleph filium Iephone dicētes: terra quam iustitiamus, deuorat habitatores suos, & continuo populus (inquiunt) quem aspeximus, proceræ staturæ est. Quæ profectō sententia nimium præcedētī contraria est. Hic nempe mos est detrahērium, vt dum detrahēre student, nonnunq; sibimet contraria dicant, nō curantes quam in partē verba cadant, dummodo audientium corda subuertant. Tandē cum clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos veller opprimere, qui alio spiritu sequebantur dñm, tali sententia iudicium domini definitum est. [Viuo ego (inquit) & implebitur gloria domini vniuersa terra. Attamen oēs homines, qui viderunt maiestātē meā, & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decē vices, nec obediērunt voci meæ, nō videbunt terrā pro qua iurauī patribus eorum.] Hęc tentatio decima, ceterarum tentationum pessima, causa fuit maxima, cur omnium illorum, qui numerati fuerant, à viginti annis & supra, præter duos iam dictos, nemo in illam repromissionis terram ingrederetur, sed eorum corpora in deserto prosternerentur. Porro propheta, imò spiritus sanctus in Psalmo cum dixisset: Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, continuo adiecit: Sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri, probauerūt & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas, quibus iurauī in ira mea, si intrabunt in requiē meam. Hoc testimonio Apostolus quoq; vtens, continuo subiungit. Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendo à deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius vsque ad finem firmum retineamus, dum dicitur: hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, quæadmodū in illa exacerbatione. Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem

Malach. 2.

Psal. 77.

Exod. 4.

Cap. XIII.

Psal. 94.

Hebr. 3.

inensus est, quadraginta annis: Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iuravit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt: Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

*Mystice quod nos qui scripturas legimus, exploratores terra sumus viventium, & quod botrus quem portauerunt in veste duo viri, Christus sit, quem in scripturis legunt duo populi.*

CAPVT XXXVII.

**I**gitur praesentis capituli notissimam teneamus allegoriam, ad instruendum timore sanctum, timore castum, vt timeamus secundum eundem Apostolum, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis (inquit) annunciatum est, sicut & illis. Quidnam secundum iam dicta Psalmistae & Apostoli testimonia, terra illa tunc eo modo explorata, nisi requie domini significat? Quae autem illa requies dñi, de qua iterum determinando dicit quidam in David dicit, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, tandem ita concludens, quibus iuravi in ira mea, si intrabunt in requiem meam? Quae inquam est hodie na requies dñi diem habes determinati, post illum septimum diem, quo requieuit dominus ab operibus suis? Nempe ipsa est resurrectio carnis, resurrectio Christi, gloriosa requies dñi. Hanc requiem, hanc terram viventium, ad explorandum missi sumus, quicunque scripturas sanctas in manibus habemus, primis Iudeis dño dicere: Scrutamini scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam habere, deinde & de Apost. euangelista dicente: quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligeret scripturas. Scripturas namque intelligētib. illud recte decantatur. Introduxit vos dñs in terram fluentem lac & mel, & vt lex dñi sit semper in ore vestro. Legendo igitur atque intelligēdo ascendimus, terramque optimam exploramus. Perreximus ad montem botri, abscisus est palmes cum vna sua, quam deportant in veste duo viri. Quid enim est torrens botri, nisi passio domini nostri Iesu Christi? Nempe de illo sponsa dicit in Canticis. Botrus Cypri dilectus meus mihi in vineis Engaddi. Et de passione eius per prophetam dictum est: De torrente in via biber. Explorando itaque venimus vsque ad torrem botri, legendo namque prophetas intelleximus, quia oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis. Quomodo autem abscisus est palmes cum vna sua, nisi quia ferro passionis abscisa est anima eius, & de carne exiuit cum diuinitate dulcissima sibi inuita? Nam de isto palmitē sic est & per prophetam praedictum, quia abscisus est de terra viventium. Abscisum ergo palmitē portant in veste duo viri, id est, passum & mortuum Christum adorant in cruce duo populi, credentes & cōfiteutes, quia resurrexit a mortuis. Porro palmitē abscisum portantibus in veste duobus viris, necessarii qui praecedunt, quod portat non videt, qui autem subsequitur, semper praeculis habet. Ita plane anterior populus, qui beata dominice passionis tempora praecessit, dulcissimum botrum .i. Christum, quem fide portabat, non vidit, nos autem qui subsequimur, videmus, & praesentē habemus rem salutis, cuius ipse sola habuerunt illi. Vnde & nobis dicitur cum Apostolis: Beati oculi qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, quia multi reges & prophetae voluerunt videre quae videtis, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt. Sed & de malogranatis & de ficibus loci illius tulimus, quia prophetarum mortes vel persecutiones quas passi sunt, passuri Christi testimonia fuisse intelleximus. Hoc explorauimus quadraginta diebus. Qui enim ad explorandam carnis resurrectionem nos admittit, praebuit nobis seipsum viuum in multis argumentis, per dies quadraginta apprensus discipulis, & loquens de regno dei. Vnus exploratorum dicit: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, & manus nostrae contraxerunt.

*Quod illi exploratores qui terra detraxerunt, mystice haeretici sunt, maxime qui veram carnis resurrectionem non credunt.*

CAPVT XXXVIII.

**I**gitur quotquot spiritu dei agimur, dicimus cum Caleph: [Ascendamus & possideamus terram, quoniam poterimus obtinere eam.] Caleph quali cor vel canis interpretatur. Et hic ipso nomine non minus quam fide veritatem vel testimonium illorum exprimit, qui sunt sicut cor Christi domini, iuxta quod scriptum est: Si separaueris preciosum a vili, quali os meum eris. Si enim qui preciosum a vili, id est, veritatem a mendacio separat, ipse os domini, cur non recte dicatur, & quali cor domini habendo spiritum Christi? Est & canis domini, iuxta quod idem scriptum est, Lingua canum tuorum ex inimicis, id est, testes sunt Apostoli, ex odientibus te Iudaeis. Ita Caleph, id est, omnis testis veritatis praedicat fideliter, clamat confidenter: Ascendamus, & possideamus terram, id est, credamus, quia Christus resurrexit a mortuis, & credentes resurrectionis eiusdem consequamur gloriam. Alij vero, alij inquam qui fuerunt nobiscum, scilicet Antichristi haeretici, qui exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis, detrahunt terram quam inspexerunt, negant fidem resurrectionis, aut infirmare conantur eius in qua resurrecturi sumus veritatem carnis. Terra (inquit) quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. Quid aliud asserunt haeretici, dum dicunt, quia non resurget vera substantia carnis? Nempe si non eadem resurget caro, si erit ventis & aere tubilior, ergo illa, quam expectamus, terra viventium, habitatores suos deuorat. Sed contrarij libimet continuo dicunt, Populus quem aspeximus, proceras stateras est. Haeretici namque circa eandem rem

contra

contra se diuisi sunt, ita vt dum alij veram carnem resurrectionem negant, alij contra concubitu quoque filiorum procreatione illic expectet, ita sibi contrarij sunt, vt cum illi non ipsam sperent substantiam, isti contra nimiam eiusdem substantiae expectent corpulentiam. At vero Iosue filius Nun, siue Iesus Naue, quod interpretatur saluator, filius pulchritudinis, & Caleph, de cuius interpretatione nominis iam ante dictum est. Iosue inquit & Caleph .i. saluator Christus & Apostoli eius, cum etiam catholicam fidem profitentes, sciderunt vestimenta sua, id est, a suo consortio, talium reiecerunt blasphemias. [Et ad omnem multitudinem filiorum Israel locuti sunt, Terra quam lustrauimus, valde bona est, &c. Quid multa?] Cum clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet obruere, apparuit gloria domini super rectum foederis, [Dignamque poenam edicens, [Vestra (inquit) cadauera iacebunt in solitudine, filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram, Annus pro die imputabitur, & quadraginta annis recipietis iniquitates vestras.] Hoc exemplum omnibus haeticis & incredulis sanctum est. Videamus ergo (vt supra memoratus Apost. ait) ne forte sit in aliquo nostrum cor malum incredulitatis. Nam reuera sicut detractores illi pro die receperunt annum, sic haeretici omnes cum Iudeis incredulis pro temporalis blasphemiae culpa, sempiternum recipient interitum. Et tunc quidem domino dicente: Quousque non credent mihi in omnibus signis quae feci coram eis, feriam igitur eos pestilentia, atque consumam.] Tunc inquam haec dicente domino, [Moyse orabat dicens: Dimitte obsecro peccatum populi huius secundum magnitudinem misericordiae tuae.] Nunc autem & illos & omnes accusat haeticos. Nam quemadmodum Iudaeis veritas dicit: est qui accusat vos Moyse, in quo vos speratis: sic & omnibus haeticis ecclesia, veritatis columna, dicit: Sunt qui accusent vos, lex & prophetae, euangelium & omnes apostolicae literae, quorum de scientia praesumitis.

*Diminutio decem tentationum, de quibus ait: Et tentauerunt me iam per decem vices.*

CAPVT XXXIX.

**E**t tentauerunt (inquit) me iam per decem vices. Ipsas tentationes hic breuiter enumeremus. De prima tentatione ita in Exodo legitur: Iurgatus populus contra Moysem ait. Da nobis aquam vt bibamus. Quibus respondit Moyse: Quid iurgatis contra me? Cur tentatis dominum? De secunda tentatione, ita in Numerorum libro scribitur, Cumque indigeret aqua populus, & caetera vsque ad eum locum in quo ait: Haec est aqua contradictionis, ibi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis. Tertia tentatio in campelstri fuit contra mare rubrum, in quo loco murmurasse dicuntur contra dominum, quia peremptos Aegyptios fuisset, Moyse sibi de verbo domini dicenti, non crediderunt, sed potius eos se subsequi timuerunt. Vnde dicitur in psalmo: Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores misericordiae tuae, & ad iracundiam prouocauerunt te in mari rubro. Quarta & quinta tentatio super manna exiit. Vna tentatio fuit super eodem manna, sicut in Exodo dicitur: Hic est sermo quem praecipit dominus. Colligat ex eo vnusquisque quantum potest sufficere ad vescendum. Et post pauca dixit ad eos Moyse: Nullus delinquat ex eo vsque mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt ex eo quidam vsque mane. Altera fuit tentatio, de qua post pauca in eodem libro dicitur: Sex diebus colligetur, in die autem septimo sabbatum est domini, idcirco non inuenietur. Venit septima dies, & egressi de populo vt colligerent, non inuenierunt. Dixit autem dominus ad Moysem: Viqueque non seruabitis mandata mea & legem meam: Sexta & septima tentatio in sepulchris concupiscentiae facta fuit, scilicet tentatio carnis, in qua etiam prima tentatio carnis complectitur. De qua in Exodo legitur: Dixerunt Moyse & Aaron ad omnes filios Israel. Vespere scietis, quia dominus eduxerit vos de terra Aegypti, & mane videbitis gloriam eius. Audiuit enim murmur vestrum contra dominum. Et post pauca: Locutus est dominus ad Moysem dicens: Audiui murmuraciones filiorum Israel. Loquere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus, & scietis quod ego sum dominus deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix operuit castra. De septima ita hic in Numeris dicitur. Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore contra dominum. Quod cum audisset dominus, iratus est, & in eo accensus est ignis domini, & deuorauit extremitatem castrorum partem. Et post pauca, Sanctificamini, cras comedetis carnes. Ego enim audiui vos dicere: Quis dabit nobis escas carniū? Bene nobis erat in Aegypto, &c. Octaua tentatio fuit vitulus aureus, quod fabricauerunt sibi in deserto filij Israel, morante Moyse cum domino in monte Synai. Nona tentatio hic in deserto Pharan, quae & ipsa dicitur Barne, de exploratoribus: Viqueque inquit, detrahet mihi populus iste: Quousque non credent mihi in omnibus signis quae feci coram eis? Et post paululum, iuxta numerum quadraginta dierum, quibus considerastis terram, quadraginta annis recipietis iniquitates vestras. Decima tentatio in eo est, quod cum locutus esset Moyse vnuerla verba domini, ad omnes filios Israel: Luxit populus nimis, & ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis atque dixerunt: Parati sumus ascendere ad locum de quo

II iij

locutus

CAP. XIII.

Heb. 7.

Iohan. 3. 1. Tim. 3.

Exod. 17. Nume. 20.

Exod. 14.

Psal. 105.

Exod. 16.

Ibidem.

Ibidem.

Numer. 14.

Exod. 32.

Nume. 14.

locutus est dominus quia peccauimus. Quibus Moyses: Cur (inquit) transgredimini verbum domini, quod vobis non cedit in prosperum? Nolite ascendere, non enim est dominus vobiscum. Item post pauca. [At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti domini & Moyses non recesserunt de castris.]

De eo quod armati ascendunt filij Israel, remanente arca domini, quod in hoc quoque; hereticorum typus fuerit. CAP. XL.

Deut. 2.

Iam nunc ad ordinem redeamus. Postquam locutus est Moyses ad filios Israel, vniuersa verba domini dicentis: Vestra cadauera iacebunt in solitudine, filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, illi (vt iam dictum est) ascenderunt in verticem montis, arca domini & Moyses non recedentibus de castris. [Descenditque Amalechites & Chananeus qui habitabat in more, & percutiens eos atque concidens, persecutus est usque Horma.] Mons iste in quo Amalechites & Chananeus habitare dicuntur, mos Seir intelligitur, sicut in Deuteronomio dicitur: Igitur egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuia veniens persecutus est vos, sicut solent apes persequi, & cecidit de Seir usque Horma. Amalechites populus lingens, Chananeus possidens, Seir pilosus, Horma anathema interpretatur. Per hæc nomina maligni spiritus intelliguntur, qui usque Horma, id est, usque in profundum inferni, quod æternum est anathema, supradictos sanctæ terræ detractores omnes hæreticos concidendo, victorum more persequuntur. Arca namque testamenti domini cum illis non est, lex domini, lex veritatis cum illis non est: & proinde, quæcunque arma quasi arma verbi dei corripunt, non proderunt illis, nec valet illis dixisse, peccauimus, quia videlicet catholice ecclesie nequaquam reconciliati sunt dignis poenitentiae fructibus.

Commentariorum in Numeros libri I. Finis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN NUMEROS, Commentariorum Liber Secundus,

De eo quod dictum est, Anima que per superbiam aliquid commiserit, peribit de populo suo. CAP. I.

CAP. XV.



I per ignorantiam præterieritis quicquid horum, que locutus est dominus ad Moysen, & madauit per eum, à die qua cepit iubere & ultra: oblitaque fuerit facere multitudo, offeret vitulum de armento, holocaustum suauissimum domino, & sacrificium eius ac liba vt ceremonie postulant, hircumque pro peccato, &c.] Opportuna hic recapitulatione commemoratio fit, de lege sacrificiorum, de qua in Leuitico vberius dicitur: additurque aliquid quod diligentissime summamque cautela notandum est. [Anima (inquit) que per superbiam aliquid commiserit, siue cuius sit ille, siue peregrinus, quonia aduersus dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. Verbum enim domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum, idcirco deletur & portabit iniquitatem suam.] Hanc iustitiam legem, & prophetæ sequuntur, & euangelium. Propheræ, cum dicit Amos: Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor: super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor: super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor, non conuertam eum. Primum namque scelus est, iniquitatem mente concepisse. Secundum scelus est, dolore opere peperisse. Tertium, iniquitatis opus in usum vel consuetudinem traxisse. Quartum scelus, male acta per superbiam spiritum defendere. Ergo super quatuor (inquit) non conuertam eum, id est, cum superbe fuerit responsum, iam non est remissibile peccatum. Confirmat hoc (vt prædictum est) & euangelium cum dicit saluator, esse peccatum quod non remittatur, neque in hoc seculo, neque in futuro, scilicet blasphemie spiritum, siue verbum contra spiritum sanctum, quod non est aliud quam superbia malum, quo contra conscientiam propriam defendendo se quisquam arguentem de peccato elidit spiritum sanctum. De hoc & Iohannes in epistola sua dicit: Est peccatum ad mortem, non pro illo dico vt roget quis. Sed & ad filios suos loquitur Heli: Si peccauerit vir in virum, placari ei potest deus. Si autem in dominum peccauerit vir, quis orabit pro eo? Idcirco & illud sciendum, quia dominus noster tres tantum mortuos, vnum in domo iacentem, alium cum iam per portam ciuitatis efferretur, tertium de sepulchro quattuoriduanum fermentem, suscitasse legitur: & quartum non suscitasse legitur, eadem videlicet ratione, quia in propheta iam fuerat dictum, super tribus sceleribus & super quatuor non conuertam eum.

Amos 1.

Matt. 12.

1. Iohan. 5. 1. Reg. 2. Matt. 9. Lucæ 7. Iohan. 11.

De eo qui collegit ligna in die sabbati, quod peccauerit per superbiam, & Chore & Dathan atque Abiron, quod mortes illorum exempla sint, quod peccat anima, que per superbiam peccauerit. CAP. II.

Opportu

Opportuna (inquit) recapitulatione nunc commemoratum est de lege sacrificiorum, & continuo peccatum superbie nullum docetur habere sacrificium. Statimque subiungit. [Factum est autem cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentem ligna in die sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aarõ, & vniuersæ multitudinis. Qui recluserunt eum in carcere, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitque Dominus ad Moysen: Morietur morietur homo iste.] Ac deinceps. Ecce autem Chore filius Isaar, filij Caath, filij Leui & Dathan, atque Abiron, filij Heliab, homo quoque filius Phelech de filiis Ruben surrexerunt contra Moysen, alijque filiorum Israel ceteri viri proceres synagogæ, & qui tempore consilij per nomina vocabantur. Cumque steterent aduersum Moysen & Aarõ, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus. Igitur euestigio subsequenteribus exemplis. Anima (inquit) que per superbiam aliquid commiserit, peribit de populo suo, siue paruum siue magnum fuerit illud quod commisit, in quo aduersus dominum rebellis fuit. Nam & si magnum fuit quod Chore commisit, in quo Dathan & Abiron rebelles fuerunt, quia videlicet vnitatem sciderunt dicentes, non venimus, non venimus, at colligere ligna res vel factum fuit exiguum in quo ramus qui offendit colligendo in die sabbati, morte morietur inquit dominus, obruat eum lapidibus omnis populus. Videlicet quia per superbiam illud quod videbatur exiguum commisit, quia verbum domini contempsit, quia legem sabbati, imò legislatorum in sabbato eius despexit, idcirco mori debuit, non considerante deo quid vel quantum, sed qua mente fecerit. Itaque anima que per superbiam aliquid commiserit, siue magnum siue paruum sit, vtiq; peribit. Notanda interim in ipsa superbia poenarum dispensatio iusta, Dathan atque Abiron, qui vocati, cum subsannatione dicunt, non venimus, non venimus, non consueta morte hominum intereunt, sed nouam rem fecit dominus, vt aperiens terra os suum, deglutiret eos, descenderentque viuentes in infernum. At vero Chore concilium ducenti quinquaginta viri sequentes, qui non dixerunt, vt illi, non venimus, & ipsi quidem pro eadem superbia celestis ira puniti sunt, veruntamen non à terra absorpti, quæ res maxime noua extitit, sed igne sunt conflagrati. Ille autem homo qui inuentus est colligens ligna, cuius usque ad buccas non ascendit contemptus siue superbia, magis consueta hominum morte moritur, per homines occiditur, ab omni populo lapidatur.

Quo iure dixit Moyses, Ne respicias sacrificia eorum, ac deinceps, Num vno peccante contra omnes ira tua defœuierit? CAP. III.

Ne (inquit) respicias sacrificia eorum, ac deinceps. [Fortissime deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua defœuierit? Ergo verissime iam de istis dicas, quia hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante dominum, dominatorem vniuersæ terræ, habere potestatem claudere cælum, & aperire portas eius, quia linguæ eorum clauis cœli factæ sunt. Qui enim hæc dicunt, ne respicias sacrificia eorum, iam non tantum cælum, sed & ipsos oculos domini claudunt. Item qui dicendo, fortissime deus spirituum vniuersæ carnis, &c. iram à populo auertunt, linguas suas profecto pro cœli clauibus vtuntur, vt superbis claudant, mitibus autem cælum aperiant. Verum potestatem hanc, non voluntas efficit, sed causa, Vbi superbie causa iram prouocat suisque ironiis perfultat, dicendo: [Reuera induxisti nos in terram quæ fluit riuus lactis & mellis, dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum, an & oculos nostros vis eruere? non venimus.] Illic iste de quo supra dictum est, erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra: illic, inquit, iste mitissimus irascitur valde, loquiturque quasi imperiosè ad dominum. Ne respicias sacrificia eorum. Irascitur, inquit, non suo spiritu, sed eius, cui Psalmista loquitur: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Extunc ira tua. Nempe ex quo deo resistitur, extunc deus terribiliter irascitur. Et omnis quicumque in veritate mitis est, cuius habitator est deus, illic irascitur, vbicumque superbie malum oboritur. Vtitur illic duro anathematis gladio, separat separat à deo, quem tradat diabolo. Vbi verò clauibus prædictis, clauibus cœli, linguas suas ad iram deplendam cœli portas aperuerunt, in ipsa ira misericordie non immemores, proni in faciem cadentes, fortissime (inquit) deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua defœuierit? Vtrobique fortes, utrobique valentes. Nam quibus ipsi concesserunt, deus iratus est, à quibus ipsi veruerunt, præfens ira remota est.

Quale sit mysterium in eo, quod per virgam germinantem, cohibitum est superbie malum. CAPVT IIIII.

Quo tandem pacto superbie malum exterminatum est, & cohibitæ à domino querimonie filiorum Israel? Ait. [Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas à cunctis principibus filiorum Israel, virgas duodecim tribuum, & vniuersi cuiusque nomen subscribes virgæ suæ, nomen autem Aaron erit in tribu Leui. Et vna virga cunctas leorum familias continebit. Ponetque eas in tabernaculo foederis coram testimonio, vbi loquar ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga eius, & cetera. Pulcherrimè atque clementissimè fortissimus deus, postquam superbie malum vltus fuerat, quasi politis armis suæ fortitudinis, virgam germinantem adhibet aduersus inflationes, & querimonias filiorum Israel, virga inquam germinante, gemmisque

CAP. XVI.

Apoc. 18.

Num. 12.

Psal. 72.

CAP. XVII.

Esaie 10.

Esaie 11.

Coloss. 2.

gemmisq; turgentibus in flores & fructus erupente, deinceps non superbire docet. Quid hic ordo pulcherrimus præsignat, nisi quod contra diaboli superbiam necessaria Christi filij dei ponenda esset humilitas: Hoc nepe sciens Esaías propheta, cum dixisset: Væ Assur virga furoris mei, & baculus ipse, in manu eius indignatio mea. Ac deinceps, Vilitabo super fructum magnifici cordis regis Assur, & super gloria altitudinis oculorum eius: cū, inq; hæc & cætera enigmatica dixisset, de superbâ diaboli iubeat, atq; ait de humilitate Christi: Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapietiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Nō secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium audiet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Igitur secundum literam quidem historia vera tenetur, secundum spiritum verò mysteriorum recapitulatio est, quales in Apocalypsi Iohannis periochas septem legimus. Quid enim virga illa, quæ & hic neq; planata, neq; rigata, germinat, floretq; & fructum facit, & in propheta iam dicto, de radice Iesse egreditur, floremq; producit, super quem requiescit septiformis spiritus domini: quid, inquam, hæc virga est, nisi virgo regia Davidicæ stirpis, quæ iuxta fidē euangelij, sine virili semine Christum nobis protulit verum florē, verumq; decus generis humani, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis? In illa virga speciose nouitatis vetus Euxæ genus reuivuit, in illo flore quem peperit, carnis nostræ sylua resloruit, in illa nuce quassa vel fracta per lignum crucis, anima nostra nucleum vitæ inuenit: anima, inquam, nostra elurians indelecta est, vitamq; recepit. Et illa quidem virga tunc litem diremit, querimoniasq; filiorum Israel remouit, qui contra Moysen murmurabant & Aaron, tamquam ille sacerdotium traxisset magis fraterno amore, quam arbitrio coelesti. Hæc autem virga regia, hic flos virginatis, hic fructus virginæ in ventris, Iudaicam superbiam compescuit, perculsa gente, delecta gloria templi manufacti, palamq; fecit, quia non carnale, sed spirituale sacerdotium deo curæ est, quia solus Christus sacerdos in æternum est, non secundum taurorum aut hircorum cædes, sed secundum ordinem Melchisedech.

De eo quod ait, Tu & filij tui portabis iniquitatem sanctuarij, quod per hoc onus significetur sacerdotij Christi, quo super se tulit peccata mundi. CAP. V.

Esaie 57.

Roinde continuo sequitur dominus dicens ad Aaron: [Tu & filij tui & domus patris tui tecum, portabis iniquitatem sanctuarij.] Et rursum. [Tu & filij tui simul sustinebitis peccatum sacerdotij vestri.] Ac deinde tertio. [Tu autem & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntq; Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi, &c.] Trina repetitio diuini positionis vel ordinationis, vehemens confirmatio est. Sic in virga florente, fructumque ferente, mysterium incarnationis Christi filij dei signatum est, sic in ordine vel officio huius portantis iniquitatem sanctuarij, sustententis peccata sacerdotij sui, mysticè signatur onus vel opus eiusdem Christi veri sacerdotis, in quo dominus posuit iniquitates omnium nostrarum, sicut propheta prædixit. Qualis Leuitarum aut sacerdotum in mysterio debeat esse religio vel distinctio, quæ vel qualia suscipi debeant à populo, qualis victimæ debeat esse religio, hic sacra lex recapitulando commemorat, nā cuncta hæc superius vberius dixerat, atque idcirco his omnis iā proficiscamur ad alia. Neque enim hic aliud significat vacca rufa gravis integre, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum, quæ &educta immoletur, vel comburatur extra castra, non inquam hic aliud vacca rufa, quam in Leuitico vitulus immaculatus, eodem ritu immolandus significat, nisi quod hic sexus foemineus, maternam charitatem designat Christi, qua pro nobis factus obediens patri, salutem nostram in angustia sua parturiuit.

Mysticè de expiando tactu cadaveris hominis, & de eo quod ait, Si die tertio aspersus non fuerit, die septimo non poterit emundari. CAP. VI.

Hebr. 9.

Qui tetigerit cadaver hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus, aspergatur ex hac aqua die tertio, & septimo, & sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Asperio hæc vmbra vel figura est. Christi verò sacramentum res & veritas est. Ait namq; Apostolus: Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos significat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruandū deo viuenti: Ergo aqua cinisq; vitulæ aspergendus idem hic, quod in Leuitico sanguis vituli, scilicet asperione sanguinis Christi: tactus verò morticini hominis, mortuali significat opera, quibus nos ille emūdauit. Fortiens quippe cadaver tangimus hominis, pro quo nobis expedit lustrari aqua expiationis, quotiens peccatum incurrimus, quod per confessionem atque poenitentiae satisfactionem redimi necesse sit. Sed si die tertio (inquit) aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari. Quod est dicere, Nisi catholicam fidē teneat baptizatus in nomine patris & filij & spiritus sancti, nulla peccatorū confessione vel poenitentiae distinctione iustificari, vel gratiam

gratia poterit consequi septiformis spiritus sancti. Notandū verò quod nō dixerit, omnis qui tetigerit cadaver hominis, propter hoc septē diebus immundus erit. Nō enim quomodoocq; vel ubi cunq; tetigerit cadaver hominis, tādū immundus erit. Nā paulo inferius determinat sic. [Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, siue os illius, vel sepulchrum, immundus erit septē diebus.] Summa cura illi, qui de cineribus combustionis atq; peccati, cum aquis vituis aspergit hominē, hoc discernendū est, vtrū in agro, vbi patet locus effugij, aut intra angustias murorum vrbis cadaver tetigerit. illi qui cōfidenti poenitentia indicit, summo opere discernendū est, vtrum is qui mortua fecit opera, vel mortuis consensit operibus, sponte peccauerit, an necessitate aliqua præuentus peccatū declinare nequiverit. Nā secundum modos necessitatis aut voluntatis, poenitentia onera quæ imponat, pefare debet. Quid porrò est, quod is ipse qui portat cineres, vel aspergit aquas, immundus erit, & idcirco lauabit vestimenta sua? Videlicet quia is qui alie na curada peccata recepit, nequaquam munda vel secura viuere cōscientia, nisi poenitentia quæ indicit partim super se suscepit onera, quemadmodum Apost. dicit: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Pro hac immunditiae parte, nimum plus, q̄ iusto sollicita sponsa dicit in Canticis: Exui me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinao illos? Igitur omnis qui tetigerit aquas expiationis, id est, qui alieni suscepta confessione peccati, poenitentia remedia suggesserit, immundus erit vsq; ad vespere, id est, donec orando pro inuicem perficiat charitatem, quæ operit multitudinem peccatorum. Quid sibi vult, quod interim dicit. [Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.] Quid, inquam in tali negotio per hoc dictum intendit, nisi quia peccati tui causam latentem, tali debes reuelare fenestri, qui & sua curare vulnera, & aliena non detegere aut reuelare nouerit? Nempe qui secretum tenere nescit, vas est non habens operculum, nec ligaturam desuper, & immundus est. Sed in quocunq; negotio quisquis oris aut linguæ incontinentis est, immundus est, velut vas non habens operculum siue ligaturam desuper. Er vndecunq; immunditia contracta sit, nisi aqua expiationis aspergatur (vt iam dictum est) manebit spurcitia eius super eum. Summaq; cautela agendum est, ne immundus tangat mundum, quia quicquid tetigerit immundus, inquit, immundum faciet. Corruptum enim bonos mores colloquia praua. Itemque & hoc prudenti dominus dei dispensatori curandum est, ne illi qui immundus est, quispiam in vlllo iungatur confortio, neq; in colloquio. [Nam & anima (inquit) quæ horum quilibet tetigerit, immunda erit vsq; in vespere.] Id est, vsq; in satisfactionem & emendationem congruam.

De tentatione & iurgio propter aquam, & de eo quod ait Moyses, Num de petra hac poterimus aquam educere, quod Iudeorum & pharisæorum typum gesserit in illa incredulitate. CAP. VII.

Cumq; indigeret aqua populus, conuenerunt aduersus Moysen & Aaron, & versi in seditionem dixerunt: Vtinam perissemus cum fratribus nostris corā domino. Cur eduxistis ecelesia domini in solitudinē, vt & nos & nostra iumenta moriamur? &c.] Post multos circuitus venerunt in desertum Sin. Hoc idē scriptura dicit esse quod & Cadēs. Nota res gesta est, quia irritate runt dominum ad aquas contradictionis, more suo tentates & murmurantes, & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius, & distinxit in labijs suis. Multū distinxit, multum & longē aliter q̄ solitus erat, locutus est in labijs suis. [Audite (inquit) rebelles & increduli. Num de petra hac vobis aqua poterimus eicere?] Non sic loqui consueuerat, verbi gratia, cum mare diuideret, imò cum tā multis plagis Aegyptum verberaret. Nō dixit, nū de fluuijs ranas poterimus eicere, nū grandinem cum igne de celo deponere, num mare rubrum in diuisiones poterimus diuidere? Hic exacerbatus eius spiritus, penē fidem perdidit, & ira distinxit in labijs suis. Vndē & sententiam protinus accipit. [Quia non credidistis mihi, ait dominus, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introduceris hos populos in terram quā dabo eis.] Porrò quod petra in mysterio vel in figura Christus fuerit, iādudum cum apostolo Christi totus mundus canit. Cuius paulo supra in virga, quæ floruit, nucēq; protulit, sacrosanctā spectauimus incarnationē, eiusdē in hac petra percussa salutarē intelligimus passionē. Moyses petra percussor, & hoc loco incredulus, Moyses inq; & Aaron hoc loco increduli, item in mysterio vel figura scribæ fuerūt & pharisei. Populus stitēs, turba erat dominū Iesum libenter audiens, vndē exacerbati illi dixerūt. Sed turba hæc quæ non nouit legem, maledicti sunt. Num (inquiunt) de petra hac vobis aquam poterimus eicere? Puta scribas & pharisæos de illa petra, de iplo Christo dixisse. Num ab isto se ductore sanam doctrinam speratis bibere? Item: Dæmonium habet, & insanit. Quid est auditis? Ita malē distinxerunt in labijs suis, id est, contra propriā sunt conscientiam locuti. Sciebant enim (verbi gratia) quod in spiritu dei eicere dæmonia, & tamē pessima labiorū suorū distinctione dixerūt: In Beelzebub principe dæmoniorū eicite dæmonia. Cū hoc furore increduli, & turbidi percuterunt petram iustitiæ, Bis percusserunt, duobus enim lignis vnus crucis Christum crucifixerūt linguis suis & manibus gentiliū. Hoc factō, egressæ sunt aquæ largissimæ. Nihil verius, passio nanq;

Galat. 6.

Cant. 5.

1. Cor. 13.

C. A. X. X.

Psal. 105.

1. Cor. 10.

Iohan. 7.

Iohan. 10.

Matt. 12.

Iohan. 7.

Pfal. 94.  
Luce 11.

Iohan. 7.

nanc; Christo fluxerunt aquae scripturarum, torrentes gratiarum spiritus sancti inundauerunt, & antea quidem scripturae legebantur, sed non intelligebantur: Legebatur occidens litera, sed non fluebat viuificans spiritus viua & salutaris aqua. Item & antea nonnullis spiritus datus fuerat, sed non in remissionem peccatorum datus fuerat. Nondum enim (inquit Euangelista) fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Datus ergo fuerat in diuersarum distributiones gratiarum, verbi gratia, in prophetia, quam & habere, & mali esse possunt, sed non (vt praedictum est) in reconciliationem vel remissionem peccatorum. Quia non credidistis (inquit) mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Non inquam introducetis. Parum pro mysterio dictum est. Imo & non introibitis. Nam reuera in istis, scilicet scribis & pharisaeis illius maxime accipimus iuramenti sententiam, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam. Vae igitur vobis scribae & pharisaei & legisperiti, quia tulistis clauem scientiae, ipsi non introistis, & eos qui introierunt, prohibuistis. Non introibitis in requiem domini. Quinimo, vobis foris stantibus, & vocantibus, alius committitur officium introducendi. [Hae est aqua contradictionis, vbi iurgati sunt filij Israel contra dominum, & sanctificatus est in eis.] Hae, inquit, est aqua contradictionis. Contraducunt Iudaei, contraducunt haeretici aquae, quae de latere domini profluxit fluminibus aquae viuae, quaecumq; fluunt de ventre in illum credentis. Veruntamen inter ipsas contradictiones sanctificatus est in eis sanctus sanctorum, clarificatus est in eis, nam ex ipsa contradictione gloriosior ascendit.

*Quis mystice sit, qui post virgam floriferam, post aquam de petra productam, non sinit Israel per se transire.*

CAPVT VIII.

**M**isit interea nuncios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent. Hae mandat frater tuus Israel: Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, quomodo descenderunt patres nostros in Aegypto, & habitauerimus ibi multo tempore, afflixeruntq; nos Aegyptij, & patres nostros, & quomodo clamauerimus ad dominum, & exaudierit nos, miseritq; angelum, qui eduxerit nos de Aegypto. Ecce in vrbe Cades, quae est in extremis finibus tuis, politi obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam, &c. In manifesta litera ne moremur, posteriorum ordinem prosequamur. Quis est iste Edom, qui post virgam floriferam atq; fructiferam, post aquam de petra productam, postulantibus nuncijs, obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. [Non transibis, inquit, non transibis, alioquin armatus occurram tibi, statimq; egredietur obuius cum infinita multitudine & manu forti.] Quis inquam, secundum mysterium est iste Edom? Ne peccille est, contra quem querela personat prophetica: Memento domine filiorum Edom in die Hierusalem. Qui dicunt, exinanite exinanite vsq; ad fundamentum in ea. Ipse est nomine & carne Israel, re autem vel moribus Edom, qui pro coctione rufa, pro sanguine Christi, vt illo saturaretur, vendidit primogenita sua, cuius erant patres, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, cui cuncta haec supplantauit Iacob, id est, euangelica Christi ecclesia. Huic Edom dixerunt nuncijs domini, nuncijs euangelici, pacem portantes pedibus speciosis, qui aquam de petra supradicta fluentem biberunt primi. Obsecramus, vt nobis transire liceat per terram tuam, transire per terram Iudaeam, praedicare per synagogas tuas in templo tuo, circa domos tuas gratiam euangelicam. Non transibitis per me, inquit. Hoc dixit insuper, & caesis denunciavit, ne transirent per se, ne loquerentur in nomine Iesu vlli hominum. Igitur armatus occurrit, qui caesis hoc denunciavit. Econtrario illi. [Per tritam (inquit) gradiemur viam.] Id est, antiquam, & benenotam tenebimus doctrinam. Trita namq; via est euangelium, trita fide patriarcharum, trita testimonij legis & prophetarum. Nihil ergo dicendo nouum, nihil docendo quod non constet auctoritate scripturarum per tritam gradiemur viam. [Si (inquit) biberimus aquas tuas.] Id est, si euangelizantes tenuem sumpserimus victum, quid magnum hoc est? [Dabimus quod iustum est.] Merentes carnalia, seminabimus spiritualia, hoc nempe iustum est: dignus est enim operarius mercede sua. Perseueravit ille Edom, dicens: [Non transibitis,] non hic euangelizabit. [Insuper & egressus est obuius cum infinita multitudine, & manu forti.] Nam alios quidem occidit, alios flagellauit, alios lapidauit, & de ciuitate in ciuitate persecutus est. [Quamobrem diuertit ab eo Israel.] Dixeruntq; vobis quidem primum oportebat loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicatis aeternae vitae. Ecce conuertimur ad gentes.

*De obitu Aaron, quod mystice sacerdotium Iudaeorum signauerit finem habiturum.*

CAPVT IX.

**C**umq; castra mouissent de Cades, venerunt ad montem Hor, qui est in finibus terrae Edom. Vbi locutus est dominus ad Moysen: Pergat (inquit) Aaron ad populos suos. Non enim intrabit terram quam dedi filiis Israel, eo quod incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Er si interdum nomine & officio magnum sacerdotem Christum significare potuit Aaron, moriendo tamen nequaquam illum significare meretur, qui manet in aeternum, qui sempiternum habet

Pfal. 136.

Rom. 9.

Esaiæ 52.

Acto. 5.

1. Cor. 9.

Matth. 23.

Acto. 13.

habet sacerdotium, praesertim, quia celerioris causa mortis illi est, quia incredulus fuit ori domini ad aquas contradictionis. Moriendo ergo propter peccatum suum, illius sacerdotij significat occubitum, cuius officiales in peccato suo mortui sunt, sacerdotij Iudaici, sacerdotij carnalis & vmbatici. Porro Mariae mors paulo ante commemorata, nulla praecedente vel praescripta peccati causa, si ne legalis obseruatiuae praefigurat, quae non propter erroris malitiam, sed propter melioris gratiae praerogatiua erat interitura. [Tolle (inquit dominus) Aarō & filium eius cum eo, & duces in montem Hor.] Hor lumē interpretatur: Aarō ergo, in monte Hor moriturus futurum enim erat, vt manifestatione veritatis vmbaticū Iudaeorum sacerdotium destrueretur. Sanus & valens ad mortem proficiscitur pedibus suis, sacerdotes namq; Iudaeorum, dum se valere & iustos esse arbitrantur, in peccato suo moriuntur. Vnde grauitur illos in psalmo denotari animaduersum est, dicite ex persona Christi: Et irruerunt in me fortes, videlicet tanq; frenetici dum medicum percutiunt, sanos se esse putantes. Spoliatur vestibus suis, vt moriatur: templum namq; illorum, & omne sanctuarium destructum est, ne Iudaei de vitali virtute sacerdotij sui saltem falso gloriantur. Moritur autē Aaron, sicut in eferus scriptum est, anno quadagesimo egressiois filiorum Israel ex Aegypto, mēse quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum vigintitrium.

*Quod Chanaan rex Arad, qui pugnavit contra Israel, diabolum significet, & quod vt vinceret, voto se obligans Israel, praedicatorum deuotionem significet.*

CAP. X.

**Q**uod cum audisset Chanaan rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor existens duxit ex eo praedam. At Israel voto se obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo eius vrbes, &c. Secundum ordinem spiritualium, gesta haec historica procedunt. Passio namq; Christo & glorificato, ac spiritu dato, quod per petram percussam, & aquas exinde fluentes significatum est. Postquam veruit Edom, id est terrenus, vel sanguinolentus Iudaicus populus, transire Israel per terram suam, prohibuitq; Christi apostolos, nouam in synagogis suis praedicare gratiam, audiuit Chanaan rex Arad, id est, perensit princeps vel possessor mundi huius, diabolus, qui per Chanaanem regem Arad mystice intelligitur. Chanaan namq; possidens, Arad descendens interpretatur. Descendens autem & deorsum fluens est diabolus, possidens, id est, princeps mundi huius, Audiuit, inquit, & ignorare non potuit praedicationis euangelicae gratiam, per exploratorum viam, id est, per apostolorum instantiam, cum possideret gentes ille fortis armatus, & in atrio suo pace loqua securus regnaret, non legitimus rex, sed raptor imperij tyrannus. Cum igitur audisset, salutem proficisci ad gentes, pugnavit contra illum spirituale Israel, & victor existens, duxit ex eo praedam, pugnavit itaq; regem & imperatorum legibus & armis, persecutiones excitauit, edicta proposuit, scindensq; corpora, quorum animas contingere nequiuir, quasi praedam duxit, eadēq; corpora quaedam animarum vestes poenaliter diraxit. Hoc modo ad horam quidem vicit, sed extrinsecus vincens intrinsecus victus est, suiq; victores gloriosiores effecit martyres. At Israel voto se obligans, ait: Si tradideris populum istum in manu mea, delebo vrbes eius. Tali voto se obligans ille Israel, non sibi, sed deo se pugnare professus est, & idcirco. [Exaudiuit dominus vocē eius, & tradidit Chanaanem.] Sic planē nostri praedicatorum pedibus speciosis pacē nobis portantes, non quae sua sunt, sed quae Iesu Christi querere proposuerunt. & idcirco desiderium illorum exaudiuit dominus, praeparationes cordis eorum audiuit auris eius, vt vincerent Chanaanem, vt de antiquis sedibus malignum possessorem eijcerent, diabolum principem mundi huius rectorem tenebrarum. [Quē ille interfecit, subuersis vrbibus eius, & vocauit nomen loci illius Horma, id est, anathema.] Notandum, quod vbi primum pugnando vincit ille carnalis Israel, victoriae causa efficiens damnatio cupiditatis est. Sic planē vincit spiritualis Israel, triumphalemq; militia eius profectum habet, vbi castē & sola charitatis intentione verbum dei annunciat, & pro corona caelesti legitime certans, vanitatem gloriae sub pedibus calcat. Tales duces nostri praedicatorum Christi, mundum vicerunt, Chanaanem illum, id est, diabolum, de regno suo exturbauerunt.

*De ignitis serpentibus, quos misit dominus in populum, & de serpente aeneo, quem exaltauit Moyses.*

CAPVT XI.

**P**rofecti sunt autem & de monte Hor per viam, quae ducit ad mare rubrum, vt circumirent terram Edom, & redere coepit populum itineris ac laboris. [Quamobrem misit dominus in populum ignitos serpentes, ad quorum plagas, & mortes plurimorum, venerunt ad Moysen, atq; dixerunt: Ora, vt tollat a nobis serpentes. Orauit Moyses pro populo, & locutus est dominus ad eum: Fac serpentem aeneum, & pone eum pro signo.] Praesentis loci mysterium occultum lux euangelicae veritatis splendore proprio reuelauit. Dixit enim: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in delerto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Dixerat autē ante haec: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aq̄ & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Ergo & hoc in figura nostri factum est, quae reuera serpentes

Pfal. 58.

CAP. X.  
XXI.

Matth. 23.

Esaiæ 52.  
Philip. 2.

Iohan. 3.



Iohan. 6.

momorderunt tam multi, q̄ multos deos patres nostri coluerunt, quā multis vitij, & anit̄ & corpora nostra deaſtata ſunt. Ergo quorum per miniſteriū nos ex aqua & ſpiritu ſancto renati ſumus, vt dei poſſimus videre regnum, ipſi illum (vt prædiſtum eſt) Chanaanæum ſpirituale inter fecerunt: & dum ſignum crucis Chriſti, imò crucifixum ipſum nos adorare docuerunt, qualiſerpentem æneum pro ſigno poſuerunt. Quem cum perculli aſpicimus, ſanamus: credēs nanq; in eum, nō perimus, ſed vitā æternā habemus. Res præclara & ſplēdida, ſed quia penē cunctis nota, totoꝝ orbe celeberrima eſt, & nos longum iter proficiſcimus, nunc illā breuiter retigiſſe ſufficiat.

**E**t inde mouentes, venerunt ad torrentem Zared. Quem relinquentes, caſtramerati ſunt cōtra Arnon, quæ eſt in deſerto, & prominet in ſinibus Amorraei. Siquidē Arnon terminus eſt Moab, diuidens Moabitas & Amorraeos. In manifeſta hiſtoria poſtq; ſerpens æneus poſitus, pro ſigno eſt: quem à ſerpentibus perculli aſpicerent & ſanarentur, tandem peruenit ad terminos Moab, quia videlicet poſtq; filij dei ſignum per totum mundum viſibiliter quoq; exaltati eſt, vt ſimulachriſ gentiū relictis fidelis Iſrael hoc potius adoraret, hæreticorū ſuperuſitas exaduerſo ſi dei ſuborta eſt Zared, alienus: Arnon, maledictio eorum: Amorraeus, amarus: Moab, ex patre interpretatur. Quibus nominibus abalienatio, maledictio, atque amaritudo hæreticorum, qui ex patre diabolo ſunt, rectē ſubintelligitur. [Vnde dicitur in libro bellorum domini. Sicut fecit in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati ſunt, vt requieſcerēt in Arnon, & recumberent in ſinibus Moabitarum.] Nulla concludit ratio, materiales fuiſſe libros bellorum domini, ante hanc eius, qui hæc loquitur, Moyſi ſcripturam. Sed nec vlla alia nouimus bella domini, niſi illa, quibus aduerſum omnem impietatem per fideles homines dimicat ſermo domini. Ergo quod dicitur, prophetia eſt, quam in libro cœleſti Moyſes iſte vidit eiſdem oculis quibus videre meruit, aut potuit cuncta cœleſtia, quorum ſecundum exemplar quod in monte monſtratum eſt illi, dixit hæc & fecit atq; inſtituit ceremoniarum decreta, quibus in tabernaculo manuſacto deſeruitur populus carnalis. Dicitur ergo in libro bellorum domini, notum & celebre eſt in fide euangelicæ veritatis, vbi vera & fortia leguntur bella domini.

Exod. 25.

*De torrentibus Arnon, quod ſignificent eloquentiam hæreticorum, & quomodo fiat in eis ſicut factum eſt in mari rubro, & de carmine Iſrael pro puteo.*

CAP. XIII.

Exod. 14.

**S**icut fecit (inquit) in mari rubro, ſic faciet in torrentibus Arnon. Quomodo fecit in mari rubro? Reſpiciens (inquit) dominus ſuper caſtra Aegyptiorum, per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & ſubuertit rotas curruum, ſerebanturq; in profundum. Torrentes Arnon, fluuij ſunt eloquentium hæreticorum, ſcandentium ſuperbiæ currum, rotantium verba peccati contra Chriſtum, & ſanctū eius catholicū populū. Iſtis igiē de libro bellorum domini, de omni libro catholicæ veritatis, vel diuinæ authoritatis prædicatur, quia ſecundū ſimilitudinē Pharaonis & exercituum eius, ipſi quoq; ſubuertentur, & in profundū inferni cum diabolo præcipitabuntur. [Scopuli torrentiū inclinati ſunt, vt requieſcerēt in Aran, & recumberēt in ſinibus Moabitarū.] Per metaphorā ſub inclinatorū nominibus ſcopulorum, timorē exprimit Moabitarū, trementiū ad introitum filiorū Iſrael & requieſcentium in Aran. i. ſpem ſuā ponentium in hariolo Balaā, quem adduxerāt de Aran vt recumberent in ſinibus Moabitarū, videlicet cum de ſinibus eiſdē filios Iſrael abegiffent, maledicente illis Balaam. [Ex eo loco apparuit puteus. Super quo locutus eſt dominus ad Moyſen: Congrega populū, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Iſrael carmen iſtud. Ascendat puteus concinebant, puteus quē foderunt principes, & parauerunt duces multitudinis, in datore legis, & in baculis ſuis.] Iuxta hiſtoriam non valde magnum, aut carmine dignum fuit, quod ex eo loco puteus apparuit: maiora enim apparuerunt illis, verbū gratia: Quando aqua de petra perculla profluxit, & nullum tamen tunc Iſrael carmen cecinit. Scrutemur ergo myſterium, quod verē iucundo carmine eſt dignum. Scopuli torrentium, id eſt, auditores vel miratores hæreticorum inclinati ſunt vt requieſcerent in Aran, quādo ipſi reges vel imperatores tã Chriſtianæ fidei, q̄ ſuæ dignitatis oblitī, benedictionibus, imò maledictionibus hæreticorum ſe ſubmiſerunt, iuāq; ſpem in illis poſuerunt, quali in Balaā, delectati pulchritudine loquacitatis eorum, quæ intelligitur per Aran. Aran quippe interpretatur decus. Et recumbētē in ſinibus Moabitarum, id eſt, cōmunioni illorū cum deſenſione ad hærentes, qui ex patre diabolo ſunt. Ex eo (inquit) loco apparuit puteus, Nihil verius, nihil certius. Nam reuera contentionibus hæreticorū excitati principes ac duces noſtræ fidei, orthodoxi atq; catholici viri, altius profunda ſcripturarum ſcrutati ſunt, & ita puteum aquæ viuæ foderunt, atq; parauerunt in baculis ſuis. Non autem in baculis ſuis, ſed in datore legis, cum baculis ſuis, quemadmodum apoſtolus, cum dixiſſet: Plus omnibus illis laboraui, continuo ſubſecutus, non autem, inquit, ego, ſed dei gratia mecum. Baculi ducum vel principum noſtræ multitudinis, quibus foderunt puteū in datore legis, fortes ac perfeuerates animi fuerūt, quibus pugnādo magiſtri ecclēſiæ cōtra blaſphemias hæreticorum

1. Cor. 15.

hæreticorum, veritatē nobis aperuerunt ſcripturarū in datore legis, id eſt, cooperatē gratia dei. Ascendat puteus, concinebāt, &c. Qui concinebāt? Planē qui tenebāt, imò qui & tenent fidē catholici, qui ſanq; doctrinæ ſitunt & libetē bibunt aquā viuam vniuerſus ſpirituſ Iſrael, omnes veri Iſraelitæ, in quibus dolus non eſt. Ascendat (inquit) puteus. Quo vel vnde ascendat? De profundis ſuis ascendat ad labella ſitientium, ad ora manusq; paruulorum, vt ſine difficultate bibant aquā viuam, ſalientē in vitā æternā, quod & factum eſt, quia duces & principes foderunt, quia ſcripturas ſacras fideliter exponendo, nobis intelligibiles fecerunt. Vnde acceperunt hoc? [De ſolitudine Marhana, de Marhana in Nahaliel, de Nahaliel in Bamoth. Bamoth vallis eſt in regione Moab in vertice Phaſga, quod reſpicit contra deſertum.] Non ſolum iuxta literam hæc nomi na manſionum filiorum Iſrael ſunt, ſed in ſpiritu propheticæ gratiæ ducum vel principum prædictorum merita vel profectus ſignificāt. Marhana, donum: Nahaliel, aſcenſio dei mei: Bamoth, excelsa: Phaſga, os multum ſiue os dilecti. De ſolitudine inquit Marhana, id eſt, de dono perfecto & dato optimo, quod de ſurſum eſt deſcendēs à patre luminum. Nahaliel, id eſt, aſcenſionem dei, duces iſti aſcenderunt, primò per actiua vitæ virtutem, deinde in Bamoth, id eſt, in excelsam cōtemplatiua vitæ gratiam, ac deinceps vallis eſt illis in regione Moab, quod nimirum eſt ſecundum literam in vertice Phaſga, quod tamē verum eſt ſecundum ſpirituſ, nā egregia eſt illis humilitas in magna & alta ſapientia vel ſcientia, cum oris multi vel dilecti multa & dilecta facundia, quod reſpicit contra deſertum, id eſt, toto ſtudio pugnat cōtra deſertoris diaboli mendaciū.

Iohan. 4.

*Quamobrem obſecrauerint Zeon regem Amorraeorum, vt liceret ſibi tranſire per terram eius, cum terram Chanaan poſſidere debuerit.*

CAP. XIII.

**M**isit autem Iſrael nuncios ad Zeon regē Amorraeorum, dicens: Obſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuā. Non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas de puteis. Via regia gradiemur, donec tranſeamus terminos tuos. Qui concedere noluit, vt tranſiret Iſrael per fines ſuos, &c. [Omiſſo interim quid fuerit Moab, quod poſtmodū narraturus eſt, iam dicit quid fecerit quidq; receperit Zeon rex Amorraeorum. Quomodo autē ad hunc mittit Iſrael nuncios obſecrans vt tranſitum concedat per terram ſuā? Cur non terrā eius inuadit iure prælij, cum terrā Chanaan poſſidere debuerit, ſicut patribus eius deus repromiſit: Amorraeus autē æquē vt lebutæus filius Chanaan extiterit: Nonne Amorraeum qui habitabat trās Iordanem, Iſrael expugnauit? Quare ergo nunc ad Zeon regē Amorraeorū nuncios circa Iordanē mittit, obſecrans per terrā eius ſibi tranſitum concedi? Videlicet quia terra hæc Amorraeorum fuerat terra Moab. Porro Moyses in Deuteronomio: Venimus, inquit, ad iter quod ducit ad deſertū Moab. Dixitq; dominus ad me: Non pugnes cōtra Moabitas, nec in eas aduerſus eū prælium. Non enim dabo tibi quicq; te terra eorū, quia filij Loth tradidi Ar in poſſeſſionem. Igitur quaſi quaereres, vt quid Iſrael per nuncios obſecrat, vt ſibi terrā Amorraei tranſire liceat, non declinabimus, inquit, in agros & vineas, non bibemus aquas de puteis, donec tranſeamus terminos tuos: cū iuxta iuramentum, quod diſpoſuit ad Abrahā, quod iurauit ad Iſaac, quod ſtatuit ad Iacob in teſtamentū æternum, ſperare deberet, totam terram Chanaan, funiculum hæreditatis ſuæ, de quo & Amorraeus erat, ſubinde cauſam reddidit, dicens: [Vrbs Elebō fuit regis Zeon Amorraei, qui pugnauit contra regem Moab, & tulit omnē terrā quæ ditionis illius fuerat vſq; Arnon.] Atq; hoc ipſum ſcripturæ autoritate, quæ nulla erat, probare nō valens, pro uerbo vulgi ore hætenus cātato cōprobat, dicens: [Idcirco dicitur in pro uerbio, Venite in Elebō, ædificet & cōſtituatur ciuitas Zeon. Ignis egreſſus eſt de Elebō, flama de oppido Zeon, & deuorauit Arnon Moabitarū, & habitatores excelloꝝ Arnon. Væ tibi Moab, peritſi popule Chamos, &c.] Ex hoc pro uerbio, quo & victo il luditur, & victori applauditur, nō minus firmiter q̄ ſcripto Iſraeli comprobatur, quod terra illa non fuerit de funiculo hæreditatis eius. Veruntamen quod non erat iure hæreditatis, factum eſt, vt ei eſſet iure prælij. [Noluit enim (inquit) concedere, vt tranſiret Iſrael per fines ſuos, quin potius exercitu congregato, egreſſus eſt obuſi in deſerto, & venit in Iſa, pugnauitq; contra eum. A quo percullus eſt in ore gladij, & poſſeſſa eſt terra eius, ab Arnon vſq; Iechoch, & filios Ammon, quia forti præſidio termini tenebantur Ammonitarum.] Quo præſidio termini tenebātur Ammonitarum? Videlicet præſidio dei, quemadmodum itidem in Deuter. Moyses dixiſſe deū commemorat his verbis: Tu tranſiſis hodie terminos Moab, urbem nomine Ar, & accedes in vicina filiorum Ammon. Cauē ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium. Non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filij Loth dedi eam in poſſeſſionem.

Deut. 1.

Pſal. 104.

Deut. 2.

*Quid ſpirituale deſignet, quod tranſiturus Iordanem Iſrael, iam circa Iordanem vrbes ac viculos poſſideat.*

CAP. XV.

**T**ranſiturus Iordanē Iſrael, iam citra Iordanem vrbes ac viculos poſſidet, terrā regis Amorraeorū, & terrā Og regis Baſan, de quo poſtmodū ſubditur. Et occurrit ei Og rex Baſan, pugnaturus in Edrai. Ambo fuere reges Amorraeorum, quemadmodum in Deuteronomio dicitur: Tulimus

KK ij

Genes. 6.

Roma. 8.

Luc. 10.  
1. Cor. 10.Philipp. 2.  
Matt. 6.

CAP. XII.

Tulimus in illo tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, &c. Ac deinceps: Solus quippe rex Og Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus eius ferreus, qui est in Rabath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. De stirpe inquit gigantum, non vtiq; illorum, qui ante diluuium fuisse memorantur, dicente scriptura: Gigantes autem erant super terram in illis diebus, sed eorum qui post diluuium esse poruerunt, sicut Enachim: Solus autem restitisse dicitur, fortassis idcirco, quia singulariter superbus præ cæteris erat magnis & staturosis hominibus. Iam ergo (vt prædictum) necdum transitio Iordane, terram possidet Israel. Penè huic simile est, quod spiritualis Israel, cuius pars dominus, cuius funiculus, cuius hæreditas terra viuientium est, iam in isto seculo necdum transitio Iordane, necdum secunda beatificatus resurrectione, diuini secularium regum atq; imperatorum diuitias possidet, castella obrinet, ciuitatibus præsidet. De sancta Christi ecclesia loquimur, de apostolicis gradibus dicimus, quorum patres ac principes verbi dei gladium tenentes, ad eum conualuerunt, ad eum fortes in bello facti sunt, vt dum tyrannorum, regumq; fortium Christi iugo subiiciendo animas, regnorum quoq; partes maximas in vsu seruorum Christi quasi optima diripuerunt spolia. Et hæc quidem diligentibus deum omnia cõperantur in bonum, nec pro ista temporalis mercede priuantur æterna, quia videlicet, dignus est operarius mercede sua, quantum fidelibus Christi ministris dignè seminantibus spiritualia, nemo mortalium de suis carnalibus cõpescere valeat. Veruntamē eis qui nullo æternorum bonorum amore trahuntur, & Christi annunciant, vt nō quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt acquirant, eis inq; rectè ac legitime dicitur, quia receperunt mercedem suam: & idcirco quasi cum filiis Ruben, & Gad, & dimidiat tribus Manasse, de quibus potestius dicendum est, citra Iordanem residentes, secundam resurrectionis non habebunt gloriam.

*De cupiditate Balaam, & quod ipse fuerit qui in libro Iob, Helin dicitur.*

CAPVT XVI.

Profectiq; castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Hiericho sita est. Videns autem Balac filius Sepphor, omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quod peritum essent eum Moabitæ, & imperum eius ferre non possent, dixit ad maiores natu Madian. Ita delibit hic populus omnes qui in finibus nostris commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab, Misit ergo nuncios ad Balaam filium Beor harrilolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, &c.] Hunc Balaam diuinum siue harrilolum, Hebræi tradunt eum fuisse, qui in libro Iob dicitur Helin, primò virum sanctum, & prophetam dei, postea per inobediētiam & desiderium munerum, dum Israel maledicere cupit, diuini siue harriloli vocabulo nuncupatum. Deniq; quod inobediens deo fuerit, quod munera desiderauerit, quod Israel maledicere cupierit, ratio manifesta conuincit. Vocatus à rege Moab, dicente. [Ecce egressus est populus ex Aegypto sedens contra me. Veni igitur & maledicere populo huic, quia fortior me est, & cætera.] Ille nuncijs habentibus diuinationis pretium in manibus. [Manere hic (inquit) nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit dominus.] Non dixit, absit hoc à me, non maledicam populo huic, pecunia tecum sit in perditione: sed explorat improbus de se creta semel & iterum, si forte permitteret dei patientia, quod vt faceret, suadebat ardens cupiditas. Ad eum munerum cupidus vel maledicendi fuit, vt dimissus sub conditione à deo dicente: [Si vacare te venerint homines isti, surge & vade cum eis: ita duntaxat, vt quod tibi præcepero, facias.] Surrexit protinus manē, id est, eum festinatione, contemptra conditione, ad modum videlicet seruorum nequam, ad oculum seruientium, qui dum missi vel dimissi fuerint ad licita, præsumunt perpetrare & illicita. Idcirco stetit angelus domini contra illum euaginato gladio, vt animaduerteret ex poena præsentis, quam durum sit abuti permissio, vel dissimulare imperium domini.

*Quod eorum formam gesserit prælatorum, apud quos cuncta venalia sunt, vnde & redargui possunt, sicut istum subiugale mutum animal redarguit.*

CAPVT XVII.

a. Petr. 2.

Quorum iste formam prætulit, ex apostolicis claret literis, Apostolus Petrus cum dixisset de pernitiōis, ac blasphemis: post aliqua, cor exercitarum avaritia habentes maledictionis filij derelinquentes rectam viam errauerunt, continuo subiunxit. Secuti viam Balaam ex Bofor, qui mercedē iniquitatis amauit. Corruptorē verò habuit suæ vesaniæ subiugale mutum animal hominis voce loquens, corripuit prophetæ insipientiam. Iudas quoq; in epistola sua cum dixisset: Hi autem quæcunque ignorat, blasphemant, quæcunque autem tanquam muta animalia naturaliter norunt, in his corrumpuntur, confestim subsecutus ait: Vt illis qui in via Cain abierunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Igitur Balaam, quod interpretatur vanus populus, vanitatis illorum tenet formam, qui in ecclesia nomine tenent, & vana professione positi, quemadmodum iste qui de Sem equè vt Abrahā ortus fuit, sed ad fidē & fortē Abrahæ nō pertinuit: cum oculis habeant plenos adulterij & ineffabilis delicti, sintq; maledicti

maledictionis filij, maledictiones siue benedictiones, quasunque cantitant, pretio vendunt, & apud eos cuncta venalia sunt. Cumque sint eiusmodi blasphemij, atque corrupti, penes se solos arbitrantur, omne sacrum solum quod ipsi dant, hoc esse sanctum: solos eos esse benedictos, quibus benedixerint, & maledictos in quoscunque maledicta congeserint. Nihilominus Balac, quod interpretat lingens vel elidēs, qui & ipse de Sem exiit, Moab quippe natus est de Loth, nepote Abrahæ, illorum exemplū est, qui in ecclesia positi, & falso nomine Christiani, tales sibi pretio conducti arbitros benedicti atq; maledicti, & idcirco criminis eiusdem habentur cum ipsis qui vendunt emprores improbi, de templo dei cum funiculo furoris eius eijcendi, lingentes atq; elidentes, vitijs adulares, & omne opus virtutis quo possunt elidēt. Hæc vbi aguntur, ora subditorū, iusta laxantur licentia in reprehensionem prælatorū. Nam ecce iste mercedem iniquitatis secutus, corruptorem (vt iam dictum est) habuit suæ vesaniæ: mutum subiugale animal hominis voce loquens corripuit prophetæ insipientiam. Quamlibet subiugalis sit, quilibet frenū fessoris in ore susceperit: tamē si angelum domini viderit in via stantem euaginato gladio: si inq; illum magni consilij angelum in euangelica via viderit, vendentes & ementes terribili sententia de templo vel domo patris eijcietem, quem fessor, id est, prælatus suus videre non valet, avaritia cæcatorum cor habens, auerteret se de itinere, illumq; quis iraculentem, quamuis etiam verberantem prohibebit iniquum cupiditatis opus perficere. Nunc harriloli vel diuini huius prophetica verba carpamus.

*Quomodo non sit mirandum, quod dominus verbum in ore eius posuit, & quid in prima parabola eius prophetauerit.*

CAP. XVII.

Assumpta parabola sua dixit: De Arā adduxit me Balac rex Moabitarū, de montibus orientis. Veni, inquit, & maledicere Iacob, prope, & detestare Israel. Quomodo maledicere, cui non maledixit deus? Quare ratione detester, quem non detestatur dominus? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo eum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.] Hoc verbum (inquit) posuit dominus in ore eius, ne forte mireris, quod propheta tam pessime inter aras Balac, deumq; diuinus admitti poruit, vt poneret dominus verbum in ore eius, vt idololatræ atq; harriloli verbum suū deus imponere pateretur. Sed enim fidelis Samuel propheta domini, cum dixisset ad Saul: Melior est obedientia quæ victimæ, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, continuo subiunxit. Quoniam quali peccatum harrilandi est repugnare, & quasi scelus idololatræ nolle acquiescere. Sed de illo postmodum scriptura refert: Abijt etiam ipse in Ramatha, videlicet persequens Dauid, & venit vsq; ad cisternā magnam quæ est in Socoth, & interrogauit & dixit. In quo loco sunt Samuel & Dauid? Diciturq; est ei. Ecce in Aioth sunt in Ramatha. Et factus est etiam super eum spiritus domini, & ambulabat ingrediens, & prophetauit vsq; dum veniret in Aioth in Ramatha. Et exposiuit ei etiam vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris corā Samuel. Et cecinit nudus tota die illa & nocte. Igitur quoniam vsq; hodie per indignos spiritus mysteria loquitur, ita vt in euangelio quoq; dicat spiritus malignitatis: Scio quis sis sanctus dei, nō quis dicat, sed quid dicat audiamus. Assumpta (inquit) parabola sua. Parabolica dictio ab eo incipitur, quod ait, de summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Nam quod præmisit, quomodo maledicere cui non maledixit deus: quare ratione detester quæ dominus nō detestatur, nudus & manifestus secundum proprietates vocum veritatis est sensus. Nemo quippe maledicere aut detestari efficaciter potest eum, cui à domino benedictio data est, cuius laus vel testimonium ex deo est. Igitur de summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum cum dicit, patres excelsos, patriarchas summos, intellige istius populi patres nō tam carnis eorum, q̄ fidei. De illorum silicibus, de illorum collium altitudine, dignitatem illius populi contemplare. Nunq̄ enim melius intelligis, quid amplius ludo sit q̄ Gentili. Cum dicis cum apostolo, quia horum est adoptio, & testamentum, & gloria, & legis latio, & obsequium, & promissa, & eorum patres, ex quibus secundum carnem Christus, qui est super omnia deus benedictus in secula: profectō de summis silicibus vidisti, de collibus hunc populum gloriosum considerasti. Quid de illo videbo de summis silicibus, qualē illum considerabo de collibus? Populus, inquit, solus habitabit, & inter gentes nō reputabitur. Abraham, inquit, & filij eius: filij inq; nō carnis, sed promissionis eius: solus habitabit, solus & singularis erit cultor vnus dei, populus vnus principis, corpus vnus capicis: solus inq; habitabit, solus benedictionem hæreditate possidebit, quam patri eius Abrahæ pollicitus est, dicens: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quamuis de cunctis gentibus colligendi sunt, quamuis de cunctis mundi patriarchas congregandi sunt in vnum qui dispersi fuerant filij dei, iam post sui congregationem, post acceptam dei benedictionem, inter gentes non reputabuntur: quemadmodum ipse pater Abrahæ, postquam de Gentibus est vocatus, postquam de Chaldæis est educatus, iam inter gentes non est reputatus, iam inter Chaldæos non est existimatus, habitans solus, & peregrinus, advena, & solitarius, non hic habens manentem ciuitatem, sed futuram inquirens. Sic (inquam) omnis populus

pulus fidei eius, solus habitabit in tabernaculis, quia cum gentibus in terra ciuitates non aedificabit. Quis dinumerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Tanquam diceret: Ne, quia dixi solus habitabit, paucitatem pures populi, quae de summis silicibus vidi: ne quia dixit inter gentes non reputabitur, pauca existimes milia gentis vnicae, quam de collibus considerauit. Nam si quis possit hominum numerare puluerem terrae, numerare quoque poterit puluerem Iacob, & si quis stellas caeli numerare possit, numerum quoque stirpis Israel nosse praeualebit.

Gene. 3.

Num. 31.

Moriatur anima mea morte iustorum, & frant nouissima mea horum similia. Vana oprantis spiria, friuola & caduca prophetantis desideria. Suspirare desijt, desiderare cessauit, cum praeualente cupiditate, postmodum consilium dedit, quid faceret populus Balac populo huic, & idcirco mortua est anima eius morte impiorum, & facta sunt nouissima eius Madianitarum similia. Nam viciscentes se filij Israel de Madianitis, iubente domino, istum quoque Balaam filium Beor interfecerunt gladio.

*De qualitate elocutionis eius, quod more adulterantium verbum dei sui suauiter lenocinetur.*

CAP. XIX.

**D**ixitque Balac: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israelis videas, & torum videre non possis, inde maledicito eis, &c. Cum ea quae supra scripta sunt, diceret Balaam: inuebatur (vt illic praescriptum est) extremam partem populi, id est, non praesentia tantum, sed propheticis spiritu prospiciebat, quae ventura erant diebus nouissimis. Verum Balaam, & quicumque illi similis est, quencumque ille (vt iam dictum est) nomine signat, tantum praesentia curat: quae in tempora longa fient, audire recusat. Dicit ergo: Veni mecum in alterum locum, vnde partem Israelis videas, & torum videre non possis. Ac si dicat: Totum mihi videre noli, futura mihi nuntiare noli, praesentem tantummodo rerum partem vide mihi: hoc solum quomodo possim percutere, & eicere eum de terra mea, prospice mihi. [Sta (inquit) Balac, & ausculta, audi filii Sepphor. Non est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet: Locutus est dominus, & non implebit.] Noranda in omnibus dictis faceta garrulitas prophetae incommodi. Cuncta congeminando dicit singula semel dicta, non quidem vocibus eisdem, sed eodem sensu repetit, vt sit similitudo dissimilis, in morem cantilenae affectatae & suauiter lenocinantis. Sta (inquit) Balac, & ausculta. Item repetit continuo, dicens: Audi filii Sepphor. Non est (ait) deus quasi homo vt mentiatur. Et hoc ipsum congeminas protinus, nec vt filius hominis (inquit) vt mutetur. Sic & caetera. Bene ergo & ipso locutionis modo formam illorum exprimit, qui verbum dei adulterant, qui dum benedictiones cantitant, de virtute verborum non curant, magisque vocalae suae tripudium, quam diuinorum maiestatem attendunt sensuum. Quod dominus grauisissime interdicens praedicatoribus euangelij, & neminem (inquit) per viam salutaueritis. Na reuera quasi per viam salutant, qui verbum dei, quod ore decantant, auditoribus proficere non desiderant.

Luc. 10.

*De eo quod ait: Deus eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rinocerotis, & caeteris quae secunda benedictione dixit.*

CAP. XX.

**N**on est (inquit) deus quasi homo, vt mentiatur, & caetera. Tanquam diceret: Veni ego in alterum locum, sed non inueni alteratum deum. Semel posuit verbum in ore meo, quod mutari non patitur, quandoquidem omnis homo mendax, & omnis filius hominis mutabilis est, sed non itidem deus mentitur, non similiter a sua sententia mutatur. [Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Iacob, non videtur simulachrum in Israel. Dominus deus eius cum eo est, & clangor victoriae regis cum illo. Deus adduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rinocerotis. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. In temporibus suis dicitur Iacob, & Israel quid operatus sit deus. Ecce populus vt leaena confurget, & quasi leo orietur. Non accubabit, donec deuoret praedam, & occisorum sanguinem bibat.] Quali vincum & catenatum audimus Prophetam, raptos veritatis argenteos ore inuito per singula verba proferentem. Ad benedicendum (inquit) adductus sum, videlicet ligatus ab illo qui benedictionum omnium solus arbiter est. Benedictionem prohibere volo, prohibere non valeo. Quid igitur? Inuitus benedicam, non sponte benedictiones canam. Non est idolum in Iacob. Non videtur simulachrum in Israel. Sed quid? Dominus deus eius est eo, cum eo (inquam) tanquam cum vxore vir zelator, prohibens adulterium idolorum, procul extrudens moechiam simulachrorum. Et nequando vacet, quasi absente viro cum idolis vel simulachris per nocturnum moechari silentium. Clangor (inquit) victoriae regis in illo est. Clangor victoriae regis, zelatoria vox est dicentis, a monte Sinai cum clangore buccinae vehementius persisterentis. Non habebis deos alienos coram me, non facies tibi sculpsile, & caetera. Quo iure, quo debito solus ille vult vt i quasi lege maritali? Deus (inquit) adduxit eum de Aegypto. Nempe causa iusta, causa legitima est. Eduxit hanc gentem de Aegypto in manu forti, in brachio extento, pepigitque foedus cum ea, in asperione sanguinis super cunctis sermonibus suis. Cuius rei memor ille in Ezechiele propheta dicit: Transiens per te vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo, viue.

Exod. 20.

Ezech. 15.

viue. Ac deinceps: Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum tempus amantium. Et expandi amicum meum super te, & operui ignominiam tuam, & iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus. Et facta es mihi, & laui te aqua, & caetera. Igitur non est nec esse licet, in Iacob idolum: nec videtur, nec videre licet simulachrum in Israel, non (inquam) est nec esse debet augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Quare? Quia deus adduxit eum de Aegypto, inquit. Et continuo: [Cuius (ait) fortitudo similis est Rinocerotis.] Parua dictione sensum magnificum subintelligere licet. Rinoceros, animal est vnicorne, Graecè sic dictum, quod habeat cornu in nare, id est, super narem in fronte: tantae fortitudinis, vt a nemine vincatur: tantae ferocitatis, vt a nemine contingi possit. Solummodo puellae virginis (vt aiunt Physici) blanditias admittit, trahitur odore virginis, puellamque cum in agro adesse persenserit, vltro expetit, caput reclinat, blandoque sinu gratantur indormit. Illic a venatore comprehensus confoditur: fitque arte, quod nullis consistere potuit viribus. Hoc respiciens propheticus spiritus, cuius, inquit, videlicet dei fortitudo similis est Rinocerotis. Hoc planè tam verum, quam pium est. Fortissimus nanque spirituum deus, velut vnicornis, id est, potentiae singularis deus incomprehensibilis, deus inuictae virtutis, postquam populum illum de Aegypto eduxit, virginei tractus est odore vteri, virginem expetit, virginei pudoris claustris inclusus est. Ex eo tantum comprehendere potuit, & occidit. Igitur fortitudo eius similis est Rinocerotis. Temporibus suis dicitur Iacob & Israel, quid operatus sit deus, id est, cum tempus fuerit, praedicabitur vero Iacob, & vero Israeli, quid adducendo hunc populum de Aegypto, significauerit deus, vel vnde fortitudo eius similis Rinocerotis esse dicatur: Ecce populus vt leaena confurget, & quasi leo orietur. Non accubabit, donec deuoret praedam, & occisorum sanguinem bibat. Et hoc quidem secundum litteram ad praedia eiusdem populi referri potest, quia duce Iosue transiit Iordane vt leaena confurget, & quasi leo ortus est, nec ante accubuit in terra promissionis, donec deuoraret praedam, donec hostium sanguinem funderet. Verum melius atque certius ad illa tempora refertur, quibus (vt nunc ait) dicitur Iacob & Israel, quid operatus sit deus. Ecce enim vbi Rinoceros ille fortissimus ad mortem crucis de virginis sinu deductus est, populus eius vt leaena confurget, nam ipse princeps ex mortuis resurgens quasi leo ortus est secundum prophetiam Iacob, dicens: Carulus leonis Iudae, ad praedam filii mi ascendisti, requiescens accubisti vt leo, & quasi leaena, & caetera. Igitur non accubabit (inquit) donec deuoret praedam, & occisorum sanguinem bibat: per metaphoram, per leonem fortissimum, Christi & Apostolorum eius feruendam virtutem exprimens, qui non quieuerunt, donec diabolum mundi principem, quem per semetipsum Christus apud inferos quasi leo debellauerat, ipsi per totum mundum discurrentes, quasi leaena antiquis templorum sedibus protraherent.

Gene. 48.

*De his quae tertia benedictione dixit, canens de semetipso, dixit homo cuius obturatus est oculus, & caetera. Et quae sit spiritualiter pulchritudo tabernaculorum Israel.*

CAPIT. XXI.

**C**umque vidisset Balaam, quod placeret domino, vt benediceret Israeli, nequaquam abiit vt antea prexerat, vt augurium quaereret. Sed dirigens contra desertum vultu suum, & eleuans oculos, vidit Israel in tentorijs commoratum per tribus suas. Er irruente in se spiritu dei, asumpta parabola, ait: Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obruratus est oculus, dixit auditor sermonum dei, qui visione omnipotentis intuitus est, qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Cum (inquit) vidisset, cum experimento didicisset, quod constanter placeret domino, vt benediceret, quippe qui & dixerat, non est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur: spe perditam, qua post suam cupiditatem habebat, non abiit, vt ante prexerat, vt augurium quaereret. Augurium quasi augurarium, id est, garritus auium, vnde fanatici futura explorare con fueuerunt, non quod oraculum dei dici debeat augurium, sed quia sic dici debuit in talis prophetae tamque cupidi conultoris despectum. Dixit, homo (inquit) cuius obruratus est oculus, & caetera. Magnum ac praclarum est, auditorem sermonum dei esse: veruntamen malum ac peruerium est, obturatum oculum habere. Item pulchrum ac honorificum est, visionem omnipotentis intueri, sed rectus ac legitimus debet esse ordo intuenti. At ille peruersum exposuit ordinem, protinus dicendo: Qui cadit, & sic aperiuntur oculi eius. Hoc nisi dixisset, duo praedicta, cuius obruratus est oculus, & qui visione omnipotentis intuitus est, contraria vel repugnantia sibi viderentur. Nunc autem planum intellectu fit, quia per prophetiam quidem scientiam auditor sermonum dei est, & visionem omnipotentis intuitus est, sed per auaritiam cor caecatum habet, & in cupiditate quidem cadit, sed sic tamen apertos oculos habet, vnde nec excusationem habet de casu, vel peccato suo. Quid talis homo dixit? [Quam pulchra tabernacula tua, o Iacob, & tentoria tua Israel, vt valles nemorosae, vt horri iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quae fixit dominus, quasi castrorum positioem superius descripsi, pulchra erant tabernacula Iacob, sed quia sermones dei sunt, quia visio omnipotentis est,

Cap. xxiij.

KK. iij

taberna

tabernaculorum spiritualis Iacob, spiritualis hic intelligamus pulchritudinem. Veri Israel ac spiritualis Iacob peregrinantis in seculo praesenti, tabernaculi sunt religiosi, & secundum disciplinam Christi bene dispositi ordines, ordines coniugatorum, continentium, viduarum, atque virginum secundum utrumque sexum. Haec planè tabernacula singula in suo proposito pulchra sunt. Et quam pulchra tabernacula, quam pulchra tentoria? Ut valles (inquit) nemorosae, ut horti iuxta fluuios irrigui, & caetera. Haec ex alijs scripturae locis ita esse perspicuum est. In Esaia dominus derelictus quondam gentilitati, spiritualium virtutum merita tanquam deserto arbuta promittens: Dabo (inquit) in solitudine cedrum, & spinam, myrtum, & lignum oliuae. Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul, ut videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter. Ergo pulchra tabernacula ut valles nemorosae. Item: Er eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquae. Et in Canticis, Hortus conclusus, fons signatus, fons hortorum, puteus aquarum viventium, quae fluunt impetu de Libano. Ecce pulchra tabernacula, ut horti iuxta fluuios irrigui. Et Psalmista cum dixisset: Rigans montes de superioribus suis, & caetera, continuo subsecutus: Sa turabitur (inquit) ligna campi, & cedri Libani quas plantauit. Ergo pulchra tabernacula, ut cedri propter aquas, videlicet in quibus aues nidificant, quarum abundantia, cum sint diuites homines, pauperum inopiam supplet.

Esaia 41.  
Ibidem 58.  
Canti. 4.  
Psalm. 109.

Prophetia de Christo ab eo quod ait: *Fluet aqua de situla eius, & quod ait Cineo, Assur enim capiet te.*

CAPVT XXII.

**F**luet aqua de situla eius, & semè illius erit in aquas multas. ] Quae est situla eius? Imò quae est aqua eius? Aqua eius, aqua viua eius, sancta est scriptura ad quam per prophetam inuitans dicit: Omnes sitientes venite ad aquas, id est, omnes diligentes, omnes quærentes deum, sanctas legite scripturas. Haec aqua, Israelitici est aqua populi, illi namque credita sunt eloquia dei. Quae ergo est situla eius, nisi Christus eius. Nam per situlam aqua hauritur, & per Christum sancta scriptura aperitur. Imò ab illo sitis excitatur, ut haec aqua desideretur, ab illo sensus aperitur, ut scripturae intelligantur. Fluet igitur aqua de situla eius, id est, vera manabit intelligentia scripturarum de Christo eius. Quid deinde? Et semen (inquit) illius erit in aquas multas. Quod est aqua de situla eius, hoc est aquarum multitudo de semine illius. Nam semen illius, semen patris eius Abraham, est Christus. Hoc semen illius erit in aquas multas, id est, hoc semen fundet aquas multas. Bibendo experti sumus, quod verè in aquas multas sit semen illius. Qui in me credit (inquit) flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Item: Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Hoc (inquam) gratia eius bibendo experti sumus, ecce enim, de hac situla, quae est Christus ipse, multa sancti spiritus in vna ecclesia dona percepimus, multa & largissima scripturarum fluentia possidemus. [Tollitur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius.] Hoc ita impletum est. Saul rex eius, scilicet, Israel fuit, contra voluntatem domini expertus, dicentis ad Samuelem: Audi vocem populi in omnibus quae loquuntur tibi, non enim te abiecerunt, sed me. Hinc praecipit Samuel ex ore domini. Vade & percute Amalech, & demolire vniuersa eius. Non parcas ei, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactentem. At ille percussit quidem Amalech, sed pepercit Agag regi Amalech. Vniuersa quae pulchra erant disperdere noluit, quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demolitus est. Factum est autem verbum domini ad Samuelem, dicens: Poenitet me, quod constituerim Saul regem, quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Ac deinceps: Imple cornu tuum oleo, & veni, ut mittam te ad Isai Bethlehemitem, prouidi enim in filijs eius mihi regem. Hoc (inquam) quod dixit, iste cadens, & caetera, apertos habens oculos, tollitur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius, subauditur, non Israel, sed eiusdem regis eius, ut nullus regner de posteris illius. Sed quid in tali tantoque negotio regis huiusce meminit spiritus propheticus? Videlicet ut astrueret, quod praeter Deum eius nemo iure sit rex eius. Nam hoc est, quod subiungit protinus. [Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rinocerotis.] Ut (inquam) astrueret, quod praeter deum eius, nemo iure sit rex eius. Hoc in illo dixit spiritus domini. Iuxta quod ipse deus cum dixisset ad Samuelem: Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, addidit continuo: Iuxta omnia opera sua quae fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruerunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Igitur cum dixisset: Tollitur propter Agag rex eius, & auferetur regnum illius, continuo ut astrueret, quod nec vnquam debuisset esse rex eius, sed solus deus: deus (inquit) eduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rinoceroti similem, de virginis linu factum comprehensibilem, ductumque ad mortem reliquerunt, hostesque illius facti sunt, alium recepturi sunt, id est, Antichristum, cuius in typum Saul experterunt. [Deuorabunt (inquit) gentes hostes illius, ossaque eorum confringent, & perforabunt sagittis.] Hodie namque nos gentes, illos tales hostes eius deuoramus, ita ut nemo illorum audeat

Esaia 55.

Iohan. 7.  
Ibidem. 4.

Saul rex.  
1. Reg. 8.  
Ibidem 15.

1. Reg. 8.

audeat extollere caput, confringentes ossa, id est, quae fortes putantur rationes eorum, & perforant sagittis veritatis. Nam quorquor sumus verbo veritatis instructi, atque ad reddendam rationem de fide parati, rectè dicimur sagittarij dei, sagittarij potèris, cuius verba in nobis sagittae sunt acutae, cum carbonibus desolatorijs. [Acubans dormiuit ut leo, & quasi leona quae suscitare nemo audebit.] Hoc & Iacob patriarcha eodè quidè spiritu, sed meliori mèris statu praedixit, ut supra dictum est. In teremptus in ligno, iacuit in sepulchro, dormiuitque ut leo rugiens apud inferos, & in Apostolis suis, imò in tota ecclesia sua, orbe vniuersum praedatus est, quali leona, quae suscitare (inquit) nemo audebit, cui resistere nemo poterit. [Qui benedixerit tibi, erit ipse benedictus, & qui maledixerit tibi in maledictione reputabit.] Hoc luce est clarius, quia qui benedicit Christo & sancto populo eius, particeps erit benedictionis eius, dicentis: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. & contra qui blasphemias irrogat, maledictus erit in aduentu eius, dicentis: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius.

1. Pet. 3.  
Psalm. 119.

Cantic. 19.

Matth. 23.

Quid intenderit, dicendo: *Veruntamen pergens ad populum meum, dabo consilium, quid populus tuus faciat populo huic, addiderit, extremo tempore.*

CAPVT XXIII.

**V**eruntamen pergens ad populum meum, dabo consilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. ] Quale consilium dedit iste cadens apertis oculis, vel cur extremo tempore dixerit, subsecquentibus factis apparebit. [Dixit homo cuius obturatus est oculus eius, dixit auditor sermonum dei, qui nouit doctrinam altissimi, & visiones omnipotentis videt; qui cadens apertos habet oculos. Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Et erit Idumaea possessio eius, haereditas Seir cedet inimicis suis, Israel verò fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis.] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Orietur stella ex Iacob, & caetera. De Christi namque natiuitate manifesta & vera est prophetia, qui & ipse stella clara est, & matutina, & in ortu suo per stellam visibilem declarandus est. Orietur ergo (inquit) stella ex Iacob, & consurget virga de Israel, id est, lux veritatis, & cetera. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. ] Itera confessione imò professione stultitiam suam promulgar, quod videlicet audiens intrinsecus sermones dei, obturatus per cupiditatem habens cordis oculum, non prouideat suae salutis, quod cadens apertos habeat oculos, ut superius dixerat. Adit adhuc non minora prioribus. Videbo (inquit) eum, sed non modo. Quem visurum se fateatur, in parabola hac penè aperit, cuius sensum satis manifestum totus nouit orbis. Ori

**C**um vidisset Amalech assumens parabolam ait: Principium gentium Amalech, cuius extrema perdentur. Parabolam brevis, sed longa vindicta in Amalech prolata. Principium, inquit, Amalech, videlicet non natione, sed impietate adversum Israel. Egresso namque Israel ex Aegypto, primus omnium gentium venit Amalech, & pugnabat contra eum in Raphidim. Eius ergo (inquit) extrema perdentur, tunc videlicet, quando (ut supra dictum est) propter Agag regem eius, tollitur rex Israel, & auferetur regnum illius, Extrema (inquam) eius perdetur, id est, non temporaliter tantum, aut corporaliter tantum, sed eternaliter quoque atque spiritualiter damnabitur. Manus eius solius domini (inquit Moyses) & bellum dei erit contra Amalech a generatione in generationem. [Vidit quoque Cyneum.] Cynei de Iethro, siue Obab cognato Moyfi, siue exorti. Unde in libro Iudicum scriptum est sic: Aber autem Cyneus recesserat quondam a ceteris Cyneis fratribus suis, filijs Obab cognati Moyfi. Vidit ergo, inquit, Cyneum, subauditur, in medio Amalech habitantem, nihil tamen Israeli cum illo adversantem, videlicet propter praedicti Obab patris sui cum Moyse cognationem, & idcirco cum Amalech nequaquam eandem subitum perditionem. Denique ubi Amalech praedabatur, dixit Cyneo Saul. Abi, & recede, atque discede ab Amalech, ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderent de Aegypto. Misericordiam fecit pater Cynei cum Israel, quando non solum, nequaquam ut Amalech, adversatus est, sed & bonum pro Israel consilium dedit, dicens Moyfi: Quid est hoc, quod facis in plebe? Cur solus sedes, & omnis populus praestolatur de mane usque ad vespere? Vidit igitur. [Et assumpta parabola, ait: Robustum quidem habitaculum tuum, sed si in petra posueris nidum tuum, & electus fueris de stirpe Cham, quam diu permanere poteris.] Robustum (inquit) est habitaculum tuum, forte positione vel natura locorum. Sed nunquid contra deum, cuius in manu Amalech, cuius tu in medio es, extrema perdentur? Non utique. Nam nisi recessisses de medio, dicente Saul: Abi, & recede de medio Amalech, facile inuoluisset te cum eo. Ergo robustum quidem est habitaculum tuum, videlicet ut tutus esse queas ab incurfu ceterarum gentium. Sed quadiu sic permanere poteris. [Assur enim capiet te: Videlicet ut plurimas gentes, & plurima regna terrae. Si in petra posueris nidum tuum, & fueris electus de stirpe Cham, ille capiet te. Electus de stirpe Cham fuit Nemroth, filius Chus, filij Cham. Na iste coepit esse potens in terra, & erat robustus venator coram domino. Ab hoc exiit proverbium, quasi Nemroth robustus venator coram domino. Fuit autem principium regni eius Babylon. Igitur robustum quidem (inquit) est habitaculum tuum, sed si fueris robustus, ut ille venator electus de stirpe Cham, & alteram tibi pro nido extruxeris Babyloniam, Assur capiet te.

*Prophetia eius: Venient in trieribus, de Italia superabunt Assyrios, & cetera.*

CAPVT XXV.

**A**ssumpta parabola, iterum locutus est: Heu quis victurus est, quando ista faciet deus? Venient in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebraeos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. Parabolica haec quidem prophetia tunc fuit, nunc autem res in aperto est, quia venerunt in trieribus de Italia, venerunt (inquam) legiones Romanorum, non solum terra, sed & mari praeliantes, & illa bestia quam Daniel vidit, bestia (inquam) quarta terribilis atque mirabilis & fortis nimis, dentes ferreos habens magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans, fortissimum quoque superavit, atque comminuit regnum Assyriorum, pulcherrimum quoque vastata regione subuertit templum Iudaeorum. Et ad extremum ipsi quoque perierunt, imo & peribunt. Nam & si Roma a gentibus non destruitur, constat tamen, quia pro parte illorum secundum quos Babylonia dicitur, in semetipsam diuisa defolabitur, & domus supra domum cadere non cessat. Heu (inquit) quis victurus est, quando ista faciet deus? Cum dolentis interiectione iterum suspirat, illos beatificans oculos qui visuri erant vastatis Hebraeis, superatisque Assyrijs, florente regno Romanorum, elucescere regna caelorum. Eodem modo suspirans & prima dixerat prophetia: Moriarur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia. Sed haec suspiria cunctaque prophetiae vel sapientiae dona perdidit radix amaritudinis, radix omnium malorum cupiditas, quia nimium sitiens impiorum munera, sic inter benedictionis verba dixerat ad Balach. Veruntamen pergens ad populum meum, dabo consilium quid populus tuus huic populo faciat in extremo tempore. Arcanum pessimi consilij eius, sequentia declarant.

*De eo quod populus Israel initiatus est Beelphegor, adorans deos filiorum Moab.*

CAPVT XXVI.

**M**orabatur autem eo tempore Israel in Sethim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quae vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earum. Initiatusque est Israel Beelphegor. Hoc eius consilio factum est, ut luxurioso populo, filiarum Moab obijceretur pulchritudo, ea commiscendae fornicationis conditione interposita, ut appetitus concitato,

concitato, non ante viris mulierculae succumberent, nisi prius vocati ad sacrificia, comederent, & adorarent deos earum, & initiarentur Beelphegor. Sciebat propheta nequam, in quo esset illa populi maxima fortitudo, quam pertimescens Moab, ita inquit: Delebit hic populus oes, qui in finibus nostris comorantur, quomodo solet bos herbas usque ad radices carpere. Sciebat inquam unde hoc, ut populus ille tanquam leena confurgeret, & quasi leo oriretur, non accubiturus, donec deuoraret praedam, & occisorum sanguinem biberet, videlicet, quia dominus deus eius erat cum eo, cuius fortitudo similis est Rinocerotis. Ut igitur castitatis amatorem, quasi Rinocerotem abigeret ab Israel, hoc impium dedit consilium, quatinus ad fornicandum illectus populus, in super etiam contra deum suum non qualecunque idolum, sed Beelphegor, id est, simulachrum turpitudinis initiaretur, qui idem apud Romanos olim erat Priapus. Verum in hac scientia nimium obduratus eius fuit oculus, nec praescire meruit, quod hoc pacto nequaquam deus a populo suo foret recessurus, sed per pugionem Phinees sacerdotis, zelumque optimum auersa ira dei a filijs Israel, ipse quoque cum fornicarijs suis gladio foret occidendus.

*Quid hoc sibi vult, quod cum dixisset: Dabo consilium, quid populus tuus populo huic faciat, addidit extremo tempore.*

CAP. XXVII.

**Q**uid autem hoc sibi vult, quod cum dixisset, Dabo consilium, quid populus tuus huic populo faciat, addidit, extremo tempore? Nempe ut irruente in se spiritu dei loquebatur, extremum illud tempus intuebatur, quo reuera populus ille est abominatione suscepturus: abominationemque defolationis scilicet Antichristum, qui per Beelphegor praesignatur. Unde & lumina proprietate dictum est, initiatusque est Israel Beelphegor. Tunc enim vbi sic est fornicatus praesente deo, initiatus est Beelphegor: quando autem Antichristum venientem in nomine suo suscipiet, consummabit Beelphegor. Medium fornicationis eius illud extitit, quod coram Pilato, denegato deo suo, tradito rege suo pacifico, Barabbam seditionis authorem, in typum eiusdem Antichristi sibi dimitti postulauit. Igitur vbi per prophetiae spiritum, ab eo quod dixit, deus adduxit eum de Aegypto, cuius fortitudo similis est Rinocerotis, in longinquum prospiciens, Romanos quoque venturos in trieribus vidit, a quibus superarentur Assyrii, vastarenturque Hebraei, necdum quieuit, sed ulterius procedens, Antichristi quoque turpitudinem vidit, quam ab illo populo tempore extremo plenarie suscipiendam iam tunc in tali idolo initiari posse pensavit, & quomodo id fieri possit, consilium dedit.

*Quod septem plagis consumpta sit omnis generatio illa, omnes qui numerati erant a viginti annis & supra.*

CAPVT XXVIII.

**T**olle (inquit) dominus cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in paribulis, ut auertatur furor meus in Israel. Ac deinceps: Et ecce vnus de filijs Israel, intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cum vidisset Finees, filius Eleazari, filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingressus est post virum Israelitem in lupanar, & per fodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga a filijs Israel. Ecce septem plagis consumpta omnis generatio illa, omnes qui numerati erant a viginti annis & supra. Prima plaga fuit in sepulchris concupiscentiae, vbi cum adhuc essent carnes in dentibus eorum, necdumque defecisset eiusmodi cibus, ecce furor domini concitatus, percussit eum plaga magna nimis. Secunda plaga fuit, vbi inconsueta morte hominum Chore, Dathan, & Abyron interierunt, nouamque rem fecit deus, ut aperiens terra os suum, deglutiret eos, & omnia quae ad illos pertinebant, descenderentque viui in infernum. Tertia plaga fuit die eodem, vbi egressus ignis a domino, interfecit ducetos quinquaginta viros, qui offerebant incensum. Quarta plaga fuit die sequenti murmurantium contra Moysem & Aaron atque dicentium, vos interfecistis populum domini, & percussit sunt quatuordecim milia hominum & septingenti, atque his qui perierunt in seditione Chore. Quinta fuit plaga, vbi dum circumeundo terram Edom, caedere coepit populus itineris ac laboris, locuti sunt contra dominum & Moysem, & ob hanc rem misit dominus in populum ignitos serpentes.

Sexta est plaga haec, poena cunctorum principum populi, quos pro scelere Beelphegor suspendi iubet dominus contra solem in paribulis. Septima est plaga, qua tandem Finees, filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, auertit a filijs Israel iram domini. [Percutiens virum Israelitem Zambri, scilicet ducem de cognatione & tribu Simeonis, cum Madianitide scorto, scilicet Chozbi, filia Sur, principis nobilissimi Madianitarum.] Perfodiens ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. His inquam septem plagis consumpti sunt, qui numerati fuerant plagis nouissimis, post decem plagas Aegypti, quarum secundum numerum, & Iohannes in Apocalypsi septem plagas nouissimas describit, quoniam in illis (inquit) consummata est ira dei. Hoc numero plagarum septenario plagarum vniuersitatem significans, quibus interemit, qui iam in ecclesia nominibus datis connumerati, confidentes se nosse deum, factis autem negantes, indigni sunt accipere terram repromissionis, terram viuentium in funiculo distributionis.

*De secunda numeratione filiorum Israel.*

CAP. XXIX.

Post haec

Nume. 1.

**P**ost hæc iterum numerantur filij Israel, iubente domino, itidem à viginti annis & supra, per domos & cognationes suas cuncti, qui possent ad bella procedere, & summa penè redindecim gratia est. Prima namq; dinumeratione fuerunt (inquit) omnes filiorum Israel per domos & familias suas, qui poterant ad bella procedere, sexcenta tria milia virorum quingenti quinquaginta. Hac secunda dinumeratione itidem. [Summa (inquit) filiorum Israel, qui recensiti sunt ista est. Sexcenta milia & mille septingenti triginta.] Ac deinceps: [Hic est inquit numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moysè & Eleazaro sacerdote, in cæpstribus Moab supra Iordanè contra Hiericho, inter quos nullus fuit eorum qui ante numerari sunt à Moysè & Aaron in deserto Sinai.] Isti terram ingrediuntur, facta prius vltione de Madianitis dicente Moysè secundum imperium domini. Armate ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionè domini experere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel, qui mittantur ad bellum. Ex omnibus ne vnus in bello cecidit, sicut gratulantur victores dicentes Moysi: Nos serui tui recensuimus numerum pugnantium, quos habuimus sub manu nostra, & ne vnus quidem defuit. Ob quam rem offerimus in donarijs domini singuli, quod in præda auri potuimus inuenire. Igitur in præsentem ecclesia ruina multorum fit resurgentibus alijs, quemadmodum in libro Iob scriptura dicit: Conteret multos & innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum, idcirco inducet noctem & conterentur. Quasi impios percussit eos in loco videntium, &c. Quod sciens & Apostolus, quia videlicet nemo quamdiu est in hac vita, securus esse debeat. Ego (inquit) non arbitror me comprehensisse. In præsentem quidem ecclesia, inquam vocatorum fit detrimentum, quoties qui stare videbantur, cadunt: sed in illa coelesti ecclesia, sine dubio præscitus & prædestinatus ante omnia secula cõplebitur, atq; integer permanebit numerus electorum. Et notandum, quia non omnes qui hic secundo numerati sunt, sed electi vltionem faciunt de Madianitis, milleni videlicet de cunctis tribubus, id est, duodecim milia expeditorum ad pugnam. Neque enim omnes, qui saluandi sunt, etiam iudicabunt, sed pauci iudices super thronos sedebunt, & non iudicati siue iudicandi iudicabunt, plures vero iudicabuntur & saluabuntur per iudicium, de iudicibus & per similitudinem præstantium dicit & Psalmus secundum præsentem locum. Exultationes dei in gutture eorum, & gladij accipites in manibus eorum, &c. Eorum qui iudicati mittentur in ignem æternum poenã, occisio significat Madianitarum. Nunc ea quæ per se satis patent, quæq; alijs iam locis sunt dicta prætereuntes, cætera prosequamur.

Nume. 37. Ibidem.

Iob. 43. Philip. 3.

Matth. 19. Psalm. 62.

De voto viri, & maritatus mulieris, & eius quæ adhuc est in ætate puellari.

CAPVT XXX.

Cap. xxx.

Psalm. 75.

1. Corin. 7.

**I**ste est sermo quem præcepit dominus. Si quis virorum votum voverit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promissit, implebit. Mulier si quippiam voverit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari, si cognouerit pater vorum quod pollicita est, & iuramentum quod obligauit animam eius, & tacuerit, voti rea erit, & cætera. Vniuersis quidem consilium salutis spiritus sanctus in Psalmo suggerit, præceptumq; seruandi propositi dicendo: Vouete & reddite domino deo vestro, oēs qui in circuitu eius affertis munera. Verum in hoc ipso tibi, si terribili & ei qui aufert spiritum principum reuera placere studeas, summa discretionè opus est. Quid enim si tu ipse in tua potestate legitime esse non potes? Quomodo reddere licebit, quod nec vouere licuit? Igitur quæcumq; es deuota deo anima, nõ tibi deesse debet huiusce legis autoritas. Mulier (inquit) si quippiam voverit, & se constrinxerit iuramento, Et cætera. Ac deinceps: [Sin autem statim vt audierit contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo q; contradixerit pater.] Proinde quicunq; sub regimine prioris es, vouere quidem, piãq; deuotionem habere bonum est: sed quicquid sine permissione patris spiritualis feceris, præsumptioni deputabitur, & vanæ gloriæ, non mercedi. Hanc sententiam non de nihilo, patrum venerabilium maturitas edixit, sed de isto fonte legis sumpta est, de vena loci præsentis emanauit. Quid enim est anima sub prælati viuens cura, sub alieno imperio pensum seruitutis deo reddere professa, nisi filia in domo patris, adhuc in ætate puellari posita? Si igitur statim vt audierit pater contradixerit, & vota & iuramenta eius irrita erunt, etiam si terram pedibus non dignata tangere, in cælum volauerit, pater eius pedem tenebit, & detrahet deorsum, quo ad sibi placuerit. [Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel verbum de ore eius egrediens, animam illius obligauerit iuramento, quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddet quodcumq; promiserat. Sin autem audiens statim contradixerit & irritas fecerit pollicitationes, verbãq; quibus obstrinxerat animam suam, propitijs ei erit deus.] Et cætera. Hanc legem de muliere maritata non semel dixisse contenta, tertio repetiuit. Proinde in carnalibus quoq; adeo valet, vt dicere non dubitauerit Apostolus. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & cætera. Hoc vnq; cum præsentis autoritate legis edixit, quia videlicet si votum & iuramentum, quo se cõstrinxit, vt per ieiunium & cæterarum rerum abstinentiam

aut aliquid huiusmodi affligat animam suam, in arbitrio viri est, vt faciat siue nõ faciat, cum viro nihil oblit votum eiusmodi, multo magis si continentiam voverit, quæ viro occasio possit esse adulterij, in arbitrio viri erit. [Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid voverat atque promiserat, reddet, quia statim vt audiuit, tacuit.] Quare: Videlicet quia tacuisse laudasse est. Laudasse autem penè vovisse est. Igitur reddet, quia vterque proculdubio debet.

De mansionibus filiorum Israel quadraginta duabus. CAPVT XXXI.

**I**n vltimo tandem voluminis huius Numerorum parte, quod apud Hebræos appellatur Vagedaber, ita scriptum est: Hæ sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi sunt de terra Aegypti per turmas suas in manu Moysi & Aaron, & cætera. Catalogus iste mansionum, à prima vltimæque ad vltimam numero quadraginta duarum, secundum numerum totidem Christi generationum, quid mysterij contineat, latius à beato viro Hieronymo dissertum est. Proinde nostra compositione res non indiget, veruntamen singulorum nominum, secundum ipsum, mysticas, ponamus interpretationes. [Profecti sunt (inquit) de Ramesse à quibusdam interpretatur commotio turbulenta, aut amaritudo, commotioq; rinceæ, nos autem (inquit) verius existimamus exprimi conituum gaudij. Secunda mansio in Socoth, quod interpretatur tabernacula siue tentoria, quia videlicet illic primum tetenderunt tabernacula, vnde & ex ea re locus nomen accepit, & ob id septimo mense, quintadecima die mensis solennitas tabernaculorum est. Tertia mansio in Etham, quod interpretatur fortitudo atq; perfectio, de qua & Dauid canit. Tu dirupisti fluuios Etham, id est, fortes. Quarta mansio est contra Phayiroth, quæ respicit Beelzephon ante Magdalum. Phayiroth interpretatur os nobilium. Beelzephon dominus aquilonis. Magdalum magnitudo vel turris. Quinta mansio in Mara, quod interpretatur amaritudo. Sexta mansio in Helim, quod in arietes fortelq; vertitur. Septima mansio ad mare rubrum. Et queritur quomodo supra transitum maris rubri, & fontis Mara & Helim, rursus ad mare rubrum venerint, nisi forte in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrit, iuxta quem castrametati sunt. Aliud est enim, transire per mare: aliud, in proximo figere tabernacula. Octaua mansio in solitudine Sin, licet iuxta ordinem Exodi septima sit. Interpretatur autè Sin, rubus vel odium, quorum vtrunq; facit ad mysticos intellectus, quod videlicet postquam venerimus ad eum locum, de quo sit dominus nobis locuturus, grande mereamur odium inimici, & videamus ardere rubum, & non comburi, id est, illustrari igne sancti spiritus, qui illuminat & non comburit: siue etiam persecutionibus inflammari, nec tamen perire, cum dominus in illa sit. Nonna mansio in Dephcha, quod interpretatur pulsatio, videlicet iuxta quod dominus ait: Pulsare, & aperietur vobis. Decima mansio in alijs quæ in Exodo non habetur, crediturque in Sin eremo contineri, eodem narrante libro. Profecta est omnis multitudo filiorum Israel, de eremo Sin, per mansiones suas, iuxta os domini, & venerunt in Raphidim. Ex quo conspicuum est, plures mansiones vnus regionis vocabulo demonstrari. Interpretaturq; alijs fermentum, quod videlicet tolens mulier commiscuit farinæ satis tribus, donec fermentaretur totum. Vndecima mansio in Raphidim, quod interpretatur dissolutio fortium, siue remissio manuum. Illic Moyses ascendit in montem, & Iesu præliante contra Amalech, sedet super lapidem, vt non lassentur manus eius. Duodecima mansio est in solitudine Sinai, in qua videlicet media pars Exodi, & totus Leuiticus liber, Numerorum præcepta non modica, & per singulas tribus populi distributio, & oblationes principum descriptæ sunt. Interpretatur autem Sinai rubus, non vnus vt supra in solitudine Sin, sed plures. Nam cū sit mansio duodecima & ad Apostolorum spectet numerum, ibi principium, hic perfectio est: ibi solitarius numerus, hic multiplex: Aliud est enim, vnam: & aliud, plures gratias possidere. Tertiadecima mansio in sepulchris concupiscentiæ, videlicet vbi murmurantes coturnices acceperunt, & vsq; ad nauseam ac vomitum deuorauerunt. Quartadecima mansio in Aferoth est, quod in atria vertitur, vbi Aaron, & Maria contra Moysen murmurarunt, propter vxorem eius Aethiopiã. Quinta decima mansio in Rethma. Notandum, quod reliquæ mansiones, decem & octo, quarum nunc catalogus breuiter describitur à Rethma vsq; Syongabor, id est, tricesimam secundam mansionem, sub Pharam solitudinis nomine contineantur, in quibus vniuersa quæ scripta sunt, diuersis temporibus gesta sentimus. Rethma interpretatur sonitus aut iuniperus. Ferunt autem, lignum hoc ignem multo tempore conseruare, ita vt si prunæ ex eius cinere fuerint operæ, vsq; ad annum perueniant. Ex quo discimus, post sepulchra concupiscentiæ & vestibula, transire nos ad lignum, quod multo tempore calorem tenet, vt firmus feruientes spiritu, & claro sonitu, atq; in altum exaltata voce, euangeliũ domini prædicemus. Sexta decima mansio est, in Rethmonphares, quod interpretatur mali punic diuisio, quod alij malum granatum dicunt, cuius arboris fructus in scriptura dupliciter accipitur, aut in ecclesiæ gremio, quæ omnem turbam credentium suo cortice tegit, aut in varietate consonantiq; virtutum, iuxta illud quod scriptum est: Multitudinis autè credentium erat cor vnum & anima vna. Sicq; diuisi

Cap. xxxiij

Exod. 17.

Matth. 19.

Acto. 4.

L L

diuisi

ditius sunt singuli gradus, ut omnes eadem compage teneantur. Septimadecima mansio est in Lemna, quod nos in laterem possumus vertere, videlicet cuius opificio populus in Aegypto inferuens ingemuit. Vnde discimus, in itinere istius vitæ & de alio in alium nunc nos credere nunc decrescere, & post ordinem ecclesiasticum sæpe ad laterum opera transigrare. Octadecima mansio in Resa, quod in frenos vertitur. Si enim post profectum rursus ad luti opera descendimus, infrenandi sumus, & cursus vagi ac præcipites, scripturarum retiaculis dirigendi. Nonadecima mansio in Caaltha, quod interpretatur ecclesia. Vagi currentium gressus, frenis ad ecclesiam retrahuntur, & fores quas ante reliquerant, rursus intrare festinant. Vicelima mansio in mōre Saffer, quod interpretatur pulchritudo. Et vide, quid profint frena, à vitis nos retrahunt, inducunt ad virtutum choros, ut in Christo monte pulcherrimo habitare faciant. Vicelima prima mansio in Arada, quod vertitur in miraculum, quàm pulcher ordo profectuum, quàm egregia textura credetium. Post opus lateris infrenamur, post frenos in ecclesiam introducimur, post habitationem ecclesie ad Christum montem ascendimus, in quo positi stupemus atq; miramur, ut noster in laudibus eius sermo superetur. Vicelima secunda mansio in Maceloth, quod vertitur in cœtus, videlicet de quibus dicere possumus: Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vni. Item: Deus qui habitare facis vnus moris in domo. Vicelima tertia mansio in Thaarh, quod in pauorem vertitur, illum videlicet quem exigens Apostolus: Noli, inquit, altum sapere, sed time, deus enim superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Vicelima quarta mansio in Thare, quo vocabulo & eisdem literis scribitur pater Abrahæ, qui fertur ab abactis coruis, qui minimum frumenta vastabant, abactoris vel depulsoris nomen sortitus esse. Itaq; & nos imitemur Thare, ut volucres cœli, qui iuxta viam satum triticum deuorare festinant, solliciti prohibeamus. Vicelima quinta mansio in Methca, quod vertitur in dulcedinem, illam videlicet de qua Psalms dicit, quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo. Vicelima sexta mansio in Elmona, quod in lingua nostra festinationem sonat, qua videlicet ad vteriora properantes, obliuiscamur præteritorum, & in futura extendamus nos. Vicelima septima mansio in Maferoth, quod vincula siue disciplina sonat. Vincula inquam, de quibus propheta, & Sabaim, inquit, viri sublimes, ad te transibunt & tui erunt, post te ambulabunt vincti mancis. In his vinculis commoramur, dum festino gradu pergitur ad magistros, & eorum terimus limina, præceptis virtutum ac mysterijs occupati scripturarum. Vicelima octaua mansio in Baneichan, quod transfertur in filios necessitatis siue stridoris, videlicet de quibus dicas cum Sion: Ego sterilis & non pariens, transmigrata & captiua, & istos quis enutrit: Ego destituta & sola, & isti vbi erant: Filios stridoris ad illum sensum refer, quod timore supplicij, & eius loci, vbi est stridor dentium, & fletus, deferentes diabolum, in Christo renasci festinant. Vicelima nona mansio in monte Gadgad, quod interpretatur nutritus siue expeditio, vel certe (quod verius est) concilio, videlicet ut non proliubeamus gladium nostrum à sanguine, dicite propheta, Maledictus, qui facit opera domini negligenter, & qui prohibet gladium suum à sanguine, scilicet quin carnes deuoret, carnis vitia trucidet. Tricelima mansio in Iethebatha, quod interpretatur bonitas, ut cum peruenierimus ad profectum virum in sacerdotalem gradum, imitemur eum qui dixit: Ego sum pastor bonus, pastor bonus animam suam ponit pro ouibus suis. Tricelima prima mansio est in Ebrona, quod interpretatur transitus siue transitio, quo verbo significatum est, si exempla velimus congerere ex omnibus scripturis probantes, quod non habeamus hic manentem ciuitatem, sed transire debeamus in locum tabernaculi admirabilis, vsq; ad domum dei. Tricelima secunda mansio in Aliongaber, quod transfertur in ligna viri, qualia videlicet fumus nos, in manu artificis dei nostri, vasa facientis diuersa, quæ in domo magna necessaria sunt. Hucusq; solitudo Pharan, decem & octo continens mansiones, quæ descriptæ in catalogo in superiori itinere non ponuntur. Tricelima tertia mansio in deserto Sin, hæc est Chades. Quæritur cur octaua mansio nunc tricelima tertia esse dicatur. Sed sciendum, qd prior per Samech literam scribitur, interpretaturq; rubus, siue odium, hæc autem per Sade scribitur, & vertitur in mandatum. Illudq; quod iungitur Chades, non ut pleriq; aestimant sancta dicitur, sed mutata siue translata. Legimus in Genesi, iuxta Hebraicam veritatem, vbi Iudas meretricem putans Thamar, dona transmittit, & sequester munerum interrogat, vbi esset cadola, hoc est scortum, cuius habitus à cæteris fœminis mutatus est. In multis quoq; locis hoc idem reperimus. Sin autem sancta interpretatur, Chades, per antiphrasim intelligendum est: quomodo Paræ dicitur, ab eo, quod minimè parcant: & bellum, quod nequaquam bellum sit: & lucus, qd minimè luceat. Tricelima quarta mansio in monte Hor, quod pleriq; interpretatur lumen, quo nomine dignus locus meritis sacerdotis monstratur, dum taxat secundum personam ipsius. nam secundum mysteria, per mortem eius, sacerdotij Indaci designatur interitus. Tricelima quinta mansio in Selmona, quod interpretatur imaguncula. Tricelima sexta mansio in Phynon, quod interpretatur diminutiue os, ab ore non ab offe. Hæc duæ mansiones tricelima quinta, & tricelima sexta, in ordine historiae non inueniuntur, sed scriptum est pro eis. Egressi de monte Hor, per viam maris rubri, ut circuirent montem Edom, Ex quo ostenditur in finibus atq; circuitu terræ

Esaia 45.

Esaia 49.

Hiere. 48.

Hebr. 13.

2. Timo. 2.

Gene. 38.

terræ Edom eas positas. Secundum nomē Selmona imagunculae veræ expressæq; imaginis filij dei passionē eius intruēdo cōseruatur, & in Phynon, quod corde credit, ore pronūtiat, legēs illud Apostoli, corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Tricelima septima mansio in Oboth, quod vertitur in Magos siue in Pythones, quales pugnaverunt cōtra Moysen & Aaron, dum inter scorpiones habitamus, & tamē eorum venena vincimus, profectō in Oboih castramentati sumus. Tricelima octaua mansio in Hieabarim, quod acruos lapidum transeuntium sonat. De qualibus scriptum est: Lapidēs sancti voluntur super terram. Sunt tamen & alij, quos propheta tolli de via iubet, ne per istud seculum ambulantium, & ad alias mansiones transire festinantium pedes offendant. Tricelima nona mansio in Dibongad, quod interpretatur fortiter intellecta tentatio, qua videlicet intelligimus, quod nō debeamus nos eleuare in superbiam. Ante contritionem enim eleuatur cor, & ante gloriam humiliatur. Quadragesima mansio in Almon Deblaram, quod interpretatur in contemptu plagarum siue opprobriorum, quo discimus, omnia dulcia, & illecebras voluptatum in hoc seculo contemnendas, nec inebriari debere vino, in quo luxuriæ sunt opprobria. Quadragesima prima mansio in montibus Abarim, contra faciem Nabo. In montibus, inquit, Abarim, quod interpretatur transeuntium, videlicet quamuis in montibus sit virtutum, adhuc tamen indiget quamdiu peregrinatur hic ciues cœlorum. Nabo interpretatur conclusio, scilicet in qua finitur lex, & non inuenitur eius memoria. Porro gratia euangelij absq; villo sine tenditur. Quadragesima secunda mansio, quæ & extrema est in campestribus Moab. Cursum quæ in hac sint gesta, narremus.

Roma. 10.

Zacha. 9. Hier. 10.

Ephel. 5.

Breuis narratio eorum, quæ in vltima, id est, quadragesima secunda mansione gesta sunt.  
CAPVT XXXII.

**R**elidens in ea populus, à diuino Balaam, quem mercede cōduxerat Balach filius Sepphor, dei benedictione benedicitur, & maledictio vertitur in laudes. Audit vocē domini ex profano ore resonantē. Orietur stella ex Iacob, & cōsurget homo de Israel, & percutiet principes Moab, & vastabit cunctos filios Seth, & erit Edom hæreditas eius. Fornicatur cum filiabus Madian, & Finees filius Eleazari sacerdotis zelatus zelum domini. Zambri & scortum Madianitiden pugione transigit. Vnde & accepit præmium in æternam memoriam alium victimæ. Numeratur rursus populus, numeratur & Leuitæ, ut interfectis pessimis, nouis dei populus censetur. Interpellant quinq; filij Salphaad, & ex iudicio dñi hæreditatē accipiunt, ut inter fratres suos nec fœmineus à possessione domini sexus excludatur. Iesus Moysi in monte succedit, & dicit à lege, quæ spiritaliter offerre debeat in ecclesia, primum quid per singulos dies, dein sabbato, quid in Kalendis, quid in Pascha, quid in Pentecoste, quid in Neomenia primi mensis, quid in ieiunio eiusdem mensis die decimo, quid in scenophegia quando figuntur tabernacula, quintodecimo die supradicti mensis, vxorum & filiarum vota, absq; autoritate patrum & virorum cassamemorantur, bellum contra Madianitas, & mors diuini Balaam, & prædæ diuisio, & oblatio ex ea in tabernaculo dei. Primus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasses, circa Iordanē in eremo possessionem accipiunt. Plurima enim habebant iumenta, & necdum ad id venerant, ut possent habitare cum templo. Docetur populus, ut in terra sancta Idōla destruat, & nullus de priori habitatore seruetur. Describitur olim cupita prouincia, & duarum semis tribuum hæreditas separatur. Numeratur tribuum principes, qui terram sanctam debeant introire. Quadragesimaduas vrbes, cū suburbanis suis vsq; ad mille passus per circuitum Leuitæ accipiunt, tot numero, quot & istæ sunt mansiones, & addunt fugitiuorum sex alias vrbes, tres iuxta Iordanem, & tres trans Iordanem, ut sint simul quadragesimaocto, qui fugitiuorum suscipi, qui interfici debeant, & vsq; ad mortem pontificis maximi referuari. Succedit Deuteronomium secunda lex mediatorū euangelij, ibiq; breuiter discimus, quæ inter Pharan, & Tophel, & Laban, & Azeroth, & loca aurea, ab iecto Iuda infidelissimo, vnde decim diebus via de Oreb, per viam montis Seir, vsq; ad Chades Baria, Moyses populo sit locutus, & extremum cantat canticum, in quo aperitissime synagoga proicitur, & ecclesia domino copulatur. Benedicitur filij Israel, & rursus in Simeone Iudas proicitur miserandus. O profundum diuitiarum sapientia & scientia dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles via eius. Quis sapiēs, & intelligit hæc: intelligēs, & cognosceat ea: Quia recte vitæ dñi, & iusti ambulabunt in eis, præuaricatores autem corruent in illis.

Num. 24.

Num. 25.

Num. 36.

Num. 27.

Num. 28.

Num. 30.

Num. 31.

Num. 32.

Num. 34.

Num. 35.

Roma. 11. Ofec vlti.

# Ruperti Abbatis Tuiti-

## ENSIS DE TRINITATE ET

OPERIBVS EIVS, IN DEUTERONOMIVM

Commentariorum, Liber I.

De Deuteronomio, & cantico Deuteronomij, & quod quasi secundus & tertius testes sint.

CAP. I.

**I**ST liber Deuteronomium, id est secunda lex, inscribitur. Breuissimè autè in cantico eiusdè Deuteronomij, cuncta ab exitu Israel de Aegypto numerantur, & ponderantur. Cur hoc? Videlicet quia iudicium domino præparatur, & eis qui ante tribunal eius staturi, & per legem iudicandi sunt, eis inquam, imò contra eos qui per legem arguentem non audiunt, testimonia sufficientia prouidenda sunt. Dicit autem ipsa lex: Non stabit testis vnus contra aliquem, quicquid illud peccati aut facinoris sit: sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Et ne putes in hoc nequaquam dictorum iterationem exigi, siue factorum, sed tantummodo numerum personarum, Paulus apostolus cum dixisset: Ecce tertio hoc venio ad vos, statim subiunxit: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum. Igitur præuaricatores omnes accusaturus Moyses, verbum omne, nõ vnium tantum, sed duorum, imò & trium constituit in ore testium, dñi post legem scripta scribit & Deuteronomiũ, ac deinde Deuteronomij canticũ. Duo testes legendo, tertius vos ð præuaricatores Iudæi conuincit canendo, vt exculatione non habeatis de peccato vestro. Hoc Deuteronomium sic incipit.

Quod in initio libri huius, decem tentationes obscurius numerentur.

CAPVT II.

**H**æc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnè Israel trans Iordanem, in solitudine campestri, contra mare rubrũ, inter Pharan & Tophel, & Laban, & Azeroth, vbi auri est plurimum, vnde decem diebus de Oreb per viam montis Seir, vsq; ad Chades Barne. Tanquam diceret. Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israel, in transitu Iordanis, in solitudine campestri, contra mare rubrum, inter Pharan & Tophel, & Laban, & Azeroth, & auri abundantia, vnde decem dierum iter de Oreb ad montem Seir vsq; ad Chades Barne. Hæc sunt verba, quibus corripuit Moyses filios Israel, pro decem tentationibus, quibus dominum tentauerunt. Vnde dominus in libro Numerorum dicit: At tamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Aegypto, & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obediuerunt voci meæ, non videbunt terram, pro qua iuravi patribus eorum. Quas tentationes hic breuiter & obscurè Moyses enumerat, dicens: In solitudine, in qua demonstrat eos pro aquæ penuria, duabus vicibus tentasse dominum. Sanè quod ait: In solitudine campestri, contra mare rubrum, inter Pharan & Tophel, & Laban, & Azeroth, & vbi auri est plurimum: sic intelligendum est: In campestri contra mare rubrum, murmurasse dicuntur filij Israel contra dominũ, quia Moyse dicenti sibi, de verbo domini peremptos fuisse Aegyptios, non crediderunt, sed potius eos se subsequi timuerunt. Vnde dicitur in Psalmo: Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuæ, & irritauerunt ascendentes in mare rubrum. Porro Pharan interpretatur onager: Tophel, stultitia: Laban, album. Quod ita intelligitur, quia similes onagro facti filij Israel, stultè egerunt, tentantes dominum duabus vicibus super albo, id est, super manna. Manna verò album dicitur, sicut & illud in Exodo: Appellaturq; illud domus Israel nomen eius Man, quod erat quasi semen coriandri album. De tentationibus eisdem numero decem iam in Exodo dictum est.

Quod ipse modus elocutionis, in hoc libro studiosa intentione auditorem prouocet ad dilectionem.

CAPVT III.

**C**œpitq; Moyses explanare legem, & dicere: Dominus deus noster locutus est nobis in Oreb, dicens: Sufficit vobis, quod in hoc monte mansistis, & cætera. Hæc legis explanatio breuis & lucida, penè cunctorum quæ sparsim dicta vel gesta sunt, recollectio est, magnam, multamq; sollicitam viri mitissimi super omnes homines, qui morabantur in terra dilectionem, vbi que spirans, scilicet ad hoc tendentis vt auditorum suorum, sursum ad dominum erigat benevolentiam. Nam inter explanandum, multis & magnis iam commemoratis beneficijs, Et nunc Israel, inquit, audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te, vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terram, quam dominus deus patrum vestrorum daturus est vobis. Ac deinceps: Audi Israel, dominus deus noster, deus vnus est, Diliges dominũ deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex

& ex tota fortitudine tua. Itemq; post aliqua: Et nunc Israel quid dominus deus tuus petit à te, nisi vt timeas dominũ deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac seruias domino deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, custodiasq; mandata domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio, vt bene sit tibi. En domini dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia quæ in eis sunt, & tamen patribus tuis conglutinatus est dominus, & amauit eos, elegitque semen eorum post eos, id est vos, de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur. Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & cætera. Ita explanando tanta, tamq; diligenti per omnia suauitatis arte vtitur, vt hoc maximè volumen, de illis esse areolis non dubites, de qualibus in laude sponfi dictum est: Genæ illius sicut areole aromatum, quæ cõfiræ sunt à pigmentarijs. Toram quippe scripturæ huius areolam pigmentarius eruditus conferens in eo est, vt lectorem visu & odore trahendo delectet, vt pulchritudine beneficiorum dei ad dilectionem ipsius cunctorum conscientias inuiter. Et nunc quidem, quamuis multa sint, quæ ex istis vtiliter dicantur, & multo plura siue altiora quàm comprehendere vel attingere queamus, tamen quoniam suis locis singula tetigimus, nunc capitalia de libro hoc pauca cæteris omittis percurramus, videlicet in quibus Christi filij dei promissio est vel aduentus eius.

De eo quod ait: Prophetam de gente tua, &c. Et quid secundum hunc locum dominus deus de semetipso locutus sit.

CAPVT IIII.

**P**rophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, vt petisti à domino deo tuo in Oreb, quando concio congregata est atq; dixisti, Vltra non audiam vocem domini dei mei, & ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar. Propheta iste magnus nulli dubiũ est, quin ipse sit Christus dei filius, idem propheta, & prophetarum dominus, idem enim homo & deus. Quem quomodo perierit Israel in monte Oreb, a pertè scriptura non dicit, nisi quod cum vidissent voces & lampades, & sonitum buccinæ, montemq; fumantem, perterriti ac pauore concussis, steterunt procul dicente, Moyse: Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Ergo deus non sermonem illum, sed necessitatem respiciens, eundem sermonem pro petitione habuit, quia videlicet sic loqui, mediatorum petere fuit. Proinde cum dixisset: Nunc prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, continuo subiunxit, ipsum audies sicut petisti à domino deo tuo in Oreb, id est, ipsum audire poteris sicut audibilem tibi atq; tolerabilem fieri loquelam dei petisti: ille enim nube carnis contextam habens igneam diuinitatis maiestatem, loquetur tibi. Porro vt in aduentu eiusdem prophete maximè inexcusabiles forent, qui eum non susciperebant Iudæi, Iudæorumque principes aut legisperiti, tale eis signum vel experimentum proponit. Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbum, quod non est locutus dominus, hoc habebis signum: Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus nõ est locutus, sed per tumorem animi sui propheta cõfinxit, & idcirco nõ timebis eum. Hoc de semetipso scriptum esse sciens iste propheta, dicit in euangelio suo contra calumniatores Iudæos. Opera enim quæ dedit mihi pater, vt perficiam ea, ipsa opera quæ ego in auctore testimonium perhibent de me, quia pater me misit. Et alibi: Verba quæ ego loquor vobis, a memetipso non loquor. Pater autè in me manens, ipse facit opera. Tanquam diceret: Opera subsequencia, opera patris mei quæ nemo alius fecit, testimonium perhibent verbis meis, quod non ea de corde proprio confinxerim, quemadmodum prophete mendaces, quos cauendos esse, scriptura præmonuit. Dicit autem lex vestra, hoc vobis fore signum prophete magni, quem secundum legem eandem per omnia vos audire debetis. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & non euenerit, hoc dominus locutus non est, sed per tumorem animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum. Illud autem cuius in ore ego pono verba mea, qui audire noluerit, inquit, ego vltor existam. Igitur cū presentibus operum testimonijs clarum sit, quod ego propheta ille sum, qui suscitandus erat ex promissione dei, quia non est in me signum prophete, per tumorem animi sui verba confingentis, ipse vltor existet, quia vos audire non vultis.

De separatione vrbium fugitiuorum, & quid spiritualiter sit mors sacerdotis.

CAPVT V.

**C**um disperdiderit dominus deus tuus gentes, quarum tibi traditurus est terram, & possederis eam, habitauerisq; in vrbibus eius, & in ædibus: tres ciuitates separabis in medio terræ, quam dominus deus tuus dabit tibi in possessionem, sternens diligenter viam, & in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciã diuides, vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit euadere. Perspicue hic datur intelligi, cuius vique ad sacerdotis mortem, in vrbibus fugitiuorum remorari debeat, qui nolens sanguinem fuderit, reuersurus in terram suam postquam ille obierit. Hoc, inquam, datur hic intelligi, quod iste propheta magnus ille sacerdos sit. Quid autem est in vrbe fugitiuorum commanere vique ad mortem magni huius sacerdotis? Nam si magni prophete nostri, nisi poenitentiam agere in fide passionis huius Christi filij dei? Nam si

LL. iij extra



extra fines urbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, occidetur ab eo qui vltor est sanguinis, debuerat enim profugus in vrbe residere vsque ad mortem pontificis, id est, si non baptizatus in nomine Christi Iesu, præsentis vita excelleret, sicut ille prædixit, debuerat enim in sola morte eius terminos ponere quærendæ salutis. Quæ igitur sunt tres istæ ciuitates, æquali inter se spacio distantes, nisi fides, spes, & charitas, tres virtutes principales? Et quidem cum tria sint, maior horum charitas est, verum tum æquali inter se spacio distans, quia nihil horum ad salutem magis aut minus necessarium est. Sed continuo subiunctum est. [Hæc erit lex homicidæ fugientis, cuius vita seruanda est, qui percussit proximum suum nesciens, & qui heri & nudius tertius nullum contra eum habuisse comprobatur odium, sed simpliciter abisse cum eo in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fuerit manum, ferrumque lapsum de manubrio, amicum eius percussit & occidit.] Ad syluam cum amico imus, quoties csi quolibet proximo ad inuenda delicta nostra conuertimur. Et simpliciter ligna succidimus, cum delinquentium vitia pia intentione refecamus. Sed securis manum fugit, cum sese increpatione plus quam necesse est in alperitatem protrahit. Ferrumque de manubrio præsiluit, cum de correptione sermo durior excidit, & amicum percussit, occidit: quia auditorem suum prolata contumelia ab spiritu dilectionis interficit. Correcti nanque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderate increpatione plus quam debuit, addidit. Sed is qui in cautè lignum percussit, & proximum extringuit, ad tres necesse est vrbes fugiat, vt in vna earum defensus viuatur, quia si ad poenitentiam lamenta conuersus in vnitatem sacramenti, sub spe, fide, & charitate absconditur, reus perpetrati homicidij non tenetur, eumque extincti proximus, & cum inuenit non occidit, quia cum diffretus iudex venerit, qui sese nobis per naturæ nostræ consortium iunxit, ab eo procul dubio vindictam de culpæ reatu non expectit, quem sub eius venia, spes, fides, & charitas abscondit. Citius ergo culpa dimittitur, quæ nequaquam studio malitiæ perpetratur. Quid igitur? Num illa tantum peccata Christi morte delentur, quæ nolentes vel nescientes commisimus? Sed profecto nolens occidit, qui hoc ipsum non vult quod occidit: non vult inquam, & nescit qui occidit, cui hoc ipsum displicet, quod occidit, cui displicet quod fecit. Cæterum cui non displicet quod fecit vel quod fuit, qui non veram ex corde poenitentiam agit, nihil illi proficit mors Christi, sacerdotis magni, quamuis ad prædictas ciuitates confugiat, id est, quamuis in Christum credere se dicat, quamuis sperare præsumat, quamuis confiteatur quod dominum diligit.

*De sepeliendo corpore eius, qui appensus fuerit patibulo, & quod ait: Maledictus à deo est qui pendet in ligno.*

CAP. VI.

Cap. XXI.

**Q**Vando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, non permanebit cadauer eius in ligno, sed in eadem die sepelietur, quia maledictus à deo est qui pendet in ligno, & nequaquam contaminabis terram tuam, quam dominus deus tuus dederit tibi in possessionem. Hoc planè legem dixisse scientes amici legis, imò corruptores legis, & inimici dei, callidè prædictum prophetam magnum, sacerdotè magnum cui canratum fuerat: Benedictus qui venit in nomine domini, appenderunt in patibulo, vt consequenter constaret eum maledictum esse à deo, & proinde certum esset, hunc hominem iuxta sententiam vel accusationem ipsorum non fuisse à deo. Sed ò Iudæi malitiæ cæci fuerit quidem, quoniam & hoc Apostolus ait: fuerit, inquam, dominus nos ter maledictum legis, vt nos à maledicto redimeret: veruntamen, nunquid secundum verba legis pendere in ligno præcedens causa est maledicti? Vt taceam quod non dixit, quando homo adiudicatus morti, appensus fuerit in patibulo, sed ita præmisit, quando peccauerit homo, quod morte plectendum sit, & tunc demum subinulit, & adiudicatus morti, suspensus fuit in patibulo: vt, inquam, hoc taceam, quod manifestè à maledicto expurgat dominum nostrum, quia appensus quidem est in ligno, sed non peccauit quod morte plectendum esset: nunquid ait, maledictus est à deo, qui pendet in ligno? Nunquid ait, imprecando maledictus sit, vel absolutè maledictus, vt subaudiri possit imprecantis verbum: sit, & non potius enuntiando dixit, maledictus à deo est, non quia pendet, sed qui pendet in ligno? Non enim sic se habet litera Hebraicæ veritatis, quomodo LXX. transtulerunt, quippe qui non sensum dei perfectè habebant, nec enim vates, sed interpretes erant, vnde & hoc, sicut cætera multa non satis integrè transtulerunt, maledictus omnis qui pendet in ligno: cum sic habeatur in Hebraico: Maledictus à deo est, qui pendet in ligno. Nempe tribus modis discordat à vero hæc translatio. Cum enim in Hebraico habeatur, maledictus est, transtulerunt absolutè maledictus, & sit, subaudiri potest. Item in Hebraico addictum est, à deo, quod in LXX. deest, & e contrario in septuaginta additum est omnis, quod in Hebraico non habetur.

Galat. j.

Quare ergo inquis, Apostolus translatione illorum in hac sententia vsus est? Sic enim ait: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est, maledictus omnis, qui pendet in ligno. Quare hoc exemplo sic vsus est? Videlicet quia apud Græcos, quibus

quibus scribebat, vulgata fuerat à tempore Ptolomæi Philadelphi, septuaginta interpretum editio, & nimis importunum erat, vt cum Christo testimoniū perhibere assereret scripturas, vt vix audiretur, ipsas quoque scripturas malè interpretatas esse, ostendere conaretur, cum apud illos septuaginta interpretum auctoritas haberetur celeberrima. Maluit ergo sententiam cum sensu qui ædificaret commemorare, quam corrigendo scripturam, veteranos lectores offendere. Præterea videre melius, cuius intentionis sit hæc eadem enuntiatio maledicti, præsertim quia pro eo quod maledictus à deo est, iuberi illum sepeliri. Nonne mortuus pars benedictionis est sepeliri, & e contrario maledictionis sepultura carere more asini? Sicut de quodam rege terribiliter dictum est, prout erat meritis, sepultura asini, id est, nulla sepultura sepelietur. Nonne sancti & magni viri patres, siue patriarchæ, de sepeliendis vel etiam transferendis corporibus suis, diligenter mandauerunt, & pro magno illis fuit, sepeliri, & non tantum vbicumque, sed in sepulchris patrum suorum? O igitur mirabile & antiquum crucifixi huius consilium, qui tanto antequam veniret, ita de sepeliendo corpore suo dedit præceptum, vt profuerit omnibus crucifixis, scriptum pro se vno legis mandatum. Cum enim decollatos, siue lapidatos, aut alia vi peremptos licuerit impunè in sepultos canibus projici, solis crucifixis propter istum crucifigendum lex prophetica, vt potest digito dei conscripta, sepulturam negari prohibuerit. Nonne ergo propheticus ipseus CHRISTI crucifigendi spiritus, gemitibus inenarrabilibus rugiebat in corde Moyse, talem legem scriberis: vt dum crucifixi omnes ex lege sepeliuntur, sepultura non careat hic vnus pro salute mundi crucifixus, à deo maledictus? Norandum quippe (vt iam dictum est) quia non ait imprecando, maledictus sit, sed causam reddens, cur eadè die debeat sepeliri, enunciado dixit, quia maledictus est, addès etià à deo, quod nusquam fecit in cunctis maledictionibus legis. Verbi gratia: Cū dicit maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictus ingrediens, maledictus egrediens, & similiter in cæteris, nusquam dixit à deo, nisi tantum in hoc loco. Cur hoc, nisi quia verè solus est hic à deo maledictus, in eo videlicet, quod (sicut ait propheta) iniquitates omnium nostrum in illo posuit deus? Idcirco sepeliatur, inquit, qui pendet in ligno, quia futurus est talis pendens in ligno, qui erit maledictus à deo: à deo, inquam, transponente maledictiones humani generis in illo. Quod si quis obijciat, sæpe maledictiones prolatas esse à deo: verbi gratia, cum dicit ad Cain: Nunc ergo maledictus es super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Nos e contrario dicimus, non esse maledicti effusionem, sed maledicti iam existentis enunciacionem, præsertim cum non dicat, maledictus sis, sed maledictus es, & non à me, sed à peccatis tuis. Nec enim maledictus est Cain à deo, sed à voce sanguinis fratris sui, clamantis de terra, & impietates eius annunciantis ipsi deo. Igitur hic solus maledictus fuit à deo, & non à suo peccato: à deo, inquam, qui omnium nostrum maledictum, quod erat super nos, id est, omnem iniquitatem nostram posuit in eo. Quod non addidit lex, & nequaquam contaminabis terram quæ dominus deus tuus daturus est tibi in possessionem, mira spiritus sancti arte dixit & scripsit, cū potius ex ea contaminata terra posset videri si in se reciperet corpus maledicti. Quid enim? Quid etiam hoc loco scriptor legis intendit? Hoc vtiq, quia terra quam dedit deus vero Israel in possessionem, corpus est huius singulariter & pro nobis maledicti, quam sibi datam tunc Israel non contaminauit, id est, contaminari non permisit, quando illud Ioseph & Nicodemus eodem die sepelierunt pro cõmuni lege omnium in ligno pendentium, videlicet ne indignè insepultum abijceretur, & à canibus illis, qui viuū circumdederant adhuc exanime conspueretur. Porro illi putabant in eo non contaminari terram suam, si cuiusq, taliter occisi corpus nequaquam viuientium oculis ingereretur. Quod si quis quaerat adhuc, cur pro hoc tantopere legislator fuerit sollicitus, cum posset etiam in sepulchro coelius custodiri sacrosantum corpus, sicut custodita sunt, ne à canibus vel auiibus lederetur etià multa corpora martyrum, interrogemus eum cur moriente eodem domino, & terra tremente monumenta sanctorum aperta sunt. Videlicet aut nihil idoneum, aut hoc responderetur solū, quia corporibus mortuorum hoc expediebat, vt coniungeretur cū eis in sepulchris corpus huius mortui, quod afferebat resurrectionem mortuorum, & idcirco ad suscipiendum illud certatum & auidè sese dilatauerunt. Nam sicut animam domini Iesu ad animas apud inferos descendere expediebat, vt inde illas educeret, sic & ad corpora corpus eius peruenire oportebat vt illa resuscitaret.

*Quid sit inueniri hominis cadauer in terra, cuius cadis reus ignoratur, & quid sit viciniorē ciuitatem perspicere, & illic ceruices vitulæ cadere, & manus leuare.*

CAPVT VII.

**Q**Vando inuentum fuerit in terra, quam dominus deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi, & ignoratur cuius cadis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singulari per circuitum spacia ciuitatum, & quæ viciniorē cæteris esse perspexerint, seniores ciuitatis eius, tollent vitulā de armento quæ non traxit iugum, nec terram scidit vomere, & ducent eam ad vallē asperam atq, saxosam, quæ nunquam arata est, nec semetē recepit, & cadent in ea ceruices vitulæ, &c.] Præsentis loci mysterium maiores nostri, iudices nostri, scilicet LL. iij. Apostoli

Lucæ 24.

Apostoli sancti hoc modo impleuerunt. In terra quam dominus deus ipsorum dedit illis, id est, in sanctarum plenitudine scripturarum, quas ut intelligerent, dominus Iesus sensum aperuit illis, cadauer hominis occisi inuenerunt. i. sacrilegum coram qui occiderunt, & eius qui occisus est Christi filij dei veritatem atque innocentiam, causam quoque intellexerunt. Sed quodammodo ignorabatur cædis reus, tum quia Iudei non ipsi manibus suis occiderunt, sed gentilibus occidendum tradiderunt, tum quia non se Christum regem suum, sed magum atque maleficum hominem occidisse pertinaciter concertatione defendunt. Quid igitur? Exierunt & à loco cadaueris mensi sunt singularum per circuitum spatia ciuitatum. Locus cadaueris siue locus cædis in illa terra quam dominus deus dedit in illa scriptura sancta, cuius intelligentiam Christus tribuit: locus, inquam, cædis ille est scripturæ locus, quicumque manifeste passionem exprimit redemptoris. Verbi gratia: Sicut ouis ad occisionem ducitur, & quasi agnus coram rudente se obmutescit, & non aperiet os suum. Item: Post hebdomadas LXXII. occidetur Christus. Hoc tali loco animaduerso, viciniorem gratiæ vel salutis esse perspexerint ciuitatem siue ecclesiam gentium, quæ populum Iudeorum. Cui enim dixisset Elaias, quod iam predictum est: Sicut ouis ad occisionem ducitur, &c. Qui locus cædis Christi est, confestim è vicino subiunxit: Lauda sterilis quæ non parit, decanta laudem, & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ magis quæ eius quæ habet virtutem, dicit dominus. Item cū dixisset Daniel: Occidetur Christus, ut ante iam dictum est, qui itidem locus cædis Christi est, continuo subiunxit: Et non erit eius populus, qui eum negaturus est. Igitur secundum positionem terræ, secundum sacratissimum textum scripturæ diuinæ, vicinior ciuitas hæc quæ illa loco cadaueris est, propinquior gratiæ Christi gentilis quæ Iudaicus populus est. Quid proinde facient seniores huius ciuitatis? Tollent (inquit) vitula de armento, quæ non traxit iugum nec terram scidit vomere, & ducunt eam ad vallē asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. Vitula lasciuia, vitula malè libera, nullòque diuini cultus iugo assueta, caro erat nostra, bruta, & vitiosa. Ut ergo non impuraretur nobis sanguis hominis occisi, oportebat cedere ceruices huius vitulæ, id est, superbiam carnis, membra vel opera carnis mortificare in valle aspera atque saxosa, id est, in humilitate ac laboriosa penitentia, & sic lauare manus, i. baptizari in morte Christi Iesu. Vnde & protinus subiicitur: [Et veniant maiores natu ciuitatis illius ad interfecitum, & lauant manus suas super vitulam, & dicent: Manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt.] Sed nunquid hoc illis quoque congruit dictum, qui sceleri Iudeorum interfecerunt, qui crucifigendum hominem illum acclamauerunt, & postea manus suas lauerunt? Nunquid & ipsi dicere possunt, manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt? Planè hoc & ipsi veraciter dicere potuerunt, quia lauando manus suas alterati sunt. Omnes qui in Christo Iesu, oēs qui in morte Christi Iesu baptizati sunt, sic innouati sunt, imò sic alterati sunt, ut iam non sint ipsi qui fuerunt à deo, ut dicat Apostolus: Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Item Christo confixus sunt cruci, viuo autem non iam ego, viuit verò in me Christus. Igitur ipsi qui sanguinem Christi fuderunt, & postea penitentiam egerunt, baptizati in nomine eius, postquam sic lauerint, & sic lauando alterati fuerint, rectè & veraciter dicant. [Manus nostræ non effuderunt hunc sanguinem, nec oculi viderunt: propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti domine, & non reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.] Nihilominus à nobis qui eramus longè, sed supradicto modo secundum mentis funiculum facti sumus propitii, auferatur reatus sanguinis, & alieni sumus ab innocentis cruore qui fulus est, cum fecerimus quod præcepit dominus. Cæterum non faciendo hoc, & non credendo in eum qui occisus est, eis qui occiderunt consentiremus, atque idcirco sanguis eius iuste à nobis exigeretur.

Roma. 6.

Galat. 2.

1. Corin. 2.

Math. 3.

*Quid sit spiritualiter, obsesta ciuitate non arbores fructiferas succidere, sed de lignis agrestibus machinas instruere: & quid sit obsesta ciuitati primum pacem offerre.*

CAPVT VIII.

**Q**uando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circumdederis ut expugnes eam, non succides arbores, de quibus velci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem, quoniam lignum est, & non homo, nec potest bellantem contra te augere verum. Si quæ autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, sed & cæteris apta vtilibus: succide, & instrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat. Summa presentis capituli hæc est, ut ligna fructifera conseruentur, quæ autem fructum non faciunt, succidantur. Ergo ne de lignis cura est deo? Si (iuxta Apostolum) de bobus cura illi non est, quanto magis de lignis insensibilibus cura illi non est? Igitur ligna ista vel arbores istæ homines sunt, & secundum hanc similitudinem illud accipimus in euangelio veraciter dictum, Fructus ergo facito dignos penitentiam. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Nempe qui obsest ciuitatem multo tempore, & munitionibus circumdat, ut expugnet eam, ipse est qui forti armato custodiendi atrium suum, fortior superuenit, & ciuitatem eius ciuitate dei

viuentis

viuentis Hierusalem cœlesti inimicam, usque ad finem seculi expugnare non desinit. Vnde quia primus eius aduentus in pace exiit, & remissionem peccatorum omnibus obtulit. Secundus autem in terrore erit, & eos qui pacem eius recipere noluerunt, durus debellator in infernum præcipitabit. In superiori capitulo (quod præ festinatione prætereamus) eidem alumno suo Christo filio dei familiariter dixerat, hæc eadem sancta & spiritualis lex: [Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem, offeres ei primum pacem. Si receperit, & aperuerit tibi portas, cunctus populus qui in ea est, saluabitur, & seruet tibi sub tributo. Si autem fœdus inire noluerint, & cœperint contra te bellum, oppugnabis eam, &c.] Accedens namque ad expugnandam ciuitatem, primum ei pacem obtulit, qui ingrediens in hunc mundum ad expugnandum diaboli regnum, primum penitentiam & remissionem peccatorum omnibus gentibus prædicauit. Quem recipere & portas illi aperire, est corde aperto credere ad iustitiam, & ore patenti confessionem facere ad salutem. Qui hoc modo fœdus cum illo inierint, saluabuntur: qui autem recipere illum noluerint, oppugnati & victi tandem gladio iudicij ferientur. Igitur non succides, inquit, arbores quibus velci potest, id est, non iudicabis peccatores dignos fructus penitentiam facientes. Quare? Quoniam lignum, inquit, est & non homo, nec potest bellantum contra te augere numerum. Ergo lignum non pomiferum, id est, peccator, non faciens penitentiam fructus, homo est, & potest contra pugnatorem istum augere hostium numerum: Planè homo, i. sapiens & rationalis ad eum sibi videtur, ut stultitia arbitretur id quod prædicamus Iesum Christum ideo crucifixum, ut per ipsam crucem suam obsestet vel impugnet diabolum, & adeo sibi videtur augere posse hostium Christi numerum, ut differendo nonnunquam currenti verbo dei, moram faciat vel impedimentum. Econtrario, qui iudicat se nihil scire inter eiusmodi homines, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, hic suomet iudicio non homo est, sed lignum de cœlo expectans rorem, vnde reflorescat, & dignum faciendo fructum, primæ originis recuperet statum, quæ in Adâ perdidit propter concupiscentiæ lignum: & hic talis contra deum & hominem Christum nec potest, nec vult hostium augere numerum. Seruabitur ergo hic, ille autem tanquam lignum inutile succidetur, iuxta quod scriptum est: Perentiam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Sanè si qua in illo vel ex illo procedunt vitia, quæ ex aduerso eiusdem ciuitatis munitionibus efficaciter inroqueri valeant, hæc nos, imò qui in nobis loquitur Christus, rapere non dedignabitur, ut malè compositis bene vratur. Vnde prouida cū dixisset scriptura: Succide illa, continuo subiunxit: & instrue machinas, donec capias ciuitatem, quæ contra te dimicat. Hoc ipsum primum Apostolum fecisse legimus, vbi cū dixisset: In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus, continuo subiunxit: Sicut & quidam vestrum poetarum dixerit, ipsius enim & genus sumus. Item, dixit autem quidam illorum proprius ipsorum poeta: Crentes semper mēdaces, malè bestig, ventres, pigri. Itemque non solū non reprehensibile, verū etiā laudabile est, quoties vir ecclesiasticus de lignis agrestibus quæ succisa sunt, i. de sapientibus mundi, qui damnati sunt, commoda dictorum conuehit exempla vel testimonia, ut suomet robore debellatur ciuitas quæ aduersus Christum dimicat.

*De muliere pulchra in bello capta, & adamata, qualiter eam ducere uxorem liceat, & quid mysticè significet.*

CAP. IX.

**S**ingressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, captiuosque duxeris, & videris in numero captiuorum mulier pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere uxorem, introduces in domum tuam. Quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, & sedens in domo tua, flebit patrem & matrem suam vno mēse. Et postea intrabis ad eam, dormiesque cum ea, & erit vxor tua. Iuxta litteram hoc fecisse Dauid tradunt Hebræi de Maacha filia Tholomai regis Gessur, videlicet quod in prælio captam, cæsariem & vnguibz præcisit, secundum hanc legem vxorē sibi sociauerit, ex qua genuit Thamar & Absalon. Porro iuxta sensum mysticū hoc ita facere debet ecclesiasticus vir. Mulier pulchra in numero captiuorum siue inimicorum, sancta scriptura est, in tractatibus hereticorum. Nam & plerique heretici siue hæresiarchæ in cathedra Moyfi, imò & in Apostolico culmine sederunt, & quanquam de diuinitate malè sentientes, de moribus tamen & allegorica subtilitate vtiliter multa dixerunt. Si ergo egressus fueris (inquit) ad pugnam contra inimicos tuos, id est, si sanctum habueris zelum contra fidei Christianæ hæreses hereticos, & tradiderit eos dominus deus tuus in manu tua, ut palmam veritatis obtineas potenti fide & sana doctrina, non tibi illa legis imponitur necessitas, ut nullam quamlibet pulchram mulierem apud illos inuentam adamare non audeas, id est, ut nullam quamlibet vtilē scripturam expositionē ab illis conscriptam legere vel audire non debeas, sed omnibus probatis, quod bonum est tenere, & à sola specie mala tibi abstinere licebit. Nā hoc est quod nunc dicitur: Quæ radet cæsariem, & circumcidet vngues, & deponet vestem in qua capta est, & postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. Cæsariem namque radere, vngues circumcidere, vestemque pulchræ mulieris mutare, est omne quod prauum, omne quod superfluum est sacræ lectioni amputare, omnem denique speciem malam, id est, sensum hæreticum, cautè & diligenter auferre, ut vxorē habeas idoneam, iuxta illud: Dixi sapientiæ soror mea es, & prudentiam

Lucæ 11.

Math. 4.

Roma. 10.

1. Corin. 4.

Esaie 29.

Actu. 17.

Tit. 1.

1. Reg. 4.

1. Thef. 3.

Prouer. 7.

prudenciam vocavi amicam meam. [Sin autem postea non sederit in animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam, quia humiliasti eam. Iuxta literam manifesta est equitas, iuxta anagogen vero iudicij lectorum inhiabitur mutabilitas, videlicet qualem in Theophilo, Alexandrinae civitatis episcopo, ecclesiastica reprehendit relatio. Quicum lohannis Constantino politani, qui Chrysofomus appellatur, esset inimicus, lectionem Origenis, cui libenter incumbebat, zelo eiusdem lohannis damnauit, tandemq; damnato lohanne, quia se a lectione Origenis non cohibuit, rursus ipse lectioni Origenis eiusdem incubuit. Qui dum ab alio quo fuisset interrogatus, quomodo ea quae abdicauerat, rursus amplecteretur, ita respondit. Origenis libri similes sunt prato floribus pleno. Quicquid ergo bonum in eis inuenero, decerpo: si quid mihi spinosum occurrerit, hoc quasi si pungat, omitto. Igitur si postea (inquit) non sederit in animo tuo, dimitte liberam, id est, si quamlibet circumcisam damnaueris, pro experimento tuo lectionem captiuam, non eadem rursus, murata sententia, ad tuam retrahas scholam, quia humiliasti, id est, damnasti eam, ne non tam per rationem damnasse videaris, quam per inuidenciam.

De homine duas uxores habente, quod non possit filium dilectae primogenitum facere, qualiter Christus synagogam, & de gentibus habens ecclesiam, hoc debeat adimplere.

CAP. X.

Gene. 35.

1. Para. 5.

Esai. 54.

Rom. 11.

Iohan. 5.

Galat. 4.

Luc. 19.

Si habuerit homo uxores duas, vnam dilectam & alteram odiosam, genueritq; ex ea liberos, & filius odiosae fuerit primogenitus, volueritq; substantiam inter filios diuidere, non poterit filium dilectae facere primogenitum, & praefere filio odiosae: sed filium odiosae agnoscat primogenitum, dabitque ei de his quae habuerit cuncta duplicia. Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita, & caetera. Non poterit (inquit) filium dilectae facere primogenitum, subauditur, nisi filius odiosae proprio vitio honorem perdidit primogenitorum. Nam quia minus dilectae primogenitus Ruben cubile patris ascendit, & maculauit stratum eius, idcirco poruit Iacob plus dilectae Rachelis filium Ioseph facere primogenitum, sicut scriptum est in Paralipomenon: Ruben quippe fuit primogenitus Israel: sed cum violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filiis Ioseph, filij Israel, & non est ille reputatus in primogenitum. Porro Iudas, qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt, primogenita autem reputata sunt Ioseph. Caeterum spiritualiter, & hanc partem legis mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, adimpleuit. Nam hic ille homo est, qui duas uxores habuit, vnam dilectam, scilicet synagogam, propter patres charissimam: alteram odiosam, scilicet gentilitatem, cui loquitur per Esaiam: Quia ut mulierem derelictam & morientem spiritu vocauit te dominus, & vxorē ab adolescentia abiecta. Verum haec abiecta, haec odiosa prior peperit, primum enim sponsi sui filij dei aduentum recepit. Illa autem nunc sterilis permanens, secundum eius aduentum receptura est. Cum enim plenitudo gentium subintrauerit, tunc omnis Israel saluus erit. Igitur filius odiosae primogenitus est, & ex lege non potest homo filium dilectae facere primogenitum, & praefere populo Christiano filio huius odiosae, quemadmodum dicit: Non possum ego a meipso facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum verum est. Quid enim homo iste factus ex muliere, factus sub lege, quid inquam cum haec diceret, audiebat homo iste, nisi legem iustitiae, auditor & factor legis sanctae, & iustae, & bonae. Quamuis illam diligeret, quamuis super illam dilectam, flere quoque pro carnis affectu potuisset, non tamen sic iniustus esse potuit, ut non filium odiosae cognosceret primogenitum, magis diuinitatis rationem quam carnis sequens affectum. Dedit ergo huic primogenito de his, quae habuerat cuncta duplicia. Nam apud illam quondam dilectam, sola remanente litera, filius huius non iam odiosae, scilicet populus Christianus sic sanctam possidet scripturam, ut cum historica spiritualia quoque obtineat mysteria. Iste enim est principium liberorum eius, quia primus credidit in aduentu eius, & huic debentur primogenita: Vnde & in psalmo gratulatur idem primogenitorum possessor, & dicit: Elegit nobis hereditatem suam, speciem Iacob, quem dilexit. Speciem Iacob, inquit, quia videlicet quemadmodum Iacob ille secundum nomen suum, fratrem suum Esau supplantauit sic iste filius odiosae illi filio dilectae supernae benedictionis primogenita praeripuit.

De filio contumaci in iudicium producendo, quod non fecit Heli, quomodo patres spirituales in ecclesia id agere debeant.

CAP. XI.

Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit: apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentq; ad eos: Filius iste noster proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comestationibus vacat, atque luxuria, & conuiujs. Lapidibusq; eum obruet populus ciuitatis, & morietur, & auferetis malum de medio vestri, ut vniuersus Israel pertimetcat. Grauis & matura sententia sanctae legis, teneros falsae pietatis affectus, a cordibus patrum erga filios ne habeantur, excludit. Nam in causa dei, nec filium pater sapiens agnoscat. Quae legis auctoritatem, quia senex Heli neglexit, idcirco pauendum vitae periculum incidit. Nunquid enim tam molliter

molliter dixisse contentus esse debuit, quare facitis res eiusmodi, quas ego audio res pessimas in omni populo, nolite filij mei? Nonne armaturam zeli, qualis vel quanta super filios inobedientes esse debuerit, sacerdos longaeuus ex ista legis lectione scire potuit? Recte igitur quibus dixisset, Nolite filij mei: recte inquam arguitur non corripuisse filios suos pater Heli, domino dicente: & magis honorasti filios tuos, quam me. Itemq; de illo, eo quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos: neq; enim corripuit, qui non legitime corripuit. Meminerit huiusmodi pater spiritualis, qui bene didicit prodesse domui dei. Si forte genuit hic homo filium proteruum & contumacem, qui non audiat qui obedire contemnat, scire debet, quia prima generis nostri, quam luimus, culpa est inobedientia, & quia contumacibus & proteruis nullam iustitia dei reposuit veniam, sed sicut scriptum est: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cogitandum tamen illi est, quia de omnibus iudicijs suis deo redditurus est rationem, ne forte inuidiae, aut zeli flamma vrat animam. Idcirco suam non praecipitabit sententiam, sed sapientes adhibebit in testimonium. Hoc bene in cura filiorum sancti & orthodoxi patres sanxerunt, secundum praesentis huius auctoritatis imperium. Dicit enim praesens lex: Apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, & caetera. Igitur caetera quidem peccata toleranda sunt in domo dei, contumaces autem & proteruos filios saueritas patrum sapientium obruit, ut auferat malum de medio sui, cum proferenti auctoritate legis domini, imò proprio exemplo dei, qui inobedientes filios, primos homines scilicet, de paradiso expulit.

Quid sit spiritualiter, bouem aut ouem vel asinum fratris, etiam si propinquus non sit, reducere aut subleuare, vel qualiter Christus hoc perficiat.

CAPVT XII.

Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & praeteribis: sed reduces fratri tuo, etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuam, & erunt apud te quamdiu quaeratur ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de asino, & caetera. Magnificè & hoc imperium eius, dominus noster Iesus Christus per omnia legis subditus, se adimplere perducit, quando vilissimum omnium iumentorum asinum ascendit veniens in ciuitatem Hierusalem, passurus pro salute mundi, iuxta prophetiam Zachariae, dicentis eidem sanctae ciuitati, imò supernae Hierusalem, cuius illa typus vel umbra fuit: Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum & super pullum filium asinae. Quid enim mystice asinus ille cui insidet dominus, nisi stultus gentiliū populus intelligitur: Er simplicior quidem Hebraeorum populus, qui dominum sequebatur, pharisaeis dicentibus: Sed turba haec quae non nouit legem, maledicti sunt, asinus quidem, sed propinquus asinus fuit. Dicit autem haec sancta & spiritualis lex: Etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum, & caetera. Igitur ut totam legem impleret, etiam non propinquus sui asinus iste saluator noster ascendit, eumq; in domum suam duxit, quando gentile populum assumpsit, stulta mundi eligens, ut confunderet sapientes, sedensq; dorso obedientis, atq; dicens: Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas doce me, duxit in domum suam contumacem per viam prudentiae, pueris occurrentibus, & cum laude dei subleuantibus ramos victoriae: per quos videlicet pueros sancti intelliguntur angeli, gaudetes de felicitate redemptionis nostrae. Hoc idem recte intelligitur de oue errante, quod maxime comprobatur ex parabola centum ouium & vnus perditae. Notanda diligenter tota praesentis capituli textura. Siquidem tam in principio quam in fine eius subleuatio praecipitur Iudaici populi, qui domino secundum carnem propinquus extitit, in medio autem subleuatio populi gentilis, qui a carne eius alienus erat, & a testamento dei. Nam in principio dicit: Non videbis bouem fratris tui, aut ouem errantem, & praeteribis, sed reduces fratri tuo. In fine autem sic: Si videris asinum fratris tui, aut bouem errantem cecidisse in via, non despicias, sed subleuabis cum eo. Porro in medio dicit: Etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum, duces in domum tuam, videlicet bouem eius vel asinum. Frater namq; hominis huius, qui solus legem totam implere potuit, ipse est Iudaicus populus, secundum carnem Abraham frater vel propinquus domini, quem & prius errantem primo aduentu suo saluator requisiuit, & aliquos ex eis ad viam salutis reduxit, & nunc sub onere peccati iacentem, non omnino despiciet, sed in fine subleuabit. Interim qui non erat nunc eius propinquus aut frater (ut iam dictum est) asinus qui perierat reducitur, quia de gentibus ad carnem Abraham non pertinentibus, simplices & abiecti per gratiam colliguntur.

Quid sit spiritualiter, mulierem virili, aut virum muliebri veste indui non debere.

CAPVT XIII.

Non induetur mulier veste virili, nec vir veste muliebri. Abominabilis est enim apud deum qui facit huc. Hoc vtrunq; ad eodē spōtē natura perhorrescit, ut de eo quod minus est, Apōst. dicere nō dubitauerit: Vos ipsi iudicare, Decet mulierē nō velatā orare deū: Nec ipsa natura docet nos: Vir quod si comā nutriat, ignominia est illi, &c. Porro spiritualit̄ mulier veste virili induitur

1. Reg. 2.

Iacob. 4.

CAP. XII.

Zach. 9.

1. Cor. 11. Psal. 24.

Matt. 23.

Luc. 15.

1. Cor. 11.

1. Cor. 12.

in dicitur, quando is qui vitæ suæ nescit moderamina tenere, iudex fieri vitæ audent alienæ, & præ esse præsumit, qui nondum subesse didicit. Econtrario, vir vitæ veste feminea, quando is qui iam spiritualia percepit charismata, scilicet prophetiam, aut sapientiam scientiæ sermonem, aut genera linguarum, aut quippiam horum propter quod vir iure dici poterat, & tanquam vir præest in domo dei quæ est ecclesia, fluxa tamen sequitur vitia, & pro contemptibili vita mere tur, ut si qua est prædicatio eius, ipsa quoque rectè despiciatur. Vterque, inquit, abominabilis est apud deum qui facit hæc, quod utriusque assertionem nostra non indiget.

Qualiter Christus ambulans per viam huius vitæ, in arbore vel in terra nidum aus inuenerit, & pullos tenuerit, & matrem abire permiserit. Cap. XIII.

**S**ambulans per viam in arbore vel in terra nidum aus inuenerit, & matrem pullis vel ouis incubantem desuper, non tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, capros tenens filios, ut bene sit tibi, & longo viuas tempore. Paruis nominibus res pergrandes significantur, & ut magnificentiùs dictum sit, hic quoque in facie Moysi paruo velamine grandis splendor operitur. Nam cuius aut qualis auiculæ nidum hic aut oua oportet intelligi, consultius Hieremias propheta sic exprimit: Perdix fouit quæ non peperit, fecit diuitias & non in iudicio. In dimidio dierum suoribus derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Perdix auicula fouit, inquit, quæ non peperit. Solet enim furari & fouere oua comparis sui. Nati autem pulli, audiunt clamorem eius, quæ oua peperit, & continuo relicta illa, quæ furata est, & oua furtiua fouit, ut diuitias faceret, & nidum suum ditaret, & non in iudicio, id est, de rapina, recurrunt ad eam quæ mater est, quæ peperit prima. Propterea dicit: In dimidio dierum suoribus derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiens. Insipienter enim dum deludere cupit, delusa est, & ars eius à natura vitæ est. Perdix iste, diabolus est, qui astutia sua massam generis humani, in primis partibus creatori surripuit, & extunc fouit quæ non peperit, id est, in vitis huius mundi malè blâditus est eis, & in peccato nasci fecit eos, quos non creauit. Vnde in Esaia sub nomine Assur gloriabundus dicit: Et detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inuenit, quasi nidum, manus mea fortitudinem populorum. Itaque quasi oua de nidu sublimi, de nidu alieno surripuit, de quibus pulli erant nascituri, quando de paradiso fraude eduxit homines, de quibus nascituri erant, omnes filij dei iam prædestinati, dicente domino: Crescite & multiplicamini. Fecitque diuitias, & non in iudicio, quia videlicet princeps mundi huius factus est, & ab hominibus in templis idolorum, pro deo cultus est ordine peruerso. Sed in dimidio dierum suoribus (inquit) derelinquet eas, quod iam factum est, & in nouissimo suo erit insipiens, quod futurum est. Vniuersitas nanque dierum eius usque ad vltimum iudicium protenditur. Verum ante illud iudicium qui iudicandus erat, venit iudicandus, & sine iudicio raptas, cum iudicio raptori per passionem, suam sustulit diuitias, quemadmodum dicit: Nunc iudicium est mûdi, nunc princeps huius mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Tandem in nouissimo suo erit insipiens, id est, insipientiæ coarguetur, tunc videlicet, quando videntibus cunctis præcipitabitur. Igitur pulchrè & venerabiliter tibi o singularis auditor & factor legis, Christe Iesu, dicit hæc sancta lex. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum aus inuenerit, & matrem pullis vel ouis incubantem desuper, & cæ. Nidus aus in arbore, populus Israel fuit sub prædicto quidem mundi principe, sed in legis altitudine natura quidem filius iræ, sicut & cæteri, sed in alta fide Abraham. Nidus aus in terra fuit vniuersa gentilitas, sub pennis diaboli malè fora, & in omni terrena cupiditate, dei quoque ignorantiam habens, omnino depressa. Porro filius dei per viam ambulans utrobique nidum inuenit, quia præsentis vitæ mutabilitatem ingressus, utranque partem gratia sua respexit absque distinctione Iudæi & Græci. Non, inquit, tenebis eam cum filiis, sed abire patieris, capros tenens filios. Matrem adulterinam quæ (ut supra dictum est) fouit quæ non peperit, non tenebis. Nec enim gratia liberatoris diabolum requisit, sed tantum filios sibi gratia regenerandos requisit. Idcirco capti tenentur filij ut saluentur, idcirco mater talis abire permittitur, ut in nouissimo suo perdat.

Mysticè de eadem re, qualiter Christus fecerit, vel qualiter nos faciemus, tenendo mysticos sensus, dimittendo literam legis. CAP. XV.

**N**on tenebis (inquit) matrem cum filiis, sed abire patieris, capros tenens filios, ut bene sit tibi, & longo viuas tempore. Mater pullis vel ouis desuper incubans, litera synagogæ est, litera legis quæ occidit: oua autè ipsa vel pulli mysteria sunt spiritus legis, spiritus viuificatis. Sed illam matrem, illam literam Christus non tenuit, quemadmodum in psalmo dicit: Quoniam non cognoui literaturam, introibo in portus domini. Filios tantum capros tenuit, spiritualiter enim legem impleri vult à suis discipulis. Non tenebis aut, sed abire patieris. Ad quid? Ut bene sit tibi, ait, & longo viuas tempore. Dicamus aliud quod commodius præsentem locum queat illustrare. Ipse in psalmo dicit: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Sed quid? Disperge illos in virtute tua. Ecce hodie videmus matrem solam auoiasse sic filios, & scimus ubi sit, quia toto orbe dispersa est synagoga inimica Christi, solam habens literam legis

Hier. 17.

Esaia 10.

Iohan. 12.

Iob. 40.

Alia expositio. Psal. 3.

legis & hoc ipsum Christo proficit, ut longo viuat tempore. ut nunquam eius obliuiscatur populi. Igitur & nos vel quicquid nostrum per viam, quia præsentem vitam persequimur, & nidus aus in terra & in arbore inuenimus, quando verba historiae, aut in contemplatiua, aut in actiua vita tenenda legimus. Nam præcepta actiue vitæ, nidus aus in terra est, præcepta contemplatiue, nidus in arbore. Mater verò pullis vel ouis incubat, quando ipsa historia intellectum spirituale fouet. Non teneamus eam cum filiis, sed abire patiamur, capros tenentes filios, quia videlicet in quibusdam locis prætermittenda est historia, ut soli matris huius pulli, id est, spiritualis intelligentiæ sensus nobis in eum veniant, nec nos mater, sed pulli reficiant. Cum enim legimus aurum & argentum Aegyptiorum ab Israelitico populo petitionis deceptione surreptum, & rursum cum legimus carnalia sacrificia deo exhibita, quid in hoc verborum nidu, nisi mater dimittenda est, & filij tenendi? Nos enim cum à quibusque secularibus vigilantiam ingenij in defensionem veritatis trahimus, & cum eorum eloquium in usum rectitudinis vertimus, quid aliud quam aurum & argentum ab Aegyptijs tollimus, ut ex eo & nos diuites effecti, & illi pauperes, valeant ostendi, sicut scriptum est, in captiuitate redigentes omnem intellectum in obsequium Christi? Et cum nostra corpora per abstinentiam domamus, quid aliud quam spiritualia sacrificia omnipotenti deo exhibemus, sicut rursum per Paulum dicitur: Ut exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem. Matrem itaque dimittentes, pullos comeditimus, cum historiae exempla dimittimus, sed ex ea allegoriarum sensus in mente retinemus. Vnde rectè additur, ut bene sit tibi, & longo viuas tempore, quia longo tempore ille viuuit, qui per spiritualem intelligentiam æternitatis annos apprehendit.

Quid sit mysticè, nouam domum edificare, & murum per tecti circuitum facere. CAP. XVI.

**C**um edificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente & in præceps ruente. Talis domorum structura, secundum morem Palestinæ est prouinciæ, ubi solent in tectis residere. Vnde dominus in euangelio: Quoniam quæ in tenebris, inquit, dixistis, in lumine dicentur, & quod in aure locuti estis in cubi circuitu, prædicabitur in tectis. Ergo quia solebant in tectis residere, facies, inquit, tecti murum per circuitum, ne effundatur sanguis in domo tua, & sis reus labente alio, & in præceps ruente. Et in tecti constructione legimus: I exit quoque domum laquearibus cedrinis, & edificauit tabularum super omnem domum quinq; cubitis altitudinis. Non enim tecta nostro more culminibus sublimata, sed plano schemate faciebant æqualia. Porro spiritualiter domum edificat, qui domus dei curam habens, subditorum mentes pro officio suo, doctrinæ verbo informat. Vnde illud est: Nisi dominus edificauerit domum, in vanum laborauerunt qui edificant eam. Quod est dicere: Nisi dominus corda præparauerit auditorum, in vanum quilibet sapientes architecti, verborum impensas effundunt. Igitur cum edificaueris, inquit, domum nouam, id est, cum subiectorum mentibus doctrinam posueris inchoatiam, facies murum tecti per circuitum, id est, quæcunque dixeris, sufficientibus communibus rationibus, siue testimonijs scripturarum, ne fias reus labente alio, & in præceps ruente, quod videlicet sit, quoties incauta dictio peruersè dat auditoribus occasionem intelligentiæ. Sit ergo communitum quicquid dixeris, ut in sermone tuo nemo labatur, nisi qui volens & contentiosus se excusserit.

Quid sit spiritualiter, vineam non serui altero semine, & quid sit secundum literam vel secundum spiritum, sementem & quæ nascuntur ex vinea pariter sanctificari. CAP. XVII.

**N**on seres vineam tuam altero semine, ne & sementis, quam seuisisti, & quæ nascuntur ex vinea pariter sanctificentur. Hoc rusticorum quoque siue agricolarum nouit industria, quia vinea terra sibi liberam poscit, ut non soluma nulla subiciatur sementis, verumetiam sponte proferente herbas inutiles, sarculo certatim extirpare opus sit. Alioquin terræ pinguedo, cuius abundantiam vinea poscit, in vanum disperit, quia dum in multa diuiditur, in singulis valet minus. Itaque & sementis & quæ nascuntur ex vinea pariter sanctificantur, id est, ad sterilitatem rediguntur, atque ingrato cultoribus suis otio feriuntur, iuxta illud, quod cum in domino dominus cum populo merenti dixisset: Dixitque terra vestra deserta, & ciuitates diruræ, continuo subiunxit, tunc placebunt terræ sabbata sua, cunctis diebus solitudinis suæ. Itaque ne pariter sanctificetur, id est, ne pariter ad sterilitatis sabbatum redigatur. Porro spiritualiter cum vniuersa ecclesia vinea domini sit, & hæc si hæretico semine seratur, aut Iudaicis cæremonijs, in quibus diuicte se putat ille populus, nihil bonorum fructuum inde colligatur, tunc verò maxime illi vinea domini sunt, quorum in eadè ecclesia ordo sacerdotum, & spirituale propolium, de quibus ad prophetam loquitur dominus: Fili hominis quid fiet ligno vitis, ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna syluarum? Nunquid tolleretur de ea lignum ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat ex ea quodcunque vas? Nempe hi quorum erat spirituale exercitium, si ad seculare deuoluantur negotium, & quod fuerant deperit, & quod aggrediuntur interdum non proficit. Vnde in actibus apostolorum dicunt

Exod. 11.

1. Cor. 10.

Rom. 11.

Lucæ 12.

Reg. 6.

Psal. 126.

Leuit. 26.

Ezech. 17.

MM

dicunt

Actū. 6.  
1. Cor. 6.

dicitur ipsi apostoli. Non est æquū derelinquere verbū dei, & ministrare mensis, Et apostolus loquitur Corinthiis: Secularia igitur iudicia si habueritis, cōtēpibiles, qui sunt in ecclesia, illos cōstituite ad iudicandum. Igitur non serēs, inquit, vineam tuam altero semine, ne & semētis quam se uistis, & quæ nascitur ex vinea pariter sanctificetur, id est, insignes qui sunt in ecclesia, coelestis doctrinæ fertiles, contempnibilem negotiorum non iniuriaberis occupatione, ne dum in vtramque partem diuiduntur, in neutram vtilēs inueniantur, & ita quasi sanctificato sabbato nihil regno dei fructuosum operentur. hinc est enim quod auctoritas canonica sacros altaris ministros secularibus negotiis implicari verat. Nemo militans deo (inquit apostolus) implicat se negotiis secularibus.

1. Timo. 2.

*Quid sit, non arare in boue simul & asino: & quid, non vestiri vestimento ex lino et lana: & quid sit, facere funiculos in fimbrijs.* CAP. XVIII.

**N**on arabis in boue simul & asino, non indueris vestimentum quod ex lana linoque contextum est. Hoc de cauenda doctoribus imperitorum societate, dictum intelligi potest. Non arabis in boue simul & asino, idem est, ac si aperte diceret: non sociabis in prædicationem sapientes & fauos, ne videlicet per eum qui implere non valet, & illi oblitus qui præualet. Quid verò per hanc vestem nisi hypocritarum persona signatur, qui benignitate erga proximos ostendunt, & dolo suæ iniquitatis, quæ loquuntur operiunt? Vestis enim quæ ex lana linoque fit, lanam semper in faciem reddit, & lino subter abscondit: Quid ergo per lanam nisi simplicitas sonat? Quid per lino nisi subtilitas designatur? Et sæpe homo subtilis & acutus, exterius simplicitatem mansuetudinis ostendit, & interius subtilitatem malitiæ cōtegit. Iste ergo veste se actionis suæ quasi ex lana & lino induit, quādo ab eo & simplicitas monstratur in superficie, & subtilitas malitiæ feruar in mente. Vnde & continuo subiungitur. [Funiculos in fimbrijs facies, per quatuor angulos pallij tui, quo operieris.] Vestis namque iam dictæ cum qua sapiens incedat, custodiens illam ne nudus ambulet, cum ex cunctis virtutibus textura eius constet, angulos, id est, principales sunt quatuor virtutes, quas & Ethnici proprijs appellare nominibus nouerunt, temperantiam, iustitiam, fortitudinem, prudentiam. His enim cum propter deum sapiens ornatus incedat, non vt videatur ipse ab hominibus, sed vt glorificetur pater in cælis, & cū hac dilectione dei & proximi, bona faciens opera, perseuerat vsq; in finē, vt saluus sit: profecto funiculos fecit in fimbrijs per quatuor angulos pallij sui. Cæterum in supradictis hypocritis indecentis fimbrijs dominus noster acri iniectione coarguens, dicit: Dilatant filacteria sua, & magnificant fimbrias. Multum enim se acculant, cum de re significata non curantes, significatiuas in oculis hominum fimbrias magnificant.

Mat. 6.

Mat. 22.

*De viro, qui vxorem acceptam odio habens, dicit: Non inueni eam virginem, & parentibus signa virginitatis afferentibus vapulat, eamq; habere compellitur, qualiter in Christo factum intelligatur.* CAP. XIX.

**S**i duxerit vir vxorem, & postea eam odio habuerit, quæseritque occasiones quibus dimittat eam, & obiciens ei nomen pessimum, & dixerit, vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam non inueni virginem, tollent eam pater & mater eius, & deferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbs eius, qui in porta sunt. Et dicit pater, filiam meam dedi huic vxorem. Quam quia odit, imponit ei nomen pessimum, & dicit: non inueni filiam tuam virginem: Et ecce hæc sunt signa virginitatis filiae meæ. Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis. Apprehendentque senes vrbs illius virum, & verberabunt eum, condemnantes insuper centum siclos argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel, habebitque eam vxorē, & non poterit dimittere omni tempore vitæ suæ. Hæc iustitiæ vel sapientiæ dei litera pudicis sensibus obscurissima est. Quis enim pudicus animus saltem cogitare patienter valeat, qualiter ruptæ virginitatis cruenta in panno seruentur vestigia? Sed consoletur nos in isto quoque loco, eadem dei sapientia, clamans de eiusmodi occidente litera, Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum. Ac deinceps: Et qui elucidant me, vitam æternam habebunt. Igitur de obscura literæ huius spelunca lucidum euoluamus spiritus mysteriorum, talemque & hanc sapiamus legem, cui subiectum fuisse non deceat virum sanctæ ecclesiæ Christum. Si duxerit (inquit) vir vxorem, & postea eam odio habuerit, & cætera. Spiritualiter hoc ita factum est. Vir vxorem duxit, quando naturam assumpsit humanam filius dei. Vnde est: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Spiritu alibus eiusdem sponsi filijs, vel amicis mysterium hoc notū est. Vnde & gratulantes dicunt. Qui habet sponfam, sponsum est. Itemque cum Apostolo: Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est in Christo, & in ecclesia. In illa (inquam) carnis assumptione, vir iste cognouit vxorē suam, scilicet vniuersam Iudeorum atque Gentium ecclesiam, p temporū quidē vel locorū diuersitate numerosam, sed iuxta fidei sacramentū vnā. Verum sic acceptā postea quodammodo odio habuit eā, quæsiuitque occasiones quibus dimitteret eā, dixit eam discipulis suis: In viā gentium ne abieritis, & in ciuitate

Eccle. 24.

Psalmo. 18.  
Iohan. 3.  
Eph. 5.

Mat. 10.

& in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Item non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel. Ac deinceps: Non est bonum panem sumere filiorum, & mittere canibus ad manducandum. Voces namque eiusmodi, voces erant odij, non iuxta rationem diuinitatis, sed secundum sensum carnalis, priori non consonantes proposito eius, vel scripturarum veritati. Nam priusquam in carnaretur, amorem ecclesiæ gentium professus fuerat in omnibus prophetis. Ita tanquam murato cōfilio obijciebat illi nomen pessimum dicens vxorem hanc accepi, & ingressus ad eam, non inueni virginē. Non inueni, inquit, eā virginem, sed multorum deorum, tanquam multorum virorum milibus profuturā. Verum id frustra fuit. Nā in copula prædicta, in illa incarnatione filij dei sacrosancta vestigia virginitatis spectanda reposita sunt. Egit enim illa quondam prostituta, egit (inquit) poenitentiam, mortificauit carnem suā, insuper & sub gladijs persecutorū, propter illum virum suum fudit sanguinē suum. Quid igitur? Tollent (inquit) eā pater & mater eius, & deferent secum signa virginitatis eius ad seniores vrbs illius, qui in porta sunt, & expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis, & apprehendent virum & verberabunt eum, &c. vt supra. Nempe miro modo, miro charitatis ordine, propter ipsum crimen, vnde ecclesiam de gentibus redarguit, homo factus dei filius, ipse verberatus & cruci affixus est, & in porta ciuitatis coram senioribus vrbs, id est, in consistorio cæli, in conspectu patris & sanctorum angelorum eius, virgo esse iudicata est, quæ in coniunctione eius posuit vestigia sanguinis sui, quæ in prædicatione eius poenitentiam egit, quæ pro fide eius sanguinem fudit. Nempe & si ante prostituta fuerat, postquam tamen sic illi coniuncta est, iam virgo meretur dici, & est. Quis verò pater, vel quæ mater est eius, nisi ordo apostolicus, & ecclesia primitiua, quorum testimonio in cælo & in terra defenditur? Verberabit (inquit) illum, condemnantes insuper centum siclos argenti, quos dabit patri puellæ, quoniam diffamauit nomen pessimum super virginem Israel. Denique quia de peccato arguebat ecclesiam siue synagogam quam virginē esse volebat, idcirco vir iste verberatus, insuper & crucifixus est, imò vt peccatum prostitutionis eius deleter, idcirco verberari & crucifigi dignatus est, deditque centum siclos argenti, id est, plenitudinem donorum spiritus sancti. Habebit ergo (inquit) eā vxorem, & non poterit dimittere omni tempore vitæ suæ, videlicet impleta propheta, quæ dicit: Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui, & gaudebit sponsum super sponfam, & gaudebit super te deus tuus. Sequitur. [Quod si verum est quod obijcit, & non est in puella inuenta virginitas, eiciet eam extra fores domus patris sui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur, quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui, & auferes malum de medio tui.] Hoc interim sciendum est, quia cum gratia dei in potestate mulieris est, vtrū crimen quod ab hoc viro obiectum est verum sit an nō. Etenim quæ poenitentiam egit, vt supra dictum est, & ita virginem castam se exhibuit, in illa nomen pessimum perijt, quæ autem poenitentiam non egit, magisque Barrabam quam dei filium: magis amat Antichristum quam Christum, hæc diffamata est, quia verè fecit nefas in Israel, & peccatum eius manet, igitur eiciet eam (inquit) videlicet synagogam, extra fores quondam patris sui dei, & lapidibus obruent eam viri ciuitatis eius, scilicet omnes iudices, qui sedebunt super thronos iudicantes duodecim tribus Israel, & morietur, quia fornicata est in domo patris sui, id est, condemnabitur, quia diabolo adhæsit, cum haberet legem & Prophetas dei sui.

Mat. 10.  
Ibid. 19.

Esaiæ 62.

Mat. 10.

*Si dormierit vir cum vxore alterius, vtrique morientur, & quæ sit distantia eius in agro, & eius quæ in ciuitate reperta est, & quod adulter diabolus, puella verò quam oppressit in agro synagoga fuerit in Aegypto.* CAP. XX.

**S**i dormierit vir cum vxore alterius, vtrique moriantur. i. adulter & adultera, & auferes malum de Israel. Hæc de adulterio generalis sententia est: Sed differt, vtrū per vim, an per consensum adulterium perpetratum sit. Sequitur ergo. [Si puellam virginē desponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum illa, educes vtruncque ad portā ciuitatis, & lapidibus obruent: puella, quia non clamauit cum esset in ciuitate: vir, quia humiliavit vxorē proximi sui: & auferes malum de medio tui. Si autē in agro repperit vir puellam, quæ desponsata est, & apprehenderit, & concubuerit cum ea, ipse morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis, quoniam sicut latro cōsurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius, ita puella perpeffa est. Sola erat in agro, clamauit, & nullus adfuit qui liberaret eā.] In manifesta discretæ rei iustitia, iustum nihilominus adulterij spiritualis iudicium est. Nā qui cum vxore alterius dormiuit, vir impurus diabolus est, qui creaturā rationālē, scilicet hominē corrumpere ausus est, & hic quidē in agro puellam virginē deo desponsatam inuenit, & cum illa concubuit, quādo ante legem datā peregrinantē in Aegypto, gentem Hebræā sibi subiugauit, seruiebat enim illic dijs alienis, quā in Abraham, Isaac, & Iacob desponderat sibi deus legitimus vir. Clamauit puella, & nullus affuit, qui liberaret eam, nullus (inquam) non erat enim lex, non venerat Propheta, qui à cultu deorum Aegyptiorum reuocaret gentē illam, nisi quod clamor eius venit ad Iesum, & hic solus descendit, vt liberaret populū suum, itaque sicut latro cōsurgit contra fratrem suum, & occidit animam eius: ita puella illa, ita gens nouella

Exod. 14.

Esaie 62.

Esaie 50.

nouella illa perpeffa est, & intus diabolus corruptentem, & foris Pharaonem, feruituti subiectentem. Sola erat in agro illo, in Aegypto sola, longè remota à ciuitate dei & regno. Igitur vir ille (inquit) morietur solus, puella nihil patietur, nec est rea mortis. Talis nempe adulterij poenam solus portabit diabolus, quemadmodum in typum eius solus perijt Pharaon cum curribus suis, & equitibus, gens aurem illa nihil passa mare transiuit, glorificata miraculis defensa coelestibus præsidijs. At hic idem adulter toties puellam desponsatam in ciuitate inuenit, & toties cum illa concubuit, quoties gens eadem iam scripruris sanctis, & angelorum munita præsidijs, Idololatricæ sese prostituit, inuitando Beelphegor, colendo Baal, seruendo Astaroth. Amplius autem tunc diabolus corruptor cum illa in ciuitate concubuit, quando æternum sponsum & amarorem animarum Iesum Christum filium dei, crucifigi, virumq; homicidam sibi donari petiit. Igitur educes (inquit) vtrumq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruentur. Palam est omni mundo, quia iam adultera illa educta est, iam non solum spiritaliter, sed corporaliter quoq; & visibiliter de ciuitate dei protracta est, multiq; calamitatibus tanquam lapidibus obruta est. Amisissis iam angelorum præsidijs, nullum iam habens vigilem, id est, prophetam, de qualibus ipse deus, Super muros tuos, inquit, Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte non tacebunt laudare nomen domini. Ipsa quoq; ciuitas terrena Hierusalem deserta est facta, & tæplum exultu est, & qui Romanorum gladio superfuerunt, in omnes gentes captiui ducti sunt.

*De eo quod ait: Vtriq; moriantur, subaudiendum esse, Si cum consensu mulieris dormierit cum ea vir.*

CAP. XXI.

**I**gitur si dormierit (inquit) vir cum vxore alterius vterq; moriantur, subauditur, si cum consensu mulieris dormierit cum ea vir. Nam si inuita violata est, si vim perpeffa est, ita quemadmodum latro cõsurgit aduersus fratrem suum, & occidit animam eius, adulter solus erit vir, illa nihil patietur, nec est rea mortis. Quare? Videlicet quia sola caro violata est, animus autem (vbi sedet fides coniugij) incorruptus. Sola fides violata in crimine est, sola fidei perditio adulterium est. Nam vbi nullius desponsionis sigillata est fides, si corruptor accesserit, iam quidem vitium, sed in neutro adulterium est. Nam sequitur [Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet sponsum, & apprehendens concubuerit cum ea, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormiuit cum ea patri puellæ, quinquaginta siclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliavit illam. Non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ.] Igitur sanctio coniugij non tam in coniunctione vel commixtione carnis, quam in sacramento desponsionis est. Quapropter legitime ac rationabiliter de virgine nunquam cognoscenda carnaliter vel cognita, loquitur angelus ad Ioseph: Ioseph fili David noli timere accipere Mariam coniugem tuam, quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. Legitime (inquit) id est, secundum legem præsentem vocat illam in euangelio coniugem propter solam desponsionis fidem. Porro de spiritali adulterio idem sentiendum est, videlicet quod inuitam, vel ab adultero vim passam, nullam animam proprius vir deus quasi adulteram iudicat. Quod oprime sciens martyr inuicta, eademq; virgo pudica, dicit primam de carnali adulterio sic: Nunquam inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Nam si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Sumprum quoq; de præsentis legis loco testimonium sit inferit, dicens: Nam sic patitur deus violatorem castitatis, sicut serpentem, sicut latronem, sicut barbarum. Porro de spiritali adulterio itidem dicit. Nam & si in manu mea thura ponas, & per manum meam facias sacrificia, deus hæc attendit & ridet. Et de vtroq; communem reddens sententiam, de sensibus enim & de voluntatibus (inquit) iudicat.

*De eo quod eunuchus non intrabit ecclesiam domini, quot sunt eunuchorum species, & qualis eunuchus non ingrediatur in ecclesiam domini.* Cap. XXII.

Matt. 19.

**N**on intrabit eunuchus attritus vel amputatis testiculis, & abscisso veretro in ecclesiam domini. In Esaia legimus: Et nõ dicar eunuchus, ecce ego lignum aridum, quia hæc dicit dominus: Si custodierint sabbata mea, & egerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius, à filijs & filiabus, nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Ergo ne sic sibi contraria sunt lex & prophetæ, vt dicat lex, non intrabit eunuchus in ecclesiam domini, dicat contra dominus in Propheta: Dabo eunuchis locum in domo mea, & in muris meis? Quæ est enim domus, aut qui muri domini, nisi ecclesia domini? Sed profectò intellectus eunuchi non idè hic est & illic. Illic enim in litera, hic autem in spiritu eunuchus intelligendus est, quia spiritalis est. Quapropter iam ipsas eunuchorum enumeremus species. In euangelio dominus dicit: Sunt eunuchi qui sic nati sunt, & sunt eunuchi qui ab hominibus facti sunt. Et sunt eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Hæc tertia eunuchizatio, siue castratio, quia non ferro abscissionis, sed proposito sit castitatis, magis quidem spiritalis est, veruntamen non omnino, quia manifestus in carne cœlibatus est. Et hic proculdubio laudabiles sunt eunuchi, quibus iuxta Prophetam prædictum dat dominus locum in domo sua, & in muris suis, nomenq; melius à filijs & filiabus. Horum omnium generum de nullo veraciter dicas

dicas, quia nõ ingreditur ecclesiam domini, nisi quod sacros tantum altaris honores authoritas canonica truncatis vel abscisis interdicat. Quapropter querendū adhuc est, qualis sit ille eunuchus qui non ingreditur ecclesiam domini. Querentibus hoc illis quoq; illud sese offert, quod alibi dictum est: Maledictus omnis qui non facit semen in Israhel. Neutrum quippe sine altero rectè intelligi potest, quia videlicet verba quidem diuersa, sensus tamè idem est. Igitur eunuchus qui nõ ingreditur in ecclesiam domini, & non faciens semen in Israhel, qui & idcirco maledictus esse debet, quia semen non fecerit in Israhel, ille est, qui cum possit verbo ædificare proximum, mutus incedit: vel cum bona & vtilia nouerit, ociosa magis, & vana diligit. Hic illi oppositus est, qui se castrauit propter regnum cœlorum: quia videlicet quantum ille laudabilis est, eo quod facultatè habens naturale seminandi filios carnis, continens est propter regnum cœlorum, scilicet vacare possit orationi, & iuxta Apostolicum consilium tantum sollicitus sit, quæ sunt domini: tantum hic de restabilis est, eo quod commisso habens talentum verbi dei, quo ad ædificationem multorum bene possit operari & vtiliter negotiari, vacat otio, & acceptam indignè gratiam negligit.

*Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, qualicumq; discretionem obseruandum sit.*

CAP. XXIII.

**S**i fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra & non reuertetur priusq; ad vesperam. Lauetur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Hic iam rectè queritur, vtrum post illusionem quæ per somnium solet accidere, quilibet corpus domini valeat accipere, vel si sacerdos possit sacra mysteria celebrare, quia ecce lex non nisi lotum aqua, nec ante vesperam concedit in ecclesiam vel castra intrare. Et quidem spiritaliter intelligitur, quia quasi per somnium illuditur, qui tentatus immundicia, veris imaginibus in cogitatione inquinatur. Et hic lauandus est aqua, vt culpas cogitationis lachrymis abluat, & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsq; ad vesperam cognoscat. Sed vt simplicè nunc teneamus literam, est in eadem somnii illusionem valde necessaria discretio, qua subtiliter pensari debeat, ex qua rementi dormientis accidat. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione cõtingit. Et quidè cū ex crapula contingit, habet exinde animus aliquè reatum, non tamè vsq; ad prohibitionem percipiendi sancti mysterij, vel missarum solennia celebrandi, cum fortasse aut dies festus exigit, aut exhiberi mysterij pro eo quod sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas compellit. Cum verò ex naturæ superfluitate, vel infirmitate inuenit, omnimodo hæc illusio timenda non est, quia hanc animus pertulisse magis q̄ fecisse dolendus est. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio dormientis, patet animo suus reatus. Tribus enim modis omne peccatū cogitationis impletur, videlicet, suggestione, delectatione, consensu. Videat ergo, qua ex radice inquinatio illa processerit, scilicet vtrum suggestione, an delectatione, vel quod maius est peccati consensu acciderit, quod & cogitauit sciens, & pertulit nesciens. Suae igitur conscientie iudicio relinquatur, qui nocturno fuerit somnio pollutus, vt pro modo pollutionis dignè lachrymis suis, vel poenitentiae satisfactione lauetur, priusq; in castra dei regredietur, id est, priusq; sacris mysterijs Christi participetur.

*Quo sensu mystice intelligendum sit quod ait: Fodies per circuitum & egesta humo operies.* CAP. XXIII.

**H**abebis locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gerens paxillum in baltheo. Cuiq; sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies, quo releuatus es. Dominus enim deus tuus ambulat in medio castrorum, vt eruat te, & tradat inimicos tuos tibi, vt sint castra tua sancta, & nihil in eis appareat foeditatis, ne derelinquat te. Fodies (inquit) per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es. Naturæ corruptibilis pondere grauati, à mentis nostræ vtero quædam superflua cogitationum quasi mentis grauamen erumpunt. Sed portare sub baltheo paxillum debemus, vt videlicet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos stimulum compunctionis habeamus, qui incessanter terram mentis nostræ poenitentiae dolore confodiat, & hoc quod à nobis foetidum erumpit abscondat. Ventris quippe egestio fossa humo per paxillum regitur, cū mentis nostræ superfluitas subtili redargutione disculsa, ante dei oculos per compunctionis lux stimulum cœlatur. Huic sensui legis illud quoq; de euangelio congruit. Qui amat animam suam, perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Amat quippe animam suam, qui quantum in delicijs, tantum in vitijs fouet præsentem vitam suam, qui sibi blanditur, qui etiam malam defendit vitam suam, qui dicit cum isto stulto diuere: Anima, habes multa reposita in annos plurimos. Iste ergo perdet eam, nocte enim, id est, tẽpore vel hora quã ignorat, reperent eam. E contra odit animam suam, qui abhorret, qualem fuisse meminit præteritam vitam suam, qui conuersus in gemiscit, & seipsum punnit per poenitentiam, numerans singulos actus suos, & pro singulis semetipsum accusans, & proprio condemnans iudicio. Nam hoc quoq; quasi sedens fodit per circuitum, & egesta humo operies, quo releuatus est, iuxta prophetam, dicentem: Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercita

exercitabar & scopebam spiritum meum. Hoc agit pro reuerentia domini deifui, ambulantis in medio castrorum, ne quid foeditatis appareat coram illo, & offensus derelinquat locū cordis foeditum. Iste ergo in vitam æternam custodit eam.

*Quomodo Christus faciat hoc quod ait: Ne tradas seruum domino, qui ad te confugerit, id est, eum qui ad se conuersus fuerit non relinquit diabolo, & quomodo huc obseruare debeat ecclesia.*

## CAPVT XXV.

**N**on tradas seruum domino suo, qui ad te confugerit. Habitabit tecū, in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet, nec contristes eum. ] Ut interim sensum spiritua- lem continuemus, huic capitulo illud euangelij dictum consentit: Omne quod dat mihi pater ad me veniet, & eum qui venit ad me non eijcā foras. Eum (inquit) qui venit ad me, siue seruū siue li- berum, id est, siue Gentilem, siue Iudæum, non eijcā foras. Nam seruus tot dominorum, quorū cul- tor dæmoniorum, gentilis erat populus, liber autem Iudaicus sibi videbatur. Sed & singuli ho- minum, quorū vitiorum vel peccatorum, tot sunt serui dominorum, quia omnis qui facit peccatū seruus est peccati, propter quod & non manet in domo in æternum. At ille liberator, eum qui ve- nit ad se, non eijcit foras vt iam dictum est, id est, conuertentium se ab errore vitæ suæ nullum à sua repellit gratia, siue ille Iudæus siue Gentilis sit, siue masculus, siue foemina, siue barbarus, siue Schyta. Igitur & hoc modo legem adimplet, non tradendo seruum domino, qui ad se conuersus fuerit, non relinquendo diabolo, cui hætenus seruiuit. Quod postulas Psalmista dicit: Nō tradas me domine à desiderio meo peccatori. Tu ergo quicūq; es consecrualis eius, qui legē dedit, qui cūq; in domo eius, quæ est sancta ecclesia, sanctæ libertatis officia suscepisti, non tradas seruum domino suo, qui ad te cōfugerit, id est, peccata sua confitentē, & ea relinquere volentem, ne in de- sperationem abigas, qualecūq; crimen vel quantumcūq; admiserit: Ne contristes eum, imò cō- solare iuxta Apostolum: Ne abundantiori tristitia absorbeatur. Habitabit tecum in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarum requiescet, id est, in quocūq; proposito vel ordine deuoue- rit suam vīq; ad finem poenitentiam ager. Cæterum iuxta sententiam literalem: Hoc præceptū sancta Christi ecclesia sic obseruat, vt secundum canonicam auctoritatem, Iudæorum, siue paga- norum mancipia, semel ad ipsam fugientia, nunquam quibuslibet suasionibus reddere debeat. Sanctiū quippe est lege canonica, vt li quilibet Iudæorum aut paganorum, seruus ad venerabilia loca fidei causa confugerit, nullatenus eum patiamur præiudicium sustinere. Sed siue olim Chri- stianus, siue nunc fuerit baptizandus, sine vilo Christianorum pauperum damno, religioso eccle- siasticæ pietatis patrocinio in libertatem omnibus modis defendatur.

*Quid sit spiritualiter, ingresso vineam proximi duas intus comedere. Foris autem non efferre.*

## CAPVT XXVI.

**I**ngressus vineam proximi tui comede duas, quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum. ] Proximus tuus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus est, qui vulneratum hominē vbi ab Hiericho in Hierusalē descenderat, misericorditer suscepit, & inde proximus eius dicitur, & est, quia cum illō misericordiam fecit. Vnde & loquitur per prophetam: Quasi prox- mum, quasi fratrem nostrum, sic complacebam. Porro vinea eius ecclesia eius est, quemadmo- dum in propheta dicit spiritus: Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineæ suæ, vinea sa- cta est dilecto meo in cornu filio olei. Ac deinceps: Vineam enim domini exercituum, domus Isra- hel est, & vir Iuda germen delectabile eius. Vineam hanc ingressus es, quando ad fidem Christi tanquam operarius à patrefamilias vocatus es. Comede ergo (inquit) duas, quantum tibi placue- rit, foras autem ne efferas tecum, id est, opera bona quantumcūq; potes corde bono & animo vo- lenti, nihil autem quasi ad oculos hominum. Qui enim lucem suam lucere facit coram homini- bus, vt videant opera eius bona, & glorificent patrem, qui est in cælis, ille profectō intus duas co- medit, & proximo suo nequaquam damnosus, imò charitati eius graciosus existit. Qui autem fe- cit iustitiam suam coram hominibus, vt videatur ab eis, duas proculdubio foras extulit, & in hoc amici gratiam læsit. Dicit enim de huiusmodi: Amen dico vobis receperunt mercedem suā. Rece- perunt (inquam) nec æternā familiaritate ad eandem proximi ingredientur vineam.

*Quid sit de segete spicas frangere, & manu conterere falce autem non metere.*

## CAPVT XXVII.

**S**intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes. ] Eius- dem amici vel proximi seges sancta scriptura est, quæ de patrum eius secundū carnem dictis vel factis contexta est. Franges ergo (inquit) spicam manu, vt ad latentia grana peruenias, i. dil- cuties occidentem literam, vt de reposito intrinsecus spirituali sensu viuas. Falce autem non metes, id est, non condemnabis, qualecūque illud sit quod ab antiquis patribus sit, aut actum est. Verbi gratia: Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, hæc & his si- milia, si tanquam adulteria reprehendas, aut iudices, rationem non discernens temporum, quod videlicet

videlicet ante legem, alia licentia fuerit, alia sub lege, atq; alia in pulchritudine sit euāgelij, si (in- quam) hæc reprehendas, vel condemnes in hominibus sanctis patribus nostræ fidei, quorū de se- mine salus nobis Christus aduenit, nimirū segetem amici falce indiscriminata messuisti: Manu igitur tantum horrentem spicam conteres, id est, per allegoriam dicta esse hæc intelliges.

*Quod homo si acceperit uxorem, & eam oderit, permittitur ei dare libellum repudij, qualiter & in singulis nostrum debeat intelligi, & qualiter Christus synagogæ id fecerit.*

## CAPVT XXVIII.

**S** accepit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam foeditatem, scribet libellū repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritum duxerit, & ille quoq; oderit eam, dederitq; illi libellum re- pudij, & dimiserit eam de domo sua, vel certē fuerit mortuus, non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terrā tuam quā dominus deus tuus tibi tradiderit possidendam. ] Patet profectō, quia vis præcepti ra- tionem iuxta literam caret. Quod & veritas in euāgelio restatur, dum pharisæis obijcientibus, quid Moyses mandauit dare libellum repudij, & uxorem dimittere: respondens dixit. Quoniam Moy- ses ad duriciam cordis vestri, mandauit nobis dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic, & cætera. Et hic ergo literę spicam conteramus, atq; inde spiritualis sensus granum capiamus. Homo uxorem accipit, cum actionis terrenæ suscipit curam, cuius si foeditatem cognouerit, dar- libellum repudij, & dimittit eam de domo sua, quia sæpe ipsa terrena actio quę priusquam habe- retur fortiter amabatur, cum habita fuerit, cuius sit foeditatis agnoscitur cū esse polluta per pec- cata videretur. Dimittat ergo eam vir de domo sua, vt amorē eius reijciat à mente sua. Quæ egressa virum alterum accipiat, quia terrenam actionem, quam tu deseris, alius concupiscit. Sed fortasse & ipsa in odium quandōq; ventura est, vt eam vtiliter dimittat. Bene autem dicitur, dimiserit eā, vel certē mortuus fuerit, quia vnusquisq; terrenam curam aut dimittit, aut moritur, id est, aut nō ei ex animo succumbit, aut propter eam funditus in animæ vita succumbit. Siue ergo sequēs eam maritus dimiserit, siue mortuus fuerit, maritus prior non poterit eam in uxore accipere, quia pol- luta est, vt videlicet is, qui semel curā terrenam atq; vitę præsentis intentionem reliquerit, ad eam vltra nullo modo redeat, quam ipse iam suo iudicio polluit, quia eam prius ideo deseruit, quia pollutam esse cognouit. Cæterum & iuxta allegoriam sensus altior est, in eo videlicet, quod sicut per prophetam restatur est matri vestræ synagogæ, & Iudæi, libellum dedit repudij. Verum- tamen literam eiusdem præcepti, partim per misericordiam præterit idem deus iudicij, cum itidem in propheta dicit: Vulgo dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo duxerit alterū virum, nunquid reuertetur ad eam vltra? Nunquid non polluta, & contaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me dicit dominus, & ego sus- cipiam te. Igitur nunc quidem synagoga libellum accepit repudij, quia quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic illa Christum contempsit, alterumq; maritum diabolum duxit, ve- runtamen ad priorem maritum reuersura est, & ille reuertentē suscipiet, quia cum plenitudo gen- trium subintrauerit tunc omnis Israel saluus erit.

*Quid sit, loco pignoris inferiorem & superiorem molam non debere accipi.*

## CAPVT XXIX.

**N**on accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam, quia animam suam appoluit tibi. ] Accipere dicimus aliquando auferre. Vnde & Paulus Apostolus dicit: Sustinetis e- nim, si quis vos deuorat, si quis accipit, ac si diceret: si quis rapit. Pignus verò debitoris, est con- fessio peccatoris. A debitore enim pignus accipitur, cū à peccatore iam peccati confessio tenetur. Superior autem & inferior mola est, spes & timor. Spes quippe ab alta subuehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessariō iunguntur, vt vna sine altera in- utiliter habeatur. In peccatoris nanque pectore debet spes & formido coniungi, quia incallum mi- sericordiam sperat, si non etiam iustitiam timeat. Incallum iustitiam meruit, si non etiam de mi- sericordia confidit. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior rolli prohibetur, quia qui pec- catori prædicat, tanta dispensatione componere debet prædicationem, vt nec derelicta spe, ti- morem subtrahat, ne subtracta spe in solo eum timore derelinquat. Mola enim superior aut in- ferior collitur, si per prædicantis linguam, in peccatoris pectore, aut timor, ab spe, aut spes à timore diuidatur.

*Quid sibi velit, quod premissa sententia in eum, qui fratrem suum vendiderit, plagam lepræ cauendam esse, mox subiunxit, & quod ille quoq; fratrem suum vendat, qui venale habet euangelium Christi, ac proinde leprosus sit, vt Gypsi.*

## CAPVT XXX.

**S**i deprehensus fuerit homo sollicitans fratrem suum de filiis Israel, & vendito eo acceperit precium, interficietur, & auferes malum de medio sui. Manifeste iuxta literam quocumque genus de in venditione fratris sacrilegium est, cuius reos se constituerunt filii Iacob, quando ab illis in seruum venundatus est Ioseph. Sed continuo sequitur. [Oserua diligenter, ne incurras in plagam leprae, sed facies quocumque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, iuxta id quod praecipit eis, & imple sollicitate. Et protinus. Memeto quae fecerit dominus deus vester Mariae in via, cum egresseremini de Aegypto.] Quid nam hoc sibi vult, quod praecipit tali praemisso lepra tantopere cauendam esse decernit. Aut nunquid obseruare potest, aut in arbitrio eius est, plagam leprae non incurere. Ergo & in hoc alius quippiam requirendus est. Deprehensus quippe est homo, qui vendito fratre suo precium acceperit, quando populus Iudaicus, aut sanguinem Christi, secundum carnem fratris sui funderet, precium dedit & accepit. traditor quippe Iudas precium sanguinis triginta argenteos retulit. Hoc facto tota synagoga, lepra maledictionis incurrit, cuius in typum Mariam (ut suo loco iam dictum est) per totum corpus lepra candens operuit. Igitur quicumque Christum ex lege & prophetis venturum esse didicisti, eiusque venditionem in euangelio legere vel audire potuisti, obserua diligenter, ne incurras in plagam leprae, id est, ne consentiendo sacrilegiis Iudaeorum, maledictione operiaris, & sempiterna confusione induaris, & cum illo coetu malignantium proiectus, habitans extra castra proficientis in coelum ecclesiae. Hoc inquam obserua diligenter, & fac quocumque docuerint te sacerdotes Leuitici generis, id est, praedicatores euangelicis veritatis. Ipsi enim docere te possunt, qualiter lepra careas eiusmodi. Praeterea fratrem suum & ille vendit, qui venale habet euangelium Christi. Frater enim vester ille est, quemadmodum in euangelio dicit: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum. Et alibi cum dixisset: Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei: extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater mea & fratres mei. Qui ergo venale habet Christi euangelium, maxime vero si venale faciat quaecumque Christi sacramentum, profecto hic vendit fratrem suum. Hic autem ad id lepram incurrit, ut hereticus iudicetur, quemadmodum in actibus Apostolorum magus ille Simon, a quo vix hodie venditores vel emptores gratiarum Christi, Symoniaci dicuntur. Igitur quicumque legisti vel audisti, gratis accepisti, gratis date, obserua (inquit) diligenter ne incurras plagam leprae, subauditur pro tali fratris venditione, & hoc patiaris in anima, quod Gyezi per tulit in corpore. Nam quemadmodum lepra Mariae cladem illorum spiritualem significat, qui per superbiam mentis in foetam incidunt haereticam doctrinam, sic lepra Gyezi morbum illorum exprimit, qui propter venalitatem cuiuslibet euangelicam gratiam, tanquam leprosi proiecti de sinu matris ecclesiae.

*Eum qui repetit rem aliquam a proximo, non debere domum eius ingredi, id est, neminem debere curiosum vel suspiciosum esse erga conscientiam peccatoris.*

CAPVT XXXI.

**C**um repetes a proximo tuo rem aliquam quam debet tibi, non ingredieris domum eius ut pignus auferas, sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. Sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum, ut dormies in vestimento tuo benedicat tibi. In ipsa superficie sua, pulchra & amabilis est ista clementiae lex. Porro id quod intrinsecus laet, pulchrius est. Spiritualmente namque rem aliquam a proximo repetimus, quoties proximum pro aliquo peccato corripimus, iuxta illud euangelicum: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum, inter te & ipsum solum. Non ingredieris (inquit) domum eius ut pignus auferas. Domum proximi ille ingreditur ut pignus auferat, qui curiosus & nimium suspiciosus vitam eius percrutat, ut accusationem aduersus illum inueniat. Non ergo ingredieris (inquit) domum, id est, non curiosus aget, ut publice arguere vel reprehendere possis, quae forte secreto commissa sunt. Sed quid? Foris stabis, & ille tibi proferet quod habuerit. Foris, inquam stabis, foris pulsabis, foris sermonem facies, ita ut non vni, sed omnibus, non de vno, sed de cunctis loqueris, announcemento quod nihil occultum, quod non reueletur, nihil occultum quod non saltem in futuro iudicio sciatur, quatinus dum omnes sollicitos reddis, vnus securus non sit. Tunc ille tibi proferet quod habuerit, id est, sponte sua confitebitur, quod fecit, & tu pro illo orabis, iuxta praecipitum Apostoli dicentis: Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, ut saluemini. Tu itaque sponte confitenti, statim dimittes ei. Nam hoc est quod sequitur: Non pernoctabit apud te pignus si pauper est, sed statim reddes ei ante solis occasum, & cetera. Hec in te discretio esse debet, ut si pauper spiritu est, si humiliter confiteretur, si pro peccato suo compungitur, statim dimittas ei ante solis occasum, id est, antequam incidat in desperationis periculum, ut dormiens in vestimento suo, id est, requiescens in spe salutis suae benedicat tibi, quia tu animam eius lucrificasti, ut habeas iustitiam coram domino deo tuo, videlicet quam subaudire te voluit dicendo, si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.

*Quod illa non videantur contraria, quod dictum est, non occidentur patres pro filiis, & qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus.*

CAP. XXXII.

Non occi-

Matth. 18.

Matth. 10.

Iaco. 5.

Matth. 18.

**N**on occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus, sed vnusquisque in peccato suo morietur. Alibi dictum est: Qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus, in terram & quartam generationem. Nec haec sibi contraria videantur, cum dicit: nec filii occidentur pro patribus, subaudiendum est, qui peccata patrum non sequuntur. Nam vbi dictum est: Qui reddis iniquitatem patrum in filiis ac nepotibus, idem subaudiri oportet, qui patres iniquos imitatur. In qua distinctione cum ratio iustitiae manifeste se offerat, de solis paruulis magna & antiqua questio est, cur cum nullum habeat actuale peccatum, pro sola iniquitate patrum, id est, pro originali peccato apud inferos detineatur. De qualibus cum rectissime deo dicas. Iudicia tua abyssus multa, & id beati lob sub tali persona, & multiplicabis vulnera mea etiam sine causa. Illud tamen de omnibus morti praedestinati sciendum est, quia generationis vel superfluae originis eorum causa peccatum est. Post peccatum namque. Eua dictum est: Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. Na e contra generationis vel originis eorum, qui ad vitam praedestinati sunt causa efficiens benedictio dei est, dicentis ante peccatum: Crescite & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, &c. Profecto paruuli, qui ante perceptam Christi gratiam ex hac luce subtrahuntur, eo ipso, quod sic subtrahuntur, palam faciunt, quia non ex praemissa benedictione, sed ex subsequente peccati superfluitate orti sunt. Quae ergo iustitia dicentis: Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, superflui homines nati sunt, eadem & moriuntur. Proinde diligentiori adhuc determinatione sententia supplenda est. Nec filii pro patribus morientur: subauditur, si patres alios, scilicet sanctae ecclesiae sacerdotes, imo patrem alium, id est, nouum Adam Christum habere mereantur.

*Non esse recolligenda ea, quae in messe post tergum relicta sunt, id est, non semper, vel omnia debere abscondi bona opera ab oculis hominum. CAP. XXXIII.*

**Q**vando messueris segetem in agro tuo, & manipulum oblitus reliqueris, non reuerteris ut tollas eum, sed aduenam & pupillum & viduam patieris auferre, ut benedicat tibi dominus deus tuus, in omni opere manuum tuarum. Si fruges colliges oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuertaris ut colligas, sed relinques aduenam, pupillum, ac viduam. Memento quod & tu seruieris in Aegypto. Et haec literae superficies plana, mentes nostras valde ad humanitatem vel pietatem aedificat, nec occidit haec literae pars. Imo non minus quam spiritus viuificat. Ipsum iam spiritum de litera non tanquam vitam de occidente, sed tanquam thesaurum de thesauro, tanquam mel de cera producere promptum est. Spiritualmente namque melles segetum, fruges oliuarum, racemi vinearum nostrarum, opera iustitiae nostrae sunt. Et segetes viciae nostrae, oliuas nostras, racemos quoque nostros, absque villo residuo colligimus, quando ita cauemus iustitiam nostram facere coram hominibus, ut a nullo videamur. Verum si tantopere semper timeamus spectatorem, nunquam habebimus imitorem. Ergo non reuertaris (inquit) ut tollas eum, quae oblitus reliquisti manipulum, non ut colligas quicquid in arboribus remanserit olearum, aut in vinea quicquid residuum fuerit racemorum, sed aduenam & pupillum & viduam patieris auferre, sed relinques pupillum, ac aduenam, ac viduam, sed cedent in vltis aduenam pupillum ac viduam. Advena pupillus ac vidua, qui non seminauerunt, quia oliuas & vineas non plantauerunt, pauperes sunt ecclesiae, qui fidem habent quidem, sed nondum fidei congrua opera iustitiae fecerunt. Plura ergo operum nostrorum propter periculum misere vanitatis intra conscientiae secretum quidem reponamus, aliqua tamen huic iustitiae pupillis vel aduenis ac viduis relinquamus, ut nostris prouocentur exemplis, ut sicut ait dominus noster, videant opera nostra bona, & glorificent patrem nostrum, qui in caelis est.

*Quare in corripiendo homine quantitas plagarum, quadragenarium non debeat excedere numerum, & de quadragenario ieiunio domini. CAP. XXXIII.*

**S**i fuerit causa inter aliquos, & interpellauerint iudices, quae iustum esse perspexerint, illi iustitiam palmam dabunt. Quem impium, condemnabit impietatis. Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis, prosternerunt, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagatum modus, ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedat, ne sceleratus ante oculos tuos frater tuus habeatur. Plagarum virgarum medicamentum scimus esse culparum, quae non ad mortem sunt, quo scilicet & praeterita culpa diluatur, & de futuro peccati cupiditas metu poenae experte reprimatur. Nam & iccirco in ecclesiastica disciplina improbos & dueros ac superbos vel inobedientes, verberum vel corporis castigatione in ipso initio peccati coercere debemus, scientes scriptum: Stultus verbis non corrigitur. Et iterum: Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius a morte. Sed quare secundum hanc legem quantitas plagarum quadragenarium non debet excedere numerum? Quare prostrato homine sub rotis plagarum foedum esse debuit pupillo illi, non sariari numero rotarum plagarum? Videlicet, quia simul omnes ipsi peccauerunt in scelere vituli, quem fecit Aaron: & prostratus Moyses quadraginta diebus, & quadraginta noctibus sub plagis ieiuniorum satisfecit domino pro reatu ipsorum: sic enim dicit: Et iacui coram domino quadraginta diebus & noctibus, siue & prociidi ante dominum, sicut prius quadraginta diebus & noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata vestra vestra

Exod. 34.

Psal. 111. Iaco. 5. Gene. 3.

Gene. 1.

Matth. 5.

Prover. 27.

Deute. 9.



vestra quæ fecistis contra dominum, & exaudiuit me dominus etiam hac vice. Bene ergo in ipso feruore iudicij, lex sancta misericordiam facit, mira diligentia non immemores esse permittens delicti vniuersalis, sub omni poena singularis cuiuslibet hominis, dum eius tenentur lege numeri, quo ipsi alio vapulante, misericordiam consecuti sunt. Hæc pietas legis Paulo quoque Apostolo modice subuenit. Ait enim: A Iudæis quinquies, quadragenas vna minus accepi. Iudices iniqui iniuste iudicatum, impie prostratum, ne voluptate cædis, vel delectatione crudelitatis toto viderentur permissio vti, parce quinquies verberauerunt, dum de quadragenario numero, quæ transgredi non audebant, plagam vnam iam lacerato corpori denodauerunt. Porro qui spiritua liter totam legem adimpleuit, nouus homo Iesus Christus, huic quoque parti legis in semetipso sic obtemperauit, vt pro gula primi hominis, ieiuniorum plagas sustinens, quadragenarium non excederet dierum numerum, nam consummatis illis ecce accesserunt angeli, & ministrabat ei. Vbi vsque hodie solene est tam publicis quam priuatis satisfactionibus hunc dierum indicere numerum, & ita sponte sua prostratos ac poenitentes legitime plagis abstinentiæ coram domino verberari.

1. Corin. 9.

**N**on alligabis os bouis terentis in area fruges tuas. Nota iam dudum & celebris auctoritas bouem hic simpliciter vetat intelligi. Paulus namque Apostolus cum dixisset: Nunquid non habemus potestatem manducandi & bibendi, subsecutus adiunxit: Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Moyse: Non alligabis os bouis trituranti. Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos vti que dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat in spe fructus percipiendi. Igitur bos hoc loco Euangelista, id est, euangelij prædicator debet intelligi, qui tunc vti que triturando in area granum à palea separat, quando scripturas tractando in publica ecclesia, sensum legis spiritua litera producit. Huic iustitia dei prouiderit, dicendo: Non alligabis os bouis terentis in area fruges tuas, id est, non patieris esurire in corpore prædicatorem, qui tibi ministrat animæ victualia: non inquam illi negabis tua carnalia, qui sua tibi seminat spiritualia, præsertim cum in euangelio & veritas eadem, eademque dicat iustitia: Dignus est operarius mercede sua.

Luce. 19.

*De eo quod ait: Vxorem defuncti accipiet frater eius, & suscitabit semen fratris sui. Et de Ruth Moabitide, qua genitus est Obed pater Isai, patris David.*

CAPVT XXXVI.

Ruth 4.

**Q**uando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri, sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui. Et primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetque: Non vult frater viri mei suscitare semē fratris sui in Israel, nec me in coniugium sumere. Statimque acceritur eum faciet & interrogabit. Si responderit, nolo eam vxorem accipere, accedet mulier ad eum coram senioribus, tolletque calciamentum de pede eius, & spuetque in faciem eius, & dicit: Sic fiat homini, qui non ædificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel, domus discalearum. Secundum hanc legis literam via facta, aditus apertus est, quo in generatione Christi, qui secundum carnem ex Iudæis est, gentilitas quoque locū haberet, vt scilicet Ruth Moabitide Booz iure propinquo vxorē acciperet, recusante illo qui erat propinquior accipere vxorē fratris sui, & suscitare semen eius. Vbi tamē notandū, quia non omnino secundum hanc legē accessit mulier ad illū corā senioribus, vt tolleret calciamentū de pede eius, spueretque in faciem illius, & diceret: Sic fiat homini, qui non ædificat domū fratris sui, sed dixit illi propinquo Booz. Tolle calciamentū. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus natu & vniuerso populo Israel. Testes vos (inquit) estis hodie, &c. Foris quia peregrina erat mulier, iccirco non tota licētia, vel permissio legis vti aucta est. De illa genitus est Obed pater Isai, patris David, qui secundū carnē pater est dñi nostri Iesu Christi. Itaque (vt iam dictū est) per gratiā legis huius admilla est in generationē Christi filij dei (vt iam diximus) post Raab meretricē Ruth Moabitidis. Secundum quā Esaias propheta dicit: Emitte agnū dñe dominatōrē terræ, de petra deserti, ad montē filiæ Sion. Petra namque deserti, mulier illa fuit de medio gentilitatis, quæ videlicet genulitas, prius à deo deferta extitit, vnde secundum carnem, agnus dei filius David Christus processit.

Esaie 16.

Ioh. 20.

*Quod mysticè vir defunctus Christus sit, & frater eius, qui præualeat regere ecclesiam dei, suscitare debeat semen eius.* CAP. XXXVII.

**P**orro mysticè frater defunctus ille est, qui post resurrectionis gloriam apparēs, dixit: Ite nunciate fratribus meis, qui quasi sine filiis obijr, quia adhuc electorum suorum numerū non impleuit. Huius scilicet vxorē superites frater sortiri præcipitur, quia dignū profectō est, vt cura sanctæ ecclesiæ, ei qui hanc bene regere præualeat, imponatur. Cui nolēti, mulier in facie expuit, quia quilibet ex muneribus quæ percepit, prodesse alijs non curat, bonis quoque eius sancta ecclesia exprobrans, ei quasi in facie saliuam iacit. Cui ex vno pede calciamentū tollitur, vt discaleari domus vocetur,

vocetur. Scriptum quippe est: Calciati pedes in præparatione euangelij pacis. Si ergo vt nostram, sic curam proximi gerimus, vt rursus pedem per calciamentum munimus. Qui verò suam cogitans vilitatem, proximorum negligit: quasi vnus pedis calciamentū cum dedecore amittit. In reuera vxor defuncti, vxor inquam synagoga, quæ defuncto, id est, illi, qui pro ipsa mortuus est nupte debuit, nuplit alteri, quippe quæ & Barabam latronem habere maluit, & contempto eo, qui in nomine patris sui benedictus aduenit, illum expectet alium qui maledictus in nomine suo venturus est. Vnde & illud: Quia iuxta me discooperaui, & suscepisti adulterum.

Ephe. 6.

Esaie 17.

*Si habuerint inter se iurgium viri, &c. Et cuius rei mysteriū sit in Christo & Satana synagoga, & quomodo manus synagoge nunc abscisa sit.* CAP. XXXVIII.

**S**i habuerint inter se iurgium viri, & vnus contra alium rixari cœperit, volensque vxor alterius viri eruere virum suū de manu fortioris, miserit manū suam, & apprehenderit verenda eius, abscindes manū illius, nec flecteris vlla misericordia super eam. Merita poena frontose & impudenti mulierculæ, quæ teneras & occultas inuadendo naturæ radices, dolore simul ac pudore virum forte ipsa sine fortitudine afficeret. Sed quid in conscribenda lege iustitiæ talis ac tantilli infortunij meminisse dignatus est digitus dei? Nempe si sine spiritu vel mystico sensu scriptū putes, exile atque ridiculum hoc literæ corpusculū est. Ergo & in hoc mysteriū quæramus, vt mulierē viri fortis inimicam, vbi que persequamur. Nempe hæc mulier synagoga est. Porro duo viri qui iurgii, imò certamē magnū inter se habuerunt, hinc Christus, atque inde diabolus est. Et ille quidē fortis, sed hic fortior est, quemadmodū dicit. Cum fortis armatus custodit atrium suū, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autē fortior illo superueniens vicerit eum, &c. Huius viri fortioris atque fortissimi, nihil aliud mulier illa, nisi carnis infirmitatē nouit. Nēpe quemadmodū in Noe de vinea, quæ plantauerat ipse, inebriato atque nudato in tabernaculo suo, verenda discooperta, mysticè carnis significat infirmitatē, ex qua crucifigi potuit deus & homo Christus à vinea sua, domo Israel, aceto cum felle, toraque mortis amaritudine inebriatus, sic & in hoc loco verenda viri fortis, quæ mulier viro suo fauces apprehendit, naturam significat humanam eiusdem Christi filij dei, secundum quam tenere illum, & crucifigere potuit synagoga, patribus fauens viri, imò adulteri sui diaboli. Quid igitur? Abscindes, inquit, manum eius, nec flecteris vlla misericordia super eam, palam omni mundo est, totus orbis audiuit & intelligit, quia manus abscissa est synagoge: abscissa inquam à vino corpore, abscissa à tora patriarcharum & prophetarum fide, ita vt nihil operari possit, vt omne opus eius mortuum, & à deo viuo separatū sit. Præterea & toties inter se viri iurgium habent, quoties cum hæretico vir catholicus, fide fortis, ac sermone potens, pro fidei defensione, publicum inuit certamen. Mulier autem volens eruere virum suum de manu fortioris, mittit manum, & verenda illius apprehendit, quando fautorum quilibet disputandi ordinem nesciens, ad turpia vel triualia conuitia prorumpit. Et si quā nouit aut cōingere potest, viro forti saltē falso, de præteritis eius actibus maculam iniicit. Abscindes igitur (inquit) manum illius, nec flecteris vlla misericordia super eam, vt videlicet etiam si qua virtus eius est, tanquā vitium contemnas, & velut stercus abijcias, ita vt confidenter dicas: Melior est iniquitas viri, quam benefaciens mulier.

Luce 11.

Gene. 9.

Eccle. 4.

*Non habebis in sacculo diuersa pondera. Et quod spiritualiter apud se hæc habeat hæreticus.* CAPVT XXXIX.

**N**on habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. Pondus habebis iustum & verum, & modius æqualis & verus erit tibi, vt viuas multo tempore super terram, quam dominus deus dederit tibi. Abominatur enim dominus deus eum qui facit hæc, & aueratur omnem iniustitiam. Pondera (inquit) maius & minus, modius maior & minor. Maius videlicet pondus, & maior modius ad accipiendum vel emendum, minus pondus, & minor modius ad dandum vel ad venundandum. Eius modi emptores vel venditores, rectè mangones, quasi mancones vocamus, eo quod acceperint vel emerint, dando vel venundando mancum faciant, id est, minus: Talibus rectè similis existimatur, quisquis in negotiatione coelesti ac spirituali politus, preciosas verbi dei margaritas, quascunque acceperit parte aliqua in reddendo mutilat, vt videlicet de sacra scripturæ vocibus eisdem aliter sentiat, atque aliter dicat. Nam quali maiore cum pondere vel modio aurum atque argentū, vel frumentum, siue etiam oleum accipit, & cum minore reddit, qui dei verbum recto in trinfecus sensu per intellectum ponderans, contentiosè tamen extrinfecus peruersis vocibus exponendo peruerit. Abominatur inquam, ita vt peccatum huiusmodi, neque in hoc seculo renitti testetur, neque in futuro. Verbum namque contra spiritum sanctum dictum est, vbi reuelante spiritu, scripturæ sensum malè exponendo diminuere malus mensor, ac fraudulentus ponderator audeat.

Matth. 23.

*De eo quod ait: Memento quæ fecerit tibi Amalech, & delebis nomen eius sub caelo, & quod nobis spiritualiter diabolus sit Amalech.* CAPVT XL.

Memento

**M**emento quæ fecerit tibi Amalech in via, quando egrediebaris ex Aegypto, quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassii residebant cæciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & nõ timuerit deum. Cũ ergo dominus deus tuus dederit tibi requiẽ, & subiecerit cunctas per circuitũ nationes, in terra quã tibi pollicitus est, delebis nomẽ eius sub cœlo. **Caue ne obliuiscaris.** ] Iam alibi dictũ, quia lassos Hebræi hic immundos, secundũ legẽ extra castra manentes intelligunt, quos cecidisse Amalechitæ dicuntur, quia sicut ipsi tradunt, eorum circuncisionem amputauerunt, & in subsannationem dei in cœlum proiecerunt. Grauiusimẽ dictũ: feuerissimẽ imperarum cõtra Amalech, tam hic cũ dicitur, Caue ne obliuiscaris, q̃ in Exodo, vbi dictũ est: Scribe hoc ob monumentũ in libro, & trade in auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech de sub cœlo. Porro præcepti huius adimplendi fors super Saul cecidit, dicente domino sic. Recensui quæcunq; fecit Amalech Israeli, quomodo restitit ei in via, cũ ascenderet de Aegypto. Nunc igitur vade & percutre Amalech. Non igitur mirũ aut iniustum, q̃ talẽ ob culpam irrecuperabiliter proiectus est Saul, quia præuaricari ausus est, quod ex lege semel atq; iterum, imò & tertio, tanta cũ grauitate præceptũ est. Cæterũ & imperantis auctoritas, & inobedientis poena timorẽ nobis sancire debet, vt caueamus, ne obliuiscamur, quid nobis fecerit spiritualis Amalech, ex quo egressi sumus de Aegypto, ex quo rubrũ mare baptismi Christi transiimus, quomodo occurrerit nobis, & extremos agminis, qui lassii residebamus, ceciderit, quando eramus fame & labore confecti. Iste namq; Amalech diabolus est, qui ex quo Christi baptismate abluti, peccati originalis reatu euasimus: singulos nostrũ pertinaciter est persecutus: vt quia credentes in Christum, de Aegypto, id est, de ignorantie tenebris exiimus, saltem actualibus præpediti peccatis, terram repromissionis, terram viuientium nequaquam ingrediamur. Nouit quisq; nostrum, quid ab ipso passus sit, qualiter concisus, quibus vel qualibus vulneribus in anima confectus sit. Igitur pro se vnusquisq; nostrum aduersus hunc Amalech, per poenitentiam confurgat, quatinus huius de sub cœlo memoriam perimat, nam Pharaonis & exercituum eius, id est, peccatorum, quæ baptismum præcellerunt, per solam gratiam Christi, rota perijt memoria.

Exod. 17.

1. Reg. 15.

Finis Commentariorum primi libri in Deuteronomium.

**RUPERI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN DEUTERONOMIUM, Commentariorum Liber Secundus.**

*De eo quod ait, Cum intraueris terram, quam dominus deus tuus daturus est tibi, &c. quomodo spiritaliter ad nos perueniat.*

CAP. I.

Cap. xxvi.



**V**TIMVM, id est, nonumdecimum in penthateuco librum eudentes, faciamus quod post illa quæ promissa sunt: cõtinuò dicit sancta hęc & spiritalis lex. [Cumq; intraueris terram, quam tibi dominus deus tuus daturus tibi est possidendã, & obtinueris eam, atq; habitaueris in illa: tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in carrallo, pergesq; ad locũ, quem dñs deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Accedesq; ad sacerdotẽ, qui fuerit in diebus illis, & dices ad eũ: Profiteor hodie corã domino deo tuo, q̃ ingressus sum in terrã, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eam nobis. Sufficiensq; sacerdos cartallũ de manu eius ponet ante altare dñi dei tui, & loqueris in conspectu dñi dei tui ante altare. Syrus persequabatur patrẽ meũ, qui descendit in Aegyptũ, &c. dei namq; & dñi nostri Iesu Christi gratia terrã intrauimus, quã ille nobis dedit possidendã, obtinuimus eam, atq; habitauimus in illa oēs, quibus ille sensum aperuit, vt intelligeremus scripturas. Etenim scripturarum campus iam quædã terra viuentiũ est, ita vt secundũ illas viuentes & in ipsis ambulantes, rectẽ dicamus. Nostra autẽ cõuersatio in cœlis est: vnde & cunctis credentibus, atq; post legis vmbra, euangelicam veritatẽ tenentibus, rotius ecclesiæ iam dudũ ore cantantur. Introduxit vos dñs in terrã fluentem lac & mel, & vt lex dñi semper sit in ore vestro. Igitur (vt iam diximus) cum dei adiutorio faciamus, quod subiectum est. Tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in carrallo .i. in canistro siue in calatho, pergesq; ad locũ quẽ dominus deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius. Primitiæ frugũ nostrarũ, opima quæq; studiorũ nostrorũ sunt. Porro locus quẽ elegit dñs deus noster, vt ibi inuocetur nomẽ eius, ecclesia catholica est: extra quam nusquã propẽ est inuocantibus eũ, extra quã alibi nusquã inuocatur in veritate nomẽ eius. Sacerdos qui est in istis diebus, ipse est pontifex magnus, qui penetrauit cœlos, Iesus Christus, qui nequaquã vt cæteri, morte prohibitus est permanere, sed sempiternũ habet sacerdotiũ, eo q̃ maneat in æternum. Ad hunc igitur locum, ad hunc sacerdotem magnum, pergamus, portantes primitias frugum nostrarum,

Philip. 3.

Hebr. 4.

strarum, id est, ad sanctæ ecclesiæ ædificationẽ, ad Christi dñi nostri deferamus honorem optimã quæq; laborũ vel studiorũ nostrorũ, dicentes oēs, dicentes singuli ad eũ: Profiteor hodie corã dño deo tuo, q̃ ingressus sum in terrã, pro qua iurauit patribus nostris, vt daret eã nobis. Quod est dicere. Confiteor hodie, id est, hoc tẽpore impletum esse illud quod loquens pollicitus est, & iurauit ad Abraham patrem nostrum dñs deus noster, dicens: Et in femine tuo benedicentur omnes gentes, & hoc semen Iesu Christi esse, qui in diebus Herodis regis natus, & sub Pontio Pilato passus est, qui & resurrexit à mortuis, atq; ira per illũ factũ est, vt ingrederer in terrã, pro qua iurauit patribus nostris, terrã viuientium, terrã paradisi cœlestis, vt daret eam nobis. Cũ hac professione suscipiens, inquit, sacerdos cartallũ, ponet ante altare dñi, subauditur, quod est ante oculos domini, vt memoriale tuũ æternũ sit iuxta istud quod per prophetã loquẽs ipse dominus: Sermones mei, inquit, nõ deficiẽt de ore tuo, & munera tua accepta erunt super altare meũ. Et loqueris, ait, in conspectu domini dei tui, subauditur, causam cur tali ordine scilicet per passionẽ Christi, terrã illã nos oportuerit ingredi, pro qua iurauit patribus nostris, quæ videlicet causa est huiusmodi.

Gene. 22.

*Syrus persequabatur, &c. Qualiter & nobis in confessione & oblatione sit dicendum,*

*Syrus persequabatur patrẽ meum, qui descendit in Aegyptum. CAP. II.*

**S**yrus persequabatur patrẽ meum, qui descendit in Aegyptũ, & ibi peregrinatus est in paucissimo numero. Creuitq; in gentem magnam atq; robustam, & infinite multitudinis. Afflixeruntq; nos Aegyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauiusima. Et clamauimus ad dominum deum patrum nostrorum, qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram & laborem, atq; angustias, & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extenso, in insigni pauore, in signis atq; portentis, & introduxit ad locum istum, & tradidit nobis terram manantem lacte & melle. ] Syrus, inquit, id est, Laban de Mesopotamia Syriæ assumptis fratribus suis, persecutus est patrẽ meum, quem & comprehendit in monte Galaad. Sed vidit in somnis dicentem sibi deũ: Caue ne quicquam asperẽ loquaris contra Iacob. Illum, inquam, patrẽ meum, id est, Iacob, qui & Israel, Syrus ille persequabatur, non patrẽ meum Abraham, siue patrẽ meum Isaac, sed patrẽ meum Iacob. Sequitur enim: Qui descendit in Aegyptum, ibique peregrinatus est in paucissimo numero, & cetera. Spiritualiter Syrus, quod interpretatur sublimis, iste est mundus, mundus reprobatũ, mundus damnatus: mundus inquam qui pro parte illorum qui de generatione terrena sunt, qui ab initio persequabatur patrẽ meum, inquit vir fidelis & catholicus: patrẽ meum inquam, scilicet omnem populum electum, generationem quærentium deum. Duæ namq; generationes sunt, altera mundi, altera dei. iam ab initio mundi, à primis fratribus Cain & Abel, alterutrum aduersari cœperunt, & vique ad finẽ seculi aduersi sibi met esse non desinunt. Extunc enim pater meus descendere cœpit in Aegyptum, ex quo videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. Ex tunc enim qui ad generationem dei pertinent, vitijs & erroribus aduersæ generationis inuolui cœperunt. Qualiter secundum mysticum sensum dictorum præsentium afflixerunt illos Aegyptij & persecuti sunt, & cærorum quæ sequuntur, de manu vel seruitio Pharaonis, spiritualis nos liberauerit dominus per agnũ suum, id est, per Christum filium suũ, suo loco plenius dictum est. Illa seruitus nostra causa fuit pro qua necessariò moreretur, vt prædictum est, moreretur & resurgeret Christus filius dei, atq; ita nos cum illo ingrederemur in terram hanc, pro qua iurauit patribus nostris. [ Idcirco inueniens nunc offero primitias frugum terræ, quam dominus dedit. Et dimittes eas in conspectu domini dei tui.

Gene. 6.

*De eo quod ait, Decimam frugũ tuarum dabis Leuitæ & aduenæ anno tertio, & quid sit dicere, Non comedi ex eis in luctu meo. CAP. III.*

**E**T adoraro domino deo tuo, epulaberis in omnibus bonis, quæ dominus deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuitæ & aduenæ qui recti est. Quando compleueris decimam cunctarum frugum tuarum, anno decimarum tertio, dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo, & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur. ] Notandum valde, quod dicitur anno decimarũ tertio, quando repleueris decimam cunctarũ frugum tuarum, anno inquam decimarum, non primo, aut secundo, sed tertio, dabis Leuitæ & aduenæ, pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur. Quantum ad literam, præceptum pietatis est, quantum verò ad sensum mysticum, demonstratio vel prophetia operis Apostolici est. Tertius namque decimarũ annus, hoc euangelicæ gratiæ tempus est. Nam primũ tempus ante legẽ, secundũ sub lege, tertium sub gratia est. Porro Leuitæ Iudaicæ gentis alumnus est, Aduenæ siue pupillus aut vidua gentium plebecula est. Tertio, inquit, anno dabis, non solũ Leuitæ, sed & aduenæ simul, & pupillo ac viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur, id est, reuelatæ gratiæ tẽpore non solũ Iudæo, vt ante legẽ vel sub lege, sed Iudæo pariter & gentili absq; distinctione distribues alimoniam cœlestis doctrinæ, & prædicabis omnibus verbũ vitæ æternæ. [ Loquerisq; in conspectu dñi dei tui. Artuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ, aduenæ, pupillo, & viduæ sicut iussisti mihi. NN Non prg

Non præteritui mandata tua, nec sum oblitus imperij, Non comedi ex eis in luctu meo, nec separavi ea in qualibet immundicia, nec expendi ex his quicquam in re funebri. Obediui voci dñi dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. [Puta Pauli Apostoli in conspectu domini sic esse locutum. Afferens enim quod sanctificatum est de domo sua, & dans illud Leuitæ, & aduenit pupillo, & viduæ, id est, sanctam euangelij gratiã, de synagoga foris baiulans atq; Iudæo pariter & Græco sine distinctione sicut iustum est illi à domino dicente, quia longè in nationes mittam te, non comedit quicquam ex eis in luctu suo, id est, non retinuit quicquam gentibus propter eos quos lugebat fratres suos Iudæos, quos inquam lugebat dicendo: Veritatè dico in Christo, nõ mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Oprabã enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, &c. Nepe si propter hunc dolorem subterfugisset, qui minus gētibus euangelizaret gratiã dei, aliquid ex frugibus vel ex decimis suis comedisset in luctu suo, vel expendisset in re funebri. Qui cũ item dicit: Sed quæ mihi fuerunt lucra hæc arbitratus sum detrimenta propter Christum, & arbitror ut sercora: profectò nõ separauit fruges suas aut decimas in qualibet immunditia. Obediui ergo, inquit, voci dñi dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. [Respice de sanctuario tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, & benedic populo tuo Israel, & terræ quã dedisti nobis, sicut dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terrã lacte & melle manantem, &c.] Profectò qui sic frugum suarum sanctificatas attulit decimas, ipse fiducialiter sic orat, id est, qui quoad potuit, laborauit in euangelio Christi, loquedo pariter & perfectæ fidei conscribendo literas, ipse efficaciter atq; confidenter postulat, ut ex eis, in quibus laborauit, aliquid fructum habeat, respiciente dño de sanctuario suo, & de excelso cœlorum habitaculo, & benedicente populo suo, sine cuius respectu ac benedictione frustra prædicat or fatigatur, quia neq; qui plantat, neq; qui rigat est aliquid, sed qui incrementum dat deus.

Actu. 22.

Roma. 9.

Philip. 3.

1. Corin. 3.

De eo quod ait: Et edificabis altare domino de lapidibus, quos ferrum non tetigit.

CAP. IIII.

Præcepit ergo Moyses & seniores Israel populo, dicentes: Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cũ transferitis Iordanem in terrã, quã dominus deus tuus dabit tibi, eriges in gētes lapides, & calce leuigabis eos, ut possis in eis scribere omnia verba legis huius Iordane transmissio. [Ac deinceps. [Et edificabis ibi altare dño deo tuo de lapidibus quos ferrum nõ tetigit.] Transmissio Iordane in gētes erigere lapides, eosq; ut possint in eis scribere omnia verba legis domini calce leuigare, est celebrata passione & resurrectione Christi lapideas gentium mētes euangelizando concutere, eisq; non aliqua vi, sed dulci ac leui prædicatione doctrinæ salutaris, voces aut rationes inscribere. Econtrario, altare domino de lapidibus, quos ferrum tetigit velle edificare, est coactè vel vi aliqua legē Christianã inuitis auditoribus imponere. Sed hoc vetat sacra lex. Legitur sine ferro altare domino, id est, sine vi, Christiana construatur religio, & duri lapides, lapidumq; cultores leuigentur calce, id est, suauiter mulceantur prædicatione. Et ita scribes, inquit, super lapides, omnia verba legis huius planè ac lucidè, videlicet ut fiat quod dictum est. Si hi tacuerint, lapides non tacebunt, id est, si Iudæi negauerint Christum qui codices habet, gentiles legem in cordibus suis scriptam habentes, prædicabunt.

Lucas 19.

De eo quod ait: Hi stabunt ad benedicendum, & è regione isti stabunt ad maledicendum, quid in hoc futurum significetur.

CAP. V.

Præcepitq; Moyses populo in die illo, dicens: Hi stabunt ad benedicendum dominum super montem Garizim, Iordane transmissio, Symeon, Leui, Iudas, Isachar, Ioseph, & Benjamin. Et è regione isti stabunt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad, & Azer, Zabulon, Dan, & Nephthalim. Quoniam ad usq; finem legis iam processimus, opportunè ad finem seculi prospiciamus, & ex euangelio Christi iudicium vltimum hic significari cõprobemus. Cũ venerit, inquit, filius hominis in maiestate sua, & oēs angeli cũ eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum oēs gētes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicit eis qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Eluriui enim, & dedistis mihi manducare, & cætera. Ac deinceps. I tunc dicit & his qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Eluriui enim, & non dedistis mihi manducare, & reliqua. Iudicium vniuersale quod illic continuo passurus clara luce pronunciat dei filius, ipsum continuo moriturum in vmbra & sub velamine suo prophetat Moyses dei famulus. Illic dextra regis & sinistra diuisis ac separatis ouibus ab hœdis: hic duo colles contra inuicem respicientes, Garizim & Hebal: quorum Garizim, diuisio interpretatur: Hebal verò deficiens siue determinans, vel vorago vetus interpretatur. Illic sex opera misericordiæ dextris ad benedicendum, & sex impietatis sinistris ad maledicendum. Hic sex nomina filiorum Israel in monte Garizim itidem ad benedicendum, & sex nihilominus in monte Hebal ad maledicendum. Sed & sedes duodecim, de quibus alibi dicit In regeneratione, cũ sederit filius hominis in sede

Matth. 19.

in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, non hic omnino tacitæ sunt. Sequitur enim: [Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentes ad omnes viros Israel excelsa voce: Maledictus homo qui facit sculptile, & cætera. [Duodecim hic maledictiones præpositæ sunt, maledictus homo qui facit sculptile, maledictus qui nõ honorat patrem suum & matrem, maledictus qui transfert terminos proximi sui, maledictus qui errare facit cœcum in itinere, maledictus qui peruerit iudicium, maledictus qui dormit cum vxore patris sui, maledictus qui dormit cum omni iumento, maledictus qui dormit cum sorore sua, maledictus qui dormit cum socru sua, maledictus qui clam percussit proximum suum, maledictus qui accipit munera ut percussat animam sanguinis innocentis, maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Econtrario, nihilominus duodecim benedictiones hoc ordine positæ sunt. [Venientq; super te omnes benedictiones istæ, & apprehendent te, si præcepta domini dei tui audieris. Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, benedicta horrea tua, & benedictæ reliquæ tuæ. Benedictus eris egrediens & ingrediens. Dabit dominus inimicos tuos, qui confurget aduersum te corruentes in conspectu tuo. Per vnã viam venient contra te, & per septem fugiet à facie tua. Emittet dominus benedictiones super cellaria tua, suscitabit te dominus sibi in populum sanctum, sicut iurauit tibi. Abundare te faciet dominus omnibus bonis. Aperiet dominus thesaurum suum optimum, cœlum, ut tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo. Benedicet cunctis operibus manuum tuarum. Constituet te dominus in caput & non in caudam, & eris semper supra & non subter.] Ita & illic in euangelio duodecim iudicantium sedes, & hic in lege quali singulæ de singulis sedibus prolatae. Hinc duodecim benedictiones, illinc duodecim maledictiones. Igitur clarissime & in isto legi consonum est euangelium, quia iudicium vnum idemq; & hic in vmbra legis signatum, & illic in euangelica luce reuelatum est.

Ca. xxvii.

Quod sequentes maledictiones, numero triginta, proprie sint Iudæorum, & quod iuxta causam eandem in psalmo centesimo octauo sint maledictiones totidem.

CAPVT VI.

Et istæ quidem, quæ hætenus dictæ sunt, benedictiones siue maledictiones, cunctis gētibus pro meritis singulorum communes sunt. Nõ est enim distinctio. Quicumq; enim in lege peccauerunt, siue Iudæi, siue Gentiles, qui & ipsi credendo in Christum, verba legis decem scripta in tabulis acceperunt, per legem iudicabuntur, teste quoque euangelio, quod supra dictum est, quia cum venerit filius hominis in maiestate sua, tunc congregabitur ante eum omnes gentes. Porro sequentes maledictiones dicentis. [Quod si audire nolueris vocem domini dei tui, ut custodias & facias omnia mandata eius, & cerimonias eius, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te.] proprie Iudæorum sunt, & ecce hodie super illum in felicem populum venerunt, eumq; manifestè apprehenderunt. Sunt autem nũmero triginta, quarum prima est, maledictus eris in ciuitate, vltima verò, aduenit qui tecum versatur in terra, ascendet super te, eritq; sublimior: tu autem descendes, & eris inferior: ipse erit tibi in caput, & tu eris in caudam. Et meritò triginta maledictionibus obruti sunt, qui triginta argenteis emptum datum benedictionis Christum dei filium occiderunt. Iuxta causam eandem, & in psalmo triginta maledictiones sunt, tam in eum qui vendidit, scilicet Iudam proditorem, quàm in eos qui emunt, quarum prima est, Constitue super eum peccatorem: vltima verò, Et induantur sicut diploide confusione sua. His nũc & cæteris, quæ sequuntur, omissis, quia manifesta sunt, & sicut prædicta, sic à tempore oblidionis, qua Iudæi miserabiliter à Romanis irrecuperabili excidio dispersi sunt, & opere impleta sunt: ad ipsa iam cantici verba vertamus articulum, quo manifestè synagoga reicitur, & ecclesia substituitur in laudem & gloriam Christi filij dei, quæ solum primum legis, secundum Deuteronomij, id est, secundæ legis, & hoc tertium cantici prædicant, defendit, atque collaudat testimonium.

Roma. 2.

Matth. 23.

Psalm. 108.

De cantico Moysi, Audite cœli quæ loquar.

CAP. VII.

Audite cœli quæ loquar, audiat terra verba oris mei. Metonomice ad cœlos inanimatos, terramq; inanimatam sermo dirigitur: atque à rebus, quæ nec aures, nec sensum habent aliquid, homo rationalis & sapiens attentum & flagitare videtur auditum, tanquam si dicat: Quoniam ego mortalis homo sum, noui autem quod isti homines vel posteriores eorum, post mortem meam iniquè acturi, & de via quæ præcepi illis, citò declinaturi sunt, vos saltem cœli, qui superstites eritis, & tu terra quæ in æternum stabis, accedite ad audiendum, stare ad testificandum, ut cũ iniquè egerint, & à via domini declinauerint, vos iuxta maledictiones superius positas: vos inquam cœli, istis desuper ænei, & tu terra quam calcant ferrea sis. Verùm iuxta sensum veritatis intimæ, isti portus cœli conuocantur ad audiendum, de quibus idem spiritus in propheta: Cœli (inquit) enarrabunt gloriam dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum: & illa terra, de qua alibi: Dominus (inquit) dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Illi inquam cœli, & illa terra conuocantur huc ad audiendum, de quibus & in alio propheta: Rorate (inquit) cœli desuper,

Cap. xxxij.

Psalm. 113.

Psalm. 84. Esaiæ 45.

NN ij super,

super, & nubes pluant iustum, aperiat terra, & germinet saluatorem: ut videlicet non dubitent  
 cœli eloquentes, scilicet Apostoli, prophetæ, & vniuersi prædicatores, derelicta gente hac stulta  
 sine consilio & sine prudentia, proficisci: ut in omnem terram exeat sonus eorum, & in fines orbis  
 terræ verba eorum: & secundum præsentis cantici testimonium inuitare gentes, ad laudandum  
 deum, vel dei populum, ut non dubitet terra quondam deserta & inuisa, scilicet ecclesia saluta-  
 rem suscipere pluuiam, de summis cœlorum, id est, prædicationem de ore Apostolorum eodem  
 auditu fidei, quo suscepit terræ huius principium, videlicet beata virgo, & dedit fructum suum,  
 pariendo deum & hominem Christum. Audite igitur cœli, id est, Apostoli, audiat terra, id est, cœli  
 ligenda de cunctis gentibus ecclesia. Quomodo audiat cœli, quomodo ad auditum terræ huius  
 perueniant verba oris mei? [Concrecat in pluuiam doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum,  
 quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina.] Quomodo pluuiam concrecat? Quo-  
 modo fluat ros? Notum est, quia de deorsum, tenuem nebulam exhalantibus aquis, humor in nubi-  
 bus densescit, & de nubibus in terram concreta pluuiam defluit: ros autem sine nubibus nocturno  
 frigore concretus, de cœlo in terram matutino sereno cadit. Sic cœli isti, qui enarrauerunt nobis  
 gloriam dei, gloriam eandem, partim per studium sacræ lectionis, partim per solam didicerunt  
 reuelationem dei. Quod legendo didicerunt, nobisq; loquendo refuderunt, quasi de deorsum hu-  
 morem susceptum, & in pluuiam concretum, gratiosæ nubes per herbam reddiderunt. Quod per  
 solam dei reuelationem acceperunt, quasi rorem nocturnum meditando atque contemplando  
 congregauerunt, & prædicando vel etiam scribendo, super læta fidei vel spei nostræ gramina di-  
 stillauerunt. Vtroque modo perfectum cœlum, vel firmatum decet esse firmamentum, id est, Apo-  
 stolum vel prædicatorem idoneum, qui non de corde suo vel à semetipso loquatur, sed quod au-  
 diuit, hoc testetur: quod in spiritu sancto didicit, hoc annunciet & loquatur. Igitur in vobis ò cœli  
 qui auditis, concrecat in pluuiam doctrina mea, & per vos fluat ut ros eloquium meum, id est, ex  
 præsentis legis lectione, & ex spiritus sancti reuelatione, vobis orantibus innotescat dei consilium,  
 atq; inde per ora vestra, in omnem herbam, in cuncta gramina toto mundo virentia, fluat elo-  
 quium meum. [Quia nomen domini (inquit) inuocabo.] Ergo ò cœli benevolentiam vestro præ-  
 fite oratori, aurem beneuolam vestro præbete cantori, ab ipsa re flagitanti, quia videlicet ma-  
 gna res est inuocare nomen domini. Vobiscum inuocabo nomen domini: domini, inquam, dei cu-  
 ius vos gloriam enarraturi, cuius opera vos estis annunciaturi. Idcirco audite me cœli, idcirco au-  
 diat terra verba oris mei. [Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera, & omnes viæ  
 eius iudicia.] Hoc est quod primū audire volo vos, ò cœli. Hęc sunt, audire te cupio ò terra verba  
 oris mei. Quando mandauerit dominus deus noster vobis, ò cœli, pluuias super hanc vineam im-  
 bræ, quā expectauit, ut faceret vvas, & fecit labrucas: quā expectauit ut faceret iudiciū, & ecce ini-  
 quitas: & iustitiā, & ecce clamor, quando inquam mandauerit vobis ne pluuias super eam, sed po-  
 tius super terram quondam desertam & inuiam, nolite murmurare, nolite obniti, pro zelo  
 gentis vestræ, vel carnis vestræ, sed date magnificentiam deo nostro, sequimini & magnifi-  
 cum æstimate quod complacitum est deo nostro, quia videlicet & si homines causa vel ra-  
 tio lateat, dei tamen perfecta sunt opera: perfecta inquam, & irreprehensibilia, & omnes viæ  
 eius iudicia vera & iusta, & iustificata in semetipsa. Nam vniuersæ viæ domini misericordia & ve-  
 ritas: Misericordia est via hæc, qua ad gentes commigravit, veritas hæc via est, qua ab Irahel re-  
 cessit. Hanc igitur date magnificentiam deo nostro, ut credatis, quia dei perfecta sunt opera, ut cœli  
 reamini, quia hæc vel omnes viæ eius sunt iudicia. . . Quid enim? Nunquid quia pepigit foedus cū  
 Abraham, nunquid, quia dixit, & statuam pactum meum inter me & te, & inter semetuum post  
 te in generationibus suis foedere sempiterno, nunc autem ab isto semine eius recessit, idcirco non  
 perfecta opera eius, idcirco non iudicia viæ eius? Imò. [Deus fidelis & absq; vlla iniquitate, iustus  
 & rectus.] Fidelis inquam in omnibus verbis suis, & absq; vlla iniquitate in omnibus iudicijs suis,  
 iustus in omnibus vijs suis, rectus in omnibus operibus suis. Vnde ergo vel ob quam causam,  
 pactum suum oblitus est, quod cum Abraham pepigit? Si fidelis, si absq; vlla iniquitate, si  
 iustus est & rectus, quomodo iuramentum neglexit, quod iurauit cū patribus? Ecce habes. [Pec-  
 cauerunt ei, & non filij eius in sordibus.] Peccauerunt, id est, irritum pactum ipsi fecerunt subau-  
 ditur, inimici, & iam non filij eius. Irritum inquam fecerunt pactum eius, quemadmodum hoc &  
 ipse præficiens dixit mihi superius. Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens  
 fornicabitur post deos alienos in terrâ ad quam ingredietur ut habitet in ea. Ibi derelinquet me,  
 & irritum faciet foedus, quod pepigit cum eo. In sordibus peccauerunt, in sordibus irritum fe-  
 cerunt pactum, non solum in sordibus vituli, quæ fecit Aaron, aut Beelphegor, quæ videlicet sor-  
 des iam dudum admittæ sunt, sed & sordibus Baal & Astaroth, cæterorumq; demoniorum, tan-  
 demq; in sordibus Barrabæ latronis, quem sibi dimitti petiit, peccauerunt. Peccauerunt inquam,  
 certum est enim quia peccabant. Cum igitur sic peccauerint iam non filij eius in sordibus, & ob  
 hoc proiecerit eos fidelis deus, dicito, quia nihilominus tū fidelis deus & absq; vlla iniquitate iustus  
 & rectus, quamuis illos proiecerit, cum quibus pactum pepigit in patribus, peccauerunt enim ei,  
 & irritū

Esaie 7.

Psal. 24.

Gene. 17.

Deute. 32.

& irritum fecerunt pactum istud isti iam nō filij eius in sordibus. Proinde ò cœli & terra, quicumq;  
 audistis hæc verba oris mei, non ipsum deum qui fidelis est & absq; vlla iniquitate, sed istos nō fi-  
 lios eius, qui peccauerunt, cunctis loquelis, vniuersis sermonibus vestris, quibus in omnem terram &  
 in fines orbis terræ audiendi estis, redarguite, & dicite. [Generatio praua & peruersa, hæc cœne red  
 dis dño popule stulte & insipiens?] Generatio, inquam, praua atq; peruersa, quod idem est ac si cū  
 euangelica declamatione dicas, generatio mala & adultera. Idcirco generatio praua, quia de bo-  
 nis quidem parentibus, sed malè progenita, quia non de fide sola patrū carne exorta. Idcirco in-  
 quam praua & peruersa, quia fidē patrū non imitata, secundum mores patribus longè disparata.  
 Hæc cœne reddis dño: hæc cœne in quā, id est, reddēs mala pro bonis popule stulte & insipiens reddis  
 domino? Stultus enim es, quia malū sciens nō cauisti, insipiens quicumq; ex hoc populo bonū nescis,  
 quod scire potuisti. Stultus es, dum legendo prophetas, sensum prophetarū contentiosè peruertis,  
 insipiens qui nec saltē legisti, qui vt bene ageres intelligere noluit. Igitur popule stulte & insipiens  
 hæc cœne dño reddis? [Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te & fecit, & creauit te?] Quan-  
 tum est, qd ipse est pater tuus, quemadmodū dixit ad Pharaonē filius primogenitus meus Irahel?  
 Quantum est, qd possedit te, qd fecit, qd creauit te? Possedit videlicet vt dominus, fecit vt figulus,  
 creauit vt deus, Fecit inq; in propria quemq; persona, creauit eum massa, qui te possedit in gratia.  
 Fuerit tibi hoc cōmune cū cæteris gentibus, qd fecit & qd creauit: at singularis beneficij est, qd posse-  
 dit. Quantum ad proprietatē vocum vel distinctionē sensuum, magnæ est potentia qd possedit, ma-  
 ioris quod fecit, maxime quod creauit: Et ecōtrariō, magnæ fuit gratiæ quod creauit, maioris quod  
 fecit, maxime quod possedit. Hæc cœne igitur pro tot beneficijs reddis dño patri tuo, possessori tuo,  
 factori tuo, creatori tuo? [Memēto dierū antiquorū, cogita generationes singulas.] Videlicet, vt  
 scias, quod is ipse quē tradidisti, quē negasti ante faciē Pilati, pater tuus est, qui possedit, & fecit, &  
 creauit te: vt inquam istud scias, memento dierū antiquorū, cogita generationes singulas. Nam in  
 diebus antiquis, omnia per ipsum facta sunt, & per generationes singulas myteria eius dictis & fa-  
 ctis præsignata sunt. Sed forte memoria dierū antiquorū, & cogitatio generationū singularū, nec-  
 dum tibi satis faciunt? Quid igitur facias? Interroga patrē tuū, & annuntiabit tibi, maiores tuos &  
 dicent tibi. Pater tuus ipse est: maiores tui, lex & prophetæ sunt. Interroga ergo patrē tuum oran-  
 do, maiores tuos legendo. Patrē, inquam, tuū deum interroga orationibus intētis, vtrū consiliū  
 hoc vel opus, cuius in omnem terram sonus exiuit, ex ipso sit, & annuntiabit tibi. Si enim Corne-  
 lium gentile pro hoc ipso orantē, & elemosynas facientē dignatè exaudiuit, & mirabiliter quid  
 ipsum facere oporteret, per angelum suum ostendit, quanto magis si tu interrogaueris, & vt bene  
 agas intelligere vlueris, per aliquam reuelationem annuntiabit tibi? Igitur (vt prædictum est)  
 deum patrē tuum interroga orando: maiores tuos, id est, prophetas omnes consule legendo. Ille  
 annuntiabit, & illi dicent tibi, quia iste quem tradidisti, quē negasti, quem felle cibasti, quem aceto  
 potasti, quem clauis confixisti, cuius latus lancea perforasti, pater tuus est, qui te possedit. Quomo-  
 do autem possedit, vel quomodo possidere incepit? Planè hoc ipsum dicent tibi. [Quando diuide  
 bat altissimas gentes, quando separabat filios Adam, cōstituit terminos populorum iuxta nume-  
 rum filiorum Irahel.] Notum tibi est, quia quando profecti de oriente filij Adam, & inuenientes  
 campum in terra Sennaar, cœperunt facere turrim, cuius culmen ad usq; cœlum pertingeret, vt  
 celebrarent nomen suum, confudit tibi altissimus linguam eorum, vt non audiret vnusquisq; vo-  
 cem proximū sui, atque ira diuisit eos ex illo loco in vniuersas terras. Tunc vtriq; diuisit altissimus  
 gentes, scilicet in linguas dissonas, & separauit filios Adam, id est, imitatores superbiæ Adam,  
 in vniuersas terras. Non perdidit eos vt ante fecerat per diluuium, sed constituit terminos popu-  
 lorum, iuxta numerum filiorum Irahel, id est, statuit vt daret genus humanum donec impleatur  
 numerus electorum, qui omnes secundum fidem sunt filij Irahel. [Pars autē domini populus eius,  
 Iacob funiculus eius hæreditatis.] Subauditur, in illa diuisione gentium, in illa separatione filio-  
 rum Adam. Facta namq; confusione linguarū, remansit lingua primitiua in domo & familia He-  
 ber, vnde per Abraham, qui & ipse ab illo Hebræus dictus est, hic populus Hebræus exiuit, pars  
 domini: solus hic, inquam, populus Iacob, solus hæreditatis domini funiculus, in quo solo notus  
 deus, in quo solo magnum nomen eius. Vnde & per Balaam loquitur. Populus solus habitabit,  
 & inter gentes non reparabitur. Pars autem domini vel funiculus hæreditatis eius, non quod  
 soli vel omnes ad dominum pertineant, qui sunt de carne eius: sed quod soli vel omnes domi-  
 ni sunt, qui sunt de fide eius. Hoc modo possedit, & sic possidere incepit. [Inuenit enim in ter-  
 ra deserta, in loco horrois & vastæ solitudinis.] Inuenit eum in terra deserta, id est, inno-  
 tuit ei in deserto innois quadraginta, Imò primū innois in loco horrois, id est, in horri-  
 da seruitute Aegypti, percutiendo Aegyptios decem plagis, ac deinde in loco vastæ solitudinis  
 manna pluendo, & aquam de petra producendo, vt iam dictum est annis quadraginta. [Circun-  
 duxit eum & docuit & custodiuit quasi pupillam oculi sui.] Circumduxit inquam, non enim du-  
 xit eos per viam terræ Philistiim, quæ vicina est, sed circumduxit eos per viam deserti, quæ est  
 iuxta mare rubrum, & ita circumducendo custodiuit quasi pupillam oculi, videlicet reputans ne  
 NN iij fortè

Matth. 22.

Exod. 4.

Actu. 3.

Actu. 10.

Gene. 11.

Psal. 79.

Num. 23.

Exod. 16.

Exod. 13.

forè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consergere, & reuenter in Aegyptum. Tenerior quippe erat, quàm pupilla oculi, ita vt leuiter offensus animus sæpe in Aegypti reuertì voluerit. Circūdūxit igitur & docuit, non solum multis bonorum & malorum experimentis, verumeriam doctrina conscriptæ huius legis. [Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eos, atq; portauit in humeris suis]. Sic circūdūxit, sic docuit, sic custodiuit, sicut pullos aquila, videlicet secundum naturā suam erga pullos suos, non absq; seueritate, neq; absq; seueritate pia. Semper enim fertur pbare quos genuit, ne generis sui inter omnes aues quoddam regale fastigium degeneris paruos deformitas de-coloraret. Itaq; alleritur, quod pullos suos radijs solis obijciat, atq; in aeris medio paruulos pio vngue suspendat. At si quis percussio solis lumine intrepidam oculorum aciem inoffenso intuē diuigore seruauerit, is probatur quod veritatem naturæ synceri obrutus constantia demonstrauerit. Si verò lumina sua præstrictus radijs solis inflexerit, quasi degener, & tanto indignis parente abijcitur, nec æstimatur educatione dignus, qui fuit susceptione indignus. Igitur circūdūcendū, & docendū, sic tentauit, sic probauit, sicut aquila pullos suos: nam eos quidem qui murmurauerunt, qui tentauerunt, qui concupierunt, in deserto, prostrauit: eos autem qui crediderunt, qui obediuerunt, quasi super alas gratiæ assumpsit atq; portauit in humeris suis. [Dominus solus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus.] Increpatio illorum. Quid tibi, inquit, o popule stulte & insipiens, quid tibi cum turba deorum alienorum? Nunquid dij alieni te de Aegypto, de domo feruituris eduxerunt, aut educentem te dominum deum tuum adiuuerunt? Non ita, sed dominus inquit solus dux eius fuit, & non erat cum eo deus alienus, non ille cornutus & aureus vitulus, non Beelphegor spurcissimus, non Baal, non omnino quicumque deus alienus [Constituit eum super excelsum terram, vt commederet fructus agrorum.] Eum quem inuenit in terra deserta, in loco horrois & vastæ solitudinis, constituit super excelsum terram. i. montuosam terram, vt comederet fructus agrorum, vt inhabitaret ciuitates quas non ædificauit, & biberet vinum de vineis quas non plantauit, vt regiones gentium & labores possideret populorum, Quæ videlicet terra excelsa (sicut iam alibi dictum est) non est sicut terra Aegypti, vbi iactose mine in horrois morem aquæ ducuntur irrigue, sed mōtuosa est & campestris de celo expectās pluuias, quam dominus deus semper inuist, & oculi eius in ea sunt à principio anni vsq; in finem eius. Super excelsum igitur terram constituit eum, vt comederet fructus agrorum. [Vt fugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.] Vt, inquam, fugeret mel de petra. i. vt dilectioni creatoris aduefactus, tandem dulcedinem celestis doctrine caperet de petra, virga crucis & passionis percussa. i. de Christo præfentialiter prædicante ore mellifluis, oleumq; de saxo durissimo, i. spiritu sanctum de eodem Christo, per virtutem resurrectionis incorruptibiliter solidato. [Buryrum de armēto, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietū filiorum Baalan. Et hircos cum medulla tritici, & sanguinē vix biberent meracissimum.] Hæc omnia temporaliter atq; realiter iste populus adeptus est, quem inuenerat dominus deus eius in terra deserta, in loco horrois & vastæ solitudinis, vt istis corporalibus bonis lactatus & excitatus, spirituale buryrum, & spirituale lac, spirituale adipem suo tempore libenter acciperet, de spiritali armēto, de spiritalibus ouibus & agnis siue arietibus filiorū Baalan. i. pinguium. i. de factis imitandis, aut dictis exequendis patrū vel patriarcharū, de scripturis prophetarum & apostolorum veraciter pinguium, iuxta quod singuli talitū verissime dicunt. Impinguasti in oleo caput meū, Et sanguinē vix meracissimū. i. sanguinē Christi filij dei biberet sacrosanctū. Idcirco super excelsum illā terrā temporaliter constitutus est, & hæc tēporalia bona adeptus est, vt ad spirituale & æternorū appetitū pfereretur. Sed quidē. [In crassatus est dilectus, & recalcitrauit: in crassatus, impinguatus, dilatatus.] Dilectus, sed diligenti ingratus, dilectus in quā, sed ipsa dilectione superbe ac ferociter abusus, in crassatus est cogitatione, in crassatus opere, impinguatus pertinacia, dilatatus arrogantia. Talis dilectus recalcitrauit. i. largitoris imperia calce abiecit. Verūm ista crassitudo, tumor, & non plenitudo est. Nā qui veram plenitudinē, qui veram scit pinguedinem, quantumuis buryro abunder, aut lacte ouium, siue adipe agnorum & arietum, donec ipsum apprehendat deum, dicit: Ego verò egenus & pauper sum. At verò, cuius deus venter est, postquam illum impleuerit ex his quæ predicta sunt, in crassatus, impinguatus, dilatatus, falsa sibi estimatione sufficiens videtur, falso sibi nihil deesse arbitrat. Quid enim fecit iste dilectus taliter in crassatus? [Dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo salutaris suo.] Deus idem factor, idem & salutaris, siue saluator. Verūm aliud est, quod factor: aliud, quod saluator. Nam deus factor, quia hominē fecit: deus saluator, quia homo factus est ipse, homines saluare venit. Sic in crassatus est, vt de neutra gratia curaret. Nam & antequam veniret, deum factorem suum dereliquit, & postquā venit à deo saluatore suo recessit. Quomodo illū dereliquit, quomodo ab illo recessit? [Prouocauerunt eū in dijs alienis, & in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt.] Ad idem procedit, & quod in dijs alienis prouocauerunt, & quod in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt, veruntamen diuersa sunt & ediuersa veniunt. Nā dij quidē alieni sunt, abominationes autē suæ sunt, ppter quas vt eas licitose agerēt deos

Pfal. 104.

Pfal. 22

Pfal. 69.

Exod. 32.

deos alienos coluerunt. Verbi gratia: Vitulus quem fecerunt, & Beelphegor quem iniciari sunt dij alieni fuerunt, quod autem post commellationes & porationes surrexerunt ludere, & q; inter sacrificia cum Madianitis fornicati sunt, suæ abominationes exciterunt. Igitur & in dijs alienis mitem prouocauerunt, & in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt. Item in eo q; ante quā veniret in hunc mundum, totiens ad idolatriam defluerūt, in dijs alienis eum prouocauerunt: & in eo, quod præsentem blasphemauerunt dicentes, dæmonium habet, & insanit, & in Beelphegor principe dæmoniorum, eijciat dæmonia, profecto in abominationibus suis ad iracundiam concitauerunt. Sed in qualibus dijs eum prouocauerunt? [Immolauerunt dæmonijs & non deo, dijs quos ignorabant. Noui recenteq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum.] Dij quos coluerunt, non dij, sed potius dæmonia sunt, dij nuncupati, dij noui, quia prius eos ignorauerunt, dij recentes, quia non coluerunt illos patres eorum. Nunc igitur cœli & terra ad caput increpationis redite, & dicite generationi prauæ, atq; peruersæ. Hæc cene reddis domino popule stulte & insipiens? [Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui.] Deū qui te genuit, id est, qui diu sterilibus parentibus tuis, gignendi te facultatem, siue effectum tribuit. Nam ppter vnicum filium suum, quem ex vtero ante luciferum genuit, quem & in hunc mundū misit per vterū virginis, neminem de propria substantia sua pater ille genuit. Ergo qui te genuit, id est, qui Saræ diu sterili, tandem conceptum dedit: & Rebecca sterili, eodem Isaac deprecante dilectum sibi lacob vt conciperet & pareret, præstitit, de quibus vel per quos genituræ tuæ ritus emanauit, illū tu dereliquisti genitorem tuum ingratitude detestabili, & oblitus es domini creatoris tui, subauditur, quem prius cognouisti per præsentem doctrinam legis, & per exempla patrū eorundem, qui hereditariam eius scientiam taurizauerunt tibi: vnde & maius peccatum habes, q; si nunq; fuisset cognitus tibi. [Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est, quia prouocauerunt eum filij sui, & filia.] Vidit hoc ille quem nihil laeret, oculis nunq; dormitantibus, quibus omnia videt: vidit, inquam, hoc peccatum tuum, stilo ferreo scriptū in vngue adamantino, clamante per prophetas suo sancto spiritu, vt peccatū tuum à facie eius non deleatur. Et ad iracundiam concitatus est, videlicet nō animi sui passibili motu, deus enim non mouetur aut perturbatur, sed iudicij veritate sic impietatem prosequente, vt iam nō pius pater, sed districtus iudex sentiat. Et hoc idcirco, quia prouocauerunt eum filij sui & filia, quod vtiq; secundum omnem rationem minus tolerandum est, q; si prouocassent eum externi vel externæ. Prouocauerunt autem, videlicet in eo, quod non per ignorantiam vel infirmam indigentiam, sed scienter peccauerunt, & per industriam, imō sapientes fuerunt ad concinnandum peccatum, ad conquiendum mendacium. Et ait: [Abscōdam faciem meam ab eis, & cōsiderabo nouissima eorum.] Ait, id est, sententiam fixit, cuius dixisse fixisse est, ita vt cœlum & terram, q; dictionem eius, transire facilius sit. Non enim est deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Ait ergo, id est, iudicij dedit huiusmodi. Abscōdam faciem meam ab eis, id est, excēcabo illos, vt viam veritatis inuenire nō possint. Excēcabo, inq; corda eorū, & aures illorum aggrauabo, & oculos eorum claudam, ne forè videant oculis, & auribus suis audiant, & corde suo intelligant, & conuertantur & sanentur. Dicamq; eis: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte visionē, & nolite cognoscere. Ita abscondit ab eis considerabo nouissima eorū, id est, expectabo finē, & consummationē peccati eorum, tacite prospiciendo mirabilem audaciam eorū. [Generatio enim peruersa, & infideles filij.] Dæmonationis eius qua dixi, abscondam faciem meā ab eis, causa præcedentes sunt, quia generatio peruersa est, quia infideles filij sunt: sancto quoq; spiritu per prophetā contestante, quia sunt principes Sodomorū, quia sunt populus Gomorrhæ. Alioquin nō videretur stare, quod dixi supra, deus fidelis, & absq; vlla iniquitate. Iustum igitur iudicij, in eo q; dedi illis scutum cordis, laborem meum, quod licet tanq; sponsus procedens de thalamo suo, in sole posuerim tabernaculū meū, ipsi tamen videre me nō possunt: imō & scandalum illis est, cū designatur tabernaculū meum carneum, diciturq; illis, ecce iste deus noster, rex noster, saluator noster. Amplius autē audite cœli, iustum iudicij ordinē, equam iudicantis vicissitudinē. [Ipsi me prouocauerunt in eo qui nō erat deus, & irritauerunt in vanitatibus suis.] Et ego prouocabo eos in eo qui nō est populus, & in gēte stulta irritabo illos.] Priores ipsi, prouocauerunt me, nō leui quacunq; offensione, vel humano excessu, sed in eo qui nō erat deus. i. sic me habēdo, tanq; si nō essem deus: & irritauerunt me priores ipsi in vanitatibus suis. i. vanitates suas, vanos deos prætulerunt mihi: tandemq; sibi data optione, Barrabā mihi præferre nō dubitauerunt, auctorē seditionis. Reddā itaq; illis rationem, prouocabo eos in eo qui nō est populus. i. sic habēdo eos, vt nō sint populus, vt sint sine rege, sine principe, sine sacerdote, sine Ephor, & sine heraphin, & omnino non sint populus, sed in populis & in gentibus iā nunc dispergantur, & in futuro cum eis qui non sunt annullentur, cum eis qui in inferno sunt depurentur, & ita in gēte stulta irritabo illos. Irritabo, inquam, i. ad æmulationē adducā in non gēte, in gēte insipientem, in iram eos mittam, vt videant gentem, loco suo regnantem, gentem sapientē quam æmulentur, cuius æmulatione torquentur. [Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vlcq; ad inferni nouissima.] Prouocabo inq; illos, & irritabo, prouocationis autē & irritationis principium hoc est,

Num. 21.

Iohan. 8. Matth. 23.

Gene. 16. Ibidem 25.

Hiere. 17.

Num. 23

Esaie 4.

Esaie 5.

Threno. 3. Psal. 18.

Osee 7.

NN iij hoc est.

C A P.  
xxxij.

Naum. 1.

Hier. 17.

Naum. 1.

Psal. 34.  
Iohan. 11.

Matth. 23.

Deut. 28.

4. Re. 6.

hoc est, quod ignis succensus est in furore meo, consummatque ardebit usque inferni nouissima. Ignis enim in presentiarum succensus est, ignis Romanorum, quo ciuitas sancta facta est deserta Sion, deserta facta est Hierusalem, desolata domus sanctificationis eorum & gloria eorum, facta est in exustione ignis, & omnia desiderabilia eorum versa sunt in ruinas, & ceciderunt in ore gladii, & captiui ducti sunt in omnes gentes: iste iam succensus ignis poene, ignis vindictae, ardebit autem usque ad inferni nouissima. Nam de hac vindicta temporali ad aeterna proficiuntur tormenta. Num ergo, inquis, iudicat deus bis in id ipsum, aut conserget duplex tribulatio? Non utique, si in vindicta vel tribulatione praesenti reatum agnoscas, sinemque ponas peccatis. Caeterum quoniam in ipsa poena, impia perleuerat voluntas populi stulti & insipientis, & nunc inducit super eos diem afflictionis, & in posterum ignis qui succensus est usque ad inferni nouissima ardebit, iuxta quod & alius propheta imprecatur, & duplici contritione conterere eos domine deus meus. Alias autem, vna percussio est, quae hic coepit illic finitur, vt correctionis vnum flagellum sit, quod temporaliter incipit, sed in aeternis suppliciis consumetur: quatinus eis qui omnino corrigi renuunt, iam praesentium flagellorum persecutio, sequentium sit initium tormentorum. Igitur nihil leuia vel in prauum detorta regula prophetica, qua dictum est, non conserget duplex tribulatio, siue iuxta septuaginta non iudicabit deus bis in id ipsum, & hic a furore meo succensus est ignis, & in futuro, quod est usque ad inferni nouissima ardebit. Deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Non vt factum est, solum terrae germen deuorabit, vt sit fames in terra propter peccata populi, sed ipsam quoque terram, cuius iracundia loquentes dolos cogitabant, ita vt dicerent, Si dimittimus eum sic omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem: terram inquam ipsam cum germine suo deuorabit, id est, auferet, ita vt terra eorum non sit, & nihilominus ea careant, quali deuorata sit igne hostili. Et montium fundamenta comburet, id est, superborum fiduciam auferet, videlicet pulchrum templum, inclutamque ciuitatem, cuius statu suffulti firmiter in haereditario patrum suorum deo, sibi stare videntur, gentesque caeteras quasi valles infirmas, montes ipsi despiciunt: templum, inquam, & ciuitatem in motibus fundaram, ignis elementaris comburet. Praeterea terram, id est, carnes eorum, terram inquam peccatricem, id est, populum qui superbit, cum sit terra & cinis, deuorabit ignis, cum germine suo, id est, cum libidinibus, & omnibus malis operibus suis, & motium fundamenta, id est, ipsas quoque animas quae vegetant comburet ignis, & hic succensus (vt iam dictum est) & in futuro ardens usque ad inferni nouissima. [Congregabo super eos mala, & sagittas meas coeplebo in eis.] Et hoc ait dominus, utique ad iracundiam prouocatus, ait in qua non solum secreta & intus, prophetis audientibus, verum etiam in publico apostolis audientibus, iudeis blasphemantibus, audituris etiam per euangelium sanctis per orbem gentibus. Cum enim dixisset, ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occideris, & crucifigeris. & ecce flagellabit in synagogis vestris, & persequimini de ciuitate in ciuitate, continuo subiunxit, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae, filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. Haec dictio eius est, Apostolis audientibus, de malis congregandis, qui iam audiente Moysse, antequam fieret, haec ait: Igitur congregabo super eos mala, id est, venire faciam omnem sanguinem iustum, qui effusus est super terram. Et hoc iuste, quia videlicet ipsi me occidendo, sanguinem meum effundendo, mensuram patrum suorum complebunt, patrum malorum, patrum impiorum, qui iustos occiderunt, qui sanguinem prophetarum fuderunt, Et sagittas meas coeplebo in eis, videlicet, quia congregata tot mala, pauca sagittae vel pars sagittarum mearum expiare non sufficeret, iccirco coeplebo, id est, omnes expendam sagittas meas in eis, sagittas maledictionis, scilicet quas pauloante in pharetra cuiusdam conditionis ita recondidi. Quod si audire nolueris vocem domini dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius, & cerimonias quas ego praecipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istae & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictae reliquiae tuae, maledictus fructus ventris tui, & caetera. Explebo, inquam, id est, omnes istas sagittas meas expendam in eis, quod alias nunquam feci, licet multotiens aliquam sagittarum partem in eos iniecerim. Exempli gratia: Quando Benodab rege Syrii cum vniuerso exercitu suo obsidente Samariam, facta est fames magna in Samaria, & tam diu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars Cabi stercoreis columbarum quinque argenteis, dixitque mulier altera ad alteram, da filium tuum vt comedamus eum hodie, & filium meum comedamus cras: quando, inquam, haec acta sunt, tunc sagittas meas quidem ieci, sed non totas compleui. Nam interea dixit Heliseus: Audite verbum domini, Haec dicit dominus: In tempore hoc cras modus similiae vno statere erit, & duo modij ordei statere vno in porta Samariae. Quod & factum est. Verum non ita erit, cum faciem meam abscondero ab eis. Sed quidem [Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morfu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram, atque serpentium. Foris vastabit eos gladius, & intus pavor, iuuenem simul ac virginem, lactentem simul cum homine sene.] Id planè erit sagittas

meas compleri in eis. Consumentur fame, videlicet in die solenni paschae Hierosolymis congregati, velut exitiali manu quadam cogente, quos tricenis centena milia Iosephus dicit fuisse, scilicet iusto iudicio, tempore hoc vltionis electo, vt qui in diebus paschae saluatore suum dominum Iesum Christum, cruentis manibus, & sacrilegis vocibus violauerant, in ipsis diebus velut in vnum carcerem omnis multitudo conclusa, feralis poenae exitium quod merebatur exciperet. Quam diu famis exitio consumpti sint, qui plenius nosse cupit, quintum praedicti Iosephi historiarum librum legat, ex quo omnè eorum lucuosam tragœdiam pernoctat. In quo illud permaximè horrendum fuit, quod mulier quaedam Maria nomine, genere & facultatibus nobilis, praemagnitudine famis, quali in insaniam vel amentiam versa, paruulū quē sub vberibus habebat filium singulari, ignique superpositum torret, & mediū quidē consumit, mediū verò seruat obreſcū. Vnde & per praedones confestim irruentes, quos conceptus obustae carnis nidor inuitauerat, scrutabantur enim domos esurientes, & praefames infanientes: per praedones, inquam, hoc malū deprehensum, continuo ciuitatē vniuersam horrendo nuncio repleuit, illa proferente quod obreſcerat, ac dicente, quia partē vobis optimam referuauī. Igitur consumitur inquit fame, subaudis, & non sepelientur, sed deuorabunt eos aues morfu amarissimo. Sepelire namque cadauera proximorum, nec defunctorum multitudinem, nec virium debilitas permittebat. Primò quidē publico sumptu sepeliri mortuos iusserat foetoris intolerantia, vt verò omnè sumptū coepit vincere multitudo morientium, de muro cadauera praecipitabant tanta multitudine, vt mortuorum cadaueribus valli replerentur, & humani corporis rabo patria rota rigaretur. Igitur deuorabunt eos aues morfu amarissimo, scilicet insensibilis, morfu amarissimo, quia videlicet residuis spectatibus amarissima haec erit amaritudo. Nec solum aues deuorabunt, sed & dentes bestiarum immittam in eos, trahentium eos super terram cum furore, dentesque serpentium. Aliter: Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram, atque serpentium. Dentes bestiarum, id est, seuitiam vel arma Romanorum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, id est, absque misericordia residuos in captiuitate ducentium in omnem terram, dentesque serpentium, id est, seuitiam malignorum spirituum post cruciatum & mortes corporum, usque ad inferni nouissima trahentium. Nam per bestias Romanos fortes ac feroces rectè intelligi, illud pro testimonio vel exemplo est, quod psalmista cum eandem calamitatē deplorans dixisset, vt quid defruixisti maceriam eius, & diripiunt eam oēs qui praetergrediuntur viam, continuo subiunxit, exterminauit eam aper de sylua, & singularis serus depastus est eam. Per aprum de sylua, & per singularem ferum, Iteum & Vespasianum Romanos imperatores significans. Igitur dentes bestiarum super terram trahentium, arma sunt Romanorum occidentium, & in captiuitate trahentium. Colligēs namque supradictus historiographus omnē numerū peremptorum, vel fame vel ferro, vndecies centena milia designat. Caeteros verò latrones & sicarios ac praedones post vrbis excidium mutuis declarat interisse vulneribus. Electos autē quosque iuuenū, quos decor corporis & proceritas comendabat, ad triumphū dicit esse seruatos. Reliquos autē qui supra decē & septē annos agebant aetatis, vinctos ad opera Aegypti per metallam destinatos, vel per caeteras prouincias esse dispersos, alij quidē vt ludis gladiatorijs, alij quidē vt ad bestias traderentur. Si qui verò intra decimū & septimū gratias reperiunt annum, per diuersas prouincias in seruitutē distrahi iussi sunt. Quorum numerus usque nonaginta milia perductus est. Id planè fuit trahi super terram dentibus bestiarum: ac deinde animas duci ad inferos, id est, trahi dentibus serpentium. Vnde signanter non dictum est, dentes bestiarum & serpentium cum furore trahentium super terram, sed dentes bestiarum cum furore trahentium super terram, & serpentium, vt subaudias dentes cum furore trahentium in infernum. Malorum omnium summam vno tandem versiculo complexus est. Foris vastabit eos gladius, & intus pavor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene. Foris namque gladius, id est, exterior corporum omnimoda calamitas: intus pavor, id est, atrox conscientia, quia scientibus illis, iam sanguis Christi, sicut sibi imprecari fuerant super ipsos, & super filios eorum redundabat. [Et dixi: Vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.] Haec & haec dixit, quae iam praemissa sunt, & tunc demum dixi ego, cui futurae calamitates istae, imò & omnia tam praeterita, quam futura praesentia sunt. Vbi nam sunt? Videlicet, quia defecerunt peccatores a terra, & iniqui ita vt non sint. Et vae illis, quos nescit deus, vbi nam sint, cum ipse omnium qui sunt, qui non male sunt, locus sit. Vnde dicit in Iob: Sicut consumitur nubes & pertransit, sic qui descendit ad inferos, non ascendet, nec reuertetur vltra in domum suam, neque cognoscat eum amplius locus eius. Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Ac si dicat: Parum est vt amplius cognoscant eos, ego quondam locus ipsorum, insuper & ex hominibus cessare faciam memoriam eorum, vt nec apud deū, nec apud homines vlla in bono sit memoria illorum. Sed propter irā inimicorum distuli, ne forte superbirent hostes eorum. Et dicerent, manus nostra excelsa, & non dominus fecit haec omnia. [Ita (vt praedictum est) sagittas meas complebo in eis, vt ne vna quidem maledictio residua sit. Poteram facere, & ipsi merebantur, vt ita cessaret ex hominibus memoria eorum, quatenus nullae superessent reliquiae eorum. Sed forte superbirent hostes eorum, & dicerent: non dominus fecit haec omnia, sed manus nostra excelsa fecit haec omnia. Distuli igitur & non

Iosephus de  
bel. iud. li. 7.  
cap. 25.

Psal. 79.

Psal. 102.

Iohan. 8.

Esa. 79.  
toram



domini non sunt. Ego autem a deo sum, ut nec morte interueniente esse desierim, nā & si mortuus sum ex infirmitate carnis, sed viuo ex virtute dei, id est, eo quod virtus dei sum. Hoc videre, & quod nō sit alius prater me. Nam alia quidē persona pater, alia persona filius, alia persona spiritus sanctus: sed non alius deus pater, alius deus filius, alius deus spiritus sanctus est. [Ego occidam & viuere faciam, percussā & ego sanabo, & nō est qui de manu mea possit eruere.] Hoc quoque videre, hoc ab effectibus presentibus comprobatur scire. Nam ego gentile quondam populum occidi. id est, idololatrię deditum, prater me deos alienos colentē damnauī, & nunc idē ego per spiritū sanctum viuere feci. Itemque ego populum meum, populum Iudaicum, prouocātem & irritantē me, cecitate percussī, & ecce iple reliquias ex ipsis sanauī. Et nō est qui de manu mea possit eruere, sub auditu, eum qui in manus meas horrendas incidit per imperium superbię. Non, inquam, est qui de manu mea possit eruere, propheta quoque dicente: Si fuerint tres viri iusti in medio eorum, Noe, Daniel, & Iob, viuo ego dicit dominus, ipsi in iustitia sua animas suas liberabunt, filios autem & filias non liberabunt. Quis enim ipsam manum saltem possit attingere? [Leuabo ad cœlum manum meā, & dicā, viuo ego in æternum.] Quis igitur de manu mea possit eruere, de manu altissima, tam altē in cœlum subleuata, ut nemo possit attingere? Manus mea quę omnia fecit, quę cœlum exēdit, terręq; fundauit, & maria effudit, in ipsa infirmitate sua, dum carne induta, quali obligata videretur, tunc quoque percussit superbum, & obstetricantem illa, eductus est coluber roruoſus. Quantomagis postq̄ leuauī illam ad cœlum, & dixi, viuo ego in æternum, quemadmodum testatur, & ille qui dixit: Christus resurgens ex mortuis, iā non moritur, mors illi vltra nō do minabitur, quāto magis (inq̄) extunc nemo est qui de hac manu mea possit eruere? [Si acuro vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddā vltionē hostibus meis, & his qui oderunt me retribuā. [Quęnam est manus mea, quę iudiciū arripiat, nisi filius qui dicit: Pater nō iudicat quęquē, sed iudicium omne dedit filio. Et quis gladius eius? nisi bonorū malorūque diuisio, qui videlicet in dextram sinistramque diuisi inſociabiliter separantur. Porro fulgur ad breue quidē lucet, sed percussit irrecuperabiliter. Si igitur acuro vt fulgur gladium meum, i. si (quod sine dubio futurū est) in breui quidē, sed palā omnibus in dextram & sinistra diuisiones fecero bonorum & malorū, & ita iudicium arripuerit manus mea, sicut iā dixi, non erit qui eruat, sed reddā vltionē hostibus meis, scilicet gehennam ignis inextinguibilis, & ibi vicissitudinē condignā his qui oderunt me retribuā. [Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes.] Sagittę meę vniuersę sunt iudicij sententię, senario illic numero designatę. Esuriti enim, & nō dedistis mihi manducare: sitiui, & nō dedistis mihi bibere: hospes eram, & nō collegistis me: nudus, & nō operuistis me: infirmus, & nō visitastis me: in carcere, & nō venistis ad me. Huiusmodi sagittas meas ego inebriabo sanguine, ita vt omnes expendantur cum effectu vindictę. Et gladius meus deuorabit carnes, nō quod ipsam carnem substantiam exterminet, sed quod æterna liter puniat carnalium amatores, vitia carnis conſectantes, ganeones, helluones, nebulones, tam malignos spiritus, q̄ immundos homines, quorum quia communis est nequitia, pœna quoque par est, iuxta illud: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui pręparatus est diabolo & angelis eius. Nā hoc est quod sequitur. [De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorū capitis.] Inebriabo sagittas meas de sanguine occisorum, i. de dānatione impiorū hominū, & de captiuitate inimicorū capitis, scilicet diaboli, qui caput & princeps est inimicorū, capitis (inq̄) nudati, id est, manifestati: cunctis enim manifestabitur, cunctis videntibus precipitabitur. Finem cantici pariter audiamus omnes. [Laudate gentes populum eius, quia sanguinē seruorum suorū vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitiuſ erit terrę populi sui.] Laudate gētes populum eius. Lætaminī gentes cum plebe eius, beatum dicite gentes populum, cuius dominus deus eius, quia nō peribit patientia populi, vel seruorum eius, sanguinē enim seruorum suorū vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum, dicendo: Discedite à me, in ignē æternum maledicti, & propitiuſ erit terrę populi sui, dicendo: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est à constitutione mundi. Sic hodie laudamus nos gentes, hæc enim nostra fides, hæc nostra confessio est, quia manus domini, quę ad cœlum leuata est, filius dei, qui post resurrectionem suam in cœlum assumptus est, fulgurās iudicium arripiet, in quo, & de impijs persecutoribus sanguinem seruorum suorum vlciscetur, & vindictam retribuet in hostes eorum, scilicet diabolū & angelos eius: populo autem suo, seruis suis terram propitiuſ reddet, de qua primum hominem propter peccatum expulit: imō soliditatem angelicę beatitudinis, in quam trāſferendus erat homo, non interueniente morte corporis, si non intercellisset præuaricatio peccatoris. Ecce qualem vsq; ad finem verba carminis Moyses compleuit, scilicet vsq; ad vltimum iudicium, in quo omnium finis erit.

De eo quod benedixit filios Israel iste Moyses legislator, & tamen futuro tempore Psalms dixerit. Etenim benedictionem dabit legislator, quid oporteat intelligi de Christo. CAPVT VIII.

Hæc

Hæc est benedictio, qua benedixit Moyses homo dei, filijs Israel ante mortē suā, & ait: Dominus de Sina venit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan, & cū eo sanctorum milia. In dextra eius ignea lex. Dillexit populos. Moyses inquit: Moyses inquam, le benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtutē, videbitur deus deorum in Syon. Quid ad hæc dicemus? Nempe de isto legislatore scriptura dicit, quia benedixit: de alio legislatore Propheta dicit: quia benedictionē prophetauit. Quid ergo dicemus, nisi legislatoris huius benedictionem, de illis esse seminibus, de quibus ille alius legislator in euāgelio dicit, quia alius est, qui feminat, & alius est qui metit: ego vos misi metere, quod non seminastis: alij laborauerunt, & vos in labores eorum introistis: Deniq; & hic Moyses, & cæteri seminatores agri pleni, laborando in agro domini, & seminando verbū dei, spem ponere potuerunt futurę benedictionis: solus autem ille legislator alius eandem benedictionē dando, suos operarios ad mittendū in labores eorū mittere potuit. Et hic quidem ante mortem filios Israel benedixit, ille autem in ipsa morte sua benedictionem omnibus gentibus acquiſiuit, de qua & postmodum dicit: Euntes docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Quid sit tam secundū literam, quam secundū sensum spiritualement: Dominus de Sina venit, & de Seyr ortus est nobis, &c. CAPVT IX.

Dominus de Sina venit, & de Seyr ortus est nobis. Apparuit de monte Pharan. Iuxta sententiam literalem, nobis (inquit) dominus de Sina venit, & de Seyr ortus est nobis, & de monte Pharan apparuit, quia videlicet nobis Iudæis, nobis populo Israel carnali, de his locis per ea quę in his dicta vel acta sunt locis dominus deus innouit, vt rectē cantaretur: Notus in Iudęa deus, in Israel magnum nomen eius. Nam in Sina legem dedit, & montem Seyr circumuehens, in dextera Pharan consistentibus mirabilia sua ostendit, iram suam & misericordiam suam notam fecit. Porro iuxta sensum spiritualement, nobis gentibus saluator noster Iesus Christus dei filius, de Sina, quod interpretatur tentatio: de Sina inquam, id est, de tentationibus suis venit, tentatus enim per omnia pro similitudine abiq; peccato, relictis tentatoribus suis Iudæis, post tentationē mortis, coronatus gloria & honore resurrectionis, ad nos gentes commigravit. Et de Seyr ortus est nobis. Seyr pilolus interpretatur, vel hispidus, quo itidem nomine rectē Iudæi peccatis suis hispidi denotantur. Ergo de Seyr ortus est nobis, quia secundum carnē de Iudæis ortus est, sic ad nos gentes tranſiit, quomodo ad Iacob iuniorem translata sunt per supplantationem primogenita fratris eius Esau. Apparuit & nobis de monte Pharan, quod interpretatur onager, siue ferocitas eorum. Onager ferrox atque stultus, id est, populus Iudaicus, de quo & illud in Iob rectē dictum intelligitur. Vir vanus in superbiā erigitur, & quasi pullum onagri liberum se natum putat. Ergo quia pullus ille iustitiam suam statuere volens, iustitię dei noluit esse subiectus, & propter hoc ab illis sese abscondens dominus, gentibus se ostendit, dei iustitiam elurientibus, rectē dicamus, quia apparuit nobis de monte Pharan, & cum eo sanctorum milia. Cum illo namq; de Iudæis incarnato, & ab eisdem tentatione mortis tentato: cum eo inquam, nobis venerunt, nobis apparuerunt sanctorum milia, id est, omnes sancti, quibus repromissus est, à quibus expectatus & prophetatus est, per illū nobiscum propter eandem fidem, & nos cum illis vna facti sumus ecclesia.

In dextera illius ignea lex, quid sit mysticē. CAP. X.

In dextera illius ignea lex, dilexit populos. Omnes sancti in manu illius sunt. Er qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Erat apud rectissimum rex. Ignea lex in dextera illius, ardentissima charitas est, in fortissimis operibus illius, qua dilexit populos: non, inquam, vnum Iudaicum populū, sed omnes populos. Hæc illud effecit, vt de Sina veniret nobis, vt de Seyr oriretur nobis, vt de monte Pharan appareret nobis: in similitudine illius temporis, quo apparuit Moysi in flamma ignis, de medio rubi, & liberauit populum suum de manu Aegyptiorum in manu forti. Sic enim cum ignea lege dextrę suę, cum ardentissima charitate omnipotentis suę, apparuit nobis vt libera-ret nos de manu Pharaonis & Aegyptiorum, id est, diaboli, & angelorum eius spirituum malignorum, in manu forti, qua ipsum diabolū vicit, atriumque eiusdem fortis fortior ipse debellauit, & cepit. Omnes sancti in manu illius sunt, id est, hoc ipso quod sancti sunt, opus manus illius sunt. Nec enim sua virtute sancti, sed gratia illius sanctificati sunt, quippe qui ex vno peccatore omnes peccatores nati sunt, & non nisi per vnum qui solus sine peccato est iustus, iustificari potuerunt. Talis venit, talis dominus ortus est, & apparuit nobis. Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius, id est, qui recipiunt fidem aduentus eius, intelligunt spiritualiter spiritualem legem illius. Nec enim aliter quā per Christi fidem profunda scripturarum intelliguntur. Vnde vsque hodie superbi Iudæi, quia pedibus illius non appropinquant, id est, humilitatis eius aduentum suscipere dedignantur, scripturas non intelligunt, & velamen positum est super



**Esai. 7.** super cor eorum, quod in Christo reuelatur. Cum ergo per prophetam dicit dominus: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, consequenter adiungendū est, propterea non habet scientiam, quia pedibus illius appropinquare, id est, humilitatis eius aduentum suscipere dedignatus est. Quid tandem Moyses? Non vtiq; ipse est, qui scientiam aut doctrinam det. legem tantum præcepit, hæreditatem multitudinis Iacob: præcepit inquam, legem, non appauit, præcepit hæreditatem sperare, non etiam funiculos hæreditatis eiusdem multitudini Iacob distribuit. Ille autem erit apud rectissimum rex. Ille inquam, scilicet dominus, sedebit à dextris domini rectissimi rex. Apud illum sedebit homo factus, rex in æternum, apud quem erat in principio deus verbum. Non tanquam famulus, aut præco legem præcipiet nobis, sed tanquam rex ascendens in altum, captiuam ducens captiuitatem, dona hominibus gratiæ dabit.

**Psal. 67.**

*De benedictione Ruben, quod illi assimilentur, qui de hæresi ad catholicam ecclesiam reuertantur.*

CAP. XI.

**C**ongregatis principibus populi, cum tribubus Israel, ait: Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. Quare sit paruus in numero? Videlicet, quia ascendit cubile patris sui, & maculauit stratum eius. Nam pro causa hac, effusus es (inquit pater eius Iacob) sicut aqua, non crescas. Viuat tamē, & non moriatur, vt hac contentus sit venia, factus indignus primogeniti gloria. Spiritualiter qui ascendit cubile patris, & maculauit stratum eius, videlicet hæreticus qui ecclesiam corrupit sponfam Christi, adulterando verbum dei, si ad patris gratiam redierit, viuat, & nō moriatur: sit tamē paruus in numero, id est, nō multiplicetur ecclesiasticis honoribus, sed laica sit communione contentus.

**Psal. 119.**

**Ioh. 17.**

**Psal. 67.**  
**Psal. 101.**

**Act. 9.**

**H**æc est benedictio Iudæ: Audi domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. Manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. In Iuda rex, & confessionis nostræ princeps, saluator noster Iesus Christus dei filius benedicitur eodem spiritu, eodemq; affectu, quo & propheta orando, sic precatur: Exaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Et reliqua. Eodem (inquam) affectu, nunc eadem intentione prophetici spiritus iste loquitur: Audi domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum. Vocem Iudæ, vocem eius qui ex Iuda ortus est, qua orauit patrem, vt ad populum suum introduceretur, nos omnes euangelicæ gratiæ filij audiuius, maxime vbi mox passurus ita loquitur. Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Et subinde manifestauit nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos. Ac deinceps: Non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnū sint sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint, vt sint vnum sicut & nos vnum sumus. Hæc enim vox Christi filij dei, secundum carnem de Iuda exorti, vox Iudæ est orantis se ad populum suum introduci, videlicet omnes populares sui, omnes fideles sui, vnū per eundem spiritum velut membra multa: vnū (inquam) corpus sint, ipse autē caput ipsorum sit. Hæc vox eius passim in scripturis auditur, maxime in Psalmis, vbi in spiritu eius propheta loquitur: Domine deus salutis meæ in die clamauit, & nocte coram te. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Igitur audi inquit domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum, id est, exaudi Christum tuum, quem de Iuda speramus nasciturum, & à mortuis suscita illum, atque principem, ac saluatorem exalta eum, ad dandam poenitentiam, & remissionem peccatorum. Sed nunquid ille infirmus est, & seipsum adiuuare non potest? Imò manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. Ad vos, o adiutores, apostrophen feci, ne putetis hanc orationem esse dubitantis, sed festinantis animi, atque tripudiantis esse desiderij. Nam ille deus est, deus & homo erit. Ex eo quod deus est, manus eius pugnabunt pro eo, id est, in ipso sua fortitudo erit, vt soluat dolores inferi, iuxta quod impossibile erit teneri illum ab eo. Ex eo autem quod homo erit adiutor eius contra aduersarios eius erit, id est, adiutorio cuncta peraget diuinitatis corporaliter in se habitantis. Hæc est, (inquit) Iudæ benedictio insigni demonstratione, quæ dicturus erat, pro Iuda prætitulauit, qua in cæterarum tribuum benedictionibus, nusquam vsus est, quia videlicet quod de Iuda sperabatur, singulare bonum est, & de cæteris tribubus nulla erat eiusmodi spes.

*De benedictione Leui, & vnde benedictionem meruit, & quomodo illum imitentur sacerdotes euangelici.*

CAPVT XIII.

**L**eu quoq; ait: Professio tua & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super

caustum super altare tuum. In Leui præsentis eo tempore Phynees sacerdotis dignitas benedictur, qui in initiatione Beelphegor arrepto pulsione ingressus post virum Israelitè in lupanar, ambolq; perfodiens, virum scilicet & mulierem, cessare fecit plagam à filiis Israel, dicente domino ad Moysen: Phynees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filiis Israel, quia zelo meo commotus est contra eos, vt non ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad eum: Ecce do ei pacem foederis mei, & erit tam ipsi quam semini eius pactum sacerdotij sempiternum. De hoc ipso, & propter hoc ipsum, item in propheta dominus dicit: Pactum meum fuit cum Leui vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & faciem nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. In pace, inquit, & æquitate ambulauit mecum, subauditur sicut ambulauit Enoch, qui translatus est ad dominum, & non inueniebatur. Tradit enim Hebræi, qd Phynees ipse sit Helias. Quod si ita est, maxime placet, quia nobiscum facit, ne ignoremus quomodo cum illo pactum pepigerit deus sacerdotij sempiterni, cum sacerdotium legale, quo sanctus est Phynees, sempiternum non fuerit. Nam cum venerit circa finem seculi, profectus in ecclesia Christi, cuius sacerdotium sempiternum est, honore sacerdotij non carebit.

**Num. 19.**

**Mala. 2.**

**Gene. 9.**

**Num. 20.**

**Exod. 12.**

**Matt. 10.**

Igitur perfectio tua o deus, inquit, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, videlicet secundum Phynees qui est ex Leui, & iudicasti ad aquas contradictionis, videlicet secundum me & Aaron, quibus iratus es ad aquas contradictionis, & dixisti: Quia non credidisti mihi, vt sanctificaretis me coram filiis Israel, non introduceris hos populos in terram quam dabo eis. Quæ est illa perfectio? Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, & cætera, vt supra. Hanc perfectionem tunc Leui carnaliter quidem, sed pro tempore dignè & laudabiliter arripuit, quando propter vitulum constatim irato Moysè, ac dicente: Si quis est domini iungatur mihi, congregati sunt ad eum omnes filij Leui, illoq; protinus dicente, hæc dicit dominus: Ponat vir gladium super femur suum, & occidat vnusquisq; fratrem, & amicum suum, & proximum suum, fecerunt filij Leui iuxta sermonem Moysi. Consecrasti manus vestras hodie domino, vnusquisq; in filio & fratre suo, vt datur vobis benedictio. Hi, inquit, custodierunt eloquium tuum & pactum tuum, seruauerunt iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Et quia suas illic manus consecrauerunt: ponent (ait) thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum, id est, sacerdotes tui erunt, & in tempore iracundiæ stabunt ad reconciliandū. Verum euangelico viro hoc vel maxime loco viuificas spiritus sequendus est. Vbi enim litera magis occidit? Igitur ille qui gladium illum arripuerit, de quo dominus legit, legem adimplens in euangelio dicit: Nolite arbitrari, quia venerim pacem mittere super terram, non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam, & inimici hominis domesticus eius. qui amat patrem ac matrem plus quam me, non est me dignus: qui amat filium aut filiam plus me, non est me dignus. Qui, inquam, gladium illum arripuit, gladium verbi dei, qui perfectio & doctrina domini est, & hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel, atque idcirco quia perfecti sunt, idcirco deus pro imperfectis popularibus tuis ponent thymiama orationum, siue holocausta intercessionum, quia videlicet pro peccatis hominum intercedere digni & idonei sunt. Iste gladius verbi dei, in manu vel super femur Apostolorum & euangelistarum vera fortitudo est, cui protinus ita benedicuntur. [Benedic domine fortitudini eius & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius, & qui oderunt eum non confundant.]

*De benedictione Beniamin, cur istum ponat post Iudam & Leui, & quod maxime in Paulo Apostolo hæc eius benedictio completa sit.*

CAPVT XIII.

**E**T Beniamin ait: Amantissimus domini habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die comorabitur, & inter humeros illius requiescet. Non casu atq; fortuito contingit, vt post Iudam Leui, ac deinde prædicet ac beatificet Beniamin, neglecto ordine natiuitatis, sed spirituali orculo causas habet præsentis, quas scripturarū auditor, certius q̄ digitos aut vngues suos cognoscere possit. Certum quippe est, quia scisso regno Israel à domo Dauid, propter peccatum Salomonis, & super Iudam & Beniamin, & super sacerdotij Leuiticumq; templi ministerij, lucerna remā sit ipsi Dauid. Igitur rectè spiritu prophetali præunte primū tribum Iuda regiam, deinde sacerdotalem siue Leuiticā, ac deinceps tribum Beniamin benedicendo designat, vtriq; loco habitationis, regniq; Dauidici vniōne coniungendam. Amantissimus, inquit, domini habitabit confidenter. Ac si dicar: Multū à domino se diligi nō ingrato animo Beniamin existimet, in eo quod vitulis Samaritæ, siue vitulorū sacerdotibus, cæterarū tribuum animas depredebant, ipse habitabit confidenter,

Astu. 9.

a.Reg. 12.

alijq; tribubus adorantibus quod nescient, ipse cum iuda & cum Leui adorabit quod sciet. In eo quasi in thalamo tota die morabitur, in eo inq; i. in cultu eius, in lege eius, vbi quasi in thalamo anima legitimo viro suo deo copulatur, tota die morabitur, & inter humeros illius, id est, inter fortissimas tribus regiam & sacerdotalem requiescet, vt non eum vanus error laboris fatiget. Verum altius adhuc respicientibus, amantissimum domini Paulum de tribu Benjamin preterire non licet, neq; arbitrandum est, quod prophetarum maximus Moyses, qui praecire meruerit, quicquid bonae spei de singulis tribubus expectandum foret, tale tantumq; Benjaminę stirpis bonum non praeciderit, aut praecidens oraculo vocis sue celebrare designatus sit. Igitur amantissimus domini Benjamin. i. Saulus, qui & Paulus de tribu Benjamin, magno pietatis miraculo de persecutore domini factus amantissimus domini, habitabit confidenter, magis ac magis conualescens, & inimicos domini confundens, in eo quasi in thalamo tota die morabitur, id est, in gratia eius omni tempore gloriabitur, & inter duos humeros illius, inter duo testamenta illius requiescet, pascetur, ac multitudine revelationum clarificabitur, ita planè quemadmodum in Iuda rex & dominus Iesus Christus, sic & Benjamin amantissimus eius, vas electionis eius, sacrarium gratiæ eius, dignè prophetico spiritu celebratur.

De benedictione Ioseph, quod Iuda, & in isto Christus dei filius benedicatur. CAPVT XV.

Ioseph quoq; ait: De benedictione domini terra eius, de pomis coeli & rore, atq; abyssio subiacente, de pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium gter norum, & de frugibus terrę, & de plenitudine eius. Si ad literam spectes, cur post Iudam, Leui, & Benjamin, ponatur Ioseph, qui secundum tēpus & ordinē natiuitatis duodecim filiorum Irahel penultimus est, illa causa est, quia regni Hieroboā, qui à domo Dauit abscidit decem tribus Irahel, principium fuit tribus Efraim filij Ioseph. Nam ipse Hieroboam rex per Efraim erat de Ioseph, & grandi quidem affectu benedictionis aceruus congeritur, propter merita Ioseph, sed secundum literam, quicquid benedictio praesens resonat, non valde magnum est cū pomis coeli & rore, id est, omni vberitate aeris rorantis, bona & salubri temperie, atq; abyssi subiacentis, fructibus quoq; solis & lunę naturaliter autē (vt physici perhibent) ex luna clementum, ex sole autē maturitatem fructus terrę capiunt, cum inquam pomis vel frugibus terrę omnibus, malus aequè vt bonus, interdum quoq; malus magis quam bonus abundet. Porro iuxta sensum altiorē ac prophetico spiritu dignum, ipse in Ioseph, qui & Iuda benedicatur, quia videlicet qui ex Iuda secundum carnē natus, ipse est Ioseph Christus dei filius, toto vitæ eius ordine est prefiguratus. Ait ergo: De benedictione domini terra eius, &c. Benedictio hæc septenaria distinctione subdiuisa est. Prima, de benedictione domini terra eius. Secunda, de pomis coeli, & rore, atq; abyssio subiacente. Tertia, de pomis fructuum solis ac lunæ. Quarta, de vertice antiquorum montium. Quinta, de pomis collium æternorum. Sexta, de frugibus terrę. Septima, de plenitudine eius. Quid hæc benedictione septenaria, nisi Christo dei filio, cuius ille filius accrescens typum gesserat, cuncta perfecta, cuncta praerantur vel predicantur prospera? Nā de benedictione domini terra eius, iubau diendū est fundabitur vel creabitur, terra, inq; eius. i. terrenū de terrena materia corpus eius, non de virili semine, sed de domini benedictione: non de mortali opere, sed de sancti spiritus operatione concipietur, formabitur, & patietur. De pomis coeli, & rore, & abyssio subiacente, subauditur concipietur, & germinabitur: de pomis, inq; celi rorantis, & abyssio subiacente. i. de caelestibus & angelicis alloquitur, & virginæ carnis humore, iuxta aliam prophetiam dicentem: Rorate celi desuper, & nubes coeli pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem. Rorauerunt enim celi pomiferi, quando de caelis missus Gabriel angelus Ecce (inquit) concipies & paries filium, &c. Subiacens autē abyssus, poma celi, id est, verba fidelia suscepit angeli, cum virgo fidelis subiectum & credulum pandens auditum. Ecce (inquit) ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuū. De pomis (inquit) fructuum solis ac lunæ. i. de veritate vel operatione vtriusq; diuinę scilicet, pariter & humanæ naturę. Nam iste benedictionis filius nō de sole tantū, neq; de luna sola. i. nō enim ex diuina tantū, neq; de sola humana, sed de vtriusq; deus & homo vnus idēq; consistit natura. Et de sole quidē. i. de natura diuina immutabilis atq; impossibilis erat. De luna verō. i. de humana natura varietatibus nostris possibiliter subiacebat. De vertice antiquorum montium, & de pomis collium gter norū, subauditur insignis & inelytus incedat. Montes quippe antiqui patriarchę sancti: colles æterni prophetę sunt, stabilis & permanentis testimoniū. De carne illorū natus, de scripturis horū testimoniū habet iste accrescens filius. Igitur de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum. i. de fideli semine patriarcharum, de fideli veniat nobis sermone prophetarum. De frugibus terrę, subaudis dicitur atque amplificetur magnificē, id est, de multis atque innumerabilibus filiis toto orbe diffusę ecclesię, natę atque germinantis, de sacrosancta eius passione. Et de plenitudine eius, id est, de gloriosa & caelesti illa patria, vbi terra eadem plenitudine, atque felicitate resurrectionis innouata, bonis eius implebitur, bonorū omnium abundantia, tā secundum corpus

Esaię 45. Lucę 1.

secundum corpus q̄ secundum animam in aspectu eius perfruetur. Ad summum inquit. [Benedictio eius, qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticē Nazarei eius inter fratres suos.] Quod est dicere: Quę tunc benedictio prefigurata est, quando ille omnis benedictionis opifex apparuit in rubo, vt populū suum liberaret & educeret de Aegypto, illa perficiatur in capite Christi filij dei, qui nobis Ioseph, nobis in quā filius accrescens venturus est, in capite inq; & in vertice illius Ioseph, in maiestate & altissima diuinitate Nazarei, inter fratres suos. i. sancti inter oēs, & super oēs homines sanctos. Veniat super caput eius, dū concipitur: veniat super verticē eius, cū iam iuuenis baptizatur. Nec partim, sed tota plenitudine veniat super caput, vel super verticē eius, vniuersus gratię & benedictionis fluuius, quę profectō non alia est q̄ gratia septiformis spiritus. Veniat ignis quidē, sed rubum illuminans, nō comburens. i. cū sit fortissimus spirituum deus, fragilē virginē ventris substantiā non dissoluens, matrem quidē efficiens, sed virginē incorruptam custodiēs. Talis veniens benedictio de medio Rubi, liberet nos de manu Pharaonis, & de luto Aegypti. i. natus de virgine, liberet nos de manu diaboli, & seruitute peccati. [Quasi primogenita tauri pulchritudo eius, cornua rinocerotis, cornua eius.] Libet & secundū rem gestam intueri, q̄ rectē ille Ioseph filius Irahel, rectē & Nazareus inter fratres suos, & quasi tauri fuisse primogenitus pulcherrimus, & cornua velut rinocerotis, pro similitudine habuisse dicatur. Videlicet Nazareus ex lege comam nutrire iuberetur. At ille lōga carceris clausura, comam nutrierat, quousq; ad imperium Pharaonis de carcere eductus, tonsus & stola indutus est byssina. Pro qua causa? Videlicet pro magna innocētia, pro laudabili iustitia, quia ne cōuentus & prouocatus à concupiscente domina, nequaquā operi nefario acquieuerat. Rectē igitur rei vel causę memorabilis applaudendo, & capiti comato alludendo, dixit & patriarcha Iacob: Fiant (subauditur benedictiones istę) in capite Ioseph, & in vertice Nazarei, inter fratres suos. dicit & iste legislator: Veniat benedictio super caput Ioseph, & super verticē Nazarei, inter fratres suos. Cōstat verō, quia propter pulchram faciem, decorumq; aspectum à domina sua admatum est: Ergo quasi primogenita tauri pulchritudo eius, quia videlicet sic à domina sua iuuenis decorus, velut à lasciuente vacca taurus iuuenulus, & inter ceteros egregius appetitus est. Ad quod idem alludens, idem qui supra pater sanctus, filius (inquit) accrescens Ioseph, filius accrescens, & decorus aspectu. Quia verō fortiter libidini resistit, rectē & hic dictum est, cornua rinocerotis cornua eius, & ille qui supra: Seder (inquit) in forti arcus eius. Sed iam cōptam sequentes tropologiam, hæc quoq; ad saluatorem referamus. Nam quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, in eo quod pro salute mundi sacrificatus, solus sufficit: pro omnibus in odorem suauitatis acceptus, vitulus faginat, vitulus primogenitus, candidus & rubicundus, electus ex milibus. Cornua rinocerotis, cornua eius. Fortissimus quippe erat atque omnipotentissimus, incomprehensibilis cunctis venatoribus, nisi quod in sinum imō in vterum virginis singulare deposuit omnipotentię cornu, atque inde comprehendi & occidi potuit à venatoribus, à Iudæis insidiantibus. Quamuis vnus sit cornu rinocerotis, vnde & dicitur vnicornis, tamen pluraliter cornua dixit, videlicet, quia vnus idemq; cuncta omnipotenter fecit, & cuncta perditā nihilominus eadem potentia restaurauit. De natura rinocerotis iam alibi dictum est, nunc ad reliqua properemus. [In ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terrę. Hæc sunt multitudines Efraim, & hæc milia Manasse.] Clarum est, quia bello publico mirabiliter in illis cornibus suis gentes vsque ad terminos terrę ventilauit, predicando enim, quia verbum per quod omnia in principio facta sunt, caro factum in fine seculorum vicit diabolus, gētes ante se egit, partimq; in fugam vertit, partim sub pedibus suis strauit. Nam qui ex eis resisterunt cū gladijs suis & proposito persequendi, disperierunt: qui autem prædicationem eius receperunt, bene pedibus eius subiecti sunt. Ventilauit igitur gentes vsq; ad terminos terrę, & sic ventilando tam gentes quam Iudæos, compleuit quod dixerat in Psalmo: Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæc ereditam tuam, & possessionem tuam terminos terrę. Reges eos in virga ferrea, tanquam vas figuli confringes eos. Gentes ipse multitudines sunt Efraim, & milia Manasse, id est, sic iudicare, & sic dispositæ sunt, quomodo prefiguratum est in filiis Ioseph, Efraim, & Manasse. Efraim natu iunior, Manasses primogenitus erat, sed benedictione sua pater Irahel constituit Efraim ante Manassen. Sic populus Iudaicus populo gentium prior erat, sed ventilantibus huius rinocerotis cornibus, illud quoq; post cetera factum est, vt iunior iste ante priorem illum stet.

De benedictione Zabulon & Isachar, quod in ipsis Apostoli Christi benedicantur. CAPVT XVI.

ET Zabulon ait: Lætare Zabulon in exitu tuo, & Isachar in tabernaculis tuis. Populos ad mortem vocabunt, sibi immolabunt victimas iustitię, qui inundationem maris quasi lac iugent, & thesauros absconditos harenarum. Primò simpliciter sic dicendum est: Quod in benedictionibus siue laudibus Ioseph tacitum est, cum secundum literam siue historiam dici posset Efraim à templo domini, & à regno vel ciuitate dei recessurus, & vitulos aureos fabricaturus est, tunc qui de Zabu-

Exod. 3.

Numē. 16.

Numē. 6. Gene. 41.

Gene. 48.

Ibidem.

Canti. 31.

Sup. lib. 1. capite 20.

Psal. 2.

Gene. 49.

OO ij de Zabu-

Gene. 49.

Matth. 4.

Esaie 2.

Psal. 119.

Esaie 2.

Esaie 60.

Psal. 119.

de Zabulon, & Issachar optimi erunt, populos ad montem vocabunt: ad montem, inquam, id est, ad templum in Hierosolymis, in mote Moria situm, contradicentes sacrilegio Hieroboam, ac dicentes, non vitulos eius Bethel, & in Dan, sed dominum deum patrum suorum in Hierosolymis esse adorandum. Aiunt namque Hebraei, quod hi maxime, qui de Issachar & Zabulon, Neptalim quoque erant, ad scripturas sanctas die ac nocte meditandas studium dederunt, & hoc per metaphoram significari in benedictionibus Iacob dicentis, Zabulon in litore maris habitabit. Issachar alius fortis, suppositum humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens, quod est, submisit se studiis, laborans ad discendum, magistris dona portans. Cui sensui amplissime congruit, quod nunc dicitur: Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos harenarum. Quod idem est ac si diceret, Qui plenitudinem scripturarum cum dulcedine & desiderio percipient, & absconditos in literarum profundo thesauros subtilium sententiarum. Ibi immolabunt victimas iustitiae: vitulis autem Ephraim quaecumque immolabuntur, sine dubio victimae erunt iniustitiae. Verum iam altius producendum est. Latere, inquit, Zabulon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis: Melius & prophetico spiritu dignius est, si ad doctrinam saluatoris, qui supra in Ioseph benedicatur, haec referamus, eo quod vel maxime in terra Zabulon vel Neptalim docuerit, atque Apostolos vocauerit, ut in euangelio quoque scriptum est: Latere Zabulon, quod interpretatur habitaculum fortitudinis, & Issachar, quod interpretatur merces, Latramini, inquam, Apostoli saluatoris, quibus fortiter omnia relinquentibus, fortiterque aduersa propter iustitiam sustinentibus, copiosa in caelis merces reposita est. In illo exitu vestro, in illis caelestibus habitaculis vestris latramini. Protinus ad auditores apostrophem facit sermo propheticus. Populos ad montem vocabunt, ibi immolabunt victimas iustitiae. Populos, inquam, non vnum populum Iudeorum, sed populos vel gentes omnes ad montem vocabunt, ad montem illum, de quo & secundum Esaiam semetipsum vocati populi multi, vel omnes gentes cohortantur & dicunt: Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Erit (inquit propheta) in nouissimis diebus praeparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & caetera. Ad illum, inquam, montem, qui impletur totum orbem terrarum, populos vocabunt, magna voce vocabunt, ita ut in omnem terram exeat sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Ibi immolabunt victimas iustitiae: ibi inquam, tantum, quia praeter montis illius ascensum, praeter montis istius, vel domus domini fide, nusquam alibi est immolare victimas iustitiae. Ex quo ad montem istum vocantibus Apostolis, de Syon exiit lex, & verbum domini de Hierusalem, quicquid usquam, siue in Hierosolymis, siue in tota synagoga immolatur, illa vocatione contempta, sacrificium iniustitiae est, victima impietatis est. Illuc vocando inundationem maris (inquit) quasi lac sugent, id est, multitudinem gentium, dulci praedicatione in vnam fidem, quasi in suum corpus transierunt, iuxta quod in propheta sanctae & Apostolicae ecclesiae, promittens sanctus & consolatorius spiritus dicit: Et suges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. Sugent, & absconditos thesauros harenarum, id est, clarissimo inuitu scrutabuntur, & spiritaliter tractando suauiter bibent profunda scripturarum, arcana legis & prophetarum. Sugent, inquam, thesauros eiusmodi harenarum, & experimento scient, quia iudicia domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum, & dulciora super mel & fauam.

*De benedictione Gad, quomodo nomen eius quod interpretatur accinctus, tam secundum historicum, quam secundum spirituale sensum, conueniat.*  
CAPVT XVII.

**E**T Gad ait: Benedictus in latitudine Gad. Quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. Et vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias domini, & iudicium suum cum Israel. Benedictus (inquit) in latitudine, id est, in bona voluntate, videlicet qua dicit, Causas ouium fabricauimus, & stabula iumentorum, paruulis quoque nostris vrbes munitas. Nos autem ipsi armati & accincti, pergemus ad praelium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Non reuertemur ad domos nostras, usque dum possideat filii Israel hereditatem suam, nec quicquam querimus trans Iordanem, quia iam habemus possessionem nostram in orientali plaga eius. Haec dicendo Gad, & sic faciendo, profecto vidit principatum suum, id est, non neglexit ipsionem suam, nec mentitus est, promissum suum princeps belli incedendo armatus, & secundum nomen suum accinctus ante faciem fratrum suorum. In parte sua doctor repositus, id est, propria sententia dux in periculis constitutus, factis suis praecurrentibus disciplinam docens & fortitudinem belli, quam ceteri sequerentur. Ita fuit cum principibus populi, princeps in acie, primus in periculis, & fecit iustitias domini, dicta sua copensando factis, & iudicium suum cum Israel, faciendo quod iudicauit se facere debere, eorum vel cum vnuerso Israel. Deinde quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem. Ad filios namque quos trans Iordanem in possessionem dimiserat, post quatuordecim annos reuertens, praelium ad-

lium aduersum eos vicinam gentium grande repperit, & dimicando fortiter hostes vicit, admodum leonis brachium aduersarij verticemque occupantis. ut sublata primum pugnaci dextera, deinde sanguinem eius bibat. Spiritualiter post Apostolos Apostolorum successores hac benedictione instruuntur, qui profecto iam citra Iordanem possessiones acceperunt, quia videlicet iam hic antepredia caelorum terramque viuentium, facultates in ecclesia possident. & praedia de manu diuitum regumque, vel Imperatorum fidelium. Videant isti principatum suum, quod in parte sua doctores sint repositi, id est, non ignorent, qua conditione principatum acceperunt ecclesiae Christi, quia non Imperatores vel Tyranni, sed doctores sunt in parte vel possibilitate sua repositi, regere ecclesiam, quam acquisiuit sanguine suo, vnde & ratione sunt reddituri. Hoc inquam, videant, sintque cum principibus populi. i. Apostolos imitentur, partes & principes Christiani populi, & exemplo illorum faciant iustitias Domini, secundum quod causa postulat, nunc in virga, nunc in spiritu mansuetudinis, & iudicium suum cum Israel, iudicium inquam, vel propositum suum teneant, quo curare se professi sunt pro isto spirituali Israel, ne illis ad damnationem proueniat indigna sumpta temporalis merces. Igitur benedictus in latitudine Gad, scilicet quicumque praedicator, aut praelatus dilatata per charitatem habet viscera, qua dilatatus Apostolus dicebat. Os nostrum pater ad vos o Corinthii, cor nostrum dilatatum est, & caetera. Plane quisquis eiusmodi est, quasi leo requieuit, cepitque brachium & verticem, id est, sanctum leonem de tribu Iuda spiritum induit, cepitque omnem hominem in brachio suo spiritui dei resistentem, & conculcauit superbie verticem.

*De benedictione Dan, quod in illo secundum historiam Sampson, qui futurus erat de tribu eius, mystice autem Christus, cuius ille tyrum gesserit, benedicatur.* CAP. XVIII.  
**D**AN quoque ait. Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Dan, id est, Sampson de tribu Dan, quasi catulus leonis fortissimus erit: licet enim millia hostium, quasi leo vnus multa milia ouium, facile superabit. Fluet largiter de Basan, id est, transgressus Iordanem, expugnata prius cum Israel terra Og regis Basan, fortiter ager, ascendens & pugnando capiens forte iua. Nec enim propter Sampson solum, sed & propter communes pugnacillimae tribus vires, catulus leonis Dan. Scriptum est enim. Ascenderuntque filii Dan, & pugnaverunt contra Lesen, ceperuntque eam, & percusserunt in ore gladij, ac possederunt & habitauerunt in ea vocantes nomen eius Lesendan, ex nomine Da patris sui. Porro & alius, in Dan propter praedictum Sampson, quod interpretatur sol eorum, licet intelligere sole nostrum, sole iustitiae Christum. Iste catulus leonis, id est, filius dei fortissimus, fluet largiter de Basan, id est, fortiter ager, & largitate donorum tribuet spiritus sancti, cuius plenitudo intelligitur per Basan. Basan quippe interpretatur pinguis, & in Christo recte pinguedinem significat spiritus sancti, iuxta quod in Psalmo dicitur, mons dei mons pinguis. Iste catulus leonis portas inferni confregit, & media nocte resurgens, tandem in caelum ascendit, iuxta quod in tyru eius Sampson id est de tribu Dan obfessus ab hostibus, media nocte surrexit, portas vrbs tulit, & in vertice montis subijt. Sed & caetera praclarissima, ac fortissima gesta, quibus illustrauit tribum Dan tribu sua, mysteria fere significata Christi domini nostri gloriam, sicut a patribus orthodoxis iam dudum exponitur, & expositum legitur, & scitur per vnuerfam Christi ecclesiam.

*De benedictione Nephthalim, quod dictum est: Mane & meridie possidebit, ad doctrinam pertinere saluatoris* CAP. XIX.

**E**T Nephthalim dixit: Nephthalim abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionis domini, mane & meridie possidebit. Si ad literam spectes, quod dictum est mane & meridie possidebit, quaeritur cur non sit dictum, quia occidentem quoque possidebit. Scriptum est enim in sorte Nephthalim. Et egressus eorum usque ad Iordanem, reuertiturque terminus contra occidentem in Aznoththabor, atque inde egreditur in voca, & pertransit in Zabulon contra meridiem, & in Aser contra occidentem, & in Iuda ad Iordanem, contra ortum solis ciuitates munitissimae. Ergo melius est, si & hoc ad doctrinam referamus saluatoris, eo quod ibi vel maxime docente illo: Nephthalim reuera mane & meridie possederit, completo quod dictum est per prophetam, populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam. Quod euangelista quoque testatur, cum dicit. Et relicta ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum, maritima in finibus Zabulon & Nephthalim, ut impletur quod dictum est per Esaiam prophetam. Terra Zabulon & terra Nephthalim via maris, trans Iordanem Galilae gentium. Populus qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam, & sedentibus in regione vmbrae mortis, lux orta est eis. Igitur mane & meridie possidebit, exinde enim Iesus meridiana lux praedicare cepit, exinde inquam id est stella matutina & meridianus sol praedicatio illuxit. Ita benedictio domini plenus erit Nephthalim, videlicet pro parte electorum, quibus ipse mane & ipsa merides complacebit, sanis & non inuidentibus oculis. Vniuersaliter tamen, quoniam Nephthalim latitudo interpretatur, intelligere licet, quia omnis qui per charitatem dilatatur, reuera plenus sit benedictionis domini, & hic mane ac meridie possideat, id est, nunc quidem per speculum in aenigmate, in futuro autem facie ad faciem deum videat.

De benedictione Afer, quod in eo secundum nomen eius, quod interpretatur beatus  
omnes sancti dei qui vere beati sunt, benedicantur. Cap. XX.

**A**Ser quoque ait: Benedictus in filiis Afer, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum, ferrum & aes calciamentum eius. Sicut dies iuuentutis tua, ita & senectus tua. Non est deus alius ut deus rectissimi. Ascensor coeli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, & habitaculum eius sursum & subter brachia sempiterna. Eijciet a facie tua inimicum, dicitque contere-  
re. ] Benedictum fuisse in filiis Afer, & beatos genuisse filios, illud indicio est, quod femine quo-  
que beatæ ac benedictæ, prophetiæ spiritum habentes, magnum ac longuam sapientiæ vel sancti-  
tatis reliquere testimonium. Siquidem mulier sapiens, quæ de ciuitate Abella exclamauit di-  
cens: Audite audite dicite Ioab, ac deinceps: Sermo (inquit) dicebatur in veteri prouerbio, qui in-  
terrogant, interrogent in Abella, & sic percipiebant veritatē, nonne ego sum qui respondeo ve-  
ritatem in Israel, quare precipitas hereditatem domini? mulier, inquam, illa sapiens (vt tradunt  
Hebræi) filia fuit huius Afer, quæ & iccirco matrem se dixerit in Israel, quia multorum erat an-  
norum, vt vel propter eam nunc recte pater Afer dicatur, ferrum & aes, calciamentum eius, quo  
dicto pulchre diurnitas vite designatur. Sed & in euangelio Anna prophetissa legitur fi-  
lia Phanuel, de tribu Afer, tam pro longua sanctitate, quam pro gratia prophetica venerabilis,  
quippe quæ Christum infantem agnoscere, & propheticum illi perhibere testimonium digna ha-  
bita est. Verum quoniam Afer beatus interpretatur, latius sanctos omnes beatam spem expectan-  
tes, in hoc nomine beatificari arbitremur. Itaque benedictus in filiis Afer, id est, benedictus in ope-  
ribus bonis, & virtutibus suis beatus ille populus, cuius dominus deus eius est. Sit placens fratri-  
bus suis, id est, habeat dilectionem adiuicem, sicut eum dominus deus eius dilexit. Et intingat in  
oleo pedem suum, videlicet pacem annunciando, charitate prædicando. Nam beati pedes euangeli-  
zantium pacem. Ferrum & aes calciamentum eius, id est, sicut ferrum forte, & aes perseveran-  
tissimum est, ita fides eius fortis sit, & vsque in finem perseveret: vel sicut ferrum constans, & aes so-  
lidorum est, ita bona & constanter operetur, & fideliter annunciet. Sicut dies iuuentutis tuæ,  
ita & senectus tua. Hoc verè laudabile est. Solent enim plerique, maxime qui carnaliter sapiunt, &  
carnaliter viuunt, in iuuentute quidem sapere & acutiores esse, in senectute autem desipere, & in  
infantiam declinare stultitiae. Non ita autem tu. Nam & rex David postquam senuerat, tunc de-  
mum inuenit Abisac Sunamitem pulchram nimis adolescentulam virginem, significans viros  
sanctos, cum plurimos habuerint ætatis dies, & a calore pristino magis ac magis refrigererint, tunc  
magis ac magis proficere ad sapientiam spiritualem, & celestem virginem incorruptam atque  
incorruptibilem. Igitur sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua, scilicet eius quam vocasti ami-  
cam tuam, sapientiæ vel prudentiæ complexibus idonea. Non est deus alius, vt deus rectissimi.  
Hoc planè dicent, qui tinctum in oleo pedem tuum, & ferreum vel æneum calciamentum tuum  
viderint. Propterea dicit: Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, &  
glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Hoc inquam dicent, & iccirco pedem tuum oleo tin-  
ctum, ferrumque vel ære calciatum ostendere debebis, non vt videant te, sed vt iocundo lumine ope-  
rum tuorum exhilarati, dicant: non est deus alius, vt deus altissimi. Hoc sepe dictum est, & dicen-  
tibus profuisse notissimum est. Admirantes quippe atque gaudentes cum viderent ethnici atque gen-  
tiles, Christi seruos opere perfectos, & sermone potentes, verus (dixerunt) deus ille est, qui vos ta-  
les seruos habet. Vbi propter te, o rectissime, sic deus fuerit glorificatus, eadem dei glorificatione  
beatificaberis & tu. Adhuc enim: Ascensor coeli auxiliator tuus. Iccirco tu (inquiunt) rectissi-  
mus, quia qui in caelum ascenderit, ipse auxiliator tuus. Nam sine auxilio eius nihil facere pote-  
ras tu. Exempli gratia: Petrus hodie rectissimus, antequam ille ascendisset in caelum non erat rectus, quip-  
pe qui ad vocem ancillæ ostiarie trepidus & curuus declinauit, & dum mori timuit, vitam nega-  
uit. At vbi ille auxiliator eius super oculos ascendit, vbi mortem relurgendo calcavit, & in cae-  
lum ascendit, vel (vt secundum Prophetam loquar) vbi ascendens in altum, captiuam duxit ca-  
ptiuitatē, dedit dona hominibus, ibi & extunc Petrus rectissimus. Igitur qui quis in glorificatione  
dei rectissimum te dicit, causam efficientē vnde sis rectissimus subiungat protinus: Ascensor coeli  
(inquiens) auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes. Ac li dicat. Quid mirantur? Au-  
xilium illius ascensoris coeli potentissimum atque efficacissimum est. Nam magnificentia eius dis-  
currunt nubes. Magnificentia inquam, id est, magnifica gratia hoc factum est, vt super omnem  
terram discurrant nubes, nubes temperatiuæ, nubes aquosæ cunctis loquelis, vniuersis sermoni-  
bus gentes omnes aquis complentes salutaris doctrinæ. Nam istæ nubes Apostoli & prophetae  
sunt. Dictum quippe est de his. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras  
suas? Antequam magnificus ascensor eius suum auxilium illis, id est, sui spiritus dona præ-  
stitisset, non discurrerant, sed in vno loco ludææ per modico pluebant istæ nubes. Nunc autem  
quid? Habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna. Quod est dicere: Ille ascendit  
in caelum, sedensque ad dexteram patris, habitat sursum, & exinde porrexit huic brachia sua,  
brachia

brachia sempiterna. i. sancti spiritus sui dona fortissima. Nā eadē sancti spiritus dona, sicut in apo-  
calypsi septem agni cornua, sic in isto propter eandem fortitudinē, recte dicatur septem brachia  
habitaculi eius sempiterna. Horum magnificentia brachiorum magnificentatē discurrerunt nubes,  
id est, per mundum vniuersum diuisi sunt Apostoli, vel apostolici viri sapientes atque eloquentes,  
vt eorum doctrina omnem terram complueret. Eijciet a facie tua inimicum, dicitque contere-  
re, illis brachijs suis, o Afer, o popule, terque quaterque beate, inimicum illū eijciet a facie tua, de quo an-  
tequam brachia sua coeli ascensor extenderet. Nunc (ait) iudicium est mundi, nunc princeps hu-  
ius mundi eijcietur foras. Ergo primum quidē per passionem, resurrectionem, atque ascensionem  
suam eijciet inimicum a facie tua, trahendo ad se omnia, in nouissimo autem dicit, contere-  
re. vt  
niens scilicet cum potestate magna & maiestate, vt eum & omnes angelos eius præcipiter in ignē  
æternum semper ardentis atque inextinguibilis gehennæ. Dicit inquam contere-  
re, id est, contere-  
re eum, non manu vel pede, sed verbi omnipotentis (quod ipse est) magna & ineffabili dictione, non  
transitoria voce, sed sententia permanente.

De vniuersali benedictione totius populi dei, sub nomine Israel & Iacob.

CAPVT XXI.

**H**abitabit Israel confidenter, & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, coelique cali-  
gabunt rore. ] Cum ille ascensor coeli regnauerit, cum habitaculum suum sursum posue-  
rit, sedēdo ad dexteram patris, & quæ prædicta sunt brachia sempiterna subter porrexit, tunc  
Israel, verus Israel, qui amore velamine, & reuelata facie, gloriam domini speculabitur, habita-  
bit confidenter & solus, quemadmodum & alius propheta testatur: Ecce (inquit) dies venient, di-  
cit dominus, & suscitabo David germem iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium  
& iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Quis rex secun-  
dum illum prophetam regnabit, nisi qui secundum istum ascensorem coeli, sursumque habitaculū  
sibi posuit? Et per quid faciet iudicium & iustitiam in terra, nisi per hæc brachia sempiterna, per  
sancti spiritus charismata mundum arguentis de iudicio & de iustitia? Igitur quemadmodum &  
hic, & ille testatur, habitabit, imò iam extunc habitat verus Israel confidenter & solus: confidēter  
inquam, quia magnum habet aduocatum apud patrem, magnum habet pontificem, qui penetra-  
uit coelos, Iesum Christum, cuius tener confessionem. Solus autem, quia non nisi vnā catholicam  
recipit fidem. foris est & extra terminos huius Israelis, vbiunque sit, quisquis idipsum non sapit,  
quisquis idipsum non dicit. Interea solus vel solitarius iste nequaquam hic suæ confidentiæ mer-  
cedem recipere intendit. Sed quid? Oculus Iacob interea frumenti & vini: oculus inquam, id est,  
intentio Iacob fortissimi supplantatoris in illam terram viuentium tendit, quam indignis habita-  
toribus supplantauit, quæ terra est frumenti & vini: frumenti inquam, id est, vite æternæ vbi in  
sua substantia videbitur angelorum panis, & terra est vini, vbi non deficiat fluuius amoris, tor-  
rens voluptatis. Illuc tendit oculus Iacob, illum spem suam posuit fortis Iacob. Coelique caligabunt  
rore, vbi oculus Iacob in illā terram prospicit, quamdiu in hoc seculo peregrinatur, cōtemplandū  
animo patriæ celestis dulci caligine, & caliginosa absconditur dulcedine, vt quod mirum ac  
penè ineffabile est, in eo quod videre nititur fatigata deficiat, & ipso defectu suo referta gaudeat.  
[Beatus es tu Israel: Quis similis tui popule qui saluaris? ] Ecce iterum beatus Israel dicitur, quia  
reuera populus beatus, cuius dominus deus eius. Et quis similis tui inquit? Nemo subaudis, nam  
tu saluaris: populus autem, cuius ascensor coeli auxiliator datus non est, perditioni destinatus est,  
& in hoc valde atque contrario modo tui est dissimilis. Verum non hoc tibi reputes, neque ex te  
prouenisse existimes. Sed quid? [In domino scūtū auxiliij tui, & gladius gloriæ tuæ. ] Scutum auxi-  
lij tui quo ignea inimici tui iacula restinguere potuisti, & gladius sermonis dei quo inimicū per-  
sequendo, vel vitia carnis resecando, gloriose triumphasti, in domino, & non in te, fuit donū gra-  
tiæ domini, & non tuæ opus est virtutis. [Negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. ] Et  
hoc ipsum de gloria est domini, quem primum negauerunt inimici sui ante faciem Pilati, ipse au-  
tem relurgens ex mortuis, ascendens in caelum, colla eorum calcavit, deditque tibi potestatem vt  
cum similiter inimici te negauerint, qui propter eum sunt inimici tui, tu tandem colla eorum cal-  
ces in die iudicij.

De morte Moysi, quod sine dabo mortuus sit, sicut mortuus est Aaron frater eius, &  
de Iosue successore eius.

CAP. XXII.

**M**ortuus est Moyses seruus domini in terra Moab, iubente domino, & sepeleuit eū in valle  
terre Moab, contra Phegor. Et non cognouit homo sepulchrum eius vsque in presentē diē. ]  
asserunt plerique, quod Moyses non verè iuxta proprietatē vocis mortuus sit, sed dñs eum abscon-  
derit, & per nomen mortui absconsonem eius siue translationem debere intelligi, illud pro ma-  
ximo argumento habentes, quod transfigurato in monte dño, iste cum Helia cū eo loquēs apparuit.  
Verum si non mortuus, sed a domino, vt Enoch & velut Helias, translatus creditur, quomodo  
istud pro indignatione vel ira domini reputabitur? Nempē sic transferri non indignationis, sed  
dignationis

Deute. 1.  
Ibidem. 4.

dignationis, non ire, sed magne gratie est. Dicit enim ipse Moyses. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoque iratus dominus, dixerit propter vos. Nec tu ingredieris, sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. Item: Iratus est dominus contra me propter sermones vestros, & iuravit ut non transirem Iordanem, nec ingredere terram optimam, quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Iordanem. Vos transibitis, & possidebitis terram egregiam. Sed & nunc iratus dominus dicit: Hec est terra pro qua iuravi Abraham, Isaac & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, & non transibis ad eam. Ad summum, nonne vel Aaron verè mortuus est, vera depositione corporis? Quis vel hoc dissimulare possit? Dicit autem dominus paulò supra Moysi: Ascende in montem istum Abarim, id est, transitum, in montem Nebo, & morere sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, quia preuaricati estis coram me ad aquas contradictionis, & non sanctificastis me inter filios Israel. Igitur quantiscunque quis e contrario nitatur argumētis, liberè confirmamus, quia sicut Aaron, sic & Moyses verè, & vera depositione corporis mortuus sit. [Moyse centum & viginti annorum erat quando mortuus est.] Ac si dicat: Ecce super me illa domini sententia confurgit, qua cum vniuersaliter dixisset, non permanebit spiritus meus in homine in æternum quia caro est, statim singulariter quasi iratum contra me digitum intendens: erunt (ait) dies illius centum viginti annorum. Constituit enim dies hominis, qui præteriri non poterunt. [Non caligauit oculus eius, nec dentes illius moti sunt.] Ergo adhuc vitæ huic poterat idoneus esse, nisi vindicta properante dixisset dominus: ascende in montem istum & morere. [Iosue verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntque sicut præcepit dñs Moysi. Et non surrexit ultra propheta in Israel, sicut Moyses.] Iudei fugaces & vbiq; sensum veritatis fugientes, cum interrogantur de quo dixerit Moyses hic: Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies, sicut peristi à domino deo tuo in Ore: respondent, quia de Iosue dictum est. Ecce autem cum dixisset, Iosue verò repletus est spiritu sapientiæ, & c. statim subiunxit. Et non surrexit propheta ultra in Israel, sicut Moyses. Hoc planè idem est, ac si dixisset, non fuit Iosue sicut Moyses. Igitur non surrexit propheta ultra in Israel sicut Moyses, subaudias oportet, excepto illo, qui non solum propheta, sed & prophetarum dominus est, qui secundum hominem quidem sicut Moyses, id est, alius legislator est, secundum diuinitatè verò non sicut Moyses, sed plusquam Moyses est. [Quem nosset (inquit) dominus facie ad faciem in omnibus signis atq; portentis. De hoc iam alibi dictum est, quia Moysen dñs facie ad faciem præ omnibus nouit, in eo videlicet, quòd non per somnium aut per figuram, sed certa & propria visione celestia mysteria, vel futurorum notitiã præ omnibus prophetis illi ostendit. De morte Moysi, & successione Iosue, quid mysterij contineant, sequentes non tacebunt principia voluminis.]

Quòd verè dixerit dominus Iudæis, si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi.

CAPVT XXIII.

Ibidem.

2. Corin. 4.

**V**erè & fideliter ait dominus Iudæis, quia si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi. De me enim ille scripsit. Quid enim aliud quam ea quæ de illo sunt Moyses scripsit? Aut què in alium, quam in dei filium, vultum suum scriptor intendit? Verè (vt hic nouissime dictum est) dominus illum facie ad faciem nouit in omnibus signis atq; portentis, quæ misit per eum, vt faceret in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersaq; retræ illius, & cunctam manum robustam, magnaq; mirabilia quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel. In omnibus his nouit eum dominus, & ipse nouit dominum facie ad faciem. Faciendo namq; extrinsecus hæc omnia terrestria, coeleste intrinsecus certo intuitu respiciebat exemplar, quod in monte sibi ostensum fuerat, & secundum res illas, res veras, figurarum quasi in tabula docta manu pictor egregius imitatrix ducebat lineas. Hæc illa claritas interioris vultus Moysi, quæ hodie in Christo toto reuelata est orbi, fugientes accusat Iudæos, videre non ferentes, eius, in quem non credunt, in Moysè suo gloriam Christi filij dei. Rectè igitur & veraciter, Est (ait) qui vos accuset Moyses, in quo vos & speratis, quia vos in eum non creditis, quia vos vultui eius clarissimo, perfidie velamen oppanditis. Nos autem credimus, propter quod & locuti sumus, & si quid aliter quam dici debuit, diximus, si quid minus aut exilius, veniam à te, & à spiritu Moysi, duce vel habitatore Christo petimus.

Finis Commentariorum in Deuteronomium,

RVPERTI

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN LIBRUM IOSUE, Commentariorum Liber Primus.

222

Quòd Iosue iam octauum sit speculum Christi filij dei, septem figuris in Moysi pentateuco præsignati.



**S**EPTEM periochis in pentateuco Moysi, recapitulatè tractauimus passionè Christi filij dei, nunc in octauo Iosue, gloriam resurgentis, cœlumq; ingressi triumphum sumus celebraturi. Prima namq; fuit in morte Abel iusti. Secunda in angustijs Noe. Tertia in immolatione Isaac. Quarta in vèdicatione & vinculis Ioseph. Quinta in exitu filiorum Israel de Aegypto per immolationem agni. Sexta in eo quòd Moyses petram virga percussit, & sitienti populo aquam produxit. Septima in eo, quòd idem in deserto serpentem exaltauit, quia sic exaltari oportebat filium hominis. Octauum (vt iam dictum est) eiusdem Christi filij dei speculum, scilicet Iosue nunc ingredientis, in prelijs & victorijs eius talem agnoscimus eundem principem, & saluatorem mundi, qui nos in terram viuentium introduxit, vbi prior ingressus, resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Talem inquam illum in istius nomine & operibus agnoscimus, quippe qui & victorijs præclaris populū in illam promissionis terram introduxit, quod Moyses facere non potuit, & in pace obijt nullis passionibus agonizans, in figuram passionis eiusdem domini nostri. Veruntamen non vt in Moysè fecimus, ita deinceps continui explanationis cursum vel ordinè tenebimus, sed splendidiore carpendo, vbiuncq; fulgentis desuper solis æterni imaginem agnoscere poterimus, ad propositum finem properabimus.

CAP. II.

Quòd iam tertio dominus locutus sit Iosue.

**E**T factum est, vt post mortem Moysi serui domini loqueretur dominus ad Iosue filium Nun ministrum Moysi, & diceret ei: Moyses seruus meus mortuus est. Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum, in terram quam ego dabo filijs Israel. Omnem locum què calcauerit vestigium pedis vestri, dabo vobis, sicut locutus sum Moysi. A deserto & Libano vsq; ad flumen magnum Euphraten omnis terra Etheorum, vsq; ad mare magnum cōtra solis occalum erit terminus vester. Nullus vobis poterit resistere cunctis diebus vitæ tuæ. Sicut fui cum Moysè, ita ero tecum, non dimittam nec derelinquam te. Confortare & esto robustus. Tu enim forte diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus eorum. Hoc iam tertio factum est, vt loqueretur dominus ad Iosue. Primo ad illum, vel super illo locutus est, cum sicut habemus in extremis partibus libri Numeri, dixit ad Moysen. Tolle Iosue filium Nun, virū in quo est spiritus dei, & pone manum tuam super eum. Ad verbū eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo, & cætera multitudo, & reliqua. Secundo locutus est ad eundem, cum (sicut habemus supra) scribente Moysè canticum & docente filios Israel, præcepit dominus Iosue filium Nun, & ait: Confortare, & esto robustus. Tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Tertio, vt prædictum est nunc in exordio voluminis, loquitur ad eum, Moyses inquit seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanem iustum, tu & omnis populus tecum, & in manifesta historiae litera latentia, sed clarissima spiritus scrutemur mysteria.

Quòd prima locutione iussu domini, Moyses manus super caput eius posuerit, & dei filius prima locutione patris mittentis sub lege factus est.

CAP. III.

**P**rimò iuxta ipsam proprii nominis interpretationem Iosue filius Naue, domini nostri Iesu Christi gestare se testatur imaginem. Nam Iosue saluator domini, Naue pulchritudo interpretatur. Ergo Iosue filius Naue, id est, saluator domini filius pulchritudinis, quis est nisi saluator vnigenitus dei patris, filius virginitatis? Ad hunc sine dubio saluatorem suū, saluatorem à se missum, tertio dominus deus pater locutus est, & tertio illum spiritu sancto vnxit, principaliter & singulariter. Primo namque in vtero virginis spiritu sancto illum vnxit, quippe quem non de virili semine, sed de spiritu sancto incorrupta virgo concepit, & secundum prophetica eiusdem spiritus sancti testimonium, sic ad eum locutus est, imò & sic de illo prælocutus: Eructauit cor meum verbum bonum, dico opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis. Deinde quasi iam formati hominis speciosam manum tenens, vt educeret eum per claustra vteri virginis, quem vir nunquam aperuit, speciosus (inquit) forma præ filijs hominum, Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere, procede & regna. Hæc & cætera quæ psalmi eiusdem sequentia innuunt, tunc ad istum Iosue dominus locutus est. Dictum est autem in illa locutione prima. Et pone manum tuam super eum. Ac deinceps. Et impositis capiti eius manibus,

Psalm. 44.

Nume. 27.

manibus, cuncta replicauit, quae mandauerat dominus. Quid igitur secundum haec dicendum est, nisi quia Iosue noster prima sancti spiritus operatione conceptus & natus, sub lege factus est: Moyses namque capiti Iosue manus imposuit, quando saluator noster deus dei filius, ut eos qui sub lege erant redimeret, legi subijci dignatus est, non tanquam legis seruus, sed tanquam legi obediens homo idemque deus, legis dominus, secundum legem circumciscus, secundum legem tanquam peccator solenni hostia mundatus, & caeteris similibus usque ad tempus per omnia legi tanquam Moyse manibus subditus. Unde dicit Apostolus: Misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.

Galat. 4.

*Quod secunda locutione confortare, & esto robustus, ad Christum autem dictum sit, Tu es filius meus dilectus.*

## CAP. III.

Matth. 3.  
Lucæ 3.  
Deute. 31.

Secundo hunc Iosue eundem, id est, saluatorem nostrum, deus vnxit vel ad eum locutus est, quando super eum iam iuuenem, ac pro virili aetate publico praedicationis officio iam idoneum, spiritus sanctus in specie colubae descendit, protestante paterna voce de caelis. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Dicitur autem in illa secunda locutione domini ad illum literalem Iosue. Confortare, & esto robustus. Ac deinceps: Tollite librum istum, librum legis (ait Moyses) & ponite eum in latere arcae foederis domini dei nostri, ut sit sibi contra te in testimonium. Quid igitur per haec innuitur, nisi quia nostro Iosue humilitatis principi usque ad annum tricimum latenti apud se praedicta spiritus declaratione, cum restificatione paternae vocis mandatum est, ut confortaretur, & esset robustus, id est, ut ad praedicandum gladio suo, quo super foetum suum erat accinctus, uteretur, & ad facienda miracula, ad eicienda demonia digito dei armaretur, spiritu dei incederet robustus: Quid vero tunc fuit, tolli legis librum, & poni in latere arcae contra Israel in testimonium, nisi extunc per passionem eius adimpleri legem contra carnalem Israel, contra carnis Iudaismum? Arca nempe, ut suo loco iam dictum est, fabricatum de massa generis humani Christi dei corpus est. Arca illius, corporis illius latus sacro sanctum lancea perforatum est, atque exinde sanguine pariter & aqua in redemptionem atque sanctificationem nostri profluentibus lex consummata, lex adimpleta est. Itaque confortato, atque robustis animis incedente Iosue liber legis domini in latere arcae foederis domini positus est, contra Israel in testimonium, quia fortiter praedicante ac robusto dei digito demonia eiciente saluatore nostro, lex per passionem eius adimpleta est, posita contra Iudaeos in testimonium, ita ut extunc accuset eos Moyses, quem inaniter, imò & stultè sperant defensorem suum.

Iohan. 3.

*Quod tertia locutio ad Iosue, Surge, & transi Iordanem istum, ad Christum autem exurge gloria mea, exurge psalterium.*

## CAP. V.

Hebr. 2.

Psalm. 56. 107.

Tertio ad eundem saluatorem nostrum, dominus pater locutus est, & tertio illum vnxit spiritu sancto, quando animam eius eduxit ab inferis, carnemque eius ne videret corruptionem, tertia die suscitauit à mortuis, nouumque hominem innouatum, filium hominis gloria immortalitatis & honore incorruptionis coronauit, atque extunc constituit eum super opera manuum suarum, & omnia subiecit sub pedibus eius. Vocem patris, qua tunc ad eum in sepulchro iacentem locutus est: vocem inquam, & ipsa verba in psalmo audiimus. Exurge (inquit) gloria mea, exurge psalterium & cithara. Respondit cithara illa paternae laudis, psalteriumque sempiternae eius iubilationis: respondit inquam, & exurgam diluculo inquit. Igitur ubi nunc in typum illius magni & veri saluatoris in sepulchro (ut dictum est) quiescentis ad istum Iosue iam tertio loquitur dominus, rectè & iuxta mysterij proprietatem: surge inquit, & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum. Nunquid enim vir ille in propria persona sua iacebat, ut diceretur ei, surge, & non potius stabat in praecellis meritis iustitiae? Spiritu dei plenus erat, quemadmodum primo loco testatus est ipse deus, dicens: Tolle Iosue filium Nun, virum in quo est spiritus dei, &c. Nepe talium est stare. Quem admodum de semetipso vnus eorum liberè profitens, viuit dominus (ait) ante cuius conspectum sit. Itaque spiritus idem, qui saluatori nostro dicit in propheta (ut iam dictum est) Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: ipse inquam & idem spiritus dei huic in typum eius praecipiens, Surge, ait. Ipsa iam verba discutienda sunt, & sicut iam dictum est, in hac tertia citatione viri fortis, victoriosa speculanda est gloria saluatoris inuicti & immortalis.

Nume. 27.

3. Reg. 17.

Psalm. 56.

*Quomodo Moyses seruus domini verè Iudaeis mortuus sit, & quid Christo Iordanem transire, & de finibus vel distributione terrae promissionis eius.*

## CAP. VI.

Moyse (inquit) seruus meus mortuus est. Surge & transi Iordanem istum, tu & omnis populus tecum in terram quam ego dabo filiis Israel. Vbi Moyses seruus domini, ubi inquam vel quibus mortuus est? Planè Iudaeis inquam, Moyse vita indignis Moyses mortuus est, in scelere ipsorum, in sacrilegio quo dominum Moyse crucifixerunt. Quicquid extunc habere

habere sibi videntur Mosaicum, mortuum est, & omni vita caret multitudo victimarum illorum, holocausta arietum, & adeps pinguium, sanguis vitulorum, & agnorum, siue hircorum, neomenia eorum, sabbatum eorum, Kalendae eorum, & aliae omnes festiuitates eorum, siue solennitates. Quomodo enim haec viuere, vel in his Moyse se putant habere viuum, cum illa oderit deus vita uiuentium: Odiuit (inquit) haec anima mea, facta sunt mihi molesta. Non feram, non exaudiam, imò & oculos meos auertam. Igitur Iudaeis Moyses: Iudaeis inquam, pro sacrilegio ipsorum, quia manus ipsorum plene sunt sanguine, Moyses mortuus est. De quo & supra rectè dictum est. Et non agnouit homo sepulchrum eius, usque in praesentem diem. Quis enim hodie locum scire possit Moyse in manibus Iudaeorum mortui: Ciuitas eorum facta est deserta terrena Syon, deserta facta est illa quondam nobilis domus sanctificationis eorum. In omnes gentes dispersi sunt, in omnibus locis noti sunt, & nullus est locus eorum: nec est dicere, hic vel ille Iudaeorum est locus, ubi mortuum Moysen suum, mortuam literaturam celebrare debeant. Ita mortuo Moysse, surge tu Iosue, exurge saluator, resurge salutare meum, & transi Iordanem istum, transi cunctas carnales ceremonias Iudaeorum, cunctas purificationes Iudaeorum, cuncta Iudaeorum baptismata, baptismata calicum, vrceorum, amentorum, & lectorum. Transi inquam, & ipso transitu tuo diuisiones facies inter literam & spiritum, Tu & omnis populus tecum. Te enim primogenito mortuorum resurgente à mortuis, sit, ut resurgat & omnis populus tecum, sitque speranda vniuersalis resurrectio mortuorum, & te resurgente transitur omnis populus tecum in terram quam ego dabo filiis Israel, terram uiuentium, terram reuera fluentem lac & mel. [Omne locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moyse.] Hoc planè verum est, hoc in saluatore nostro perspicuum est. Omnis locus, omne cor, vel omnis conscientia, quam calcavit vestigium pedis eius, quae subiecit se pedibus eius, quae suscepit vestigia eius vel custodiuit, ipse est, saluatoris est, sempiternae saluationis est. Econtrario quos non calcavit vestigium pedis eius, qui non sunt subiecti pedibus eius, non sunt eius, non ipsi traditi sunt, sed diabolo dati sunt, non populus acquisitionis, sed perditionis filij sunt. [A deserto & Libano usque ad fluium magnum Euphraten, omnis terra Etheorum, usque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester.] Iuxta litteram illi Iosue terrae possidendae termini definitur. Iuxta sensum verò spiritualem, domino saluatori nostro, tam Iudaeorum quam Gentium potestas vel imperium promittitur. Nam desertum & Libanus, quod interpretatur candidus, populus est Iudaicus, desertum videlicet pro parte illorum qui ob suam perfidiam ab isto saluatore deserti, ab ista salute derelicti sunt: Libanus verò pro parte illorum, qui baptismi eius gratiam susceperunt, vel circa finem mundi, cum plenitudo gentium subintrauerit, suscepturi sunt: Flumen verò Euphrates & magnum mare, populus gentium est, videlicet flumen Euphrates, quod interpretatur frugifer, siue crescens, pro parte illorum, qui de ipsis gentibus ad istum saluatorem, magno virtutum incremento cum fructu salutis aeternae currunt: mare autem magnum pro parte illorum, qui falsi & amari persistentes, salutem vel sanitatem vitae non receperunt, imò & mirabiliter persecuti sunt, sed non praeualuerunt, quemadmodum de illis in Psalmo canimus: Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Omnis, inquit terra Etheorum, id est, formidantium siue stupentium, de quibus in cantico suo Moyses dicit: Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachij tui: omnis inquam terra formidantium, & sub tormento malae conscientiae pauentium ab illo deserto usque ad illud mare magnum, & ab illo Libano usque ad illud flumen magnum Euphratem erit terminus vester, ut videlicet in omni gente & natione praedicando euangelium, reueletis iram dei ad formidinem Etheorum, id est, impiorum hominum eorum qui veritatem dei in iustitia detinent, & creaturè potius quam creatori seruiunt. [Nullus vobis poterit resistere cunctis diebus vitae tuae.] Repugnet & resistat veritati fortes & pugnales Ethei, non praeualebunt, sed secundum nomen Etheorum formidabunt & pauebunt, quicunque tibi o saluator mundi contradicunt.

Galat. 4.  
Colos. 2.

Esaie 1.

Deute. vlti.

Marc. 7.  
Hebr. 4.

Psalm. 92.

Deute. 32.

Roma. 1.

*Sicut fui cum Moysse, ita ero tecum, id ad Christum dicit, fiet per te, quicquid in Moysse est praefiguratum.*

## CAP. VII.

Sicut fui cum Moysse, ita ero tecum, non dimittam nec derelinquam te. Confortare, & esto robustus. Tu enim sorte diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus eorum ut traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus valde, & caetera. Sicut fui cum Moysse, inquit, ita ero tecum. Quod est dicere, Sicut per Moysen carneum Pharaonem debellavi, totamque contriui Aegyptum, tandemque eduxi filios Israel per manum eius, & transtuli illos per mare rubrum, submerso Pharaone cum curribus & exercitu eius: sic per te Christe saluator mundi, & iam vici, & in futuro iudicabo spirituales Pharaonem, id est, diabolum: per te inquam, confregi infernum, & vici mundum, vincamque usque ad perfectum, donec in profundo submergatur spiritualis Pharaon cum curribus & equitibus suis, id est, in infernum praecipietur diabolus, cum angelis & omnibus pompis suis. Itaque sicut fui cum Moysse, ita ero tecum, id est, sic per te cuncta fient, sicut per illum figurata sunt, & ea per te in veritate complebuntur, quorum in figura per Moysen illa contigerunt. Confortare, & esto robustus.

robustus. Hic sermo confortatorius tertio est repetitus. Primo confortare ait, & esto robustus: secundo confortare igitur & esto robustus valde: tertio, confortare & esto robustus, noli metuere, & noli timere. Secundum literam quanto multiplex repetitio, tanto vehemens est fortitudinis inculcatio: secundum conceptum verò mysterium triplex saluatoris & spiritus eius commedatur negotium. Quod ipse declarans ac sub distinguens: Cum (inquit) venerit paracletus, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio, &c. Igitur confortare inquit, ut arguas mundum de peccato, confortare ut arguas de iustitia, confortare ut arguas de iudicio. Ad omnia confortare & esto robustus, ut nec blademis, nec terroribus, nec prosperis, nec aduersis constantia euangelij turbet, aut conuellatur.

Iohan. 16.

*Quando vel quomodo precipit Christus principibus populi, id est, Apostolis, dicens:*

*Transite per medium castrorum, & quid sit transire Iordanem post diem tertium.*

CAP. VIII.

Psal. 44.

Math. vlti.

Luc. 9. 10.

2. Corin. 3.

Roma. 6.

**P**recepitq; Iosue principibus populi dicens: Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite: Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram, quam dominus deus vester daturus est vobis. Principes populi sunt sancti Apostoli, de quibus huic Iosue, id est, saluatori Christo filio suo deus pater in psal. dicit, pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui. Porro Iosue huius castra, vel populus eius, omnes electi sunt, omnes hi sunt, qui ad vitam præordinati sunt. Vbi vel quando Iosue, id est, saluator noster, istis principibus suis horum per medium castrorum transire, & hæc imperare iussit. In Galilæa in monte postquam resurrexit à mortuis, ubi & videntes principes adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Tunc enim dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, docetes eos seruare omnia, quæ mandauimus vobis. Igitur Iosue, qui audierat dicentem sibi dominum, surge, & transi Iordanem istum, statim præcepit principibus populi dicens, transite per medium castrorum, quia saluator noster qui audierat dicentem patrem deum, exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, nihilominus præcepit Apostolis suis, dicens: Ite in mundum vniuersum, ite & transite per medium nationum: transite inquam accincti, transite expediti, nusquam subsistentes, nusquam retrò aspicientes, nullo vos negotio seculari impediens, neq; sacculum, neq; peram portantes, non æs in zonis vestris habentes, ut omnibus exonerati, nullòq; sub onere curui, velociter ad oēs nunciij boni perferatis. Et imperate, inquit, populo, ac dicite: Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram, quam dominus deus noster daturus est vobis. Imperate inquam, ut imini imperiosa spiritus libertate, quoniam ubi spiritus domini, ibi libertas, quæ nullius pulchritudini aduletur, nullius atrocitatem timeat. Præparate vobis cibaria, prouidete fructus dignos poenitentiae: Theaurizate fidem, comportate spem, reponite vobis charitatem. Hæc enim cibaria vitæ æternæ sunt. Post diem tertium transibitis Iordanem, id est, secundum negotium vel opus diei tertij, de morte ad vitam, de hoste ad amicum, de diabolo transibitis ad deum. Ego tertia die resurrexi à mortuis, idcirco vos in morte mea terna missione baptizati, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, ut quomodo ego surrexi à mortuis per gloriam patris, ita & vos in nouitate vitæ ambuletis. Hæc inquit populo imperate, hæc dicite, hæc imperando, hæc dicendo, velociter transite.

*Quinam sint Rubenitæ & Gadditæ: quibus precipiat saluator, vos autem transite armati ante fratres vestros.*

CAP. IX.

**R**ubenitis quoq; & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse ait: Mementote sermonis quæ præcepit vobis Moyses famulus domini, dicens: Dominus deus vester dedit vobis requiem & omnem terram, vxores vestras ac filias & iumenta manebunt in terra, quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem. Vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnatæ pro eis, &c. Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, hoc pacto nonnulli doctorum Iudeos esse similes intelligi volunt, & eo quod citra Iordanem habitare, id est, fidem vel baptismum Christi non suscipere elegerint, & tamē accincti atq; armati pergant ante nos, & pugnent pro nobis, auxiliando scilicet secum per omnes terras legis & prophetarum libros, quorum vbiq; fides Christiana comprobatur ac defenditur testimonijs. Verum quomodo hoc illis concedat, imò & precipiat saluator, vel quomodo isti respōdeant. [Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus, & quocumq; miseris, ibimus, sicut obediimus in cunctis Moyse, ita obediemus & tibi. Ecclesiasticæ expositionis non est. Ergo Rubenitæ & Gadditæ & dimidia tribus Manasse ante transitum Iordanis, ante introitum terræ repromissionis iam fortiti possessiones, mysticè ecclesiastici sunt ordines, qui iam in hoc seculo & vita præfenti, ut instantius & ex debito verbum dei annuncient, licitas & ex euangelio sibi concessas facultates accipiunt, ut illis euangelizare vacet, ut eos non solum pro spe futurorum, verum & pro re præsentium Christum annunciare delectet. Vos ergo inquit mementote sermonis quem præcepit vobis Moyses famulus dñi, Mementote sermonis, mementote professionis,

professionis, mementote legis & debiti, mementote officij vel propositi vestri. Nam vae vobis est, si non pugnaveritis, quia iam pugnae stipendium accepistis: si non euangelizaueritis, qui de euangelio viuitis. Armati transite ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnatæ pro eis: armati inquam verbo & opere, & fortes manu: ne forte alijs prædicantes, ipsi reprobi efficiamini.

*Quod Iosue miserit exploratores, cū virtute dei certus esset, & quid per illos, quid per meretricem quæ suscepit & saluauit eos, præfiguratum sit.* CAP. X.

**M**isit ergo & Iosue filius Nun de Sathin duos viros, exploratores abscondito, & dixit eis: Ite & considerate terram, vrbemq; Hiericho. Qui pergentes, ingressi sunt in domum mulieris meretricis, nomine Raab, & quieuerunt apud eam. Cū quo dominus erat, cui & dixerat, nullus vobis poterit resistere cunctis diebus vitæ tuæ, ipse exploratores mittit ad considerandam terram, vrbemq; Hiericho. Non ergo quisquam villo in negotio tantum de cœlestibus præsumat præfidij, ut non etiam ipse sibi prior assit, vigilando pro facultate ingenij, laborando pro portione virili. Nam sicut minimæ fidei est, de diuinis dubitare promissis: sic nimis temeritatis vel præsumptionis est, cœlestem per miracula præstolari opem, ocio sedendo manibus compositis. Hominis nanq; est incipere, dei autem perficere. Porro ut cœpta prosequamur mysteria, Ingressi (inquit) domum mulieris meretricis, nomine Raab, & quieuerunt apud eam: Nota fidei & celebris memoriæ meretrix ista, tam nomine quàm vita: maxime autem facti præfenti collectam & colligendam de gentibus ecclesiam significat. Nomine videlicet, Raab quippe latitudo interpretatur. Et certum est, quia sancta catholica ecclesia latissime per totum orbem terrarum diffusa est. Vita verò, quia quemadmodum meretrix hæc multis viris prostituta, sic gentilitas, quæ nunc est ecclesia, multorum deorum vile prostibulum fuit. Facto autem præfenti, quia quemadmodum hæc exploratores ab Iosue missos: sic ecclesia Apostolos vel prædicatores vniuersos à saluatore legatos, domo excepit, hospitalitate fouit, fide seruauit. Igitur duos (inquit) exploratores misit Iosue, ite inquit, considerate terram, vrbemq; Hiericho. Hierico defectus siue luna interpretatur. Significat autem hunc mundum mutabilitati & defectioni obnoxium, quemadmodum in parabola euangelica saluator ipse testatus est. Homo quidam (inquit) descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, & cetera. Duo viri exploratores, vniuersos significant euangelij prædicatores, in duobus præceptis charitatis ambulantes, vel duo testamenta vetus & nouum recipientes, nihilq; extra loquentes. Hi rectè dicuntur exploratores à saluatore missi, terram omnem, vrbemque Hierico exploraturi, quia videlicet cauti & discreti profecti sunt contra sapientiam, imò fallaciam inanemq; philosophiam mundi, cauti inquam non astutia humana, sed spiritu dei, spiritu sapientiæ multiplici, discreto, subtili, deserto, mobili ad perendam sapientiam sapientium, ad comprehendendos sapientes in astutia eorum. Tales excepit exploratores meretrix illa, & ingressi domum eius quieuerunt apud eam. Flagellati in consilijs, fatigati in consilijs, persecutionem passi de ciuitate in ciuitatem, quieuerunt apud eam, & illa refecit viscera eorum aperiendo illis ostium suum, recipiendo salutis verbum, præbendo nuncijs pacis patulum fidei auditum. Antequam ingrederentur domum eius, antequam requiem offerret ingredientium pedibus pacem portantibus, meretrix erat, prostibulum dæmoniorum, lupanar idolorum. At ubi ingressi sunt, & eos recepit, iam pudica, iam vnus viri virgo casta, vna amica, vna columba, vna immaculata, vna perfecta est.

CAP. II. Sethim.

Luc. 10.

2. Corin. 12. Canti. 6.

*Demendacio, cum quo tamen illa iustificata est, & quod ille rex Hiericho diabolum, & hi quos ille misit ad Raab, persecutores præsignauerint Christianorum, & quod Christianis in persecutione fugere licitum sit.* CAP. XI.

**N**unciatumq; est regi Hiericho, & dictum, Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, ut explorent terram. Misitq; rex Hiericho ad Raab dicens: Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi domum tuam. Exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt. Quæstionem facientibus de mendacio, & arbitrantibus culpa non carere, quod mulier ista tollens viros, & abscondens eos: fateor (inquit) venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent, cunctq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quo abierunt, persequimini citò, & comprehendetis eos, primò illud respondendum est, quia & hoc mendacio iustificata est. Dicit enim Apostolus Iacobus: Similiter & Raab meretrix, nonne ex operibus iustificata est, suscipiens nuncios, & alia via eiciens: Planè illud nemini dubium est, quia ex mendacio, cuius diabolus pater est, nemo iustificari potest. Hæc autem ex hoc (ut iam dictum est) mendacio iustificata est. Igitur & hoc fidenter asstruendum, quia nec mendacium dicendum est, quod contra veritatem dei non est, imò nec ad veritatem dei pertinere potest quicquid quamuis veraciter, salua tamen charitate dici non potest. Sed de hoc aliàs dictum est. Spiritually regi Hiericho nunciatum est, venisse ab Iosue missos exploratores, quando principi huius mundi diabolo, re ipsa compertum est, venisse contra principatum, & aereas potestates, regnumq; tenebrarum à saluatore missos euangelij præ-

PP ij

gelij præ-

Iacob. 14.

gelij prædicatores. Tunc inquam hoc illi nunciatum est, quando de cordibus hominum, de templis vel simulachris gentium illum eijci ceptum est. Misit ergo rex iste: rex inquam filiorum superbiae, & rex Hierico, id est, stultitiæ. Qui sunt vel qui fuerunt missi regis huius? Primus Nero, regis diaboli licitor præcipuus. Deinde Domitianus. Deinde Traianus. Deinde cæteri omnes, hominum quidæ principes, dæmonum autem satellites: mundo quidem imperantes, diabolo autem parentes. Isti missi à rege suo, missi inquam, id est, inspirati à diabolo, dixerunt ad ecclesiam, quæ toto iam orbe Romano diffusa, Christi apostolos vna fidei domo susceperat. Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam. Hoc dixerunt edictis nouis legibus, proscriptioibus, gladijs, & varijs tormentorum generibus. Cum enim modis omnibus persequendo & occidendo id agerent, vt Christi nomen, & apostolorum eius fidem extirparent, viros educi compellebant, qui venerant ad eam, & domum eius ingressi fuerant. At illa talibus nunquam assensum præbuit, imò & vbi vtrinq; seruare nequiuit, fidei margaritam abscondit, & suam potius vitam prodidit. Nò solum autem, sed & secundum historicum quoq; mulieris huius exemplum, vbi cuncta causa vel ratio poposcit, susceptos saluatoris missos per aliam viam fugituros emisit. Nec vero bellatorum fidissimi duces hoc modo gloriæ suæ crimen intulerunt, quoties persecutores astu fallendo, de loco ad locum fugerunt. Nam vbi totam Christi familiam persecutor perit, & tanquam in torum ouile, lupus aut leo defæuit, ibi pastor non fugere abiectis armis, sed vsq; ad mortem stare, sociis periculi, animamq; suam pro ouibus dare debet. Vbi verò solus pastorem latro aut carnifex petit, illic vtiliter fugæ præsidium querit, secundum autoritatē euangelicam, Cum persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Sic Paulus Damasci, vbi præpositus regis Aret hæ custodiebat ciuitatem vt eum comprehenderet, quia solus quærebatur, à fratribus per murum volens submissus est in sporta, & sic euasit manus eius. Vbi vniuersalis persecutio facientis Neronis, iam pastoris eiusdem, quam & ouium vitam quæsiuit, ibi nec fenestram, nec funem, nec sportam poposcit, sed libenter fuso sanguine in exemplum ouium pro saluatore occubuit.

Matth. 10.  
2. Corin. 11.  
Actu. 19.

De fide Raab, id est, ecclesiæ, secundum mysterium, & de domo eius, & quid sit signum coccineum eius, & quid omnis cognatio eius. CAP. XII.

2. Corin. 4.

1. Petr. 2.

Psal. 85.

Matth. 10.

Luc. 16.

**N**ec dum obdormierant, qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait: Noui quòd dñs tradiderit vobis terram. Etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd sicauerit dñs aquas maris rubri ad vestrum introitum, quado ingressi estis ex Aegypto, & quæ feceritis duobus Amarræorū regibus, qui erant trans Iordanē Seon & Og, quos interfecistis, &c.] Sic hodieq; mulier sapiens ac prouida loquitur, sic omnino fidelis ecclesia nunc vsq; & corde credit, & ore confitetur. Audiuimus inquit, & credimus, propter quod & loquimur ait, o sancti apostoli, q; ad vestrum introitum, q; in diebus vestris, quado ad vitā introistis, spirituale Pharaonē, i. diabolum debellauerit, eumq; per aquas maris rubri, per sanguinē & aquam, quæ de latere suo profluxit in passione sua suffocauerit, & ita de Aegypto, ita de tenebris regni eius vocati, in ammirabile lumen existis. [Nunc ergo iurate mihi per dñm, vt quomodo ego feci vobiscum misericordiam, ita & vos faciatis. Ad hæc illi, Innoxij erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terrā, signū funiculus iste coccineus fuerit, & ligaueris eū in fenestra, per quam nos demissisti, & patrē tuum ac matrē, fratresq; ac omnē cognationē tuam cōgregaueris in domū tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni.] Loci huius memores psallimus regi nostro, psallimus sapienter saluatori nostro. Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dñs portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Sequitur enim exponendo quæ nam gloriosa dicta illa sint. Memor ero Raab, & Babylonis, scientibus me. Domus ergo Raab mysticē ipsa est Sion, cuius dominus portas diligit, ipsa est ciuitas dei, de qua gloriosa dicta sunt: ciuitas inquam, id est, ecclesia dei, digna memoria dei. Porro fundamenta eius ipsi sunt exploratores, q; ipsa suscepit episcopi sunt, apostoli, id est, quos illa abscondit, quibus omnino tanquam fidei suæ fundamentis innititur, & dicit. Nunc ergo iurate mihi per dominum, vt quomodo ego feci vobiscum misericordiam, ita & vos mecum faciatis, vt eruatis animam meam de morte. Quod est dicere. Nunc ergo inuocate super me nomen domini, nomen patris, & filij, & spiritus sancti, vt in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, quando sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Irahel, saluetis me à damnatione æterna, & quomodo ego vos in mea temporalia, sic vos me recipiat in vestra æterna tabernacula. Innoxij (inquit) erimus à iuramento hoc, quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & cetera. Postulauit enim signum dicens: Detisq; mihi signum verum, vt saluetis patrem meum, & matrē, fratres, & sorores meas, & omnia quæ eorū sunt, vt eruatis animas nostras de morte. Signū istud, funiculus iste coccineus in fenestra ligandus, titulus est passionis dominicæ inter oculos ecclesiæ iugiter pingendus: coccineus inquam funiculus, sanguineum est crucis signaculum, iugiter pingendū

pingendum in fronte eius. Quod enim signū aliud bene sibi puidā postulat ecclesia? Itaq; innoxij (inquit) erimus à iuramento hoc, i. ea cōditione libenter constringimur iuramento q; adiurasti nos, vt si ingredientibus nobis terram, si veniente ad iudiciū saluatore, cū omnibus senatoribus populi sui, apparuerit signū istud in te, teneamur obnoxij iuramenti & ipsōnis nostræ, vt sit anima nostra pro vobis in morte, atq; ex debito misericordiæ & veritatē faciamus in te. Nunc interim patrem tuum ac matrē fratresq; & omnē cognationē tuā congreges in domū tuam, vt sit domus tua per fidē vna. Nā qui ostiū domus tuæ egressus fuerit, quicunq; seipsum ab vnitate fidei pcederit, heresq; ac schismata fecerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Igitur hæc illa gloriosa sunt, quæ dicta sunt, de ciuitate dei, comprobante Iosue, i. saluatore dicta hæc, atq; dicente: Memor ero Raab & Babylonis scientibus me, subaudi, ita vt dicā ego Iosue. Sola Raab meretrix viuat cū vniuersis q; cū ea in domo sunt? Sed qui nā sunt cognati illi, qui in domo ista sunt. Ecce, inquit, allegens, & Tyrus, & populus Aethiopi, hi fuerūt illic. Tyrus angustia interpretatur. Ergo quicunq; à cultu dei alieni, quicunq; angustari à pētis, quicunq; Aethiopes, i. denigrati in vitijs, veniendi in vna domū cognati fiūt, & frēs sunt, & oēs per vnū saluatur funiculū coccineū per crucis & passionis Christi signaculum.

Psal. 84.

Quomodo iuxta historiam comprobatum sit, quòd dictū est, Sicut fui cum Moysē, sic ero tecum. quid sit mysticē, quòd aquæ Iordanis inferiores descenderunt, & superiores steterunt. CAPVT. XIII.

**I**gitur egressus est omnis populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanem, & sacerdotes qui portabant arcam fœderis, pergebant ante eum. Egressisq; Iordanem, & pedibus eorū tinctis in parte aquæ, Iordanis autē ripas aluei sui tempore mellis impleuerat, steterunt aquæ descendentes in loco vno, & instar montis intumescerent, apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Adom, vsq; ad locū Sarthan. Quæ autē inferiores erant in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum: descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Iuxta literam si forte quæras, quid intendēs dixisset dominus, sicut fui cum Moysē, ita ero tecum. Itemq;: Hodie incipiam exaltare te corā omni Irahel, vt sciant quòd sicut cum Moysē fui, ita & tecum sim. Ecce habes, quia sicut fuit cū Moysē, vt eleuante illo virgam suam super mare, auferret illud dñs, flante vento vehemēti, & vrente tora nocte, & verteret in siccum, ac diuideretur aqua, ingressisq; filiis Irahel per mediū siccū maris, esset aqua quasi murus ad dexteram eorū & leuam: ita & nunc eodē elemento diuina potentia suū ad ministerium vtens, ad ingressum Iosue diuidit Iordanē populo incedente, & sacerdotibus qui portabant arcam fœderis domini stantibus super siccā humum. Porro iuxta spiritum, ecce plusq; Moyses hic: ecce cū Iosue dominus, plusq; cum Moysē fuit. In quo: Videlicet in eo, q; steterit aquæ descendentes in vno loco, quæ autē inferiores erant (inquit) in mare solitudinis, quod nunc vocatur mortuum, descenderunt, vsquequo omnino deficerent. Aquæ inferiores veteris testamenti fuere iustificationes, de quibus Apostolus cū dixisset: Quod autē antiquatur & senescit prope interitum est, cōtinuò subiunxit, Habuit quidē & prius iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculū enim factum est primum, &c. Aquæ verò descendentes & sequentes, euangelica fides est, dei iustitia est. Descenderunt aquæ inferiores in mare solitudinis, in mare mortuum, & omnino defecerunt, quia videlicet iustificationes carnis, iustificationes Iudæorum, cunctæ carnales ceremoniæ illorū, quæ neminem ad perfectum adduxerunt, tanq; aqua decurrens ad nihilum deuenerunt: imò & pro detrimento habendæ, & vt stercora arbitrandæ sunt. Ita in mare mortuum descenderunt. Quæ autem sequuntur, descendentes & venientes de sursum aquæ viuæ, aquæ superne gratiæ. Descendentes, inquam, de sursum à patre luminis, ecce in vno loco consistentes, instar montis intumuerunt, procul apparentes ab vrbe, quæ vocatur Adom vsq; ad locum Sarthan: Adom rubra, Sarthan tribulatio eorum interpretatur. Adom ergo, id est, rubra ipsa est Hierusalem terra, vnde iuxta prophetam, tinctis vestibus venit formosus iste verus Iosue. Sarthan autem, id est, tribulatio eorum, Romanum est imperium, à quo illa Hierusalem per miserandum, imò per meritum tribulata & versa est excidium. Ab illa Hierusalem vsq; ad Romanum imperium, aquæ Iordanis descendentes, & instar montis intumescerent apparuerunt. Incipientes enim ab Hierusalem, vsq; in sinum Romanæ vrbis deuenerunt dona domini, scilicet pœnitentia, & remissio peccatorum. Igitur (vt prædictum est) plus cum isto Iosue deus est, q; cum Moysē fuit, altiusq; hunc q; illum coram omni Irahel principem & saluatorem exaltauit.

Iosue 2.

Exod. 14.

Hebr. 9.

Hebr. 9.

Psal. 17.

Philip. 3.

Esaia 9.

De duodecim lapidibus, à Iordanis alueo sublati, alijsq; totidē in medio Iordanis positis, quòd prophetarum & apostolorum typus fuerit. CAP. XIII.

**F**ecerunt filij Irahel sicut eis præcepit Iosue, portantes de medio Iordanis alueo, duodecim lapides, vt ei dñs imperarāt, iuxta numerū filiorū Irahel, vsq; ad locū in quo castrametati sunt, ibiq; posuerūt eos. Alios quoq; lapides duodecim, posuit Iosue in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes qui portabant arcam fœderis, & sunt ibi vsq; in præsentē diē. Lapidēs isti pro vitis memorie fundamentis, quibusdā poni iussi sunt. Cur enim sic à dño præceptū, & sic est factū: PP ij [Quando

CAP. XIII.



[Quando (inquit) interrogauerint vos filij vestri cras dicentes, quid sibi volunt isti lapides? Respondebitis eis. Defecerunt aquae Iordanis ante arcam foederis domini dei nostri, cum transiret eum, idcirco positi sunt lapides isti in monumentum filiorum Israel, usque in aeternum.] Nec verò hi qui in medio Iordanis alueo minus quam hi qui super aridam positi sunt durissimi lapides, ut pote sub aquis nutriti, earumque veteri vlu attriti, tanti memoriam facti seruare, vel indicare poterunt. Nam & si interdum crescentibus aquis subiecti latere poterunt, semper tamè eorum offensione gurgites irritati (quod aquis profluentibus naturale est) fortius atque animosius inibi currendo scandalum suum nunquam occultum esse suerunt. Porro spiritualiter nobis lapides viuunt, lapides magni, apostoli & prophetae sunt, qui fidem nostram velut fundamentum portant, necessariamque nobis factis & dictis operum domini memoriam semper suscipiunt. Vnde Apostolus, iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum, domestici dei, superaedificati super fundamentum Apostolorum & prophetarum. Et prophetae quidem, quia profundiora vel obscuriora sacramenta continent, quasi in medio Iordanis alueo sub aquis latent. Apostoli verò, quia nuda & aperta facie saluatoris opera testantur, quasi in Galgala positi, quod interpretatur reuelatio, semper sub diuo conspectibus omnium patent. Vtrobique magnum & euidentissimum testimonium, credulis gentibus siue Iudaeis bonum & iucundum, incredulis triste atque pauendum.

Ephes. 2.

*De causa circumcisionis, & quid impedire potuerit, ut per quadraginta annos itineris populus qui natus est, circumciscus non fuerit.* CAP. XV.

CAP. V.

**E**O tempore ait dominus ad Iosue: Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israel. Fecit quod iusserat dominus, & circumcidit filios Israel in colle praeputorum. Haec autè causa est secundae circumcisionis. Omnis populus qui egressus est ex Aegypto generis masculini, vniuersi viri bellatores mortui sunt in deserto, per longissimos viarum circuitus, qui omnes circumcisci erant. Populus autem qui natus est in deserto per quadraginta annos itineris latissimae solitudinis in circumciscus fuit, donec consumerentur qui non audierant vocem domini. Est quod hoc loco rectè queri debeat. Certè Moyses nescire non poterat quod scripserat, scilicet dixisse deum ad Abraham. Masculus cuius praeputij caro circumcisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. De quo videlicet circumcisionis remedio quam necessarium ante Christi aduentum fuerit, vel qua ratione usque ad eundem aduentum eius celebrari, postea verò iam cessare debuerit, suo loco iam dictum est. Quomodo ergo tanto tempore, scilicet per quadraginta annos populum qui natus est in deserto, incircuncilium esse sustinuit, praesertim cum in tanta multitudine innumerabiles paruuli mori potuerint, & ita quia non erant circumcisi, periire de populis suis. Quid tandem dicemus, ut negligentia tam dura Moysen, sanctum ducem populi ac principem, exculatum habeamus? An fortè illud affirmare licebit, quod inter caetera mirabilia dei mirabiliter & hoc fieri potuerit, ut de filiis qui in locum successerunt patrum circumcisorum, nemo moreretur, per quadraginta annos latissimae solitudinis? Dicit enim Moyses his: Adduxit vos dominus quadraginta annos per desertum, non sunt attrita vestimenta vestra, nec calciamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Si illud curare dignatus est, ut vestimenta non attrerentur, neque calciamenta pedum illorum vetustate consumerentur, quanto magis illud curasse credendus est, ut nemo illorum immatura morte moreretur? Alioquin quomodo stabit quod idem in cantico dicit: Circumduxit eum, & docuit, & custodiuit quasi pupillam oculi sui.

Gene. 17.

Deute. 29.

Deute. 32.

Gene. 17.

Amos 5.

Attamen vel in eo praeuaricatio fuit, quod non in tempore fuere circumcisci. Dixerat enim dominus in prima circumcisione, id est, vbi primò circumcisionis ritum instituit. Infans octo dierum circumciderat in vobis. Quem ergo scriptura culpae putabitur, dicendo: Horum filij in locum successerunt patrum, & circumcisi sunt ab Iosue, quia sicut nati fuerant in praeputio erant, nec eos in via aliquis circumciderat. An fortè non ipsum Moysen, sed patres eorum rebelles incredulos videlicet, quod propter dilationem annorum quadraginta semetipsos rebelles impatientia dissecantes, & mandatis domini amplius aduersantes, non saltem suos circumcidere voluerint filios? Dicit enim illis per prophetam: Nunquid hostias aut sacrificium obtulistis mihi in deserto quadraginta annis domus Israel? Subauditur, non, sed diabolis vestris. Sequitur enim. Et portastis tabernaculum Mo loch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sydus dei vestri quae fecistis vobis. Qui ergo non deo, sed idolis suis hostias aut sacrificium obtulerunt, quid mirum, si nec filios suos circumciderunt? Igitur vbi nunc ait, quia sicut nati fuerant, in praeputio erat: nec eos in via aliquis circumciderat, subaudiendum est, non Moysi negligentia, sed patrum rebellium pertinacia. Et haec inquit, causa est secundae circumcisionis, id est, secundae imperandae vel instruendae circumcisionis. Primo namque imperio tradita fuit Abraham, secundo nunc imperatur Iosue. Valer autem dictio haec ad commendationem circumcisionis, quod videlicet serio tenenda tunc fuerit, quam & semel dominus tradiderit, & abolitam iterum sanctione sua firmauerit.

*Quod spiritualiter nobis secunda circumcisio futura, sit resurrectionis carnis. Prima autem nunc fiat in baptismo Christi, & quod culter lapideus Christus sit.* Cap. XVI.

Porro

**P**orro spiritualiter nobis secundae circumcisionis talis scilicet est causa. Secundae, inquam, credendo namque in Christum, & baptizati, prima circumcisione sumus circumcisi, testate Apostolus cum dicit: In Christo circumcisi estis circumcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, in circumcisione Christi, estepulsi in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis dei qui suscitauit illum à mortuis. Quod & ipsum in euangelio Christi non sine legis & prophetarum testimonio dixit. Nam lex dicit. Circumcidet dominus deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas dominum deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima tua, ut possis viuere. Et propheta dicit. Circumcidimini domino, & auferite praepudia cordium vestrorum, viri Iuda, & habitatores Hierusalem. Prima itaque circumcisione circumcisi sumus, & prima resurrectione resurreximus, conspulti Christo in baptismo, & expoliati in operibus carnis, in quo & resurrexistis (inquit) per fidem dei. Talis igitur (ut praedictum est) nobis secundae circumcisionis causa est. Nos omnes populus acquisitionis, qui sub gratia Christi nati, imò renati sumus, per hoc omne tempus itineris latissimae solitudinis, id est, vitae praesentis seculi, prima quidem circumcisione (de qua iam dictum est) circumcisi, sed secunda circumcisione necdum circumcisi sumus, quia videlicet ipsi ritum mentis nostrae renouati quidem sumus, sed corpore vel carne vetusti adhuc sumus, & quotidie veterascimus, id est, corruptibiles adhuc & mortales sumus, & viuendo quotidie magis ac magis ad mortem proficiscimur. Vnde idem Apostolus: Corpus quidem, inquit, mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuunt propter iustificationem. Ait igitur dominus ad Iosue: ait, inquit, dominus deus pater ad saluatorem nostrum in illa (de qua dictum est) eiusdem resurrectione. Fac tibi cultros lapideos, & circumcide secundò filios Israel. Faciet saluator quod iustum est, & circumcidet filios Israel in colle praeputorum, id est, in resurrectione mortuorum. Canente namque tuba, mortui resurgent incorrupti, & nos (inquit Apostolus) immutabimur. Omnes enim inquit resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et exponens quid sit immutari, oportet enim, inquit, corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Hac utique immutatione non omnes immutabimur, soli namque electi ad impassibilitatem resurgemus. Culter lapideus, quo iam semel circumcisi prima resurrectione resurreximus, ac secundo circumciscendi circumcisione secunda, id est, carnis resurrectione resurrecturi sumus, sermo dei est, sermo inquit dei viuus & efficacis, & penetrabilior omni gladio ancipiti, cuius virtute resurgemus, cuius efficacia cum corruptio expoliabimur. Ergo culter lapideus Christus est, nam sermo dei Christus. Christus autem ipse lapis vel petra dictus est.

Coloss. 2.

Deut. 10.

Hierem. 4.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Hebr. 4.

**Q**uod filij Israel terrae promissionis ingressis, manna defecit, quid mystice significet. xviij. Efecitque manna, postquam comederunt de frugibus terrae, nec vsi sunt ultra illo cibo filij Israel, sed comederunt de frugibus anni praesentis terrae Chanaan. Manna quoque in deserto praesentis seculi paschimur, donec ad beatam perueniamus patriam, vbi in conspectu vel praesentis seculi paschimur, donec ad beatam perueniamus patriam vbi in conspectu vel praesentis seculi epulabimur & exultabimus, atque in letitia delectabimur, verbum dei est, scriptura sancta est. Quod breuiter innuens Moyses, cum dixisset: Afflixit te dominus penuria, & dedit tibi cibum manna, quae ignorabas tu & patres tui, continuo subiunxit. Ut ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo quod progreditur de ore dei. Hoc manna, hunc panem angelorum ut mandu caret homo, semel quidem deus portas caeli aperuit, ut in terram nostram illud carnem factum mitteret, & solis angelis haecenus vsitatum, nobis quoque paruulis, ac penè edentulis, manducabilem faceret. Vnde & dicit: Ego sum panis viuus, qui de caelo descendit, &c. Caeterum & quoties Apostolorum, & prophetarum siue etiam doctorum spiritus sanctus ora aperit, ad praedicandum salutis verbum, ad reuelanda mysteria scripturarum, portas caeli aperit dominus, & pluit nobis manna ad manducandum. Quae diu per hoc desertum huius seculi incedimus, quae diu per fidem & non per speciem ambulamus, nimirum istis alimentis indigemus. Paschimur mente legendo, vel audiendo verbum dei, paschimur & ore manducando de mente domini panem vitae aeternae, & bibendo calicem salutis perpetuae. At vbi uenerimus ad illam terram viuentium, in illam beatam Syon, vbi in sua specie videbitur deus deorum, neque verbo doctrinae indigemus, neque in istis speciebus panis & vini, sed in propria substantia videntur panem angelorum manducabimus. Igitur postquam comederunt fruges terrae, defecit manna, quia videlicet postquam venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Deute. 8.

Iohan. 6.

1. Cor. 1.

Psal. 81.

1. Cor. 13.

*Quod qui Moysi in flamma ignis, ipse gladium tenens Iosue apparuit, quid mystice significet.* CAP. XVIII.

**C**um autem esset Iosue in agro vrbs Hiericho, leuauit oculos suos, & vidit virtutem stantem contra se, & euaginatam gladium tenentem. Perrexitque ad eum & ait: Noster es, an aduersarius? Qui ait: Nequaquam. Sed sum princeps exercitus domini, & nunc venio. Iuxta historiam, quae admodum transiit Iordanis, ita & hoc ad illud promissum pertinet, quod dictum est, sicut fui cum Moysen, ita ero tecum. Ac deinceps: Hodie incipiam exaltare te coram omni Israel, ut sciat sicut fui cum Moysen, ita & tecum sum. Moysi namque apparuit dominus in flamma ignis de medio Rubi: huic autem tanquam viri praefator stans, & euagina.

PP. iij.

euagina.

euaginatam gladium tenens, vnicuique iuxta rerum sequentium proprietatem figuras vel formas competentes præostendens, illi videlicet splendida facturo miracula, ignis apparuit, vt iam dictum est: Vidi, inquit, afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui, & descendi liberare eum, huic mox cruenta bella facturo, euaginatam gladium tenens apparet: princeps, inquit, ego sum exercitus domini, & nunc venio. Vtrique magnum cõmendans humilitatis præsidium, sine qua nunquam acceditur ad dominum, tam huic quàm illi. [Solue (inquit) calciamentum tuum de pedibus tuis, locus enim in quo stas, sanctus est.] Sed iam, vt ceptum prosequamur mysterium, illic primus, hic secundus saluatoris nostri figuratur aduentus. Secundo namque filius Israel circuncis adest, euaginatam tenens gladium, princeps exercitus domini, quia videlicet nobis secunda, id est, corporum resurrectione immutatis, iudicium arripit manus domini, iudex (inquam) viuorum & mortuorum apparebit Christus filius dei. Qui & in cantico Deuteronomij de hoc ipso gladio suo dicit: Si auero vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vtionem hostibus meis. Nec verò solus ipse princeps exercitus domini, sed & ipsi, cum quibus ad iudicium veniet, seniores populi sui, iudicarios habebunt gladios in manibus suis. Vnde & Psalmista canit: Exultationes dei in gutture eorum, & gladij accipites in manibus eorũ. Nationes ipsæ in quibus vindicta faciendã est, vel populi in quibus faciendæ sunt increpationes, per urbem Hiericho figuratur, de qua & protinus subditur.

*Quid sit mysticè clausam Hiericho, singulis diebus semel, septimo autem die circuire septies, & quod illa ciuitas tubis concrepantibus funditus corruit.*

Hiericho autem clausa erat, atque timore filiorum Israel munita, & nullus egredi audebat, necq; fortes viros. Circuire urbem cuncti bellatores semel per diem. Sic facietis sex diebus, septimo autem die, sacerdotes tollant septem buccinas, quarum vñus in iubileo, & præcedant arcam fæderis, septiesq; circuibitis ciuitatem, & cetera. Magnum & pulchrum mysterium, magnum & tremendum in mysterio mundi huius iudicium. [Cum (inquit) insonuerit vox tubæ longior atq; concisior, & in auribus vestris increpauerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima & muri funditus corruent ciuitatis. Ita factum: Postquam in aures multitudinis, vox sonitusq; increpuit, muri illic corruerunt, & acedidit vnusquisq; per locum qui contra se erat.] Hiericho present loco mysticè ciuitas diaboli est, ciuitati dei viuentis Hierusalem, semper inimica, quam & Babylonem nuncupare sancta cõsuevit scriptura, vt in Psalmo superius memorato: Memor ero Raab & Babylonis. Raab videlicet in bono, Babylonis autẽ in malo ipsius memor ero. Raab (inquam) vt sola viuat cum vniuersis, qui cum ea per fidẽ in domo sunt. Babylonis autem in malo ipsius, scilicet vt muri eius funditus corruat, sitq; ipsa anathema, & omnia quę in ea sunt. Quare autẽ sex diebus circuire oportet ciuitatem semel per diem, septimo autem die septies: Videlicet quia ciuitas diaboli, & pro creatura mundi, vnde & creatorem cognoscere potuit, & pro aduentu filij dei, quem non recipit, iudicanda est. Circuitus sex dierum, senariæ significat creaturæ iudicium. Sex enim diebus cuncta hæc creata sunt. Apostolus autem cum dixisset, quia quod notum dei est, manifestum est in illis, deus enim illis manifestauit, continuo subiunxit: Inuisibilia enim ipsius, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Sempiterna quoq; virtus eius & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, quia cum cognouissent deum, nõ sicut deum glorificauerunt, aue gratias egerunt, & cetera. Igitur sex diebus semel per singulos dies ciuitas inimica circumeunda est, quia pro intellectu creatura mundi impietas hominum, qui non probauerunt deum habere in notitia, iudicanda est. Septimo autem, id est, multo maxime, & per omnem modũ amplius, pro aduentu filij dei iudicandi sunt, quia non receperunt eum. Nunquid enim non audierunt. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum, & cetera. Audierunt cœlis enarrantibus, & viderunt in sole positum tabernaculum eius, nec est qui se abscondat a calore eius. Hoc tam mirabiliter quàm veraciter dictum, quia videlicet non magis eos lauit filij dei aduentus, quàm sol iste qui ab omnibus videtur. Pro hoc (inquam) amplius iudicandi sunt, & pro hoc multo maxime inexcusabiles erunt. Igitur & hoc rectè dictum vel factum est, vt cum lingulis cæterorum dierũ semel, septimo die ciuitas circuiretur septies. Septimus namque dies, in quo requieuit deus ab omni opere suo quod patrãrat, sicut lauius in exordijs huius operis diximus, ipse est filius dei, cuius illis aduentus ad iudicium est. Itaq; & rex ciuitatis diabolus, videntibus cunctis, præcipitabitur, & muri eius corruent funditus, sicut plenius in Apocalypsi habemus, & plangentibus omnibus qui cum illa fornicari sunt, ac dicentibus: Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudicium tuum. Itemq; secundo: Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssino, & purpura, & cocco, & deaurata est auro, & lapide precioso, & margaritis, quoniam vna hora destitutur sunt tantę diuitiæ. Ac deinceps tertio: Væ væ ciuitas magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de pretijs eius, quoniam vna hora desolata est.

Quod

*Quod Iosue contemplatione iudicij diuini urbem anathematizauerit, & eũ maledixerit, qui muros eius restitueret.*

IN tempore illo imprecatus est Iosue, dicens: Maledictus vir coram domino, qui suscitauerit & edificauerit ciuitatem Hiericho. In primogenito suo fundamenta illius faciat, in nouissimo liberorũ ponat portas eius. Duo dixit: Primò, sitq; ciuitas hæc anathema, & omnia quę in ea sunt. Deinde maledictus vir coram domino, qui suscitauerit ciuitatem Hiericho. Duo, inquam, dixit, & neutrum in amaritudine furoris, sed ex proprij motu animi, sed diuini cõtemplatione iudicij, ciuitatem peccatricem deoq; odibilem condemnauit. Deniq; sententia eius vtrobiq; diuini testimonium euestigio subsecutus est. Nam vt taceam, q; muri solo dei nutu, & sine manu hominis funditus corruerunt, Achar filius Charnu filij Zaddi, filij Zare de tribu Iuda, tollendo aliquid de anathemate, turbauit omnẽ Israel, dño terribiliter inelamante. Anathema in medio tui Israel. Nõ poteris stare corã hostibus tuis, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere. Item qui suscitauit & edificauit ciuitatẽ Hiericho, ipse iuxta quod imprecatus est Iosue in primogenito suo fundamenta illius iecit, & in nouissimo liberorũ posuit portas eius. Sic enim habemus in lib. Regum tertio: In diebus Achar edificauit Ahiel de Bethel Hiericho, in Abirã primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius, iuxta verbũ domini, quod locutus fuerat in manu Iosue filij Num. Sanè quod dictũ est: In primitiuo suo fundauit eam, & in nouissimo suo posuit portas eius, idem est ac si diceretur: Quando fundamenta eius iecit, statim mortuus est filius eius primogenitus, & deinceps inter ædificandum paulatim secundum ordinem natiuitatis decedentibus filijs omnibus, vbi (quod nouissimum erat operis) posuit portas eius, mortuus est filius eius nouissimus: mira ambitione pertiniaciam fulciete, vt ambiendo cõditoris nomen, totũ cum effectu perderet genitoris honorem.

*Quod in vindicta quæ facta est in Israel, propter anathema quod furatus est Achar, exemplũ sancitum sit contra auaritiã.*

Quare autem tanta squeritate celestis iudicij in eos vindicatum est, nisi vt venturis seculis fallorum fratrum auaritia simul & ambitione, non modicè ecclesia dei turbaretur. Quid enim? Nonne omnes qui in Christo Iesu baptizati sumus, Hiericho, id est, mundum hunc anathematizauimus, abrenunciando diabolo, & omnibus pompis eius? Ecce autem de nobis exierunt, quàm plurimi imitatores Achar de tribu Iuda, qui videlicet fidem profitentes catholicam, quod est esse vel dici de tribu Iuda (Iuda quippe confessio interpretatur) rulerunt de isto anathemate, & furati sunt atq; mentiti, & absconderunt, atq; inter vasa sua reposerunt. Dũ enim sub specie pietatis, pulchri incidentes atq; religiosi, auaritiæ student, quæ est simulachrorum seruitus, & cuncta malitiæ spiritualis faciunt venalia, quid aliud quàm anathema furantur, & mentiuntur, & abscondunt inter vasa sua, imò inter conscientias suas. Hanc malitiæ radicem, & huius fellis amaritudinem, primũ in Symone mago per os beati Petri Apostoli, vniuersa Christi ecclesia terribiliter anathematizat, & hæreticam esse hydriam indicat. Non ergo (inquit dominus) poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet, quia pollutus est anathemate. Vbi enim in sacerdotibus, vel eis qui præsent, auaritia regnat, & principatum obtinet pecunia, hi qui sunt Israel arma virtutum cõtra vitia tenentes, & prout oportet arguere, obsecrare volentes, stare nõ possunt contra hostes liberè repugnantes, quippe quos pecunia tuetur, vt de vitijs suis aliquando nõ saltẽ impune arguantur. Vnde & apud euangelistam Matthæum. Pulchro mysterio dictũ tenemus, quia cũ dominus noster factus de funibus flagello, vendentes & ementes de tẽplo eiecisset, tunc demũ accellerunt cæci, & claudia eũ in templo, & curauit eos. Non prius cæcos & claudos curauit, q; illos latrocinantem de spelunca eiecit, quia videlicet nõ vitia curari, nec virtutes possunt illustrari, nisi prius Mammon de cordibus sacerdotũ, aut ipsi sacerdotes cũ illo deo suo de tẽplo dei fuerint eieciti. Hoc (inquit) futurũ erat, & idcirco vtiliter præmonstrandũ erat in illo vno Achar, qualis vel quantus secundũ nomen eius, quod interpretatur tumultus vel turbator, cunctis imitatoribus eius turbatio vel pœna sit reposita. Rectè igitur seuerè, & sine vlla venia pro tali in illũ furto vindicatum est, lapidante illũ omni Israel, & omnia quę illius erant igne sunt cõsumpta, præloquente Iosue, ac dicente, quia turbasti nos, turber te dñs in die hac. Quamuis enim illo dicente: Fili mi da gloriam dño deo Israel, confitere, & indica mihi quid feceris, & ne abscondas: ille cõfitendo responderit, verè ego peccaui dño deo Israel, & sic & sic feci, non tamen vllam mereri veniã debuit, quia videlicet cõfessio nimium tarda fuit. Ante enim turbatus est Israel, quàm ille reatum agnosceret, & ante fors veridica deo auctore prodidit personam, quàm ipse culpam.

*Quare domini sententiã fuerit, vt cuncti reges contra Israel pugnarent, & pugnando caderent, & quod illa cades, & sole stante prolongata dies, longum iudicij diem significet.*

Quibus

CAP. X.

**Q**uibus auditis, cuncti reges trans Iordanem, qui versabantur in montanis, & campestribus, in maritimis, ac litore maris magni, hi quoque qui habitabant iuxta Libanum, Aetheus, & Amorrhæus, & Chananæus, Pherezeus, & Aeuus, & Iebuseus congregati sunt pariter, ut pugnarent contra Iosue & Israhel, & uno animo, eademque sententia, & cetera. Omnes peccato suo duce congregati sunt, ut perirent, quia videlicet domini sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent contra Israhel, & caderent, & non mererentur ullam clementiam.

Leuit. 17.

Quare autem hoc domini sententia fuit? Videlicet quia tam pessimi erant, tamque peccatores, ut ipsa eos terra merito euomeret. Cum enim dixisset, qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: mulier quæ succubuerit cuilibet iumento, simul interficietur cum eo: cum (inquam) hæc & his similia dixisset, subsecutus ait: ne & vos euomat terra, quæ intraturi estis, & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, & abominatus sum eas. Iustè ergo domini sententia fuerat, ut indurarentur corda eorum, & pugnarent, & non mererentur ullam clementiam, sicut præceperat dominus Moysi: Quid enim præceperat dominus Moysi? Si quando, (inquit) accesseris ad expugnandum ciuitatem, offerere ei primò pacem. Sin autem foedus inite noluerint, & cetera. Ac deinceps: De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladii, Aethum videlicet, Amorrhæum, & Chananæum, Pherezeum, & Aeuum, & Iebuseum, sicut præcepit dominus deus tuus, ne forte doceant vos facere cunctas abominaciones, quas ipsi operati sunt dijs suis, & peccetis in dominum deum vestrum. Parum autem erat apud homines, tantum victorem, qui nec mortuis parceret, sed mortuorum quoque colla pedibus calcari præciperet, mortuosque patibulis affigeret, de crudelitate excusari prædicto testimonio, vel præcepto legis, nisi etiam defenderetur in præsentiarum nouo & inaudito miraculo iusti dei. [Cum (inquit) fugerent filios Israhel, & essent in descensu Betheron, dominus misit super eos lapides magnos de celo, ut que ad Azeca & Maceca, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quæ quos gladio percusserant filij Israhel. Tunc locutus est Iosue domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israhel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna contra vallem Ahialon. Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spacio vnius diei. Non fuit antea & postea tam longa dies, obediens domino voci hominis, & pugnante pro Israhel.] Quid igitur in omnibus his, nisi futuri vniuersalis iudicij iusti figura vel documentum est, quando is qui in multitudine misericordiae iudicandus aduenit, in fortitudine iustitiae gladium (ut supra significatum est) euaginatam tenens, iudicaturus aduenit? Tunc profectò sole stante, & non festinare occumbere, longus dies erit, donec vlciscatur se gens de inimicis suis. [Nonne, inquit, scriptum est hoc in libro iustorum?] Quo in libro iustorum, nisi in vniuersitate sanctorum & veridicarum scripturarum: Vniuersitas quippe illarum, diem illum tremendis delectatam & veridicam scilicet diem magnum, diem amarum. Iuxta est (inquit) propheta) dies domini magnus, iuxta est & velocis nimis. Vox dei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiae, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbis, dies tubæ & clangoris. Verè longus, verè magnus dies, cuius magnitudinem tot vocibus, tantis declarationibus explicare propheta non valet.

Deute. 16.

CAP. X.

Pro eo quod eiectis gentibus, Iosue terram in funiculo distributionis sorte diuisit, id significari, quod mansiones in domo patris, gratia dei distribuuntur, & non ex meritis.

Sopho. 1.

**E**T dixit dominus ad Iosue: Senuisti & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum forte diuisa est, & cetera. Quoniam & hoc ab imperio domini procedit, ut non hominum arbitrio, sed occulto fortis iudicio tribus Israhel diuideretur terra repromissionis, ne hoc quidem à mysterio vacare credendum est. Quid enim est, quod eiectis à facie eorum gentibus, sicut & psalmista canit: Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis, nisi quod beata patria, de qua superbientes eiecti sunt, apostatae angeli, cunctæ mansiones illæ quæ multæ sunt in domo patris, gratia dei distribuuntur, & non ex meritis. Dei enim donum est, & non ex nobis (inquit) apostolus) ut ne quis gloriatur. Rectè igitur forte, in qua non hominis electio, sed occulta dei cuncta agit dispositio, terra illa diuisa est: quia videlicet, gratia dei, quam nulla præcesserunt merita, nostra terra viuentium speranda nobis & possidenda est. Transeamus nunc ad librum Iudicum, & planè tritamque historiam superficiem transilientes, in his duntaxat venerandum quæramus mysterium, ubi pro re vel tempore se exercit domini verbum, ubi ad eius dicitur vel agitur quid celeste imperium.

CAP. XIII

**E**T dixit dominus ad Iosue: Senuisti & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum forte diuisa est, & cetera. Quoniam & hoc ab imperio domini procedit, ut non hominum arbitrio, sed occulto fortis iudicio tribus Israhel diuideretur terra repromissionis, ne hoc quidem à mysterio vacare credendum est. Quid enim est, quod eiectis à facie eorum gentibus, sicut & psalmista canit: Sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis, nisi quod beata patria, de qua superbientes eiecti sunt, apostatae angeli, cunctæ mansiones illæ quæ multæ sunt in domo patris, gratia dei distribuuntur, & non ex meritis. Dei enim donum est, & non ex nobis (inquit) apostolus) ut ne quis gloriatur. Rectè igitur forte, in qua non hominis electio, sed occulta dei cuncta agit dispositio, terra illa diuisa est: quia videlicet, gratia dei, quam nulla præcesserunt merita, nostra terra viuentium speranda nobis & possidenda est. Transeamus nunc ad librum Iudicum, & planè tritamque historiam superficiem transilientes, in his duntaxat venerandum quæramus mysterium, ubi pro re vel tempore se exercit domini verbum, ubi ad eius dicitur vel agitur quid celeste imperium.

Psalm. 77.

Ioh. 14.

Ephes. 2.

Quod duodecim sint Iudices usque ad Samuel, unde & liber Iudicum dicitur est. CAPVT I.



**P**ost mortem Iosue consuluerunt filij Israhel dominum, dicentes: Quis ascendet ante nos contra Chananæum & erit dux belli. Dixitque dominus: Iudas ascendet. Ecce terram in manu eius, & cetera. Liber iste idcirco liber Iudicum appellatur, eo quod de illis conscriptus sit qui iudicauerunt Israhel, antequam in gente illa regum nomen, vel regia potestas expeteretur. Fuerunt autem iudices numero duodecim, Primus, Othoniel filius Cenez frater Caleph. Secundus, Aoth filius Iera filij Gemini. Tertius, Sengar filius Anath. Quartus, Barath filius Ahinoen, de cedes Neptalim: Quintus, Gedeon filius Ioas. Sextus, Iair Galaadites. Septimus, Iepte Galaadites. Octauus, Abesam de Bethleem. Nonus, Ahialon Zabulonites. Decimus, Abdon filius Hellel Pharathonites. Vndecimus, Samson. Duodecimus, Samuel. De primo horum Othoniel ita scriptura refert: Et clamauerunt filij Israhel ad dominum, qui suscitauit eis saluatorem, Othoniel videlicet filium Cenez fratrem Caleph iuniorum. Fuitque in eo spiritus domini, & iudicauit Israhel. Quoniam ergo nomine saluatoris & officio fungitur, & in eo fuit domini spiritus: rectè spiritualia saluatoris nostri Christi filij dei mysteria in persona eius requiruntur. Historia de illo talis est.

De Othoniel, & vxore eius Axa filia Caleph: quid sedens in asino & suspirans allegoricè significet. CAPVT II.

**D**ixitque Caleph: Qui percussit Cariath Sepher & vastauerit eam: dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cunctique cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleph minor, dedit ei filiam suam coniugem. Quam pergentem in itinere monuit vir suus, ut peteret agrum à patre suo. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? At illa respondit: Da mihi benedictionem. Quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleph irriguetionem. Quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Porro am superius & irriguam inferius. Hæc ipsa per anticipationem in libro Iosue dicta sunt. Porro Othoniel siue ut verius iuxta beatum Hieronymum scribitur Athoniel, tempus eius dei, vel responso dei interpretatur. Significat autem magnum iudicem, imo saluatorem Israhel Christum deum filium, cuius typus quo populum suum visitauit tempus dei, cuius euangelium nimirum responso dei est. Axa vero siue ut verius legatur Axa medicamentum interpretatur, nam Axa in furibundam vertitur. Loci huius sacramentum duplex, tam allegoricè quam morale est. Nam Othoniel, scilicet saluator noster & iudex, runc Cariath Sepher, id est, ciuitatem literarum percussit, quæ prius Dabir, id est, loquens siue loquela vocabatur, quando manifestata veritate euangelij, loquacem scribarum & pharisæorum synagogam in litera legis gloriantem redarguit. Nam eadem synagoga rectè ciuitas literarum dicta est, cui primùm credita sunt eloquia dei. Dixit autem saluator iste scribis & pharisæis, dixit (inquam) & dictum opere compleuit: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Ita per ciuitatem literarum, id est, eos qui tulerunt clauim scientiæ, percussit atque damnauit, propolito sibi præmio, ut acciperet Axam coniugem, id est, nouam de gentibus ecclesiam. Cuius pater per fidem factus est Caleph, quod interpretatur quasi cor, scilicet deus, qui nobis factus est quasi cor, dicendo: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Hinc ipse qui factus est ei vir saluator mundi, suauiter ut peteret à patre suo agrum. Docuit enim ecclesiam suam orare & petere à deo patre regnum cælorum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est, peccatorum remissione percepta, secundum gratiam, id est, sancti spiritus illuminationem regni cælestis desiderium postulat. Vnde & protinus suspirat sedens in asino, dixit ei Caleph: Quid habes? Axa sedens asino suspirat, quando conuersa ad Christum ecclesia, prima iam gratia, id est,

Thren. 3.

Iocundus, oppreffos tueri, indigentibus possessa tribuere, ardorem fidei habere: sed adhuc gratiam lachimurum non habent. Hi nimirum terram australem & arenem habent, sed adhuc irrigua indigent, quia in bonis operibus positi, in quibus magni atque feruētes sunt, oportet ad minus ut aut timore supplicij, aut amore regni coelestis mala etiam quae antea perpetraverunt, deplorent. Et licet in multis speciebus compunctio diuidatur, quando singulari quaeque à potentibus culpae plan guntur. vnde & voce quoque poenitentium Hieremias ait: Diuisiones aquarum deduxit oculus meus: Principaliter tamen compunctio generata duo sunt, quia deum sitiens anima, prius timore compungitur, post amore. Prius enim in lacrimis se affligit, quia dum malorum suorum recollit pro his perpetua supplicia aeterna pertimescit. At verò cum longa mororis anxietate fuerit formi do consumpta: quaedam iam de praesumptione veritas nascitur, & in amore caelestium gaudiorum animus inflammatur. Et qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum amarissimi me deflet, quia differtur à regno. Contemplatur enim mens, qui sunt illi angelorum chori, quae societas sanctorum spirituum, quae maiestas aeternae visionis dei, & amplius plangit, quia bonis perennibus deest, quae flebat prius cum mala interna metuebat. Sicque fit, ut perfecta compunctio formidinis rradat animum compunctio dilectionis. Quod bene in hac sacra veraciter historia, figurata narratione describitur. Quia ergo, ut dixi, duo sunt compunctio generata, dedit ei pater suus irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguum superius accipit anima, cum sese in lacrimis caelestis regni desiderio affligit: Irriguum verò inferius accipit, cum inferni supplicia se do pertimescit. Et quidem prius irriguum inferius, ac post irriguum superius datur, sed quia compunctio amoris dignitate praeminet, necesse fuit, ut prius irriguum superius, & postmodum irriguum inferius commemorari debuisset.

*De Barach & prophetissa Debbora vxore eius, & quod idem sit Lapidoth.*

CAP. IIII.

CAP. IIII.

Quartus iam nobis è iudicibus assumitur Barach. Nam in Aoth qui secundus est, mysterium requirere vel sacramentum, penè violentum est, quippe qui non tam diuino oraculo, quam humano ductus ingenio, immò & dolo interfecit regem Moab, atque idcirco non tam missus, quam permissus dicatur à deo, ut esset saluator. [Addiderunt inquit filij Israel facere malum in conspectu domini, post mortem Aoth, & tradidit illos dominus in manu Iabin regis Chanaan, qui regnavit in Afor. Habuitque ducem exercitus sui Sisaram, ipse autem habitabat in Aroseth gentium. Clamaueruntque filij Israel ad dominum. Nongentos enim habebat falcatos currus, & viginti annos vehementer opprēsserat eos. Erat autem Debbora prophetes vxor Lapidoth, quae iudicabat populum in illo tempore, & sedebat sub palma, quae nomine illius vocabatur, inter Rama, & Bethel, in monte Ephraim, Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudicium. Quae misit & vocauit Barach filium Abinoen de caede Nephthahim.] Barach idem qui Lapidoth vir Debbore prophetes fuisse traditur. Interpretatur autem Lapidoth fulgur. Barach quoque fulmen. Fulgur idcirco, quia antequam vlcisceretur Israel, de Chanaanais, quasi fulgur ipse debat in populo, meritis scilicet & prerogatiuis operum: postquam verò vltus est Israel de Chanaanais, fulmen, id est, percussus vocatus est. Plana historia est. Cantum ergo eorum primò breuiter percurrentes, tunc demum pulchrum perstringamus mysterium, quod intrinsecus latet.

*Cantici illorum tractatus ex B. Hieronymo, literaliter.*

CAP. V.

Domine cum exires de Seir, & transires per Edom, terra mora est, caelique ac nubes distillauerunt aquis. Exiit dominus de Seir dicitur, & transiit per Edom, eo quòd Idumaeis legem suam recipere nolentibus in monte Synai legem Israel dederit. Terra mora est, caeli ac nubes distillauerunt aquis. Terrae motus montis Syna describitur. Et quòd dixit, caeli ac nubes distillauerunt aquis, ad praesentiam domini caeli, quasi quodam pauore sudorem emittentes, aquis distillasse dicuntur. Similiter & [Montes fluxerunt à facie domini.] Quod verò sequitur. [Et Synai à facie domini dei Israel.] Subaudiendum est contremuit & fumauit. [In diebus Samgar filij Aroth in diebus Iahel quieuerunt semitae, & qui ingrediebantur, ambulauerunt per calles deuos.] Quieuisse dicuntur semitae, quia tempore Samgar ducis Israel, praecipitatae erant semitae ab inimicis Israel, & non audebant in domum domini liberè orandi gratia ascendere, sed qui ingrediebantur per eas, timore inimicorum latentem, & per calles deuos ascendebant. De quibus inimicis non plenè eos Samgar liberasse dicitur. Quod verò interponitur, paulò superius in diebus Iahel, intelligendum est, quia interempto Syfara à Iahel, aperta sunt viae, & absque villo timore ibant in domum domini, qui antea per calles deuos illuc gradiebantur, & quòd Iahel aut Debboram hic ponitur, humilitatis causa hoc Debbora fecisse dicitur, eo quòd Iahel vxor Aber Cynei Syraram interfecerit. [Cessauerunt fortes in Israel, quieuerunt donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israel.] Fortes hic doctores & praedicatores legis dicit, qui quieuisse, id est, non fuisse dicuntur, donec surgeret Debbora, quae Israel & praedicatione & exhortatione doceret, & concilio ab hostibus liberaret. Hos etiam fortes in superioribus ad dominum secum benedicendum, eadem

eadem Debbora verbis his prouocat, dicens: Qui sponte obrulistis animas vestras de Israel ad periculum, benedicite domino. Hi fortes. i. doctores obrulisse dicuntur suas animas ad periculum. i. legi dei & seruituti eius se subdidisse, & die noctaque in meditationibus corpus animaque macerasse. [Noua bella elegit dominus, & portas hostium ipse subuertit.] Quomodo vel in quo noua bella? Sequitur cōtinuò, & interrogando dicit: [Clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta milibus Israel.] subauditur non. Haec enim verior lectio, veriorque sensus est, licet in plerisque codicibus, detracta diuincula si, affirmatiuè soleat legi, quod scriptorum vitio inoleuit. Quod dicit clypeus & hasta, intelligendum est hoc quasi iureiurando dixisse, quòd in quadraginta milibus, nec clypeus nec hasta inueniri posset. Idcirco deus noua bella elegisse dicitur, & portas hostium subuertisse, eo quòd de inermibus fortes & victoriosos fecerit. Quod verò Israel armis expoliati fuissent, à Iabin rege Chanaan, in superioribus declaratur, vbi dicitur: Clamauerunt filij Israel ad dominum, nongentos enim falcatos habebat currus, & per viginti annos vehementer opprēsserat eos, Vehementer & fortiter opprēssit eos, quia armis expoliasse dicitur, sicut in libro Samuelis scribitur: Cūque venisset dies praesentis, non est inuenus enlis & lancea totius populi, qui erant cum Saul & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. [Cor meum diligit principes Israel.] Sciendum, quòd in Hebræo non principes, sed doctores legitur. Hoc Debbora in persona dei loquitur, quòd deus diligit doctores legi dei studentes, de quibus dicitur subiungendo. [Qui propria voluntate obrulistis vos discrimini] in populo [benedicite domino.] De quibus etiam iam superius dictum est in eo loco, vbi ait: Qui sponte obrulistis animas vestras ad periculum, benedicite domino. [Qui ascenditis super nitentes asinas, & sedetis in iudicio, & ambulatis in via, loquimini.] Ascensores asinarum populus Israel dicitur. Asinae verò, in quibus ascendunt, doctores tribus Israel dicitur. Super quorundam doctrinam reliquus populus, quasi super asinas ascendisse dicitur, id est, requiescere. Et ipsae asinae nitentes dicuntur, hoc est, gradientes in terra, in lege sedentes super iudicium, id est, super legem. Quae etiam super iudicium sedere dicuntur, id est, super legem, & ambulare in via, subauditur legis, eo quòd via legis nequaquam excederet. Populi itaque qui super has asinas, id est, super hos doctores requiescebant, prouocat Debbora ad benedicendum dominum, & dicit: Loquimini, id est, laudate. Et quasi interrogasset, vbi & quòd laudabimus dominum, illa respondit. [Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus. Ibi narretur iustitiae domini, & clementiae fortis Israel.] Ac si diceret: Quamuis semper & vbiq; deus laudatus sit, modò tamen à vobis potius laudatus est & benedicendus, qui inimicos vestros subuertit, sicut Aegyptios in mari rubro. [Tunc descendit ad portas domus domini, quia benedictio & collaudatio in loco victoriae domino, descendit in domum domini, ut ibi etiam dominum collaudarent, orationes & victimas ei offerentes. Quod verò de tribu Iaschar, doctores caeterarum tribuum essent, monstratur ex lib. Paralipo. vbi ait: De filiis quoque Iaschar eruditi viri, qui innotat singula tempora, ad praecipendum quid facere deberent Israel, principes dixerunt. Omnes autem reliquae tribus, eorum consilium sequebantur. Et quòd idem doctores asini sint, monstratur in li. Gen. vbi sequitur: Iaschar asinus fortis, accubas in ter terminos. Vidit requiem quae esset bona, & optima terra, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tribus seruis. Asinus in li. Gen. vbi sequitur. fortis dicitur, propter fortitudinem legis, eo quod legem in humero portaret, & caeteris tribus tributum. i. doctrinam legis impenderet. In li. verò iudicium asine dicuntur, eo quod viribus fracti & humiliati atque infirmi manerent, iugo scilicet gentium pressi atque humiliati, & sola raturum lege dei cōtenti. Surge surge Debbora, surge surge loquere canticum. [Noradū, quod in Hebræo expergiscere legatur. i. expergiscere in spiritu prophetiae. Praefatorum itaque doctorum vocibus Debbora prouocatur, ut expergiscatur in spiritu prophetiae & laudis, & non cesset à laudibus dei. Vnde & sequitur. Loquere canticum. [Surge Barach, & apprehende captiuos tuos filii Ahionē.] In Hebræo dicitur, praedare praedam tuam filii Ahionē. Hac sententia vocibus etiam eorundem doctorum Barach ammonetur, ut deprederet reliquias inimicorum suorum, & ad internitionem eos usque perduceret, & nomē sibi victoriae laudabiliter acquirat. [Tunc saluatae sunt reliquiae populi.] Haec sententia ad intelligendum, iungenda est sententiae superiori, qua dicitur, vbi narretur iustitiae domini, clementiae fortis Israel, eo quod tunc saluatae sunt reliquiae populi. Dominus in fortibus dimicauit. [In Hebræo legitur, dñs propter me in fortibus dimicauit, & est vox totius populi Israel. Dimicauit enim propter eos in Aegyptijs, & caeteris inimicis Israel. Vnde & sequitur. [Ex Ephraim deleuit eos in Amalech]. i. Iosue, exiit de tribu Ephraim, deleuit fortes inimicos Israel in Amalech, & populum eius in ore gladii, sicut legitur in li. Exo. Fugauitque Iosue Amalech & populum eius in ore gladii. Et quòd idem Iosue ex tribu Ephraim fuerit, monstratur ex li. Nu. vbi dicitur: De tribu Ephraim, Osee filium Nun. Quem & in consequentibus Iosue vocat dicens: Vocauitque Moyses Osee filium Nun Iosue. [Et post eum in populos tuos Amalech. [Post eum. i. Iosue ex tribu Benjamin existens, Saul populum Amalech praecipiente domino deleuit. Quod de spiritu prophetiae Debbora & Saule futurum propheta uir, & hoc secundum schema, quod vocatur plepsis, dictum est, quod ipse esset delecturus Amalech, sicut habes in lib. Samu. Sed & quòd ait: O Amalech, in hebræo non legitur, sed latinus interpretis sensus gratia

QQ

gratia hoc addidit. [De Machir principes descenderunt, & de Zabulon, qui exercitū ducerent ad bellandū.] In Hebræo legitur. De Machir principes descenderunt, & subauditur ad bellandū. **I.** ad prosternendū Syfara principē, & de Zabulon, subauditur descenderunt, qui ducerent de tribu literarū. **i.** de tribu Isachar, & subauditur ad bellandū. **i.** ad deum collaudandū & exorandum, de quibus & sequitur. [Duces Isachar fuere cū Debbora.] In hebræo, Principes, id est, doctores legis fuere cū Debbora ad collaudandū deū. [Et Barach vestigia sunt secuti.] Intelligendū est, quia pars quaedā illorū cū Debbora ad deum collaudandū remālit, & pars Barach vestigia sunt secuti ad populū exhortandū, & debellandū Syfara. [Qui quasi in p̄ceptis ac baratrū se discrimini dedit.] Barach, scilicet, credēs verba domini, se discrimini dedit, p̄cipitās se in torrētē Cyson, persequēs & debellās Syfara exercitū. Baratrū in hoc loco torrēs Cyson intelligitur. [Diuisio cōtra se Ruben, magnanimorū reperta cōtentio est.] In hebræo nō habetur cōtra se. Vox enim Debbore est increpās Ruben. **i.** tribū Ruben, eo q̄ imperio domini nō obreperans cum fratribus suis cōtra inimicos domini debellādos nō ierit, sed timore perterritus, & verbis dñi incredulus ab eis se diuiserit, & p̄ eo magnanimus, **i.** superbus, repertus extiterit. Vndē & sequitur eorū increpatio in spiritu prophete dicēs: Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregū. In Hebræo nō legitur duos, sed inter terminos. Er est sensus. O Rubē, quare habitas. **i.** quare remanes int̄ terminos tuos, scilicet vicinarum tribuū tuarum, vt audias sibilos gregū. Ac si diceres, Greges quibus abundas, seruare cupis & amittere vereris, eorūq̄ sibilos audire potius delectaris, q̄ cū fratribus tuis ad debellādos hostes Israhel, p̄gredi niteris: & q̄a hoc facis, imperio domini superbus resistis, vndē & sequitur idipsum quod & supra. [Diuisio Rubē, magnanimorū reperta cōtentio est.] [Eo q̄ malē fecerit, imperiū dñi parūpēdēs, & superbus existēs.] [Galaad trās Iordanē quiescebat.] Et hoc increpādo dicēs, eo q̄ remorāte Ruben cū eo Galaad pari cōsilio remāserit. [Et Dan vacabat nauibus] quia vidēs, q̄ tribus Ruben, & tribus Galaad, nō irent cū fratribus suis ad bellandū, timore correptus, nauibus vacādo fugā arripuerit. [Afer habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.] Similit̄ hoc increpādo ponitur, eo quod Afer in littore maris habitās, in portubus moratus fuerit, fugā potius arrepturus, q̄ fratribus cōpreliaturus. [Zabulon & Nephthalim obrulerunt animas suas morti in regione Meronie.] In Hebræo super regionē Meronie. Et est sensus. Quia ceteris tribubus ire nolētibus, hęc duæ tribus, animas suas morti dederint super regionē Meronie. Meronie enī interpretat̄ excelsum. Pro regione enim excelsum. **i.** dei, obtulisse dicuntur animas suas, & iccirco laudibus efferuntur, cum ceteri cōprehendātur tribus. [Venerunt reges & pugnaverunt.] Reges ter rē Chanaā dicit, qui regi Labin subditi erant. [Pugnāru reges Chanaā.] Idipsum repetit. [In Thanaac.] Thanaac enim prouincia est, vbi est torrens Cyson, iuxta aquas Mageddo. Mageddo enim ciuitas est posita super torrētē Cyson. Et q̄ dicit: [Iuxta aquas Mageddo.] Intelligit̄ iuxta torrētē Cyson ciuitas Mageddo. [Tamē nihil tulere p̄dātes.] Hoc subiannādo dicitur, cum nō solū nihil p̄dāe tulerint, quin potius animas eruere nequiuērunt. [De cælo dimicatū est cōtra eos] Quia in xl. milibus Israhel clypeus & hasta inueniri nō poterāt. iccirco dominus de cælo lapidibus gradinis & igni dimicauit pro eis cōtra hostes suos, sicut & illud in li. Iosue. [Stellę manentes in ordine suo & cursu, aduersus Syfara pugnaverūt.] Stellę, angeli intelligātur, qui de cælo cōtra Syfara pugnaverunt. [Torrens Cyson traxit cadauera eorum.] Est enim hic defectus, & quasi interrogādo, vbi & respōdeatur in torrētē Cadumin. **i.** in mare rubrum. Vndē & sequitur. [Torrens Cadumin, torrens Cyson.] Torrentem Cadumin, mare rubrum vocat. Cadumin enim interpretatur antiquorum, eo q̄ antiquē miracula in eo facta fuerint, transeuntibus filiis Israhel, & Aegyptiis pereuntibus. Et quia mare rubrū Aegyptios mortuos euomuit, ita vt eos mortuos Israhelitæ super littus maris viderent, & eadē cadauera piscibus & bestiis maris abstracta fuerunt, iccirco traxit torrens Cyson cadauera eorum, vt pro cadaueribus Aegyptiorū sibi ablatis cadauera Chananæorum ipsius maris rubri pisces & bestiæ comederent. [Cōculca anima mea robustos.] Hoc Debbora in persona totius Israhelis dicit, vt omnes vno animo robustorū. **i.** fortissimorū inimicorum suorū colla cōculcarēt, sicut est illud in li. Iosue de quinq̄ regibus Chananæorum, [Vngulę equorum.] In hebræo sic legitur. [Tunc vngulę equorum, ceciderunt fugientibus impetum, & per p̄ceptis ruētibus fortissimis hostium.] Lapidibus enim gradinum de cælis ab angelis vngulę equorū cecidisse traduntur, vt sit sensus. Si vngulę equorū cecidisse tactu lapidū creduntur, quid puras equitibus accidisse? [Maledicta terra Meroz dixit angelus domini.] In hebræo legitur. Maledicite Meroz dixit angelus domini. Angelus domini ab hebræis Michael intelligit̄, q̄ iubet per Debborā populo Israhel, vt maledicāt Meroz. **i.** potestātē angelicā, quæ præerat Chanaā. Meroz enim interpretatur arcanum. iccirco maledicī iubetur. **i.** anathematizari, eo q̄ ceteris angelis dimicatibus pro Israhel, ipse nō solū nō pugnaverit, verūm etiā in aduersitate eorū persistierit. [Maledicite habitatoribus eius] id est, & Meroz & populo eius. Et redditur causa cur maledicātur. [Quia, scilicet, nō venerunt in adiutorium domini, in auxilium fortissimorum eius. Benedicta inter mulieres Iahel vxor Aber cynei.] Inter mulieres, scilicet Sarā, Rebeccā, Rachel, Lia, & ceteras femē mulieres. [Benedicatur in tabernaculo,] subaudit̄ domini, & ibi memoriale sit eius,

Iosue 10.

Iosue 10.

sit eius, sicut & Iudith. Et benē redditur causa cur benedicatur, quia scilicet sapienter & prudenter fecerit, eo quod p̄terenti aquam lac dederit. iccirco lac dedit, vt hostis fugiens, sibi potiore m̄dem accommodaret. Et si quæratur, cur vinum non dederit, respondendum est, quia domus Rachab vinum non bibebat, sicut habes in Hieremia propheta.

Hiere. 25.

Quod mysticē Syfara diabolū, Debbora legē, Barach verō qui interpretatur fulmē, fortes legis

vires significet, qui illa legitime vires, fortiter diabolū percussērunt. Cap. VI.

**H**Aec ad literā dicta, magna spiritus & vitę cōtinent myteria. Syfara quippe dux aduersi exercitus, hostē generis humani, noīe ipso significat. Interpretatur nanc̄ equi visio. Equi visio diabolus est, qui omne sublime videt, qui secundū naturā equi superbi & fluxi spiritū hoīs in superbiā erigit, carnēq̄ luxuriosā velut equino fluxu polluit. Hic dux labin, q̄ interpretatur intelligētīę, videtur enim sibi esse Cherub. **i.** plenitudo sciētīę, dux, inq̄, Chanaā. **i.** oīm quorū pedes per lūperbiū in omni potētātē, ita vt sibi pro deo p̄esse videre, cunctis angelorū ordinibus. [Erat autē (inquit) Debbora prophetes vxor Lapidoth. Debbora apes interpretatur. Significat autē le gem, quę ranq̄ in cęra mel. **i.** in litera, spiritus cōtinet dulcedinē. Hęc autem vxor Lapidoth, qui & ipse vocatus est Barach. Vir Debborę populus fuit Iudaicus, legis studium vel sciētīā professus. Lapidoth fulgur, Barach fulmē interpretatur. Et fulgur quidē chorufcat, sed breuiter, fulmen autē ferit fortiter. Lapidoth ergo. **i.** fulgur populus ille erat, pro parte illorum qui breuiter imō in aniter solo legis literali sermone chorufcauerūt, fulmen verō pro parte illorū, qui legē adimplendo, fortiter diabolū percussērunt, igitur Debbora. **i.** lex sancta & iusta & bona, milit & vocauit Barach filiū Abinoen, idem populum Iudaicū, patrem deū labijs honorātem, secundū nomē Abinoen. Abinoen quippe interpretatur patris mei decor. [Vade (inquit) & duc exercitū in montē Thabor.] Thabor veniens lumē interpretatur, illum significās, de q̄ veraciter Zacharias cecinit, dicens: Vilitauit nos oriens ex alto, &c. Ergo in montem Thabor, duc (inquit) exercitū. **i.** crede in eum, spera in eū qui Abrahę promissus est, qui de semine Abrahę venturus est, scilicet Christum. **i.** lumen veri, benedictionem omniū gentiū. Nā in illum mōtem ducere exercitū. **i.** sp̄ vitę vel iustitię ponere in Christum, hoc Debbora p̄cipit Barach. hoc enim lex vniuersa, hoc, inq̄, legis & prophetarū sancta imperat Iudaico populo scriptura. [At ille: Si (inquit) venis mecum, vadā. Si nolueris venire, non pergā.] Hoc planē populus ille dixit, quia iustitiam suam volens statuere, iustitię dei subiectus esse noluit. Hoc inq̄ ille non Barach, sed Lapidoth dixerit. **i.** populus ille, non pro parte fortium & perfectorum fortiter fulminātium, sed pro parte imperfectorū breuiter coruscantium siue fulgurantium, qui fiduciam habentes in operibus legis nescirent sibi esse aduentum vel gratiam Christi. Sed enim ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram deo. Dicit ergo Debbora: [Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Syfara.] Quod est dicere: Tibi quidem lex obseruata, quā nō ad perfectum adducendo proderit, sed cum Christo venerit, ecclesia de gentibus per solam fidem eius sperans iustificari, perfectionem plenamq̄ victoriam obtinebit. [Aber autem Cyneus recesserat quondā a ceteris Cyneis fratribus suis, &c.] Cynei posterī erant Obab, id est, Iethro cognati Moyſi, de quibus aliās iam dictum est. [Descendit itaq̄ Barach de monte Thabor, & decem milia pugnatorum cum eo. Descendit Barach, Barach, inq̄, non iam Lapidoth. **i.** non iam fulgur, sed fulmen descendit de monte Thabor, scilicet Iudæi magni & veri Christi apostoli afflari spiritu sancto, missi a Christo, & cum eis decem milia pugnatorum, scilicet fide armatus vniuersus exercitus credentium. Vndē canitur in Psal. Currus dei decem milibus multiplex, milia lætantium dominus in eis in Syna in sancto. Descenderunt, inq̄, dignatione, scilicet, quia credentes ipsi illuminati, nondum credentes & adhuc cæcos respicere dignati sunt.

Luca 1.

Rom. 10.

Rom. 1.

Psal. 67.

De Iahel vxore Aber Cynei, qualiter Syfaram interfecerit, & quod ecclesię de gentibus typum gesserit. CAP. VII.

**P**erterruitq̄ dominus Syfaram, & omnes currus eius, vniuersamq̄ multitudinem in ore gladij, ante conspectum Barach, in tantum, vt Syfara de curru desiliens, pedibus fugeret, & Barach persequeretur fugientes currus & exercitum vsque ad Aroseth gentium, & omnis hostium multitudo vsq̄ ad interitionem caderet. [Dominus (inquit) perterruit Syfaram. Quis enim alius nisi dominus noster, dominus virtutum, & rex glorię perterruit diabolū, & de curru superbię in pedes deiecit eum, iuxta Psal. dicentem. Tu humilifasti sicut vulneratum superbum: illum ipse perterruit, ad conspectum Barach, ad conspectum apostolorum, qui fuere ex Iudaico populo, cui Debbora, sicut iam dictum est, id est, sacra lex primō nuplit. Illi erant corli enarrantes gloriam dei, & illis comitantibus atq̄ fulminantibus, signaq̄ & prodigia facientibus perterritus diabolus de curru desiliuit. Imperatorum enim & principum seculi, conuersorum ad Christum, alit̄ rudinem perdidit. Quid inder? [Fugiens (inquit) peruenit ad tentorium Iahel vxoris Aber Cynei. Erat enim pax inter labin regem Azor, & domum Afer Cynei. Iahel cerua siue coniugium ceruale

Psal. 33.

Psal. 13.

ceruale interpretatur. Significat autē ecclesiā de gētibz, quę veluti cerua ceruo. i. viro suo Christo nunc per fidē copulatur. Quę comedit quidē serpentē admittendo peccati venenū, sed p hoc poenitens dicit singulariter ex persona singulorū, dicit vniuersaliter in persona omnīū mēbrorū suorū, qui sunt vnū corpūs, vna ecclesiā, vnus populus. Quę ad modū desiderat ceruus ad fōtes aquarū, ita desiderat aia mea ad re deus. Deiectus de curru, & pedibus fugiēs tabernaculū eius ingressus, & pallio eius opertus est, qā per dōto falso diuinitatis vocabulo, q̄ aduiter in publicis glori abatur cōuentibus populorū, occultus irrepit in ecclesię tabernaculū, vt occultis q̄si sub pallio vitij refocillaretur, vt victoris Christi nō valēs fuscare nomen, saltē morum in domo eius corrū peret pulchritudinē. Sed quid illa fecit? [ Tulit (inquit) clauum tabernaculi, assumens pariter & malleū, & ingressa absconditē & cū silentio posuit supra tēpus capitis sui clauum, percussitq; malleo, defixit in cerebrū vsq; ad terrā. Qui soporem morti lociās, defecit ac mortuus est. ] Verē iuxta scripturā aliā, mulier fortis accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachiū suum. Sinistrā manū misit ad clauum, & dextrā ad fabrorum malleos. Talis habitus corporis, profectō figurā crucis exprimit. Clauus tabernaculi ipsū est frigma passionis Christi. Clauum tulit, quę iustā mortificare membra sua super terrā, crucem suam baiulauit, crucifigens carnem suam cū vitij & cōcupiscentijs. Hoc tunc validē fit, quādo non pro vanitate humanę laudis, sed pro gloria assumitur dei afflictio carnis, nō, inq; in ambitione aurę popularis, sed in timore domini. Idcirco Psal mista postulat. Confige timore tuo carnes meas. Rectē igitur sinistrā manū misit ad clauum, & dexterā ad fabrorum malleos. Sinistra inferius ad clauum, visibilis operatio poenitentię est in oculis hominum. Malleus in dextera desuper, timor domini in intentione cordis est. Ita factum est, vt capiti eius defigeret clauum validē in cerebrum vsq; ad terrā. Quare in capite quęsiuit vul neri locum? Videlicet quia peccati caput est feriedum, ne postq; vtre irrepserit, difficilior pugna sit. Caput prima peccati suggestio est, venter autē subsequens delectatio. Porro cōsensu cauda est. Vndē ligetur animus, quemadmodum de Beemoth ad beatum Iob dicitur. Stringit caudā suā am quasi cedrus. i. fortius tenet, quemcunq; per cōsensum ligauerit diabolus. Igitur in capite quę ratur vulneri locus. i. non expectata cauda consensus, imō delectationis ventre, prima suggestio clauo dominicę crucis, cum timoris domini malleo transfigatur.

Psal. 41

Proverb. 31

Psal. 118

Iob 40

*De cantico Debbora & Barach, a qualibus rectē secundum sensum mysticum in ecclesia Christi sit canendum.* CAP. VIII.

CAP. V. **C**ecineruntq; Debbora & Barach, filius Abinoen in die illo dicentes: Qui spontē obtulit de Israel aias vestras, ad periculū benedicite domino. [ Canticū hoc iuxta literā supra decur sum, spiritualiter in ecclesia iugiter illis canendū est, qui ad bella spiritalia spōte animas suas ob tulerunt. i. qui nō contenti acceptasse pceptum, vt fortius pugnant cōtra diaboli, secuti sunt & cōsiliū, spōte offerendo animas suas, spōte inq; & ex voto gratuito, cum rebus & possessioni bus ipsi, quas pro domino reliquerunt, suas quoque vbi causa poposcit, obtulerunt animas. Isti sunt reges, isti sunt principes. [ Audite (inquit) reges, percipite auribus principes. Ego sum, ego sum, quę domino canā, psallā deo Israel. ] Ego sum (inquit) Debbora, ego sum (inquit) lex diuina, quę domino canam. Quāticunq; reges, quāticunq; principes, os suum ad canendum aperiat, ego sum quę domino canā, nā extra legem diuinā, extra canonicā scripturā nihil est quod domino deo canat. Quid igitur canam? Quid dō deo Israel psallā? [ Domine cum exires de Seyr, & tran sires per regiones EDOM, terra mora est, cœliq; ac nubes distillauerunt aquis. Montes fluxerunt a facie domini, & Synai a facie domini dei Israel. ] Seyr pilosus, EDOM terrenus siue sanguinolentus, Synai tentatio interpretatur. quibus vtiq; nominibus, populus ille Iudaicus denotatur. ha ctenus persequens Iacob fratrem suum, id est, supplantatorem de gentibus, populū Christianum, peccatis hūpidus, cupiditate terrenus, crudelitate sanguinolentus, maxime Christiani sanguine, & p pherarum eius. Notū autē & certum est, quia de illo Seyr exiuit, & per regiones illius trāsiuit, popu lū illum reliquit, & ad nationes trāsiuit, dicēdo nimirū prophetica, dicēdo voce euāgelica. Ecce relinquet vobis domus vestra deserta. Igitur dñe (inquit) cum exires de Seyr, & tran sires per regi ones EDO, terra mora est, cœliq; ac nubes distillauerunt aquis. i. cum carnales relinqueres Iudæorū cœrimonias, templumq; Christi filij tui sanguine pollutum, pæsidibus eius angelis tuis, vt Iose phus quoq; testatur, clamātibz, transeamus ex his sedibus, terra omnis, audita euāgelij tui pæ dicatione, ad poenitentia mora est. Cœli de quibus scriptum est, cœli enarrāt gloriā dei, cœli, inq; id est, apostoli, idemq; nubes, de quibus alibi scriptum est: Et nubibus mandabo, ne pluant super vineam meam imbrem, distillauerunt vbiq; aquis sapientię, aquis doctrinę euāgelicę, ita vt non essent loquæ neq; sermones, quorum non audirentur voces eorū, & in omnē terrā exiret so nus eorū, & in fines orbis terrę verba eorū. Hoc idem verbis quidem paulo immutatis, sed eodem sensu alibi Psal mista concinit. Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertrā sires in deserto, terra mora est, &c. Reliqua canticī, superius literali expositione digesta, studio pro ficilicendi præterimus.

Matt. 23

Ioseph. Psal. 118. Esaię 5.

Psal. 67.

Moraliter

*Moraliter de eo, quod Gedeon cum a paleis frumenta excuteret, angelum vidit, ad cuius imperium h adum coxit.* CAP. IX.

**F**ecerunt autē filij Israel malū in cōspectu dñi. Qui tradidit eos in manu Madian septē annis, & oppressi sunt valde ab eis. Venit autē angelus dñi, & sedit sub quercu quę erat in Ephra, & pertinebat ad Iosab, patrē familię Ezei. Cumq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumēta in torculari, vt fugeret Madian, apparuit ei, & ait: Dñs tecū virorū fortissime, &c. Hic primo sen sus moralis nō pgrereundus est, Gedeon cū a paleis frumēta excuteret, angelū vidit, ad cuius im perij protinus hōdū coxit, quē super petrā posuit, & ius carniū desuper effudit. Quid est frumē tum virga cedere, nisi rectitudine iudicij, a viciorū paleis, virtutū grana separare? Sed hęc agenti bus angelus apparet. tātō magis enim dñs interiora denūciat, quātō se studiosius homines ab ex terioribus purgant. Quis occidi hōdū pcepit. i. omnē appetitū nostrę carnis immolari, carnesq; supra petram poni, & ius carniū desuper effundi, quē alium significat petra, nisi eum de quo per Paulum dicitur: Petra autē erat Christus? Carnes ergo supra petrā ponimus, cū corpus nostrum in Christi imitatione cruciamus. Ius etiā carniū desuper effundit, qui in cōuersatione Christi, ipsas etiam carnales cogitationes exinanit. Quali enim ius ex carne liquida in petra funditur, quando mens a cogitationum carnalium fluxu vacuatur. Quę tamen mox angelus virga tangit, quia in tentionē nostrā nēquaq; potestas diuini adiutorij deierit. De petra autē ignis exit, & ius carnesq; cō sumit, qā afflatus a redēptore spiritus, tāta cor nostrū flāma cōpunctionis cōcremat, vt omne quod in eo est illicitū & operis & cogitationis exurat. Perfecta enim mēs solerter vigilat, vt nō solū per uerla agere renuat, sed omne etiā quod in se per cogitationes turpiter liquatur, tergat.

*De gemino signo velleris, quale in vtroque futurorum prælagium fuerit.*

CAP. X.

**D**ixitq; Gedeon ad dñm, Si saluū facis per manū meā Israel, sicut locutus es, ponā vellus hoc lanę in area. Si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam qd per manū meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumq; est ita, &c. Iuxta historiā delictum quidē est & tentatio, qd adhuc secundo & tertio peti signum, postq; superiore signo quod primū fuit, ascendēte igne de petra, & carnes azymosq; panes cōsumente, vidit & agnouit, qd esset angelus dñi. Nec mirum, qd contra legē potuit tentare dñm, qui post vtiq; de auro cuiusdē victorię facere potuit Ephor, quod & potuit in ciuitate sua Ephra, fornicatorq; est ipse, & omnis Israel cū eo. Vndē Gedeon in terpretatur tentatio iniquitatis eorum, licet & alias interpretetur cir cuiens vterum. Porro iuxta sensum mysticum, vtrunq; non velleris signum futurorum prælagium est. Quādiuos in velle re, tam diu in omni terra fuit siccitas, itemq; econtra, vbi omnis terra rore maduit, solum vellus siccum fuit. Sic profectō, quādiu in Iudæa notus erat deus, quādiu in Israel magnum erat no men eius, totus mundus siccitate, id est, ignorantia dei marcebat, & econtra nunc, vbi in tota mul titudine & latitudine mundi, spiritus sancti dona diffusa sunt, Iudæa Christum non habens, omni moda supernę gratię squaler inopia. Quod respiciens Psal mista, domino canit, domino patri de filio eius Christo dicit: Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā, id est, prius veniet in cognitionem Iudæorum, & descendet deinde super terram, id est, in cognitionē gentium. Ideo autem per vellus populus Iudæorum intelligitur, quia sicut vellus sine corruptio ne & dolore agni succiditur, ita Iudaicus populus primū deo adhaerens, a fide Christi sine dam no ipsius domini est separatus. Quāuis rectē & aliter debeat intelligi. Nam descendet sicut plu uia in vellus, id est, sicut pluuia in vellus descēdit, sine omni corruptione & dolore ipsius velleris: ita ipse rex nascetur de virgine sine omni corruptione virginis, & postea descendet sicut stillicidia stillantia super terram, id est, in cognitionem omnium hominum.

*De mystica eius pugna, trecentis viris probatis contra Madian.* Cap. XI.

**D**ixitq; dñs ad Gedeonem: Adhuc populus multus est, duc eos ad aquas, & ibi probabo eos. Et de quo dixero tibi vt tecū vadat, ipse pergat. Quē ire prohibuero, reuertatur. Cūq; de scendisset populus ad aquas, dixit dñs ad Gedeon. Qui lingua lambuerint aquas, sicut solēt canes labere, separabis eos seorsum. Qui autem curuatis genibus biberint in altera parte erit. Fuit autē numerus eorū qui manu ad os projiciente aquas labuerant, trecenti viri, & reliqua. Et hic vt su perius in Barach cantatū est) noua bella elegit dñs. Actum quippe est, vt cū trecentis viris tātum modo qui stantes manibus aquas hauserunt, & cū eo remanserunt, cū his ad præliū pergeret, eosq; nō armis, sed tubis, lapidibus, lagenisq; armaret. Nam sicut scriptum est, accensas lampades mi serunt intra lagunculas & tubas in dextera, lagenas autē in sinistra reuenerūt, & ad hoītes suos co minus venientes, cecinerunt tubis, cōfregerunt lagunculas, lampades aperuerunt. Et hinc tuba rum sonitu, illinc lampadarum coruscatione territi hostes sunt in fugam conuersi. De hoc nan que bello per prophetam dicitur: Iugum enim oneris eius, & sceptrum exactoris superasti, si cut in die Madian. Eripiens nempe gentilitatem dominus, superauit iugum oneris eius, cum eam aduentu suo ab illa demonia ci tyrannidis seruitute liberauit. Superauit virgam humeri eius, cum

CAP. XVI.

1. Corin. 10.

Psal. 75.

Psal. 71.

Cap. VII.

Cap. 5.

Esaię 9.

QQ. ij.

cum

cum percussorē illius, qua ex peruerso opere grauius deprimebatur, ab humano genere redēpro compescuit. Superauit sceptrum exactoris eius, cū regnum eius dē diaboli, qui pro pestifera perpe-  
 tratione vitiorum consueuerat tributa debita poenarū exigere, de fidelium corde destruxit. Quid est hoc, q̄ tale bellū per prophetā adducitur ad mediū, & aduentū redēptoris nostri istius pugnae victoria cōparatur? An indicare nobis propheta studuit, q̄ aduentū redemptoris nostri cōtra dia-  
 bolum illa Gedeonis pugnae victoria designauit? Talia illic nimirum acta sunt, quae quanto magis  
 vsum pugnandi transeunt, tanto amplius a prophetandi mysterio nō recedunt. Quis enim vnq̄  
 cum lagenis & lampadibus ad praelium venit? Quis cōtra arma veniens arma deseruit? Ridicula  
 nobis hęc profectō fuerant, si terribilia hostibus nō fuissent. Sed victoria ista attestante didicimus:  
 ne parū hęc quae sunt facta pendamus. Gedeon itaq̄ ad praeliū veniens, redēptoris nostri signar  
 aduentum, de quo scriptum est: Tollite portas principes vestras, & eleuamini portae aeternales, &  
 introibit rex gloriae. Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis & potens, dñs potens in prelio. Hunc  
 redemptorē nostrū, nō solum opere, sed etiā nomine prophetauit. Gedeon namq̄ interpretatur cir-  
 cuiens in vtero. Dominus enim noster per maiestatis potētiam, omnia circumplectitur, & tamen  
 per dispensationis suae gratiā intra vterū virginis venit. Quid est ergo circūiens in vtero, nisi om-  
 nipotens deus sua dispensatione nos redimens, diuinitate cuncta cōplectens, & humanitatē intra  
 vterum sumens: in quo vtero & incarnatus esset, & clausus nō esset? Quia & intra vterum fuit per  
 infirmitatis substantiā: & extra mundum per potentiam maiestatis. Madian verō interpretatur,  
 de iudicio. Vt enim hostes eius repellendi, destruendiue essent, non de vitio repellentis, sed de iudicio  
 iuste iudicantis fuit. Et idcirco de iudicio vocantur, quia alieni a gratia redēptoris iuste dam-  
 nationis meritum etiam in vocabulo nominis trahunt. Contra hos Gedeon cum trecentis pergit  
 ad praelium. Solet in centenariō numero plenitudo perfectiōnis intelligi. Quid ergo introducto  
 centenariō numero designatur, nisi perfecta cognitio trinitatis. Cū his quippe dominus noster ad  
 uersarios destruit, cū his ad praedicationis bella descendit, qui possunt diuina cognoscere, quiscūq̄  
 de trinitate, quae deus est, perfecta sentire. Notandum verō est, quia iste trecentorum numerus in  
 tau litera continetur. Et per tau literā, sicut iam diximus, species crucis ostenditur, quae crucis spe-  
 cies tenet, cui si super tranuersa linea id quod in cruce eminet, adderetur, nō iam crucis species,  
 sed ipsa crux esset. Quia ergo iste trecentorū numerus in tau litera continetur, nō immerito in his tre-  
 centis Gedeonem sequentibus, illi designati sunt, quibus dictum est: Qui vult post me venire, ab-  
 neget semetipsum, & tollat crucē suam, & sequatur me. Qui sequentes dñm tanto verius tollunt  
 crucem, quanto acrius se domant, & erga proximos suos charitatis cōpassione cruciantur. Vnde  
 & per Ezechielem certo in his trecentis qui in tau litera continentur, hoc exprimitur, q̄ ferrum ho-  
 stium crucis ligno superetur. Ductiq̄ sunt ad fluuiū, vt aquas biberent. Et quicūq̄ aquas flexis  
 genibus hauserunt, a bellica intēione remoti sunt. Aquis namq̄ doctrina sapientiae, stantis autem  
 genu, recta operatio significatur. Qui ergo dum aquas bibunt genu flexis se perhibēt, ab eorum  
 certamine prohiberi recesserunt: quia cum illis Christus contra hostes fidei pergit ad praelium, qui  
 cum doctrinae fluentia hauriunt: a rectitudine operū nō inflectuntur. Oēs quippe tunc bibille aquā,  
 sed non oēs recto genu stesille narrati sunt. Reprobatiq̄ sunt, qui genua dum aquas biberent, in-  
 flexerunt, quia attestante Apostolo: Non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis  
 iustificabuntur. Quia enim, vt diximus, dissolutio operū in ipsa genuum incuruatione signatur:  
 recte per Paulum dicitur, Remissas manus, & genua dissoluta erigite, & gressus rectos facite pedes  
 vestris. Igitur Christo duce ad bellū prodeunt, qui hoc quod ore annunciat, opere ostendunt,  
 qui fluentia doctrinae spiritualiter hauriunt, nec tamen in prauis operibus carnaliter inflectuntur:  
 quia sicut scriptum est. Nō est speciosa laus in ore peccatoris. Itum est igitur ad praelium, cū tubis,  
 cum lapadibus, cum lagenis, atq̄ iste (vt diximus) fuit ordo praeliandi. Cecinerunt tubis. Intra la-  
 genas autē missae sunt lapades: confractis verō lagenis, lapades ostensa sunt, quarum coruscante  
 luce, hostes territi in fugā vertuntur. Designatur ergo in tubis clamor praedicationis, in lapadibus  
 claritas miraculorū, in lagenis fragilitas corporum. Tales quippe dux noster secum ad bella praedicationis  
 duxit, qui despecta salute corporū, hostes suos moriēdo prosternerēt: eorumq̄ gladios  
 nō armis & gladijs, sed patientia superarēt. Armati enim venerunt sub duce suo ad praeliū marty-  
 res nostri, sed tubis, sed lapadibus, sed lagenis. Qui cōsonuerunt tubis dñi praedicat: cōfreguerunt la-  
 genas, dum soluēda corpora in passione hostilibus gladijs supponunt. Resplēderunt lapadibus,  
 dñi post solutionē corporum miraculis coruscauerunt. Moxq̄ hostes in fugā versi sunt, q̄ dū mor-  
 tuorum martyriū corpora miraculis coruscare cōspiciunt, luce veritatis fracti, quod impugnaue-  
 rant, crediderunt. Cecinerunt ergo tubis, vt lagenae frangerētur: lagenae fractae sunt, vt lapades ap-  
 parerent: apparuerunt lapades, vt hostes in fugā verterēt. i. praedicauerunt martyres, donec eo-  
 rū corpora cū eo in morte soluerētur, vt miraculis coruscaret. Coruscauerunt miraculis, vt hostes  
 suos ex diuina luce prosternerēt: quatinus nequaquā deo erecti resisterēt, sed cū subditi formidaret.  
 Et notandum, q̄ steterunt hostes ante lagenas, fugerunt autē lapades, q̄ nimirum persecutores  
 sanctae fidei praedicatoribus adhuc in corpore politis resisterunt. Post solutionē verō corporum  
 apparentibus

Psal. 27.

Matth. 12.  
Marc. 9.  
Luce. 9.  
Ezech. 9.

Roma. 12.

Hebr. 12.

Eccle. 17.

apparentibus miraculis, in fugā versi sunt, quia pauore cōterriti a persecutione fidelitū cessauerūt.  
 Praedicatione scilicet tubarum fractis lagenis corporum, visis timuerunt lampadibus miracu-  
 lorum. Intendū est etiā hoc quod illic scriptū est, quia in dextera tubas, in sinistra autē lagenas  
 tenuerūt: Pro dextro enim habere dicimus, quicquid pro magno pensamus: pro sinistro verō, q̄d  
 pro nihilo ducimus. Bene ergo hic scriptum est, quod in dextera tubas, & lagenas in sinistra tenuerunt:  
 quia Christi martyres pro magno habent praedicationis gratiam, corporum verō vtilitatē  
 pro minimo. Quisquis enim plus facit vtilitatem corporis, q̄ gratiam praedicationis, in sinistra tu-  
 bam, atq̄ in dextera lagenā tenet. Si enim priore loco gratia praedicationis attenditur, & poste-  
 riore vtilitas corporis: certum est, quia dextris tubae & sinistris reneantur lagenae.

*De Iepthe Galaadite, quod Abraham quidem in exemplum deo parendi, hic autem in  
 exemplum nobis sit, temeraria vota cauendi, & qualis super illo Ioannis Chryso-  
 stomi omilia sit.*

CAPVT XII.

CAP. XII.

**F**uit illo in tēpore Iepthe Galaadites, vir fortissimus, atq̄ pugnator, filius mulieris meretricis,  
 qui natus est de Galaad, & reliqua. Vnum est, quod in isto Iepthe pietas humana rationi ad-  
 mixta iuste accusare possit. i. quod inconsultē nouit, q̄ sine custodia discretiōnis os suū ad deum  
 aperuit. Quid enim? Nunquid indiscretē vouere debuit? Nunquid non dñs in lege dixerat, In om-  
 ni oblatione tua offeres sal: An fortē discretē vouit, vel in hac oblatione sua sal obtulit, qui dixe-  
 rit, Si tradideris filios Ammon in manus meas, quicūq̄ primus fuerit egressus de foribus domus  
 meae, mihiq̄ occurrerit reuertenti cū pace a filijs Ammon, eū holocaustum offeram dño? Nonne  
 cognoscere quisq̄ debet, vtrum bonū sit vel malum quod vouet: cognoscere & videre vtrum vel  
 maculatum vel immaculatum sit quod offerat? Hoc igitur est, quod iuste quisq̄ reprehendat, hoc  
 vñ in isto est, quod anima deo deuota sapienter vitare debeat. Nam quod ad deū cōfugit, quod  
 fideliter a deo victoria sperauit, nō solum nō reprehensibile, sed & laude dignū fuit, vnde & in epi-  
 stola quae dicitur Pauli Apost. ad Hebr. in cathalogo patrum fidelium cōscriptus est, qui per fidē  
 vicerunt regna, operati sunt promissiones. Porro & deus in hoc facto inexcusabilis est, qui nō pro-  
 hibuit, quin ille filiā suā sibi sacrificaret. Nonne enim eadē, qua sanctus Abraham & iste via venerat  
 ad sacrificandum? Nō vtiq̄, nam illi laudanda obedientia: istum verō castiganda temeritas ad-  
 duxerat. Recte igitur quando extendit manū & arripuit gladium, vt immolaret filiā, non praesto  
 fuit angelus dñi, qui clamaret de caelo dicēs: ne extendas manum tuā super puellā, neq̄ facias illi  
 quicquā. Proinde ille quidē in exemplum deo parendi, hic autē exemplum sit nobis temeraria vo-  
 ta cauendi. Exat de hoc Homilia Ioannis, qui Chryostomus dictus est, qua & hoc factū Iepthe  
 inter illa cōputare nō dubitauit, de quibus dictum est: Hęc autē omnia in figura cōtingebant illis,  
 Vnusquisq̄, ait, nostrum debemus esse Iepthe, qui deuictis inimicis cupiditatum nostrarum, vo-  
 luptatis carnis nostrae offeramus vnicam animā nostram, de qua dicebat propheta: Erue a framea  
 deus animā meā, & de manu canis vnicā meam. Occisus in nobis omnibus delectationibus carnis,  
 victores redim? aut offeretes ei, vt dixi, animā nostrā, quae est singularis & vnica. Sed scissis ve-  
 stimentis malarū cogitationum temporalium quae velant animā, offeramus illā occidendā in ma-  
 lis, viuificandam in bonis. Vnde dicebat dominus in euangelio. Qui perdidit animā suā, inue-  
 niat eam. Ac deinceps. Adhuc, inquit, istum Iepthe, existimo esse dñm nostrū Iesum Christum vi-  
 ctorem mundi, qui obtulit filiā suam vnicā ipsam ecclesiam tēpore persecutionis, malis pontifici-  
 bus, nō agnorum, sed luporum: ipso dicente: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporū. Ob-  
 tulit ergo ecclesiam per immolationē martyrum tēpore persecutionis, & victima vnica oblata  
 est deo vt sacrificium acceptabile esset patris ex lucris vnigeniti. Offerit vnica, vnicam: sponsus,  
 sponsam: pater, filiam. Quid enim potest inueniri fortius integritate & virginitate ecclesiae: quae  
 concipit in corruptione, creat in integritate: Virgo est ista, quae virum non nouit. Plangit autē  
 sexaginta diebus virginitatem suam, id est, omnibus suis diebus. Nec enim mittit ad dominū eos  
 qui ipsa proficiunt, nisi ex magna tribulatione, nisi ex planctu, & steru, & lachrymis. Hęc ecclesia  
 cultoribus suis: laetitā nō promittit, neq̄ in presenti seculo securitatē: quia reuera omnis letitia pe-  
 riculosa est, omnis securitas calibus plena, omnis iucunditas laqueis impeditur. Hęc praedictus Io-  
 hannes. Verū nos ea praetercurrētes, in quibus iubētis desuper vel agētis dñi maiestas nō effulget:  
 ad illa properemus, in quibus auctore ipso gestis, manifestior mysteriorū pulchritudo perlucet.

*De gestu Samson fortissimi, quod manifeste fuerint opera virtutis dei: & idcirco recte  
 in illis quaerentur mysteria dei.*

CAP. XIII.

Cap. XIII.

**R**efumq̄ filij Irahel fecerunt malū in conspectu dñi. Qui tradidit eos in manus Philistinorū  
 quadraginta annis. Erat autē quidā vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, ha-  
 bens vxorē sterilem, & reliqua. Samsonis huius Nazarei fortissimi, omnes sunt actus mirabiles,  
 manifestum in se diuinā virtutis vel fortitudinis opus exprimentes. Neque enim opera sunt ho-  
 minis, sed dei: non inquam viribus hominis acta, sed virtute dei mirabilia facientis. Sunt autē nu-  
 mero septem. Primus actus est, quod angelico prnunciantē ministerio, Nazareus dei de muliere  
 sterili

Leuit. 24.

Hebr. 11.

Gene. 22.

1. Corin. 10.

Psal. 22.

Matt. 10. &amp;

16.

Luce. 10.

Matth. 10.

Cap. 14.

Cap. 15.

Cap. 16.

sterili natus est. Secundus, q̄ de comedente illi exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Tertius, q̄ captis trecentis vulpibus, caudas earū iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas & igne succendit, vt pergeret in segetes Philistinorū. Quartus, q̄ percussit eos ingenti plaga, vt stupentes suram formori imponerent. Quintus, q̄ in maxilla alini, in mandibula pulli asinarum, deiecit & percussit mille viros. Sextus, q̄ oblectus Gazæ dormiuit vsq; ad noctis mediu, & exinde cōsurgēs, apprehendit ambas portē fores cū postibus suis & sera, impositasq; humeris portauit ad verticem montis. Septimus, q̄ concussit duas magnē domus columnas, & multo plures interfecit moriens, q̄ ante viuis occiderat. Igitur quia cuncta hæc (vt prædictū est) opera sunt dei, nec fieri poterūt, nisi agente spiritu fortitudinis dei: in singulis vt rerum veritas, dignitasq; poscit, gloriofa scrutemur sacramenta Christi filij dei, in quo septiformis spiritus sanctus requieuit.

*De eo quod Nazareus fore prænunciatus est, & de iniuncta matri continentia, quo sensu ad Christum & virginē eius matrem aspiciat. CAP. XIII.*

Lucæ 1.  
Ibidem.

**S**terilis, inquit, es absq; liberis, sed concipies & paries filiū. Cauē ne vinū bibas ac siceram, nec immundū quicq; comedas, quia concipies & paries filiū, cuius nō tanget caput nouacula. Erit enim Nazareus dei ab infantia sua, & ex matris utero: & ipse incipiet liberare Israēl de manu Philistinorum. ] Iam ex hoc ipso, q̄ sterili ex matre nasciturus Samson promittitur: magnis & primis cōparabilis est patribus, Isaac, & Iacob, & Joseph, qui oēs steriles diu matres habuerunt, omnesq; fide promerente, superno munere deficienti naturę dati sunt, & in factis suis Christi dñi nostri figuram prætulerunt, quē non more suo natura, sed præcipua præ omnibus Nazareis, factū de v̄tre virgineo proluit gratia. Matris vel mulieris huius sterilitas, beatę Marię secundū figurā est virginitas. Quid enim secundū naturā sterilius virginitate? Igitur vbi apparet angelus dñi, dicit huius, sterili es, & absq; liberis, sed concipies & paries filiū: in mentē nobis veniat Gabriel angelus dñi, dicens illi: virgo es, & nō cognouisti virum, sed ecce concipies & paries filiū. Nempe, & quod huic ait, caue ne vinum bibas ac siceram, nec immundum quicq; comedas, quia concipies & paries filiū, cuius nō tanget caput nouacula: illa mysticę preparatio est, quę in his angeli verbis intelligēda est. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: de oēs quod nascetur ex te sanctū, vocabitur filius dei. Deniq; beatę virginis spiritu sancto superueniente, purificari, vinū ac siceram nō bibere, & immundū non quicq; comedere fuit. Vinū quippe ac siceram bibere vel immundū quid comedere, est voluntatē carnis amare, virileq; per libidinē complexum admittere. Sed profectō omnē eiusmodi appetitum beatę virginis superueniens spiritus sanctus à mente & corpore eius excludit. Igitur vinū ac siceram nō bibit, nec immundum quicq; comedit paritura filiū: cuius, cum sit filius dei, caput tangere nō debeat nouacula. i. blasphema corrodere lingua. Quisquis enim negat illum esse filium dei, quisquis nō hominē ac deum, sed hominē tantum illum esse asserit, profectō caput eius ausu sacrilego, & nouacula nimis acuta radit, quod fecit Dalila meretrix. i. synagoga cardinalis ingrata amanti. Erit enim inquit Nazareus dei: Nazareus inquam dei, id est, sanctus dei, quod & demoniaca impuritas confessa est. scio inquit, quis sis sanctus dei. Præterea quod oblatō sacrificio domino super petrā, stante Manue & vxore eius flamma ascendit. [Cumq; ascenderet flamma altaris in cœlum, angelus domini in flamma pariter ascēdit. ] Illud nobis pulchrē innuit, quia suscepto deus pater sacrificio virginę fidei dicentis ad angelum: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum: statim spiritus sancti splendoribus casta repleuit viscera, & recessit angelus ab ea.

Lucæ 4.

*Quod nomine ipso Christū figurauerit Samson, qui catulū leonis, manibus in frustra decerpit, & fauū mellis ex ore eius sumptū, comedebat in via: & problemata eius, & vxor alteri tradita, quarū verum Christi fuerint signa. Cap. XV.*

Cap. XIII.

Matth. 4.

**P**eperit itaq; filium, & vocauit nomē eius Samson. ] Ipsum quoq; Nazareū nomē resonat Christum. Samson quippe interpretatur, sol eorū. Quis autē Christum esse nesciat solē verum, solem eorū, qui oculos habent, & in cœlū aspiciunt? Igitur cuius munere peperit filiū, eius instructu vocauit nomen eius Samson. [Creuitq; puer, & benedixit ei dñs. Cœpitq; spiritus dñi esse cū eo in castris Dan, in Saraa & Estahol. Descendit igitur Samson in Thammata, & reliqua. ] Plena fortitudinis res gesta est. [Irruit inquit spiritus dñi in Samson, & dilacerauit leonē, quasi hoc dñi in frustra decerpens, nihil omnino habens in manu. ] Catulus leonis sæuus rugiens, qui occurrit illi, typū prætulit diaboli, qui verē vt catulus leonis sæuus ac rugiens saluatori nostro occurrit, cū adamatam coniugem accepturus esset. i. cū synagogam sua præsentia docturus aduenisset. Vbi primū occurrit illi: In deserto ieiunanti & esurienti. Cum enim ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei: Si filius dei es, dic vt lapides isti panes fiant, &c. Illic occurrentē sibi leonē in frustra decerpit, nihil omnino habēs in manu. Tertio nanq; tentantem confutauit, nō fortitudine, qua in illum poterat vti deus, sed ratione, & scripturarū testimonijs, qualibus & nos vti voluit, quotienscunq; tentaremur. [Et post aliquot dies, inquit, ecce examē apum in ore leonis erat, ac fauus mellis. Quem cum sumplisset in manibus comedebat in via. ]

in via. ] Reuertens Samson examen apum, & fauum mellis sumpsit ex ore leonis, quia victo tentatore, Christus regressus in Galilæam, in virtute spiritus duodecim Apostolos elegit. Quomodo illi erāt in ore leonis: Planē vt tacē quod erāt oēs secundū Adam naturā filij ire, sicut & ceteri, Petrus & Andreas primi Apost. Philippus quoq; à Bethsaida erāt ciuitate, quā per infidelitatē leo diabolus in ore tenuit, ipso restāte dño, cū dicit: Væ tibi Corozaim, væ tibi Bethsaida, quā si in Tyro & Sydone factę essent virtutes, quę in vobis factę sunt: olim in cilicio & cinere poenitentia egissent.

Ephē. 2.

Matth. 23.

Amplius autē tunc examen apum & fauū mellis ex ore leonis assumpsit: quādo palā in cruce de humani generis hoste trīstiphans, nō solum Apostolos, sed & oēs, qui per verbū eorū credituri erāt in illū, de potestate eius eripuit. Igitur fauū mellis sic sumptū in manibus comedebat in via. i. voluntatem patris in salutē illorū delectabiliter faciebat in presentī vita, quē admodū dicit: Meus cibus est, vt factā voluntatē patris mei. Interea & problema proposuit sodalibus suis. [De comedēte in quietē] exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. ] Iudeis nanq; loquebatur dñs in parabolis iuxta Psal. 77. illud in Psal. Aperiā in parabolis os meū, loquar, ppositiones ab initio. Maxime autē tūc illis problema proposuit eiusmodi, quādo significās qua morte esset moriturus: Nūc ingit iudiciū est mundi, nunc princeps huius mudi eieciur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahā ad meipsum. In eo nanq; q̄ eiecto foras principe mundi, omnia traxit ad se, de comedēte illi cibus exiuit, & de forti dulcedo egressa est. Et huius problematis illi solutionē inuenerunt. Dixerūt enim, Nos audiuius ex lege quia Christus manet in æternū. Quomodo tu dicis, oportet exaltari filiū hominis: itaq; solutionē inuenerunt, veruntamen nō in aliena vitula, sed in propria arādo conscientia. Nā quod facere cogitabāt, hoc illud significasse intellexerunt. Quo tandem illud coniugij sine fornicatione est? [Iratu inquit nimis, ascendit in domū patris sui. Vxor autē eius accepit mariū vnū de amicis eius, & pronubis. ] Certum est, palā omni mundo est, quia Iudeis iratus nimis, ascēdit Christus in domū patris sui: ascendit in quā, in cœlum, & sedet à dextris dei. Vxor autē eius synagoga maritum accepit vnū de amicis eius & pronubis, vnū de magnis patriarchis & prophetis amicis dñi, Moysen scilicet amicū & pronubum Christi, quia de illo scripsit. Illum accepit synagoga, Imō illum accepisse sibi visa est, gloriano in legis eius litera, legendo legē eius sine huius gratia. Verbi gratia: Tu inquit discipulus eius sis: nam nos Moyli discipuli sumus.

Iohan. 4.

Psal. 77.

Iohan. 12.

Marc. 16.

Iohan. 96.

*Quod illū afferentē hœdū de capris, & volentē cubiculū introire, prohibuit pater puellę, & idcirco iratus, faciā inquit vobis mala, quid mysterij in Christo cōtineat. Cap. XVI.*

**P**ost aliquantum autē temporis, cum dies triticeę mellis instaret, venit Samson inuolere volēs vxorē suam, & attulit ei hœdum de capris. ] Post aliquantū tēporis. i. postq; resurrexit à mortuis, & in cœlum ascendit, sanctumq; spiritū Apostolis suis dedit: cum dies triticeę mellis instaret, i. cum tēpus euangelicę prædicationis ad esset, vt operarios suos dñs mellis in mundum vniuersum mitteret: venit ipse Christus in Apostolis suis, in quibus loquebatur, inuolere volens vxorem suam, conuertere volēs synagogā, afferens illi hœdū. i. prædicans poenitentia & remissionē peccatorum. [Cumq; eius cubiculum solito more vellet intrare, prohibuit eum pater illius. ] Pater synagogę, cœtus pharisaicus, cuius erat officium vel professio, populum instruere, sæueritate magistri, patris affectu. Talis profectō pater, clauim viurpās scientiæ, Christum prohibuit ne intraret cubiculum synagogę. Cælis nanq; Apostolis, denunciauerunt, ne in nomine eius loquerentur vlli hominī. [Cui respondit Samson, Ab hac die nō erit culpa in me cōtra Philistęos, faciā enim vobis mala. ] Sensus penē idē & verba cōsona sunt hæc, Hierusalē Hierusalē quę occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodū gallina congregat pullos suos sub alas, & noluit. Ecce relinquetur vobis domus vestrā deserta. Hęc pater surus ore proprio dixit, & postq; passus est, postq; resurrexit, & in cœlum ascendit, itidē loquens in Apostolis suis, in illos Philistęos, in illos potione cadentes, ebriosq; suo sanguine Iudæos, excusso puluere pedum, locutus est. Vobis quidem oportebat primū loqui verbum dei, sed quoniā repulistis illud, ecce conuertimur ad gentes. Ita iam nō est ab hac die culpa in me contra vos. Quid enim vltra debui facere, & non feci.

CAP. XV.

Actu. 7.

Matth. 23.

Acto. 13.

*Quid in eo mysticum sit, quod trecentas vulpes cœpit, & caudas earum ad caudas, & faces ligauit in medio, & dimisit vt irēt in segetes Philistinorum, qui tā mulierem quam patrem eius combusserunt. CAP. XVII.*

**P**erexitq; & cœpit trecentas vulpes, caudasq; earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio. Quas igne succēdens, dimisit vt huc atq; illuc discurrerent. Quæ statim perrexerūt in segetes Philistinorum. ] Quo perexit, vel quas cœpit vulpes verus Samson? Ad Gentes perexit, in omnem terram exiuit, persecutansq; templorum antra, ad delubrorum foueas, illas cœpit vulpes, de quibus Psalmista: Philistęos istos, id est, Iudæos ore prophético percutiens. Tradentur, inquit, in manus gladij, partes vulpium erunt. Vulpes nanq; istę, maligni spiritus sunt, qui latebāt in cordibus hominum, in simula chris gentium dolose agentes, responsa fallacię suę proferentes. Cœpit itaq; trecentas vulpes, id est, in tribus orbis partibus, Asia, Europa, & Affrica, rete suum expandens.

RR



Matth. 12.  
Luca 11.

expandens, cunctos ad iudicium prostravit, qui pro dijs colebantur, demones. Et nunc quidem de templis eiecit: huc, illucq; discurrunt quærentes & non inuenientes requiem. sed in caudis, vbi finis est corporis, colligatum portant incendium, id est, consecutum in fine seculi non ignorant damnationis iudicium. Statim, inquit, perrexerunt in segetes Philistinorum. Segetes Philistinorum, opera erant Iudæorum, studia scribarum, traditiones pharisæorum. Illuc omnes perrexerunt, quæ ad modum in euangelio est significatum. Cum, inquit, spiritus immundus exierit ab homine, ambulat per loca iniqua quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertatur in domum meam vnde exiit. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam. Et tunc vadit, & assumit sepre alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Diabolus namq; de corde gentilitatis eiecit, cum septem, id est, vniuersis malignitatis spiritibus, in gentem illam reuersus est, vnde exiit: quando primùm de erroribus Aegypti eductam, deus verus ad cultum suum reuocauit. Igitur segetes Philistinorum, & confortata iam fruges concrementa sunt: intantum, vt vineas quoque & oliueta flamma consumeret: quia videlicet cuncta opera Iudæorum, cunctæ ceremoniæ vel ritus eorum dei odio damnati sunt: intantum, vt ciuitatem quoque & templum hostilis flamma consumeret. [Dixeruntq; Philistini. Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est, Samson gener Thānathij, quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est.] Planè Iudæi & secundum corpus traditi in manus gladij, & secundum animam partes vulpium, id est, malignorum spirituum effecti, ignorare non poterant, quis fecisset hanc rem, quo pro scelere paterentur tam pessimam rem. Erat itaq; manifestum in cordibus illorum iudicium, testimonium reddente contra illos conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantij, & defendere non valentium. [Ascenderuntq; Philistini & combusserunt tam mulierem quam patrem eius.] Philistini, inquam, combusserunt Philistæos voluntate vlciscendi: Iudæi autè Iudæos interemerunt, non voluntate exigentes vindictam sanguinis Christi, sed causa occulta agere contra semetipsos armati. Oblecti namq; foris à Romanorum exercitu, triplici (vt historia referunt) intrinsecus bello dissecabantur. Bellum erat intra urbem, bellum inter ciues, bellum ante templum. Eleazarus interiora, & circuitum omnem templi occupauerat. Simon superiora vrbis tenebat. Medius eorū Iohannes aduersus vtrunq; pugnabat, Eleazar inferior, Simone superior. Itaq; per vulpes immisso primùm incendio, Philistæi Philistæos, id est, deserticem Samsonis mulierem cum patre eius combusserunt: quia videlicet per malignos spiritus, quibus potestas data est, Iudæi contra semetipsos inflammati, ipsi synagogam suam cunctumq; ordinem sacerdotalem ac leuiticum perdididerunt, tandemq; visibiliter quoque exusta est ciuitas, & templum eorum.

*Quomodo percussit Philistæos, vt stupentes suram fœmori imponerent: & quale visque hodie, secundum hæc sit opprobrium Iudæorum.*

## CAPVT XVIII.

**Q**uibus ait Samson: Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expectam vltionem, & tunc quiescam. Iuxta literam quod dicit hoc est, licet causam meam vindicaueritis comburendo mulierem quondam meam, & patrem eius, qui illam viro alteri tradidit: tamen vltionem adhuc expectam ex vobis, tanq̄ non de vindicibus, sed de hostibus meis. Non enim mihi fauendo, sed vestram vltionem quærendo, illos combussistis. [Percussitq; eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram fœmori imponerent.] Stupentes, inquit, videlicet stupore corporis. Non enim mentis, sed corporis stupor est, succis vel obustis varicibus, geniculares quoque neruos contrahi, sicq; sura fœmori coherente tam turpiter, q̄ miserè nates à terra non posse subleuare. Adhuc igitur, inquit, ex vobis expectam vltionem, vt scilicet vulpes supradictæ, quarum caudas iunxi ad caudas facibus in medio ligatis, non maiore mihi ridiculo per segetes vestras nates suas flamma vrgente agerauerunt, q̄ vos ipsi per terram vestram nates vestras rependo trahetis. [Et descendens habitauit in spelunca petrae Ethan.] Ethan interpretatur fortium. Quanta fortitudine secundum hoc nomen de petra eadem contra hostem promouerit, claret ex subiectis. Sanè verus Samson virtutum princeps suis itidem inimicis Iudæis dixerit. Licet hæc feceritis, licet facti partes vulpium, & traditi in manus gladij, bellis nihilominus intestinis, & seditionum pertinacia vobismetipsis exitio fueritis in vindictam sanguinis mei: tamen adhuc ex vobis quicunque superestis expectam vltionem. Percutiam vos ingenti plaga, ita vt stupentes suram fœmori imponatis: vt videlicet, quem admodum is qui arefactis meatibus sanguinis, contracto fœmori suram imponit, ad communem hominum staturam assurgere nequit: sic vos captiui in omnes gentes abducti, & opprobrium omnibus effecti, semper diminuti capitis, & minimæ conditionis habeamini. Tunc quiescam, id est, non omnino vos occidam, quemadmodum dixi in propheta: Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei, disperge illos in virtute tua. Hæc dixit & fecit, & descendens atq; discedens vsque hodie habitat in spelunca petrae Ethan. Petrae namque Ethan, petrae fortium spelunca, ecclesiasticæ fidei conscientia est tuta & solitaria, in qua nimirum ille quiescens habitat.

De asini

*De asini mandibula, qua mille viros percussit: & quod ita Christus per contemptibilia & infirma fortia queq; confundat.*

## CAPVT XIX.

**D**escenderunt igitur tria milia virorum de Iuda ad specum Silicis Ethan. Dixeruntq; ad Samson, Nescis q̄ Philistinij imperant nobis? Ac deinceps. [Inuentamq; maxillam .i. mandibulam asini que iacebat arripens, interfecit in ea mille viros.] Iam satis experti fortitudine Samson Nazarei .i. comperam habere omnipotentia Christi filij dei: adhuc tamè ascenderunt Philistinij, ascenderunt potione cadentes, vel casuri Iudæi in terram Iuda, in terram confessionis contra ecclesiam catholicam, in qua est fides & confessio veritatis. Descenderunt & propter eos tria milia virorum de Iuda ad ligandum Samson, quia videlicet per tres orbis partes. Asiam, Europam, & Affricam, q̄ plurimi qui de Iuda esse videbantur, qui Christum cõfitebantur, de qualibus apostolis, Ex nobis exierunt, sed nõ erant ex nobis, adiutores facti sunt Iudæicæ impietatis, multis quidem scissuris, sed eodè Christum apprehendere volentes spiritu malignitatis. Sed quid ille? Inuentam maxillam .i. mandibulam asini, que iacebat arripens, interfecit in ea mille viros. Maxilla vel mandibula asini in manu Christi, illa stulta & infirma mundi, illa sunt ignobilia, & contemptibilia mundi, de quibus Apostolus dicit: Videre vocationem vestram fratres, quia nõ multi sapientes secundum carnem, nõ multi potentes, nõ multi nobiles: sed que stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus, & ea que nõ sunt, vt ea que sunt destrueret. Inuentam itaq; maxillam asini que iacebat arripens, interfecit in ea mille viros, quia videlicet inuentos eos qui non erant, qui ignobiles & contemptibiles mundo atq; abiecti erant, confudit & destruxit inimicos suos: quod iam partim factum est commutando illos in bono: partim faciendum est, damnando illos qui bene occidi nõ potuerunt in futuro iudicio. Hoc mirabile opus fecit deus, Samson fortissimus Christus omnipotentissimus. Sciebat q̄ grande sibi certamen, grauisque disceptatio foret contra legisperitos, contra oratores, contra mundi philosophos, contra nobiles & fortes, reges, imperatores, tyrannos. Ethociciens, nõ vocauit prima expeditione multos sapientes, nobiles, siue potentes, quorum linguis magniloquis, quorum gladijs siue potestatibus euangelij suum roboraret: sed tales nimirum, qui taquam leonibus asini, sic despecti essent sapientibus, nobilibus, atq; potentibus illis: scilicet idiotas, non scribas: homines sine literis, nõ sedentes in cathedra Moysi: simplices, non oratores: piscatores, non imperatores. [Et ait: In maxilla asini, in mandibula pulli asinarum deleui eos.] Asinus prior, id est, Iudæicus: pullus asinae iunior, est Gentilium populus. Ergo maxilla asini, Apostoli de Iudæis non valde secundum carnem magni aut inclyti: mandibula pulli asinae, martyres & doctores fuere de gentibus electi. Nam & si omnes qui de Iudæis, & de gentibus in initio prædicationis euangelicæ fuere vocati, tanq̄ asinus, velut & pullus asinarum mundo erant despecti: tamen hi qui totum pondus certaminis susceperunt, qui totam victoriam perfecerunt, velut in maxilla asini, & velut mandibula pulli asinarum, magis fuere contempti, id est, apud mundum istum, stultorum stultissimi, & despectorum despectissimi, qui contumelias honoribus præferrent, pro Christo mori quam viuere mallent.

*Quod aperuit dominus molarem dentem asini, & egressæ sunt aquæ largissima, cuius rei mysterium sit.*

## CAP. XX.

**C**umq; hæc canens verba complecter, proiecit mandibulam de manu. Sitiensq; valde. En, inquit, siti moriar, incidamq; in manus incircuncisorum. Aperuit itaq; dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis, refocillauit spiritum, & vires recepit. [Quomodo verus Samson Christus dominus illam de manu sua proiecit maxillam siue mandibulam: in qua tantam salutem, tantamq; fecit victoriam? Nunquid illos deseruit, aut dereliquit, per quos pugnavit & vicit? Non vtiq; deseruit aut proiecit, sed tamen occidi permisit atq; prosterne, & vici sunt oculis insipientium mori. Proiecit ergo illos de manu sua, non inuitos, sed spontaneos, tradentes corpora sua propter deum ad supplicia. Clamauitq; & ait: En siti moriar, &c. Grandis enim illi cura fuit, imò ecclesiæ eius, que est corpus eius, magna sollicitudo, & grandis erat metus: ne decidentibus apostolis, quorum meritis & virtutibus innitebatur, periret religio, fides infirmaretur, & ad delendum Christianum nomen manus incircuncisorum, manus infidelium & impiorum roborarentur. Sed quid? Aperuit, inquit, dominus molarem dentem in maxilla asini: & egressæ sunt ex eo aquæ. Nihil verius, nihil manifestius, Prostratis enim in mortem sanctis apostolis & martyribus, sepulchra illorum viuas aquas emanauerunt, corpora illorum miraculorum gratiam profuderunt. Hoc omnibus membris Christi dulce fuit, hoc omnibus fidelibus eius de Iudæis in agone Christiano tale fuit, quale quies lassio, quale per æstum, dulcis aquæ prope rante sitim restringere riuo. Nam exinde creuit fides, roborata est spes, charitas magis ac nuagis inualuit. Itaq; refocillauit spiritum Samson, & vires recepit.

*Quod obsecrus hostibus, media nocte surrexit, portas tulit, & cum eis verticem montis ascendit.*

## CAPVT XXI.

RR ij

Abij

Hiere. 2.

Pfal. 111.

**A** Bijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, Ingressusq; est ad ea. Quod cu au-  
 dissent Philistinim & percubisset apud eos, intrasse vrbe Samson, circudederunt eu, posi-  
 tis in porta ciuitatis custodibus, & ibi tota nocte cum silentio prestolares, vt facto mane, ex-  
 euntem occideret. Et meretrix ista fornicaria synagogā significat, cui per prophetā deus dicit: In  
 omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosternebaris meretrix. Ad hanc Sāson ille for-  
 tissimus ingressus est, quando Christus in ea cum hominibus cōuersatus est, & apud illā prædica-  
 re & miracula facere dignatus est. Sed circudederunt eum Philistei, circudederunt & obsede-  
 runt Iudæi, quæ admodum in Psalmo dicit: Quoniam circudederunt me canes multi, cōsiliū ma-  
 lignantium obsedit me. Quid enim Gaza ciuitas, nisi infernum significat? Quid per Philisteos, ni-  
 si Iudæorum perfidia demonstratur? Qui cum dominum mortuum viderent, eiusq; corpus in se-  
 pulchro iam positum, custodes illico deputauerunt, & eum qui autor vitæ claruit, inferni clau-  
 stris retentum, quasi Sāson in Gaza se deprehendisse lætati sunt. Samson verò nocte media non so-  
 lum exiit, sed etiam portas tulit: quia videlicet redemptor noster ante lucem surgens, nō solum li-  
 ber exiit de inferno, sed etiam ipsa inferni claustra destruxit, portas tulit, & montis verticem sub-  
 iit, quia resurgendo claustra inferni abstulit, & ascendendo cœlorum regna penetrauit.

*Quod Dalila quæ Sampson rasit, synagogam significet, quæ Christum blas-  
 phemauit, & in caluarie loco crucifixit: & quid sit mystice, Sampson, id  
 est, Christum ligari, &c.*

CAP. XXII.

**P**ost hæc amauit mulierem, quæ habitauit in valle Sorech, & vocabatur Dalila. Veneruntq;  
 ad eam principes Philistinorum, atq; dixerunt. Decipe eum, & disce ab eo in quo tãtam habe-  
 at fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vincitum affligere. Quod si feceris, dabi-  
 mus tibi singuli mille ceatum argenteos. [Hæc mulier tãdem decipiendū præualuit. Primò tẽta-  
 uit, & nō potuit. Secundò & tertio tentauit, & nō potuit. Quarto tentauit, & præualuit. Et personę  
 quidem vel mulieris secundum historiã plures ac diuersæ, sed secundum mysteriũ vna eadẽq; sy-  
 nagoga est, quæ Christum multotiens tentauit, & nec saltẽ in sermone capere potuit: tandẽ autẽ  
 aliquãdo quasi caput eius radendo tentauit, & præualuit, quia Christum dei filiũ regem suum ne-  
 gando ac blasphemando, in mōte caluarie crucifixit. Interpretatur autem Dalila pauperula, q̃  
 nomine synagogã eandẽ sensu pauperrimã denotat, cum se iactet magnas legis & prophetarũ  
 habere diuitias, & ita habitare in Sorech, quod interpretatur electa vel optima. Sanẽ qui venerit  
 ad illã principes Philistinorum, postulãtes vt deciperet amatorem suũ Samson, principes sacerdo-  
 tum & ieniores populi fuerunt: qui plebẽ vniuersã aduersus Christum concitauerunt. Et quĩs  
 ille quidem secundum historiã falsum locutus sit, dicendo: [Si septem neruicis funibus necdũ sic  
 cis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt ceteri homines.] Itemq;. [Si ligatus fuero  
 nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorũ hominũ similis.] Ac dein-  
 cept. [Si septem crines, crines capitis mei cum licio plexeris, & clauum his circumligatum terræ  
 defixeris, infirmus ero:] In Christo autem nihil horũ falsum est, sed omnia secundum mysteriũ  
 vera sunt. Imò quoniam in illo spirĩtu Christi locutum esse dubitare prohibemur, tantis præsentiali-  
 ter signis diuinę fortitudinis apparẽtib; nec illud quod ibidẽ sonuit, quod Dalila audiuit falsum  
 fuisse fateamur, sed ipsam falsam dicentẽ. Ecce falsum locutus es. Quid enim funes nisi peccata  
 sunt, iuxta illud: Funibus peccatorum suorum vnũquisq; constringitur, Psal. 119. quoc; dicẽt:  
 Funes peccatorũ circumplexi sunt me. Ergo septenarius funium numerus, peccatorũ numerositas  
 est, quia septenario numero plerunq; vniuersitas significatur. Quis autẽ nesciat, quia verus Sā-  
 son Christus Iesus omniũ peccatorum nostrorũ vincula susceperat, & cum esset fortissimus  
 spirituum deus, propter nos homo infirmus, homo passibilis, atq; mortalis apparere habebat: Igitur  
 si septem neruicis funibus (inquit spiritus Christi) ligatus fuero, infirmus ero. i. nō, nisi peccata  
 mundi super me tulerō, mortalis ero, aut mori poterō: nec enim ex meo cur mori debeat causã  
 vllã habeo. Quare autẽ tertio ligaturã septenariã repetiuit? Videlicet propter tria tempora secu-  
 li. Primũ ante legem. Secundũ sub lege. Tertium sub gratia: quorũ omniũ peccata tollere ṽterus  
 erat, secundum hominem futurus infirmus & moriturus, secundum diuinitatẽ sic eadem peccato-  
 rũ vincula rupturus, quomodo si rumpat quis filiũ stuppæ tortum, vel staminis putamen cum ar-  
 dorem ignis acceperit. Et notanda distinctio prædictorum temporũ secundum diuinitatẽ vin-  
 culorum. Primi temporis (quod fuit ante legem) peccata, neruicis funibus necdũ sicis & adhuc  
 humentibus cõparantur: quia videlicet illius qui homines dissolutos & recẽtes nulla tẽperauerat  
 lex, nihilq; interdixerat deus, quo carnis humidæ fluxũ restringeret. Secundi tẽporis peccata funi-  
 bus quidẽ, sed necq; neruicis, necq; humetibus rectẽ figurãtur: quia peccata illorum qui sub lege e-  
 rant, necq; adeo neruosa, necq; adeo fluxa fuerunt, quippe quæ iustitia legalis qualiscunq;, etiã non  
 consumpsit, tamen ṽterus molliuit: etsi non combussit, tamen aliquantũper exiecauit. Tertij  
 quod nunc agitur temporis peccata, septem Nazaræicapillis cum licio plexis, clauoq; circumli-  
 gatis rectẽ signantur: quia videlicet nostra, id est, omniũ qui in Christo credimus peccata, capiti  
 eius pro-

Prouerb. 5.  
Psalm. 119.

eius propius admota, licioq; telæ euangelicæ complexa, clauisq; crucis illius publica confessione  
 circumneta sunt. Igitur omnia quidem Nazaræus filius dei in corpore suo pertulit peccata mũ-  
 di. Et pro omnibus vsq; ad mortem infirmatus est, pro conditione carnis, sed ex virtute dei cun-  
 cta superando, ab inferno teneri non potuit, in sepulchro corruptionem non vidit.

*Quando vel vbi dixerit Christus, quia Nazaræus sum, & quomodo rasio capite  
 infirmus, sicut ceteri homines effectus sit, quomodo vel quibus de-  
 fecerit.*

CAPVT XXIII.

**C**umq; ei molesta esset, & per multos diẽs iugiter adhaereret, spatium ad quietem nō tribuẽs,  
 defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est. Tunc aperiens veritatẽ rei, dixit ad eã: Fer-  
 rum nunq; ascendit caput meum, quia Nazaræus sum. i. cõsecratus deo de ṽtero matris meæ. Si  
 rasum fuerit caput meum, recederet à me fortitudo mea, & deficiã, eroc; vt ceteri homines. Caput  
 Christi deus, inquit Apost. quod tunc radit, quãdo nouacula acuta linguae blasphemantis, virtus  
 eius & diuinitas denegatur. Sed quomodo cunq; vel quãtumcunq; radatur, nunquid ab illo for-  
 tudo sua recederet & deficiet, eritq; vt ceteri homines? Planẽ illis deficiet, & illis infirmabit, qui illũ  
 blasphemãdo radunt, vt nihil proficit eis aduẽtus filij hominis in hunc mundũ, qui illũ negant verũ  
 deum, verũ esse dei filium. Defecit, inquit, anima eius, & vsq; ad mortẽ lassata est. Iuxta historiã  
 sic factũ est, & sic fieri vtiliter prouidentia diuina permisit, vt audiret omnis mundus, quãtum in  
 amore meretricis naufragiũ sit, & muliebris lentina cedrinis quoq; fortium virorũ tabulis q̃ perni-  
 tiosa sit, vt, inq;, audiret omnis mũdus, & haberet omnis sapiẽs exemplũ cauendi, sciens q; nec Sā-  
 sone fortior, nec Salomone sapientior esse possit. Porro vt ceptũ prosequamur mysteriũ, tunc ani-  
 ma domini Iesu quodãmodo defecit, & vsq; ad mortem lassatus spiritus fortitudinis eius, quãdo  
 post multas tentationes Dalilæ, id est, pauperulæ synagogę, dicentis: In qua potestate hæc facis?  
 Tu quis es? Quẽ teipsum facis? tãdem adiuratus est ab eadẽ dicente: A diuro te per deũ viuũ, vt  
 dicas nobis, si tu es Christus, si tu es filius dei benedicti. Tunc, inquit, anima eius defecit, cristis vsq;  
 mortem, molestẽ nimis interpellata, & tunc aperuit illi omnem veritatem, quod esset Nazaræus,  
 id est, sanctus dei filius. Dixit enim: Tu dixisti, Ego sum. Et adiecit: Veruntamen dico vobis, amo-  
 do videbitis filium hominis, sedentem à dextris virtutis dei, & venientem in nubibus cœli.

1. Cor. 11.

Matthi 26.  
Iohan. 1.  
Iohan. 8.  
Matr. 26.

*Quomodo vel à quo tonsore rasum fuerit caput huius Nazaræi, id est, Christi, &  
 de eo quod Philistinim clausum in carcere Samson molere fecerunt, erutis ocu-  
 lis, omni Christiano hoc exemplum cauendum sit.*

CAP. XXIII.

**A**Tilla dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput. Vocauitq; tonsõ-  
 rem, & rasit septem crines eius, & coepit abijcere eum, & se repellere. Tonsor quem mere-  
 trix illa conduxit, vt raderet septem crines dormientis Nazarę, Pilatus extitit, cui vincitum do-  
 minum nostrum, sanctũ sanctorum tradidit & negauit, & in monte caluarie crucifigi postulauit.  
 Ibi rasit septem crines dormientis, id est, regem suum detestata est, & vniuersum ius eius abdicã-  
 uit, quasi ouis obturefcens, quasi agni corã rudente se os suum non aperientis. Coepitq; eũ abij-  
 cere, & se repellere, insuper & insultare dicẽdo, moro & agitato capite, Vah qui destruit templũ  
 dei, & in triduo illud reedificat. Saluum fac temetipsum. Statim enim ab eo fortitudo recessit, sci-  
 licet vt visum est inimicis, præsertim cum diceret ipse: Deus deus meus, vt quid me dereliqui-  
 sti? [Quem cum apprehendissent Philistinim, statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam  
 vincitum catenis, & clausum in carcere molere fecerunt.] Fruitione oculorum Samson, ipsa in  
 terfectio domini figurata satis aptẽ intelligitur: quia videlicet in morte non solum visus, sed &  
 ceteri omnes sensus auferuntur. Gaza ciuitas, infernum significat, in quo catenis vincitum im-  
 piũ dominum teneri voluerunt, sed hoc impossibile erat. Nam deus (inquit Apostolus) illum sal-  
 uauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Et clausum,  
 inquit, in carcere molere fecerunt. Hoc iuxta literam significari Hebræi volunt, quod pro sobo-  
 le robustissimi morũ virorum mulieribus ac libidini vacare cõpullus sit, & ad hunc sensum pertine-  
 re, quod in Esaia Babylon dicitur: Tolle molam & mole farinam, quod scilicet in morem secortũ  
 cunctorum libidini pateat maxime pro eo, quod continuo subiungitur, denuda turpitudinem tu-  
 am. Sed nunquid hostes Philistæi de semine Hebræorum fortes viros multiplicari optauerunt?  
 Ergo hæc opinio q̃ turpis, tam & friuola est. Moraliter exemplum hoc omni homini cauendũ est.  
 sciendum quippe est, quod aliquando prius oculus intellectus obrunditur, & postmodum ani-  
 mus captus, per exteriora vagatur desideria, vt cæca mens quo ducitur nesciat, & se carnis suę il-  
 lecebris subdat. Aliquando verò prius desideria carnis ebullunt, & post longum vsũ illiciti o-  
 peris oculũ cordis claudunt. Nam sæpẽ mens recta cernit, nec tamen audenter contra peruerã se  
 erigit, & renitens vincitur, dum hoc ipsum quod tangit vel agit dijudicans, carnis suæ delectatio-  
 ne superatur. Quia enim plerunq; prius oculus contemplationis amittitur, & post carnis deside-  
 ria huius mundi laboribus animus subiugatur, testatur Samson ab Allophyliis captus, qui postq;  
 RR. iij. oculos

Iohan. 19.

Esaia 57.  
Mar. 15.

Actu. 2.

Esaia 47.

oculos perdidit, ad molam deputatus est: quia nimirum maligni spiritus, postq̄ tentationum stimulis intus aciem contemplationis effoderint, foris in laborem circuitus mittunt.

Quid sit mystice Nazarei nostri, id est, Christi capillos renasci coepisse, & quomodo multo plures interfecit moriens, q̄ uiuens occiderat, & quam domum, & quibus discussis columnis, deiecerat. CAP. XXV.

Matth. 26.

Esai. 27.

Actu. 17. 1. Cor. 4.

Iohan. 11.

Amq; capilli eius renasci coeperant, & principes Philistinorum conuenerunt in vnum, ut immolarer hostias magnificas Dagon deo suo, & epularerunt, dicentes: Tradidit deus noster inimicum nostrum Samson in manus nostras. Quod etiam populus videns, laudabat deum suum, eademq; dicebat. Latentesq; per conuiuia sumptis iam epulis, praeceperunt ut vocaretur Samson, & ante eos luderet, &c.] Ludus iste in luctum, laetitia haec in moestitia, epulae istae in vomitum couersae sunt, ita ut cruentas crapulati euomerent animas, oppressi magnae domus ruina. Nam multo plures interfecit moriens, q̄ ante uiuus occiderat. Porro capilli Samson fortissimi, inuicti, & insuperabilis, scilicet Christi filij dei: capilli, inq̄, huius nunc renasci coeperunt. Quando Petrus qui illum negauerat, ceteriq; omnes apost. qui omnes relicto eo fugerant, illo resurgente a mortuis, fidem atq; fiducia re sumperunt. Et Philistinorum quidem principes, & populus gaudebat, dicentes: quia mortuus est seductor ille, & perijt nomen eius, qui comouit vniuersam terram, incipiens a Galilea vsq; huc, & deorsus seduxit plurimos. Haec dicentes, & ita latentes immobilabant hostias magnificas, non deo, sed diabolo: non inq̄, in templo dei, sed in templo diaboli, scilicet Dagon. Dagon quippe interpretatur piscis trinitatis, illum significans, de quo in Elia scriptum est: In die illa visitabit dominus in gladio suo duro & graui & forti, super Leuiathan serpentem vestitum, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est: huic, inq̄, immolabant hostias, ex quo manus suas Christi sanguine impleuerunt, & quicquid deinceps sacrificaret vel offerunt, non deo patrum suorum, sed diabolo offerunt. Latentes itaq; inter huiusmodi epulas, praeceperunt ut vocaretur Samson, & ante eos luderet, & ipsi spectabant ludentem Samson. Cōprehensos quippe apostolos Christi pessimi lusores ceciderunt, unde tamen illi gaudentes, q̄ digni essent pro nomine Iesu contumeliam pati, spectaculum, inquirunt, facti sumus mundo, & hominibus, & angelis. Ludebat ergo in illis membris suis Christus, quicquid enim miraculorum agebat, quicquid sanae doctrinae dicebat, ludus erat, & vanitas impij peccatoribus. [At ille apprehedens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteram eorum dextera, & alteram leua tenuit, cōcussitq; fortiter columnas, cecidit domus super omnes principes, & ceteram multitudinem, quae erat ibi.] Quis hoc non videat, quis nesciat, quia deserta facta Hierusalē, desolata quoque domus sanctificationis eorum, & gloria eorum, cecidit super omnes principes, & ceteram multitudinem? Non enim ita mediocriter, ut quodam a Babylonijs, non, inq̄, ita parca tepulum illud antiquissimum a Romano excidio euersum est: sed cecidit funditus, & cum gente ipsa perijt, ita ut non sit relictus lapis super lapidem qui non destrueretur. Perdiderunt locum & gentem, cuius metu simulato ne perderet, mortem domini sibi expedire voluerunt, dicendo: Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum & locum & gentem. Hoc eōtrario cōtingit, nā potius idcirco, quia non dimiserunt eum sic, omnes gentes credent in eum, Romani quoque illorum & locum, & gentem tulerunt. Recte ergo dictum est, quia multo plures interfecit moriens, q̄ uiuus occiderat. Multo magis enim, quia mortuus est, nos in eum credimus, & inimici tam visibiles q̄ inuisibiles perierunt & perdidit, imo & perditum sunt: q̄ aut nos credituri, aut ipsi perituri vel perdituri erant, si dimississent eum uiuum. Igitur resumptis viribus, columnas duas, quibus innitebatur domus, Samson tenuit, quibus & excussa domus cū perditione multorum cecidit: quia videlicet Christus a mortuis suscitatus, & claritate quā habuit prius mundus esset apud patrem clarificatus, utrunq; columnae gentis illius, regnum scilicet, & sacerdotium vetus iratus fortiter concussit: & per manus Romanorum cum duplici, id est, corporis & animae Iudaeorum contritione locum ipsum euerit.

De historia, qua tribus Dan tulisse idolum Michae, & viri stirpis Benjamin nauarunt mulierem incredibili libidinis furore vexando interfecisse, quod vehementer Israelitas duplicis fornicationis crimine infamet. CAP. XXVI.

CAP. XVII.

Fit eo tempore vir quidam in monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri suae: Mille centum argenteos quos separaueras tibi, & super quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me sunt. Ac deinceps. [Reddidit igitur matri suae. Quae tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, ut faceret ex eis sculpsile & conflatile, &c.] Duo gentis Israeliticae mala, duplicem fornicationem populi Israel, ex hoc loco vsq; ad finem huius libri scriptura sancta culpae & execrari laborat: propter quae penae continua, & nunq̄ nisi paucissimis iudicijs, siue regibus iustis frenantibus interdum coercita, dominus terrae illi & populo roties iratus est, & adhuc manus eius extenta. Prima namq; id est, fornicatio animae est, qua a deo legitimo viro creatura recedens, idolis prostituitur, & diuini nominis adulterium perpetrat, sculpsili atq; conflatili communicando illud. Hoc adulterium, hanc fornicationem spiritualem in gente illa praesens lectio vehementer percutit

percutit, quo in tantum ardebat: ut tunc teporis non solum Michas, vnus homo sculpsile fecerit, sed & integra tribus Dan pro modo sibi illud furata sit: cū adhuc inter ceteras tribus forte non accepisset, & idcirco dei veritatem saltem pro temporalibus bonis impensius querere debuisset. Sic enim dictum est: [In diebus illis non erat rex in Israel, & tribus Dan querebat possessionem sibi, ut habitaret in ea. Vsq; ad illud enim diem, inter ceteras tribus forte non acceperat.] Et post aliqua: [Tulerunt sculpsile Ephod, & idola, atq; conflatile. Quibus dixit sacerdos: Quid facitis? Cui respondērunt: Tace, & pone digitum tuum super os tuum, & veni nobiscum, ut habeamus te patrem & sacerdotem.] Ephod indumentum sacerdotale significat, quod in Exodo & Leuitico superhumerali dicitur. Tulerunt autem proprie appellatur, figurę & simulachra. Hęc ergo prima est fornicatio, qua populus Israel pronus ad idola, secundum animam fornicabat a deo suo. Altera fornicatio est, quae diuersis libidinibus libris corpora commaculat, tunc perniciosior, quando contra naturam Zodomitica debacchat in sania. Hęc quae effrenatione populū illū dissoluerit, acerrime lectio praesens insinuat. [Fuit inquit] quidam Leuitae habitas in latere montis Ephraim, qui accepit uxorem de Bethlehē Iuda. Quae reliquit eum, & reuersa est in domum patris sui Bethlehē, multaq; apud eum quatuor mensibus, & reliq;. Quid hoc auditu turpis, sceleris, crudelius? [Venerunt inquit] viri ciuitatis illius filij Bethlehē, i. abiq; iugo, & circumdantes domū Ienis, fores pulsare coeperunt, clamantes ad dominū domus, atq; dicentes: Educ virū qui ingressus est domū tuā, ut abutamur eo. Illo obsecrate vix abasti ne scelus hoc contra naturam operaretur in virū, facta cōmuratione nequissima uxore eius tota nocte abutēdo, in credibili libidinis furore vexauerunt. Deniq; mortua est. Illa ciuitas Gabaa in tribu Benjamin erat. Tota tribus Benjamin sceleris eiusdem macula cōmune sibi fuisse, atrociter pressa est. [Cōgregatis quippe pariter omnibus filiis Israel de Dan vsq; Berlabee, quadringentis millibus peditū pugnatorū, ut pugnaret contra Gabaa Benjamin, cū misissent nuncios ad omnem tribū Benjamin, qui diceret: Cur tantum nefas in vobis reperitum est, tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, ut moriantur, & auferat malū de Israel: noluerunt fratrum suorum filiorū Israel audire nādarum, sed ex ceteris viribus, quae suae fortis erant, cōuenerunt in Gabaa, ut illis ferret auxilium, & contra vniuersum Israel populū dimicaret.] Sed & cunctū Israel, qui cōgregatus fuerat, reddere illis pro scelere quod merebatur, indubitabilis diuini oraculi iustitia, sceleris eiusdem coarguisse videtur [Cōsultus enim dominus a dicentibus, quis erit in exercitu nostro princeps certaminis, respondens: Iudas inquit] sit dux vester.] Attamē. [Egressi filij Benjamin de Gabaa, occiderunt de filiis Israel die illo, vigintri duo milia virorū.] Iterum: [Cōsultus dominus a dicentibus: Debemus ultra procedere ad dimicandum contra filios Benjamin, an non? Ascendite inquit] ad eos, & inite certamē.] Attamē. [Occurrētes eis filij Benjamin, tūta in eis cōde bacchari sunt, ut x. & viii. milia virorū gladiū eductū prosterneret.] Tertiō tandē cōsulentibus atq; dicentibus: [Exire ultra debemus ad pugnam contra filios Benjamin fratres nostros, an non? Ascendite, inquit] cras enim tradam eos in manus vestras.] Et sic factum est. Ergo non solum Benjamin, quā manifestum scelus infamauit, sed & pugnam contra illos Israel occultū iudicij dei veritas redarguit. Cur enim vindicibus tūta sceleris victoriā se tra tamq; luctuosa prouēnit: nisi quia in quo alios impugnabat, seiplos accubant? Igitur, ut praemissum est, duplicis fornicationis, animae scilicet & corporis, populū Israel praesens historice locus vehementer acculat, & acerrime percutit, ad hoc valens, ut quemadmodum ait Apost. Omne os obstruatur, & non magis Iudaeus q̄ Graecus de iustitia coram deo gloriatur.

CAP. XVIII.

Exod. 28. 35-39. Leuit. 8.

CAP. XIX.

CAP. XX.

Rom. 7.

Quod Christum regem qui venturus erat, scriptura sancta suspirat, toties dicendo: In diebus illis non erat rex in Israel. Cap. XXVII.

SUPER hoc hic itidem scriptura vehementer ingemiscit, cum inter narrandum semel & iterum tertio dicit: In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectum videbat, hoc faciebat. Quae putas, vel qualem regē in diebus illis in Israel non fuisse deplorat? Nunquid quando rex datus est Saul, abstulit fornicationes istas? Nunquid Achaz? Nunquid Manasses? Imo tā hi, q̄ pleriq; regū ceterorū, illas auxerunt, extruendo altaria vniuersae militie caeli, hariolado, & obseruando auguria, traducendo filios suos per ignem, faciēdo pythones, & multiplicando aruspices: Ad summū, praeter Dauid & Ezechiam & Iosiam, omnes peccauerunt. Nam de peccato Dauid quod fecit in Virginitate, quia trāstulit illud dominus. Quae ergo regē in illis diebus non fuisse scriptura deplorat, nisi illum, cuius solius aduētū vel regno cōmumaretur praeparatio, & finem acciperet peccatum, & dederet iniquitas, & adduceretur iustitia sempiterna, & impleteretur visio & propheta, & vngeretur sanctus sanctorū: Hic nempe deerat rex, cū data esset lex. Et lex quidem peccatum ostendere poterat, sed a peccato liberare non poterat. Solus iste rex eos omnes qui regnū eius susciperent, a peccato gratia sua liberare habebat. Cum igitur tūta enarrat scriptura peccata populū Israel, recte & oportune congemiscit dicens: quia in diebus illis non erat rex in Israel.

2. Reg. 11.

Danie. 9.

De Ruth Moabitide, quod per illam alienigenam generatio Christi quodammodo recuperata sit, & quod illa fuerit petra deserti, de qua Esaias: Emitte inquit] agnum dominatorem terrae, de petra deserti. CAP. XXVIII.

In diebus

**Ex II. Ruth.**  
**C A P. I.**  
**I**N diebus vnus iudicis, quando iudices preerant in Israhel, facta est fames in terra. Abijtq; ho-  
 mo de Bethlee luda, vt peregrinaretur in regione Moabitide, cum vxore sua, ac duobus libe-  
 ris. Ipse vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & e duobus filijs, alter Maalō, & alter Che-  
 lion Ephrarei de Bethlehem luda. ] Librum hunc Hebręi in librum Iudicum compingunt: idcir-  
 co quia in diebus Iudicum facta narratur historia. Valde hoc fidelem animum delectat, quod no-  
 mine Ruth potius q̄ Booz, aut Noemi in titulo p̄notatur. Non enim parum splendoris habet,  
 quod series generationis Christi, in mortibus virorum Israhelitarum, & Iudaicę tribus penę defe-  
 cta, per fidem alienigenę refarcita est, sicut ipse historicę narrationis ordo continet. Quod pro-  
 pheta respiciens: Emitte (inquit) agnum domine dominatorem terrę de petra deserti, ad montē  
 filię Sion. Petram deserti Ruth Moabitidem dicit, petrā videlicet propter propriā fidem, petram  
 verō deserti, propter desertitudinem Moabiticę gentis, quę verē idcirco desertum est, quia do-  
 minum inhabitatorē non habebat, quemadmodū & reliqua gentilitas, quā alibi propter causam  
 eandem propheta idem desertā appellat, dicendo: Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitu-  
 do. Sciebat nasciturum esse Christum de semine Dauid filij Iesse, filij Obed, quę de Booz hęc alie-  
 nigena peperit, quam ille beneuolus secundum legem accepit, vt suscitaret lemen propinqui sui.  
 Hoc, inq̄, ille respiciens, emitte, inquit, agnum domine, dominatorem terrę, de petra deserti ad mō-  
 tem filię Sion, ammirando scilicet in gratia dei, quod agnus dei dominator terrę, cum sit ex Iu-  
 dæis salus ipse gentium, primū tamen de fide gentili venturus esset ad montem filię Sion. Ad  
 huc autem acrius percutiens Iudæorum supercilium, in principio libri. Nisi (inquit) dominus ex-  
 ercituuum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes essemus,  
 continuo subiungēs: audite verbum domini principes Sodomorum, & percipite auribus legem  
 dei nostri populus Gomorrhę. Quo enim secundum superiores geminę fornicationis narratio-  
 nes, quo, inq̄, populus hic qui legem acceperat, populo Sodomorum aut Gomorrhę iustior erat,  
 qui legem non acceperat: Sed reliquit dominus semen fide Ruth Moabitidis promerente, & Bo-  
 oz per iustitiam legis semen fratri suo suscitante, vnde Christus secundum carnem nascetur,  
 quo factum est, vt gens Israhelitica nequaquam Sodomę aut Gomorrhę similis in perditione re-  
 maneret. Hoc igitur dicendo propheta, Iudaicum os obstruere contendit, vt de meritis suis nemo  
 audeat gloriari. Et signanter dixit, nisi dominus exercituuum reliquisset nobis semen. Exercituuum  
 inq̄, quia videlicet in exercitijs suprascriptis filiorum Israhel contra Benjamin iudicium cū mi-  
 sericordia moderando, & in vtriusq; peccata Sodomitica puniuit, addita etiā fame, propter quā  
 vir primus de Iuda peregrę obiit cum filijs suis, & deinde per gentilem (vt iam dictum est) fidem,  
 reliquum seminis, vnde salus procederet, defunctis eidem suscitauit.

*De Elimelech & vxore eius, & duobus filijs, quid vel quomodo de his in Pa-  
 ralipomenon scriptum sit.* **C A P. XXIX.**

**I**Pse (inquit) vocabatur Elimelech, & vxor eius Noemi, & e duobus filijs, alter Maalon, & alter  
 Chelion Ephrarei de Bethlehem luda. Ephrarei dicti sunt, scilicet ab Ephrata vxore Caleph.  
 Iste Elimelech in Paralipomenon vocatur Ahalai, vel Oholoi, & filius fuisse scribitur Sefain filij  
 Iesi, filij Abphaim, filij Nadab, filij Semmei, filij Onan, filij Iheramael, filij Elrom, filij Phares, filij  
 Iuda, filij Israhel. Quod autem illic dictū est, Sefain autem non habuit filios, sed filias, quia filij eius,  
 imo filij Elimelech, scilicet Maalon & Chelion, quorum auus fuit, absq; filijs mortui sunt. Item in  
 Paralipomenon scriptum est: Et cognationes domus operantiū byssum in domum iuramenti, &  
 qui stare fecit solē viriq; mendaci, & securus, & incendens. Qui principes fuerunt in Moab, & qui  
 reuersi sunt Leē. Hęc autem verba vetera. Hi sunt filij figuli habitantes in plārationibus, & in se-  
 pibus apud regem in operibus eius, commoratiq; sunt ibi. Tradunt hunc fuisse Elimelech, in cu-  
 ius tempore sol steterit propter prauaricationes legis, vt tanto miraculo viso conuertentur ad  
 dominū deum suum. Quod quia facere contempserunt, idcirco fames inualuit. Et ille quia in tri-  
 bu luda prior videbatur, famis inopia cum vxore & filijs non solum patria pelleretur, sed etiā in  
 eadē peregrinatione cum filijs moreretur. Viros autē istos mendacię esse filios eius Maalō & Cheli-  
 on, qui illic securus & incendens appellātur, & de quibus dicitur quod principes fuerint in Mo-  
 ab, eo q̄ vxores Moabitides duxerint, quod in Hebræo expressius ponitur, vt ab eruditis linguę  
 illius didicimus, vt non principes, sed mariti dicantur. Quod verō sequitur, quę reuerse sunt in  
 Leem, Noemi & Ruth demonstrat quę in Bethlehem, id est, panē, post inopiā famis audita vbertate  
 panis in Bethlehem reuerse sunt. Et quia hęc historia in lib. Ruth scribitur, idcirco subsequitur,  
 hęc autem verba vetera. Figulos verō dicit habitantes in plārationibus & sepibus, progeniem  
 quę de Ruth propagata est. Quę in sepibus & plārationibus habitasse dicitur, quando ad regi-  
 am dignitatem hęc plantatio peruenit. Commemorati sunt ibi, hoc est, in Bethlehem apud regē  
 in operibus eius, quia ex eis Dauid rex ortus est, cuius opera miris p̄conijs p̄dicantur.

Commentariorum in librum Iudicum, Finis.

RUPERI

**Ruperti Abbatis Tuitiensis**  
**DE TRINITATE, ET OPERIBVS**  
**EIVS, IN LIBROS REGVM**

Commentariorum,

LIBER PRIMVS.

*Quod quartę ætatis mundi Dauid fuerit initium: & quomodo hæc ætas respondeat quartę  
 diei primorum dierum seculi.* **C A P. I.**

**R**OST ampla virentis ac florentissimę ætatis tercię spectacula, quarta eadē  
 mundi splendida nos excipit ætas. Eius pulchritudo lucida, mentis nostrę ocu-  
 los quasi à terra in cœlum leuet, vt post actualia legis instituta, regum & pro-  
 phetarum, qui sub ipsis prophetauerunt, facta fortia & cœlestia partim contem-  
 plemur eloquia. Nam pulchra quidē terrę plantaria, quę tertio die plantata  
 vel produci iussa sunt, sed pulchriora cœli luminaria, quę quarto die facta vel in firmamento  
 posita sunt. Sic nimirū pulchra quidē & bona sanctę legis opera, quę terciā mundi ætate  
 in figuram futurorum p̄cepta sunt, sed pulchriora regum coronatorum & prophetarum  
 facta & dicta, quę in typum regni dei, in testimonium magni ac veri regis Christi p̄splen-  
 derunt. Hanc enim quartam ætatem, quartę diei in laudem creatoris conuulsiue re-  
 xerim, & secundum opera vtriusq; spiritum sanctum, spiritum p̄dicari fortitudinis, quia vi-  
 delicet & quarto die luminaria firmamentum ornauerunt in potestatibus & firmissimis or-  
 dinibus suis, & quarta ætate, in psalmis canoris, scriptisq; prophetis, regali autoritate ser-  
 mo dei conualuit, autum est verbum promissionis. In quo: In eo videlicet, quod is qui hæc  
 rex promitti-  
 nus homo vel semen in Isaac vocandum patri Abraham promissus fuerat, iam rex promitti-  
 tur cum iuramento dicentis ad Dauid, De fructu ventris tui ponam super sedem tuā. Item,  
 Semel iuravi in sancto meo, si Dauid mentiar: Semen eius in æternum manebit, & thronus  
 eius sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis. Hoc  
 maxime hæc ætas à p̄cedere distinguitur, vt illa terciā fuerit, hæc iam quarta computetur.  
 Igitur in gloriam Christi filij dei regum regis, & prophetarum domini, cœptum peragentes  
 cursum, ætatem hanc ingredimur, p̄eunte nos & propitio nobis, si dignetur, sancto fortitu-  
 dinis spiritu.

*Quod primus & secundus liber Regum apud Hebræos Samuel vocentur, & quod regnum  
 Saul, regnum peccati, Dauid autem regnum Christi significarint.* **Cap. II.**

**P**rimus & secundus Regum liber apud Hebræos Samuel dicuntur, videlicet, eo quod de  
 regno Saul, regnoq; Dauid, quę his continentur libris, per istum quasi mediatorem dei  
 & regum ordinata sunt. Interpretatur autem Samuel nomen eius deus. Quo nomine  
 recte sermo dei significatur, per quem vtriq; regnum peccati destructum, & regnum iustitię  
 constructum est. Saul quippe quę dominus peccanti populo iratus dedit, dicens ad Samuel,  
 Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos, regnum p̄figurauit peccati & mor-  
 tis, quod abiecto dei iugo, genus humanum stultē nimis appetiuit. Hoc ipsum significat Saul  
 nomine proprio, interpretatur enim petitio. Porro Dauid quem illo proiecto secundum cor-  
 suum dominus elegit, regnum iustitię, regnum Christi significat, quod humano generi, de-  
 fructo regno peccati, propitius deus contulit. Nec verō solum regnū, sed & sacerdotij prin-  
 cipatus, hoc p̄nunciatio à posteris Heli ad Sadoch translatum est in figuram sacerdotij veri,  
 quod à Iudæis in ecclesiam Christi transponendum erat. Ab ipso igitur Samuel, cum sit duo  
 decimus, & nouissimus Iudicum, sic incipit primus liber Regum.

*De Helchana & vxoribus eius Anna & Fenenna, & de oratione Anna & ortu  
 Samuel.* **Cap. III.**

**F**uit vir vnus in Ramathaim Sophim, de monte Ephraim, & nomē eius Helchana, filius  
 Hieroham filij Heli, filij Tohu, filij Suph Ephræus, & habuit duas vxores. Nomen vni  
 Anna, & nomen secundę Fenenna. Fueruntq; Fenennę filij, Annę autē nō erant liberi. ]  
 Ramathaim autē interpretatur excelsa duo, & hæc excelsa duo, duę intelliguntur tribus, re-  
 gia videlicet & sacerdotalis. Quod pater Helchana de tribu fuerit Levi, Paralipomenō liber  
 plenissi-

plenissime docet, in quo series genealogiae illius usque ad Leui producit. Matrem quoque eius de tribu Iuda extitisse monstratur, in eo quod Ephraeus vocat. Ephraeus ab Ephrata vxore Caleph, quam constar fuisse de tribu Iuda, dictus est. Et si quem mouet quod ab Ephraim non Ephrata, Ephraeus vocetur, videat in subsequētibz qualiter Dauid filius viri Ephraei vocetur, cum liquidò pateat eundē Isai non de Ephraim, sed de tribu Iuda extitisse, & probet eundem Helchanā Ephraeam ab Ephrata, nō ab Ephraim dici. Sophim speculatores interpretantur. De monte Ephraim, de monte verò Ephraim fuisse dicitur, quia ibi erat eius habitatio. Intra cunctas namque tribus, habitationem Leuitarum fuisse non dubium est. [Et ascendit vir ille de ciuitate sua statutis diebus.] Tribus festiuitatibus, pascha videlicet, pentecoste, & solennitate tabernaculorum, ascendebat in domum domini. [Deditque Fenennae vxori suae, & cunctis filiis eius & filiabus partes.] Hae partes vestes intelliguntur, quae in eisdem tribus festiuitatibus, iuxta morem illius gentis vxoribus & liberis ac famulis tribuebantur. [Ne reputes ancillam tuam quasi vnam ex filiabus Belial, quia ex multitudine mœroris & doloris mei locuta sum usque in praesens.] Belial enim interpretatur absque iugo. Et notandum, quod omnes qui ebrietatem sectantur, filij Belial vocentur. [Et adduxit eum secum, postquam ablaetauerat in vitulis tribus, & tribus modijs farinae, & amphora vini, & adduxit eum in domo domini in Sylo.] In Hebraeo non tribus modijs farinae, sed modio farinae legitur. Quem locum apud Latinos scriptorum vitio constat esse deprauatum. Si enim cum tribus vitulis tres modios farinae obrulit, contra legem fecit. In lege namque praecipitur. Mensis septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. Omne opus seruuile non facietis. Dies clangoris est & tubarum. Offeretisq; holocaustum in odorem suauissimum domino. Vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos immaculatos septem, & in sacrificio eorū similia oleo conperse tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnū. Haec verò decima, decima pars erit Ephraei. Vnde datur intelligi, quod Helchana non obrulerit tres modios farinae cum tribus vitulis, sed nouem decimas, quibus secundum Hebraicam mensuram vnus efficitur Ephraei. Est igitur orationis fructus Samuel sanctus, magna fide & largo fletu matris comparatus. Habet in matre eius Anna virtutis exemplum, quod imitemur nostra sterili anima, si mater fieri optat, si verbi dei sanctarumq; virtutum cupit esse fecunda. In quo in eo videlicet, quod dictum est, vuluſque eius non sunt amplius in diuersa murati. Quod idem est, ac si diceretur. In tentatione perſticit, orando perseuerat. Hoc ergo fidelis anima imitetur, & quaerens inueniet, petens accipiet, pullanti aperietur. Jam nunc prophetis huius Annae canticum explanabimus, & ob fastidium leuandum quali canendo potius quam legendo, aut loquendo horum quae plana historia dicta sunt, mysteria carpemus.

Quod Anna canticum cantans quae sterilis fuit, idem secundum Apostolum quod Sara, & Fenenna idem significet quod Agar. Cap. IIII.

CAP. II. Exultauit cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in deo meo. Quae canit, haec prophetissa est, & eadem qua fecunda facta est gratia, quam & proprio nomine significat. Anna quippe interpretatur gratia, non tam sua praesentia propria, quam totius sanctae ecclesiae bona futura communia propheta ac praedicat. Quapropter idem in Anna quod in Sara, idem in Fenenna quod in Agar, licet haec libera, illa fuerit ancilla, idem in Helchana mystice sentiamus quod in Abraham. Namque & res gesta ex parte similis, & vocabula ex sensu cognata sunt. Siquidem & Abraham id est, pater multarum gentium prius Abram dictus est, quod interpretatur pater excelsus, & hic Helchana quod interpretatur dei possessio de Ramathaim, id est, de excelsis fuisse scribitur. Agar conuersa. Fenenna conuersio interpretatur. Sara verò princeps, Anna gratia, & in vtraque gratiae principatus intelligendus est, quia videlicet non vt Agar & Fenenna secundum carnem, siue carnis suae qualitatem, sed secundum gratiam pepererunt, cum prius fuissent steriles. Igitur Fenenna & Anna duo sunt testamenta, alterum carnis in seruitutem generans, alterum fidei quod in libertatem generat. Helchana namque, id est, dei possessio, ipse est dei populus, cui dictum est, Qui possedit & fecit, & creauit te. Qui in Abraham quidem in semine Abraham qui est Christus, testamentum accepit fidei, testamentum libertatis, in monte autem Syna post quadringentos & triginta annos testamentum carnis, testamentum seruitutis. Sed testamentum carnis quasi testamentum seruitutis sicut Fenenna vel Agar, prius peperit plurimos, testamento fidei quasi Anna vel quasi Sara, longam plorante sterilitatem, quia videlicet filij carnis in illo populo prius multiplicati sunt, qui in carne Abraham gloriarentur, fide eius vix aliquam in paucissimis educente progeniem. Denique illi qui de Aegypto exierunt omnes à viginti annis & supra, praeter Iosue & Caleph filium Iepphone, de sola carne non etiam de fide Abraham sese ortos prodiderunt. Tandem alio quando fides vel gratia quae sterilis fuerat, per euangelium peperit plurimos, & gloriatio carnis quae multos habebat filios, infirmata, imo & exclusa est. Hoc ista prophetico spiritu in semet ipsa

ipsa praefiguratum esse sciens, exultat & laudat in persona ecclesiae, dicens.

Tractatus cantici eius, in quo mysteria Christi & ecclesiae magnifice prophetizans, in domino gloriat, & synagoga superbiam sub typo eius quae multos filios habebat, detestatur.

CAP. V.

Exultauit cor meum in domino, & exaltatum est cornu meum in deo meo. Vbi sola secunda est caro, non est vnde exulet cor, neque enim exultatio cordis vlla est, nisi in domino. Proinde cum dicit, exultauit cor meum in domino, illam se vniuersalis ecclesiae exultationem decantare indicat, quam propheta alius denuntians. A timore, inquit, tuo domine concepimus & peperimus spiritum, salutes non fecimus super terram. Ibi namque exultat non caro, sed cor. quamuis cor prius exultans, carnem quoque subleuet in exultationis suae confortium, iuxta illud Dauidicum, Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Illa exultatio fortis, & gaudium non vanum, sed fortissimum est. Addidit ergo, Et exaltatum est cornu meum in deo meo. Singulariter & propheta, Exaltabitur, inquit, sicut vnicornis cornu meum, Idemque pluraliter, Et exaltabuntur ait cornua iusti, & res non diuersa est. Nam vnum ecclesiae cornu, vnus est Christus, & plura eiusdem cornua, plura sunt dona sancti spiritus, vnde verus ille agnus sicut oculos septem, sic & cornua septem habere scribitur. Eiusmodi cornu meum, in deo meo inquit exaltatum est, in deo meo inquam, & non in me, quae vana fiducia & fallax esset fortitudo. Inde & intus cordis exultatio, & foris confidentia super inimicos meos. Nam & hoc est quod sequitur. [Dilatatum est os meum super inimicos meos, quia laetata sum in saluari tuo.] Humilientur, & de terra loquantur quondam loquaces inimici mei filij carnis, & non fidei. mihi namque nunc versa vice loquendi autoritas data est, vt non iam in angelis multiter, aut ore dimidiato loquar, sed ore dilatato sic eloquar super inimicos meos, qui mihi sterilitatem exprobrant, vt audiat in toto mundo. Quia laetata sum in saluari tuo, Salutare dei Christus est. Numquid ergo in solo Samuele vna mulier exultat, & non potius in vna matre sancta, vniuersalis ecclesia veram in Christo exultationem suam decantat? Et in istis duobus cantilinae versiculis, primus sensus quidem non dispar, sed verba diuersa & praeposterata sunt. Nam exultauit cor meum in domino, idem est quod laetata sum in saluari tuo, & exaltatum est cornu meum in deo meo, idem est quod dilatatum est os meum super inimicos meos. Iam quid dignum dilatazione oris sui proferat, audiamus. [Non est sanctus vt est dominus, neque enim est alius extra te, parq; & idem effecit, ac si dixisset, praeter illum nemo mundus a forte, Et non est, ait, fortis, sicut deus noster. Nempē alij falso sunt fortes, de quibus in psalmo Propheta, Et irruerunt, inquit, in me fortes. Hic verē fortis, & vera humilitū fortitudo est. Non est, inquit, sanctus, vt est dominus, non est fortis sicut deus noster. Ac si dicant, filij Annae filij Fenennae, filij gratiae filij synagoga, filij promissionis filij carnis, Quid vos toties iactatis dicendo, nos natura Abrahamitae, nos natura Israelitae & non ex gentibus peccatores? Dominus de caelo prospexit super filios hominū, vt videat si est intelligens aut requirens deū. Omnes declinauerunt, simul inuiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est vsque ad vnū. Haec dicit lex, & vtrique quaecumque lex loquitur, scimus, inquit Apostolus, quia his qui in lege sunt, loquitur. Non ergo est sanctus quiquam, non est alius extra te, nō inquam est alius qui possit sanctificare, praeter te sancte sanctorū Christe, quod & sancti illi anteq; tu venires ore proprio fatentes, sicut pannus menstruae inquit omnes iustitiae nostrae. Et quid vos in fortibus Moyse & Aaron gloriamini in fortitudine legis, & sacerdotij vestri? Non est fortis sicut deus noster, sicut Christus noster. Nam Moyse & Aaron, non lex vestra, & sacerdotij vestri spiritualē vicerunt Pharaonē, neque destruxerunt eū qui habebat mortis imperiū, id est, diabolū, sed hic illum vicit, hic infernū confregit, hic deuicta morte resurrexit. Ergo non est fortis sicut deus noster, sicut hic Saluator noster. Igitur. [Nolite multiplicare loqui sublimitia gloriantes.] Multū gloriamini, multū erigimini, multa sublimitia per inanē gloriā loquimini. Verbi gratia, dicens, Pater noster Abraham est, nostrum est testamentū, nostra est legislatio, nostrum est obsequium, nostra sunt promissa, nostra est gloria, nostra est adoptio filiorū, Abraham, Isaac & Iacob, patres nostri sunt. Nolite sic loqui, nolite sic multiplicare sublimitem loquelam oris magnifici, nolite sic gloriari. [Recedant vetera de ore vestro, quia deus scientiarū dominus est, & ipsi praeparantur cogitationes.] Haec sublimitia quae vos haecenus multiplicastis loqui, vetera sunt, iam inueterauerunt, & nouis superuenientibus proicienda sunt. Haec enim dicit in Hieremia deus scientiarum dominus, qui & vobis olim dedit scientiā literae, & nobis nunc dat scientiam spiritus, prout vult. Ecce dies veniunt & feriam domui Israel & domui Iuda foedus nouum. Non secundū pactū quod pepigi cū patribus vestris in die qua apprehendi manū corū,

AAa ij

vt eduo

Esa. 26.

Psal. 83.

Psal. 91.

Psal. 47.

Apoc. 4.

Psal. 58.

Galat. 3.

Psal. 13.

Rom. 30.

Esa. 44.

Iohan. 5.

Roma. 9.

Leuit. 26.

Hierc. 31.

ut educerem eos de terra Aegypti, pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum dicit dominus, sed hoc erit pactum quod feriam cum domo Israel. Post dies illos dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam, &c. Et ipsi, inquit, preparantur cogitationes, subauditur, sententiae, nam e contrario a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, ille auferet se. Ipsi deoscientiarum domino, cogitationes preparantur pro munere. Si vis ab illo promereri vel impetrare scientiam donum, non multae oblationes arietum & taurorum, sed sanctae cogitationes eius rei preparatoriae sunt. Vnde & Psalmista, Preparaciones inquit cordis eorum audiuit auris tua, Irē, Quonia cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi. Reliquiae inquit cogitationis. Si primitiae cogitationis infestae fuerint, saltem reliquiae eius per poenitentiam & confessionem diem festum agent tibi. Propterea, ut dixi, recedant vetera de ore vestro, recedant sublimia, cesset gloriatio vestra. Quid enim? [Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore.] Hoc non semel factum est. Quando fortitudo vel potentia Aegyptiorum superata est, & Israelitae confortati sunt, utique tunc arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Ita & nunc. Arcus enim, id est superbia, & fortitudo Fenennae, qua in filiis gloriabatur, superata est, & ego quae ob sterilitatem infirma erat, accincta sum robore filiorum. Hoc enim est quod sequitur. [Donec sterilis peperit plurimos, & quae multos habebat filios, infirmata est.] Nā quod interponitur repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt, non secundum praesentem locum historiae huius canitur, sed tamen & hoc & caetera talia facta sunt & sunt, ut quoties superbit impius, cantare tibi liceat, illud regale proverbium, Ne gloriatur accinctus aequē ut discinctus. In Hebraeo & in LXX. translatione, non plurimi, sed septem leguntur. Iudaei hunc locum ita intelligunt, quod nato Samuele, mortuus sit filius primogenitus Fenennae, & deinceps singulis nascentibus filiis Annae, singuli secundum ordinem natiuitatis Fenennae mortui sint filij. Sed quaerendum est, quomodo hoc stare possit, cum Fenenna septem, Anna autem non plus quam quinque filios habuerit. Quam quaestionem Hebraei soluentes, duos Samuelis cum filiis Annae annumerant. Iuxta anagogen, arcus fortium, id est, confidentia Iudaeorum, qui se Iudaeos esse dicunt, & non sunt, sed mentiuntur. Iudaeorum inquam de sua virtute praesumentium & suam iustitiam statuere volentium, atque ita iustitiae dei subijci recusantium, arcus superatus est. Extenderunt, inquit propheta, linguam suam, quasi arcum mendacij, & non veritatis. Talis arcus fortium superatus est, nihil enim sagittando contra veritatem profecerunt, quemadmodum alibi scriptum est, Sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum. Infirmi autē, scilicet hi qui nihil suis viribus attribuunt, qui non in suis operibus, sed in fide Christi Iesu gloriantur, accincti sunt robore, robore, inquam, quo & regno caelorum vim facere, & violenter illud diripere possunt. [Repleti, inquit, prius pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt.] Famelici prius eramus nos gentes, repleti autem, id est, saturati erant Iudaei. Et constans est, quia nunc gentiles verbo dei per euangelium filij eius Iesu Christi saturati sunt. Iudaei autē famelici sunt, solum literae sectantes paleam, & viuificantem non dabentes spiritum. Sed nunquid isti pro panibus se locauerunt? Nunquid enim esurire malunt, quam nobiscum manducare panem viuuum? Sic enim habet parabola patris euangelici, qui cum recepisset filium suum famelicum, qui abierat in regionem longinquam, & ibi dissipauerat omnem substantiam suam viuendo luxuriose, cum inquam reuertente suscepisset eum, & magnū celebraret conuiuium, indignatus frater eius senior, nolebat introire. Ergo nunc interim esuriunt qui prius fuerant repleti, saturati famelicis iuxta prophetae comminationem dicentis, Ecce serui mei comedent, & vos esurietis. Futurum autē est, ut se pro panibus locare non dedignentur. Cum enim plenitudo famelicarum gentium subintroierit, reliquiae ex illis ad esum panis vitae conuertentur. Non modo dicē arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore, nec parū famelicis saturatis, nunc esuriunt, qui prius repleti fuerunt. Sed quid? Donec sterilis peperit plurimos, & quae multos habebat filios, infirmata est. In tantum, dexteræ excelsi mutatio magna facta est, in confectione fortium & accinatione infirmorum, ut plurimos peperit illa quae sterilis erat, vicissim infirmata illa quae multos habens filios, superbiebat, completa propheta quae per alium sic decantat, Lauda sterilis quae non parit, decanta laudem & hymnum quae non pariebas, dicit dominus, quonia multi filij desertae, magis quam eius quae habebat virum, dicit dominus. Dilata locum tentorium tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fac funiculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & ad leuam penetrabis, & semen tuum gentes haereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit, & reliqua. Quae haecenus cantata sunt, vniuersas domini vias respiciunt, scilicet, misericordiae & iudicium. Igitur in laudem earundem magnitudinū, videlicet, misericordiae & iudicij, sonorius & per amplius exultanti corde & dilato ore prosequitur, & dicit. [Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit, Dominus pauperem facit & dicit, humiliat & subleuat.] Nā quod mortificat dominus iudicij est, & quod viuificat misericordiae est. Itē quod deducit ad inferos iudicij est, & quod reducit misericordiae est. Nihilominus, quod pauperem facit iudicij est, quod dicit misericordiae est. Itē quod humiliat iudicij est, quod subleuat misericordiae est. Ita quod per haec antithera, id est opposita vniuersae viae domini spectabiles propositae sunt requirentibus testamentum eius & testimonia eius. Sed erga quales iudicium aut veritas, & qualibus reposita est misericordiae? Quales nisi superbos mortificat, & ad inferos deducit, humiliat & pauperes facit? Quales e contrario, nisi humiles viuificat & reducit ab inferis, dicit & subleuat? Sequitur ergo. [Suscitans de puluere egenum, & de stercore erigens pauperem, ut sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat.] Quid est enim egenum & pauperem, nisi qualē beatificat in euangelio suo dominus, pauperem spiritu, id est humilem? Illum enim de puluere suscitatur, & de stercore erigit, quem sapienter cognoscentē, quod sit puluis & cinis, & peccatorum suorum stercus erubescētē iustificat & exornat splendore gratiae suae dominus ut sedeat cum principibus, & solum gloriae teneat, cum his videlicet quos ante secula praesciuit & praedestinavit, vocauit, iustificauit & magnificauit. Hoc non raro, nec in paucis factum est. Amplius autem & principaliter in illo factum hoc esse gratulamur, & iugiter decantamus, quē veraciter constat dixisse, Discite a me quia mitis sum & humilis corde. De quo & illud est, Et persecutus est hominem inopem & mendicem, & compunctum corde mortificare. Illum enim reuera dominus pater praeepto charitatis suae mortificauit, & ad inferos deduxit, pauperem fecit & humiliavit, eundemque virtute & omnipotentia diuinitatis rursus viuificauit, reduxit ab inferis, dicitur & subleuauit. Suscitauit eum de puluere nostrae mortalitatis, erexit eum de stercore ut non videret caro eius stercus corruptionis, & ecce, cum principibus, imo super oēs principes ad dexteram patris sedet, & solum gloriae teneat. Quod ita intelligendum sit, conclusio probat cantici. Clauditur enim sic. Et dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. [Domini enim sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem.] In Hebraeo ita habetur, Domini enim sunt afflicti terrae. Afflicti terrae Hebraei pauperes spiritu & humiles corde intelligunt, super quos dominum orbem posuisse dicunt, quia eorum meritis terram stare autumant. Ergo propositio quidem splendida est qua dixerat suscitans de puluere egenum, &c. Sed ratio splendidior id ipsum confirmat, qua dicit nunc, domini enim sunt cardines, id est, afflicti terrae, & posuit super eos orbem. Cui consonas euangelica veritas, pauperes spiritu in fundamento beatitudinis collocat, dum octo beatitudines connumeraturus sic incipit, beati pauperes spiritu. [Pedes seruorum suorum seruabit.] Qui egeni & pauperes, qui in qua cardines & afflicti terrae, ipsi sancti domini sunt, quorum ipse pedes inquit seruabit, subauditur, qui pedes superborum non seruauit, quorum lapsum ruinamque irreuerabiliter expauescens propheta dicit, Non veniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me. Et continens subiungit, ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, id est, humilibus, seruabit, ut videlicet ad solum gloriae peruenire, imo & impositum super se orbem, stabilibus portare possint meritis. Hucusque expressit quales dominus viuificet & reducat ab inferis, dicit atque sublimet, nunc edicit quales mortificet & deducat ad inferos pauperes faciat atque humiliet. Sequitur enim. [Et impij in tenebris coticescent, quia non in fortitudine sua roborabitur vir.] Impij, inquit, id est superbi, qui nunc in hac die sua extollunt in altum cornu suum, & loquuntur aduersus deum iniquitatem, ipsi in tenebris coticescent, ipsi humilibus solum gloriae teneantibus suumque possessorem dominum deum laudantibus, in tenebris inferni conualescent, imo & vlulantes dentibus stridebunt & flebunt. Nam ibi erit stridor dentium & fletus. Quia non in fortitudine sua, inquit, roborabitur vir. Quanta enim ibi erit fortitudo viri? Cum fuerint paulo post redacti in lutum ceruices eius, tunc fatebitur impius, quia nec in equo, nec in tibijs suis roborabitur quisquam, quemadmodum & alius propheta dicit, Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tibijs viri beneplacitum erit ei, Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suae non saluabitur. Amplius autem ut magis spirituali sensu loquamur, non in fortitudine roborabitur vir, id est ex operibus legis, in quibus filij Fenennae, scilicet Iudaei, gloriantur, nemo coram deo iustificabitur, nec omnino quisquam, siue Iudaeus, siue Graecus in iudicio saluabitur siue iustificabitur, si absque misericordia, vel tantum secundum merita sua iudicetur. [Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in caelis tonabit.] Hoc & visibiliter aliquando factum est, ut super aduersarios suos in caelis dominus tonaret, sicut est illud in libro Iosue, Cumque fugerent a facie Israel, & essent in descensu Bethoron, dominus misit super eos lapides magnos, de caelo vsque Azecha, & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quam quos gladio percusserant filij Israel. Verum extrunc magnificentius hoc fit, ut videlicet dominus super aduersarios suos tonet in caelis, ex quo is ipse, qui ut egenus & pauper mortificatus & ad inferos deductus, rursus viuificatus, & ab inferis reductus sublimatus est, ut federet cum principe patre, & solum gloriae teneret. Extunc enim intonuit super aduersarios suos, magno & terribili tonitru euangelij, & vsque in finem seculi tonare non desinit, quemadmodum & Apostolus dicit, Reuelatur enim ira dei de caelo super omnem

AAa iij

omnem impietatem & iniustitiam hominū, eorum qui veritatē dei in iniustitia detinent. Et reliqua. Hinc illud est, quod & propheta præcinit, Et innotuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas & dissipavit eos, fulgura multiplicavit, & turbavit eos, &c. Nouissimus tonantis motus magno & irreuocabili fulmine formidantes aduersarios seriet. Dicit enim eis, qui à sinistris erunt, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. [Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.] Tanquam diceret. Ista quam prædixi superbiorum & humilium discretio, nondum apparet. Nondum enim omnis egenus & pauper solum gloriæ tenet, nec in tenebris conticuit omnis impius, nec in præsentī vita dominum formidant omnes aduersarij eius. Imo e contrario, tanta securitate nunc impij viuunt, & super humiles extolluntur, vt penè moueatur humilis adhuc infirmus, Nam ipse est, qui vel cuius ex persona propheta in psalmo loquitur, Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelauī super inimicos pacem peccatorū videns, & reliqua. Ergo distinctio nondum apparet, sed non sit tibi curæ. Nam dominus iudicabit fines terræ. Nunc interim vitia terræ dissimulat, quia videlicet non statim superbiam terræ ubi incipit, iudicat aut punit, sed certē fines eius iudicabit. Nam pius conditor mala hominum & per suam patientiam tolerat, & per aliquorum quandoque conuersionem relaxat, vt vel sero redeant, & hoc ipsum saltem, quod dñi expectati sunt, erubescant. Superbientem terrā quæ diuitias bonitatis eius contemnit, & ignorans expectantem se patientiam dei, thesaurizat sibi iram secundum duritiam suam & cor impoenitens, certē tandem in fine iudicabit in die iræ & reuelationis iusti iudicij sui, in quo reddet vnicuique secundum opera sua. Et dabit, inquit, imperium regi suo. Regi inquam suo scilicet Christo. Sequitur enim, Et sublimabit cornu Christi sui. Huic regi imperium dabit, & cornu eius sublimabit, in eo videlicet, vt omnia sub pedibus eius subiecta sint. Futurum inquit Apostolus, de quo loquitur, Nam necdū videmus ait, omnia subiecta esse ei. Dabit autē secundum humanitatem habenti omnia secundū diuinitatem, dabit inquam per passionē obedienter promerenti, quā admodū deūctā morte iam emeritus dicit, Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Sublime cornu eius Apostolus insigniter eloquens dicit, Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestrium, & infernorū, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Quomodo peccabant filij Heli, & quod peccantibus sacerdotibus viris, puer Samuel ministrabat ante dominum. & quam legē præuāricatus sit Heli nimis molliter & tenere submonendo filios suos & dicendo: Nolite filij mei.

CAP. VI.

**P**er autem Samuel erat minister in conspectu domini ante faciem Heli sacerdotis. Porro filij Heli, filij Belial, nescientes dominum, neque officium sacerdotum ad populum, sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis, dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem vel in caldarium aut in ollam, siue in cacabum, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi, &c. Triascelera filiorum Heli scriptura præsentat, propter quæ & nominat eas filios Belial. Primum iam in eo est, quod ait, & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sibi sacerdos. Nō enim quidlibet secundum legem sacrificij, sed certas quasdam portiones debebat sacerdos tollere sibi, scilicet pectusculum & armum dextrum, pectusculum inquam eleuationis, & armum separationis, quemadmodum in Leuitico & in Exodo plenius dicit. Secundū illorum peccatum est, in eo quod sequitur. [Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem vt coquam sacerdoti. Non enim accipiam a te carnē coctam, sed crudam. Dicebatque illi immolans, Incendatur primū iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desiderat animā tuā. Qui respondens, aiebat ei. Nequaquā. Nunc enim dabis. Alioquin tollam vi.] Rectē dicebat immolans. Incendatur primū adeps, quia videlicet adipem hostiæ prius incendi mos erat ex præcepto legis domini. Tertiū illorum peccatum erat [quod dormiebant cū mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi. Dormisse eos dicit Hebræi cū mulieribus, eo quod post menstrui tēpus aut partus nō impleto secundum legis præceptū sacrificio, suadebant eas ad viros suos redire, eisq; cōmisceri. Et dormire ideo dicuntur quia eas dormire cum viris suis, contra legis præceptum faciebant. Vndē idē Heli post paululū ait. Non est enim bona fama quā ego audio, vt transgredi faciatis populum domini. Transgressionem faciebat populus, quia sacrificio non ritē peracto, vxoribus suis iungebantur. Sicut enim vi extorquebant carnes ab immolante, ita etiā extorquebant ab offerente, & idcirco sicut in auferendis carnis faciebant homines detrahere sacrificio domini, ita quoque nihilominus in coniungendis vxoribus transgredifaciebant populum dei, [Samuel autem, inquit, ministrabat ante faciem domini puer.] Ac si apertē diceretur. Sa-

cerdoti.

cerdotibus viris contemptibile sacrificium domini reddentibus, reliquus hic erat vnus puer, de quo tanquam paxillo modico tota penderet restitutionis spes, in quo dominus iniuriā patriens, aliquas honoris sui reliquias appenderet. In peccato filiorū tam grandī pater sacerdotum princeps, qui & ipse iudicabar Israel, nō paternā pietatem, sed zelo dei percitus, iudiciariam exercere debuerat seueritatem. Iusserat enim lex, vt in causa iustitiæ, nec pater filio parceret. Si, inquit, genuerit homo filiū contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coactus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portā iudicij, dicentq; ad eos, Filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, comestationibus vacat & luxuriæ atque conuiujs. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malū de medio vestri, & vnuerfus Israel audiens, perterritus. Quanto magis homo sacerdos, in huiusmodi leuicis affectibus carnis, filios suos ignorare, & domesticum malū viriliter amputare debuit. Nam itē dixerat Moyses in benedictione Leui. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquiū tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua o Iacob, & legem tuam o Israel. Ponent thymiam in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. At ille nulla læuens magistri disciplina, solasq; patrias seniles balbutiens blanditias. [Nolite inquit filij mei. Non est enim bona fama quā ego audio, vt transgredi faciatis populū domini.] Nec verò ille per ætatem ad infantiles redierat ineptias, potiusq; per negligentiam crimina fouebat, quā non habendo intelligentiam. Dixit enim ibidē sapientibus, dignē audiendā grauē & maturam sententiā. Si inquit peccauerit vir in virum, placari ei potest deus. Si autē peccauerit in deum vir, quis orabit pro eo? Non inquit eo modo in virum quo in deum peccatur, quia in virum peccare peccatum, qualecunque est, leuiorq; remissio, in deum verò peccare, id est, ab eius cultu recedere, impietatis peccatum est, difficiliorq; remissio. Et quoniam cum in virum quis peccat placato sibi viro facit sibi virum placabilem, in deum autem cū quis peccat, quis orabit pro eo? Ac si dicatur. Per quē deum sibi in quem peccauit, propitium facere potest? Igitur qui iudicaret rectē & opportunē, ab ipso domino sua suscepta est causa, taliterq; ab illo tam in patrem quā in filios iusta deprompta est sententiā.

De viro dei qui venit ad Heli, quæ & qualia prædixerit ei, & de sermone domini ad Samuelem super Heli.

CAP. VII.

**V**enit autem vir dei ad Heli, & ait ei, Hæc dicit dominus, Nunquid non apertē reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eū ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem? &c. Hunc virum dei Iudæi Phinees dicunt fuisse, quem & Heliam autumant. Reuelatus verò fuisse dominus dicitur domui patris eius, id est Aaron in eo loco ubi ait, Dixit dominus ad Aaron, Vade in occursum Moysi in deserto. In hoc loco primum ei dominus reuelatus dicitur. In sacerdotem verò electus est ex omnibus tribubus Israel, sicut habes in Hellesthor & Vageera. Quod verò ait, venit vir quidam dei ad Heli, &c. quæ sequuntur ante tēpus Helchanæ dicta fuisse arbitratur, sed hic ob gloriam Samuelis interposita dicuntur, [Ecce dies veniunt, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui.] Brachium arcam vocat & dignitatem sacerdotij vt non sit senex in domo tua. Senem sacerdotem magnum dicit. [Et videbis æmulum tuū in templo in vnuerfis prosperis Israel.] Aemulus domus Heli Sadoch sacerdos extitit, qui electo Abiathar a Salomone sacerdotiū suscepit, sicut in Malachim legitur, Projecitq; Salomon Abiathar ne esset sacerdos domini, vt adimpleretur verbum domini quod locutus fuerat dominus ad domum Heli. [Veruntamen non penitus auferam virum ex te ab altari meo, sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua.] Ideo se dominus non penitus ablatum ex domo Heli, virum ab altari suo dicit, vt semper de domo Heli esset in domo domini vir, qui in dignitate sacerdotij alium substitutum videret, vt se eadem dignitate priuatum videns, oculi eius deficerent, & anima eius tabesceret. Vndē & in subsequētib; dicitur. [Veniat vt adoret eum,] Id est, sacerdotem magnum. [Et accipiat ab eo nummum argenteum, & tortam panis, dicatq; Dimitte me obsecro, ad vnam partem sacerdotalem, vt comedā buccellam panis.]

Accessit ē vidēdo Samuel puer testis alius, miro & magifico ordine probatus, videlicet prius a deo commendatus, quā sibi ipsi vel hominibus notus. Sic diuinitus procuratum est ob cōmendationem prophetæ fidelis, vt magnus sacerdos prior quā puer, ipse vocationem ipsius a deo factā intelligeret, quemadmodū scriptura dicit. [Intellexit igitur Heli, quia dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelem, Vade & dormi. Et si deinceps vocauerit te, dices, Loquere domine, quia audit seruus tuus.] Et ita factū est. Et euenit sermo Samuelis non solum Heli, sed & vnuerfo Israeli. Sermo enim eius fuit, ad vnuerfum Israel, quod percutiendū essent a Philistæis propter peccata filiorum Heli, quæ sermonem euentus rei postea probauit.

AAa iij

Pugnauit.

Deut. 21.

Deut. 32.

Exod. 4. Exo. 23. 29. Leuit. 9.

Reg. 2.

CAP. 111.

Infra cap. 4. Pugnantes Philisteis, facta est plaga magna nimis, & ceciderunt de Israel triginta milia peditum, & arca dei capta est. Duo quoque filii Heli mortui sunt, Ofni & Phinees. Porro ipse pater Heli senex & grandævus, accepto tristi nuncio, cecidit de cella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus, mortuus est. In omnibus historiis planam tenemus, mysteria requiramus.

De eo quod dictum est: Filij Heli, filij Belial, nescientes dominum: quod Heli veteris sacerdotium, & duo filij eius, eiusdem temporis duo pontifices, Annam & Caypham significent.

CAP. VIII.

**H**lij, inquit, Heli, filij Belial nescientes dominum, neque officium sacerdotum ad populum, & reliqua. Heli senex & grandævus, significat sacerdotium vetus. Immo veterosum & inueteratum, quale tunc temporis extitisse cognoscitur, quando cum illo & cum templo veteri ruituram ciuitatem Hierusalem, fleuit dominus Iesus. Porro duo filij Heli duos eiusdem temporis pontifices significant, Annam & Caypham, reuera nescientes dominum, neque officium sacerdotum ad populum, filij tamen Heli, quod interpretatur deus meus. Nam in isto quidem nomine gloriabantur, ut de deo patrum suorum dicerent, deus meus, deus meus, sed ita deum labijs honorantes, corde inhonorabant, & operibus, quemadmodum in euangelio illis impropert dominus. Quare, inquit, vos transgredimini mandatum dei propter traditionem vestram? Nam deus dixit, Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri & matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicumque dixerit patri vel matri, munus quodcumque est ex me tibi proderit, & non honorificauit patrem suum, ac matrem suam. Et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Et continuo, Hypocritæ bene prophetauit de vobis Elaias, dicens. Populus hic labijs me honorat, cor autem illorum longe est à me. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata hominum. Interpretatur autem Ophni quidem discalciatus, Phinees os requieuit. Quibus nominibus recte prædictorum pontificum, Annæ & Cayphæ, vitia denotantur, qui ore quidem post dominum quiescebant, operibus autem discalciati erant, id est gloriabantur in deo tanquam filij Heli ore dicendo, deus meus deus meus, operibus autem illum negabant. Non enim expeiebant id quod doctoribus & sacerdotibus erat legitimum, scilicet hostiæ pectusculum, & armum dextrum, sed omne inquit, quod leuabat fuscina tollebat sacerdos sibi. Videlicet non exigebat, ut quisquam reuelaret domino viam suam, pura cordis confessione, ac deinde faceret fructus dignos penitentiae, quod esset prius pectusculum, ac deinde armum dextrum ab offerente accipere, sed toti intendebat ad satisfaciendum auaritiæ suæ, quod erat quasi carnes expiscari qualescumque poterat fuscina siue tridente, quo bene exprimitur vncus auaritiæ. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis & tollebat carnem coquendam sacerdoti. Nimirum peccata populi quæ per adipem hostiæ intelliguntur, nequaquam dignæ orationis incendio concremabant, & tamen pro ipsis peccatis mercedem non solum accipiebant, verum etiam emeriti mercerarij siue operarij per vim extorquebant. Vnde & illud contra eos propheticum oris domini impropertium, Peccata populi mei comedent. Caterum qui de incendiando prius adipe curant, recte postea de carne sibi coquenda pertractant, quia videlicet qui pro peccatis hominum digne intercedunt, iuste mercedem suam accipiunt, & ita seruientes altari legitime de altario viuunt. Nihilominus & dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium tabernaculi, quia videlicet traditiones docebant suas, non dei, quod erat adulterino concubitu cum animabus deum querentibus nefarie permisceri. Qui enim seipsum magis quam deum commendat, qui non dei, sed suam doctrinam seminat, recte de illo dicas, quod cum animabus obseruantibus ad ostium tabernaculi cœlestis dormiat, quod peccatum ut verum adulterium, cœlestis iudicium condemnat. Nam si peccauerit inquit vir in virum, &c.

Quod vir dei, qui ad Heli locutus est, mystice sit vniversus prophetarum chorus, qui acerba occurssione veteris sacerdotij proterit confidentiam.

CAP. IX.

**V**enit autem vir dei ad Heli & ait ad eum, Hæc dicit dominus. Nunquid non aperte reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum & adoleret mihi incensum, & portaret Ephod coram me, & dedi domui patris tui, omnia de sacrificijs filiorum Israel. Hic vir vnus mystice vniversus est prophetarum chorus. Nam etsi prophetae multi sunt, sed vnus est de sermo in ore omnium. Nunquid non aperte, inquit, reuelatus sum domui patris tui? Ac deinceps. Propterea ait dominus deus Israel, Loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo vsque ad sempiternum. Nunc autem dicit dominus, Absit hoc à me, sed quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Grauiissima nimirumque acerba occurssione sacerdotij veteris, inordinatam proterit confidentiam. Tanquam diceret, Ecce vos dicitis, ecce vos in verbis mendacij confiditis dicentes, dominus

dominus dixit, dominus locutus est, dominus promisit ac pollicitus est Aaron, ut ministraret domus illius in conspectu eius vsque in sempiternum. Non est deus quasi homo ut mentiar, nec ut filius hominis ut mutetur. Dixit ergo & non faciet, locutus est & non implebitur. Agamus ut volumus, viuamus ut libet, immutabilis est, sacerdotium nostrum manet, mutari non licet. Ad hæc inquam, vobis licebit, vobis pulchrum erit, immutare & præuaricari legem, quam professi estis, mihi autem sententiam meam mutare non licebit. Propterea dico. Ego quidem loquens olim sic, & sic locutus sum, sic & sic pollicitus sum. Nunc autem dico, absit hoc à me. Quoniam mutati estis, mutabor & ego. Quoniam peruersi estis, peruertar & ego. An frustra mihi scriptura dixerit, Cum sanctis sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris? Absit inquam hoc à me, ut quia loquens locutus sum, idcirco debeam domum patris tui glorificare vsque in sempiternum. Dura, improba, damnoisa mihi ista est conditio, ut videlicet idcirco debeat quæque glorificare lege debiti, quod de domo patris tui sit. Sed quid? Quicumque honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles, quacumque ex domo, quacumque ex gente sint, siue Iudæus ille, siue Græcus sit, qui me honorificauerit, glorificabo eum, glorioso regno, glorioso sacerdotio, faciatisque omnes regnum & sacerdotes deo & patri meo. Siue Iudæus ille, siue Græcus sit, qui me contempserit, erit ignobilis, neque rex neque sacerdos esse poterit. Hæc mihi conditio, hæc mihi seruanda vicissitudo est. Accipito ut ius & dicitis, quia promissionis fidem irritam fecerim. Tu homo quis es, ut respondeas deo? Quid ille olim ego locutus sum, hæc præsens loquela mea stabit, ut facilius cœlum & terra, quam hoc verbum meum transire possit.

Quod dies isti iam venerunt sacerdotio Iudæorum, de quibus dictum est: Ecce dies veniet, & præcidam brachium tuum, sacerdotio Iudæorum tristes & amari, sacerdotio autem Christi ecclesia læti & iucundi.

CAP. X.

**E**cce dies venient & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua, & videbis æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Dies isti iam venerunt & nunc sunt, sacerdotio Iudæorum & domui Aaron tristes & amari, sacerdotio autem ecclesie læti & iucundi. Præcisum est brachium Iudæorum, quia caro erat, præcisum est brachium domus Aaron quia non domini, sed hominis brachium erat. Maledictus vir, inquit propheta, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, ut à domino recedat cor eius. Confidebant in homine, gloriando videlicet, non in fide, sed in carne Abrahæ, posuerant carnem brachium suum, ut à domino recederet cor eorum, superbiendo in sacerdotio Aaron, & crucifigendo illum quem præfigurabat Aaron. Templum inquit domini, templum domini, templi domini est. Sed ecce spelunca latronum, ait dominus, facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris. Vbi nunc illud templum, imo vbi nunc illa spelunca latronum? Vbi nunc sacrificia filiorum Aaron, sacrificia taurorum & hircorum & agnorum & arietum? Præcisum igitur est brachium Heli, præcisum est brachium sacerdotij veteris, ut iam in domo eius non sit senex, non iam nominetur in domo Aaron, magnus sacerdos, summus pontifex.

Et videbis ait æmulum tuum in templo in vniuersis prosperis Israel. Quis iste æmulus est, cui sacerdotium veteris inuidet, nisi ille, de quo propheta, iurauit, inquit, dominus & non perirebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech? Grandis iste æmulus est, in quem cum sit de tribu Iuda, de qua nullus altari præsto fuerat, translato sacerdotio, legis quoque translatio necessario facta est. Istum Iudæum sacerdos iam spoliatus egero oculo videri in illo templo quo totus orbis contentus est, in illa ecclesia quæ toto orbe terrarum diffusa est, videri inquam illam in vniuersis prosperis Israel, nam vniuersa quæ de illo sunt prospera & pacifica vero sunt Israel, quemadmodum in alio psalmo præcantauit idem propheta, Intende prospere, procede & regna. Veruntamen non auferam virum penitus ex te, ab altari meo, sed ut deficiant oculi tui, & tabescat anima tua, & magna pars domus tuæ morietur, cum ad virilem ætatem peruenerit. Secundum hæc & Apostolus dicit, Nunquid reppulit deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, ex tribu Benjamin. Non reppulit deus plebem suam quam præsciuit. Ac deinceps. Sic ergo & in hoc tempore, reliquæ secundum electionem gratiæ dei salutæ factæ sunt. Veruntamen ego inquit, non auferam virum penitus ex te, ab altari meo. Sed quid? Ut deficiant inquit oculi tui, & tabescat anima tua. Deficiant inquam oculi tui, quemadmodum idem Apostolus dicit, Dedit illis spiritum com-punctionis, oculos vt non videant, & aures non audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid, dicit, Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Et post aliqua, Nolo enim ignorare vos fratres mysterium hoc, ut non litis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret.

Et pars



Et pars magna, inquit, domus tuæ morietur tunc, quod maioris miseræ est, cum ad virilem ætatem peruenerit, id est, cum plenitudo temporis aduenerit, morietur inquam, non solum gladio maligno, qui animam à deo dirimat, sed etiam gladio Romano, qui animam à corpore diuidat. Et suscitabo, inquit, mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum & animam meam faciat, & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus, Sacerdos iste fidelis Christus intelligitur, qui & per nomen Sadoch, de quo superius secundum litteram diximus, rectè signatur. Interpretatur enim iustus. Iustus autem & veraciter sanctus sacerdos vel pontifex ipse est, quem admodum dicit Apostolus, Talis decebat ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, &c. Igitur suscitabo mihi, inquit, sacerdotem fidelem, fidelè inquam, qui semetipsum fideliter offerat non habens necessitatem quotidie, quem admodum sacerdotes prius, pro suis delictis hostias offerre, qui iuxta cor meum & animam meam faciat, id est, non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, quorum ego neque carnem manducabo, neque sanguinem potabo, sed per proprium sanguinem introeat semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Domus autem fidelis quæ ædificatur ei ecclesia est, quæ ex fide uiuit. Aedificatur inquam ei, uidelicet per sacramentum sanguinis & aquæ, quod de latere eius manauit, quem admodum in typum eius mulier de costa uiri in primordio fabricata est. Hæc domus ædificata, ambulabit, inquit, coram Christo cunctis diebus, quia uidelicet tota Christi domus, tota ecclesia, genus sacerdotale est, & hæc proficendo de uirtute in uirtutem, ambulat coram Christo cunctis diebus. Futurum est autem ut quicumque remanserit in domo tua, ueniat ut oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatque, Dimitte me obsecro, ad unam partem sacerdotale, ut comedam buccellam panis. Quis est qui remansit in Domo Heli, in domo sacerdotij Iudaici, nisi is qui perditioni gentis illius, per gratiam electionis superstes esse potuit vel poterit? Nam & scriptura dicit, Si fuerit numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquæ conuertentur ex eo. Planè ergo quicumque remanserit, id est, quicumque de populo isto ad vitam præordinatus fuerit, ueniet ad sacerdotem æmulum, ueniet non ad synagogam, sed ad ecclesiam sacerdotium, nunc sibi inuisum, ut oretur pro eo, ut per eiusdem ecclesie sacramenta reconcilletur deo. Offeret nummum argenteum, & tortam panis, id est, lucidum sicut uerbum, & opera dilectionis, dicetque, Dimitte me obsecro ad unam partem sacerdotalem, ut comedam buccellam panis, dimitte inquit me ad unam quamlibet diuisiuam euangelicæ gratiæ donatione, ut in unitate corporis ecclesie, comedam buccellam panis uiui, qui de cælo descendit, buccellam corporis Christi filij dei, in quo solo uita est, sine quo nemo uiuit.

Quod puer Samuel alius testis contra sacerdotem accessit, & quod dictum est. Nec poterat videre lucernam dei antequam extingueretur.

CAP. XI.

CAP. III.

Ver autem Samuel ministrabat domino coram Heli, & sermo domini erat pretiosus. In diebus illis non erat visio manifesta. Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in lecto suo & oculi eius caligauerat, nec poterat videre lucernam dei, antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo domini, ubi erat arca dei. Et uocauit dominus Samuel, &c. Ad confirmationem sermonis superioris hic alius testis, puer Samuel accedit, ut iuxta legem quam deus ipse populo præscripsit, non vnus tantum, sed duo starent testes contra sacerdotem pigrum & segnem magis quam piùm, suorum uidelicet magis quam dei amatores filiorum. Plana res gesta est. Puerum dormientem dominumque necdum scientem, cui necdum reuelatus fuerat sermo domini, dominus tertio uocando excitauit, &c. in illum suæ moderatus est gratiam uocationis, ut prius is, contra quem mittebatur, uocatum illum esse à domino sciret, quam ipse qui uocatus est. Sicque factum est, ut is qui uisionem indicare timuisset, celare non auderet, tacere non posset. Sanè quod dictum est, nec poterat uidere lucernam dei, antequam extingueretur, uarium sensum habet. Nam alij sic distinguunt. Et oculi eius caligauerant, nec poterat uidere. Et postea inserunt. Et antequam lucerna domini extingueretur puer Samuel dormiebat in templo domini, ubi erat arca dei. Intelligi autem hoc modo uolunt. Dormiebat in templo antequam lucerna dei extingueretur, id est, antequam lux diurna fieret quando eadem extinguenda erat lucerna. Sic enim à domino per Moysen iussum erat, ut eadem lucerna luceret usque mane. Sicut est illud in Leuitico, Præcipe autem dominus filiis Israel ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum, pilocum contusum ut ardeat lucerna semper in tabernaculo domini, & collocabit eam Aaron & filij eius, ut usque mane luceat coram domino. Alij uero, Nec poterat uidere lucernam dei, antequam extingueretur. Est et sensus, Ipse qui propriæ uitæ meritis, & dignitate sacerdotij lucerna dei erat, antequam pro peccato filiorum, lucida dei gratia priuatus extingueretur, non poterat uidere, sicut in mente præinordinato filiorum suorum amore, ita & in corpore præ nimia senectute caligauit, & non ualens uidere. Porro alij simplicius, Nec poterat uidere lucernam dei antequam extingueretur, id est, adeo caligauerat oculi eius,

eius, ut lucernam in templo clarè ardentem uidere non posset, quo dicto intelligitur, quod ne paruas quidem in oculis reliquias luminis haberet ualde senex. Sed iam spiritualium mysteriorum uela pandamus.

Quid sit mysticè quod puer Samuel dormiebat, & sermo domini erat pretiosus, id est, rarus & quomodo uenerit dominus mysticè & Samuelem nescientem tertio, quarto autè scientem iam uocauerit ille.

CAP. XII.

Ver Samuel dormiebat, quia uidelicet perituro carnali Iudæorum sacerdotio, sermo propheticus conticuerat. Iam enim multis diebus ante Christi aduentum, propheta non fuerat uisus in Israel. Sed & qui dudum missus & scriptus fuerat sermo propheticus, quasi sub clauibus dormiebat, clauim quippe scientiæ scribæ & pharisæi tulerant, nec ipsi introeuntes, nec eos qui uolebant introire permittentes. Ergo puer Samuel dormiebat, & sermo domini erat pretiosus, id est, rarus. Rarus enim & penè nullus erat, qui sermonem domini uolentibus audire loqueretur. Sed uenit dominus, & stetit & uocauit Samuelem, excitauit dormientem. Quando uenit dominus, & stetit, nisi quando de cælis deus descendit, ut factus homo staret pro nobis? Tunc uocauit Samuelem, tunc propheticum excitauit sermonem, hæc uenit dormientem. Excitauit, inquam, puerum suum, excitauit in puero præcurlore sermonem suum, in eo uidelicet puero cui gloriose concinitur, Tu puer propheta altissimi uocaberis, præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Tertio illum nescientem uocauit, priorque ipso sacerdotij ueteris minister Zacharias pater eius uocationem illam intellexit. Primo enim angelus illum ex nomine nuntiauit. Secundo, ad salutationem Mariæ clausum adhuc in uero matris exultatione, & gaudio concussit. Tertio iam nato, per os patris officium suæ præcursoris edixit, tu quoque propheta altissimi uocaberis. Igitur sacerdos Heli destitutus, puerum uocari prior à domino intellexit, quia sacerdos officij carnalis Zacharias, magni prophete uocationem ipso prior intellexit & enuntiauit, iustus quidem in persona sua, apud deum & homines, sed eius sacerdotij minister, quod protinus destituendum esset, sicut in isto sacerdote Heli præfiguratum esse, iam dictum est, & adhuc dicendum est. Quarto tandem iam sciens uocationem suam puer Samuel, uenienti domino, & uocanti sicut uocauerat secundo, [Samuel Samuel,] Loquere ait domine, quia audit seruus tuus. Et dominus, ecce, inquit, ego faciam uerbum in Israel, quod quicumque audierit tinnient auribus eius. In die illo suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius. Incipiam & complebo. Prædixi enim ei, quod iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatem eius, eo quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Idcirco iurauit domus Heli, quod non expiaretur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usque in æternum. Quid ad hæc ille? Non utique confurrexit sicut Moyses, ut deum teneret, ea uirtute, qua teneri ipse uult, & teneri potest, ut stando in conspectu eius, in contractione cordis oratio, iram eius à domo sua auerteret. [Sed dominus, inquit est, quod bonum est in oculis suis faciat.] Paulo melius atque consultius Achab, licet aliàs impius, qui cum audisset sermones domini in Helia, dicentis, Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingenitè ad parietem, & cætera, cum, inquam, audisset sermones istos, scidit uerba sua, & operuit ciliatam carnem suam, ieiunauitque ac dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Idcirco ille quidem in diebus suis non uidit inductum domui suæ malum, hic autem & uidit, & ipse sustinuit, cecidit enim audito tristis nuntio, & fractis ceruicibus mortuus est. Nunc ad superiora redeamus. Loquere, inquit, domine, quia audit seruus tuus &c. Planè iuxta hanc normam prædictus ille prophetarum maximus, primo, per angelum ex nomine nuntiatus, deinde ad uocem saluantis Mariæ gaudio concussus, tertio prophetica, ut supra dictum est, patris uoce declaratus, quarto tandem iam scienter in deserto audiuit, quod dominus loqueretur. Imò & orans ut dominus loqueretur, signum accepit ueritatis ac iusti sacerdotis, adijciente sibi deo, super quem uideris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est, qui baptizat in spiritu sancto, simulque uerbum accepit quod loqueretur contra uetus sacerdotium, imperante domino. Factum est enim (inquit Lucas) uerbum domini super Iohannem Zachariæ filium in deserto. Ac deinceps, iam enim securis ad radicem arboris posita est. Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Hæc enim contra sacerdotium illud Leuiticumque ministerium dicta esse, Matthæus euidentius insinuat. Videns, inquit, multos Pharisæorum, & Sadducæorum uenientes ad baptismum suum, dixit eis, Progenies uiperarum, quis demonstrauit uobis fugere à uentura ira? Ac deinceps, iam enim securis ad radicem arboris posita est, Pharisæi namque sacerdotes uel clerici erant Iudæorum. Igitur tunc domui Heli iurauit dominus, quod non expiaretur iniquitas domus eius uictimis & muneribus usque in æternum, quando per hunc enuntiauit securim positam esse ad radicem arboris,

arbōris, dignum poenitentiae fructum non facientium, videlicet maxime pharisaeorū, in templo dei, sub nomine sacerdotij latrocinantium.

*De pugna male gesta contra Philistijm, & de vana leuitate qua dixerunt. Afferamus ad nos arcā domini sedentis super Cherubin, & quid significauerit lapis adiutorij. Cap. XIII.*

**CAP. XIII.** **E**T factum est in diebus illis conuenerunt Philistijm in pugnam. Egressus est namq; Israel obuiam Philistijm in pugnam, & castrametatus est iuxta lapidem adiutorij. Et reliqua. Narratione hac mox subsecutura, praemissum est. Et addidit dominus vt appareret in Sylo, quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Sylo iuxta verbū domini. Et est sensus, Dominus, quoniam reuelatus fuerat Samueli in Sylo, dictis addidit, vt appareret itidē in Sylo, iuxta verbū suū factis, ita vt non caderet ex omnibus verbis eius in terram, vt cognosceret vnuerfus Israel a Dan vsq; ad Bersabee, quōd fidelis Samuel propheta esset domini. Ita planē ex omnibus verbis prophetae, & plus q̄ prophetae Iohannis, non cecidit verbū in terram. Respiciamus ad dies illos, in quibus non iam Philistijm, sed qui per Philistaeos hoc loco rectē figurantur, Romani conuenerunt in pugnam. [Dixerūt, inquit, maiores natu de Israel, Quare percussit nos hodie dominus coram Philistijm? Afferamus ad nos de Sylo arcā foederis domini, & veniat in mediū nostrū, vt saluet nos de manu inimicorū nostrorum. Misit ergo populus in Sylo, & tulerunt inde arcam foederis domini exercitū, sedentis super Cherubin.] Praesumptio stulta & vana, quae tunc decepit improvidos, & iustitiae dei ignarus, ipsa eadem decepit illos, quādo clausi obsidente exercitu Romano, tumultuabantur & vociferabātur confidentes, vt historiae tradunt, q̄ nequaq; toleraret deus priuari se illo pulchro tēplo, illo pulchro & auro sanctuario, cuius vanitatis respectu nota q̄ acutē, q̄ mordaciter cū praemissum esset, & tulerunt inde arcā foederis domini exercitū, continuo subiunctū est, sedētis super Cherubin. Hoc quippe nō pro suo sensu, sed pro illorū notabili vanitate scriptura dixit, Quid enim stultius ac vanius? Nūquid super illos Cherubin quos fecit Moyses, imo quos Beseleel ille faber cum socio suo Ooliab fudit, aut fabricauit, sedebat dominus exercituum captus vel delectatus pulchritudine auri, & non potius super homines, vel super sanctos angelos sedet plenus scientia dei secundū nomen Cherubin? Igitur eadem hic & illic vanitate decepti sunt, dum pro aureis caelestis sanctuarij simulachris, diuinum sibi quasi debitū arrogānt adiutorium, vnde & falsi sunt, merādo castra iuxta lapidē, postea dictum lapidem adiutorij. Nā & tunc praesagio suo frustrati sunt, & nunc eius lapidis non habere adiutorij, quē in malum sibi metipsis reprobauerunt, iuxta quod scriptura dicit, Lapidē quē reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli. Et tunc quidē sacerdotis vnius Heli domus vna concidit, ipso quoq; corruente, fractisq; ceruicibus moriente, nunc autē tota gens captiuata est, tota ciuitas cū tēplo suo funditus in fauillas disperijt, sacerdotio quoq; illo cadente, sumq; opprobriū per oēs gentes circumferente, quia pollutū, sordidatū, imo & eiecū est, eodē quo viuimus, quo redempti & emundati sumus nos credentes Christi sanguine.

*Quid significet mysticē, quod ab isdem arca dei capta sit, a quibus victus est Israel, & quod cecidit Dagon truncatus coram arca domini, & quod percussit illos dominus in posteriora. Cap. XIII.*

**Colof. 1.** **S**ed & arca dei capta est. Vt iam euangelicam legis prosequamur intelligentiā, eisdē Romanorū armis, eisdem imperatorū gladijs, quibus ille populus obfessus, concisus, & in omnes gentes captiuus ductus est, eisdē in quā, ecclesia dei, quae est corpus Christi capta, & ab eisdē persecutionē passa est. Pandamus gloriosi vela nauigij, & cursum percurramus intelligentiae spiritualis. [Philistijm autem tulerunt arcā dei, & asportauerunt eam a lapide adiutorij in Azotum. Tuleruntq; Philistijm arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumq; surrexissent diluculo Azotij, altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terram ante arcā dei. Et tulerunt Dagon, & restituerunt eū in loco suo. Rursumq; mane die altero con surgentes inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam, in terra coram arca domini. Caput autē Dagon, & duae palmae manuum eius abscissae erant super limen. Porro Dagon truncus solus remanserat in loco suo.] Grande spectaculum, grande miraculum. Translata ab Israel gloria domini, capta ab allophylis arca domini, victoriā de victoribus versa vice exigit, primumq; in deum ipsorū Dagon, deinde & super homines aggrauantur manus domini. [Nam ebullierunt, inquit, villae, & agri, in medio regionis illius, & nati sunt mures & facta est confusio mortis magnae in ciuitate, & percussit in leteriori parte natium Azotum, & fines eius, & computrescebant prominentes extrales eorū.] Hoc Psalmista magnificē decantans, & excitatus est, inquit, tanq̄ dormiens dominus, tanq̄ potens crapulatus a vino, & percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis. Hoc quid portenderit, perspicuum est, Vbi enim supradicto modo concidit sacerdotij vetus cum terrena

terrena Hierusalem, & manufacto templo eius, tunc victoriosius pugnam inijt, cū dijs gentiū, arca domini quae est Christus dominus secundū compactum ex carne nostra corpus eius, sedens & manens in ecclesia sua, & ipsa quae est corpus eius, & plenitudo eius. Cecidit corā arca ista Dagon, cecidit inquam, corā illa omnis massa dæmonū, quae intelligitur per illud idolum, per hoc ipsum nomen Dagon. Interpretatur enim piscis tristitia, illum, vt supra dictum est significans, qui in mari est, cetum magnū Leviathan, serpentem veētē tortuosum. Cecidit hic talis Dagon corā arca domini tandē truncatus capite, & abscisus manibus, id est, sublatis a cultu eius regibus terrae & principibus, qui prius adstiterāt, & conuenerant in vnum aduersus dominū & aduersus Christum eius. Quid autē est, quod & percussit inimicos suos in posteriora, ita vt computrescerent prominentes extrales eorū, nisi quod illos qui victoriā eius recipere noluerunt, qui intelligentes virtutē dei, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, tradidit in reprobū sensum? Nā seximiae eorum (inquit Apostolus) mutauerunt naturalem vsum in eum vsum, qui est contra naturā. Similiter autē & masculi, relicto naturali vsum seximiae, exarserunt in desiderijs suis in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedē quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Dū enim huic vitio nequissimo, incredulos subdidit terribile iudicium domini, profecto percussit inimicos suos in posteriora & opprobrium sempiternū dedit illis. Quid autē sunt illi, qui ebullierunt, & terram demoliti sunt mures, nisi maligni spiritus, iustis quidē contemptibiles vt mures, peccatoribus autem terribiles vt leones?

*Quod vacca arcam domini portantes, praedicatores significant fideles in ecclesia, qui in dextera procedunt non declinantes ad dexteram neque ad sinistram. CAP. XV.*

**CAP. VI.** **Q**uo tandem modo victoria omnis peracta est? Duritia vtiq; & patientia praedicatorum secundum hoc miraculū, quod subiunctum est. [Tollentes (inquit) duas vaccas quae laetabant vitulos, iunxerunt ad plaustrū, vitulosq; earū concluserunt domi. Et posuerunt arcam dei super plaustrū, & capsellam quae habebat mures aureos, & similitudinē anorum. Ibant autē in directum vaccae per viam quae ducit Bethsamis, & itinere vno gradiebantur pergentes, & mugientes, & non declinabant neq; ad dexterā neq; ad sinistram.] Quid enim vacca nisi fideles quosq; in ecclesia signant, qui dum sacri eloquij praeccepta considerāt, quasi superimpositam domini arcā portant. De quibus hoc etiā notandum, quod fuisse sextae memorant, quia sunt pleriq; qui in via dei intrinsecus positi, foris carnalibus affectibus ligant. Sed nō declinant a recto itinere, quia arcā dei portant in mente. Ecce enim vaccae Bethsamis pergunt, Bethsamis quippe domus solis interpretatur. Et propheta ait, Vobis autē qui timetis dominū, oriatur sol iustitiae. Si igitur ad aeterni solis habitationem tendimus, dignū pro se ad est, vt de dei itinere pro carnalib; affectibus nō declinemus. Tota enim virtute pelandū est, quod vaccae dei plaustrū suppositae, pergunt & gemunt. Dant ab intimis mugitus, & tamē de itinere non retorquent gressus. Amorem quidē per compassionem sentiunt, sed colla posteriorius non reflectunt. Sic nimirū praedicatores sancti, sic fideles quicq; esse debent intra sanctā ecclesiam, vt cōpariantur proximis per charitatē, & tamen de via dei non exorbitent per compassionem. Arcā quippe vaccis superpositam Bethsamis pergere, est cum superna scientia, ad internae lucis habitaculū propinquare. Sed tunc verē Bethsamis tendimus, cū viam reſtitutionis gradientes, ad vicinā erroris latera, nec pro affectu pignorū declinamus. Sic namq; sic necesse est, vt incedere debeant, qui sacrae legis iugo suppositi, iam per internam scientiā arcam domini portant, quatenus per hoc quod propinquoꝝ necessitatibus condolent, a cōcepto reſtitutionis itinere non declinent. Quorum nimirum gratia mentem nostram tenere debet, sed reflectere non debet, ne haec eadem mens, aut si affectu non tangitur dura sit, aut plus tacta, si inspicitur remissa.

*Quid significet quod Bethsamitae videntes arcā domini, gauisi sunt, & quod vacca in holocaustum caesa sunt, & quod viri Bethsamitae percussi eo quod viderent arcam domini. CAP. XVI.*

**P**orro Bethsamitae metebant triticum in valle. Et eleuantes oculos viderunt arcam, & gauisi sunt cū viderent eam. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitae, & stetit ibi. Erat autē ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustrū, vaccaq; imposuerunt super ea holocaustum domino. Lapidē istum super quē concisus lignis plaustrū vaccas imposuerunt in holocaustum, Hebraei aram ab Abraham aedificatam intelligunt. Haec &c. [Quinq; satrapae Philistinorum viderūt, & reuerſi sunt (inquit) in Accharon in die illa.] Sic planē perseuerantiam praedicatorū, de quibus iam dictū est, principes idololatriae viderūt, quod scilicet nullis affectibus carnis reuocari potuerunt, quin etiam insuper corpora sua passionibus obijcientes in holocaustum domino obtulerunt, & tandem confusi a persecutionibus cellauerunt. [Hi autē sunt

Sunt autem aurei, quos reddiderunt Philistaei pro delicto domino. Azorus unum, Gaza unum, Asca-  
lon unum, Geth unum, Accaron unum. Et mures aureos secundum numerum urbium, &c.]  
Hoc urbium numero, quae anos aureos & mures reddiderunt, vniuersitas illorum significatur,  
qui quinque corporis sensibus, prius per fornicationem abusi, postea supradictas passiones  
ignominiae fugientes, peccata priora subsequenter bonis operibus redemerunt. Quod verum  
sequitur, [Et vsque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam domini.] Abel magnum  
ciuitas est in termino Israel. Abel magnum idcirco vocatur cum antea Bethsamis vocitata  
sit, siue propter luctum super vtriusque Bethsamitis ibi factum, siue propter distinctionem ciuitatis  
2.Re.10. Abel Bethmacha, de qua exclamauit mulier sapiens ad Ioab, dicens, Qui interrogant inter-  
rogent in Abela. Sic itaque intelligendum est, quod ab vrbe murata vsque ad villam quae erat  
sine muro & vsque ad Abel magnum, dederint mures. Super quem, id est, super luctum po-  
suerunt arcam dei, quae erat vsque in illam diem in Agro Iosuae Bethsamitae. Fuit igitur in  
agro illius, donec in Cariathiarim ducta est. [Percussit autem de viris Bethsamitis eo quod  
vidissent arcam domini, & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta milia ple-  
bis.] Hos septuaginta viros, iudices septuaginta Hebraei intelligunt, quorum merito & gloria  
2.Re.18. quinquaginta milia viri computantur, sicut de Dauid dicitur, quia tu vnus pro decem mili-  
bus computaris. Idcirco percussit eos, quia viderant arcam domini, quia curiose insperant,  
cum fuissent lege prohibiti, ait enim dominus in libro Numeri, Aaron & filij eius intrabunt,  
Num.4. ipsique disponent opera singulorum, & diuident quae portare quis debeat. Alij nulla curiositate  
videant, quae sunt in sanctuario, priusquam inuoluantur, alioqui morientur. Sic nimirum mi-  
lia multa de viris Bethsamitis, de viris domus solis, de viris ecclesiasticis, multa (inquam) mi-  
lia plebis, multos primates viros percussit iudicium domini & errare eos fecit, eo quod vidis-  
sent arcam domini, eo quod indigni non dilectionis studio, sed praesumptionis & curiositatis  
vicio, ausi fuissent in scripturis scrutari secreta diuinitatis, & facti sunt haereticarum, iudicante  
deo, superbos ad conspectum diuinitatis & veritatis non admitti.

De translatione arcae domini, quod nusquam legatur reducta in Sylo, per quod synagoga  
mystice intelligitur, & quod manserit in Cariathiarim, quo nomine significatur ecclesia  
gentium.  
CAP. XVII.

CAP. VII.  
ET factum est ex qua die mansit arca domini in Cariathiarim multiplicati sunt dies, Erat  
quippe iam annus vicessimus, & requieuit omnis domus Israel post dominum. [Vicesimo an-  
no peracto, translata est eadem arca a Samuele in Masfath, & de Masfath transtulerunt eam  
Samuel & Saul in Galgala. Inde translata est a Saul in Nob, de Nob in Gabaa. De Gabaa  
translata est a Dauid in domum Obeth Edom, de domo Obeth Edom transtulit eam Dauid in Sion,  
2.Reg.6. & de Sion transtulit eam Salomon in sancta sanctorum. Nusquam extunc in Sylo reducta fuisse le-  
2.Para.1. gitur, quia repulit & spreuit locum illum deus in typum videlicet synagoga, in qua quondam erat  
2.Reg.8. sanctuarium domini, sed repulsa & spreta est, & omne sanctum alio transmigravit. Quod pro-  
2.Para.5. pheta respiciens, & repulit, inquit, tabernaculum Sylo, tabernaculum suum ibi habitauit in ho-  
Psal.77. minibus. Sylo namque abruptio interpretatur. Quo nomine grauius eadem synagoga deno-  
Psal.131. tatur, pro eo videlicet, quia assistens aduersus dominum & aduersus Christum eius, Dirump-  
mus (ait) vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Manet autem nunc arca do-  
mini in Cariathiarim. Cariathiarim interpretatur ciuitas syluarum, quo nomine recte eccle-  
sia gentium designatur. Ipsa namque quondam erat sylua magna, bestiarum ferocibus, id est, ma-  
lignis spiritibus inhabitata & peruisa, nunc autem ciuitas est fide fundata, muro diuinitatis &  
angelorum praesidijs communita. Hic ergo manet, hic arca domini inuenienda est. Unde pro-  
pheta cum dixisset, Ecce audiuiimus eam in Ephrata, continuo subiunxit, Inuenimus eam in  
campis syluae. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco ubi steterunt pedes  
eius. Surge domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuae, & caetera. Haec plane di-  
xit gaudio dulci antonitus, quippe qui vouerat se, non daturum oculis suis somnum, & pal-  
pebris suis dormitationem, & requiem temporibus suis, donec inueniret locum domino, taber-  
naculum Deo Iacob, id est, donec sancto indicante spiritu quo in loco quiesceret sit dominus  
& saluator, & ubi tabernaculum suum tendere dignetur deus Iacob. Et subito irruente in se  
spiritu, Ecce (inquit) audiuiimus eam in Ephrata, eam, inquam, id est, arcam sanctificationis  
eius, compactam vel compingendam esse audiuiimus de carne virginis in Ephrata, haec est  
Bethlehem. Ac deinceps subiungens, Inuenimus eam (inquit) in campis syluae. Tanquam di-  
ceret, iam non inuenitur illic, ubi audiuiimus eam, iam non inuenitur in illa de qua processit  
gente, sed in gentibus quae prius fuerunt, tanquam syluae a bestiis, id est, malignis spiritibus  
possellae, nunc autem in modum camporum sepibus gratiae dei circumdatae, cultiles sunt &  
fecundae. Manet igitur arca domini nunc in Cariathiarim, & multiplicantur dies, dies in-  
quam sanctorum, dies virtutum, succrescitque in lucem multitudo gentium vsque ad tempus  
praesentis.

praesentium quo & reliquiae Sylo, id est, carnalis Israel saluandae sunt. Sicque requiescit omnis  
domus Israel post dominum, post dominum inquam, qui dixit, Tollite iugum meum super vos,  
& discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iuxta li-  
teram requieuit post dominum dicuntur, quia abiectis idolorum sordibus, domino se ad seruien-  
dum, toto corde tradiderunt, quod & in subsequentibus dicitur, [Abstulerunt filij Israel, Ba-  
alim & Astaroth, & seruiuerunt domino soli. Et conuenerunt in Masfath, hauseruntque aquas, &  
effuderunt in conspectu domini.] Hebraei tradunt quod coram domino in eadem aqua maledicta  
congesta sint, & sicut in lege mulier zelotypa hausta aqua probabatur, ita & hic idololatrae  
hac aqua probati sunt, hi videlicet, qui se idola coluisse penitus denegabant. Tradunt etiam, quod  
quicumque idololatra hanc aquam gustasset, labia eius ira sibi adhererent, ut nequaquam ea abinui-  
et idololatra separare posset. Hoc idololatra indicio deprehendebat, & interficiebatur. Quod  
sequentia demonstrant in eo quod ait, [Iudicauitque Samuel filios Israel in Masfath.] Iudicare  
in hoc loco idololatras secundum legem morti tradere intelligendum est. Dicunt etiam quod hoc  
modo Moyses idololatras qui sibi vitulum fecerant, probauerit, quando arripuit vitulum, & com-  
bussit, & contriuit vsque ad puluerem, & sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israel.

In quo peccauerunt postulant es reges, cum lex data non prohibuerit eos constituere regem,  
sed alterius gentis hominem.  
CAP. XVIII.

HAecenus imaginem sacerdotij transferendi, nunc velut in alia tabella, mysticis depictam  
figuris contemplerur imaginem regni Christi filij dei, quod destructo peccati regno,  
in salutem & libertatem nostram successit. [Congregati vniuersi maiores natu Israel,  
venerunt ad Samuel in Ramatha, dixeruntque ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in  
vis tuis, constitue nobis regem ut iudicet nos sicut & vniuersae habent nationes. Displicuitque  
sermo in oculis Samuelis, eo quod dixissent, Da nobis regem ut iudicet nos. Et orauit Samuel  
ad dominum. Dixitque dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quae loquun-  
tur tibi. Non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos,] & caetera. Primo iuxta lite-  
ram quaeritur, in quo populus regem sibi postulando peccauerit. Dicit enim lex, Cum in-  
gressus fueris terram, quam dominus deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisque in  
illa, & dixeris, constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, cum  
constitues quem dominus deus tuus elegerit de medio fratrum tuorum. Non poteris alte-  
rius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus, & caetera. Haec vtrique dicendo, non  
qualemcumque regem, sed alienigenam regem lex constituere vetuit. Quid ergo iuxta que-  
relae legislator habuit ut diceret, non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos? [Iuxta om-  
nia opera sua, quae fecerunt a die qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc, sicut dereli-  
querunt me, & seruiuerunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi.] Ad hoc facilis patet responsio,  
quia tempore importuno dixerunt, da nobis regem, ut iudicet nos, cum haberent iudicem  
iustum & regaliter iudicantem eos, non in ambitionis vanitate, sed in spiritu dei & sermonis do-  
mini veritate, de quo sciebant, quod fidelis esset, quemadmodum & superius de illo conte-  
stans scriptura dicit, Et cognouit vniuersus Israel, a Dan vsque Bersabee, quod fidelis Samuel  
propheta esset domini. In eo populus deliquit, quia regnantem super se sermonem domini,  
imo ipsum regem deum suum proiecit, sicut & postmodum Samuel ipse acriter inuectione dicit,  
[Vos autem hodie proiecistis dominum deum vestrum, qui solus saluauit vos de vniuersis  
malis & tribulationibus vestris, & dixistis, nequaquam, sed regem constituere super nos.] Quia  
plana historia est, nunc breuiter pauca, quae quaestione indigent perstringamus, & tunc de  
mum iuxta propositum, mysteria subtexamus.

De Saul, quomodo regnare coepit, & quod sic innocens videbatur, tanquam filius vnius  
anni, & quod in eadem innocentia, duobus annis regnauerit.  
CAP. XIX.

Dixitque Saul ad puerum, Ecce ibimus. Quid feremus ad virum? Non enim putabat Sa-  
ul sibi asinas a S A M V E L E aliter indicari, nisi pretio diuinationis. Ideo ait, Quid fe-  
remus ad virum? Festina nunc, hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificium est ho-  
die populo in excelso. Sacrificium in hoc loco prandium intelligitur, quod parauerat Samuel  
populo in Calendis. Et dimittam te mane, & omnia quae sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de  
asinis, quas perdidisti nudius tertius ne sollicitus sis, quia inuenta sunt. Erat in corde Saul sicut  
Hebraei tradunt, quod rex futurus esset, quia viderat per visum se in vertice arboris palmae  
collocari, quae visio signum regale erat. [Cumque abieris inde, & transieris vltra, & veneris ad  
quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad deum in Bethel.] Hi viri causa ora-  
tionis ibant in Bethel, ubi Iacob lapidem erexerat. [Post haec venies ad collem dei.] Collis dei,  
locus erat, ubi prophetae habitabant. [Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis cum eis.]  
BBB ij Prophe

Prophetasse enim ibi Iudaei dicunt de futuro seculo, de Gog & Magog, & de praemijs iustorum, & de poena impiorum. [Quando ergo euenerint signa tibi haec omnia, fac quodcumque inuenit manus tua, quia deus tecum est.] Ac si diceret, His signis nosse poteris, quia deus te regem facere voluit, & idcirco ad omnia quae tibi agenda sunt regaliter age, quia deus tecum est. [Et descendes ante me in Galgala. Ego quippe descendam ad te, ut offeras oblationem, & immoles victimas pacificas septem diebus. Expectabis donec veniam ad te, & ostendam tibi quae facias.] Videtur quibusdam Saul inculpabiliter obtulisse holocaustum, cum Samuel ab eo expectatus, iuxta placitum septem dierum non venerit. Si quis vero hunc locum bene distinxerit, inueniet eum non immerito culpatum fuisse, & inobedientiae redargutum. Locus autem hic apud Hebraeos ita distinguitur. Et descendes ante me in Galgala, ego quippe descendam ad te. Et postea inferunt, ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas septem diebus, expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quae facias. Non ergo Samuel suum praefolari aduentum Sauli septem dierum tempore praecipit, sed ad offerendas oblationes, & immolandas victimas pacificas, septem diebus ab eo voluit expectari. Quod ille nequaquam fecit, ideo merito culpatur, & stultitiae elogio denatur. [Filius vnus anni erat Saul, cum regnare coepisset, duobus autem annis regnavit super Israel.] Non de Ithobeth filio Saul, sed de eodem Saule dictum est. Sic enim erat innocens, quando regnare coepit, sicut filius vnus anni est, & in eadem innocentia duobus annis regnasse dicitur.

*De superbia Saulis, cuius indicia fuerint peccata maxima, alterum quo sacrificium obtulit, alterum quo Amalech percutere & delere iussus, obedire contempsit, insuper & peccatum suum defendit.*

CAP. XX.

**A**rbor magna & fertilis valde cito inueterauit, quae tantum duobus annis fructificandi gratiam retinens, statim corrupta radice, frondium venustatem simul & fructuum honorem perdidit. Qualis putas vermis intrinsecus radicem eius momordit? Vtque vermis superbiae, quo & ille vitiatu computrescere potuit, de quo & in Ezechiele dicit verbum domini, Ecce Assur quasi cedrus in libano, pulcher ramis & frondibus nemorosis, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes eleuatum est cactimen eius. Ac deinceps, Pro eo quod sublimatus est in altitudine, & dedit summam suam virentem & condensam, atque eleuatum est cor eius in altitudine sua, tradidi eum in manu fortissimi gentium. Plane & de isto veraciter dicas, quia pro eo quod eleuatum est cor eius in altitudine sua, tradidit eum deus in manu fortissimi gentium. Nam spiritus domini recessit ab eo, & exagitabat eum spiritus nequam a domino. Duo peccata poenam hanc praecedentia, iam dicitur eius superbiae nobis indicio sunt. Primum est, quod homo non de tribu Leui, sed de tribu Benjamin regio fastu nihil sibi non licere arbitratus. [Asserte ait mihi holocaustum, & pacifica, & obtulit holocaustum.] Hoc nimis grande fuit regis supercilium, dignum superno iudicio feriendum. Quid enim tale fecit Ozias Dauidici generis, de tribu Iuda? Tantum ingressus templum domini adolere voluit incensum domini super altare thymiamatis. At vero statim coelestis ultio superbia eius loco competentem percussit, orta est enim lepra in fronte eius in domo domini coram sacerdotibus, vnde & leprosus usque ad diem mortis suae habitauit secundum legem leprosi in domo separata, plenus lepra ob quam electus fuerat de domo domini. Quanto magis iste proiectendus fuit, qui totum sibi sacerdotis officium usurpauit? Illic ergo dicit ei, [Nequaquam regnum tuum ultra confurget. Quasiuit dominus sibi virum iuxta cor suum, & caetera.] Secundum illud fuit, quod iussus in verbo vel voce domini ire, & percutere Amalech & demoliiri vniuersa eius, non parcere ei, sed interficere a viro usque ad mulierem, & paruulum atque lactentem, bouem & ouem, camelum & asinum, non fecit sic, sed in derogationem supernae seueritatis, ausus est parcere Agag, & optimis gregibus ouium, & armentorum & vestibus & arietibus, & vniuersis quae pulchra erant, nec voluit disperdere ea. In hac superbia praesumpti quoque superius sacerdotij ausum retinebat. Nam deinceps scriptum est, [Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustum domino, de inijs praedarum quae attulerat de Amalech.] Nonne supra quia necessitate compellus obtulit holocaustum, dixerat ei Samuel, nequaquam regnum tuum ultra confurget? Itaque perseverans in malis, peccatum non mutauit, sed auxit, quando optimis quibusque pepercit, & Agag referuauit, contra imperium domini, non solum praesentis transgressor praecipit, sed & veteris contempitor scripturae dei. Dixerat enim dominus Moyse, vbi venerat Amalech, & pugnaverat contra Israel. Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriam Amalech sub caelo. Praeterea quod nequissimum est, redargutum in sermone domini, dicentis, [Nonne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in tribus Israel factus es, quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad praedam es, & fecisti malum in oculis domini.] Refellere ausus arguentem se de peccato spiritum domini, cum superba defensione, dicit,

[Imo]

[Imo audisti vocem domini, & ambulavi in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regem Amalech, & Amalech interfeci. Tulit autem populus de praeda oves & boues primarias eorum quae caesa sunt, ut immolet domino deo suo in Galgalis.] & caetera. Hoc etenim nequissimum est, cum post voluntatem peccati, quod primum est, & post effectum operis, quod secundum est, atque post vsum peruersum, quod tertium est, additur & defensio peccati, quod quartum est, & hic nullus veniae locus est. Nam & per prophetam deus dicit, Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum. Idcirco & nunc quam acerrime Samuel cum dixisset, [Melior est obedientia quam victimae, & auscultare magis quam offerre adipem arietum, continuo subiunxit, Quoniam quasi peccatum hariolandi, est repugnare, & quasi scelus idololatriae nolle acquiescere.] & caetera. Igitur tantis exacerbatus contumeliosis iniurijs, spiritus domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam a domino. Grandis poena regis, grandis confusio populi, qui contra dei voluntatem regem postulauit. Et si caetera desint, exempla iudicij & veritatis, vel hoc solum pro testimonio sufficere possit, quod nunquam ad bonum status sui finem perueniat, omnis plantatio quam non plantauit pater coelestis, quod omnis ordinatio domus domini, quae inconsculta voluntate eius per voluntatem hominum facta est, inordinationis poenas datura sit. Huius opprobrij maculam subsequens abstulit regnum David, ordinatum per voluntatem & per manum dei, quem admodum & Samuel superius testificando dicit, Quasiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, & praecipit ei dominus, ut esset dux super populum eius, quod profecto cum dicit, exposito dat intelligi, quod nunquam Saulem iuxta cor suum dominus quasiuerit. Ac proinde cum dicitur, quia erat Saul electus & bonus, & non erat vir de filijs Israel melior illo. Vtque subiudicandum est, non iuxta cor domini, sed iuxta cor populi. Sequitur enim, Ab humero & sursum eminebat super vniuersum populum. Quo videlicet dicto brutum percutit vulgi iudicium, eo quod staturae, non meritis, faeces ascribat, vel gloriam dignitatum.

*Quod eo ipso, quod daemonicus erat, regnum peccati in illo figuratum sit, in David autem nomine & factis regnum Christi.*

CAP. XXI.

**I**gitur mysterium hoc iam in promptu est, quod scilicet daemonicus rex Saul, furiosum peccati regnum, David autem pacatum iustitiae regnum significet, primam nominibus, deinde rebus. Saul namque peticio, David autem manu fortis siue desiderabilis interpretatur. Quae autem fuit peticio generis humani, nisi peticio peccati, quod propria sponte homo expetiuit, cum liber esset & ingenuus, creatus ad imaginem dei? Quis e contra manu fortis vel desiderabilis, nisi Christus filius dei, qui fortem armatum peccati principem, atrium suum custodientem, fortiori manu superueniens vicit, & deinde victor sedens ad dexteram patris, videntibus se angelis, & sperantibus in se hominibus, totus est desiderabilis? Regnavit mors quae per peccatum introierat in hunc mundum, usque ad Moysen (ait Apostolus) & extunc per legem audita regni sui contradictione, vis peccati amplius infaniuit. Vnde idem dicit Apostolus, Non concupiscentiam nesciebat, nisi lex diceret, non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat, sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Sed & in singulis hominibus, quamdiu non liberantur gratia Christi, peccatum regnat, & tanquam furiosus sessor equum subactum calcaribus urget, flagellis diuerberat. Vnde & ethnicus adultero his verbis insultat. Urget enim mentem dominus non leuis, & acres subiecat lassos stimulos, versatque negantem. Ab huiusmodi regno rex manu fortis & desiderabilis Christus, & in massa totum mundum semel moriendo potestate liberauit, & in sua quemque persona, nunc usque actu liberare non desinit. Eius regni gratiam nunc in patre carnis eius David, sub mysticis contemplerur figuris.

*De electione David, quam pura ab humano favore fuerit, & quod sicut Samuel personam David non nouerat, ita Iohannes Christum nesciebat.*

CAP. XXII.

**D**ixitque dominus ad Samuel, Imple cornu tuum oleo, & veni ut mittam te ad Isai Bethlehemitem. Prouidi enim in filijs eius mihi regem. Et ait Samuel, Quomodo vadam? Auidiet enim Saul & me interficiet. Et ait dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum domino veni, &c. Et si Samuel propheticis spiritu rem nouerat, ita ut diceret, Quasiuit sibi dominus virum iuxta cor suum, & praecipit ei, ut sit dux super populum suum. Et iterum, Scidit dominus regnum Israel a te & tradidit illud proximo tuo meliori te, personam tamen electi illius non nouerat. Vnde cum ingressi essent filij Isai, vidit Heiiah, & ait, [Num coram domino est christus eius? Et dixit dominus ad Samuel, Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturae eius, quoniam abiecti eum, nec iuxta intuitum hominis iudico. Homo enim videt ea quae parent, dominus autem intuetur cor.] Sic profecto praecursor domini Iohannes, eum quem praecurrebat secundum spiritum nouerat, sed secundum carnem,

BBb iij

velse

Iohan.1. vel secundum faciem non nouerat. Vnde & dicit, Et ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc nempe ad puritatem veri testimonij plurimum valet, quia videlicet ibi in eligendo fauoris vel gratiae humanae suspitio nulla subesse potest, vbi ipsa cui fauor aut gratia impendatur persona, necdum cognita est.

Quod vnctus sit Dauid, non vt Saul lenticula, sed pleno cornu olei, quid mystice significet, & quod a die illa directus est in eum spiritus domini. CAP. XXIII.

Imple (inquit) cornu tuum oleo. Et hic iam manifesta distantia est. Nam de Saul dictum est, Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius. Lenticula vasculum erat olearium quadrangulum, in latere apertum, a liniendo dictum. Cornu vero olei longe ampliore continens abundantiam, constantem & perseverantem in Dauid signabat regalem pariter ac prophetalem gratiam. Nam directus est, inquit, spiritus domini in Dauid a die illa & in reliquum. Videlicet cum vngeretur oleo visibili, pinguedo inuisibilis a radice sese diffudit in ramos bonae arboris, a radice inquam, id est, ab eo qui dixit, Ego sum genus & radix Dauid. Nam qui postea per nouam carnis natiuitatem factus est genus Dauid, ipse iam per antiquam diuinitatis naturam erat radix Dauid, spiritus sancti verum oleum veramque pinguedinem ministrans, vnde floreret, fronderet, fructumque faceret, imo & pater ipsius, ipse steret Dauid. Igitur quemadmodum arbor a radice pinguedinem sumit, vnde fructificet temporibus suis, sic iste ab illa radice sua sumpsit quae thesaurizaret testimonia domino suo filio suo, factis mysticis, dictis prophetis. Vnde hunc seruemus honorem patri tantae maiestatis, siue carnis sedentis ad dexteram maiestatis in excelsis, vt quamuis cuncta capere nequeamus, nihil in illo secundum praesentem scripturam factum, nihil ab illo quod a mysterio vacet dictum siue cantatum arbitremur. Nempe primo hoc ipsum, quod pleno oleo cornu inungitur, quid mysterij, quid pulchritudinis habet intrinsecus? Plenitudine olei, quae pater vnctus est, recte omnis plenitudo diuinitatis intelligitur, quae nunc in filio eius inhabitat corporaliter. Non enim huic ad mensuram dedit deus spiritum, sed torus in illo septiformis spiritus requiescit. Quod sciens is ipse, de quo haec dicuntur, futuri pater filij, cum dixisset illi, Dilixisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te deus deus tuus oleo laetitiae, continuo subiunxit, praeter participibus tuis, id est, praeter omnibus sanctis, praeter omnibus vnctis. Nam singuli sanctorum diuisiua vel particulari gratia sunt inuncti, in isto autem omnis, vt iam dictum est, inhabitat plenitudo diuinitatis.

Apo. 22.

Psal. 44.

Colof. 2.

Quod tertio vnctus sit idem Dauid, & hoc ipsum in typum domini, & filij sui Christi. CAP. XXIII.

Hic iam sciendum est, quia hic talis ac tanti filij propheta & pater, tertio vnctus est. Primo hic a Samuele in medio fratrum suorum nesciente Saul. Secundo in Hebron super domum Iuda mortuo Saul. Tertio super vniuersum Israel, delecta a spe regni omni domo Saul. Plane in isto quasi speculo, tota vnctionis Christi forma praefulsit. Ille nanque tertio vnctus est. Primo videlicet vbi de spiritu sancto conceptus est. Secundo, vbi cum baptizaretur, veniente super illum spiritu sancto, in specie columbae demonstratus est. Tertio, vbi resurgens ex mortuis, tantae vnctionis suae gratiam in suos fideles transudit, quantum hic idem vnctus rex futurus, pater illius commendare cupit his verbis, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum, sicut vnguentum in capite quod descendit in barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti eius. Vbi enim resurrexit, ipsa die stans in medio discipulorum suorum, dicensque pax vobiscum, insufflauit & accipite inquit spiritum sanctum, & postmodum sedens a dextris dei misit eundem, & iterato dedit spiritum sanctum. Ita vnguentum verum de capite in barbam Aaron, & oram vestimenti eius descendit, id est, spiritus sanctus de Christo, qui caput nostrum est. Primo in illos fortes ac perfectos viros apostolos Christi, ac deinde per ministerium illorum in totam ecclesiam descendit.

Luce. 11.

Matt. 3.

Luce. 3.

Psal. 132.

Iohan. 10.

Actu. 2.

De prima eius vnctione clam facta in domo patris sui, & de vitulo, quem vt Saul falleret, adduxit Samuel iussu domini, quod ita diabolus incarnatione Christi falsus sit. CAP. XXV.

Prima vnctio Dauid clam in domo patris hoc modo fit, [Quomodo (inquit) Samuel vadam? Audiet enim Saul & interficiet me. Et ait dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum domino veni, &c.] Vitulus ad immolandum adductus, claudere poterat oculos Saul, ne sollicitaretur, ne quid suspicaretur, causa quasi tora patente securus. Sic pulchre in illa figura factum est, quia sic in re futurum erat. Vitulus immo.

immolandum, passibilem significat naturam, nascituri de virgine regis Christi filij dei, quia falsus diabolus potentiam nascentis intelligere non perit, quod scilicet ad destitutionem peccati, rex iustitiae veniret, & regni eius non esset finis. Est enim ille in malis quidem suis astutus & callidus, in bonis autem dei brutus & fatuus. Vnde & in Iob ex ore dei Behemoth, id est, animal dicitur, circumlatus faruitatis habes in naribus. Sed & in principio, vbi serpens, imo ipse in serpente diabolus maledicitur, super peccatum tuum gradieris inquit deus. Quomodo cumque in malo sit subtilis & callidus, quantumcumque naturae peruersione malitiosus abutatur ad cognoscendum arcanae diuinitatis consilium, brutus est, & super peccatum suum graditur, semper intentionem suam concalcando, vt caelestibus dum nocere cupit, prodesse probetur. Quod facile agnosci libet ex cunctis, qui spiritu eius aguntur malitiosis hominibus. Quantumcumque in cognitione creaturae, in caeli motibus, in astrorum cursibus, seu etiam magicis artibus, subtiliter calleant, spiritualium tamen honorum, ac caelestium sacramentorum, adeo indociles & imperceptibiles sunt, vt si eos voces ad audiendum, casto labore tuo, nimium experiaris, brutam & penes irrationabilem illis esse animam. Igitur vbi Dauid inungitur, vitulus de armento tollitur ad immolandum, ne audiat Saul, quia videlicet vbi rex nouus Christus nascitur, cuncta humanae naturae passibilitas de foris praetenditur, ne sacramentum hoc agnoscat diabolus, vt quamuis circum fulgentibus miraculis terreatur, & aduersi aliquid interdum suspicentur, nesciat tamen, qua via vel quo ordine virtus quae mundum ingressa est, regnum eius expugnare aggreditur.

Iob. 40.

Gene. 3.

De eodem Dauid, quod paruulus erat, & oues pascebat, & rufus, ac decora facie, quod in his omnibus Christum figuravit. CAP. XXVI.

Ahuc, inquit Isai, est reliquus paruulus, & pascit oues. Ac deinceps, [Misit ergo & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraque facie.] Paruulus erat, & oues pascebat, videlicet in typum iam dicti filij sui, qui vt vere paruulus dicit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & vt verus pastor nos oues suas, nos inquam populum suum & oues pascae lux pascit, quos & acquisiuit suo sanguine. Vnde & dicit, Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis. Hoc Abel iusti & patriarcharum cum quibus locutus est deus, fuit officium. Sed quod rufus erat, imaginem pastoris illius praetendebat, pastoris qui animam suam pro ouibus suis posuit. Nam & iste recte rufus dicitur, non alieno sanguine sicut diabolus, draco magnus & rufus, sed rufus proprio sanguine quemadmodum & Zacharias propheta testatur, Vidi per noctem, & ecce vir ascendens super equum rufum. Vir ascendens super equum rufum, ipse est resurgens corpusque resumens, proprio sanguine perfusum, iuxta quod postmodum idem propheta: Tu quoque (inquit) in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua. Nihilominus ad eiusmodi imaginem pertinet, quod pulcher aspectu erat, & facie decora, videlicet non ea pulchritudine vel eo decore, qui lasciuos vel incontinentes ad videndum prouocat, sed qui sapientiae conditorem pudice delectat, dum lucet in vultu, ipsaque spirat in mente gratia, quemadmodum scriptura testatur, quia sapientia iusti lucet in vultu eius. Inde pulcher aspectu spiritualibus prophetarum oculis cognosci poterat, quod is ipse esset, quem regem futurum praeparatrix iam praeparauerat dei gratia. Hoc inquam ad imaginem eius pertinet, Christi filij dei, de quo postmodum ille cytharizando cecinit, Speciosus forma praeter filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in aeternum. Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende prospere procede & regna. Haec species, haec pulchritudo procedentis & regnantis species interior est, species diuinitatis tanta, vt in comparatione eius habitus hominis sordes fuerint, quemadmodum propheta dicit, Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus. Et caetera.

Matt. 11.

Iohan. 10.

Apo. 12.

Zacha. 1.

Zacha. 1.

Ecd. 1.

Psal. 44.

Esaie. 71.

De eodem quomodo electus & vnctus sit, absque omni humano fauore, in typum eiusdem Christi dicentis: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. CAP. XXVII.

Quis autem aliquando sic vnctus est rex, & tali ad regnum ordine perductus est? Omnes reges aut proprio flatu singuli ad regnum ambitiose aspirauerunt, aut haereditaria successione prouecti sunt, aut in filijs hominum consili sunt, & a principibus subleuati sunt, & acclamati ab illis statim purpura vestiti, & coronis insigniti sunt, statimque in sublimi solio residentes, ac sceptrum tenentes, in gloria sua splenduerunt. Hic autem adhuc puer, cum post factantes iret, viuente ac regnante Saul, nihil eiusmodi in corde suo habere poterat, vt diceret ei Samuel, quod ante Sauli dixerat, Omnia quae sunt in corde tuo, indicabo tibi. Non enim principes fuere fauentes & acclamantes, sed fratres magni inuidentes, & de puero indignantes. Vnde & frater eius maior, postmodum loquente illo cum alijs, iratus dicit, Quare

BBb iij

Quare venisti, & quare dereliquisti paucas oves illas in deserto? Ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui, quia ut videres praelium descendisti. Non statim sceptriger in solio sedisti, purpura insignis, & diademate clarus, vel corona aurea splendidus, sed prius egenus & vagus, profugusque errauit, & exul omnibus quoque modis prius amaritudines totius infelicitatis, quae nequiores aut mellitos regum populi liquores epotaui. Quis inquam omnium regum, praeter solium dominum, & filium eius Iesum Christum deum & hominem, tali ordine processit & regnavit. Ille namque puer, nunc exaltatus & eleuatus & sublimis nimis, non seipsum exaltauit, aut eleuauit, quemadmodum Iudaeis dicentibus, quem teipsum facis, respondens ait, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Item, Ego gloriam meam non quaero, est qui quaerit & iudicat. Et alibi, Et a meipso non veni, sed est verus qui misit me, quem vos nescitis. Non elegerunt eum filii hominum, principes vel primates populorum, sed ipse potius principes suos elegit. Quemadmodum dicit, Non vos me elegistis, sed ego vos elegi. Non haereditaria secundum hominem successione in regnum ascendit, quippe qui non saltem de filia Herodis, siue cuiuslibet principis, sed de paupercula virgine desponsata fabro, nasci dignatus est. Vinctus quoque ex utero rex, non statim ut rex dici vel esse potuit, gloria & honore regio coronatus est, sed iuxta prophetiam dicentis, De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput, prius cunctis tentationibus, & passione mortis amaricatus est, in illas delectationes, quae sunt in dextera patris, caput exaltaret. Igitur & in his omnibus patri filius similis est, imo in similitudinem futuri filii sui pater iste Dauid praedeterminatus est.

*De mystica compositione psalterij decachordi, & quod interea spiritus nequam exagitat Saul, & quod in his omnibus ecclesia Christi, & insania figeretur inimici eius Iudaici populi.*

CAP. XXVIII.

**E**T directus est spiritus domini in Dauid, a die illa, & in reliquum. Quod quantum habet pulchritudinis & gratiae, verbum ipsum, quo sic dicitur, & directus est. Non sic dictum est, nec sic dici debuit de Saul, a quo spiritus domini erat recessurus, nec de alio quoquam, cuius animam fictam aut duplicem, ille spiritus amoris recto nunquam oculo dignatur, si actionem eius postleuem attractum statim effugiturus. Istum secundum cor suum inuenerat dominus, & idcirco in animam eius desolendam promptiore, & recto pectore ferebatur. Quibus nam ab effectibus claruit, quod in illum dirigeretur spiritus domini. Primum a gratia prophetali, deinde & ab opere fortitudinis. Nam extunc & Psaltes inclutus factus est prophetans & citharizans magnalia domini, psalmosque componens mysteria continentes filij dei filij sui CHRISTI, & fortitudine indutus est, quemadmodum ipse testatur, dicendo ad SAUL, [Pascere seruos tuos domini sui gregem, & veniebat leo vel ursus, tollebatque arietem de medio gregis, & sequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebamque eos. Nam & leonem & ursum interfeci ego seruos tuos. Erat igitur & Philistaeus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis, qui ausus est maledicere exercitui dei viventis.] Igitur directus est spiritus domini in Dauid, quem secundum nomen ipsius & dictis desiderabilem & factis manufortem fecit, in typum nihilominus eiusdem Christi filij sui, qui fortiter fecit, & delectabiliter docuit, verum manufortis, verum desiderabilis. Ille enim sic praedicauit, sic docuit, ut admirantes dicerent ipsi eius aduersarij, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur. Doctrinam eius vel praedicationem, ipsum psalterium huius musicam instrumentum expressit, quod psalterium dictum est in modum Delthae compositum, interius concavum, de foris pellibus mortuorum animalium coopertum, habens decem chordas de super sonans. Quae singula mystice nobis consideranda sunt in praedicatione eius euangelica. Concauitas interior in eo est, quod perfectionis appetitorem terrenis facultatibus euacuat, si vis inquam perfectus esse, vade & vende omnia quae habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere me. Pelles mortuorum animalium quibus erat coopertum, mortificationes sunt vitiorum. Docet enim quatenus sibi compariamur vt conregnemus, commoriamur vt conresurgamus. Decachordi positio, decalogi legis est obseruatio. Legem enim, inquit, non veni soluere, sed adimplere. Soni desuper emissio, coelestium tantum est appetitio, solius dei dilectio sursum tendens bene operantis intentio, quam praedicat & inculcat. Nesciat inquam sinistra tua quid faciat dextera tua, & his similia. Parum dictum est, Ipse qui sic locutus est, & sic docendo cecinit, ipse inquam secundum hominem in quo docuit, psalterium est, quemadmodum & in psalmo vox ad eum coelica dicit, Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Statimque respondens etiam resurrectionis horam determinando, exurgam, inquit, diluculo. Tanti ergo artificij melodia, scilicet euangelica doctrina, fidium impulsione & digitorum motione excitata, habenti aures audiendi dulciter & clare perfonat, Sonus fidium in illo, ipsa est prolatio vocum, discretio digito.

digitorum, pluralitas est spiritus sancti donorum, quae vniuersa in illo sunt. Ille nihilominus sic operatus est, & sic fortiter fecit, vt leonem vel ursum suffocaret, & ouem siue arietem de ore eorum erueret. Notum hoc & certum nobis est, populo eius de ouibus pascuae eius, quia magnum leonem diabolum suffocauit, & nos de ore eius eripuit. Interea Saul exagitabat spiritum nequam a domino, id est, illos in quibus regnabat peccatum & mors, amplius in praesentia saluatoris excacebat zelus & inuidia ex domini iudicio, in tantum vt comparatione praesentis insaniae, praeteritus omnis furor leuior fuerit & tolerabilior. Quod inuens ipse dominus, cum diceret de illo, daemoneum habet, & in principe demoniorum eicit daemonea, dicit de illis, Cum immundus spiritus exierit de homine, ambulat per loca inaquosa quaerens requiem, & non inueniens, dicit, Reuertar in domum meam priorem vnde exiui, & reliqua. Homine enim, id est, populum illum de quo exierat, quando de Aegypto educus vbi dijs alienis seruiert ad dei vnus cultum conuersus est, illum inquam populum, tunc spiritus nequior & opulenter ingressus est, quando mox natus filium DEI cum Herode persequi coepit, & deinceps blasphemare non desinit, & sunt nouissima populi illius peiora prioribus.

*Commentariorum libri primi in libros REGVM*

FINIS.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN LIBROS REGVM, Commentariorum Liber Secundus.

*Quomodo & bonorum quae fecit, & malorum quae perulit Christus filius dei, praecesserunt signa in Dauid.*

CAP. I.

**V**ERSUS Dauid, id est, desiderabilis, siue manufortis, praedicatione regni dei, & eiciendo daemones in digito dei, nobis quidem bona prouidit, sed sibi et aduersa concitauit. Vtriusque effectus signa quaedam mystica mox praebuit, vt ante iam dictum est, in isto Dauid spiritus domini, scilicet quod praedicatione & mira operando, & electis suis viram acquisierit, & contra seipsum mortis fatelites concitauerit. Et prius quidem bona nostra, deinde aduersa ipsius praesignantur in isto Dauid. Nam protinus sequitur. Et ait Saul ad seruos suos, Provide mihi aliquem bene psallentem, & adducite eum ad me. Et respondens vnus de pueris, ait. Ecce vidi filium Isai Berthe hemitem scientem psallere, & caetera. Ac deinceps. Igitur quocumque spiritus domini malus arripiebat Saul, tollebat Dauid Citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. Recedebat enim ab eo spiritus malus. Puer ille qui haec respondit Saul, Doech Idumaeus fuisse perhibetur inimicus Dauid, & omnia quae de Dauid in laudem dixisse videtur, in odium eius dixisse dicitur, quia volebat inimicitiae causa & inuidiae liuore, vt ad Saul veniret, quatenus ibi qualibet occasione necaretur. Continuo sequitur. Congregantes vero Philistaei agmina sua in praelium, conuenerunt in Socoth. Inde & castrametati sunt inrer Socoth & Azechia in sinibus Dommin.

*Quid mystice significet quod psallente Dauid refocillabatur Saul: & quod eodem percutiente, corruit Philistaeus.*

CAP. II.

**Q**uid enim per ea quae dicta sunt mystice nobis innuitur, nisi quia desiderabilis & manufortis Christus, inimicos suos siue ex nobis gentibus, siue ex Iudaeis, qui & ipsi restante Apostolo, erant natura filij irae sicut & caeteri, inimicos inquam suos ad reconciliationem vel amicitiam praedestinos, & per praedicationem euangelij requiescere a peccatis, & respirare fecit de subiugo diaboli, ac deinde superbum inimicum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum, lapide viuo, quod ipse est, percussit, & sicut vulneratum humiliauit. Saul quippe in eo quod Dauid citharam percutiente, refocillabatur, & leuius habebat, & recedebat ab eo spiritus malus, inimicos dei significat pro parte illorum qui audita dulcissima praedicatione Christi ad poenitentiam inuitantis ad fidem eius conuertuntur & refocillantur, depositis peccatorum oneribus, & per confessionem recedit ab eis diabolus. Porro Philistaeus quem interfecit, contra quem solum praualuit solus Dauid, ipsum significat diabolum, quem solus verus Dauid Christus, superare potuit, quem per crucem suam vicit, & suo sanguine triumphatum foras misit. In Paralipomenon iste & fratres eius gigantes de progenie Arasa fuisse leguntur, quae in Iudicum libro dicitur Orpha, socrus Noemi. Ipso nomine diabolum (vt praedictum est) significat Goliath Philistaeus, Nam Goliath reuelatus, Philistaeus vero potione

porione cadens interpretatur. Reuelatus ille est ex euangelio dei, quod princeps tenebrarum sit, qui antea mendacio protectus pro deo colebatur in templis, adorabatur in simulacris. Nihilominus porione cadens ipse est, qui superbix veneno ebrius moro pede cecidit, expulsus est, stare non potuit.

*De exprobratione Philistæi: & quod non erat quisquam ante aduentum Christi, qui posset percutere Philistæum, id est, diabolum foras mittere.*

## CAPVT III.

**S**Tansq; clamabat aduersus Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philistæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, qui descendat ad singulare certamen. Ac deinceps, Ego exprobraui agminibus Israel hodie. Dare mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Agmina Israel, agmina sunt vniuersæ generationis querentium dominum, querentium faciem dei Iacob, cum quo ille directus meruit vocari Israel. Agmina hæc iam multa erant anteq; Christus manserit de diabolo triumpharet & fuerunt ex eis pleriq; fide fortes, in spe longanimes, dilectione creatoris excellentes. Sed non fuit ex illis quisq; adeo fortis, ut destrueret regnum peccati & mortis, ut posset armis iustitiæ suæ superare atrium fortis armati, fortis inquam, crudelis atq; superbi. Vnde & in Isaiâ spiritus sanctus cum dixisset vniuerso Israeli, vniuerso Hierusalem ciuitati, quæ est ecclesia dei, confurge Hierusalem, quæ bibisti de manu domini calicem iræ eius usq; ad fundum, calicem saporis bibisti & potasti usq; ad feces, continuò subiicit, Non est qui suscipiat eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Exprobrabat igitur ille superbus agminibus Israel, exprobrabat atq; insultabat omnibus electis dei, quod in Adam ceperat, & apud inferos iure victoris detinebat. Quare inquit venistis parati ad prælium? Quare tabulas testamenti, & decem præcepta legis quasi fortiter pugnaturo sumptis contra imperium meum? Nunquid ego non sum Philistæus, & vos serui Saul? Nunquid inquam ego non sum princeps huius mundi, & vos serui peccati? Eligite ex vobis virum, qui descendat ad singulare certamen. Sciebat enim quod omnes illaqueasset, oēs in iram dei deuoluisset, quemadmodum in eodē propheta post illa quæ iam dicta sunt, subiunctū est, Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarū sicut bestia illaqueata, pleni indignatione domini, increpatione dei tui. Hoc erat opprobrium Israel, quia nec ipsi parati venerant ad prælium, qui arripuerant legis armaturam, ut resisterent aduersus peccatū, nec semetipsos liberare poterant, quin cum peccato originali, non nihil peccatorum quoq; adderent actualium.

*Quod Goliath de Orpha, hic autem processisset ex Ruth, altera nuru Noemi, & quomodo alias septem, aliis octo legantur fuisse filij Isai: & quod item à patre missus sit Dauid in typum Christi.*

## CAP. IIII.

**D**Auid autem erat filius viri Ephraim, de quo supra dictū est, de Bethlehem Iuda cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex & grandæuus inter viros. Pulcherrima occurso. Saul & omnes viri Israelitæ audientes sermones Philistæi, stupebant & metuebant nimis, sed illo tempore Dauid iam erat à deo datus & oportune præparatus, velut ex aduersa stirpe creatus. Nam ille (vt supra dictum est) ex progenie Orpha, hic autem de progenie Ruth, quæ vtraq; nurus fuerat Noemi. Nam Orpha osculata est socrum ac reuersa Ruth adhæsit socri suæ. De cuius radice quasi germinauerat Dauid, qui nati ex Orpha Philistæi superbiam percuteret. Iste Christi, ille typus Antichristi, qui ex diuersis, imo contrarijs generationibus æditi, ab aduentu eiusdem Christi toto spectante mundo, configere non desinunt usque ad finem seculi. [Habebat inquit octo filios.] Quæritur, cur hic octo filios habere dicatur, cum in Paralipomenon non amplius quam septem legantur: Quod ita soluitur. Nathan vtrique propheta filium Sammae filij sui, quem in loco filij educauerat & nutrierat, inter filios numerat. Nam & coram Samuele septem eius filij leguntur adducti esse, & octauus esse in pascuis, inter quos Nathan adductum fuisse manifestum est, qui & Ionathan vocatur, de quo & in extrema parte Samuelis dicitur, Percussit autem eum Ionathan filius Samae fratris Dauid. Et norandum quod vbicumque propheta vocatur, Nathan scribitur, non Ionathan. [Accipe inquit Isai fratribus tuis Ephipolentæ & decem panes istos, & curre ad castra ad fratres tuos, & decem formellas casei, has deferes ad tribunum, & fratres tuos visitabis, si recte agant, & cum quibus ordinati sunt disce. Surrexit itaque Dauid mane, & commendauit gregem custodi, & cætera.] Non vt pugnaret, armis indutus est bellicis, sed vt fratres suos visitaret, missus est à patre suo Dauid. Planè sic & Christus, non vt in operibus legis pugnaret, quæ nihil ad perfectum adduxerat, sed vt fratres suos in hoc mudo peregrinantes visitaret, à deo patre suo missus est. Visitaret, inquam, licet longè minor dictio sit, q̄ postulat res. Qui tropus tapinosus dicitur, id est, humilitas rei magnæ, nõ id agente

agente sententia, quod ostendit. Quo locutionis modo Moyses quoq; rem grandem humilians, Vadam inquit & reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt videam si adhuc viuunt. Quod vtrique dictum, re quam intendebat longè minus est. Igitur vt fratres suos visitaret, id est, vt filios dei qui dispersi erant, in vnum congregaret, CHRISTVS venit, non pugnaturus in castris Saul, nec de lege nobis fratribus suis quicquam præter decem præcepta impositurus (quæ per decem panes vel per decem formellas casei rectè signantur) cū Ephipolentæ, id est, cum vna trinitatis fide.

*Quid sit mysticè, quod cum armis pugnare vel incedere non potuerit Dauid, sed quod ea saltem attentauit: & quid baculus Dauid: quid quinque lapides: & quid vnus lapis in quo percussit.*

## CAP. V

**E**T induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam aream super caput eius, & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super veste sua, cœpit tentare si armatus posset incedere. Non enim habebat consuetudinē. Dixitq; Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia nec usum habeo. Et deposuit ea. Vestimenta vel arma Saul, quibus indutus vel accinctus Dauid incedere non potuit, & idcirco deposuit ea, legis (vt prædictum est) suere opera carnalia quæ Christus temporaliter quidem subiit, factus sub lege, vt Apostolus ait, sed inutilia indicauit, eo quod (eodem testante apostolo) nihil ad perfectum adduxisset lex, neq; posset ex illis iustificari omnis caro corā deo, & idcirco illa deposuit. Quare autem tentare voluit, vtrum sic vestitus vel armatus posset incedere, cum non haberet consuetudinē? Nunquid ipsam consuetudinē quod non haberet, nesciebat? Aut nunquid is in quo directus erat spiritus domini hoc ipsum nesciebat, quod non in armis victurus esset, sed in virtute domini, cum ipsam pugnam non ingrederetur, nisi in ipso quo & victoriam suam præcise poterat spiritus domini? Quare ergo sic frustra tentauit? Videlicet, quia sic pulchrius, factis suam regi sp̄ ostenderet, quam si oblata regis arma mox voce aut verbo præcipiti quasi cū contemptu repelleret. Sic planè Christus quare carnales subiit legis iustificationes, circumcisus ipse & per omnia circumcisionis factus minister? Nunquid nesciebat quia suum non esset pugnare, per opera vel iustificationes legis, sed per solum patibulum crucis? Quare ergo sub lege factus est, & in semetipso legis consuetudines admisit? Videlicet, quia dulcius fuit homines docere ratione quam vi, dulcius inquam & suauius nihil nocituram subire consuetudinē legis, quam offensionem siue occasionem dare vlli homini. Depositis itaq; vestimentis Saul. [Tulit inquit] baculum suum quem semper habebat in manibus, & elegit sibi quinque lympidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastorem, quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit aduersus Philistæum. Baculus nostri Dauid, Christi scilicet quem contra Philistæum tulit, quem & semper habebat in manibus, cura ouium rationabilium est, quam contra diabolum suscepit de earum salute semper sollicitus. Quinq; lapides lympidissimi, quos elegit de torrente, quinque sunt libri Moysi, quos tulit de populo Iudaico superfluente. Fluebat enim fluuius neq; lapidibus illis retardabatur, id est, per carnalia licentiosè decurrebat desideria Iudaicus populus, nec enim vlla legis disciplina coerceretur. Misit eos in peram pastorem quam habebat secum, id est, contulit cū euangelio quod nobis attulit secum deus homo factus, verbum caro factum. Pera namq; vas pastorium est, in quo lac mulgeri solet. Significat autē eam quā attulit Christus nouā legē, legē euangelicam, quæ profecto paruulis præstat lactis copiam. Fundam quoq; manu tulit, id est, per charitatem, manus in crucem extendit, vt vnum lapidē iaceret, vt vna & sola fide, sine legis operibus diabolus prosterneret. Contrario cassis areæ super caput Philistæi & lorica hamata, clypeus quoq; & hasta eius, singula magni ponderis & magnæ ostentationis, illa est armatura superbix diaboli, de qua ad beatum Iob dominus dicit, Per gyrum dentium eius formido. Corpus eius quasi scura fusilia compactum squamis se prementibus. Ac deinceps, Non fugabit eū vir sagittarius, in stipulam versū sunt ei lapides fundæ, &c. [Ibat inquit Philistæus, incedes & propinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante eum.] Quis est armiger eius, nisi egestas semper præcedens faciem eius? Sic enim item de eodem ad beatum Iob dictum est, In collo eius morabitur fortitudo, & antem faciem eius præcedet egestas.

*De victoria Christi: & quomodo de qua mulieres cantent: Percussit Saul mille, & cætera.*

## CAPVT VI.

**F**estinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philistæi, & misit manū suam in peram, tulitq; vnum lapidem, & funda iecit, & percussit Philistæum in fronte, & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suam super terram. Tandem opprobrium & maledictum Philistæi, opprobrium inquam quo exprobauerat agminibus Israel & maledixerat Dauid in dijs suis, subiungendo, Veni ad me & dabo carnes tuas volatilibus cœli & bestijs

& bestijs terræ, conuersa est in caput eius. Nam e contrario carnes eius & volatilibus cœli, & bestijs terræ dedit Dauid. Tulit enim gladium eius, præciditq; caput eius, eoque sic trunco iacente, videntes (inquit scriptura) Philistæi, quod mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Secundum hanc omnipotentis gloriæ in se præfiguram cecinit ipse Dauid. Tu humiliasti sicut vulneratū superbum, in brachio virtutis tuæ disperisti inimicos tuos. Sic namque manu fortis CHRIS TV S. vbi misit manum ad lapidem, id est, ad implendam per passionem suam scripturarū veritatē, percussit frontē, impudentē scilicet ac superbā diaboli confidentiā. (Superbus enim habet frontis impudentiam) & præcidit caput illius, tollendo videlicet primæuum peccatū, per quod ille mundo dominabatur. Vnde Apostolus, Delens inquit quod aduersum nos erat chirographum decreti, quod erat contrariū nobis, ipsum tulit de medio, affigens illud cruci expoliens principatus & potestates, traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso. Bene igitur in occursum victoris mulieres egressæ, de vniuersis tribubus Israel cantantes, chorosq; ducentes, dicant in tympanis, & sistris lætitiæ, dicat inquam & præciant vna fide & consona voce. [Percussit Saul mille, & Dauid decem milia in milibus suis.] Siquidem mulieres istæ, animæ nostræ sunt. Audierunt istæ mulieres, quia quem probrosus Philistæus maledixit, quæ diabolus per ora Iudæorum blasphemauit, & in crucem suspendit, ut maledictum legis fieret. Maledictus enim (inquit lex) a deo est, qui pendet in ligno, ipse benedictus qui venit in nomine domini, maledicti hostis caput amputauit, id est, principatum abstulit, & exinde resurgens ex mortuis in Hierusalem cœlestem victor ascendit. Hoc auditu excitatæ per fidem occurrunt animæ nostræ, victori publicè & priuatim cantantes & ducentes choros lætitiæ. Quid canimus, quid consistemur? Percussit Saul mille, & Dauid decem milia in milibus suis. Planè quæcunq; mulier carmen istud nescit, quæcunq; anima laudē istam non recipit, Dauidici triumphī particeps esse non poterit, Saul dæmoniacus, id est, populus Iudaicus, qui sub regno mortis est, cui peccatum dominatur, multum esse arbitratu est, quod templum habens & sacerdotium atq; vnius dei cultum, iustitias legis operabatur. Sed quanta iustitia illa fuit, comparatione iustitiæ Christi, qui ipse iustitia factus est nobis. Nempe ac si mille, decem milibus comparare volueris. Nam illa iustitia non nihil quidem effecit, quia spem salutis suis operarijs collocauit, sed nihil ad perfectū adduxit, quia principem mundi huius foras mittere non potuit. Dauid, id est, Christus hoc fecit. Christus diabolum vicit, Christus diabolum prostravit, Christus mortem destruxit, Christus super occulum ascendit, Dominus nomen est illi. Igitur percussit decem milia in milibus suis, id est, vniuersitatem peccati destruxit, in multis virtutibus suis, suis inquam, quia non aliunde petitis.

*Quod toties Philistijm Dauid vincat, quoties catholicus hereticum superat, & de Saulis insania, quod lancea Dauid configere parieti nitēbatur.*

## CAPVT VII.

Post diem alteram inuasit spiritus domini. Saul malus, & prophetabat in medio domus suæ. Dauid autem psallebat manu sua sicut per singulos dies. Tenebat autem Saul lanceam & misit eam, putans quod configere posset Dauid cum pariete. Et declinauit Dauid a facie eius, secundo. Interim sciendum, quia nunc quoq; superbum Goliam toties Dauid armis suis extinguit, quoties vir recte fidei plenus, quæ sanctis solet ad iustitiam deputari, ea ipsa scripturæ sacræ, quæ hereticus affert, testimonia colligit, & erroris eius pertinaciam inde conuincit. Nam cum superbientem & sacræ scripturæ sententias differentem eisdem verbis atque sententijs, quas profert, vincit, quasi elatum Goliam suo gladio detruncauit. Et hætenus quidem in Dauid præfigurata sunt, quæ nobis bona Christus contulit, deinceps in eodem figurantur, quæ a reprobis mala Christus idem pertulit. Saul quippe iam illam regni diaboli partem significat, quæ nulla dulcissimæ prædicationis vnquam potuit mitigari cantilena. Super namque quodocunq; spiritus domini malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Nunc autē psallente Dauid idē insanus prophetans, & diuinans alieno spiritu, lanceam semel & iterum mittit, putans quod configere possit cum pariete Dauid. Ergo quoniam veniens sapientia dei, nullum ab insania peccati liberum inuenit, illic quidem eos significat, qui audita prædicatione Christi, iugum abiecerunt furiosi domini, scilicet peccati. hic autem eos, qui ex eadem prædicatione deteriores sunt effecti, quemadmodum idem cantor aur citharista dicit, Cantauimus vobis & non saltastis, lamentauimus & non plorastis. Amplius dicere potuit, Cantauimus vobis & plorare nos fecistis, lamentauimus vobis & lancea nos cum pariete confixistis, lancea nos in cruce transfixistis. Nam iste quidem in figura pariens, non confixus fugiendo euasit, ille autem cuius passiones præfigurantur, lancea, clausiq; confixus quidem est, sed resurgendo euasit.

Quod

*Quod septem persecutiones passus sit Dauid: quo numero capitum draconis rufi in Apocalypsi significantur omnes persecutiones diaboli contra Christū & ecclesiam: & quod in persona sua totidem vicibus a Iudeis tentatus sit Christus. CAP. VIII.*

Hic iam persecutiones ipsæ quas pertulit Dauid numerandæ sunt. Prima est, vbi nunc mittente Saul lanceam vt configeret eum cum pariete, declinauit & fugit. Secunda, vbi postq; percussit Philistæos plaga magna, itidem psallentem nihil est Saul configere, & eo declinante, lancea casto vulnere perlata est in parietē, Tertia, vbi cum fugisset Dauid, & venisset ad Achis regem Geth, interfecit Saul propter illum sacerdotes domini. Quarta, vbi nuntiauerunt Ziphei, dicentes, Ecce Dauid latitat apud nos, & surrexit Saul & persecutus est Dauid in deserto Maon. Cumq; desperaret Dauid se posse euadere, nuntius venit ad Saul, dicens, Festina & veni, quoniam insuderunt se Philistæi super terrā. Quinta, in deserto Engaddi, vbi cum ingressus speluncam fuisset Saul vt purgaret ventrem, surrexit Dauid & præcidit oram chlamydis eius silenter. Sexta, vbi iterum nuntiauerunt Ziphei, dicentes, Ecce Dauid absconditus est in colle Achila, & surrexit Dauid & descendit in desertum Ziph, vbi cū dormiente illo dixisset Abisai, conclusit deus hodie inimicum tuum in manus tuas. Nunc ergo perfordiam eum lancea in corde suo, & secundo opus non erit. Dixit Dauid, Ne interficias eum. Ac deinceps, Propitius sit mihi dominus, ne extendam manum meam in Christum domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput eius, & scyphum aquæ, &c. Septima, quæ & vltima, vbi ait Dauid in corde suo, Aliquando incidā in vna die in manus Saul. Nonne melius est vt fugiā & saluer in terra Philistinorū, & desperet Saul, cessetq; me quærere in cunclis finibus Israel? Fugiam ergo manus eius. Et surrexit Dauid & abiit ipse & sexcenti viri cum eo ad Achis filium Mahog regem Geth. Septem istis persequutionibus Dauid, vniuersæ significantur persequutiones, quas excitauit diabolus contra Christum & ecclesiam eius. Septenario quippe numero plerunq; vniuersitas designatur. Vnde & in Apocalypsi draco ille magnus rufus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, septem capita habere scribitur, quibus vniuersi reges, qui contra Christum & sanctam eius ecclesiam persequutiones excitauerunt, significantur. Cæterum & in propria persona sua, quas pertulit Christus persequutiones, septem fuerunt. Prima fuit, vbi secundum Marthæum mox nati eius animam funestus Herodes quæsiuit, & propter eum infantes occidit. Secunda fuit, vbi secundū Lucam, cum venisset Nazareth, vbi erat nutritus, cum iam citharizaret, id est prædicaret, ad mitigandum furorem Saul, scilicet vt conuiesceret, qui contra eum iam furere cœperat possessor vel agitator Iudæorum malignus spiritus, surrexerunt inquit & eiecerunt illum extra ciuitatem, & duxerunt illum vsq; ad supercilium montis, supra quem ciuitas illorū erat ædificata, vt præcipitarent eum. Iesus autem transiens per medium illorum ibat. Tertia fuit, vbi secundum Iohannem, fugit a facie Iudæorum iridentium, fugit inquam dicendo, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Nam reuera hæc dicendo, fugit & abscondit se ab illis, secundum titulū psalmi tricelimitertij, qui sic inscribitur, Psalmus Dauid, cum commutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, & tympanizabat ad ostia portæ ciuitatis, & destuebant saluæ in barbam, & ferebatur in manibus suis. Abimelech ipse est, qui supra dicitur Achis. Interpretatur autē Abimelech patris mei regnum. Achis vero quomodo est. Significat ergo Iudæos, quos recte Christus prius appellauerit patris sui regnum, quod significat Abimelech, nunc autē Achis, ex quo dixerunt, quomodo est, quomodo esse potest. In quo coram istis immutauit vultū suū. In eo videlicet, quod veteris sacrificij ritum conuertit in nouum. In eo quoq; saluæ defluxerunt illi in barbam, quod cū diceret, Nisi manducaueritis carnem meam, &c. Infantilia videbatur illis verba proferre. Infantium enim est saluam emittere. Tunc quoq; tympanizabat ad portam ciuitatis, quando inuitis & audire nolentibus mysterium prædicabat suæ passionis, futurum esse sciens, quod credendo aperirēt aliqui. Ferebatur etiam in manibus suis, videlicet cum tenens in manibus panem & vinum, Accipite inquit & comedite, hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus nouum testamentum. Attamen secundum Hebraicam veritatem nunc legimus, & collabebatur in manibus eorum. Quarta fuit persequutio, quando miserunt principes & pharisæi ministros vt apprehenderent eum. Qui reuersi, cum diceretur eis, Quare non adduxistis eum? Responderunt, Nunquam sic locutus est homo sicut hic homo loquitur. At illi in intentione persistentes, adduxerunt mulierem in adulterio deprehensam, tentantes, vt possent acculare eum. Quinta persequutio fuit, vbi cum dixisset, Amen amen dico vobis, antequam fieret Abraham ego sum, rulerunt lapides vt iacerent in eum. Sexta vbi cum dixisset, Ego & pater vnus sumus, sustulerunt lapides Iudæi vt lapidarent eum. Septima, quæ & vltima, vbi collegerunt aduersus eum concilium, nec destiterunt, donec crucifigerent eum.

CCc

Quod



Quod secundum hunc numerum persecutionum suarum septem psalmos cecinerit David, sicut ex titulo ipsorum potest agnosci, cum mysterio passionis & tentationis Christi.

## CAPVT IX.

Sciendum præterea, quia secundum prædictarum persecutionum numerum David iste septem psalmos cecinit, videlicet tricesimum tertium, LI. LII. LIII. LV. LVI. LVIII. Titulus. Quod ex titulis ipsorum animaduerti promptum est. Nam titulus primi hic est, psalmus David cum commutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum & abiit. Titulus secundus, psalmus David, cum iuit Doech Idumæus, & annuntiavit Saul, & dixit, Venit David in domum Abimelech. Titulus tertius, In finem pro Amalech intelligentia David. Hic ad vltimam eius fugam respicit, quando confugerat ad Achis filium Mahog regem Geth, & venerunt Amalechitæ ablente David, & percusserunt Sicelech, & succenderunt eam igni. Titulus quartus, In finem, in carminibus intellectus David, cum venissent Ziphei & dixissent ad Saul, Nonne David absconditus est apud nos? Titulus quintus, In finem pro populo qui a sanctis longe factus est David in tituli inscriptione, cum tenerent eum Allophyl in Geth. Titulus sextus, In finem ne disperdas David, in tituli inscriptione, cum fugeret a facie Saul in spelunca. Titulus septimus, In finem ne disperdas David, in tituli inscriptione, quando Saul misit ad custodiendam domum eius, vt interficeret eum, & abiit. Hic ad secundam persecutionem respicit, qua cum declinasset a facie Saul lancea caso vulnere perlata in parietem, misit Saul satellites suos nocte in domum vt custodirent eum, & interficerent eum. Quod cum nuntiasset David Michol vxor sua, deposuit eum per fenestram, & abiit & auugit, atq; saluatus est. Mysterium tituli psalmi primi, quomodo David, id est, Christus vultu suum mutauerit, supra perstrinximus. In titulo psalmi secundi, Doech, quod interpretatur motus, Doech in qua Idumæus, id est motus terrenus, Antichristum significat. Nam quod ille annuntiavit Saul, venisse David in domum Abimelech, & propter hoc interfecit sacerdotes domini, illud præfigurauit, quia Antichristus ecclesiam vsq; in mortem persequendo dilaniabit. In titulo psalmi tertii, in finem pro Amalech, illud mystice innuitur, quia quod secundum historiam contigit David, vt ciuitas eius deprædaretur, & succederet ab Amalechitis, idem spiritualiter futurum esset, contra ecclesiam Christi, quod impugnaretur a perfidis, scilicet Iudæis, Paganis, hæreticis, quos omnes sub nomine Amalech exprimit. Interpretatur enim Amalech populus lingens siue dolens & parturiens, iuxta illud, Conceptit dolorem, & peperit iniquitatem. In titulo psalmi quarti, Ziphei qui annuntiauerunt Saul, dicentes, Nonne David absconditus est apud nos, Iudæos significant, qui David Sauli prodiderunt, id est, Christum morti tradiderunt. Ziphei namq; florentes interpretantur. Quo nomine Iudæi denotantur, qui temporaliter bonis florere certabant, & secundum carnem cognati Christi erant. In titulo psalmi quinti, Allophyl qui tenuerunt David in Geth, ipsi sunt Iudæi facti alienigenæ, siue meritis, quod ipso nomine suo indicant Allophyl, in Geth, quod interpretatur torcular, tenuerunt eum, id est, in pressura tribulationum & mortis longe facti a sanctis, scilicet valde dissimiles apostolis, & cæteris fidelibus Christi. In titulo psalmi sexti, quo fugisse scribitur David a facie Saul in spelunca, illud mystice significat, quod a cognatione Iudæorum recesserat Christus propter perfidiam ipsorum, & quasi latens in spelunca sic diuinitatem suam in humana occultauit natura. In titulo septimi psalmi, quo misit populus Iudæicus custodes ad custodiendum Christum sepulchrum, vt interficerent eum, id est, vt in morte quantum ad opinionem suam eum detineret, quod non fecit. Nullo autem argumento certius potuit dominica resurrectio comprobari, quam per hoc quod ex suis inimicis testes sibi adhibuit. Quod in quibusdam eorum titulis scriptum est, ne disperdas, siue ne corrumpas in tituli inscriptione ex abundantia, nunc exponere est, eo quod ad rem minus attinet, neq; enim psalmos, aut psalmorum titulos tractare, hic nobis propositum est. Verumtamen nec omnino prætereire libet, quia quantum ad eorum voluntatem, titulum ipsius David, id est, Christi corruerunt vel disperdiderunt, scilicet quando dixerunt, Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, rex Iudæorum sum.

Quomodo singulas penè persecutiones comes gloria secuta sit in typum eiusdem Christi, qui cuncta que vt passibilis homo pertulit, impassibili diuinitate superauit.

## CAP. X.

Notandum & illud, quia singulas penè persecutiones, comes gloria sequitur. Vbi primum misit lanceam Saul, putans quod confingere posset David eum pariete, continuo subsequitur. [Vidit itaq; Saul, qd prudens esset nimis, & cepit cauere eum. Omnis autem Israel & Iuda diligebat David, ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos.] Scilicet quando egrediebatur ad pugnam, ipse primus more regio egrediebatur in conspectu illorum, & regrediebatur. [Dixit autem Saul ad David, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem, &c.] Ac

Ac deinceps. [Dilexit autem David Michol filiam Saul alteram. Et nunciatum est Saul, & placuit ei. Dixitq; Non habet rex necesse sponsalia, nisi tantum centum præputia Philistinorum. Et post dies paucos surgens David, abiit in Acharon cum viris qui sub eo erant, & percussit de Philistinim ducentos viros, & attulit præputia eorum, & annumerauit ea regi, vt esset gener regis.] Inde dictum est, In duabus rebus gener meus eris hodie. In duabus rebus generum esse sibi futurum dixit, quia attulerat præputia Philistinorum pro Merob, quam Saul dedit Adrieli Melothitæ, & postea pro Michol ducenta. Et quamuis non aperte dicatur pro Merob Saul præputia Philistinorum David dedisse, tamen qui præcedentia & subsequenta perlegerit & scrutatus fuerit, inueniet eum bis Sauli præputia Philistinorum dedisse. Potest etiam & aliter intelligi, in duabus rebus gener meus eris hodie, quia ego quæsiui a te centum præputia Philistinorum, & tu obtulisti ducenta. Potest adhuc & constantius sic dictum intelligi, in duabus rebus gener meus eris hodie, vt sit sensus. Vt gener meus fieres, dudum Philistæum occidisti, sed & nunc centum Philistinorum præputia dabis. Nam ne hoc vili dubium sit, meminisse debet, quia cum Philistæus blasphemaret, & exprobraret, dixit vnusquisq; de Israel. Num vidisti virum hunc qui ascendit? Ad exprobandum enim Israel ascendit. Virum ergo qui percussit eum dabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei. Igitur qui per lancea cum pariete confixus fuerat, mox subsequente consolatur gloria, regis gener in duabus rebus, id est, iterata factus victoria. Item vbi lancea rursus impetitus fuerat, & domus conclusus per fenestram euaserat, cum adhuc elapsus persequeretur Saul, glorioso miraculo eum qui quærebatur prorexit & consolatus est deus. [Milit, inquit Saul, licetores vt raperet David.] Qui missi fuerant primi, & qui secundi, & qui tertii, prophetauerunt, irruente in illos spiritu domini. Abijt & ipse, [Et factus est super eum etiam spiritus domini, & expoliavit se vestimentis suis, & prophetauit cum cæteris coram Samuele.] Prophetauit inquam non minus factum quam verbis. Nam expoliando se vestimentis suis, ei quem persequeretur, regnum se relicturnum significauit, & hic quæstio magna oritur, cum in præcedentibus legatur & non vidit Samuel Saulem vsq; in diem mortis suæ. Aut non vidit eum, quia quando Saul iunctus est cuneo prophético, abscondit se Samuel ne videretur ab eo. Aut non vidit eum indutus habitu regio, quo indutus erat, quando dictum est, non vidit eum vsque in diem mortis, subauditur, indutum veste regia. Expoliasset verò non omnibus vestimentis, sed regalibus tantum intelligendum est. Item vbi fugerat & venerat ad Achis regem Geth, & dicentibus seruis Achis, nunquid non iste est David rex Israel, & cætera, extimuerat valde & immutauerat os suum, & collabebatur inter manus eorum & impingebat in ostia portæ, defluebatq; salua in barbam. Cum interim occidisset propter eum Saul sacerdotes domini, mox subsequente gloria triumphali, amaritudo eius dulcorata est. [Annuntiauerunt, inquit, David dicentes, Ecce Philistæi expugnant Ceilam.] Consulto protinus domino, & accepto eius oraculo, [Perrexit aduersus agmina Philistinorum & pugnavit aduersus eos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna.] Hic iam nec illud prætereundum quod dictum est. [Et fuerunt vasa puerorum sancta.] Achimelech interrogat, vtrum David & pueri sui quos in illum & illum locum conduxisset se dixerat, mundi essent, David ænigmaticos de se pluraliter respondit, dicens, Et fuerunt vasa puerorum sancta a concubitu coniugali. Quod verò ait, [Porro via hæc polluta est.] Et in Hebræo legitur, porro via hæc laica est, sic est intelligendum, Via hæc laica est. Ac si diceret, In lege præceptum est, vt extraneus non commodat ex eis, & tu interrogas, vtrum mundi sint pueri, qui etiam si mundi essent, nequaquam vesci deberent. Idcirco via est laica, quia tu laicaliter interrogas. Quod verò sequitur, [Sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis.] Ipsa vtiq; in vasis, id est, mente sua sanctificari dicit, quia nisi necessitate corporis & periculo vitæ virgine nequaquam vesceretur eis. Non tamen aperte eisdem legitur David panes comedisse. Tradunt Hebræi nequaquam David eisdem panes comedisse. Aliter dominus in euangelio. Item vbi ascenditibus Zipheis ad Saul, & dicentibus, [Nonne David latitat apud nos, cum esset Saul & socij eius ad quærendum eum, cumq; David desperaret se posse euadere a facie Saul.] Tam iucundo præsentia dei subuenit præsidio, vt in tali articulo posito David, [Veniret nuntius ad David & diceret, Festina & veni, quia infuderunt se Philistinim super terram.] Hoc ram gloriosum fuit, vt facti vel euentus memoriam posteris nequaquam deesse vellent. [Vocauerunt enim locum illum, petram diuidentem.] Item cum reuersus, [Saul perrexisset ad inuestigandum David etiam super abruptissimas petras, quæ folis ibicibus peruicæ sunt.] Ibi verò gloriosi viri virtus & patientia laudabiliter enituit. [Speluncam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem, David & viris eius in interiori parte speluncæ latentibus Surrexit ergo David, & præcidit oram chlamydis Saul senter, & cætera.] Hoc admirans Saul, [Iustior inquit tu es quam ego.] Ac deinceps. [Iura mihi in domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei.] Hoc plane gloriosum fuit, vt hic veraciter dicas, quia non qui passus est, sed qui fecit iniuriam miser extitit.

**CAP. XXVI.** Item ubi rursus venientes Ziphei ad Saul dixerunt. Ecce David absconditus est in colle Achila, & surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph & cum eo tria milia virorum de electis Israel. Animaduerte quid fecit David. [Venerunt ipse & Abisai ad populum nocte, & inueniunt Saul iacentem & dormientem in tentorio & hastam fixam in terra ad caput eius.] Post omnia quae illic dicta vel gesta sunt, ait Saul, [Peccavi. Revertere fili mi David, &c.] Parum ne id spectat ad gloriam victoris, quod tam viuanda patientia carbonem ignis super caput inimici sui cogessit, licet in corde illius pertinax malitiae radix incombusta perseverauerit: tunc ubi, [Fugiens David ad Achis habitavit in Geth, deditque ei Achis Sicelech. Amalechitas impetum fecerunt, & percusserunt Sicelech, & succenderunt eam igni.] Sed veniens David, tristitiam praesentem, mox subsequens triumphus gloria detulit. [Percussit enim latrunculos Amalechitas a vespere usque ad vespere alterius diei, & eruit omnia quae tulerant, nec defuit quisquam a paruo usque ad magnum, tam de filiis quam de filiabus, & de spolijs, & quaecumque rapuerant, omnia reduxit David, & tulit uniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam, dixeruntque, Haec est praeda David.] Igitur (vbi praedictum est) cuncta quae pertulit aduersa David, deus in prospera conuertit, cunctamque miseriam noctem mox succedentis gloriae dies effugauit, in typum videlicet Christi filij dei, eiusdem filij dei David, dei & hominis, qui cuncta quae ut passibilis homo perulit, impassibili diuinitate superauit.

*Quomodo David propter persecutiones latitanti fortis viri sese adiunxerint, quos postea principes ac duces constituit: & quod ita Christo in infirmitate carnis latenti suis spiritus iudices seculi futuros apostolos adduxit, secundum numerum eorundem principum David.*

**CAP. XI.**  
**G**loriosum & illud fuit, quod inter ipsas persecutiones fugienti adhuc, & latitanti, fortis illos spiritus domini aggregauit, quorum fides & bellicosa virtus militaret postmodum regi in throno sedenti. Sic enim in Paralipomenon scriptum est. Hi quoque venerunt ad David in Sicelech, cum adhuc fugeret Saul filium Cis qui erant viri fortissimi & egregij pugnatores tendentes arcum, & utraque manu fundis saxa iacentes, principes Abiezer & Ioas filius Amaa Gabathites, & ceteri de Benjamin. Et de Gaddi viri inquit robustissimi, & pugnatores optimi. Facies eorum quasi facies leonum, & veloces quasi capreae in montibus. Egrediebaturque est David obviam eis, & ait, Si pacifici venitis ad me, ut auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis, si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cum ego iniquitatem in manibus meis non habeam, videat deus patrum nostrorum, & iudicet. Spiritus vero domini induit Abisai principem inter triginta, & ait, Tui sumus o David, & tecum fili Isai, pax, pax tibi, & pax adiutoribus, te enim adiuuat deus tuus. Suscepit ergo eos David, & constituit eos principes turmae. Nonne & vero David CHRISTO filio dei dum adhuc lateret in infirmitate carnis, dum adhuc tentaretur, dum adhuc persecutionibus vrgeretur, suis ipsius spiritus, principes, id est apostolos adduxit, quorum fides, & patientia postmodum regnantis, atque ad dexteram patris residenti, per totum militarem orbem in praedicatione euangelij. Nam de illis dicitur per prophetam, Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, Constitues eos principes super omnem terram. Et alibi, Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham. Nam ut iucundius aspiat huiusce pulchritudo mysterij, cum fortis tunc ad David profugum conuenerint quae plurimi, vnde decem tantum principes nomine pariter, & numero scriptura designauit. Ezer inquit primus princeps, Obdias secundus, Eliab tertius, Masmannaquarcus, Hieremias quintus, Hethi sextus, Heliel septimus, Iohanna octauus, Helzabath nonus, Hieremias decimus, Machabana vndecimus. Quae hoc non delectet scientem, quod Christus, & si plures discipulos fecit, tamen duodecim tantum elegit, quos & apostolos nominauit, & ex illis vnus perijt, Iudas filius perditionis: Et quidem episcopatum vel apostolatam eius accepit alter, & duodenarius apostolorum numerus suppletus est, sed non cum adhuc ille David lateret, cum adhuc fugeret, cum adhuc persecutionem sustineret. Iam inimicos suos vicerat, iam mortem superauerat, iam in caelum ascenderat, & regnans gloria & honore coronatus ad dexteram patris sedebat. Vnde decem ergo principes, profugi & adhuc latitantis David, vnde decem fuere apostoli adhuc mortalis & passibilis Christi, quibus & proinde dicit, Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quid ergo inquam illud sibi vult, quod ibidem de istis principibus continuò dictum est. Nouissimus centum milibus praerant, & maximus mille: Nulla quippe quaestio subesset, si ita dictum fuisset, maximus centum milibus praerant, & nouissimus mille. Quid inquam, nisi quia in lege vel ordine magni David militiae, ille qui maior est sit sicut minor, & qui praecessor sicut ministrator: Igitur ut recipiendo melius sententia colliquefcat, qui centum milibus praerant, ille nouissimus, & qui mille praerant, ille maximus erat. Quod est dicere, Qui inter principes David,

David, id est, apostolos Christi, pluribus abundabat virtutibus, ille spontanea submissione omnium erat nouissimus, & qui pauciorum videbatur esse virtutum, ille pia humilitatis contentione omnium iudicabatur esse maximus.

*Quid mysterij in eo sit, quod David inter persecutiones vnam quidem uxorem Michol filiam Saul amisit, sed duas acquisiuit Abigail & Ahinoen Iezraeliten.*

**CAPVT XII.**

**N**ihilominus nec illud à mysterio vacare putandum est, quod inter praedictas persecutiones vnam quidem David uxorem, scilicet Michol filiam Saul amisit, sed duas acquisiuit, videlicet Abigail uxorem Nabal Carmeli & Ahinoen Iezraeliten. [Nam Saul dedit filiam suam Michol uxorem David Phalthi filio Laïs, qui erat de Gallim.] At ille (vt Hebraei tradunt) non cognouit eam, id est Phalthi, quia si cognouisset eam, nunquam David potest eam sibi sociasset, quia in lege penitus huiusmodi prohibetur coitus. Idem namque Phalthi de Gallim, id est, de inundatione erat. Inundatio, hoc est Gallim, lex intelligitur. Legis enim doctor erat, de Bahurim, id est de electis. Quando autem à Saule Michol ei datur, Phalthi id est, euadens interpretatur. Quando vero ab eo eadem Michol auferatur, Phalthiel, id est, euadens à deo interpretatur. Euadens à deo dicitur, quia custodiuit eum ne rangeret eam, ne sic ret transgressor legis. Secutus est eam vir suus plorans usque Bahurim. Plorasse dicitur praegaudio, eo quod eum dominus custodisset ne rangeret eam. Significat autem Michol quod nomen veritur in eam carnalem nimis & aquaticam synagogam, utpote vinum nescientem, quod de aqua factum, CHRISTVS desiderabilis illi propinare voluit in nuptijs suis, magisque sequentem aquam literae quae nihil ad perfectum adduxit. Propter illam equidem vt eam desponsaret sibi, Philistaeum David interfecit, id est diabolium, Christus propria morte vicit. Sed Saul arreptus, scilicet infania peccati in illa synagoga regnantis, abstulit illi, & dedit eam Phalthi, id est Moyse, non quod verè data vel subdita sit illi. Si enim crederetis inquit Moyse, crederetis forsitan & mihi, sed quod sic arbitretur, sic confidat sibi, iuxta illud, Tu discipulus eius sis, nam nos Moyse discipuli sumus. Attamen idem Phalthi, qui nunc non cognoscit uxorem quondam David, aliquando reducet illi. Futurum est enim aliquando, vt Christum Synagoga cognoscat, ex lectione Moyse. Iterum David qui vnam suam uxorem amisit, duas (vt praedictum est) inter ipsas persecutiones acquisiuit, videlicet Abigail uxorem Nabal Carmeli, & Ahinoen Iezraeliten. Ahinoen fratris decor, Iezrael semen dei, Abigail patris mei exultatio, Nabal insipiens interpretatur. Igitur Ahinoen Iezraelites, id est fratris decor, de semine dei antiqua ecclesia est, quae Christi aduentum praecessit, decor inquam fratris, id est, honor & regnum eiusdem Christi filij dei, deus enim pater secundum spiritum, Abraham vero pater secundum carnem est ecclesiae. Sicque Iezraelites est, id est, de semine dei. Porro Abigail noua ecclesia est, quae aduentum subsequitur eiusdem Christi filij dei vxor quondam Nabal, id est insipientis, disciplina enim erat philosophorum insipientium, quorum sapientia deus stultam fecit. Vtraque ecclesiam eisdem passionibus, eadem morte Christus redemit.

*Qualiter Abigail eundem David ne se manu sua vlsceretur praenerit, & quid mystice numera eius quibus placauit David significant.*

**CAP. XIII.**

**Q**uidnam egit haec Abigail secundum nomen suum, patris exultatione dignum? [Numerauit ei vnus de pueris, dicens, Ecce misit David de deserto nuncios, vt benedicerent domino nostro, & auerlarus est eos. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & caetera. Et ait David ad Abigail. Benedictus dominus deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquij tuum, & benedicta tu quae prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem & vlscerem me manu mea. Alioquin viuere dominus deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi, nisi cito venisses in occursum mihi, non remanisset Nabal vsque ad lucem matutinam mingens ad parietem.] Ac deinceps. [Cumque pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & mortuus est. Misit ergo David, & locutus est ad Abigail, vt sumeret eam sibi uxorem.] Plane secundum hanc sapientis formam mulieris, ecclesia de gentibus sibi met sapienter prouidit. Venerunt nuncij David ad Nabal vt benedicerent ei, venerunt inquam nuncij pacis, praedicatores salutis ad mundum istum insipientem, & in maligno positum, vt gratiam supernae benedictionis, gratiam spiritus sancti in baptismo remissionis peccatorum conferrent ei. At ille scilicet Nabal, id est, omnis insipiens, omnes qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, auersati sunt eos, persecuti sunt eos, occiderunt eos. Quid econtrario David? Quid ad haec manus fortis? [Accingatur inquit vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt omnes gladijs suis.] Gladius David & virorum eius, potestas iudicij est, in manu Christi & sanctorum eius. Nam exultationes dei, inquit, in gutture eorum & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes

in p̄pulis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in mancis ferreis, ut faciant in eis iudicium conscriptum. Hoc metuens festinavit Abigail, festinavit gentium multitudo muneribus prolatis, praeuenire & placare iram iudicis, ne se manu sua vlcisceretur. **Heb. 10.** Dauid, credens attestantibus, quod horrendum sit incidere in manus dei videntis, quando iudicaturus deus noster veniet, & non silebit. [Viro autem suo Nabal non indicavit.] Nec enim quaesivit ecclesia consilium cuiusquam philosophi, aut edictum attendit cuiusquam orbis terrarum principis, sed illis quidem omnibus debita reddidit, cui tributum, tributum, cui vestigal, vestigal. cui honorem, honorem, salutis autem suae viam, aut venturae irae exitum qualiter inueniret, cum sola sapientia tractavit, a solo spiritu dei consilium quaesivit. Quid enim de huiusmodi tractaret cum ebriosis principibus, cum insipientibus huius mundi philosophis? [Erat enim (inquit) Nabal ebrius nimis.] Quae autem sunt munera, cum quibus ad nostrum Dauid ista festinavit Abigail? Ut taceam de sex operibus misericordiae, quae replicaturus est ille dicendo. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Sitivi & dedistis mihi potum, &c. illud praecipue munus, illa maxime singularis oblatio, prudentiam huius laudabilem efficit, quae quotidie immolat in sancto altari, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam corporis eius & sanguinis. His muneribus non solum iram vel gladium euasit, sed coniunx effecta est ecclesiae magni Dauid.

*De imitabili exemplo eius, quo Nabal ebrius culpam suam laudabiliter tacuit: quam digesto vino reuerenter dixit.*

CAP. XIII.

**E**T non indicavit ei verbum pusillum aut grande usque mane. Diluculo autem cum digressisset Nabal vinum, indicavit ei omnia verba haec. Hoc exemplum tam vniuersam ecclesiam, quam singularem quosque fideles aedificat. Quid enim Abigail nobis per hanc renunciationis suae dispensationem innuit, nisi quod iracundos melius corrigimus, si in ipsa ira suae commotione declinamus? Perturbati quippe quid audiant ignorant, sed ad se reducti tanto libentius verba exhortationis recipiunt, quanto se tranquillius tolerari erubescunt. Mentibus autem furore ebriis, omne quod rectum dicitur, peruersum videtur. Unde & recte Nabal ebrius culpam suam Abigail laudabiliter tacuit, quam digesto vino laudabiliter dixit. Idcirco enim malum quod fecerat cognoscere potuit, quia hoc ebrius non audiuit.

*Qualiter vel quibus Dauid sit imitandus in eo quod percussit cor suum, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul.*

CAP. XV.

**P**orro ad cauendum obreftationis vitium & exhibendam a subditis humilitatem, quibuslibet etiam prauis rectoribus, superiori eiusdem exemplo plurimum instruumur. **Sup. cap. 24.** Saul persecutor cum ad purgandum ventrem, speluncam fuisse ingressus, illic Dauid cum viris suis inerat, qui iam tam longo tempore persecutionis eius mala tolerabat. Cumque eum viri sui ad ferendum Saul accenderent, fregit eos responsonibus, quia manum mittere in Christum domini non deberet. Qui tamen occulte surrexit, & oram chlamydis eius abscidit. Quid per Saul nisi mali rectores, quid per Dauid nisi boni subditi designantur? Saul igitur ventrem purgare, est prauos praepositos conceptam in corde malitiam usque ad opera miseris odoris extendere, & cogitata apud se noxia factis exterioribus exequendo monstrare. Quem Dauid ferire metuit, quia pia subditorum mentes ab omni se peste obreftationis abstinere, praepositorum suorum vitam nullo linguae gladio percutiunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt. Qui & si quando propter infirmitatem sese abstinere vix possunt, ut extrema quaedam atque exteriora mala praepositorum, sed tamen humiliter loquantur, quasi chlamydis oram incidunt silenter, quia videlicet dum praelatae dignitati, saltem innoxie & laeenter derogant, quasi regis sibi superpositi, vestem laedant. Sed tum ad semetipsos redeunt, seque vehementissimè vel de tenuissima verbi laceratione reprehendunt. Unde bene & illic scriptum est. Post haec Dauid percussit cor suum, eo quod abscidisset oram chlamydis Saul. Facta quippe praepositorum oris gladio ferienda non sunt, etiam si recte reprehendenda iudicantur. Si quando vero contra eos vel in minimis lingua labitur, necesse est ut per afflictionem poenitentiae cor prematur, quatinus ad semetipsum redeat, ut cum praepositi potestati delinquerit, eius contra se iudicium a quo sibi preclara est, perhorrescat. Nam cum in praepositos delinquimus, eius ordinationi qui eos ordinavit & nobis praetulit, obuiamus. **Roma. 15.**

*Quid mystice per puerum Aegyptium intelligitur: quo duce Dauid inimicos suos Amalechitas persequens comprehendit.*

CAP. XVI.

**T**andem illud, quod Aegyptium puerum Amalechitas in itinere deserunt, quem Dauid cibo reficit, ducem sui itineris facit, Amalechitas persequitur, epulantes reperit & funditus extinguit, mirandum supernae gratiae donum in peccatorum conuersione spiritualiter ostendit. Quid enim est, quod Aegyptius Amalechitas puer in itinere lassatur, nisi quod amator praesentis

praesentis seculi, peccati sui nigredine operatus, sepe ab eodem seculo infirmus despectusque relinquitur, ut cum eo nequaquam currere valeat, sed fractus aduersitate torpescat? Sed hunc Dauid inuenit, quia redemptor noster veraciter manu fortis, nonnunquam quos despectos a mundi gloria reperit, in suo amore conuertit, cibo pascit, quia verbi scientia reficit, ducem itineris eligit, quia suum etiam praedicatorum facit. Et qui Amalechitas sequi non valuit, dux efficitur Dauid, quia is quem indignum mundus deseruit, non solum conuersus in sua mente dominum recipit, sed praedicatio hunc usque ad aliena corda perducit. Quo videlicet ducit, Dauid Amalechitam coniuuantem inuenit & extinguit, quia ipsis praedicantibus Christus mundi laetitiam destruit, quos mundus habere comites despexit.

*Quod Saul spiritum Pythonis consuluit, & quod non tam Samuel, quam spiritus malignus apparuisse credendus sit.*

CAP. XVII.

**S**amuel autem mortuus est, planxitque cum omni Israel, & sepelierunt eum in Ramatha **Cap. xvii. Supra. 24.** urbe sua. Quæritur, cum superius iam mortuus legatur, cur hic repetatur mortuus. Super namque dicitur sepultus fuisse in domo sua in Ramatha. In domo sua in familia videlicet & cognatione sua. Mortuus hic ut Hebraei volunt, resuscitationis suae causa repetitur. De qua videlicet resuscitatione postmodum dicitur. [Dixitque ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait, Samuelem suscita mihi, & cetera.] Nullo accepto diuinitus responso Saul, conuertitur ad Pythones, sicut hic itidem scriptum est, Consuluitque dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. Respondebat dominus per somnia, sicut Hebraei asserunt, eo quod ieiunando & orando poscebant, oraculum sibi fieri diuinum, & deus illis per somnia reuelabat ea quae futura erant, quod in hoc loco minime fecisse legitur Saul. [Saul autem (inquit) abstulit magos & hariolos de terra, & interfecit eos qui pythones habebant in ventre.] Hanc ergo mulierem Hebraei matrem fuisse Abner filij Ner autumant, & propter eundem Abner, ne perimeretur cum ceteris pythoneis, absconditam fuisse & reueruatam. [Intellexit (inquit) Saul quod Samuel esset, & inclinavit se in terram, & adorauit.] Ergo ne bene Saul intellexit? Ergo ne spiritui pythonis virum sanctum suscitare licuit? Reputat valde, quod ille qui visus est. [Cras (inquit) tu & filij tui mecum eritis.] Nunquid quem deus propter superbiam deiecerat, quique in extremis suis spiritum pythonis consuluerat, & de vitulo eius comederat, cum iustis & prophetis futurus erat? Et si tempore illo sancti quocumque & iusti homines apud inferos erant expectantes beatam spem, non tamen impij cum illis esse poterant. Dicit enim Abraham diuini in inferno sepulto, sine dubio, quo tempore adhuc ipse Abraham in inferno fuisse credendus est. Et in his omnibus inter nos & vos chaos magnum firmatum est, ut hi qui volunt hinc transire ad vos, non possint, neque inde huc transire, itaque licet in ecclesiastico legamus, quia Samuel quoque post mortem prophetauit, non tam Samuel, quam in phantasmate Samuelis, spiritus malignus apparuisse credendus est. Igitur dum morituro Saul & filijs eius repetitur quod supra dictum est Samuel mortuus est, planxitque eum omnis Israel, hoc secundum mysterium magis, quam secundum historiam operari comprobatur. Iudæis namque in peccato suo morituris, sacerdotio quoque & regno pariter cum templo perituris, quod videlicet sacerdotium vel regnum per unctum Saul recte intelligitur, recte dicas, quia Samuel mortuus est. Illis namque non solum Samuel, & tota lex & prophetæ mortui sunt, quia videlicet solam illorum occidentem literam lectitantes, & viuificantem spiritum non habentes, in manus hostium traditi sunt, secundum corpus ab inimicis hominibus, secundum animam interfecti a malignis spiritibus.

*Quomodo vel quam ob causam bene contigerit Dauid, ut vulturo Saul cum populo suo, ipse bello interesse non est permixtus: & quod sicut planxit Dauid, fortes qui ceciderant, ita Christus gentem suam humano fleuit affectu.*

CAP. XVIII.

**Q**uid porro sibi vult, quod moriturus in bello Saul & filijs eius, & vniuersis viris eius, Dauid bello interesse non permittitur? [Dixerunt enim principes Philistinorum ad Achis, Quid sibi volunt Hebraei isti?] Ac deinceps. [Reuertatur vir & sedeat in loco suo in quo constituit eum, & non descendat nobiscum in praelium, ne fiat nobis aduersarius cum praeliari coeperimus.] Quomodo enim placare poterit dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nonne iste est Dauid, cui cantabant in choris dicentes, percussit Saul in milibus, & Dauid in decem milibus suis. Itaque factum est, ut Dauid neque cum populo suo, neque contra populum suum, bello interesset, sed abiens fortes qui ceciderant in praelio, plangeret. Nunquid hoc casu, & non potius per dei providentiam gestum est? Vtique deo providente factum est, ut Dauid legitimus rex, neque proditor, neque hostis patriae iudicari posset. Denique si bello admixtus contra suos praeliaretur hostis patriae, si ad suos conuerteretur deserto rege ad quem

CCc iij

conu.

confugerat, quicquid illum quasi fidelem custodem capiti suo posuerat, infamis existeret, perdidit proditoris crimine. Sed nec istud a mysterio vacare credendum est. Sic nempe saluator ruenturo Iudaeorum populo, cum ciuitate & templo, suam ademit praesentiam, ut neque hostibus eius faueret, neque tamen suis cognatis manum auxiliarem porrigeret. Secundum hominum loquimur affectum. An inimicis gentis suae fauit, qui videns ciuitatem fleuit super illam, & inter lachrymas futura mala praedixit: Igitur praesentibus Philistaeis, contra Israel, Dauid vtriusque deest, quia ciuitatem Hierusalem Romanis obsidentibus, Christus manu fortis neutrae parti adest, cum neutra parte, gratia eius est. Et iste quidem Dauid iam completam Saul & filiorum vtrorumque ruinam eius desset. Christus autem ruinas Iudaeorum, & antequam fieret, fleuit per semetipsum, sicut iam dictum est, & postquam iam facta est, doluit in Apostolo suo, in quo & loquebatur quemadmodum Apostolus ipse testis est, Veritatem dico in Christo non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea, in spiritu sancto, quia tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo, & caetera.

*De morte Saul, & filiorum eius, & quod Amalechiten, qui nuntiauit mortem eius, dicant Hebraei fuisse filium Doeck.*

## CAP. XIX.

**N**on audiet vos (inquit) Dauid de sermone hoc. Aequa enim pars erit descendens ad praelium & remanens ad sarcinas. Cum in Latinis codicibus legatur lassos quosdam substituisse ad sarcinas, in Hebraeo habetur, iustos fuisse ut residerent ad sarcinas, locus hic monstrat Hebraicam veritatem, in hoc loco sequi debere, quae non lassos sed iustos remansisse ad sarcinas dicit fuisse. Ait enim ita, Aequa pars erit descendens ad praelium & remanens ad sarcinas, Non ait qui lassus remanserunt ad sarcinas, sed absolutus remanens ad sarcinas, quia qui lassus remansissent, nulla eis dari deberetur de praedis portio. [Quod cum vidisset armiger.] Videlicet, [Quod mortuus esset Saul.] Irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum ipso. Armigerum istum Hebraei Doeck Idumaeum dicunt fuisse, qui cernens Saul mortuum, seipsum ob merum Dauid interemit. [Mortuus est ergo Saul & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius.] Viri isti pueri domestici eius intelligenda sunt. Hi tres filij eius cum eo interfecti sunt, Ionathan, Aminadab, qui & Iesui & Melchisina, Ithobeth autem dormierat, qui anno quo Saul rex constitutus est, natus fuerat. Quae etiam quadraginta annorum fuisse dicitur cum regnare coepisset. Vnde colligitur Saul per quadraginta annos regnasse. Querendum, cur alibi legatur Iesui, alibi Aminadab, Iesui enim interpretatur aequalis. Aequalis enim dicitur, quia aequalis meriti fuisse filij cum patre memorantur, Aminadab interpretatur pater meus sponte. Sponte enim sua pater eius Saul, male agendo conquisiuit, ut taliter vna cum filiis perimeretur. [In die autem tertia, apparuit homo veniens de castris Saul.] Hominem istum Amalechiten Hebraei filium Doeck fuisse dicunt. Amalechites etenim & Idumaeus vnus est, quia filius primogenitus Esau Elifaz fuit, & huius filius Amalech. Diadema autem & armilla quae Dauid detulit, a patre Doeck commendata sibi fuisse perhibent.

*De mira innocentia Dauid qua mortuum Saul planxit, & de arcu quem filij Israel per eum modi planctum discere debuerint.*

## CAP. XX.

**P**lanxit autem Dauid planctum huiusmodi, super Saul, & super Ionathan filium eius, & praecipit ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Inclyti Israel super montes suos interfecti sunt, & caetera. Quis planxerit, quid, vel quare planxerit, amplius autem quid mysticum significet, si rite consideres, planctus iste rationalis, & de thesauro sapientis, prolatus est. Quis enim planxit? Rex vnctus, electionis suae non inscius, qui non ignoraret per mortem Saul, vacuatum sibi esse thronum regium, ut qui profugerat iam repatriaret. Mira ergo innocentia, mira aduersus ambitionem temperantia. Parum fuerat manibus temperasse, dicendo, propitius sit mihi dominus, ne extendam manum meam in Christum domini, nam poterat & haec dicens optare, ut aut dies mortis eius veniret, aut in praelium descendens periret. Sed ecce, occulta cordis manifestus iustitiae actus defendit, dum ipse plangit, & per poenam vel mortem eius qui nuntiauerat nemini suorum exultandum esse decernit. Recte igitur canat, secure canat, & dicat fortis Dauid, Domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decida merito ab inimicis meis inanis. Quid autem planxit? Istud videlicet, quod Saul cum esset Christus domini, propter superbiam suam hoc comeruit, ut & ipse projiceret a facie domini, & cum illo cunctus Israel cerneret coram hostibus suis, inclytis suis interfectis. Hoc planctus viro sapienti plangendum erat, qui sciret in summa humilitate sibi cauendum esse exemplum eius, qui cum esset Christus domini, superbiendo spiritui maligno mancipari meruit, & eo usque deuolutus est, ut consulto spiritu pytho-nico plena praeuaricatione damnabilis, vitam praesentem miserabili sine concluderet. Er quare planxit? Ut doceret (inquit) filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum, Arcus, id est, belli fortitudinem

fortitudinem, qui profecto arcus vel quae fortitudo belli non alia est, quam manus vel auxilium domini. Et recte hoc loco per arcum tota significat fortitudo belli, quia videlicet maxime per arcum perierat Saul, sicut supra scriptum est, quia consecuti sunt eum viri sagittarii, & vulneratus est vehementer a sagittariis, quod vtrique non euenisset, si suum & ipse arcum tenere, vel intendere voluisset, id est, si sua in deo spem posuisset, sine quo nunquam vicit, aut fortiter fecit Israel. Sicut scriptum est, in libro Israel iustorum, Liber iustorum, quis quidam liber possit intelligi qui hodie nusquam possit inueniri, constantius tamen liber hic intelligitur, de quo scriptum est in Numeris. Vnde dicitur in libro bellorum domini, Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrentibus Arnon, &c. Liber autem bellorum domini, quis est, nisi omnis scriptura sacra, ex qua sine dubio docemur bellare bella domini? Nec enim ante Moysen qui illud dixit, scriptum fuerat quippiam eiusmodi. Igitur docerent (inquit) filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum, id est, quia male pugnaverant filij Israel ob culpam suam, discerent saltem filij Iuda, contribules sui ponere deum adiutorium suum, sicut fecerunt iusti, quorum omnes victoriae deo mirabiliter cooperante peractae sunt, sicut testantur scripturae, quae & si pluribus libris distinctae, vno tamen spiritu conscriptae sunt, & idcirco recte repnant in vnum librum, iuxta illud, Et vidi in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus & foris, & signatus sigillis septem. Quomodo vero per huiusmodi planctum, dicendo, Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes? Aquilis velociores, leonibus fortiores. Ionathan in excelsis tuis occisus est. Quomodo (inquam) per huiusmodi planctum discunt filij Iuda, arcum praedictum? Videlicet ut sit subaudiendum, Ab hoc experimento discant quicumque pugnant, quod si fortes sint, & inclyti multum, & si velocitate aquilarum, atque fortitudine habeant leonum, nullatenus tamen victoria aduerfante deo perficere poterunt. Ab hoc (inquam) experimento istud discant. Ecce enim super montes tuos, o Saul, super montes (inquam) tuos, id est, propter superbiam tuam inclyti Israel interfecti sunt, fortes ceciderunt tecum. Sed & Ionathan in excelsis tuis, tuis (inquam) non suis occisus est. Non enim propter superbiam suam, sed propter patris superbiam, filius hic meliori patre dignus mortuus est. Repugnat namque quod dicit, Sagitta Ionathae nunquam abiit retrorsum. Sagitta Ionathae fides fuit Ionathae, quae cum ipso Dauid foedus iniit, & nunquam retrorsum abiit, nunquam enim illud foedus irritum fecit. Dicendo autem sagitta Ionathae, pro eo ut diceret fides Ionathae, pulchre ad rem gestam respicit. Supra namque scriptum est. Pepigit ergo Ionathan foedus cum Dauid, & addidit Ionathan deserere Dauid. Ac deinceps. Et ego tres sagittas mittam. Si dixerit puero, Ecce sagittae intra te sunt, tolle eas, tu veni ad me, quia pax tibi est, &c. Ergo sagitta Ionathae nunquam abiit retrorsum, id est, foedus in quo sagittarum signo usus est Ionathan, nunquam fecit irritum. Haec dicens, & planctum huiusmodi plangens, confortat tamen & suadet Israel opportunam a deo sperare consolationem. Ait enim, Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Acalonis, ne forte letentur filiae Philistinum, ne exultent filiae incircumcisorum. Quod est dicere, Quamuis inclyti Israel interfecti sunt, quamuis ceciderunt fortes, & arma bellica perierunt, citius resumite arcum, vestrumque bona spero roborate brachium, ut non vacet hostibus estimare quod plenus de vobis egerint triumphum, ut annuntietur illis, quamuis fortes ceciderint, vos tamen habere deum fortissimum. Quare ait (inquit) Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum. Videlicet ut ipsa montis ariditas perpetua permanens, posteris sit necessariae rei documentum, ut semper praesentibus oculis habeant vnde commoneant futuri reges, cauere superbiam vitium, propter quod ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, tam ignobiliter, ac si non esset vnctus oleo, ac si nunquam efficac redisset a sanguine interfectorum, ab abiectio fortium. [Filiae (inquit) Israel super Saul flete, flendus enim est, quia qui vestiebat vos coccino in delicijs, qui praebat ornamenta aurea cultui vestro.] Subauditur de praedis hostium quas agebat, nunc ipse nudus iacet, nunc ipse hostium visibilibus, atque inuisibilibus praeda factus est.

*Quomodo vel quale lamentum Christi ille planctus Dauid significat super gente sua Iudaica, & qualem nos arcum idem planctus spiritualiter intellectus docere debeat.*

## CAP. XXI.

**Q**uid tandem planctus iste mysticum signat, nisi lamentum veri Dauid, id est, manus fortis Christi, qui gentis suae, gentis Iudaicae fleuit ruinas. Ille namque & per semetipsum videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens, Quia si cognouisses & tu, & per Apostolum suam iam peractam desset ruinam, dicente illo, in quo sine dubio loquitur Christus, Veritatem dico in Christo non mentior, testimonium perhibente mihi conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Operam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, &c. Plangit ergo Dauid Saul, & eos qui ceciderunt fortes & inclytos Israel, plangit manus fortis siue desiderabilis Christus superbiam carnalis Israel, falsamque Israelitarum fortitudinem, de qua ipse in Psalmo, Et irruerunt (inquit) in me fortes, suam videlicet iustitiam statuere volentes, & non in gratia dei, sed in operibus legis,

legis, quasi inclyti gloriantes. Et vae illis qui plactum huius David nequaquam poenitentiae suae praeuenerunt lamentis. Plangendo autem & hoc praecipit, ut docerent filios Iuda arcum, ut docerent filios confessionis suae, scilicet Christianum de gentibus populis, non gloriantur quasi de suis meritis, sed subiiciendo se gratiae dei, verum & constantem tenere superne fortitudinis arcum. Quod praecipit docendi Apostolus sagaciter exequens, quod si (inquit) aliqui ex ramis fracti sunt. Tu autem oleaster es, infertus es in illis, & locius radicis factus es, & pinguedinis oliuae, noli gloriarum aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radicem te. Noli autem sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non peperit, ne forte nec tibi parcat. Haec & caetera cum dicit, profecto docet, filios Iuda arcum, ut scilicet si fortiter agere velint, non gloriantur, sed humiliter stent in gratia dei. Nam inclyti Israel (inquit) super montes suos interfecit sunt, & ceciderunt fortes, inclyti videlicet, qui sunt secundum carnem Israelitae, quorum adoptio est filiorum & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, Amen. Itaque secundum haec verum quidem inclyti sunt, sed de his superbiendo falso fortes sunt. Idcirco interfecit sunt, idcirco ceciderunt, maxime ob culpam sacerdotum, deceptam plebem deuorantium. Propter quod dicit, Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neque sint agri primitiarum. Gelboe namque deuoratio siue decursus interpretatur. Quo nomine non incongrue pharisaei siue sacerdotes illi denotantur, quos in domo patris latrocinant, & praedam de populo facientes, saluarum cum flagello eiecit, deuoratores & voraces iuxta illud propheticum, Peccata populi mei comedunt. Igitur mons Gelboe inquit nec ros, nec pluuia veniant super te, neque sint agri primitiarum, id est, vniuersa valle gentium humilium superne irrorata, & compluta ut abundet frumento ut edant pauperes & laudent dominum, vos autem & superbi, neque rorati. Spiritum sanctum, neque pluuia accipiat. i. salutaris doctrinae verbum. Nam & nubibus meis mandabo, ne pluant super vos imbre, nubibus (inquit) meis, id est, Apostolis meis mandabo ut vestrae superbiae subtrahant, pluantque gentibus praedicationem euangelij. Itaque non eritis agri primitiarum, non erit primitiua messis, quae de vobis hoc tempore deportetur in illud caeleste horreum, donec subintret plenitudo gentium. Tunc enim reliquiae saluae fient ex vobis, eritque non iam primitiua, sed serotina messis. Quare? [Quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul quasi non esset vnctus oleo.] Ibi inquam, id est, in superbia vestra ego abiectus sum, qui solus sum clypeus fortium, qui esse debueram clypeus Saul, id est, defensio vel protectio furiosi vel arreptitij populi huius. Vestro namque suauis negavit me ante faciem Pilati, negavit (inquam) dicens, non habemus regem nisi Caesarem. Quid hac negatione nisi clypeum suum, clypeum fortium abiectum, quasi non esset vnctus oleo. Ibi (inquam) me abiectum, quasi non essem ego Messias, non essem Christus, non essem vnctus spiritu sancto, testimonium habens a sanguine intersectorum, ab adipe fortium, scilicet malignorum spirituum, vel impiorum hominum, quasi nullam omnino praedam tollere possem de manibus inimicorum meorum.

De oraculo, quo David in Hebron ascendere iubetur, & quid mysticum in Christo significet ille ascensus eius.

CAP. XXII.

Igitur post haec consuluit David dominum, dicens, Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait dominus ad eum, Ascende. Dixitque David, Quo ascendam? Et respondit ei, In Hebron. Haec tunc profugus, haec tunc exul plorauit, & fleuit multa amaritudine inebriatus, nunc autem repatriare & regnare obedienter paratus, in tabernaculo dei sui cantare & psallere vult, videlicet in exemplum eius, cuius in persona ipse loquitur. Paratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo & psallam in gloria mea. Nempe & huic consulenti, num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda, Ascende (inquit) in Hebron. Et illi in sepulchro velut responsum patris praestolanti, quippe qui non a semetipso venit, sed obedienter cuncta fecit, Exurge (inquit) gloria mea, exurge psalterium, & cithara. Et ille protinus, Exurgam (inquit) diluculo. Et quasi iustus ascendere in Hebron, libenter hoc accipiens. Confitebor tibi (inquit) in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Hebron namque ciuitas, sepulchrum erat Abraham, Isaac, Iacob, & maximi Adae, sicut in libro Iesu Naue scribitur. Vnde & Chariatharbe dicitur, Nomen (inquit) Hebron antea vocabatur Chariatharbe, quod interpretatur quatuor. Adam maximus ibi inter Enacim situs est. Hebron itaque regni Dauidici principium, propter Abraham quidem, Isaac, & Iacob ibi sepultos, populum significat Iudaicum, propter Adam autem maximum ibidem situm vniuersum designat genus humanum. Proinde David recte & in persona sua in Hebron ascendere iubetur, & in persona Christi cantare docetur, confitebor tibi (inquens) in populis domine, & psallam tibi in nationibus. Attramen consulens in vnam tantum querit ascendere de ciuitatibus Iuda, quia videlicet non nisi in vna vnus fidei ecclesia Christus regnat.

De Abner,

De Abner, qui prius aduersarius David, postea transtulit regnum ad David, quod in illo forma quadam sit Apostoli Pauli, de eadem tribu Benjamin. Et quid significet ludus ille, in quo pueri ex vtraque parte simul canentibus, idem Abner velocius Asahel aduersa hasta percussit in inguine.

CAP. XXIII.

Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isboseth filium Saul, & circumduxit eum per castra, regemque constituit, super Galaad & super Iesuri & super Iezrael, & super Ephraim, & super Israel vniuersum. Pro Iesuri verius legitur Afuri, id est, tribus Afer. Abner primo quidem David aduersarius, & aduersae partis dux, postea vero transiens regnum de domo Saul, ut eleuaretur thronus David super Israel, & super Iudam: quomodo iurauit ei dominus, quem alium, nisi Paulum de tribu Benjamin significare arbitramur. Abner quippe patris lucerna. Isboseth vero vir confusionis interpretatur. Patris autem lucerna procul dubio iam in praesentia dei Paulus erat cum adhuc circumduceret Isboseth, id est, cum adhuc confusionem Iudaicam defenderet, veruntamen in factis praesentibus caecus utpote persecutor & blasphemus inimicus David erat. [Egressusque est Abner filius Ner, & pueri Isboseth filij Saul de castris in Gabaon. Porro Ioab filius Saruiae & pueri David, egressi sunt & occurrerunt eis.] Ac deinceps. [Apprehensoque vnusquisque capite comparis sui defixit gladium in latus contrarium, & ceciderunt simul. Et post pauca, percussit ergo Abner Asael auersa hasta in inguine & transodit eum, & mortuus est.] Haec pugna dupliciter, id est, ram allegoricam quam iuxta anagogen, discretum lectoris sensum aedificat. Allegoricam quippe illam designat pugnam, qua inter se Iudaei Gentisque credentes, in primordijs euangelicae fidei confingebant. Nam Iudaei dicebant, Nos sumus populus dei quos ab initio dilexit & fouit. Nos circuncisi, ex genere Abraham, ex stirpe sancta descendimus, & notus retro seculis tantum in Iudaea deus, vos autem canes potius quam homines, idolis ab initio deseruiistis. Et his similia. Econtrario gentes respondebant, Quanto maiora erga vos dei beneficia narraueritis, tanto maioris vos criminis reos esse monstrabit. Semper enim his omnibus extitit ingrati, & nunc tandem dominum Christum, prophetarum semper vobis vocibus repromissum, non solum suscipere noluitis, sed etiam morte pessima peremistis. Ita contra se pugnant, gladijs vtriusque linguae suae in latera contraria defigebant, simulque cadebant. Quid tandem Abner? [Auerfa (inquit) hasta percussit Abner Asael in inguine, & transodit eum, & mortuus est.] Asael quod interpretatur tollens siue sustollens deum. Asael inquam, cursor velocissimus, ipse solus cunctos designat, qui supra dicto modo hinc & inde contendendo communem omnium deum, in vtramlibet partem tollere conabantur. Abner autem, id est, patris lucerna, qui Asael auersa transfoderat hasta, ipse est, ut praedictum est Paulus Apostolus, qui ita contendentibus Iudaeis atque Gentibus peccata sua non impetu aperto improperat, sed velut ex obliquo tranquille, & quasi parcendo commemorat in illa quam ad Romanos scribit epistola iuxta anagogen vero, cuius Asael typum tenuit, nisi eorum quos vehementer arripens furor in praecipit ducit? Qui in eodem furoris impetu, tanto caute declinandj sunt, quanto & insanè rapiuntur. Vnde & Abner quod patris lucerna dicitur, fugit, quia doctorum lingua, quae supernum dei lumen indicat, irascentem atque furentem declinans, verborum iacula reddere dissimulat. Sed cum iracundus insanire non cessat, necesse est, ut quaedam subtiliter proferat, in quibus ex obliquo furentis animum punget. Vnde & Abner cum contra persequentem substitit, non eum recta, sed auersa hasta transfodit. Ex mucronis quippe percutere, est impetu aperta persecutionis obuiare. Auerfa vero hasta persequentem ferire est, furentem tranquille ex quibusdam tangere, & quasi parcendo superare. Asael autem protinus occumbit, quia commotae mentes dum & parci sibi sentiunt, & tamen responsum ratione in animis sub tranquillitate tanguntur, ab eo quod se erexerant statim cadunt. Qui ergo a furoris sui impetu subleuantis percussione resiliunt, quasi sine ferro moriuntur.

De morte Isboseth filij Saul, &amp; quid per eam mystice intelligatur.

CAP. XXIII.

Duo autem viri principes Iatronum erant filio Saul, nomen vni Baana, & nomen alteri Rechab filij Remmon Berorhitae. Et fugerunt Berorhitae in Gethaim, fueruntque ibi aduenae, vsque ad tempus illud, & caetera. Duo viri isti principes, principes erant super expeditiones Isboseth. Mortuo autem ut Haebraei tradunt, Abner consiliati sunt cum Misiboseth, ut vna interficerent Isboseth, & eundem Misiboseth constituerent regem, & eiusdem consilij, delatorem eundem Misiboseth extitisse, & idcirco hic idem Misiboseth subintroducitur hoc modo. [Erat autem Ionathae filij Saul filius debilis pedibus. Quinquennis enim fuit, quando venit nuncijs de Saul & Ionathan ex Iezrael, & caetera.] Videntes vero Baana & Rechab

II. REG.  
CA. III.

¶ Misibo

à Misibofeth suum proditum esse consilium, timore perterriti, fuga lapsi sunt in Gethaim, sue runtq; ibi aduenæ vsq; ad tempus illud. Tempus illud intelligendū est, quando inde reuersi domum Isboserth feruente die ingressi sunt, assumentes spicas tritici, & percipientes eum in inguine. Spicas tritici, quasi caula primitiarum, tulerunt, vt honorem regi deferre videretur, & eorum dolus nequaquam deprehenderetur. Ex hoc loco moralis spirat suauitas. In inguine quippe ferire, est vitam mentis, carnis delectatione perforari. Si quidē ostiaria triticum purgat, cum mentis custodia discernendo virtutes à vitijs separat. Quæ si obdormierit, in mortem proprii domini, insidiatores admittit. Nequaquam verò Isboserth iste, id est, vir confusionis, hac morte succumberet, si non ad ingressum domus mulierem, id est, ad mentis aditum mollē custodiam deputasset. Fortis namq; virilisq; sexus præponit cordis foribus debet, quem nec negligentia somnus opprimat, nec ignorantia error fallat.

De adductione arcæ domini, & quod illud tripudium David prophetae, & regis salicitis, de magna humilitate & sapientia processerit. CAP. XXV.

II. Re. VI.

Congregauit autem David omnes electos ex Israel triginta millia, surrexitq; David & abijt, & vniuersus populus, qui erat cum eo de viris Iuda, & adduxerunt arcam domini exercituum, sedentis in Cherubin super eam. Et imposuerunt arcam dei super plaustrum nouum, & cætera. Quæ ista prophetæ festiuitas fuit? Prophetæ dicit, an regis? Imo melius prophetæ simul & regis. Ipse namq; qui in illum directus est spiritus domini, prius illum propheta tam quam regē effecit, priusq; illi mysteria futuri domini & filij sui magni regis Christi ostendit, quam thronum ascendere concederet presentis regni Israelitici. Quæ ergo fuit illa tantā solennitas prophetæ & regis, in deductione arcæ domini? Ierunt (vt in Paralipomenon locupletius scriptum est) ad portandam arcam fœderis domini de domo Obeth Edom cū læticia. Cumq; adiuuisset dominus leuitas, qui portabant arcam fœderis domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes. David autem indutus erat Ephor lineo, vniuersusq; Israel deducebat arcam fœderis domini in iubilo, & sonitu buccinæ & tubis, & cymbalis, & nablis, & citharis cōcrepantes, & cætera. Num hæc frustra vel absente sancto prophetæ spiritu facta sunt? Si ad cantum vnus psaltæ sanctum prophetæ spiritum Helicæus in pectore suo suscitauit, sicut scriptum est, nunc autem adducite mihi psalten, cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus domini, & ait, Hæc dicit dominus, facite in alueo torrentis huius fossas & fossas, quāto magis in illo tanto iubilo tantocq; buccinæ sonitu, tubarū quoq; & cymbalorum, atq; cithararum concrepitu, euigilasse credendus est idem, qui & in isto erat spiritus, præsertim cum ipse rex quasi regalis oblitus fastigij luderet, ac totis viribus saltaret ante arcam domini, in tantū vt uxori suæ Michol videretur despicibilis? Num lasciuientē iuuenili sanguine, & non potius confringente cor humile magna spiritus dei fortitudine sic iussit, & sic saltauit rex magnus rex manufactis, tanto magnus & fortis, quanto paruus & vills in oculis suis?

Quod illa deductio arcæ domini gloriam resurrectionis Christi figurarit, & quod illa decantatio cithararum antium sonum & verba significauerit prædicatorum, quæ in omnē terram exierunt. CAP. XXVI.

Itaque quod confirmato regno David super populum Israel, tãto totius regni tripudio deducitur arcæ fœderis domini, eius rei typus est, pro quâ totus hodie tripudiat orbis, quia videlicet resuscitato à mortuis rege magno, rege manufacti & desiderabili Christo, postquam gloria & honore coronatus, & constitutus est super opera manuum patris, continuo per mundum vniuersum, resurrectio prædicata est eiusdem regis victoriosi. Etenim sicut alibi plenius iam dictū est, arcæ mirabilis, arcæ totos in se continens thesauros vniuersæ diuinitatis, fabrica est humani corporis, quod dei filio spiritus sanctus de virginali vtero compegit, & huius arcæ illa typus extitit. Nam reuera super hanc arcam inuocatum est nomen domini exercituum, sedentis in Cherubin super eam, imo ipsa vocatur dominus exercituum, propter plenitudinē scientiæ totiusq; diuinitatis corporaliter inhabitantis in ea. Decantabat itaq; populus domini in Israel, & vniuersa multitudo Iacob canebat legitimè. David quoq; cū cantoribus, citharam percuciente, sonus cantantium in toto mundo auditus. Nam non sunt (inquit) loquelæ neque sermones, quorū non audiantur voces eorum. In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, subauditur dicentium. In sole posuit tabernaculū suum, &c. Cæli, qui hanc enarrant dei gloriam, scilicet Apostoli, ipsi sunt iuxta presentis loci mysteriū, Asaph, Idithun, Eman, & Ethan, id est, congregantes & transilientes robusti & fortes, congregantes videlicet spiritualia, transilientes carnalia, robusti ad mala toleranda, fortes ad bona peragenda, & omni studio in citharis canentes pro octaua, id est, in omnimoda mortificatione carnis resurrectionem testificantes, quæ dicitur octaua. Iuxta literam pro octaua canebant, quia in sexto Psalmo qui hochabebat, in titulo incipiebant. Pro octaua Iudæi putant pro circuncisione, nos autē pro illa qua innouandi sumus meliori circuncisione, id est, carnis resurrectione, In me,

Psal. 18.

In medio illorum stabat David, tenens & ipse psalterium, citharamq; percipiens, ac totis viribus subsiliens. Ipse namq; dixit, Sine me nihil potestis facere, & ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi, pulchris digitis suis, id est, spiritus sancti donis, pectora concutiebatur Apostolorum, vt non racerent aut deficerent, quodammodo subsiliens, id est, mira quibus adiuuarentur, & sermo illorum confirmaretur, per ipsos opera faciens.

Quid sit plaustrum nouum, & quæ sit domus Abinadab, & quid despectio Michol filie Saul, prospicientis per fenestram. CAP. XXVI.

Et imposuerunt (inquit) arcam dei super plaustrum nouum, tuleruntq; eam de domo Abinadab. Plaustrum nouum quo hæc arca fœderis domini portatur, nouū est Christi euangelium, quo resurrectio eius, vt prædictum est, in toto mundo annuntiat. Nam quatuor plaustri rotæ, quatuor sunt euangelistæ. Domus autem Abinadab, quod interpretatur populi mei spontaneus, domus in quâ Abinadab, id est, Christi, qui populo suo spontē semetipsum dedit, quondam synagoga fuit, nunc autē domus eiusdē ecclesia est, quæ illa inuidente fidem suscipit resurrectionis Christi. Et nunc quidem illa ludentem atq; subsilientem irridet nostrum David, blasphemio non parcens ori, quemadmodum hic Michol filia Saul, prospicit per fenestram subsilientem atq; ludentem coram domino, despexit in corde suo David. Futurum est autem vt dicat, Nesciui, anima mea turbauit me, propter quadrigas Abinadab, Nesciui inquam, anima mea inopinata rerum mutatione conturbata est, & non intellexi quadrigas euangelij, portantes arcam dei de domo Abinadab. Cum enim plenitudo gentium subintroierit, tunc ista Michol non iam prospiciendo per fenestram despiciet gloriosum regē David, sed & ipsa sequetur, imò & suscipiet arcam domini, fidem resurrectionis Christi. Nunc interim per fenestram quasi prospicit, quia tantis interesse nolens gaudijs, velut in abscondito insidias machinatur, quid vel vnde blasphemare possit.

Quod dominus percussit Ozam, eo quod tetigit arcam domini, exemplū esse, quod nō debeat vita pralatorū à subditis temerè reprehendi. CAP. XXVIII.

Haio & Oza filij Abinadab minabant plaustrum nouum. Postquam autem venerūt ad arcam Nachar, extendit manum Oza ad arcam dei, & tenuit eam, quoniam calcitrabant boues, & declinauerant eam. Iratusq; est dominus indignatione contra Ozam, & percussit eum super temeritate. Iusserat idem Abinadab duobus filijs suis Oza & Haio, vt portarent arcam domini humeris suis, & quia neq; ipsi eam portauerunt, neq; Caathitis ad portandum dederunt, idcirco Oza morte multatus est. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam iam poena peccati. Nam de Oza traditur, quod aruisset brachium eius, & humerus vbi arca domini portanda fuerat, & in illius loco diuisio quædam facta est. [Avertit arcam domini, in domum Obeth Edom.] Obeth Edom leuita erat, & ignorabat David, ob quam causam indignatione dei venisset in Ozam. Postquam verò cognouit causam, pro qua Oza percussus est, iussit eam portari in humeris, sicut sequentia monstrant. Porro mysticè per hanc similitudinem vehementius commonemur, nequando nos ociosi aut vacui cum simus, humiles arcæ dei portatores, si quando exceßerint veluti boues calcitrantes, temerè iudicemus. Verbi gratia, facta est contentio inter discipulos Iesu, quis eorum videretur esse maior. Item in actibus Apostolorum, facta est dissensio inter Barnabam & Saulum, ita vt discederent ab inuicem. Vbi hæc vel huiusmodi euenerunt, boues vtiq; calcitrantes arcam declinauerunt. Nam & Paulus dicit, Scriptum est in lege Moyli. Non alligabis os boui trituranti. Nūquid de bobus cura est deo? An propter nos vtiq; dixit. Nā propter nos vtiq; scripta sunt. Igitur ad reprimentam contra retores, reprehensionis audaciam. Iratus est inquit dominus contra Ozam indignatione, & percussit eum super temeritate, quia videlicet qui sanctorū infirma respiciunt, & non potius, quia conualuerunt de infirmitate, sortes sunt in bello, ibi contra semetipsos diuinum prouocant iudicium. Aliter quoq; & iuxta morale sensum, quid mens iusti, nisi arca est testamenti? Quæ gestata bobus calcitrantibus inclinatur, quia non nunquam etiā qui bene præest, subiectorū populorū confusione concutitur. Sed perdit vitā qui arcam dei tumidè subleuat, quia nequaquam quis sanctorum corrigere facta præsumeret, nisi de se prius meliora sensisset. Vnde & leuitas idem rectè Oza dicitur, quod videlicet robustus domini interpretatur, quia præsumptores quicq; nisi audaci mente robustos se in domino crederent, nequaquam meliorum facta vel dicta, velut infirma, iudicarent.

Laudabile esse deuotionē David, qua domū domino edificare voluit, & quod nemo dignā domino domum edificare potuerit, nisi solus Christus. CAP. XXIX.

Factum est autem cum sedisset in domo sua rex, & dominus dedisset ei requiem vndiq; ab vniuersis inimicis suis, dixit ad Nachan prophetam, Vides ne, quod ego habitem in domo cedrina, & arca dei posita sit in medio pellium, & cætera. Hæc dignè & laudabiliter dixit, Dd

Iohan. 15. Math. 23.

Cant. 6. Roma. 11.

Luca. 2.

Acto. 15.

Deut. 25.

1. Cor. 9.

Hebr. 11.

II. Re. VII.

dixit, ut non ingratus, ut æquus ponderator, vel æstimator dignitatis vel beneficiorum dei. Nec verò casu vel frustra, sed nutu dei hæc illi in mentē cogitatio venit, ut videlicet per hanc occasionem bene præparata mente ac deuoti cordis apertis ianuis, repromissionem dignè acciperet domini sui filij sui, Christi regis æterni, qui solus sciret ac posset domum ædificare ad habitandū, deo viuenti. Porro Nathan dicēdo, [Omne quod est in corde tuo, vade & fac, quia deus tecum est.] ex se, non ex sermone dei locutus est. Illud verò quod sequitur, hæc dicit dominus. [Nunquid tu ædificabis mihi domum.] &c. ex sermone domini dixit, Itaq; iam nunc dulcissimum præsentis loci mysterium ingrediamur, & ad laudē Christi filij dei cuius hic repromissio est, misericordias domini in æternum carandas digno fidei auditu suscipiamus. Primumq; est, ut in David sanctos vel iustos omnes æquè perpendamus, qui fuerunt ab initio, vsq; ad aduentū Christi filij dei, quos, quia cuncti peccato obnoxij fuerunt, non potuisse constare ædificare domū nomini domini. In Salomone autē eundem Christum dei filium, quē quia peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, domū ædificasse confitemur. Ecclesiā dei viuētis de sanguine suo, quem iudit pro nobis, & de spiritu suo sancto quem dedit nobis.

*Quod ait. Cumque impleti fuerint dies tui, & cetera, ecclesiam promissam esse Christo secundum carnem, & super illo Psalmum illum esse. Misericordias domini in æternum cantabo.*

CAP. XXX.

**N**unquid ait, tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitauit in domo, ex die illa qua eduxit filios Israel de terra Aegypti, vsque in diem hanc. [Ac si diceret, Non poteris mihi domum ædificare, quia vir sanguinum es, & multum sanguinē effudisti. Amplius autem non poteris mihi domum ædificare, domum inquam, id est, ecclesiam, in qua mihi complacitum sit per gratiam inhabitare, quia videlicet cum proprijs nō careas, peccata populi nequaquam potes tollere, quod est reuera deo domum ædificare. Econtra [Prædicat tibi dominus, quod domum faciat tibi dominus.] Non tu illi, sed ille tibi domum ædificabit, in qua tu, & per communem fidem quidem domesticus sis, & per gratiæ priuilegium honorem obtineas paterni nominis. Nam ecce sustine me, audi & hoc ipsum per me prophetam suum prædicat dominus tibi, vel certè illud quod nunc per me internumcium eius audis, ipse tibi velut eximio prophetæ per spiritum sanctum postmodum reuelabit. [Cumque impleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & firmabo regnum eius. Ipse ædificabit domū nomini meo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternū. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.] Ac deinceps. [Et fidelis erit domus tua, & regnum tuum vsque in æternum ante faciem meam, & thronus tuus erit firmus iugiter.] Maiestas dictorū atque sensuum omnino prohibet hæc, de alio quolibet intelligi, quā de Christo vnico filio dei, & filio David, secundum diuinitatē domino David, secundum carnem autem filio David. Cuius enim nisi huius thronum firmavit deus vsque in sempiternum? Aut de quo alio aliquando dixit, aut dicere debuit, Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium? Igitur larga & admiranda vicissitudine, dum pauper & angustus homo, immenso & incomprehensibili deo, domū manufactam ædificare cogitat, deus econtrario, quod homini impossibile erat, eidem domum æternam, in qua veraciter & ipse deus inhabitet, ædificaturū se pronunciat. Sic enim propheta loquitur, Prædicatq; tibi dominus, scilicet pater, quod domū tibi faciat dominus, scilicet patris filius. Et reuera domus dei, quæ sancta est ecclesia, ipsa est domus David, in qua pater Christi deus secundū diuinitatē, David autē pater Christi nominatur secundū carnē. Inde illa magna æternarū cantatio misericordiarū, quas latitudo cordis ore angusto satis exprimere non valens, contendit hoc modo, Misericordias domini in æternū cantabo. In generatione & generationē annuntiabo veritatē tuā in ore meo. Quoniam dixisti (inquit) in æternū misericordia ædificabitur in cœlis, præparabitur veritas tua in eis. Et reliqua vsq; ad finē Psalmi dicta prophetica, tāti fulgoris & tantæ claritatis quantū preciosa fidei aurū in pectore David igne suo conflare potuit, excitatus spiritus pietatis. Sedebat enim effuso corde suo corā domino, post auditum tantæ promissionis, & dicebat. [Quis ego sum domine deus, quia, adduxisti me hucusq; &c.] Sanè q; hic dictū est qui si iniquè aliquid gesserit arguā eum, in virga virorū & in plagis filiorum hominū, misericordiā autem meā non auferā ab eo, in Psalmo prædicto citius expeditū est. Si autē dereliquerint filij eius legē meā, & in iudicijs meis nō ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mādara mea nō custodierint, visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū, misericordiā autem meā non dispergā ab eo. Neq; enim iniquū aliquid acturus erat ille filius David sanctus sanctorū, quod arguendū esset in virga virorū, & in plagis filiorū hominū, sed filij eius qui sumus nos, sine peccato nō sunt, imò multæ iniquitates nostræ, multa peccata nostra sunt, quæ in virga merito visitent, & purgatorijs verberibus expient, non

non amota tandem misericordia, si non sic peccantiū dura & impenitens pertinacia. Verumtamen vtriusque loci vna est sententia, quia videlicet filiorū pater ille super se peccata tulit, & ipse est caput torius, cuius membra sumus, corporis. Et huius quoque veritatis firmitas in illo typico Salomone tēpli manufacti ædificatore, præcessit. Nā & ille legē domini dereliquit, & filij eius reges Iuda in iudicijs domini non ambulauerunt, nā præter David & Ezechia & Iosiam omnes peccauerunt, deus autē in virga iniquitates eorū visitauit, & misericordiā suam non abstulit ab eis, quando iuxta veritatē dei iuramento firmatā cū David nasceretur ex eis, qui sicut iam dictum est misericordiam, vel misericordiæ domum ædificaret in cœlis.

*De eadem promissione, & quod non antea David promissionem accepisset quod de semine eius Christus nasciturus esset.*

CAP. XXXI.

**Q**uis (inquit) ego sum domine deus, & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusq; Sed & hoc parū visum est in cōspectu tuo domine deus meus, nisi loquereris etiā de domo serui tui in longinquū. Quamuis propheta David, quamuis psaltes inclutus voces sã edidisset, directi in se, à prima vnctione sua spiritus domini, nondū tamē illud acceperat, quod summi est suæ felicitatis, videlicet, quod de illo nasciturus esset salus sua Christus, salus inquam & expectatio nō tantū ipsius, sed & totius mūdi. Nā expectabatur quidē Messias de tribu Iuda, sed non etiā de domo fidelis David. Hic primū illud audiuit, & idcirco velut artonitus in admirationē suę benedictionis exclamās, de semetipso quis nā esset requisit. Nec verò isto contentus fuit, nisi locū quoq; sciret, vbi nasceretur ille dominus deus suus, & filius vteri sui. Afflixit igitur se, & humiliavit animā suā pro hoc, orans reuelari sibi, quo nasciturus esset in loco, quemadmodū testatur ipse in alio Psalmo, Memento domine David, & omnis mansuetudinis eius, sicut iurauit domino, votū vouit deo Iacob, si introiero in tabernaculū domus meæ, si ascendero in lectū strati mei. Si dederō somnū oculis meis, & palpebris meis dormitationē, & requiē temporibus meis, donec inueniā locū domino, tabernaculū deo Iacob. Quam arctissime se afflixerit nobis aperuit, & continuō subiunxit, quia exauditus sit. Nā adhuc in afflictione positus repente reuelante spiritu, lætundus exclamauit. Ecce audiuius eā in Ephrata, inuenimus eā in cāpis sylvæ. Quo dicto non solū vbi nasciturus esset Christus se in spiritu audisse asseruit, sed & quod transferenda esset illa arca domini, arca sanctificationis dei, illa in qua habitat corporaliter plenitudo diuinitatis natura hominis, ex semine ipsius David. Nā Ephrata ipsa est; Bethlehē ciuitas David, in qua cōpleri sunt dies Mariæ, vt pareret, & peperit primogenitum filiū suum. Campi autē sylvæ sumus nos gentes, cāpi inquam sylvæ, id est, nunc effecti campi cultiles, & bonarū frugum fertiles, cū ante fuerimus sylvæ malignis spiritibus, qui vtiq; crudeles sunt feræ, secreta in nobis cubilia præbentes. Itaq; cū dicit audiuius eā in Ephrata, inuenimus eam in campis sylvæ, profecto & vbi primum audienda, & vbi tandē inuenienda sit incarnatæ diuinitatis arca, sibi testatur intimatum esse.

*Quid velit, dicendo ista est lex Adam.*

CAP. XXXII.

**I**sta est enim lex Adam domine deus. Quid ergo addere poterit adhuc David, vt loquatur ad te? Tanquā diceret, Verè iuxta verbum tuum domine deus, ego non ædificabo tibi domū ad habitandum, quam inhabites tu, quæ non capit cœlū, & cœli cœlorum. Neq; tu habitasti in domo ex die qua eduxisti filios Israel de terra Aegypti. Perspicuum autē est, quod multo magis & antea nequaquam in domo habitaueris. Nā ista est lex Adam, lex vtiq; peccati, sub qua nos omnes ille genuit. Sumus enim secundū illum & nos omnes natura filij iræ, sicut & cæteri. Idcirco neque nos, neq; alij per nos, tua domus esse merentur, quia nemo nostrū est qui à sordē sit mundus, & omnes eadē gratia tua, id est, peccatorum remissione indigemus. Vnde dicit & alius, Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fullerint velur mundissimæ manus meę, tamen sordibus intinges me, & abominabuntur me vestimenta mea. Quid ergo contra sententiam tuā poterō respondere? Nempe vt ait idē qui supra, Si iustificare me voluero, os meū condemabit me. Si innocentem ostendere, prauū me comprobabis. Tu enim scis seruū tuum domine deus. Scis inquam quod cū originali peccato, actualibus quoq; peccatis non caream ego seruus tuus. [Propter verbū tuum, & secundum cor tuū fecisti omnia magna hæc.] Parū erat dixisse propter verbū tuū quod videlicet promissisti Abraham, Isaac, & Iacob, nisi addam & secundū cor tuū, id est, secundū gratiā tuā secundū misericordiā tuā gratuitā, indebitā, nullis præcedentibus meritis retributā. Secundū cor tuū inq;. Quis enim & in hoc adiuuit spiritū tuū? aut quis consiliarius tuus fuit, & ostendit tibi? Cū quo inisti consilium, vt talē tibi prouideres architectum, qui de nobis ipsis tibi faciat domū ad habitandum? [Idcirco magnificatus es domine deus, quia non est similis tui. Neq; est alius extra te.] Nam oēs alij cultores suos infelices subtrili decipiunt fallacia, tu autē sperātes in te mira atq; inopinabili saluas cordis tui prudentia. Sed hoc ab effectis melius, ipse probat dicēs. Quæ est autem vt populus tuus Israel gens in terra, propter quam iuit deus, vt redimeret eam sibi in populū. Iuit inquam illa videlicet

Dd ij

via,

Col. 2.  
Luc. 2.Eph. 1  
Iob. 15.  
Ibidem,

Esaia. 40.

*Pfal. 18.* via, vel cursu suo illo, de quo alibi loquitur hic idem propheta, Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo coelo egressio eius, & occurfus eius usque ad summum eius. Nā illa quidem via, qua populum suum de Aegypto terrena, & de manu Pharaonis carni liberavit, fuit quidem deus sed non per semetipsum. Iuit quidem sed non per propriam vniuersitatis filii sui personam. Alia huius itineris gratia, & alia est gloria, quo propter gentem suam, gentē electam, de coelo descendens in vterū virginis, homo factus ex semine huius fidelis David, iuxta veritatem promissionis presentis, ad inferos iuit, per passionem mortis, vt redimeret eam sibi in populo, quam captiuauerat in Adam spiritalis ille Pharao princeps tenebrarū. [Propterea (inquit) inuenit seruus tuus cor suum, vt oraret te oratione hac] Videlicet, qua reuelasti aurem serui tui, dicens, domū aedificabo tibi. Inuenit quippe cor suum, qui in principio huius orationis dixit, Quis ego sum, nam e contra, qui se existimat aliquid esse, cū sit nihil, profecto necdum cor suum inuenit, sed ipse se seducit. Ergo cor suum inuenit, qui nullū esse suum meritum perspicit, solā in dilectione sua cognoscit gratiam dei, verē conscitens, quod secundum merita, non gloria, sed poena, non honore, sed abiectione dignus sit.

*De consolationibus eius, quod qui septies fugerat Saul, septies triumphauit de hostibus, insuper sciens quod Christi pater futurus esset. CAP. XXXIII.*

**CAP. VIII.** **F**actum est autem post haec percussit David Philistaeos, & humiliavit eos. Et tulit David frenum tributi de manu Philistinū. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo (ait hic ipse David) consolationes tuae domine laetificauerunt animam meam. Hoc vere & secundum praesentes successus suos canere potuit rex vtriusque felix, scilicet temporalibus pariter & aeternis. Dndum quippe profugus, & exilii, nunc promissione accepta pater Christi futurus, septies de suis triumphat hostibus, qui vt supra taxauimus septies persequenter fugerat Saul. Supra semel & iterū percussit Philistaeos, primo in Baalpharaim dicens, Diuisit dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquae, & propterea vocauit nomen loci illius Baalpharaim. Secundo in valle Raphaim dicitur domino, Non ascendas obviam eis, sed gyra post terga eorum, & venies ad eos ex aduerso pirorum. Verumtamen in hebraeo non pirorum legitur, sed flentium, id est, idolorum. Quae idcirco flentium vocantur, quia fletu digna sunt, & eos qui ea colunt ad fletum miseriarum perducunt. Tradunt Philistaeos idolum habuisse, cui in lachrymis hominum sacrificium parabatur. Huic illi more suo lachrymis sacrificabant; & eis ex aduerso venit David. Tercio nunc percussit David Philistaeos, vt iam dictum est, & humiliavit eos, & tulit frenum tributi de manu Philistinorum. Frenum tributi quinque erant ciuitates Philistinorum, quae frequenter Israel tributarium sibi faciebant, quas eis tulit David, & humiliavit eos, fecitque eos sibi tributarios. Percussit Moab, & mensus est funiculo coaequans terrae. Quod profecto magnum est praconium perfectae victoriae, quia quemadmodum quis terram funiculo metitur, sic eos distribuit ad placitum suum, alios referuari, alios occidi imperas, sic repugnare nō audētes, quomodo terra reluctari non nouit, aut dicere mensori suo, quare metiris me sic. Idcirco magnifice dictum est, [Mensus est autem duos funiculos, vnum ad occidentum, alium ad viciendum. Percussit deinde David Adar Ezer filium Roob regem Soba, & cum eo Syriam Damalci, quae venerat vt ei praesidium ferret, facta est quoque Syria David seruiens sub tributo. Posuit & in Idumaea custodes, & facta est Idumaea seruiens David. Deinde percussit filios Ammon, & cum eo Syrum Sobath, & occidit de Syris septingentos currus, & quadraginta milia equitū, & Sobach principem militiae percussit. Timueruntque Syri ultra praebere auxilium filiis Ammon. Ista sunt septem victoriae David, quas si spiritualiter ad Christum referre voluerimus, vniuersas intellegemus vitiones, quae & in Apocalypsi per septem angelorum, septem plagas nouissimas significatur, quibus voce magna de templo dicitur. Ite & effundite septem phialas irae dei in terra. Tot tantisque prosperis animae & corporis David, tanta tamque dolenda succedunt aduersa itidem animae & corporis, vt totum prius aedificium labentibus columnis in terrā ceciderit, & nisi dominus supposuisset manum suam, iaceret prohdolor magnarum virtutum ruina incomparabilis, quemadmodum & ipse dicit. Nisi quia dominus adiuuit me, paulominus habitasset anima mea in inferno. Accidit, inquit, vt surgeret David de stratu suo post meridiem, viditque mulierem se lauāntem ex aduerso super solarium suum. Erat autem mulier pulcha valde, & caetera. Nota & celebris tanti huius euentus est historia, quia venit peregrinus quidā, scilicet diabolus ad hunc diuitem & regem David, vt adipe peccati apud illum saginaretur. At ille parcens sumere de ouibus suis, quas multas habebat, multas enim habebat vxores quibus licenter vteretur, tulit ouē pauperis, tulit ouē proximi, & ita praeparauit cibos peregrino illi vago & instabili, nihil habenti in domo vel ciuitate dei. Et ille peregrinus talis saturatus edulio patris adulterij, sanguinē quoque Vriae sibi in poculū poposcit, & hic nihilominus dedit. Nam gladio filiorū Ammon Vriam interfecit. Magna huius tam magnae turris

**CAP. X.** **P**roinde & in isto damnabili facto David, magnū a sanctis patribus subesse mysteriū dignē animaduersum est, quod tantū est, vt quoties per ora Christiana voluitur, meritō erubescat, & confundatur vehementer ille, qui venit ad David peregrinus diabolus, quia dum nequiter prophetae & regis deuorare quaesuit animā, sacramenta sua praefigurantem, vtiliter adiuuit dei sapientia. Cuius enim David in solario deambulans, nisi eius typū tenet, de quo scriptū est, In sole posuit tabernaculū suum. Bethabee verō puteus septimus dicitur. Verius tamen Bethabee legitur, quod filia iuramenti interpretatur, ita tamē vt prima correpta sit syllaba. Alioquin vbi producit, semper domus interpretatur. Vriam autē lux mea dei. Quid ergo est, David Bethabee coniugē Vriam ad se producere, nisi legē literae, carnali poculo Iudaico coniunctā, qui quasi de dei luce gloriatur, spiritali sibi intellectu sociare? Porro quod Vriam ad Ioab cū epistolis mittitur, ex quibus debebat occidi, quid est, nisi quia ipse Iudaicus populus legē portat, qua conuincēte moriatur. Itaque in hoc quoque aduentu suo, ciuitati dei & regi eius Christo peregrinus ille seruiuit, quia res gesta, & si in superficie causa damnationis, in mysterio tamen est prophetia virtutis. Rem gestam sic damnamus, vt mysterium amplectamur.

turris ruina magnum spectaculū, in quo quisque nostrū videat, quia nunquā dū viuit, de status sui firmitate securus esse debet. Itaque gloriae regis & praesentibus victorijs illustrati, & futuri feminis sui beata spe, per promissionē suprascriptā dilatati, magna miseriae nebula penē totā cooperuit. Nam propter malū hoc, & postmodū de regno fugit, iuxta sermonē domini dicens, [Ecce ego suscitabo super te malū de domo tua, & rollā vxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cū vxoribus tuis, in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditē ego verō faciam verbū istud in conspectu omnis Israel, & in conspectu solis.] Et in praesentiarum timuit, ne ob culpā suam poeniteret dominū, & immutaret promissionem suā, qua iurauerat dicens, De fructu ventris tui potā super sedē tuā. Hoc timuit, istam calamitatē ne sibi obueniret, expauit. Sed vertit se ad muntionē spei. Praesumpit spiritū consilij & fortitudinis, & offenso deo, peccator homo consiliariū se ingerere non dubitauit. Dixit enim poenitens in oratione, quam pro hoc peccato effudit. Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cū iudicaris, subauditur, miserere mei. Tanquam diceret, Quae enim iustitiae laus, si fidelis suo quis fidem promissū sui custodiat? Verum illic magnae & praedicandae iustitiae laus est, vbi quamuis offensus, quamuis irritatus, qui promissū fidelis permanet, & hoc tantū respiciens, quia iurauit, fidē retinet, promissū adimplet. Vt igitur iustificeris in sermonibus tuis, vt narretur in gentibus, quia nec tanta iniquitas mea fidē tuam euacuauit, clameturque a cunctis auditoribus placiti tui, deus verax, omnis autē homo mendax, miserere mei. Ita fiet, vt vincas cum iudicaris, quoniam tu te libenter iudicij offers, dicens in alio propheta. Quis est qui iudicetur tecum, veniat, stemus simul, narra si quid habes, quod tu saltē mendacibus nobis veritatē tuam victoria erit, cum nec illud narrari potuerit, quod tu saltē mendacibus nobis veritatē tuam oblerare neglexeris? Non denique parū in gloriam tuā, veritas tua in mendacio nostro abundabit. Suscepit consiliū peccatoris deus miserabilis, deus fidelis in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis, tanquam prona indulgentia sermonis sui fidem retinuit, vt Christum suū, de illo potissimum femine suscitaret, quod de adultera Bethabee natū est. Quod volens nos venerabiliter scire Mattheus, tantae scriptor genealogiae, David autē inquit rex genuit Salomonem ex ea quae fuit Vriae.

*Quale mysterium sit in lapsu eius in vxorem Vriam, quem gladio filiorum Ammon interfecit. CAP. XXXIII.*

**P**roinde & in isto damnabili facto David, magnū a sanctis patribus subesse mysteriū dignē animaduersum est, quod tantū est, vt quoties per ora Christiana voluitur, meritō erubescat, & confundatur vehementer ille, qui venit ad David peregrinus diabolus, quia dum nequiter prophetae & regis deuorare quaesuit animā, sacramenta sua praefigurantem, vtiliter adiuuit dei sapientia. Cuius enim David in solario deambulans, nisi eius typū tenet, de quo scriptū est, In sole posuit tabernaculū suum. Bethabee verō puteus septimus dicitur. Verius tamen Bethabee legitur, quod filia iuramenti interpretatur, ita tamē vt prima correpta sit syllaba. Alioquin vbi producit, semper domus interpretatur. Vriam autē lux mea dei. Quid ergo est, David Bethabee coniugē Vriam ad se producere, nisi legē literae, carnali poculo Iudaico coniunctā, qui quasi de dei luce gloriatur, spiritali sibi intellectu sociare? Porro quod Vriam ad Ioab cū epistolis mittitur, ex quibus debebat occidi, quid est, nisi quia ipse Iudaicus populus legē portat, qua conuincēte moriatur. Itaque in hoc quoque aduentu suo, ciuitati dei & regi eius Christo peregrinus ille seruiuit, quia res gesta, & si in superficie causa damnationis, in mysterio tamen est prophetia virtutis. Rem gestam sic damnamus, vt mysterium amplectamur.

*Quod cum pro facto ipso poenam recipit, fugiendo a facie Absalon filij sui, quod in ipso fuga, grande mysterium Christi sit. CAP. XXXV.*

**A**mplius autē cum pro facto ipso poenā recipit, fugiendo a facie filij sui Absalon, grande in eadē fuga sua, Christi filij sui spectat mysteriū, videlicet psallendo in spiritu humilitatis, & componendo hunc psalmū. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me, multi insurgunt aduersum me; Nā in eodē psalmo dicit, Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me. Plane hoc non suo, sed Christi spiritu dicit, qui vtiq; multis tribulationibus, multis aduersum se insurgentibus ac dicentibus, nō est salus illi in deo eius, tandē cruci affixus, emittendo spiritū, obdormiuit, & profunda morte soporatus est, sed tertia die exurrexit, quoniam dominus suscepit eū, quoniam illa caro erat, quam de vtero virginis suscepit, sibiq; in vnam eandemq; personā vniuit dominus deus dei verbū. Idcirco exurrexi, inquit, a summo mortis, solutis videlicet doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat me ab illo teneri. Igitur Absalon, quod interpretatur patris pax, Absalon inquam filius & hostis, imō non filius, sed hostis, cuius a facie pater fugit, ipse in mysterio est Iudas traditor, falsā patris & magistri pax, quem



XXIII. quem osculo pacis signo tradidit, Iudas inquam apostolus & diabolus, imò non apostolus, sed diabolus, cuius a facie reuera talis pater fugit, nam à fisco corde eius Christus, vel Christi spiritus fugit, in quem Iatanas introiuit. Et proinde poena eius iustitiæ laudatorem maxime delectat, quia iudicio dei mente captus se suspendit, in quo iam non mysterij profundum, sed ipsa rei gestæ superficies, Iudas & Absalon penè demonstrare esse pariles. Nam & iste pendens quercu mola cui sedebat pertranscunte desertus, merito in corde lanceas suscepit, & ille laqueo suspensus, & principij sacerdotum familiaritate, quam ascenderat male desertus, dignas proinus sagittas, id est, æternæ damnationis & mortis sententias in anima accepit. Et ne parum putes, quod vnus Absalon vnus Iudæ formam prætulit, Achitofel quoque consiliarius eius suo suspendio interijt.

Quod Goliath fratrem Golia interfecit, & de reliquis fratribus qui ceciderunt in manu seruorum, & cur David Adeodatus, Filius Saltus, cur Polymitarus, cur Bethlehemites, videlicet pro mysterio Christi, appelleretur.

CAPVT XXXVI.

II. REG. XXI. Factum est rursus prælium Philistinorum aduersus Israel, & descendit David & serui eius cum eo, & pugnabant contra Philistinim, & cætera. Gob interpretatur lacus. In quo percussit, inquit, Adeodatus filius saltus Polymitarus Bethlehemites Goliath Gerhæum. Idcirco lacus dicitur, quia sicut in lacum leonum quis mittitur, ita semetipsum contra Goliath David misit. Adeodatus ipse est David. Idcirco dicit Adeodatus, quia à deo est electus in regnũ. Filius Saltus, quia de saltu ubi oves pascebat, est educus. Polymitarus, quia de genere Beselehel mater eius fuit. Bethlehemites, quia Noemi & Ruth tempore vberatis reuersæ sunt Bethlehem. Et quia panis causa Ruth à Booz nota est, propterea idem locus domus panis interpretatur. Quare autem hisce nominibus loco præsentis insignitur, cum posset proprio nomine exprimi compendiosius? Videlicet pro mysterio magno, quia profectò non sine magno futurorum præfatio quatuor isti nati de Arapha in Geth, quorum causa, & quatuor istis bella taxantur, ceciderunt in manu David & seruorum eius. Arapha quippe est Orpha ipsa altera nurus Noemi, quæ ad populum suum & ad deos suos reuersa est, persistente Ruth in eo quod cœperat dicendo, Populus tuus populus meus, & deus tuus deus meus. Et ex illa videlicet Ruth, Christus processit, iuxta illud Esaiæ, Emitte agnum domine dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filia Sion. Christus inquam de illa Petra, id est, muliere Gentili, sed siemiter fidei, David iste & qui de semine eius natus est, Christus processit, ex ista autem, scilicet Arapha Goliath, & cæteri isti, Iesbi, & Saph, & vir excelsus qui sine nomine ponitur, senos habens digitos in manibus & pedibus. Fuerunt enim quinque, quorum duo scilicet Golia & Philistæus, & frater eius Goliath Ethæus ceciderunt in manu David, reliqui autem in manu seruorum eius. Num ergo absque mysterio sic contigit, vt modo supradicto disparatæ duæ nurus Noemi, tam aduersas in alterutrum generationes æderent, & sic in manu huius stirpis illius monstra caderent? Igitur istis nominibus siue appellationibus David, mystice Christus designatur, & istis bellis quibus in manu David & seruorum eius stirpis aduersæ fortes profertuntur, eiusdem Christi bella spiritualia significantur, quibus inimicum omnium veritatis mendacium destruitur. Nam à deo datus ipse est, de quo propheta cecinit, Paruulus natus est nobis, filius datus est nobis. Filius saltus ipse est, qui in saltu huius seculi natus, filius hominis ovium spiritualium curam suscepit, suffocaturus leones & vrsos, qui sunt spiritus maligni. Polymitarus ipse est, qui cum patre deo, solis ac lunæ, stellarumque opere vario coelum sabrefecit, imò & ecclesiam suam vario virtutum opere perornare non desinit. Bethlehemites ipse est, cuius aduentu ecclesia præfens Bethlehem facta est, id est, domus panis, quemadmodum dicit, Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Hæc planè, quæ dicta sunt, sequentis carminis verba confirmant. [Dominus inquit Petra mea & robur meum, & saluator meus. Deus meus, fortis meus, & sperabo in eum, & cætera.] Nam aliquantis verbis demuratis carmen istud psalmus septimusdecimus est, quem propheta in persona Christi decantari dubium non est.

Qui tres fortes primi, & qui tres fortes secundarij, & qui triginta fortes fuerint, & quare Ioab, neque inter tres, neque inter triginta saltem numeratus sit.

CAPVT XXXVII.

II. REG. XXIII. Hæc nomina fortium David. David sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno, & cætera. Post tam multa, tamq; ingentia facta David, quæras forte, quibus viribus, quibus vel quantis fretus ipse fortibus, illa perfecit. Et ecce fortium eius cuneus nobilis tibi dinumeratur, cuneus inquam triginta fortium, tribus fortibus, scilicet Abisai & Sobochai, & Jonathan

& Jonathan filio Semma fratris David, præcatus amplius tribus fortibus. i. virtutibus, sapientia videlicet, humilitate, & fortitudine ipsius David totus solidus ac ferreus. Na sedens in cathedra sapientissimus, ecce sapientia. Ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus, ecce humilitas. Qui octingentos interfecit impetu vno, ecce fortitudo. Tres ergo fortes cõputantur in vno David, quos & diligenter nobis scriptura cõmendare studuit, cõ ait, [Abisai frater Ioab nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratq; eorũ princeps, sed vsq; ad tres primos nõ peruenerat. Idẽ enim est ac si diceret, Quamuis inter tres fortes nobilior, & eorũ princeps fuerit, tamẽ nec fortitudo eius fortitudini David, nec sapientia eius sapientiæ David, nec humilitas eius humilitati David, cõæquari potuit. Sane cur fortes isti scribantur fortij fortissimi si ille cum David, altera præcedens, altera subsequens causa euidenter ostendit. Præcedens videlicet, quia tres isti illi sunt serui David, de quibus supra dictũ est, Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & ceciderunt in manu David & seruorum eius. Nam cõ quinque fuerint, duos quidem ex eis occidit David, scilicet Golia Philistæum, & fratrem eius Goliath Ethæum, singuli autem serui eius, isti singulos interfecerunt, videlicet Abisai & Iesbibeob & Sobochai Saph, Jonathan verò virũ excellum senos in manibus pedibusq; digitos habentem. Altera & secundum præsentẽ descriptionẽ subsequens causa hæc est. [Desiderauit, inquit, David aqua, & ait, Si quis daret mihi porum aquæ de cisterna, quæ est in Bethlehem iuxta portã. Irruperunt ergo tres fortes castra Philistinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethlehẽ, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad David.] Igitur tres isti fortes quidẽ, sed (vt iam dictum est) vsq; ad tres primos, id est, ad tres virtutes nõ peruenierant, ad quas peruenerat David.

Quare autem Ioab neq; inter tres, nec saltem inter triginta fortes numeratus est? Videlicet, quia non hic tantum vires corporis, sed potius virtutes animi spectantur, in fortibus David. Porro Ioab interfecerat duos viros iustos, meliores se, Abner filium Ner principẽ militiæ Israel, & Amasa principẽ exercitus Iudæ, & effuderat sanguinẽ belli in pace, id est, in dolo vel pacis simulatione. Recte ergo in numero fortium David conscriptus non est. Attamen vtrumq; scelus vna ipsius morte expiatum est. Quapropter sic de illo scriptum est, [Ipse videlicet Banaias filius Ioiadæ] descendit & percussit leonẽ in media cisterna, in diebus niuis. Leo iste Ioab fuit. In media cisterna, id est, in domo domini, vbi cornu altaris tenebat. Cisterna ideo dicitur, quia sicut aqua cisternæ immundiciam auferit, ita etiam nihilominus hæc cisterna, id est sanctuariũ domini, peccata expiabat, in diebus niuis, quia per mortẽ peccatum expiatur. Notandũ tamen, excepit tribus fortibus primis, id est, tribus virtutibus David, tres esse fortium subdistinctiones. Prima videlicet, qua conscripti sunt Abisai, Sobochai, & Jonathan, qui erant cõ David, sed non vsq; ad sepe dictos tres primos peruenierant. Secundã, qua supputantur Eleazar filius patris David, Ahoites, & Sema filius Aggæ de Arari, & Banaias filius Ioiadæ, qui ad tres non peruenierant, scriptura inquit, & primos non addit. Tertiam, qua cursu continuo triginta numerantur, qui sunt hi. Alahel, Elehanan, Semadech, Elchab, Eles, Hira, Abiezer, Mobommai, Selmon Macharai, Eleph, Itai, Banaia, Pharithonites Elbai, Abialbon, Azmauet, Eliaba, Semma de Arai, Afam, Elifeleth, Eliam, Esrai, Farai, Gigaal, Bani, Selech, Naarai, Ira, Iareph, Vrias Ethæus. Itaque omnes in summa triginta septem leguntur, ita videlicet, vt primus sit David, qui appellatur Adeodatus. Fortes istos in litera spectamus, fortes alios in spiritu requiramus.

Quomodo mystice sedens in cathedra sapientissimus dominus Iesus Christus, & qui fortes eius primi, & qui secundarij, qui xxx. fortes sunt, & qui sint duo de filijs Orpha, quos ipse percussit, qui reliqui tres, quos percutiunt viri eius.

CAP. XXXVIII.

David sedens in cathedra sapientissimus inter tres, dominus & filius huius David Christus est, sedet enim iste in cathedra sapientissimus David, sedet inquam in sede maiestatis, dicente ad eum patre, Sede a dextris meis. Quinam sunt illi ad quos nullus fortium peruenit, tres fortes eius, nisi vnus deus, fortissimus pater, & filius, & spiritus sanctus? Etenim sola quidem filij persona, hunc hominem suscepit, & sola incarnata est, sed nihilominus fortis eius, pater, & fortis eius, spiritus sanctus. Pater, inquit, in me manens ipse facit opem, & ego in spiritu dei eicio dæmonia. In hoc igitur sapientissimus pater est, in hoc & spiritus sanctus, spiritus humilitatis, quasi tenerimus ligni vermiculus est, quo duce quasi vermem, & non hominem se conterere perpeffus est, in hoc verbum dei est in vnam eandemq; personam vnitum homini, quod & fortitudo eius est, in qua percussit octingentos impetu vno, mortuus enim semel spoliavit inferos, & nunc sedens in cathedra, omnes iudicaturus est, viuos & mortuos. Quis omnium fortium angelorum aut hominum hucusque peruenit? Fuerunt post eum tres fortissimi, videlicet apostoli primi prædicatores trinitatis, quorum

II. Reg.  
XXIII.

RVPERTI DE TRINIT. ET OPERIB. EIVS.

quorū fortitudinē, & nominibus proprijs tres illi primi ordines fortes pulchrē exprimunt. Abisai namq; patris sacrificiū, Sobochai condēsum, Ionathan domini donū interpretatur. Siqui dē per illos resurrectionē sacrificati filij sui, testificando rugit deus pater, ita vt in omnē terram sonus eorū exiret, & ipsi velut condens & valde muniti aduersarijs resistere, & hoc totū nō ex seipsis, sed domini cōsuetudine esse donū. Fuerunt inq; tres isti fortissimi, veruntamen ad illos tres primos, nullus eos peruenisse crediderit. Nam quis in nubibus aequabitur dominū, aut quis similis erit deo inter filios dei? Prima tamen post magnū Dauid victorię palma merito conceditur illis, quia videlicet de filijs Orpha quod interpretatur ceruix eius, duos quidem Dauid, hi autem singuli singulos interfecerunt ex illis. Duos quasi filios ceruiculi diaboli Christus interfecit, quando & primogenitū diaboli, mortē animarū nostrarū moriendo deuicit, & vitā corporum nostrorū resurgendo reparauit. Futurum quod loquimur, quia profecto qui baptizati in morte eius, prima iā resurrectione resurreximus, secunda carnis resurrectione in vitā atque in corruptionem resurgemus. Ergo qui vnū ex quinque lapidibus suis in frontē Golie contexit, quasi ad lapidē aliū manum proximū misit, vt Goliath fratrem eius percuteret, sed nondū omnino percussit, quia secundū carnē in semetipso quidē resurrexit, sed nostra mors in victoria eius necdum funditus absorpta est. Interim super alios tres Orpha filios fortes isti irruunt, eosque percutiunt, quippe qui verbo dei omnem proterunt veritatis aduersariū, scilicet Iudæū, Paganū, & hæreticū. Ita totum genus partis aduersæ, cadit in manu Dauid & seruorū eius, dum Christus & per semetipsum caput, & per fortes suos totū debellat diaboli corpus. Post istos tres fortissimos, tres alij proximē subsequuntur, qui tamen ad eos non perueniunt, videlicet Eleazar, Semma, & Banaias. Post apostolos quippe martyres incedunt, pugnatōres eiusdem trinitatis, fortes quidem & ipsi, vt merito totum in illis gloriatur regnum Dauid, id est, omnis ecclesia Christi, veruntamen inferiores apostolis. Post istos ordinantur & alij xxx. fortes, omnes videlicet gloriosi eiusdem sanctæ & indiuiduę trinitatis confessores, fideliter credendo, & præcepta decalogi fortiter adimplendo, facti insignes, ac proinde nos infirmiores ac plebeios, magni Dauid milites meritis præcipuis protegere valentes.

Cur Vrias Ethæus in numero triginta fortium positus sit, & quid, vel quomodo Dauid numerando populum deliquit, & quid significet area Ornan Iherosolymitanæ mystice.

CAP. XXXIX.

II. Reg.  
XXIII.

ET addidit furor domini israeli contra israel, cōmouitq; Dauid in eos dicentē ad Ioab, Vade & numera israel & iudā, &c.] Triginta fortium vltimus positus erat Vrias Ethæus, vt dicitur propter id quod sequitur, & addidit furor domini israeli contra israel. Iā enim vltio facta fuit in Dauid, & in domo eius, in populo vero qui noluit resistere Dauid in perimēdo Vria Ethæo, necdū vltio diuina facta fuerat. Porro quid mysterij præsens locus contineat, ex eo maxime colligitur, qd ex occasione cædis constructa est domus domini in area Ornan Iherosolymitanæ, vt dicitur hominis Gentilis. Dixit enim Dauid, Hæc est domus dei, & hoc altare in holocaustū israel. Et præcepit vt congregarentur omnes profelyti de terra israel, & constituit ex eis latomōs ad cædendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus domini, & cæt. Dauid ergo gloriabundus in multitudine exercitus, quē (vt in Paralipomenon legitur) incitauit satan, vt numeraret israel, cuius, nisi carnalis populi israel gloriantis in operibus legis typum tenet, arbitrari nanque, quoddam ex operibus legis iustificetur, cum Abraham non ex operibus, sed ex fide fuerit iustificatus, id plane est in curribus & in equis confidere, & quasi multitudinem exercitus numerare. Clamat hæc Apostolus, Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriā, sed non apud deū, & cætera. Persistit in contentione pertinax Iudæus, & quæ sola iustificare potest fide Iesu Christi contrēpta, numerosam sibi iustitiā arrogat ex operibus. [Immisit igitur dominus pestilentiam in illum israel, de mane, vsque ad tempus constitutū] Iuxta literā tempus constitutū dicit, quando sacrificiū vespertinum offerebatur. Cæterum iuxta mysteriū hoc tempus constitutū est finis seculi, quando cessabit pestilentia hæc quæ nunc in populum illum desæuit. Cum enim plenitudo gentiū subintrauerit, tunc omnis israel saluus erit. Interim moriuntur ex populo septuaginta milia virorū. Numerus iste ex septenario, denarioque perficitur. Septenarius vniuersitatē, denarius Mosaicam solet significare legem. Igitur septuaginta milia virorū moriuntur, id est, qui contemptra Christi gratia de operibus legis gloriantur, vniuersi condemnantur. Porro in area Gentilis hominis angelus domini conspicitur, qui & præcipit prophætæ, vt dicat Dauid, quoddam ascendere debeat, & construere altare domino illi, quia videlicet omnis testatur scriptura prophetica, quoddam in fide gentium vna sit ecclesia dei, extra quam ille angelus magni consilij qui reliquias israel saluet, nequaquam inueniri possit.

Commentariorum in Libros Regum LIBRI II. Finis.

RVPERTI

Ro. 211

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

TRINITATE ET OPERIBVS EIVS IN LI-

bros Regum, Commentariorum Liber III.

Quoddam Salomon, cui viuens adhuc pater regnum delegauit, typum Christi gesserit iuxta versiculum psalmi LXXXI. Deus iudicium tuum regi da.

CAPVT. I.



ET rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. Cumque operiretur vestibus, non calefiebat, &c.] Iam in Salomonē ingredientibus, & huius partis quoque mysteria quærentibus nobis, psalmus ille qui inscribitur in Salomonem, id est, septuagesimus primus, pro lucerna necessaria occurrit. Qui enim hic foris operatus est, Salomonē illū faciendo hæredē regni sui, dicit illic in spiritu pater ipse Dauid, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiā tuā filio regis, & cæt. Hæc profecto cum dicit, ipse in facto suo, illud se præfigurasse innuit, quod nunc totus orbis audiuit, quia deus pater magnus vtrique rex, iudicium & iustitiā suā, filio suo regi Christo dedit. Nā pater non iudicat quenq; sed iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem, quem & iuxta psalmū prædictū adorabunt omnes reges, omnes gentes serui ei, & cætera, quæ vtrique in Christo verē Salomonē, id est, pacificū dicta esse, ipsa literæ superficies cogit intelligi. Igitur Dauid rex deus pater, Salomon verō Christus dei filius hic mysticē intelligendus est.

Quoddam rex David, in eo quoddam senuerat, typum gesserit dei patris, & quomodo talis senior vestimentis operatus non calefactus sit, & qualem illi virginē adolescentulam sui propheta quæserint.

CAP. II.

ET rex David senuerat, habebatque ætatis plurimos dies. Verē iste Dauid senuit, habebatque ætatis plurimos dies, imo æternitatis, quemadmodū & Daniel, Aspiciēbā, inquit, donec throni positi essent, & antiquus dierū sedit, Ac deinceps, Aspiciēbā ergo in visione noctis, & ecce cū nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquū dierū peruenit, & in conspectu eius obrulerunt eī. Et dedit ei potestatem & honorem & regnū, & omnes populi, tribus, & linguę seruent ei. Cumq; operiretur vestibus ille antiquus Dauid, non calefiebat, inquit. Planē calor eius, charitas vel amor eius est, sanctus eius spiritus est. Nunquid ab illo calore suo vnquā senex iste, vel antiquus refriguit? Non vtrique sibi, sed nobis, quos inter ipsūmque, propter peccatū primi hominis, paries inimicitiarū confurxerit. Nam in illo calor æternus, amor sempiternus, spiritus sanctus consubstantialis, & cœternus est. Verū ubi primus homo contra illū peccauit, calor amoris eius intrinsicus à genere humano iuste se abscondit. Operiebatur vestibus, honorabatur ceremonijs legalibus, at verō lex nihil ad perfectū adduxit, sacerdotiū legis nullo modo pro hominibus deo sacrificando satisfacere potuit. Itaque cum operiretur vestibus non calefiebat, id est, cū seruiret illi prioris testamenti ceremonijs carnalibus, seruientes sibi in gratia per spiritū reconciliationis recepit. Dixerunt ergo ei serui sui, Quæramus domino nostro regi adolescentulā virginem, & stet corā rege, & foueat eum, dormiatque in sinu suo, & calefaciat dominum nostrum regem. Quæserunt ergo adolescentulam speciosam in omnibus finibus israel, & inuenerunt Abisach Sunamitem, & adduxerunt eam ad regem. Serui istī Dauid, prophetæ dei sunt. Virgō hæc adolescentula, fides est. Viderunt serui istī, quoddam humano genere non calefieret, aut repropitiaretur deus legalibus ceremonijs cooperatus, & idcirco quæserunt hanc virginem, hanc adolescentulam, id est, fidem. Plane si sensum eorum intelligas, si spiritum eorum in literis ipsorum perspicias, inuenis quia victimas & holocausta Iudæorum veluti vestes inutiles fastidiuit, & fidem per quam Abraham, cæterique patriarchæ iustificati sunt, studiosissimē perquirat. Nam sicut pannus menstruatæ, omnes iustitię nostræ, lustus autem, inquit, ex fide viuunt. Vbi autem inuenerunt eam? In Suna, quod interpretatur captiuitas, siue mortificatio, vel certe despectio, vnde & ipsa fides Sunamitis dicitur, id est, captiua siue mortificata vel certe despecta. Eorum nanque est fides, qui in hoc seculo peregrinantur, manentem hic non habentes ciuitatem, sed futuram inquirentes, propter quod & huic mundo despecti sunt, tota die mortificantur, quorum principes vel patres secundum eandem fidem Abraham, Isaac, & Iacob, extiterunt, peregrinando propter fidem, & confitendo, quia peregrini & hospites sunt super terram. In illis vtrique serui istī Dauid Sunamitem

III. Re. 1

Iohan. 1

Daniel. 7

Heb. 7

Esa. 64

Heb. 10.

Abacuc. 2.

2. Cor. 5.

Heb. 11.

Roma. 8.

Gal. 2. Sunamitem hanc inuenerunt, viderunt enim quia non ex operibus legis, sed ex fide iustificati sunt. Erat autem, inquit, puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege & ministrabat ei. Rex vero non cognouit eam. Planè pulchra & deo placita erat fides, & beata sp̄s in deo, fideles antiqui requiescebant, veruntamen rem salutis nondum accipiebant. Ergo rex non cognouit eam, id est, necdum acceptauit vsque ad salutem perfectam.

Quod Adonias qui eleuabatur, dicens: Ego regnabo, Iudaici populi typū gesserit, & quid sit mystice, quod Ioab & Abiathar adiunabant partes Adoniae, Sadoch autem sacerdos, & ceteri, roburque exercitus non erat cum Adonia.

C. A. P. III.

Adonias autem filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. Fecitque sibi currus & equites, & quinquaginta viros, qui ante eum currebant. Adonias dominator dominus, Haggith meditans siue loquens interpretatur. Ergo iuueniculus iste stultus & imprudens, carnalè significat populum Iudaicum Moisaicæ legis alumnum, qui lapsi quidè deū honorabat, dicens, dominator dominus, dominator dominus, & hoc in matre sua synagoga loquaciter confitebatur, cor autè eius longè erat à deo. Superbè nanque quasi inconsulto patrè eleuabatur. Quippe qui iustitiam suā staturere volens, iustitiæ dei non erat, nec est subiectus. Ego, inquit, regnabo. Nonne domini est regnū, & ipse dominator gentiū? At certè, nunquid Iudæorum deus tantū? Nonne & gentium? Imò & gentium. At ille, legebat, quia notus in Iudæa deus, in Israel magnum nomen eius, & idcirco putabat quod deus nunquàm, nisi eius quod in manifesto in carne est Iudaismi, deberet esse deus. Faciebaturque sibi currus & equites superbiendo scilicet, & quinquaginta viros qui ante eum currebant, per quod intelligimus ceremoniarum ostentationem, in quibus quasi iubileum sibi arrogabat, id est, dimissionem vel iustificationem. [Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc fecisti? Videlicet sapiens rex, graui iram temperabat silentio, stultam præsumptionem oportune ita correpturus factus, ut nō esset opus verbo. [Erat autem & ipse pulcher valde secundus natu post Abisalon.] Notandum secundum quosdam ita legi. Er ipsū peperit post Abisalon, subauditur peccatum. [Et sermo ei cum Ioab filio Saruiae, & cum Abiathar sacerdote, qui adiunabant partes Adoniae.] Ioab inimicus, vel est pater, Abiathar pater superfluis interpretatur. Ergo stulto illi populo, de quo iam dictum est, cum Ioab & Abiathar, id est, cum inimicis & animæ suæ prædonibus pharisæis, & superflua docentibus sacerdotibus vel pontificibus sermo erat, sermo vanus, sermo inutilis, qualem vtiq; detestando deus per prophetam dicit, Et ipsi ædificabant parietem, illi autem linebant eum luto absque paleis. Ac deinceps, Propterea erumpere faciam, dicit dominus deus, spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandinis iræ in consummatione, & destruiam parietem quem linistis absque temperamento, & adæquabo eum terræ, & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumetur in medio eius, & cætera. Talis nanque structuræ parietis rectè comparantur Iudaica opera, quia cum dominum labijs honorarent, cor eorū ab eo longè erat, cum deum patrem deum suum esse dicerent, deifilium impia nimis inhonorabant vesania, linientibus pontificibus & pharisæis luto absq; temperatura. Mollibus quippe suasionibus infelicem populum decipiebant, dicentes, Pax, pax, cum non esset pax, nam potius bellum fuit, tam de cælo, quam de terra. Ruit denique paries eorum, & reuelatū est fundamentum eius deo inuisibiliter, & Romano visibiliter destruyente exercitu. [Sadoch vero sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & Semei, & Rhei, & omne robur exercitus Dauid non erant cum Adonia.] Sadoch iustus, Banaias cæmentarius vel ædificator domini, Ioiada domini cognitio, Nathan donum interpretatur, Semei audiens me, Rhei pastor meus dicitur. Semei ipse est Nabath pater Hieroboam, qui fuit magister Salomonis. Rhei autem ipse est Irhaiarites sacerdos Dauid, id est, magister. Non ergo minime partes suas stultus ille iuuenis infirmauerat, qui tantos & tales non vocauerat, qui talium vel fauorem quærere, vel consilijs inniti contempserat. Imò per amplius stultus populus ille, de quo iam dictum est, semetipsum adnihilauerat, qui cum sibi ex operibus legis regnum vendicarent iustum & ædificatorem domini, cognitionem quoque vel auditorem dei patris & pastorem suum, quibus cunctis nominibus vnus Christus non inieptè prædicatur, nō quæsierat, imò spreuerat, atque repulerat. [Nam & Salomonem, inquit, fratrem suum non vocauit.]

Quid sit mystice, quod loquente Nathan propheta, cum Bethsabee, id agitur, ut Salomon in regem ungetur, & quid sit, quod viuentis patris rex constituitur, quid mula patris, quid multitudo canentium quæ post illum ascendit.

C. A. P. V. III.

Dixitque

Dixitque Nathan ad Bethsabee matrè Salomonis, Num audisti, quod regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Hoc ignorat, inquit, id est, non approbat. Nam supra non ignorasse dictus est. Sed nec corripuit eum pater suus ait, aliquando dicens, Quare hoc fecisti? Ergo & dominus noster Dauid hoc ignorat, inquit, id est, non concedit, non vult, non approbat, ut videlicet mulierem maiorem capiendi consilij fiduciam addat. [Nunc ergo veni, accipe à me consilium, & salua animā tuam; filijque tui Salomonis.] Loquente & ineunte propheta consilium cum Bethsabee, & vtrisque consistentibus coram magno sene, & sapiente rege Dauid, Salomon quod interpretatur pacificus dominus, rex inungitur, & ascendente vniuersa multitudo, post eum, & populo canentium tubis & lætantium magno gaudio insonuit terra à clamore eorum, sic prælocuto rege, illic præcipiam ut sit dux super Israel & Iudam. Illud nempe in hoc est mysteriū, quod iudicio sedente, iuxta Daniele, & libris apertis venientem, ut supra iam dictum est, cū nubibus cæli, quasi fillum hominis, & vsque ad antiquum dierum peruenientem, in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem, & honorem, & regnum. Libri nanque aperti sunt, quando spiritus sanctus per Christi passionem datus est hominibus, per quem aperta & intelligibilia facta sunt mysteria scripturarum. Est quidem iudicium futurum, quo & aperiendi sunt libri conscientiarum, quemadmodum in Apocalypsi scriptum est, Et vidi mortuos magnos & pueros stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt. Et alius liber apertus est, qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris secundū opera ipsorum. Veruntamen & iudicium iam factum est, illud videlicet, de quo dominus cum passioni iam propinquaret, Nunc, inquit, iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Illo iudicio libri aperti sunt, quia postquam per mortem Christi iudicium mundi factum est, sensus discipulis eius apertus est, ut intelligerent scripturas. Igitur Bethsabee cum propheta consilium ineunte, per quam superius spiritualium intelligentiam significari diximus, Salomon rex constituitur, quia videlicet prophetarum dictis adimpletis & spiritualiter intellectis, Christus dei filius agnoscitur rex pacificus, rex paternæ gloriæ, & omnia trahit ad se. Viuentis adhuc patris rex constituitur, quia profectò qui hunc regem Christum constituit deus pater, nunquàm moritur, qui, inquam, constituit hunc regem hæredem vniuersorū, nunquàm mortuus, nunquàm est moriturus, quodque mirum atque vnicum habetur, nunquàm mortui, nunquàm morituri patris hæres Christus est, semel mortuus & rediuiuus, nunquàm vltra moriturus. Sed & deus super mulam regis, imò & super solium patris, id est, super omnē ecclesiam, quæ reuera vehiculum est altissimi, & super omnem principatum & potestatem, super thronos & dominationes, sedet nunc ad dexteram maiestatis in excelsis. Pro hoc ecce vniuersa multitudo ascendit post eum populus canentium & lætantium, & insonuit terra à clamore eorum. Nam celorum gloriam hanc enarrantium, id est, Apostolorū linguis omnibus loquentium, magnum audiuimus gaudium, quia in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Sed nec illud à mysterio vacat, quod serui gratulantes, & domino regi benedicentes, amplificet, aiant, dominus nomen Salomonis super nomen tuum. Nam antea notus erat tantū in Iudæa deus, postquam autè regnum accepit deifilius, in omnes gentes tam patris, quam filij gloria prædicatur, impleta hac propheta, Exaltare super cælos deus, & super omnem terram gloria tua.

Cur Salomon postulante sibi uxorem Abisach Sunamitem Adoniam occidit, & quod huic simile regnante Christo acciderit.

C. A. P. V.

Quare, inquit, postulas Abisach Sunamitem Adoniae. Postula ei & regnum, & cætera. Insidiosa fratris sui molimina, rex Salomon sapiens & prouidus deprehendit, ne videlicet quod futurum erat, si Abisach daretur postulanti, ille quasi reginæ potius nuptijs, spem resumeret regni recuperandi. Hoc, inquam, deprehendit, & idcirco scandala sibi & regno suo suboritura præscindere festinans, [Hæc, inquit, faciat mihi deus, & hæc addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.] Et continuo, [Viuit dominus, quia hodie occidetur Adonias, & reliqua.] Occisus est Adonias, occisus est & Ioab, quia post Adoniam declinauerat, & post Salomonem non declinauerat. [Eiectus autem est ne sacerdotio fungeretur Abiathar.] His peractis. [Confirmatū, inquit, est regnū in manu Salomonis.] Ita planè ut confirmaretur regnum & fides Christi, ut sine scandalo Iudaico inoffensum curreret verbum Euangelij, data est ciuitas Hierusalem & omnis gloria templi manufacti exterminio per manus Romani imperij, & ceciderunt in ore gladij, & captiui in omnes gentes adducti sunt. Quid enim molabantur ipsi quoque qui ceciderant ex Iudæis, imò qui sub nomine discipulorum aduersabantur discipulis Christi filij Christiani, & pseudo apostoli? Ceremonijs legis permiscere volebant fidem Euangelij.

Surrexerunt

Surrexerunt (ait Lucas in Actibus Apostolorum) quidam de heresi phariseorum qui crederant, dicentes, quia oportet circumcidi eos (subauditur, qui ex gentibus conuersi fuerant) precipere quoque seruare legem Moysi. Profecto cum haec & his similia dicerent, cum ceremonijs legis si dem Euangelij commiscere uellent, quasi Adonias postulabat sibi Abisach Sunamitem, ut non fidei Christi, sed operibus legis cunctam arrogarent iustitiae dignitatem. Sed prouidit sibi & regno suo rex sapiens Christus, interficiendo Adoniam & eos qui adiuuabant partes eius, tradidit enim (ut iam dictum est) exterminio ciuitatem Hierosolymam & templum eius, ne aliquatenus Abisach, id est, fides Christiana in spem eius pelliceretur, & stante gloria templi manufacti, quicquam in sacris Iudaeorum uirtutis esse suspicaretur. Iam ad insigne & nobilissimum eius opus, id est, ad templum currimus, ut in eo quoque iuxta propositum nostrum, sacra Christi filij dei miracula quaeramus.

De templo Salomonis, quod corporis Christi typus fuerit, secundum testimonium Apocalypsis. CAP. VI.

III. Re. VI.

Factum est igitur quadringentesimo, & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de terra Aegypti in anno quarto, mense Ziph, ipse est mensis secundus, regis Salomonis super Israel, aedificare coepit domum domino. Haec domus aut templum domini, cuius in figuram vel typum aedificatum sit, non nostra coniectura, sed scripturarum tradendum est testimonij. Primus ipse dominus cum interrogaretur in templo a Iudaeis, dicentibus, Quod signum ostendis nobis, quia haec facis, respondit & dixit, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Hoc autem (inquit euangelista) dicebat de templo corporis sui. Profecto cum haec dicit, templum illud manufactum, templi non manufacti, id est, corporis sui fuisse typum uoluit intelligi. Er idem euangelista in Apocalypsi dicit, Et templum non uidi in ea, uidelicet ciuitate sancta Hierusalem, Dominus enim omnipotens templum illius est & agnus. Sed & ipse Salomon significans, cuius in typum templum illud aedificauerit, Sapiencia, inquit, aedificauit sibi domum, excidit columnas septem, &c. Quibus uerbis quid aliud, quam Christum dei uirtutem, & dei sapientiam, templum sibi aedificasse docet humani corporis, septem solum uel ornatum columnis, quae uniuersa sunt dona septiformis spiritus sancti. Igitur templum illud manufactum sine dubio templi sancti, templi dominici corporis typus fuit, cuius de latere dextro (iuxta Ezechiel) aquae uiuentes, aquae salubres egressae sunt, & omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt.

De mensuris eiusdem templi, quid sit mystice. CAP. VII.

Domus autem quam aedificabat rex Salomon domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Haec mensurarum distinctio, tam pulchra, quam mystica est. Na templi praedicti inhabitator, deus dei filius ipse est, per quem & senario dierum numero, cuncta opera sua condidit pater deus, & per quem in monte Sina decem praecipua legis scripsit in tabulis idem deus, vel dei digitus. Ergo templi huius longitudo pulchre sexaginta cubitorum est, qui numerus ex senario & denario per latitudinem conficitur, ut erubescat Cerinthus, vel omnis haereticus, quicumque asserere ausus est, quod templum hoc Maria uirgine non fuerit longius, id est, quod ex Maria sumpsit initium Christus. Porro latitudo viginti cubitorum, habitantem atque diffusam in isto templo, significat charitatis amplitudinem. Hic nempe numerus, id est, vicenarius in deceno limite binarius est. Dixit autem iste, quia in duobus praecipuis, scilicet in dilectione dei, & in dilectione proximi uniuersa lex pendet & prophetae. Igitur latitudo haec templi manufacti, perfectio est geminae dilectionis plenariae, permanentis in illo templo non manufacto dominici corporis. Nam & patrem diligit & nos, quibus per carnem proximus factus est, & usque ad mortem dilexit. Si quidem de dilectione dei patris dicit, Sed ut cognoscat mundus, quia ego diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. De dilectione autem, quia nos diligit, cum dixisset, Hoc est praecipuum meum, ut diligatis inuicem, continuo subiunxit, sicut dilexi uos. Er quasi quaereremus, quomodo vel quantum dilexisti nos, maiorem, ait, hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis, Vos amici mei estis. Tandem altitudine cubitorum triginta, quid pulchrius, gloriosius, magnificentius denique tricenarius numerus ipse est in deceno limite ternarius. Er quis fidelium nesciat, quia pulcherrima dominici corporis fabrica usque ad praecellam sanctae trinitatis gloria alta est. Si quidem dominicus homo, vna ex tribus, vna, inquam, in trinitate persona est. Nec enim quia geminae gigas substantiae, quia deus & homo est, idcirco etiam duarum personarum Christus est, sed idem deus & homo, vna eademque persona est. Igitur altitudo templi triginta cubitorum est, quia dominicus homo in altissima sanctae trinitatis gloria est. Sciendum tamen, quia terna erant in templo laquearia, Prima uidelicet post triginta cubitos a pavimento.

Secunda

Quod de Christo dicit Domini eius homo, intelligendum est ratione humanae naturae quam significat hoc nomen homo, non autem ratione suppositi, de quo apud August. lib. primo Retractat. Cap. 29.

Secunda post cubitos sexaginta contra summitatem porticum. Tertia post cubitos centum viginti, in summitate totius domus.

De porticu ante templum habente viginti cubitos longitudinis, & decem latitudinis, quid in Christo significauerit. CAPVT VIII.

Et porticus erat ante templum viginti habens cubitos longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, & decem cubitos latitudinis. Porticus ante templum uita vel conuersatione designat eiusdem domini nostri, qua uixit vel conuersatus est ante passionis suae sacramentum. Na quando hic uixit, quando in terra conuersatus est, sui qui erant cum eo qui illum sequebantur, non eum agnoscebant, non intelligebant, nec enim spiritus sanctus datus erat, nec dum aperuerat illis sensum, ut intelligerent scripturas, quarum sine lumine non est introire aut uidere templi illius interiora. Itaque uita vel conuersatio eius cum hominibus, quasi porticus erat, in qua credentes in se ad hoc disponebant, ut peracta passione, & resurrectione sua, tunc demum intrmitteret eos ad uidentium, quale quod speculorum ipse diuinitatis templum erat. Er porticus viginti habebat cubitos longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi, per quam uidelicet latitudinem, charitatem eius iam diximus designari. Opus quippe erat, ut ambulans inter homines inuicta charitate patiens esset, & longanimis tot irrogatis iniurijs, contumelijs, terroribus, blasphemijs, & ad uirum flagellis, & ipsa amaritudine mortis. Haec longanimitatis perfectio, porticus longitudo fuit iuxta mensuram latitudinis templi, iuxta amplas diuitias habitantis in illo supradictae charitatis, quae non lassescerat, nec inuitus patiebarur. Sed tanquam elurians saturabatur opprobrijs, latitudo porticus eiusdem decem cubitorum erat. Ergo porticus ipsa latitudine, scilicet templi angustior erat. Quare uidelicet, quia dum adhuc cum hominibus conuersaretur, non ita charitas eius ut nunc actu diffundebatur. Angustia uero adhuc paulisper, ita ut diceret, Non sum missus, nisi ad oues quae perierunt domus Israel. Iam quidem & ante constitutionem mundi, tam uoluntate quam potestate habebat se extendere usque ad gentes, sed actus ut iam dictum est, solas admittebat oues Israel. Itaque latitudo porticus latitudine templi minor erat, illa uidelicet latitudine, qua dixit, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quare de altitudine porticus nihil scriptura dixit. Verum & in hoc magna subest pulchritudo mysterij. Na quando hic uixit, quando in mortalitate fuit, nullus apud hostes erat altitudinis, sed erat despectus, sed erat uirorum nouissimus. Unde est illa uox eius in psalmo, Ego autem sum uermis & non homo. Pulchre ergo de altitudine porticus scriptura tacuit, quia dum in hoc mundo militaret sub obedientia patris, tanquam homo mendicus & pauper nimia humilitate contentus fuit.

Quae & quales templi illius non manufacti obliquae fenestrae sint, non a foris lumen patentes, sed deintus dantes charitatem luminis aeterni. CAP. IX.

Fecit & fenestras obliquas in templo. Templo manufacto, necessarium fuit fenestras fieri, quia uidelicet absque illis non templum uenerandae uisionis, sed carcer esset tenebrarum & caliginis. At uero templum hoc non manufactum, templum hominis dominici, non de foris lumen perit, non aliunde poscit claritatem solis aut diei, cum sit templum luminis, templum ignis aeterni. Nam ergo nullas esse putandum est fenestras in hoc templo dei. Immo fenestras habet plurimas, non ut de foris lumen accipiat, sed ut totum sanctae ciuitatis, cuius templum est, uerum de semetipso lumen effundat, sicut eiusdem (ut in Apocalypsi scriptum est) ciuitatis lucerna. Quales istae fenestrae? Fenestrae obliquae, penes occultae. Na hinc est, quod dicitur, quodque ait habitator templi huius, & templum ipsum deus & homo, Christus, spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde ueniat, aut quo uadat. Fenestrae igitur obliquae sunt, id est, occultae uiae, occultae diuisiones habitantis in illo gratiae & exinde diuidentis singulis prout uult, qua mensura, quo tempore, quo sine nouit solus ipse.

Quid in illo templo mystice significet tabulatum superius quinque cubitorum, & tabulatum medium sex cubitorum, & tabulatum tertium VII. cubitorum, in altitudine: & quid ostium lateris medij, & quid sit trabes muris non herere. CAPVT X.

Et aedificauit super parietes templi, tabulata per gyrum in parietibus domus, per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitos latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Ostium lateris medij in pariete erat domus dextro, & per coelestem ascendebant in medium coenaculum & a medio in tertium. Pulchre sapiens architectus, unam eandemque domum triplici ordine sursum ampliavit, & ita capacem magnae multitudinis effecit. Nimirum & in hoc diuinitatis templo, in hoc deo & homine Christo, tria tabulata sunt, & necesse est ut quisque in Christo manere desiderans, in quolibet eorum fideliter consistat. Quae sunt tabulata haec? Profecto tres bene uiuendi distinctiones, tres in Christum credentium ordines, quos & ipse mystice discernens, Duo, inquit, in agro, duae molentes in unum, duo in lecto, unus assumetur & alter

Et

relinque

Matth. 17.

Matth. 23.

Psalm. 22.

Apoc. 22.

Iohan. 3.

Matth. 24.

Ezech. 14.

relinquetur. Iisdem istis sunt ordines, quos in Ezechiele propheta sub nominibus intelligimus, Iob, Noe, & Daniel. Primus vel infimus ordo est, operantiū in agro, id est, coniugatorū, qualis fuit Iob, qui deo complacuit, per fidē & patientiā cū coniugio. Hoc planē primū tabulatū est in Christo diuinitatis tēplo, quinq; habens cubitos, quā per mensurā rectē intelligitur, quinq; corporis sensus occupans exteriorū opus & labor. Medius ordo molentiū est, id est, eorū qui bene præsunt, & verbū dei prädicando quasi molendo circum eunt, qualis fuit Noe, qui gubernando arcē in fluctibus, exemplū præsuit cunctis rectoribus sanctę ecclesię. Hoc tabulatū secundū est, sex habens cubitos, quę illorū mensura est mystica, qui laborant in verbo & doctrina. Senario namq; dierū numero, deus sua perfecit opera, & id circo rectē illorū, qui operantur opus dei latitudo hæc significat statū. Tertius ordo qui & supremus, quiescentium in lecto est, id est, contemplationi vacantiū, qualis fuit Daniel, qui coniugio carens, & quasi in lecto sua uissimo solitarius dormiens, clarē quasi facie ad faciē videbat dei uisiones. Hoc nimirū dominici tēpli tabulatū tertium est, septē habens cubitos, quo in numero sabbatimus dei est, illā significans requiē animę, deum suspicientis, de qua ipse cum dixisset, Et discite a me, quia mitis sum & humilis corde, subsecutus, & inuenietis, ait, requiē animabus uestris. In hoc tabulato supremo, sancta iā sabbatizat anima, seculo actior, & cum adhuc teneatur in corpore angusto, iā per contemplationis requiē fruitur cęlo, spatiatur inter angelos, assistit deo. Igitur in templo domini tria tabulata sunt, quia manentium in Christo, tres legitimi ordines sunt.

Mart. 11.

Ostium, inquit, lateris mediū in pariete erat, & cętera. Quod est ostiū lateris mediū, per quod introitur in tabulatū primū, ut ascendatur in mediū, & a medio in tertium? Ostiū lateris tēpli, vulnus est in latere lancea domini corporis, præter quod non est aditus, non est ostiū, vel ianua qua intret quis, ut in quouis ordine corā deo stare possit. Nā ex illo latere cum lancea percussum esset, sanguis & aqua profluxit, quo sacramento deletū est peccatū mundi, in quo & baptizati sumus, dicente Apostolo, quia quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo unū est ostiū, unum baptisma, per quod introitur in illud dei templum, quo cum admissus fuerit, tunc domū ascendere licet, vel a primo in medium, vel a medio in tertium, prout deletauerit quęcumq; ascensus uirtutum, vel celsitudo meritorum. [Trabes autē posuit in domo per circuitum forinsecus, ut non hærent muris tēpli.] Muris tēpli hæere est hoc solum considerare, quod Christus homo est, quod passibilis erat, quod homines impij murum corporis eius clauis & lancea suffodere potuerunt, ut interficerent eū. Verum hoc tantum considerare, hoc solum respicere, & pro hoc illum contemnere, ludæorum est & hæreticorum, atq; gentiliū. Trabes igitur tabulatorū muris tēpli non hæreant, id est, vna cunctorum ecclesię ordinum fides, non solum in Christo respiciat carnis naturam, sed ad internam diuinitatis gloriam tendat.

Galat. 3.

*Quid sit quod omne ferramentum non est auditum in domo cum edificaretur, & quod templum auro est vestitum, quid in templo oraculum, quod & aqua-libus per longum, latum, & altum, mensuris erat perfectum.*

CAPVT XI.

**D**omus autē cum edificaretur, lapidibus dolatis atque perfectis edificata est, & malleus & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum edificaretur. Hoc & pro uniuersitate sanctę illius supernę ciuitatis Hierusalē, sic rectē intelligi potest, quia lapides uiui, lapides sancti, de quibus illa construitur, hic dolantur, hic in mundo collisionibus atque pressuris expoliuntur, ibi autē in pace per manum artificis locis suis aptantur, ita ut nullus persecutoris malleus, nulla cędentium securis, nullum ferrantium ferramentum ulterius audiat. Verum quia hic non de ciuitatis edificio, sed de ciuitatis tēplo sermo est, illud rectē intelligitur, quia sine opere humano siue virili complexu, conceptus est deus & homo Christus dei filius. Igitur malleus siue securis atque omne ferramentum, non sunt audita in domo cura edificaretur, quia nullum assuit opus humanum ut Christus conciperetur. Foris dedolati sunt lapides, quibus hæc domus edificata, quia prius patres vel iusti omnes more naturę, vel opere humano generati sunt, quorum fide in beatā virginē coadunata, Christus conceptus est. Hic ferramentum quodlibet audiri scelus est, & quicunq; se audisse somnauit, hæreticus est. [Edificauitq; quadraginta cubitorum ad posteriorem partem tēpli tabulata cedrina, a pavimento usque ad superiora, & fecit interiorē domum oraculi in sanctum sanctorum. Porro oraculum habebat xx. cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis, & operuit illud, atque uestiuit auro purissimo. Sed & altare uestiuit cedro, & cętera.] Non solum oraculum quod erat xx. cubitorum, sed & ipsum tēplum; quod præ foribus oraculi quadraginta cubitorum erat, operuit auro purissimo, nihilq; erat in templo, quod auro non tegetur. Sed & totum, inquit, altare oraculi texit auro. Magnū & mirificum tēpli manufacti opus, gloriā præfigurabat tēpli non manufacti, id est, hominis Christi.

Christi, quam credimus, quam prædicamus, cuius uisionem desiderantes expectamus. Quod est enim tēpli illius aurū siue aurea claritas, nisi sedentis ad dextrā patris immortalitas atq; impassibilitas? Deniq; anteq; passus vel mortuus resurgeret, tēplū quidem erat lapideum, & cedrinis tabulis quasi contextum, sed nondum auro tectum, quia sordida quidē & nullo uitio putribilis in illo nostra erat natura, sed nondum sua fulgebat gloria, qua post passionē mortis coronandus erat. At postq; resurrexit a mortuis, iam nihil in templo est quod non immortalitatis auro tegatur, semel quippe mortuus, & uiuens deo, iam nō moritur, mors illi ultra non dominabitur. Auro uilior tēpli substantia tegitur, non destruitur, quia uidelicet gloria resurrectionis, siue immortalitatis, natura carnis nō absorbetur, sed superinduitur. Quod tandem in hoc templo est oraculū, quod dicitur sancta sanctorū? Oraculū in templo, Deus est in Christo. Unde Apostolus dicit, Deus erat in Christo, mundū reconcilians sibi. Oraculū autem & præ foribus oraculi tēplū, sed unum tēplū, sic hominem & in homine deum, nō duos Christos, sed unum confitemur Christum. De uocibus siue responsis huius oraculi, de dispositione uerbi incarnati, illud sacri corporis templum inhabitantis, nō solum apostoli, sed & ipse Christus iugiter secundū hominē pendit, ut nihil a semetipso faceret aut iudicaret, ita ut (uerbi gratia) gentē suam uel ciuitatem Hierusalem, ruiturā flere posset, flendo tamen non liberaret. Oraculum illud quantæ longitudinis, tantæ & latitudinis, tantæ nihilominus erat latitudinis, quia uidelicet Christi domini nostri diuinitas, quæ antiquitatis quę per longitudinem, quantæ maiestatis quę per altitudinē, tantæ omnino charitatis est quæ intelligitur per latitudinem.

*Quid sint duo Cherubin, & cur posita in oraculo, & quid quod fecit ea de lignis oliuarū, quid extensio alarum, quid ostiola in ingressu oraculi, & postes anguli ipsorum, quid in eis pictura Cherubin, & species palmarum, quid ostia, quid postes in introitu tēpli de lignis oliuarum.*

CAP. XII.

**F**ecit in oraculo duo Cherubin de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. In tabernaculo Moysi, duo Cherubin obumbrantia propitiatorium, mysticē duo testamenta sunt, mediatori dei & hominū Christo, concorditer perhibentia testimoniū, quia ipse est propitiatio pro peccatis nostris. In his itidē quę fecit Salomō, ipsum intelligimus mysteriū. Et ille intra uelum, & hic intra tabulatū quo distinguebatur a templo propitiatorium, posuit Cherubin. Plana saluo mysterio poterat posuisse in templo extra propitiatorium, quia uidelicet tēplum diuinitatis, homo Christus utrunq; memoriter capiebat testamentum, & ab utroq; tam diuinitatis quā humanitatis suę uerum habet testimoniū. Sed hoc sciendum necessario recondita hæc fuisse, tam nunc intra oraculum, quā tunc intra uelum, uidelicet ne populus instabilis, & idololatrię nimis appetitor, pulchras effigies miratus pro deo adoraret, sicq; uerum & uiuum offenderet deum. Deniq; in hoc libro Regum scriptum est, Confregitq; Ezechias serpentem æneum, quem fecerat Moyses. Si quidem usq; ad illud tempus incensum adolebant ei filij Israel. Si nō tantum aureum vitulum, sed & serpentem populus ille pro deo adorare poterat æneum, quanto magis Cherubin adoraret spectabilem, imō & quasi celestium mirator specierum? Ergo necessario hæc (ut prædictum est) recondita sunt, ut sola sacerdotalis maturitas, ea certis temporibus intueretur, ita dicente domino per Moysen, Quia si quis externus accesserit, morte moriatur. Veruntamē & mysticē idcirco testamentū utrunq; intrinsicus recondatur, ut scripturarum arcana, nullus atretere audeat prophanus, ne dum uerba spiritus sancti discutit alieno spiritu, fiat hæreticus atque ita iuxta sententiā legis diuinę, morte moriatur. De lignis, inquit, oliuarum fecit eos. Ligna oliuarum uiri sunt misericordiarum, de quibus scriptum est, Hi sunt uiri misericordię, quorum iustitię obliuio nem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum & in testamentis sterit semen ipsorum. Tales quippe per uiros utrunq; conditum est testamentum, qui quasi ligna oliuarū, id est, uasa misericordię fuerunt, eorumq; fides & merita utriusq; Cherubin materia sunt. [Extendebant alas suas Cherubin, & tangebant ala una parietem, & ala Cherub secundū tangebant parietem alterum. Alę autem alterę in media parte tēpli se inuicem contingebant a pariete usq; ad parietem alterum, quicquid erat oraculi obumbrabant.] Cherubin, quia uidelicet quicquid est de uerbo dei, quicquid sciri uel prædicari oportet, de incarnatione, de uera diuinitate & humanitate filij dei, duobus ita continentur testamentis, ut extra hæc nihil sit quod annuntiari debet aut credi. Totum in his comprehenditur cęleste oraculum, quod tam firmiter scire debemus, ut extra hæc audire, nec hominē nobis liceat nec angelum. [Texit quoq; Cherubin auro.] Ut uidelicet omnis literę uilitas splendeat spiritualis intelligentię fulgore diuino. [Et in ingressu oraculi fecit ostialia de lignis oliuarum.] Ostialia quę claudantur & aperiantur, sanctorum sunt expositiones eloquiorum, quę pro diuersa capacitate audientium alijs claudendę, alijs aperiedę sunt, quemadmodum

Rom. 8.

1. Cor. 3.

Exod. 25.

1. Iohan. 4.

4. Reg. 18.

Numer. 16.

Ecc. 44.

Lucas 2. dicit, Vobis datum est nosse mysterium regni dei, ceteris autem in parabolis. [Postes, inquit, angulorum quinque, & duo ostia de lignis oliuarum.] Factura hæc pentagoni speciem exprimit, maxime clausis ostiis, ut videlicet illis præcipue claudi debeant secreta celestis oraculi, quorum capacitas quinque sensuum facultatem non excedit, adeo, ut spiritualium comparatione non tam homines quam iumenta possint æstimari. [Et sculpsit in eis picturam Cherubin, & palmarum species.] In ostiis & in parietibus cum Cherubin, palmarum quoque species pinguntur, quia scientiam dei fideliter suscipientibus, & pro illa certantibus, victoria de cælo promittuntur. [Fecit & in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos, & duo ostia de lignis abiegnis, altrinfecus, & vtrunque ostium duplex erat, & seinuicem tenens aperiebatur.] Itaque quatuor erant ostia, quoniam vtrunque ostium duplex erat. Planè in introitu templi non manufacti quatuor ostia sunt, quia noticiam quatuor euangelistarum, narratione incarnationis dominicæ accipimus. Hæc ostia se inuicem tenentia aperiantur, quia profectò summa euangelistarum concordia est, sequè inuicem tenent, & in nullo à se illos discrepare sentit & credit quisque pio spectat intuitu.

De eo quod ait: Aedificauitq; eam annis septem, cum Iudei dixerint ad dominum, quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & quale in illo numero mysterium sit.

CAPVT XIII.

ANNO quarto fundata est domus domini, in mense Zio, & in anno vndecimo mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & vniuersis vtenilibus. Aedificauitq; eam annis septem. [Mensis Zio, ipse est Aprilis, cui & Iar vocatur. Zio enim interpretatur vultus. Idcirco vultus, quia in dedicatione templi nubes gloriæ vultus domini texit templum. Iar autem interpretatur pauor. Ideo pauor quia timetur, ne ea quæ fruges ac terræ debent, in hoc mense aeris intemperantia infructuosa sint. Aedificauit, inquit, eam annis septem. In Euangelio cum dixisset dominus, Soluite templum hoc, & ego in tribus diebus excitabo illud, de templo loquens corporis sui, responderunt Iudei, Quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, & tu in tribus diebus reedificabis illud? Rancoris impatientia dixerunt quidam, quadraginta & sex annis aedificatum est templum hoc, cum quod breuius erat dicere, potuissent, septem annis aedificauit Salomon, at tamen tam secundum historiam quam & secundum mysterium, nescientes vera locuti sunt. Nam sicut historica testatur narratio filij captiuitatis de Babylone reuersi sub Eldra, vel Neemia cum reedificare coepissent, quod videlicet aedificium tunc stabat cum hæc dicerentur, prohibebantur aedificare ab eis, quæ in circuitu erant aduersarij nationibus, atque ita factum est, ut coepa aedificatio quadraginta & sex annis protelaretur. Porro & mystica nobis verba dederunt, ve dicamus, de dominici corporis templo, quia reuera quadraginta & sex annis aedificatum est, id est, vera de carne Adam caro est. Hic nempe numerus secundum Græca elementa numerus nominis Adam est. Adam si quidem quatuor literis scribitur, quarum prima alpha, a vnum. Secunda delta, d quatuor. Tertia alpha, a rursus vnum. Quarta mi, u quadraginta significat. Hoc ergo verbum de ore impiorum, & ignorantium rapuimus, gratulanter dicentes, quia veraciter hoc sanctum dei templum, quadraginta & sex annis aedificatum est, id est, de vera carne Adæ, vera caro, verum corpus Christi sumptum est. Rursus quatuor iam dicti nominis elementa quatuor mundi plagas significant, quarum & in Græcis nominibus prima sunt. Nam Græcè oriens ανατολη, occidens δυσις, septemtrio εσπερας, meridies δειξ μεσημερια. De corpore igitur Adæ, quod per quatuor mundi plagas diffusum est, templum dominici corporis sumptum est, quod Iudaicus liuor dum nescit, testatur est.

Quid spiritualiter significet domus saltus Libani, & quia quot generationes ab Abraham vsq; ad Christum, totidem, id est, quadragintaquinque domus illius columna fuerint, licet euangelista tres prætermiserit.

CAP. XIII.

AEDIFICAVIT quoque domum saltus Libani centum cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis, & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinæ. Ligna quippe cedrina exciderat in columnas, & tabulis cedrinis vestiuit totam cameram. Quæ quadragintaquinque columnis sustentabatur. Si ciuitas Hierosolyma spiritualiter sancta est ecclesia, & templum illud manufactum, templum corporis dominici significat, quid hæc domus Salomonis, domus saltus Libani, nisi domum generationis eiusdem Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham figurat? Ligna quippe cedrina, ligna impueribilia patres fuerunt, ex quibus ipse Christus secundum carnem, quippe qui propter magnæ fidei meritum, impueribilibus memoris sunt. Quid ergo domus huius columnæ XLV. nisi totidem significant generationes, ab Abraham vsq; ad Christum? Nam secundum Euangelium non plus quidem quadragintaquæ sunt, sed secundum fidem historiz quadragintaquinque sunt. Tres quippe Euangelistæ

Euangelium certi gratia mysterij prætermisit, dicendo, Ioram autem genuit Oziam, Ioram quippe non genuit Oziam, sed Ochoziam, qui Ochozias genuit Ioas, de quo natus est Amasias, qui genuit Oziam. Videlicet quia Euangelistæ propositum erat tres tesseradecades in diuerso temporum statu ponere, & Ioram generis se miscuerat impiissimæ Iezabelis, idcirco vsque ad tertiam generationem, eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Igitur domus saltus Libani quadragintaquinque columnis sustentatur, quia patrū ex quibus Christus secundum carnem ab Abraham vsque ad Christum generationes quadragintaquinque sunt.

Sed quomodo, inquit, sub hoc mysterio dicuntur stare in numero vel ordine columnarum, qui in Euangelio Christi non stant, & de generatione eius ceciderunt? Dicamus ad hæc, Illi quidem ceciderunt, sed meliores aliæ columnæ locū illorum acceperunt, scilicet prophetæ quos illi aut occiderunt aut persecuti sunt. Verbi gratia, Cecidit Ochozias qui & Ahazias, loco eius steter Heliseus propheta, qui in sermone domini, mandauerat Iehu quæ & vnxit in regem super Israel, ut deleret domū Achab & Iezabel quæ occiderat prophetas, cuius de genere, id est, de filia erat Ahazias. Cecidit & Ahazias filius Ioas. Locum eius obtineat is, quæ ille occidit Zacharias filius Ioiadæ propheta. Cecidit Amasias, loco eius supputetur ille propheta qui cum illū corripere, adorantē deos Scir, audiuit hæc. Nunquid consiliarius regis es? Quiesce ne interficiam te. Itaque in domo pacifici regis Christi, Columnæ, ut iam dictū est, quadragintaquinque sunt. Cur enim prophetæ memorati in generatione Christi, vbi carnis eius patres merito cadūt, non admittantur, cum in Ioseph terminetur, de quo constat, quod non fuerit pater eius? Denique euangelistæ spirituali & sapienti, magis secundū fidem, quā secundū carnem genealogiā verbū incarnati texere propositum fuit, cuius videlicet generationis vera beatitudo est in eo, quia verbum ipsum quod virgo fidelis, secundum carnem peperit & lactauit, ipsa secundum fidem prius & corde concepit, & ore peperit, iuxta magnam prophetæ admirationem, dicentis, Antequam parturiret peperit, & antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? Et continuo, Nunquid parturiet terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? Quæ nam est ista Sion, quæ antequam parturiret, peperit, quæ antequam veniret partus eius, peperit masculum, & deinde simul vna die peperit filiorum suorum gentē, nisi illa beata generatio, quæ antequam secundum carnem, secundum Mariæ virginis vterum parturiret Christum, peperit eundem masculum, id est, fortissimum & omnipotentē secundum spiritū, & deinde prædicantibus apostolis parturiuit & peperit, quasi in vna die, id est, in breui tempore diffusam per mundū vniuersum multitudinem credentium? Quid enim fuit, post promissionem beati seminis quæ facta est ab Abraham? Quid, inquam, fuit Moyse & prophetis sanctam scripturam quæ verbū dei est, contexere, nisi Christum & corde per spiritum prophetarum concipere, & ore parere? An non & hoc vnus illorum asserit, à timore tuo, inquiens, domine concepimus & peperimus spiritū, salutes non fecimus super terrā? Item quid fuit post ascensionē domini, Moyse prophetarumque testimonijs repente gentes ad fidem Christi conuertere, nisi gentē filiorū Sion in vna die parturiri? Igitur rectè & venerabiliter euangelista sanctus sic generationē Christi contexit, ut & reges impios qui prophetas occiderunt in exemplū matris suæ Iezabelis amoueret, & eandem in viro fideli Ioseph sponso custoditæ virginis terminaret.

Quid mysticè significet porticus in facie maioris porticus, & porticus solij in qua tribunal est, pro diuerso statu temporum ab Abraham vsq; ad Noe, & à Noe vsque ad Abel, & ab illo sursum vsque ad primam creationem mundi.

CAPVT XV.

QUADRAGINTA quinque columnas perspeximus, reliqua videamus. [Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis, & alteram porticum in facie maioris porticus, & columnas & epistylia super columnas fecit. Porticumque solij in qua tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis à pavimento vsque ad summitatem, & cætera.] Porticus columnarum ante domū, quæ columnis subnixæ est, tempus illud fuit, supra Abraham vsque ad Noe, ab Abraham, inquam, ad quæ primum repromissio facta est. Altera porticus in facie maioris porticus, superioris fuit temporis status, videlicet, à Noe vsque ad Abel, siue ad Adam, qui primus creatus est. Porro porticus solij, in qua tribunal est, illud est initium timoris domini, initium sanctarum scripturarum, quod timendum est, in quo deus lucem à tenebris, id est, humiles angelos à superbientibus angelis insolubili separatione discreuit, & eum quem in paradiso posuerat protoplastum propter prauaricationem eiecit. Illic terribile solium. Illic tremendum tribunal est. At ergo, Porticum quoque solij in qua tribunal est, fecit, & texit lignis cedrinis, à pavimento vsque ad summitatem. Et domuncula in qua sedebatur ad iudicandum, erat in medio porticus simili opere.

Et Lucas quidem generationis dominice narrator facundissimus ac vitulos disertus, ab ipso templo domini, quod est in Hierusalem, ab ipso dominico homine, qui natus est in ea, quicq fundavit eam altissimus, usq; ad hanc supremam porticum, usq; ad hanc domunculam, in qua solium predictum vel tribunal est, nos perduxit, sic incipiendo, Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta, ut putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli, & sic finiendo, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei. Statim quippe omni habenti aures audiendi illud in animo proponitur solium vel tribunal dei, quo Adam iusta sententia, iudicium incidit suae praevaricationis & in hoc exilium missus est, duplici oppressus morte, animae & corporis. Matthaeus autem domum illam, domum regiam quadragintaquinque columnarum excessit, quia supra Abraham ad quem primum repromissio facta est feminis, in quo benedicentur omnes gentes, non processit. Nunc quid ab ipsa domo porticus differat, breuiter dicendum est, Generationum series ab Abraham usq; ad Christum, domus Salomonis, domus pacifici, & sapientissimi regis idcirco est, quia ex quo Abraham audito qd in femine eius benedicentur omnes gentes credidit, & per hanc fidem iustificatus est, Christus in corde eius, & filiorum eius per eandem fidem habitauit, quemadmodum & de nobis Apostolus dicit, Habitare Christum per fidem in cordibus vestris. At vero Noe, & qui ex illo, vel post illum usque ad Abraham iusti siue electi fuerunt, nihil tale acceperunt, nihil de eiusmodi promissione audierant, circa reualiarum inspectionem probati, & fideles inuenti sunt, ut idem Noe, qui dicenti sibi deo, diluuium futurum credidit, & arcam ad praecipuum domini fabricauit, non credentibus alijs, quemadmodum & Petrus in epistola dicit, Qui increduli fuerant aliquando, quando expectabat dei patientia in diebus Noe, cum fabricaretur arca. Proinde & diuersum fidei suae signum accepit, id est, non in carne sua, quemadmodum Abraham, qui beati feminis fidem habuit, & idcirco congruum accepit signum circumcisionis, sed in nubibus dicente domino, Ponam arcum meum in nubibus caeli, videlicet quia catarractas caeli ut diluuium fieret aperiendas fore credidit. Erat ergo status illius temporis alius, tanto a tempore vel fide Abraham differens, quanto a dignitate domus differt anterior porticus. Porro & qui ante illum omnes electi vel iusti ante diluuium fuerunt, alterius differentiae fuerunt, in eo scilicet, quod praeter legem naturalem nullum mandatum accepisse leguntur, sed ex creatura cognoscentes creatorem spontanea fide iniussis quoq; sacrificijs velut Abel & Enoch deo complacuerunt. Erat ergo & alius temporis status, ut recte nunc per porticum quae erat ante faciem maioris porticus intelligatur. Suprema tandem porticus solij in qua tribunal est, illa est, ut supra iam diximus, quam in vertice sanctae scripturae spectamus mundi fabrica, sex diebus explicita. Vnde tanq; de folio vel tribunas diuidentis, dicentis, Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis, &c. dicentis, atq; dicendo facientis cum auctoritate imperiali, vnde & canimus, Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in seculum, & in seculum seculi, praecipuum posuit & non praeribit. Solij vel tribunalis illius sententiam illam, quocunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini, adhuc portarem vniuersi, nisi amota fuisset, per illum quem habemus apud patrem, aduocatum magnum Iesum Christum, qui interpellat pro nobis.

Quae & qualis domus sit, quam filia Pharaonis, id est, ecclesia de gentibus, fecit Salomon Christus.

CAPVT XVI.

Domum quoque fecit filia Pharaonis, quam uxorem duxerat Salomoni tali opere, quali & hanc porticum. Tandem filia quoque Pharaonis, quam uxorem duxerat Salomon, fecit domum, quia videlicet post omnia quae in supradictis mystice intellecta sunt, ecclesiae quoque de gentibus, quam sibi sponfam acquisiuit, bonum Christus in caelo & in terra parauit locum. Fecit, inquam, illi domum tali opere, quali & illam supremam porticum. Nam verbi gratia, illa quomodo in porticu mystice ac spiritualibus oculis spectamus, quia spiritus dei ferebatur super aquas, sic in domo huius filiae Pharaonis, in sacramentis huius ecclesiae de gentibus, quae quondam fuit filia Pharaonis spiritualis, id est, diaboli, eundem spiritum sanctum ferri non dubitamus super aquas baptismi, iamq; exinde creasse nouos caelos, & nouam terram, & caetera omnia noua, iuxta quandam similitudinem illorum veterum. Vnde alias plenius nobis erit dicendum, Omnia, inquit, de lapidibus preciosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati sunt, a fundamento usque ad summam miratam parietum, & intrinsecus usque ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus preciosis, lapidibus magnis, decem siue octo cubitorum. J Lapidibus illi, lapides preciosi, & fundamenta haec, illa sunt, quibus vel de quibus Apostolus dicit, iam non estis hospites & aduenae, sed estis ciues sanctorum, & domestici dei, superaedificati super fundamentum apostolorum, & prophetarum, & caetera. Et illa quidem aedificatio manufacta, siue & omnis structura manufacta, terrena fundamenta deorsum habens tendebat sursum, Hae

Haec autem aedificatio spiritualis, fundamenta sursum habet, quemadmodum Psalmista, Fum Pfal. 86. fundamenta, inquit, eius in montibus sanctis. Etenim fundamentum fundamentorum eius Christus, nulli dubium, quoniam sicut ille lapis altissimus. Ad quem accedentes (ait Petrus) lapidem viuum, & ipsi tanquam lapides viuusuperaedificamini, nunc tamen eo tenditur, ut super illum debeamus eleuari. Ad normam, ait, quandam, atque mensuram tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati erant. Ac deinceps, Aequalis mensurae, secti erant. Hoc plane secundum vnam eandemq; fidem intelligendum est. Nam fide quidem omnes lapides isti, lapides viuus, lapides preciosi, aequales sunt, & tam intrinsecus quam extrinsecus ferrati sunt, quia tam coram deo quam coram hominibus idem dicunt, & idem sapiunt, vnde & tanquam ferrati siue secti bene coniungi & sibi cohaerere possunt, operatione autem vel potentia plurimum differunt, vnde & Apostolus, Haec autem, inquit, omnia operatur vnus, idemq; spiritus, diuidens singulis prout vult. Et bene ad normam quandam atq; mensuram. Vnus enim & solus qui sine vlla mensura omne datum optimum & omne habet donum perfectum, ille est de quo Iohannes Baptistam, Non enim, inquit, ad mensuram deus dat spiritum, illi omnia pater dedit in manus, nos autem omnes ad mensuram de plenitudine eius accepimus. Similiterq; de cedro, inquit, Tam in atrio maiori, quam & in atrio domus domini interiori, siue in porticu dei decet, ut & tanq; lapides simus per patientiam stabiles & firmi, & tanquam cedrus impugnabilis, bonis eos qui foris sunt, prouocemus exemplis. Dicamusq; cum Apostolo, Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Sane atrium domus huius sunt, qui propter charitatem intus positorum, ad exteriora se extendunt, ut eis excludentibus importuna quocq; sanctorum non inquietetur otium illorum, qui religione, & sanctae contemplationi magis idonei sunt. Usq; ad illud atrium pertingit, opus Salomonis accuratissimum, quia profecto quicquid operatur Christus in eis, qui sibi intus assistunt, illis proficit, qui (ut predictum est) propter eos fideliter laborando, ad exteriora sese negotia distendunt.

Non debere cuiquam incredibile videri, quod in constructione templi manu facti, mysteria templi non manufacti tam perspicue expresserit, cum Daniel numerum quoq; annorum usq; ad eundem Christum praescire potuerit. CAP. XVII.

Mirum fortasse cuiquam aut etiam incredibile videatur, quod regem hominem in opere suo sic spiritualibus intentum fuisse dicamus, ut ne columnarum quidem numerum abscq; mysteriorum intuitu collocasse sit existimandus, atq; ita generationum quoq; numerum ab Abraham usq; ad Christum scire illum potuisse consequatur. Sed nunquid minus villo prophetarum scisse illum recte quis arbitretur? Non vtiq; cum eidem postulanti sapientiam dixerit dominus, Ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens, & intelligens, intantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Et post pauca itidem scriptura dicit, Et erat sapientior cunctis hominibus, sapientior Ethan, Ezarita, & Eman, & Calcal, & Dardan filijs Maol. Ethan interpretatur durissimus, Ezarita, orientalis. Ethan ipse est Abraham orientalis, Eman quod interpretatur fidelis, est Moyses. Calcal, quod interpretatur gubernas, est Ioseph. Dardan, interpretatur generatio scientiae, Maol, interpretatur indulgentia. Generatio scientiae intelliguntur XII. tribus filij Maol, id est, filij Iacob. Eadem vtiq; constantia dicendum est, quia Daniele quoq; qui post eum surrexit sapientior erat. Dixerat illi enim deus (ut iam dictum est) qd nullus ante illum fuerit, vel post resurrecturus esset similis illi. At vero Daniel, numerum quoq; annorum quibus exactis venturus esset Christus, scire meruit Gabriele dicente sic, Scito ergo & animaduerte, ab exitu sermonis, ut iterum aedificetur Hierusalem usq; ad Christum duces, hebdomades septem, & hebdomades quadraginta duae erunt, &c. Num igitur quod minus est, scilicet quota generatione templum illud diuinitatis Christo nascete foret aedificandum, iste scire potuisse negandus est, cum omnibus hominibus tam praeteritis quam post se futuris sapientior esset. Proinde & si non legimus, dictum illi fuisse, quod Moyse dictum est, Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est, nihilominus tamen ipse vidit exemplar, iuxta quod omnia faceret, ita ut ne columnam quidem sine caelestium intuitu collocaret, quippe quo sapientior nec ipse fuit Moyses. Haec idcirco dicta sunt, ut constet, quia diligentius structuram ille in opere suo perspexit, & imitatus est, templi non manufacti, templi dominici corporis, totiusq; domus eius spiritualis, quam vllus ingenio suo possit exponendo cosequi, licet & haec ecclesiasticorum omnium vnanimitas ita sentiat, ut aliud quid suspicari nefarium sit.

Quomodo ex patre Tyrio fuisse dicatur Hiram, qui & plenus sapientia & intelligentia & doctrina fuerit, & perinde mysticas operando causas attendere quierit. CAP. XVIII.

Misit quoq; rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro filium mulieris viduae de tribu Nephthalim, patre Tyrio, artificem ararium, plenum sapientia & intelligentia & doctrina ad faciendum

faciendum opus omne ex aere. Qui cū venisset ad regē Salomōnē, fecit omne opus eius, & finxit duas columnas aereas. De hoc in Paralipomenon legitur, Misit ergo tibi virū prudentem & scientissimū, Hyrā patrem meū, filium mulieris de filiabus Dan, cuius pater Tyrus fuit. No tandū, quōd in Malachim Hyrā dicitur, in Paralipomenon verō Hurā. Hyrā, n. interpretatur sublimis, Hurā verō deus excelsus. Hyrā in Malachim dicitur fuisse de Tyro & filius mulieris vidua de tribu Nephthalim patre Tyrio. Sciendū quōd de tribu Nephthalim pater eius fuerit, quo mortuo vxor eius, quæ hīc vidua scribitur eundē Hyram in Tyrū misisse, docendī gratia dicatur, & a quo doctus in Tyro fuit, pater eius Tyrius vocatur. Idcirco patre fuisse Tyrio dicitur, cū vtiq; pater eius de tribu Nephthalim fuerit. Quōd verō in Paralipomenon legitur de Hyrā regem dixisse, misit tibi virum prudentissimū, & scientissimū Hurā patrem meum, patre dignitatis gratia eum vocat, sicut in plerisque locis legitur, Filiū verō mulieris de filiabus Dan eū vocat, quia mater eius de tribu Dan fuit, de genere Salomith sororis Ooli ab, filij Achisamech, cuius filius idē Sodomith Aegyptius in eremo lapidatus est. Non enim eadē Salomith sponse eidē Aegyptio coniuncta fuisse suspicatur, sed vim ab eo perpeffa est. Idcirco meritis eius factū fuisse dicitur, vt de filiabus eius nasceretur talis, qui operaretur in domo domini. Nā & meritis Bale concubine Iacob factū fuisse quidā autumant, quōd mortua Rachel non solum Ioseph in loco filij educauit, verum etiā pro fratribus intercessit eiusdem, vt immemor esset iniuriæ fratrum suorum, & pro hac re dominus ei tribuit, vt de vno filio eius idem nasceretur Ooliab socius Beseleel, qui ædificaret domum domini, & alteri eius commendauit scriptura dicendo, Plenū sapientia & intelligentia & doctrina. Quod per hominē allequi poterit, hoc vltimū posuit, id est, doctrinā, quæ autē solius dei dona sunt, prima dixit, scilicet sapientia & intelligentia. Sapientia quippe, id est, bono ingenio non nisi dono dei plenus esse quis poterit, maximē autē intelligentia, quæ propria sanctorum, & prophetarum est facultas, per quā videlicet in arte sua, diuinas & mysticas sciebat attendere causas. Porro doctrina ex homine est, quæ cum ritē procedit, quasi de insito ingenio igniculo lucidam magnamq; flammam excitare solet.

*De duabus columnis aereis quas finxit, & quod prima Iachim à dextris, secunda dicatur Booz à sinistris, & de linea cubitorum duodecim, quæ vtranque ambit.*

CAP. XIX.

**F**inxit, ait, duas columnas aereas, decē & octo cubitorū altitudinis, columnā vnā, & lineā duodecim cubitorum ambiabat columnā vtranque. Columnæ istæ egregiæ, & maximum ornamentū domus domini, quid significent, ipse author illarum nobis innuit in Canticis, dicendo in laudibus sponsi, Crura eius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Quænam crura sunt sponsi, nisi vniuersæ viæ domini? Planæ viæ domini vniuersæ non nisi duæ sunt, misericordia & veritas, siue misericordia & iudiciū, siue iustitia & pax. Quæcumque varientur nomina, non nisi duo crura, non nisi duo domini sunt itinera. Cōiūnis istis tota penē domus incumbit, totū sanctæ scripturæ ædificiū innoxum est. Nam quicquid legimus, quicquid audimus de vniuersis vijs domini, aut misericordia est aut veritas. Igitur sapiens architectus duas tantum in opere suo ponit columnas admirabiles atque spectaculo dignas, si habes vnde videas quas ille non ignorabat vias domini, quarū altera veritas siue iudiciū est quod superbis resistit, altera misericordia quæ humiles sustentat, atque confirmat, spiritu gratiæ, spiritu fortitudinis. Quapropter ne nescire aut dissimulare vacet nobis, quærendam & spectandam in colūnis certi gloriā mysterij, nominibus quoque proprijs illas & ipse vocauit, & scriptura hæc æternæ memoriæ nomina ipsa mandare curauit. Ait enim, Cumque statuisset columnā dexteram, vocauit eā nomine Iachim. Id est, firmitas. Similiter erexit columnā secundam, & vocauit nomen eius Booz. Notas imo & nobiles ille suas columnas esse voluit, quas nominibus tantis, tamque claris insigniuit. Quæ est enim in domo domini firmitas, nisi misericors gratia, vel gratuita misericordia, magni regis, magni, in quā, & pacifici regis Christi, quam postulantes dicimus, Confirma deus hoc quod operatus es in nobis. Nepe quicquid operatus est in nobis, quicquid confirmat ope spiritus sancti, misericordia est, non iudicij, gratiæ est, non meriti. Et quo in robore colūna consistit secunda, nisi in iudicio, quo cœlū ipsum (quanto magis terra) turbabitur tēpestate valida. Vnde norandum, quia quæ prior est firmitas, & quæ secunda in robore dicta est, quia videlicet, prior est misericordia quæ humiles bona spe firmat, posterius iudiciū quo contra superbos fortissimus deus, robustum brachium suum preparat. [Decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnā, inquit.] Numerus iste ab omnibus adorantibus in templo domini, fidem simul & opera certatim exigit, Decē quippe præcepta sunt legis, octauo die Christus resurrexit, octauo, inquam, die quo & circumcidebatur infans, quæ circumcisio signaculum erat iustitiæ

Cant. 5.  
Psal. 24.  
Iacobi 4.  
Psal. 66.  
Gene. 17.  
Lucæ 2.

iustitiæ fidel, quā in Abraham deus amicitia sua remunerauit. Item, numerus iste altitudinis, sub ternario senarioq; continetur, ter enim sex, vel sexies tres, decem & octo sunt. Ternarius trinitatis fidem. Senarius (quo numero deus opus mundi explicuit) significat operationē. Vt ergo & rectē credamus, & bonum ad omnes operemur, singulæ columnarum communibus exurgunt numeris, nam ad vtrunq; tam spe misericordiae, quā timore trahimur iudicij. [Et linea, inquit, XII. cubitorum ambiabat columnā vtranq;.] Hic iam & illud sciendū, quia cūm federit filius hominis in sede maiestatis suæ, quando congregabūtur ante eum omnes gentes, tunc columna hæc quæ dicitur firmitas, columna misericordiae stabit à dextris, & colūna quæ dicitur in robore, columna iudicij, stabit à sinistris. Tunc vtiq; linea XII. cubitorū ambiat columnam vtranq;. Nam ecce circa columnam dextrā lineæ mediætas, id est, cubiti sex. Esuriui, ait, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes erā, & collegistis me. Nudus eram & cooperuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere erā, & venistis ad me. Ecce autē & circa columnā sinistrā cubiti sex. Esuriui, ait, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum. Hospes eram, & nō collegistis me. Nudus, & nō cooperuistis me. Infirmus, & in carcere, & non venistis ad me. Igitur linea XII. cubitorū columnā ambit vtranq;, videlicet quia duodenaria remuneratio, bonos & malos distinguens, diuidetur in vtroq;. Et hic quidem intellectus magis spiritualium est. Cæterū Hebræi animales, à vero tēplo, de quo loquimur, omnino auerit, carnaliter in his colūnis Dauid interpretant & Booz, vt per Iachim quæ interpretat pparator, intelligat Dauid, per aliā verō colūnam Booz, ppter virtutē castitatis.

*Quid capitella columnarum, & cur quinque cubitorum sint, & in porticu quatuor cubitorum fabricata, & quid retiacula vel catenula in capitellis, quibus columnæ de oraculo pendere videntur, & quid malogranata catenulis interposita.* CAP. XX.

**C**apitella autem quæ erant super capita columnarum quasi opere liliij fabricata erant in porticu, quatuor cubitorum. Et rursus alia capitella in summitate columnarū desuper iuxta mensurā columnæ contra retiacula. Iuxta ceptum mysterium, congeminata capitella columnarum, consummationem significant, tam veritatis quā misericordiae domini, in resurrectione mortuorum. Et subteriora quidem capitella corporū, superiora verō consummatum designat statum animarum, vnde & paulo ante hæc dictum est, Quinque cubitorum altitudinis capitellum vnū, & quinque cubitorū altitudinis capitellum alterū. Quinque cubitorum altitudinis capitella, pertinent ad corpora, quorū profectio quinque sensus æternorū siue honorum siue malorum omnes complebit sempiterna facieras. Nam & qui, vt supra dictum est, à dextris erunt, ex abundantia misericordiae, visu, auditu, gustu, odoratu, & tactu in carne iam immortal, atque impassibili, æternalibus satiabuntur bonis, quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, & qui à sinistris nihilominus ex abundantia iustitiæ & veritatis, totis eisdē sensibus in carne sua sempiternis implebuntur malis, ita vt verminis eorum non moriatur, & ignis eorum non extingatur. Nec verō repugnat, quōd hæc quasi opere liliij fabricata erant, quia videlicet pulchritudini laudis diuinæ, tam iusta & debita damnatio sinistorum, quā misericors & gratuita proficiet saluatio dextrorum, Psalmista quoque attestante cūm dicit, Misericordiam & iudiciū cantabo tibi domine. Bene igitur capitella hæc quinque cubitorum fuisse referuntur. Quæ autem super hæcerant, neque quinque cubitorum, neque alterius cuiuslibet mensuræ fuisse leguntur, quia videlicet sensus quidem cunctos nouimus corporis, in quibus caro nostra, secundum operum merita, plenariē remunerabitur, animarum autem quanta sint receptacula, qui numeri, quæ habitudines, in illa remuneratione bonorum siue malorum scire non possumus. Vbi capitella hæc fabricata erant [In porticu, inquit, quatuor cubitorum.] Id est, in ppeunte exercitio quatuor virtutum principalium, quas Ethnici quoque nouerunt, proprijsq; vocabulis nuncupant, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, iustitiam, Nam prout quis istis se exercuerit siue male vt Epicurus, siue bene vt vir ecclesiasticus, ne dicam Stoicus siue Peripateticus, ita in illa distinctione misericordiae, & iudicij, dexter siue sinister inde spectabitur. [Contra retiacula,] inquit, De istis retiaculis paulo ante hæc plenius loquitur, [Septena, inquit, versuum retiacula in capitulo vno, & septena retiacula in capitulo altero. Et perfecit columnas & duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella, quæ erant super summitatem malogranatorum, &c.] Et in Paralipomenon, Necnon & quasi catenulas, inquit, in oraculo & superposuit eas capitibus columnarum. Malogranata etiam centum, quæ catenulis interposuit. Itaque per hæc datur intelligi, quia demissæ de altitudine oraculi, catenæ duæ in septenas singulæ catenulas, velut quosdam in ramulos dispertiebantur, fertis aureis in modum retiaculorum contextis, diuisiones illas continuantibus, & ita malis aureis innectebantur, columnas

Math. 23.  
Matth. 16.  
Esa. 64.  
1. Cor. 2.  
Esa. 66.  
Psal. 1.  
2. Paralip.



columnas istas quasi sustentantes, ut quantū firmiter starent, de oraculo tamē pendere viderentur. Quid istae catenulae de altitudine oraculi porrectae, nisi altissimas significant rationes in dicitū iudicij atq; misericordiae, tā altē in caelo radices fixas habentes, tā profundē in verbo incarnato, in dei sapientia recōditas, ut nequaquā comprehendere, nequaquā sensus humanus queat inuestigare? Nempe hinc est quod A postulus cum de his latius disputaret, subito admirans, exclamauit. O altitudo diuitiarū sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius & inuestigabiles viae eius. Quis enim comprehendere vel inuestigare queat, vnde veniant haec tanta misericordiae vel iudicij dei retiacula, quatenus & hūc nonnunquā velut inuitum ad vitā misericorditer trahat, & illum quasi ad vitā velociter currentē concludat, & quibusdam peccatorū funibus circumstringat? Verbi gratia, de Iudaeis per prophetā dicit. Ex caeca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudē, ne forte videat oculis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat & conuertatur, & sanem eum. Porro quod piscatores suos ad gētes miserit, & ad capiendos eos retia sua laxari iusserit, totū mundi huius mare magno & longo experimēto persensit. Igitur de catenis sursum fixis, columnae quasi dependent, quia videlicet rationes veritatis & misericordiae dei, de sublimi oraculo sapientiae dei venientes contingere vel cōprehendere mortalium ingenia non praevalent. Sane malo granata eorum qui iudicantur vel saluātur sunt opera. Dicite iusto, inquit, propheta, quoniam bene, quoniam fructū adinventionū suarū recipiet. Itē vq; animę impiorū, quoniam reddita sunt eis mala.

Esaie 6.  
Matth. 10.  
Marci 11.  
Lucae 11.

Esaie 3.

*De mari fusili, in quo sacerdotes lauarentur, quod typus fuerit baptismi in quo peccata dimituntur. CAP. XXI.*

**F**ecit quoq; mare fusile decem cubitorū, à labio vsq; ad labiū rotundū in circuitu. Quinque cubitorū altitudo eius, & resticula triginta cubitorū cingebat illud per circuitum, & sculptura per labium circuibat illud, decē cubitis ambiens mare, & c.] Mare hoc, lauacrum sacerdotū erat, sicut & in Paralipomenon legitur. Porro in mari, inquit, sacerdotes lauabātur. Et recte post expletā templi structurā, mirāda maris huius factura subtextitur, in quo sacerdotes lauaretur, quia videlicet post aedificatū vel resuscitatū dominici corporis tēplum, baptismi sacramentū proponitur, in quo quod perspicuū, notūq; fidei Christianae est lauaremur, nō quia sacerdotes sumus, sed vt sacerdotes essemus, quēadmodum in Apocalypsi Iohannes cum dixisset, Quoniam occisus es, & redemisti nos deo in sanguine tuo, cōtinuo subiunxit, & fecisti nos deo nostro regnū & sacerdotes. Huius maris aquā & Ezechiel videt egredientē de tēplo à latere dextro. Sed & hic ad dextrū tēpli latus hoc mare positū nūc pręsens scriptura refert. Nam mare, inquit, posuit ad dextrā partē tēpli, ad orientē cōtra meridiē. Quo dicto & illud innuitur, quia tēplum hoc ad orientē respiciebat. Templi quippe ad orientē respiciētis dextra pars cōtra meridiē spectat. Sic & in illa visione prophetica. Et cōuertit me, inquit, ad portā domus, & ecce aquae egrediebātur subter limē domus ad orientē. Facies enim domus respiciebat ad orientē, aquae autē descendebat in latus tēpli dextrum, ad meridiē altaris. Et recte tam hic q̄ ille quod in mysteriū baptismatis praecurrit ad dextrum tēpli latus cōtra meridiē tendit, & domus ad orientē respicit, quia profecto lucis occasum, frigidāq; peccatorū infidelium regiones, gratia regenerātis per baptismū spiritus sancti nō admittit, quales per occidentē, atq; septentrionē scriptura notare consuevit, sed ad lucis exortum plerunq; meridiani fulgoris diem procurrat. i. ad eos, in quibus per fidē exoritur sol iustitiae Christus, & nō occidit ad eos in quibus calet per amorē mentis meridiana lux veritatis, inimica diabolo semper frigidō sedenti in lateribus aquilonis. Nimirum amplius & perfectius in hoc templo manufacto splendet tantī gratia sacramenti, si patiente situ soli Hierosolymitani, rex sapiens sic aquas viuentes deduce re potuisset, vt quēadmodum in tam dicta visione prophetae diligenter perscriptum est, egredierentur subter limen domus, descenderent in latus tēpli dextrum, redundarent nihilominus à latere dextro. Sic enim plenius hic & illud exprimeretur, quod futurum erat quod nunc factum credimus, propter quod & loquimur, quia de subter limen domus, de dextro lateretempli dominici, quando illud lancea militis aperuit, aqua cum sanguine cucurrit, & omnia, inquit idem propheta, ad quae venerit aqua haec, siue torrens hic, viuent, stabunt, & omnes aquae, id est, omnes populi sanabuntur. Nunc ad ipsa verba recurramus.

2. Par. 4.

Apoc. 5.

Ezech. 47.

Malach. 4.

Iohan. 19.

*Quam rectē mare illud labrum appellauerit, & quomodo mare nostrū .i. baptisma fusile sit, & de mensuris vel sculpturis eius mysticis. CAP. XXII.*

**F**ecit, inquit, mare fusile. Quantū q̄ exiguae rei vocabulum indidit, quantū enim erat, vel quid? Labrum erat decē cubitorū, à labio vsq; ad labiū rotundum in circuitu. Decē, inquam, cubitorum erat diametrum eius, vnde & consequenter resticula, inquit triginta cubitorum cingebat, id est, cingere poterat id. Nam haec est geometricae disciplinae speculatio naturalis, vt cuiuslibet circularis amplitudinis diametrum triplicatum totā fere perficiat eiusdem mensurā

mensurā circuli. Si igitur solā literalem facturā spectes, non est cur mare illud appellare debuerit sapientissimus rex. Porro si ad mysteriū planē hoc sacramentum baptismi, hoc lauacri regenerationis, quod de latere tēpli dominici, de vulnere crucifixi domini profluxit, mare est, mare inq; tantae plenitudinis, tantae inundationis, vt mundū vniuersum impleuerit, quippe quod & illis qui sub terra erant mortui primitus, in remissionē peccatorū inundauerit, & deinde illis qui super terrā erant, sunt, vel erunt, inundauit, & inundare non desinit. Mare ergo est, & fusile, inquit. Fusile, inquit, quia profecto grandi charitatis igne conflatus & liquefactus Christus, istā nobis gratiā effudit.

Hoc mare decē cubitorum est à labio, vsq; ad labiū, & circuitus eius triginta cubitorū. Quo nimirū numero, fides subintelligitur, quā necessario quisquis lauandus accedit, confiteatur. Etenim arithmetici, siue abacistae optimē nouerunt in secundo, id est, in deceno limite vnitate x, ternariū x x x, esse. Nos autem hac fide ante omnia opus habemus, quae catholica est, vt vnitatem in trinitate, & trinitatē in vnitate confiteamur, in qua confessione baptizati sumus in Christo Iesu. Igitur decem cubiti latitudinis in triginta cubitorū circuitu; fides vel confessio est, sine qua nullus aut nihil est baptizatus. Vnum quippe deū in trinitate & trinitatē in vnitate baptizandus, vt iam dictū est, necessario confiteatur. Quinq; cubitorū altitudo eius, vt videlicet hi quocūq; accedere vel admitti debeant, in quibus nulla vis vel ingenij, vel scientiae sublimitas est nulla, praeter quinq; sensus corporis est potentia, quales paruulos eadem die natos vix ipsis coporis sensibus sanctos Christiana fides baiulans ad matrem ecclesiā currit & properat, nec eis hoc mare magnū accessibile esse vllatenus dubitat. Et sculptura super labiū circuibat illud x, cubitis ambiens mare. Duo ordines sculpturarū histriatarum erāt fusiles. Oportet enim eū qui in hoc mari lauandus est, confessorē trinitatis, duū quoq; testamentorū scripturā suscipere & venerari. Decē ergo cubitis .i. in anteriori parte maris sculptura erat super labiū, vt videlicet tota se vltro oculis offerret accedenti ad lauandū, erātq; duo ordines sculpturarū histriatarum. i. profanitiū siue prominentium ad spectandū videlicet apotryphorū, quod Grece videre vel cognoscere dicitur. Iraque vt confessioni fidei non desint opera, sine quibus fides mortua reete dicitur vel octosa, duobus quoque ordinibus per decē cubitos prorepta distinguitur sculptura, lectionem vtriusq; testamenti significans, quam suscipiens quisque in Christo renascitur, Iaco. sic legat, vt sanctorum, quorum fidem confitetur, imitetur & opera.

*Quod xii boues mare portantes, xii apostoli sint, baptizati ad regulā à Christo suscipientes. & quid sit, quod posteriora intrinsecus latitabāt. Cap. XXIII.*

**E**t stabant super duodecim boues, & quibus tres respiciebant ad aquilonē, & tres ad occidentē, & tres ad meridiē, & tres ad orientē, & mare super eos desuper erat, quorū posteriora intrinsecus latitabant. Qui sunt isti boues duodecim super quos mare positū est, nisi duodecim apostoli, quibus recens in morte Christi consecratū baptismi sacramentū traditū est? Passus quippe & mortuus Christus (in qua nimirū morte eius hoc sacramentū conditum est. Omnes enim, inquit Apostolus, quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus) vbi surrexit à mortuis, continuo bobus istis hoc mare supposuit. Dixit enim sic, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Mare ergo xii, bobus suppositū est, vt scilicet portaret in vniuersas gētes, in quatuor mundi partes trinitatē praedicādo, deū vnum in trinitate testificādo. Nā hoc est quod tres ad aquilonē, tres ad occidentem, tres ad meridiē, & tres ad orientē respiciebant. Quorū inquit posteriora intrinsecus latitabant. Planē & istorū bouum, istorū Christi apostolorū, posteriora intrinsecus latitare debent, vt videlicet non respiciamus, quid aliquando fuerint, sed quid per Christi gratiā facti sint. Verbi gratia, Matthaeus ante vocationē publicanus & thelonearius fuit, nunc post vocationē apostolus est & euangelista. Haec facies est, facies ad contēplandā Christi gloriā reuelata, illa fuerunt posteriora. Hanc faciem intueamur, vt per eā & nos illuminemur, illa posteriora lateant, vt non imitemur. Alter, facies quidē exterius eminent, sed posteriora latent, quia videlicet apostolorū vel omnium patrum atque pastorum, aperta quidē nos opera cernimus, sed apud districtū iudicem, quae illos posterius maneant in occultā retributione, nescimus.

*Quid sit mysticē, quod in basibus, nec leones sine bobus, nec boues facti sunt sine leonibus, & quid quod quinq; bases ad dextram, quinq; ad sinistram, portantes singulos lures constituuntur. CAP. XXIII.*

**Q**uid tandem est, quod in basibus opere sculptorio, non solum leones, sed leones pariter & boues & Cherubin expressa sunt? Sic enim subditū est, [Et sculpturae inter funturas, & inter coronulas, & plestas leones & boues & Cherubin &c. Quid inq; est, quod in basibus, nec leones sine bobus, nec boues sine leonibus sunt? Quid, inq; aliud designant bases in templo

in templo nisi sacerdotes in ecclesia. Qui dum sollicitudines regiminis tolerant, quasi more basium superimpositum onus portant. In basibus igitur Cherubin exprimitur, quia decet nimirum ut sacerdotum pectora, plenitudine scientiae sint referta. Per leones autem horror seueritatis, per boues vero patientia mansuetudinis figuratur. Itaque his basibus, nec leones sine bobus, nec boues sine leonibus exprimitur, quia semper a sacerdotali pectore, in terrore seueritatis custodia debet virtus mansuetudinis, ut & ira mansuetudo condiat, & eandem mansuetudinem ne forte dissoluta sit, zelus districtio accendat. Sunt autem numero decem, singula singulos luteri portantes, singula quaternis rotis incubentes. Et constituit, inquit, eas scriptura, quinque ad dextram partem templi, & quinque ad sinistram. Hoc nimirum nobis illud pulchre designat, quia baptismi quidem sacramentum totum dextrum est, & omnes apostoli dextri sunt, & idcirco mare cum XII. bobus suis ad dextram partem templi positum est, sed non omnes baptizantes, non oes baptizati dextri sunt. Nam & iuxta parabola Evangelicam decem virginum, quinque prudentium, & quinque fatuarum, certum est, quia de vniuersitate animarum, quae ad hoc templum veri Salomonis, ad nuptias veri & pacifici regis Christi vocatae sunt, pars ad dextram, & pars deputabitur ad sinistram, pars, inquit, cum rege intrabit ad nuptias, pars foris clausa relinquetur ianua. Idcirco non cunctae bales, non cuncti luteri, quibus pariter vniuersae super quaternas sedent rotas, constituuntur ad dextram, sed quinque ad sinistram, quia videlicet non vniuersi baptizantes vel omnes baptizati, quibus quatuor euangelia lectitent aut recipiant, peruenient ad gloriam, sed pars eorum assumitur ad vitam, pars quia dilectionem cum fide non habet, relinquitur in poenam.

Math. 13.

*Multa esse vasa vtilia in spiritali templo dei, quorum nos usu vel officio fungi debeamus, & quid sit mystice, quod in argillosa terra, inter Socoth & Sarthan fusa esse referuntur.*

CAP. XXV.

**N**obis tandem qui in templo magni regis, neque columnae neque bales esse meremur, hoc superplicandum est, ut saltem inter vasa minorum, quae multa sunt suscipiamur. Nam pro diuersitate meritorum, pro diuersitate facultatum bonarum, & vtilium artium, alios lebetes, alios scutras, alios amulas, alios hydrias, alios fuscinulas, alios cyathos, alios phyalas, &c. Huiusmodi pontificis ac disponit sapiens rex, & sic perficitur omne opus in templo domini. Et ne quis desperet, ne quis nimirum semetipsum despiciat, omnia, inquit, vasa in caepetri regione Iordanis fudit rex in argillosa terra, inter Socoth & Sarthan. Omnia plane vasa nunc aurea & pulchra, nunc vasa gratiae, nunc vasa honoris & gloriae, quorum in consideratione miramur, & quae iure veneramur, in argillosa terra fudit rex noster, rex Christus, in argillosa, inquit, terra fudit, id est, de eadem massa, de eodem luto sumpsit, de quo & nos plasmati sumus. Dummodo in regione Iordanis, in regione caepetri habitemus, id est, fide usque ad finem firmam teneamus, in qua baptizati sumus, & velut caepus humilis, montuosa superbia careamus, non est difficile magno artificio, formare quoniam nostrum in vas cuiuslibet gloriae & honoris, eisdem digitis, quibus adhibitis diligenter sanctos omnes formauit, inter Socoth & Sarthan, id est, in peregrinatione & tribulatione. Socoth quippe, tabernacula, quae utique peregrinantium & militantium sunt. Sarthan interpretatur tribulatio eorum. Etenim absque malleo persecutionum, siue scapello tentationum vasa quaelibet templi domini, siue aurea, siue de aurichalco minus preciosa sunt, ad perfectum non perueniunt. Igitur & nos in terris Iordanis positi, quoniam sumus in Christo Iesu baptizati, peregrinantes inter Socoth & Sarthan, quoniam hic manentem ciuitatem non habemus, sed futuram inquirimus, & si pie viuere volumus, multis tentationibus tribulamur, quoniam terra argillosa, imo limus aut lutum sumus, plastae nostri magni artificis manibus, supplexes cum fide & spe subiiciamur, & si non magna, saltem parua, si non aurea, saltem de aurichalco vasa efficiamur, ut in templo eius qualiscumque honoris & gratiae dono participemus.

Heb. 13.

*Quod dictum est: Et intulit ea quae sanctificauerat pater suus, & reposuit, &c. & quid sit mystice principes ac duces cum maioribus natu ad regem Salomonem congregari, oues ac boues absque numero immolari.*

CAP. XXVI.

**Q**uid tandem Salomon, postquam fecit omne opus quod faciebat in domo domini? [Et intulit, inquit, quae sanctificauerat Dauid pater suus argentum & aurum & vasa, reposuitque in thesauris domus domini] Nihil verius quam omnia quae sanctificauerat pater suus, pater deus omne aurum & omne argentum, & omnia vasa reposita esse in domo domini, in templo non manufacto dominici corporis. Quae enim erant vel sunt illa, quae pater iste sanctificauerat? Omnia dicta vel acta patrum vel patriarcharum, vniuersa praeconia prophetarum, omnes omnino sancta Coloss. 2. scripturarum. Omnes enim scripturae in illo adimpletae sunt. Igitur, quia (et quemadmodum apostolus dicit) in illo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae reconditi, verum est, quia Salomon iste rex magnus Dei filius, omnia quae sanctificauerat Dauid pater suus in templo suo recondidit. & continuo sequitur, [Tunc congregati sunt omnes maiores natu Israel, cum principibus

III. R. C. VIII.

principibus tribuum, & duces familiarum filiorum Israel, ad regem Salomonem in Hierusalem, ut deferrent arcam foederis domini, de ciuitate Dauid, id est, de Sion.] Et subinde, [Rex autem Salomon, & omnis multitudo Israel, quae conuenerat ad eum, gradiebatur cum silo ante arcam, & immolabant oues & boues absque aestimatione & numero.] Magna festiuitas, magna celebras. Et hic quidem Salomon rex in dedicatione templi manufacti, oues & boues immolabat, cum quanta poterat populi frequentia, Christus autem dominus & rex omnium in dedicatione templi non manufacti, scilicet corporis sui, viuum & verum sacrificium obtulit, non carnes & sanguinem bouum & ouium, sed carnem suam & sanguinem proprium. Quam enim putamus templi huius dedicationem, nisi sacrosanctam passionem, & gloriosam eius resurrectionem? Tunc utique carnis & sanguinis sui sacrificium immolauit in magna frequentia caelestium, terrestrium, & inferiorum, primum in sacramento panis & vini, deinde in propria specie ligno crucis affixus, ubi & sanguinem suum fudit, in redemptionem nostrae salutis. Tunc proculdubio, tunc, inquam, & ex tunc omnes maiores natu Israel, omnes principes, & omnes duces Israel, imo & omnes gentes ad eum congregatae sunt. Tali namque exaltatus dedicatione, omnia traxit ad se. Unde & Apostolus cum dixisset, Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, continuo subiunxit, Propter quod & deus illum exaltauit & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, caelestium, terrestrium & inferiorum. Igitur omnis Israel, omnes qui digni erant videre deum vel dirigi cum deo, quod intelligitur per nomen Israel, omnes omnino, qui praedordinati erant ad vitam aeternam, velut membra multa ad vnum caput conuenerunt. Verum hoc ipso caecitas contigit in illo carnali Israel. Sequitur ergo.

*Caecitatis iudaica fuisse signum, quod nebula impleuit domum domini, & quod non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam.*

CAPVT XXVII.

**F**actum est autem cum exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum domini, & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. Impleuerat enim gloria domini domum domini. Tunc ait Salomon, Dominus dixit, ut habitaret in nebula. Subauditur loquens in monte Sina. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, ut credat tibi in perpetuum. Clarum est, notum & certum est, quia sacerdotes Iudaeorum, pharisaei & pontifices homicidarum, de sanctuario domini exierunt, & eadem luce omnes gentes illuminatae sunt, eadem, inquam, luce, quasi in nebula vel fumo, per suam inuidiam excacati sunt. Quo autem ordine, vel quam ob causam excacati sunt, & hic factis figuratur, & in Esaia pariter dictis & factis hoc modo significatur. Vidi, inquit, dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quae sub ipso erant, implebant templum, Seraphim stabant super illud, sex alae vni, & sex alae alteri, & clamabant alter ad alterum, & dicebant, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria eius. Et commota sunt superliminaria cardinum a voce clamantis, & domus impleta est fumo. Ac deinceps, Vade & dices populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere, & videre visionem, & nolite cognoscere. Excaca cor populi huius, & caetera. Nimirum hic dominus, sedens super solium excelsum, imple est hic Salomon, rex magnus, rex sapiens, vere pacificus, qui inter deum & homines mediator fecit pacem. Hic, inquam, ille est, Euangelista testante, qui cum hoc prophetae testimonium posuisset, dicendo, propterea non poterant credere Iudaei, quia dixit Esaia. Excacauit oculos eorum, & caetera. continuo subiunxit, haec dixit Esaia, quando vidit gloriam eius, & locus est de eo. Igitur quod hic factis, hoc ut iam dictum est, in Esaia pariter & factis & dictis praesignatur, quia videlicet vero Salomone, vere pacifico rege Christo, per passionem mortis, gloria & honore coronato, quae templi, id est, corporis eius, vera fuit dedicatio clamantibus Seraphim, Sanctus sanctus sanctus, id est, apostolis, qui accensi erant ardore sancti spiritus, sanctam trinitatem praedicantibus, & hoc modo omnium terra impleta gloria eius, qui tantum in Iudaea notus erat prius, impleta est domus domini fumo, & Iudaici populi excacatum est cor. Quod praedicatur deus homo factus, quod annuntiat Christus dei filius crucifixus, mortuus & sepultus, sumus illis est, & haec dei humilitas superbos oculos hominum scandalizat. Et non poterant, inquit, sacerdotes stare & ministrare propter nebulam. Quoniam sic excacati sunt, & ab humilitate Christi, tanquam a nebula oculis auerterunt, merito stare & ministrare non poterunt, sed exierunt, sed expulsi sunt, sed ablatum est ab eis tam terrenum, quam caeleste sacerdotium, ruente pariter templo & ciuitate super oculos eorum, super cadauera eorum.

Exodi 19.

Esaia 6.

Iohan. 12.

Esaia 61.

Psal. 73.

*Quod Salomon utroque genu flexo orans. Domine deus meus non est similis tui, typus fuerit*

*Suerit Iesu Christi, qui in dedicationem templi sui, in illa qua dedicatus est passione corporis sui pro omnibus orauit.*

CAP. XXXIII.

**S**Tetit autem Salomon ante altare domini, in conspectu ecclesie Israel, & expandit manus in celum, & ait, Domine deus Israel non est similis tui deus, & cetera. ] Vtrunque genu, vt infra scriptum est, in terram fixerat, & manus expanderat in celum. Nimirum, & verus Salomon rex Christus in dedicatione templi sui, in illa per quam dedicatus est passione sua, passione corporis sui, stetit ante altare domini ante oculos patris, ante aram crucis, & orauit. Imo & valide exclamauit, quemadmodum Apostolus dicit, Qui in diebus carnis sue preces, supplicationesq; ad eum, qui posset saluum eum facere, cum clamore valido & lachrymis offerens exauditus est, pro sua reuerentia. Et quidem cum iam in cruce penderet, clamasse illum clamore valido, non dubium, qui tamen clamor cordis soli deo audibilis esset, sed paulo ante verbis aperuerat, quid clamare deberet, propter quod in cruce idem pontifex, idemque hostia salutaris ascenderet. Nam subleuatis oculis in celum, dixit, Pater sancte, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te, & cetera. Et hic quidem cum esset rex, vtrunque tamen genu in terram fixerat, quod apud Iudaeos rarissimum est, nam antiqua rigentes superbia, genua curuare dedignantur, noster autem rex, & dominus omnium, positus genibus, imo & procidens in faciem, factusq; in agonia prolixius orauit, & factus est sudor eius sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Illud de oratione hac Salomonis huius præterire non patimur, quod inter cetera sic loquitur, [Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cum venerit de terra longinqua, propter nomen tuum, audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum vbique. Cum venerit ergo & orauerit in loco hoc, tu exaudies in celo, in firmamento habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena.] Nimirum secundum sensum intimum, hæc verba domini nostri sunt, in prædicta oratione sua dicentis, Pater sancte serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt propter verbum eorum in me. Nouerat quippe, quod propter passionem ipsius audiendum esset nomen patris magnum, & manus eius fortis, & brachium extentum vbique, quodque hoc audito nos alienigenæ, qui non eramus de populo Israel, venturi essemus ad eum de terra longinqua & adoraturi ad illum, templum sanctum, in confessione nominis eius. Quippe, qui per ora prophetarum, tantis illud præconijs prædixerat, quanta colligere vel explicare nulla lingua, nulla copiosa oratoris valet facundia. Orationem eius de longinquo audierat propheta in spiritu, cum diceret, Exaudiat te dominus in die tribulationis, protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat. Idemque in persona eius, circa intentionis eiusdem cardinem suspensus, Domine deus salutaris meæ, inquit, in die clamaui & nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem tuam ad precem meam, & cetera.

*Quod sicut surrexit Salomon oratione completa, & benedixit ecclesia Israel, voce magna, quod ita surrexit Christus a mortuis, & dedit spiritum sanctum, cum totius mundi admiratione magna.*

CAP. XXIX.

**F**Actum est autem, cum compleisset Salomon orans dominum omnem orationem & deprecationem hanc, surrexit de conspectu altaris domini, vtrunque enim genu in terram fixerat, & manus expanderat ad celum. Stetit ergo & benedixit omni ecclesie Israel, voce magna & reliqua. ] Verè quod credimus, credentes autem exultamus lætitia inenarrabili & glorificata, dominus noster, rex noster, postquam orauit, postquam orationem & deprecationem suam compleuit cum sacrificio sui corporis, & sanguinis, postquam in sepulchro triduo iacuit, surrexit a mortuis, vtrunque genu in terram fixerat, animam quippe sub terram ad inferos, corpus in sepulchro terræ demiserat, manus clauis confixas, ad celum expanderat. Surrexit, inquam, & stetit, surrexit a mortuis, & in celum ascendit. Illic sedet sibi, illic stat nobis à dextris dei. Video (inquit Stephanus) celos apertos & filium hominis stantem à dextris virtutis dei. Sedet regnantium dominator, stat pugnantium adiutor, penitentium aduocatus & defensor. Illic stans benedixit omni ecclesie Israel voce magna. Quis Israelita, quis ecclesiasticus aut fidelis est, & hæc ignorat? Et eadem quidem die qua surrexit, benedixit, sed nondum voce magna. Benedixit, inquam, insullando & dicendo, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, sed clauis foribus, voce summissa. At vbi stetit à dextris virtutis dei, vbi ascendit in celum, & sedet à dextris dei, tunc decimo die peracto, magna voce benedixit. Factus est repente de celo sonus, tanquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes, & cetera. Facta autem hæc voce, conuenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos

illos loquentes. Vox ista benedicens magna fuit. Illa benedictione, de terra facti sunt caeli, qui enarrarent gloriam dei, illa voce effectum est, vt in omnem terram sonus eorum exiret. [Igitur rex & omnis Israel cum eo immolabant victimas coram domino. Mactauitq; Salomon hostias pacificas quas immolauit domino, bouum vigintiduo milia, & ouium centum & viginti milia, & dedicauerunt templum domini rex & filij Israel.] Multa bouum, multa ouium cædes, veruntamen facile numeris comprehensa est. Quis autem hominum dinumerare possit, quantam bouum, quantam ouium multitudinem rex noster, post iam dictam benedictionem continuò vel deinceps mactauit? Vt taceam de confessorum milibus, eorum qui assistente persecutoris gladio spontanea semetipsos suorum mortificatione membrorum immolauerunt, vt exhiberent (iuxta Apostolum) corpora sua, hostiam viuentem, sanctam deo placentem, rationale obsequium suum. Quis dinumerare possit multitudinem eorum, qui gladio persequentium, tanquam boues aut oues caeli sunt, propter istum regem suum? Nam hinc est, quod eidem regi suo lachrymabiliter dicunt, Quoniam propter te mortificamur tota die, æstimati sumus vt oues occisionis. Verè hos & illos Salomon iste mactauit, quia tam eis qui se mactauerunt, quam & illis qui à persecutoribus mactati sunt, Christus & spiritus eius causa vel gratia fuit, ita vt dicat quilibet eorum, Non autem ego, sed gratia dei mecum. Igitur & vique hodie templum illud gloriosum cum Salomone dedicant filij Israel, suppledo videlicet ea, quæ desunt passionum Christi, in carne sua prædicante iugiter ac dicente per Psalmistam propheticò spiritu, Tollite hostias & introite in atria eius. Hæc est illa magna & celebris festiuitas, quam fecit, & perficit hic Salomon in tẽpore suo, tempore gloriæ, tempore accepto, & omnis verus Israel cum eo.

*Quos hic verus Salomon viros nauticos miserit in Ophyr, quod interpretatur infirmitas, quæ sit illa infirmitas, & quod illud aurum, & quæ regina Saba, quæ interea venit audire sapientiam eius.*

CAPVT XXX.

**M**isitque Iram seruos suos nauticos, & gnaros maris cum seruis Salomonis. Qui cum venissent in Ophyr, sumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem. Sed & regina Saba, audita fama Salomonis, in nomine domini venit tentare eum in ænigmatibus. ] Non contentus Solomon eis, quæ thesaurizauerat pater suus, misit in Ophyr, vt sumptum inde aurum sibi deferretur. Ophyr infirmitas interpretatur. Veraciter autem in infirmitate aurum erat plurimum, quando circa infirma & egena elementa detinebantur pretiosa ingenia philosphorum, & vanis in rebus occupabantur acumina rhetorum, & dialecticorum. Sed hæc quoque rex sapiens Christus thesaurizauit, non contentus prophetis vel piscatoribus suis apostolis. Misit enim viros nauticos & gnaros maris, de quibus scriptum est in psalmo, Qui descendunt mare in nauibus facientes operationem in aquis multis, ipsi viderunt opera domini, & miserabilia eius in profundo. Misit inquam apostolos suos, verbi gratia, Paulum Athenas & cepiteos, & adduxit eos, & ecce præclara talium ingenia proficiunt verbo dei, sanctas explanando scripturas, & pro fide certando seruiunt magno regi. Aurum igitur de Ophyr sumptum est. Hoc modo actum est, vt veniret ad regem istum, regina Saba, id est, diues & insignis de gentibus ecclesia, non quia prius regina erat, quippe quæ dæmonum potius erat ancilla, sed quia veniendo ad Christum regina facta est, credendo in Christum regio diademate coronata est, ornata honorum operum vestibus deauratis, cunctarumque virtutum lapidibus pretiosis, quemadmodum de illa in psalmo spiritus sanctus dicit, Assitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato circumdata varietate, & cetera. Venit hæc regina in Hierusalem, cum multo comitatu, id est, non iam cum vna gente tantum, scilicet Iudæorum, sicut prius synagoga solos habebat Hebræos, sed totius mundi gentibus diuersisque nationibus. Venit ergo exhibens munera digna Christo, aurum & gemmas pretiosas, & hoc camelis portantibus, id est, ex Gentili populo venientibus, qui prius fuerant sceditate vitiorum distorti, & malorum onere curui ac prauitate deformes. Cum istis inquam muneribus regina hæc ingreditur ad pacificum regem Christum, exhibens secum fidei aurum, puritatis incensa pretiosa, splendorisque gemmarum, morum scilicet insignia & ornamenta virtutum. [Et locuta est vniuersa quæ habebat in corde suo.] Id est aperuit ei cor suum, manifestauit ei occulta conscientie suæ, in confessione & penitudine præcedentium delictorum. Iamq; hæc & reliqua quæ sequuntur, ex multis sanctorum tractatibus nota sunt. Ad cetera proficiscamur.

*Memorabilem operum quæ fecit Salomon, vltimum scilicet thronum de ebore grandem auro fuluo nimis vestitum, iudiciariam præfigurasse mundissimi hominis maiestatem Christi.*

CAP. XXXI.

**F**ecit quoque rex Salomon ducenta scuta de auro puro, & trecentas peltas ex auro probato. Fecit etiam thronum de ebore grandem, & vestiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat sex gradus, & summus throni rotunda erat in parte posteriori. Et duae manus hinc & inde sedile tenentes, & duo leones stabant iuxta manus singulas, & duodecim leunculi stantes super sex gradus hinc atque inde. Hoc memorabilem Salomonis operum vltimum, ne paruum esse aut à mysterio vacare suspicemur, vehementer atque ammiratiua scripturae praesentis commendatione prohibemur, dum continuo sequitur, [Non est factum tale opus in vniuersis regnis.] Nam tot scuta, totq; peltæ idem significant, quod armatura illa fortium, de qua idem in Canticis Canticorum, Sicut, inquit, turris David collum tuum, quæ ædificata est, cum propugnaculis. Mille clypei pendunt ex ea omnis armatura fortium. Hoc ergo memorandorum eius operum nouissimum, quid significet, dignè quaerimus, & quaerentes ad vltima magni regis Christi, opera prospicimus. Quidnam est iste thronus tam grandis, tam mirabilis, nisi altitudo maiestatis in illo die nouissimo magni & tremendi iudicij? Mirando ordine in illo rege sapientia dei significatiua opera disposuit, vt hoc opus quo perfectio nihil vltra memorabile fecit, signum vel figura esset magni iudicij, post quod nihil vltra operaturus rex noster requiescet ab operibus suis. Grandis thronus, grande quippe iudicium expectamus, cuius in occursum venientes in nube, virtutes quoq; colorum mouebuntur. Thronus, inquam, ex ebore, iudicium quippe ex puritate constabit iustitiæ. Alioqui nisi (vt hic idem Salomon testatur) venter eius esset eburneus, nisi absque omni calore libidinis conceptus, natus vel conuersatus esset homo, & deus Christus, (Elephas quippe, vnde est ebur, animal esse castissimum perhibetur) quo modo vel quo iure hunc mundum esset iudicaturus? Grandis igitur ex ebore thronus auro vestitus, iudicaria mundissimi hominis est maiestas, in qua nimirum aurea diuinitatis iustitia reuelabitur. Sex ille habebit gradus, sex enim sententij iudicium perficitur, Elurini enim, & non dedistis mihi manducare, Sitiui & non dedistis mihi potum, Hospes eram, & non colligistis me, Infirmus, & non visitastis me, In carcere, & non venistis ad me. Duæ manus hinc atque inde, id est, duo tenores, hinc iudicij, atque inde misericordiae. Duo leones iuxta manus singulas, id est, vtrobique fortis atque formidabilis iudicij veritas. Nam & à sinistra omnis iniquus condemnabitur, & à dextra vix iustus saluabitur. Duodecim leunculi super sex gradus stantes, duodecim erunt apostoli, duodecim id est, vniuersi iudices super condignas vtriusq; manus propositi retributiones. Post hoc opus, post hunc thronum Salomonis, id est, pacifici regis Christi, iam in æternum gloria & diuinitatis in domo eius, tanta copia, quantâ scriptura praesens significare non sufficit. Attra men conando non nihil proficit. [Non erat, inquit, argentum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis.] Ac deinceps, [Fecitq; vt tanta esset abundantia argenti in Hierusalem, quanta lapidum.] Etenim postquam sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, & per iudicium eius ferint impij quidem in supplicium sempiternum, iusti autem in vitam æternam, iam non erit argentum, iam nullius pretij reputabitur, in illis diebus æternitatis, quia siue prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur, non illic tinniet eiusmodi argentum, quia non mixtentur eloquentes ad praedicandum, ad docendum, ad prophetandum. Omnes perfecti erunt, omnia consummata erunt. In omnibus eternaliter abundabit, purissimum charitatis aurum vel argentum.

*Quod amauit mulieres alienigenas multas, super quibus prohibens dominus, certissime, inquit, auertent corda vestra, vt sequamini deos earum.*

**R**ex autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. Filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, & Idumæas, & Sidonias, & Ethæas. Fueruntque ei uxores quasi reginae septingentæ, & concubinae trecentæ. Super hoc illi exprobrans vir sapiens, cū dixisset, Collegisti, quasi aurichalcum aurum, & vt plumbum complesti argentum, continuo subiunxit, Et inclinasti foemora tua mulieribus. Potestatem habuisti in corpore tuo, & dedisti maculam in gloria tua, & prophanaisti semina tua, inducere iracundiam ad liberos tuos & in cæteris stultitia tua, vt faceres regnum bipartitum. At ipse videlicet Salomon dicit in Canticis Canticorum. Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & adolescentularum non est numerus. Reginae videlicet ipsi regis Christi anime sunt, quæ iam per dilectionem, concubinae autem quæ adhuc illi subiunguntur per timorem, adolescentulae, quæ vix initiatae per fidem custodia matris ecclesiae, vel tutela disciplinae indigent. Num igitur sic stultus fuit, & sic stultitia sapientie permiscuit, vt sciens Christi, multarumq; animarum, spirituales fore complexus, semetipsum in tantis, totq; alienigenarum carnalibus dissipares complexibus? Nepe si hoc intuitu taliter egit, & coeleste mysterium vertit in occasione libidinis, insipientium omnium insipientissimus extitit. Nec enim homo rationalis, hic diuinum querere dignabitur mysterium, vbi nudum meritum detestabitur opprobrium. Recte igitur veritas adimpleta est domini, dicentis,

dicentis, super mulieribus alienigenis. Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad vestras. Certissime enim auertent corda vestra, vt sequamini deos earum, nam & ita factum est. Cum esset senex deprauatum est per mulieres cor eius, vt sequeretur deos alienos. De cuius poenitentia magnorum pleriq; doctorum diuersa sentiunt, certissimum autem manet sapientibus exemplum, vt nunquam quoad viuant, de statu suo praesumant, cum tam deterrime ceciderit hic, quo vel ante vel post nemo sapientior fuit.

*Commentariorum III. Libri in libros Regum Finis.*

PROLOGVS RVPERTI IN LIBRVM Psalmorum.

*Quod David & Salomonis, cæterorumque prophetarum dicta, sint testimonia Christi filij dei, & quod in eis citius obruantur veritatis aduersarij.*

CAPVT I.

**P**lendida spectauimus in hac ætate quarta regum gesta, David atque Salomonis, vbi que gloriam quaerentes regis Christi, nunc tandem & eorumdem & sequentium prophetarum dicta se offerunt, quæ testimonia sunt eiusdem Christi filij dei, quasi post solidum terrestris amplitudinis stadium, in quo nobiscum, imo & contra nos aduersarij veritatis currere possunt, venimus ad hoc mare profundum, quod antequam perueniatur ad victoriae palmam transcurrendum est. Porro non aliter quam ligno Christi, non aliter quam nauigio crucis transiri potest. Nam non credentibus Christum, non recipientibus prophetiae spiritum, propheticae scripturae profundum, omnino impermeabile est. Statim vt pedem immiserint, submerguntur abundantia testimoniorum Christi inimici veritatis, velut multis fluctibus obruuntur. Verbi gratia, In carne Abraham, in meritis patrum, praecipueq; in Moyse habere sibi videntur, vnde recte gloriantur, in prophetici autem scriptis incircuncisi conuincuntur. Pater tuus, inquit, Amoraus, mater tua Cethæa. Eisdem ergo pedibus quibus per solidum legis aruum cucurrimus, iam nunc prophetarum aquas ingredimur, fide loca regente gressus, vt non periclitemur.

*Quod David prophetarum sit primus.*

CAP. II.

**S**ane ex eo quod de regno dei, de regno Christi & ecclesiae sublimiter elocuti sunt, prophetæ dici meruerunt, eorumq; primus vel praecipuus est patriarcha David. Si quidem Moyses aut Iosue, siue Samuel, qui ante illum fuerunt, nihil de regno dei, nihil de poenis inferni, nihil de iudicio, quo & iusti saluandi, & impij condemnandi sunt, palam verbis dixerunt, non quæ ista nescirent, sed quæ carnales nimium terræ amatores ista non reciperent. At vero prophetæ de huiusmodi magnifice sunt elocuti, primusq; David. Verbi gratia, Quoniam, inquit, non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi? Hic primus regnum Christi verbis intelligibilibus cecinit, verbis quoq; personæ eius patientis siue resurgentis vsus est. Prophetarum igitur primus est, licet & ante hunc beatum Iob de resurrectione carnis aperte locutum esse nemo est qui dubitet. Hinc iam res ipsa satis opportune suggerit, vt quaeramus, vt quid sermo domini, spiritus domini de virtutibus locuturus futuri seculi regem sibi, per quem loqueretur elegit, imo cur illum, per quem primum loqui disposuerat, de animarum salute vel vita æterna regem esse voluit? Nec enim idcirco quia rex erat elegit illum, & loqui voluit per illum, sed quia illum elegerat, & ad hoc officium preparauerat, idcirco regem illum esse voluit. Cur ergo sic egit, cur sic venit verbum domini? Cur de tribunalibus audiri primus voluit? Cur de regali solio primas voces emisit? Nimirum propter duritiam nostram, propter vanitatem & superbiam nostram, diligenter aduertamus, causamque ex nobis esse vel fuisse, iam scienter fateamur. Totum mundi huius auditorium deo obsurdauerat, & in audienda vanitate superbiebat, omnis homo viuens vniuersa vanitas erat. Ludo vanitatis inbata, populosa carnis lasciuia vitae æternæ seria mortis imminetis negotia scire dedignabatur, audire non poterat. Videmus iam senem ac decrepitem mundum, adhuc ex parte maxime lasciuientem, matura euangelicæ praedicationis fastidire verba, sicq; sani sermonis auditu velut sarcina aut massa grauari harenaria. Ridetur nonnunquam publice praedicator, nisi caueant quod & praecipuum est, dicente sibi domino, Nolite margaritas vestras mittere ante porcos. Quanto magis cum adhuc recens mundus luxu iuuentutis effertur, personam qualemcunque verbum dei praedicantem audire dedignaretur? Ergo peregrinum erat huic mundo verbum domini, non aliter attentos aut beneuolos habiturum diuites seculi, nisi orationem suam inciperet per os regis diuitis, magni, regis manufactis, & victoriosi, qualis erat iste David.

Cur prius per potentē & regiam personā de pœnis inferni & regno dei potuerit nuntiari, & pedibus metricis decantari, & quid mysticē significet forma Psalterij. Cap. III.

**S**ed & hoc parū erat, vt potens persona iam dicto dei verbo autoritatē sua pararet potentia. Dulcedine opus erat, quatinus alienus ab illo animus per sensus corporis necessaria insinuaretur benevolentia. Procuravit & hoc artifex mirabilis, salutis humanæ avidus spiritus domini, cum quē pręparabat ministrū verbo domini puerū citharcedum esse voluit, vt deinde paulatim proficentē ordinatē Psalmistam faceret, vt negotiū salutis animarū, mixta dulcedine musica, & canendo prophetaret, & prophetando caneret, vt in quā & verba metricis pedibus currēdo, & tinnulæ psalterij chordæ persultando, sensim per aures ad animū pervenirent, sidemq; sp̄s, & charitatē dei dulciter insererent. Erat autē instrumentū eius mulicū, in modū delræ compositū, interius concavū, de foris pellibus mortuorū animalū cooperitū, habens decē chordas desuper sonans, quæ singula nobis aliquid mysticē significant. Concauitas interior, terrenis facultatibus designat nos fore euacuandos, quemadmodū dicit, Dispersit de dicit pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi. Mortuorū animalū exuvie, nos ipsos cū vitij & concupiscentijs debere mortificari. Iuxta illud apostoli, Mortificate mēbra vestra, quæ sunt super terrā. Decachordi positio, decalogi legis est observatio. Soni desuper emissio celestium tantū est appetitio, solius dei dilectio, vt idem apostolus, Nostra autem (inquit) conuersatio in cœlis est. Sonus fidium ipsa est prolatio vocum, discretio digitorū, pluralitas est spiritus sancti donorum, quorum etiā motio quorumlibet iustorum est operatio.

Psalm. 111.  
Colo. 3.  
Philip. 3.

Quomodo Psalterium ipsum ter quinquaginta psalmorum trimodum fidei, spei, & charitatis, prædicat Iubileum, primis psalmis. L. id maxime continentibus, quod de Christo est credendum, secundis maxime id quod sperandum, tertijs ea maxime quibus pronocemur ad amandum deum.

CAP. IIII.

**P**orro psalterium ipsum ter quinquaginta psalmorum, trimodum, fidei, spei, & charitatis, prædicat ac decantat Iubileum, à quibus virtutibus, vt in prima huius operis parte iam diximus, prius homo excidit, primū charitate, deinde spe, ac postremo fide perditā, si ne quibus nullus filiorum eius salutem recuperat, reciprocatō rāmen ordine, id est, primū fide, deinde spe, postremo charitate possessa. Hæc autē fides in vno homine, hæc spes in vno eodēq; hæc charitas erga vnū eundemq; hominē Christū possidenda est. Et prima quidē pars, id est, L. psalmi, septē periochis recapitulando, quid credere debeamus prædicat. Secunda autē pars itidē quinquaginta psalmorū, septē nihilominus periochis recursando, sp̄s corroborat. Tertia quoq; pars, quinquaginta psalmorū, charitatē septies recapitulando, benedictionibus & laudibus dilatare concerrat. Quod vt euidentius fiat, singulorum sensus psalmorum perstringere non pigeat. Primus sic innotat.

Fides.  
Spes.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN LIBRUM PSALMORUM, COMMENTARIORUM LIBER VNUS: QUI & INTER LIBROS REGVM QVARTVS COMPUTATUR.

Ordo ter quinquaginta psalmorum cum adiunctis titulorum mysticis significationibus.

CAPVT V.

**B**EATVS vir, qui non abiit in consilio impiorum. Quid nobis hic prædicat, nisi quia Christus sine peccato est, sine peccato inquam (quod credere eiusq; re fidem oportet habere) quia conceptus & natus est de virgine Maria? Alioquin nisi id prædicari consentias, non est de quo dictum hoc rectē intelligas, cum simus omnes ex Adam, in quo (vt Apostolus ait) omnes peccauerūt, qui primus in consilio impiorum positus, consentiendo abiit, & à deo recessit, & opere adimplendo in via peccatorū stetit, & reatum suū defendendo in cathedra pestilentie superbus ac malè suffultus sedit. In illo omnes abierunt, omnes malè steterunt, & sederunt, omnes enim (vt iā dictum est) Apostolo restante, in illo peccauerūt. Hic ergo primus psalmus fidē incarnationis Christi per sonat, & scilicet in illo, neq; abierit, neq; steterit, neq; sederit, eo q; de virgine cōceptus & natus sit, vnde & liber est à peccato originali. Cetera psalmi quæ sequuntur [Sed in lege domini voluntas eius, &c.] actualē eiusdē iustitiā cōmendant. Itaq; credentes in eū tam ab originali q̄ ab actualibus peccatis rectē liberamur, vt simus iusti, quorū dominus iter nouerit. Nā iter impiorū peribit. Id est eorū, qui huic beato viro contradicēdo manēt increduli. Secundus psalmus cōsequenter fidē passionis eius pronūtiat. [Quare fremuerūt, inquit, gentes, & populi medicati

Roma. 1.

De passione domini.

meditari sunt Inania? Ac deinceps, [Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.] Secundum hæc enim ipse in Euangelio dicit, Er ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. Exaltatus quippe à terra, id est, cruci affixus, postulauit, nam & ipsa passio postulatio fuit, sacrificium pro omni mundo fuit, per obedientiam qua patri seruiuit, dicens, Postula à me, vnde & auditus pro sua reuerentia, omnia traxit ad se, dante illi patre gentes in hæreditatem, & possessionem terminos terræ. Nam propter hoc, inquit Apostolus, deus illū exaltauit, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flexatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Frustra ergo fremuerunt gentes, & populi meditari sunt inania, assistendo cum regibus & principibus, videlicet cum Herode & Pontio Pilato aduersus dominū & aduersus Christum eius, putantes quod per hoc possent dirumperere vincula eorum, & proicere à seipsis iugū ipsorum, videlicet domini & Christi eius, cum e contrario per hoc accreuerit regnū eius, quod & visuri sunt, cum exarserit in breui ira eius, cum venerit quod cito futurum est iudicium eius. Tertius psalmus fidem resurrectionis eius prædicat. [Domine, inquit, quid multiplicati sunt qui tribulant me?] Ac deinceps, [Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia dominus suscepit me.] Nam videtur quidem idem in hoc agere, quod in præcedenti psalmo, tractat enim de passione & resurrectione, sed non ita est. Hic enim de multiplicatione inimicorum agit, & manifestus de resurrectione. Ego dormiui, inquit, & soporatus sum, scilicet moriendo, & exurrexi de morte triumphando. Et quia post resurrectionem eius inimici, qui tribulauerāt eum, qui insurrexerāt aduersus eum sine causa, percutiendi erant, ita vt & intus exacerarentur, & foris miserabili excidio vastarentur, subinde, [Exurge, inquit, domine, saluum me fac deus meus, quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa, dentes peccatorum contriuisisti.] Nec verò de altitudine ascensionis tacuit, dicendo, [Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.] Tribus igitur psalmis prioribus, vbi per ordinē incarnationis, passionis, & resurrectionis eius propheticus spiritus testificatus est fidē. Quarto iam psalmo de acceptione spiritus sancti, apostolica gloriatur ecclesia, dicens, [Cum inuocarem, exaudiuit me deus iustitiæ meæ, in tribulatione dilatasti mihi.] Ac deinceps, [Signatū est, inquit, super nos lumen vultus tui domine, dedisti lætitiā in corde meo.] Etenim dilatatio in tribulatione, lumen vultus domini & læticia cordis datum est paraclēti spiritus sancti, quo post resurrectionem vel ascensionem eius accepto, qui prius per modicam fidem cor angustum habebant, ita vt relicto domino omnes fugerent, iam dilatarentur, & lætarentur in amplitudine cordis, quoniam digni habitū sunt pro nomine eius contumeliam pati, dicentes, Signatum est super nos lumen vultus tui domine, subaudit, vt intelligeremus scripturas, te sensum nobis aperiente. Simulq; arguit in illis mundum, ille paraclētus, ille spiritus veritatis, & dicit, [Filij hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Et scitote quoniam mirificauit dominus sanctum suum, &c.] Post hæc notum est, quia contra ecclesiam consurrexit persecutio malorum, inimicorum Iudæorum, falsorum Christianorum, & maxime hæreticorū. Propter istos inimicos, quinto psalmo dicit sic, Verba mea auribus percipe domine, intellige clamorē meū. Ac deinceps, [Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Sepulchrū patens est guttur eorū, linguis suis dolose agebāt, iudica illos deus, &c.] Verba hæc & clamorem hūc, dominus auribus percipit atq; intelligit perseverantis ecclesie vsque ad illud mane quo illi astabit, quod est dies iudicij, quando videbit & dicet, [Quoniam nō deus volēs iniquitatē tu es.] In quo mane vel iudicij die quis gloriabitur castū se habere cor? Sequitur ergo & dicit psalmo sexto, [Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripas me.] Furor quippe erit domini dicētis impijs & peccatoribus, Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius. Ira autē eius post diē furoris permanēs, mors est & infernus. Vnde & postmodū, [Quoniam nō est, inquit, in morte qui memor sit tui, in inferno autē quis confitebitur tibi?] Proinde & idem psalmus hunc habet titulū, In sinē psalmus Dauid pro octaua. Et est sensus, iste psalmus attribuendus est Dauid, id est, pœnitenti ecclesie, tendēti in sinē, id est, in Christū, & orat pro octaua, scilicet pro æterna requie, quæ dicitur octaua, quia post huius vitæ decursum, quæ per septem dies agit, futura est. Septimo psalmo ad caput redit, id est, ad fidē nostrę principij, ad Christi passionē, orantis in eadē passione, per quā nos saluari credimus. [Domine deus meus, inquit, in te speraui, &c.] Intentio nanq; ppheticæ est in hoc psalmo, introducere Christū secundū humanā naturam, verbo sibi vnito loquentē & orantem, vt liberet illū, ne conformetur mentibus inimicorū, & vt à morte resuscitet eum, & deinde ostendentem sub quadam concessione improborum damnationem, & iustorum gloriam ex resurrectione sua prouenturam, & etiā ex istis malè agentibus, qui si pœniterent, possent consequi veniā. Psalmus octauus luce clarior est, q; eiusdē resurrectionē Christi, & exaltationem ammirando glorificet. [Domine, inquit, dominus noster, q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra,

Iohan. 12.  
Hebr. 5.

Philip. 2.

Acto. 3.

Iohan. 16.

Matth. 25.

terra, Quoniam eleuata est magnificentia tua super coelos.] Ac deinceps, [Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius.] Patet, ait, profecto hominem esse aliquid dignum interius, licet vile & abiectum plus ceteris animalibus videatur exterius, & istud patet per hoc, quod memor es eius. Et quicquid sit de alijs hominibus, ipse qui non erat filius hominum, sed hominis, id est, uirginis, ipse quiddam maximum. Et hoc inde constat, quoniam uisitas eum. Et exponit secundū quid uisitas eum, ita, Minuisti eum paulo minus ab angelis, &c. Spiritus sancti effusionem, quæ per exaltationem Christi data est, hoc modo insinuat, [Quoniam uidebo coelos opera digitorum tuorum, lunam & stellas, quæ tu fundasti.] Coeli isti sancti sunt apostoli, quia de terrenis coelestes facti sunt, per spiritum sanctum, qui cum singulariter dicatur dignus dei, ut illic, Si in digito dei eicio daemona, pluraliter tamen hic dictum est, opera digitorum tuorum, quia spiritus idem sepriformis est, & diuisiones gratiarū eius multæ sunt, Luna uniuersalis ecclesia, stellæ singulæ ecclesiae sunt, quæ tu fundasti, inquit, id est, quibus singulis incrementum dedisti, propter hæc nomen tuum, ait, quod prius norum erat in Iudæa tantum, nunc admirabile est in uniuersa terra. Et hic psalmus in titulo habet Pro torcularibus, quia uidelicet sicut in torculari uinum & acinū, ita in ecclesia boni & mali continentur. Notus inscribit sic, In finem pro occultis filij psalmus Dauid. Et est sensus, iste psalmus attribuentus est Dauid, id est, perfectæ ecclesiae, tendenti in finem, id est, in Christū, ut ei sit conformis, pro occultis filij, id est, consideratione occultorum iudiciorum, quæ ad filium pertinent, sicut scriptum est, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, qui antonomastice filius dicitur, sicut idem testatur, Si filius uos liberauerit, uerè liberi eritis. Intentio prophetae est, in hoc psalmo introducere perfectam ecclesiam, de occultis iudicijs gratias deo omnibus modis agentem, & per hoc minora membra instruentem. In primo Christi aduentu, quidam eum tantum hominem esse putauerunt, pauci uerò, id est, electi, deum & hominē intellexerunt, quod dei occulto iudicio factū est, uidelicet ut quibusdam pateret, alios lateret. De secundo aduentu quidam malè sani dubitant, quicquid autem fideles ut certum expectant. Quod similiter iudicio iusto dei fit. Quo tamen die, uel quia hora futurum sit, omnes æqualiter ignorant. Quare autem quidam saluentur, quidam reprobentur, cum omnes ex eodem parente proueniāt, occulto dei iudicio fit, quod similiter omnibus ignotū est. Quod & in presenti seculo, mali exalantur, & boni deprimuntur, occulto & iusto dei iudicio fit. Occulto quidem malis, bonis autem non. Præterea quod filius perditionis circa finem seculi, tantopere supra ecclesiam se extollet, eamque tanta persecutionum acerbitate affliget, occulto dei iudicio fit. In quibus omnibus gentes, & malè intelligentes errant & Deum blasphemant. Perfecta uerò ecclesia non solum Deum non blasphemant, sed in omnibus eum totis uiribus attentè laudat, dicens, [Confitebor tibi domine in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua, Lætabor, & exultabo in te, &c.] Duobus igitur præcedentibus psalmis, continentibus recapitulatam passionis, & resurrectionis Christi fidem, quæ necessaria est ad æternam salutem, rectè hic subsequitur, in quo occulta eiusdem filij iudicia confitendo, sancta ecclesia miratur, secundū sensum Apostoli dicentis, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Dixit enim hæc de cæcitate, quæ ex parte cõrigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, quæ uidelicet cæcitas occulto nimirum iudicio statim conrigit, ubi Christus, iuxta præcedentem psalmum, gloria & honore coronatus est. Psalmus decimus maximè contra hæreticos inuehitur, qui interim callidè, simplicitati ecclesiasticæ insidiantur. Super quos, quia peccatores sunt, quia ignis concupiscentiæ, & sulphur malorum operum pars calicis eorum fuerit, & hæc eos inebriauerunt, idcirco dominus laqueos pluit, ut per scripturam sacram multipliciter illaqueentur, id est, ut malè intelligant, malè interpretentur, talibus dicit, [In domino confido. Quomodo dicitis animæ meæ.] Qua audacia dicitis mihi, [Transmigra in montem.] Id est, eminentiam nostrarum sententiarū, sicut passer tendit in altum? Psalmo undecimo ecclesia quæ Christi aduentum expectabat, illud orabat, quod nunc præfens ecclesia completum sciens, adhuc tamen orat, ut salutis opus quod uniuersaliter fecit in singulis perficiat. Ait enim, [Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus.] Scilicet Adam, innocens & mundus à te creatus, in cuius defectu totum corruit humanum genus. Hoc dicto omnes in Adam peccasse, & ex illo peccatum originale traxisse, confitemur. Sequitur de multitudine peccatorum actualium. [Quoniam diminutæ sunt ueritates à filiis hominū, vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, &c. Hic sensum apostolicum subintelligimus. Sicut, inquit, per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. De quo uidelicet vno, subinde psalmus iste loquitur, [Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus, Ponam in saluari, fiducialiter agam in eo.] Et quia per ipsum iustificamur, & in uitam regeneramur,

neramur. [Tu, inquit, domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac, generatione mala, generatione Adæ uerusta.] Psalmus duodecimus idipsum obnixius Christū rogat, ut & in præfenti ab omni nos crimine immunes custodiat, & post huius uitæ defectum in seipso exultare concedat per secula, dicendo ita, [Vique quo domine obliuisceris me?] Tertius decimus psalmus uoces nobis subministrat aduersus omnem insipientem, qui dicit in corde suo, siue ille sit Iudæus, siue hæreticus, nō est deus, subauditur, hic homo Iesus Christus. Agit enim de perfidia Iudæorum, quia quem sancti patres eorum, scilicet patriarchæ & prophetæ, nimio desiderio dari sibi optauerunt, hi præfentialiter in carne uidentes, non solum dicta & facta eius respuerunt, sed & ipsum morti tradiderunt. Agit etiam de temporali & singulari eorum conuersione, & futura postmodum æterna damnatione, necnon de sanctorū gloriosa & ammirabili remuneratione. Psalmo quattodecimo, dicendo, [Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? &c.] Intendit ipsum caput eos definitè ostendere, qui sub nomine Iacob, uel Israel gloria sunt adepturi. Quia ergo in fine præcedentis psalmi dixerat, Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel, ne quilibet ad hanc beatitudinem solam sibi fidem sufficere inaniter arbitretur, definitè uult ostendere, qui horum nominū significationem tenentes, ad gloriam sint peruenturi, quod interrogatiue ponit non quod in hac re dubitationem habeat, sed ut auditores inde certos faciat. Iam à quintodecimo tertia periocha est, id est, recapitulatio fundamenti eius, quod fidei maximè necessariū est, quod passionis Christi mysterium est. Inscribitur autem sic, Tituli inscriptio ipsi Dauid. Et sciendū est, in hoc psalmo illud idem debere intelligi, licet alijs & amplioribus dicatur uerbis, quod in titulo crucis scriptum fuisse perhibetur. [Conserua me, inquit, domine, quoniam speraui in te.] Ac deinceps. [Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.] Id est, tū cui soli inest uerum esse, restitues hæreditatem meam in illud uerū esse, quod culpa primi parentis perdidit. Et paulo post. [Propter hoc delectatum est cor meū, & exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uideri corruptionem.] Planè his uerbis in passione de resurrectione & æterna remuneratione agit, quæ omnia ut mereatur assequi, orat deum patrem in forma serui. Sextodecimo, cui inscriptum est oratio ipsi Dauid, de eodem negotio agit. [Exaudi, inquit, domine iustitiam meam, intende deprecationem meam, &c.] Intende enim in hoc psalmo ipsum caput orare deū patrem pro se & suis, ne deficiat. Agit etiam de persecutione, & de inimicorū temporali, & perpetua damnatione, nec non de futura cum suis gloriosa & plenaria facieate. Dicit enim patri moriens in sua obedientia, [Propter uerba labiorū tuorum, ego custodiui uias duras.] Ac deinceps. [Inimici mei animam meam circumdederunt, adipem suum concluderunt.] Adipem inquam suum incrassatum cor suum ueritati concluderunt. [Os eorum locutū est superbiam.] Vah qui destruit templū dei, Et non habemus, inquit, nisi Cæsarem regem, &c. Et hæc quidam de sui persecutione. De inimicorum uerò damnatione, [Exurge, inquit, domine præueni eum.] scilicet populum Iudæicū, auferendo ab eis locū & gentem. [Et supplata eum.] Dando in mortem, qui me detinere cupit in mortem. Sed hoc ne differas in longinquum. Et quid? [Domine à paucis de terra diuide eos in uita eorum.] Quod est dicere. Adhuc uiuentes in carne, ut de terra pereant, diuidantur à paucis, separentur à iustis. Sciendum quippe, quod paulo ante tempus destructionis Hierusalem, quidam Iudæi ad fidem conuersi præmoniti sunt à spiritu sancto, ut ciuitate excederent, & in regnum Agrippæ tenderent, ne perirent cum impijs. De sua tandem, suorumque facieate gloriosa, sic dicit, [Ego autem cum iustitia apparebo conspectui tuo, faciabor cum apparuerit gloria tua.] Quod dicit, faciabor, non ideo dicit, quod perfecta erit in gloria, cum tradiderit regnum deo & patri, sicut Apostolus dicit, Cum Christus apparuerit uita nostra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Septimo decimo agit item de morte sua. [Diligam te, inquit, domine fortitudo mea.] Nec uerò de morte solū, sed & de resurrectione sua, & quid utilitatis inde euenit, & per quos uel quomodo euenit, & de temporali & æterna retributione iustorum, & de exteriori, & interiori damnatione Iudæorum, tandemque de obedientia & saluatione gentium. Habet autem in titulo sic, In finem puero domini Dauid, qui locutus est uerba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul. Dauid ipse est Christus uerè manus fortis, uerè desiderabilis. Ipse est puer domini, obediuit enim deo patri tanquam puer secundū formā serui. Huic in finem, id est, in omnimodam tendenti perfectionem attribuenda sunt uerba cantici huius. In die autem qua eripuit eum dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul, quid est, nisi in consideratione illius diei, qua resurrexit à mortuis, ultra iam non moriturus? Suscitando namque illum, eripuit dominus de potestate inimicorum, uidelicet Iudæorum & gentium, & de potestate mortis, quæ per Saul rectè intelligitur. Nam sicut illum contra uoluntatē domini, populus petijt regem, ita Adam & Eua contra uoluntatē domini appetierunt mortem.

Tribus igitur psalmis commendata passione & resurrectione eius, quæ salutis nostræ summa est, in qua fidei fundamentum consistit, quid deinde actum sit, continuo subsequens psalmus octauus decimus edicit, Cœli, inquit, enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annunciant firmamentum. Nam cœli isti apostoli sunt, qui cùm prius fuissent terreni, atq; infirmi, post passionem eius accepto spiritu sancto, tales effecti sunt, vt recte dicantur cœli, recte vocentur firmamentum. [Non sunt, ait, loquelæ, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.]

**A. 2.** Hoc enim illa die spiritus sanctus fecit miraculum, vt in ore eorum, omnium genera nascerentur linguarum. Talem cœlorum enarratio nō in vna tantum regione remansit. Sed quide[m] [In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū.] Et quam dei gloriam cœli isti enarrauerunt? [In sole, inquit, posuit tabernaculum suum, & ipse tanquā spon-sus procedens de thalamo suo. Exultauit vt gigas ad currendam viam, & ipse tanquā egres-sio eius, & occursum eius vsq; ad summum eius, nec est qui se abscondat à calore eius.] Exinde legem Christi legem fidei scriptā digito dei, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus collaudans dicit, [Lex domini immaculata conuertens animas, &c.] Ex tunc sedēti à dextris dei, & interpellati pro nobis, psalmo nono decimo, dicimus cum propheta, dicimus cum antiquis sanctis, & dicere non cessamus vsq; in finem seculi. [Exaudi te dominus in die tribulationis.] Et hoc quidem non quia necessarium esse sciamus, sed ex nimio desiderio dicimus. Nam neq; nos dubitamus, neq; propheta, cùm hæc diceret, dubitabat, quin exaudiendus esset (quā pro nobis pertulit) in tribulatione. [Memor sit, inquit, omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pingue fiat.] Ideo dicit, omnis sacrificij, quia singulæ passiones eius, singula fuere sacrificia, holocaustum autem ipsa mors. Sacrificium dicebatur in lege illud, quod partim incendebatur, partim sacerdotibus referuabatur. Holocaustum illud, quod totum cremabatur. Sanè ab hoc psalmo quarta iam perioche cœpta est. Agitur enim manifestè de summa fidei causa, id est, de passione illius, q̄ & propheta prospiciens, nō dubitando, sicut iam dictū est, sed beneuole oprando dicebat, [Domine saluū fac regē.] Et nos credendo dicimus, quia verè dominus saluū fecit regem, videlicet accelerando eius resurrectionem. Hoc ipsum continud x x. confirmat. [Domine, inquit, in virtute tua lætabitur rex.] In virtute, inquam, tua, quæ deus est, victor consistit. Et subinde. [Vitam petij à te, & tribuisti ei.] Vitam, in quā, id est, resurrectionem, petij & tribuisti ei longitudinē dierū in seculum, & in seculum seculi. Resurgēs quippe ex mortuis, iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur. Per amplius atque manifestius id ipsum, id est, passionem & resurrectionem eius, psalmus x x i. concinit, cuius nobis sensum ipse agnus dei, qui magni libri septem signacula soluit, non vituēq; sed via voce aperuit. Nam continuo spiritu traditurus, exclamauit dicens. [Deus meus, deus meus, quare dereliquisti me?] Habet autem in titulo sic, In finē pro assumptione matutina psalmus Dauid. Et est sensus, iste psalmus attribuendus est Christo vero Dauid tendenti in victoriā, quæ finis est cursus obedientiæ eius, pro assumptione matutina, id est, pro resurrectione, quæ facta est valde mane, cū adhuc tenebræ essent. Hoc dictum est, ad similitudinem solis. Quia sicut paulatim depulsis tenebris ascendendo vires assumit, sic Christus resurgendo, paulatim mentes infidelium illuminauit. Duo nobis sacramenta in eadem passione sua condidit, scilicet lauacrum regenerationis, vbi patet factio lateris, sanguinē & aquam profudit, & mysteriū corporis ac sanguinis sui, vbi tenens panem & vinum. Hoc est corpus meū, hic est sanguis meus, inquit. Super his continuo perfecta ecclesia psalmo x x i i. gratulatur & dicit, [Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.] Nam quasi quæres, cuius in loco pascuæ, continuo subiunxit, [Super aquam refectiois educauit me, animam meam conuertit.] Et subinde. [Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.] Quæ nam est aqua refectiois, nisi baptismus salutaris? Super hanc aquā baptismatis, quod est fundamentum honorum operum, Me (inquit ecclesia) dominus educauit, videlicet lacte prædicationis, & deinde (sic enim recto ordine legendum est) deinde, in quā, in loco pascuæ me collocauit, id est, fecit studere in scripturis. Ibi me regit, scilicet ne prauè intelligam, & nihil mihi deerit, quod intellectui necessarium sit. Quæ autem mensa, quam parasti, inquit, in conspectu meo, aduersus eos qui tribulant me, nisi corpus tuum & sanguis tuus cuius sacramentum sub alijs speciebus proposuisti intellectui meo, ne inimici præualerent in me? Et quia duplex post hæc datum est spiritus sancti donum. [Impinguasti, ait, in oleo caput meum, & calix meus inebrians, quā præclarus est.] Nam primo dato spiritus sancti dono, quasi oleo suauiter delibuti sunt apostoli, in sufflante illo ac dicente, Accipite spiritum sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur eis, secundo autem quasi secundo calice inebriati, fortes facti sunt atq; disertī, ita vt diceretur, Musto pleni sunt isti. His sacramentis parata est domino terra illa, & ille orbis, de quo protinus psalmus x x i i i. sic incipit. [Domini est terra & plenitudo eius.] Nam terra hæc, & orbis iste, quæ terra quidē ecclesia est, duplici de causa dicitur, ppter stabilitatē, n̄ ppter fecunditatē, orbis autē dicitur ppter perfectionē, Et quia nulli ad habitandū in æterna

in æterna ecclesia, sola sufficiunt (quæ supra dicta sunt) sacramenta visibilia, sub interrogatio-ne melius insinuat sic. [Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocēs manibus & mundo corde.] Psalmus XXIII. ordine congruo psalmus Dauid. id est, ecclesiæ penitentiæ oratio est. [Ad te, inquit, domine leuavi animam meam, deus meus in te confido non erubescam, &c.] Orat quippe dominum, vt in bono eam perseuerare faciat, aliquid quando dei gratiam, aliquando suum meritum prætendendo. Verbi gratia, [Vniuersæ viæ domini, misericordia & veritas.] Psalmo XXV. orat eadem ecclesia dominum, vt per eandem misericordiam & veritatem domini tandem discernatur ab impijs. [Iudica me domine, inquit, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum.] Et vt merito in futuro discernatur ab impijs, discernit se in præsentī, & dicit. [Non sedī cum concilio vanitatis, & cum iniqua generatione non introibo, &c.] Psalmo XXVI. intendit eadem ecclesia perfecta, modum ostendere illius benedictionis, quam in fine præcedentis psalmi promissit, benedicam te, inquit, in ecclesijs. [Dominus illuminatio mea, & salus mea. Quem timebo?] A quo visibilibus seu inuisibilibus hostium exaggeratio criminis est, sicut ibi dicitur, Assatum est, iam versa, & manduca. Ostendit etiam, nihil præter vnum debere peti, suo exemplo, [Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini, &c.] Titulus autē eius talis est, Psalmus Dauid, priusq; iniretur. Et est sensus, ista operatio est attribuenda Dauid, id est, perfectæ ecclesiæ gratias agiti de eo quod accepit priusquam perueniat ad perfectam vñctionem. Hic mittit nos ad historiam Dauid, adhuc in domo patris sui, scilicet in Bethlehē puerulus vnctus, à Samuele eum regem futurum, spiritu sancto sic præsignante. Deinde vnctus est in Hebron, & super tribū Iuda tantum regnauit, mortuo Saule. Postea verò tertio vnctus est, quando totius Israelitici populi prouinciam accepit. Quæ vñctiones nobis mysticum quid insinuant. Sicut enim tertio vnctus est Dauid, sic quique fideles participes debent esse ternæ vñctionis. Prius in baptismo, vbi spiritus sancti gratia innotantur. Secundo, quando per impositionem manuum episcopi, donis eiusdem spiritus sancti augmentantur. Tertio, in die iudicij, quando eiusdē spiritualis gratiæ perfectam dulcedinem adipiscuntur. Non enim credendum, Dauid hunc psalmum, antequam in domo patris iniretur, sed an post illam vñctionem statim, an post secundam fecerit, incertum est. Dehinc à psalmo vigesimo septimo iam quinta perioche fit, cū ad caput reditur, ad summam fidei, quam de Christi passiōe & resurrectione constare credimus & scimus. [Ad te, inquit, domine clamabo deus meus, ne filias à me, &c.] Voces quippe capitis nostrī sunt orantis, pro resurrectione sua, vt non sit similis descenditibus in lacum, simulq; interpo-mentis damnationem inimicorum sub concessione, qua dicit, [Da illis secundum opera eorū, & secundum nequitiam adinventionū ipsorum, &c.] Nam quod ait, [Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum, & restoruit caro mea.] Certissima post orationem resurrectionis enuntiatio est, in qua videlicet restoruit caro eius, quæ cū de radice lesse floruisse, sub flagellis & opprobrijs defloruisse visa fuerat. Hoc eius clamore audito, propheta repente psalmo subsequenti, id est, vicesimo octauo, conclamar. [Affer te domino filij dei, affer te domino filios arietum, &c.] Hoc enim dicendo communiter omnes fideles adhortatur, vt imitando illum, semetipsos deo offerant, ammonens perfectos velut arietes, vt perseuerent & augmententur, alios verò velut filios arietum, vt bene operando ad oblationem eiusdem sacrificij cito promoueantur. Inscibitur autem sic, Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. Mittitq; nos ad historiam, quia sicut Dauid post receptionem arcæ sublata à Philistæis, tabernaculum domino ad adorandum & sacrificandum instituit, sic quique fideles, post fidei catholicæ perceptionem semetipsos præparare debent tabernaculum sanctificationis, in quo deo offerant sacrificium laudis, videlicet fidem, spem, & dilectionem. Et hic quidem propheta clamor voces interruptit, quas præcedente psalmo dare cœperat in persona Christi. Verum psalmo sequenti, id est, XXIX. ad causam vel sensum eundem recurrit, & peragit sic. [Exaltabo te domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, & cætera.] Agit enim ipsum caput, de sua operatione, & æterna remuneratione. Hortatur etiam fideles, vt suo exemplo psallentes domino, & confitentes, ad eandem lætitiā peruenire mereantur. Intitulatur autem sic, Psalmus cantici in dedicatio-ne domus Dauid. Hic titulus mitter nos ad historiam. Quia sicut Dauid impensa & apparatus suo templum domino edificauit, & postea cum iucunditate & solennibus verbis, ad laudem domini dedicauit, sic corpus Christi, secundum singularem natiuitatem sine peccato edificatum, & per resurrectionem in æterna impassibilitatis & immortalitatis gloria est dedicatum. Dedicatæ domus immutati, & iam vltra nō moriturus hominis desicci, voces istæ sunt. [Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti m.] Item. [Domine in volūrate tua præstitisti decori meo virtutem.] Ac deinceps, [Conscidisti saccū meū, & circundidisti me lætitiā, &c.] Amplius atq; profusius causam eandē subsequens idē tricesimus psalmus exponit. [In te domine

A. 2.

2. Cor.

Rom. 6.

Apo. 1.

Matth. 27.

Iohan. 20.

Iohan. 20.

A. 2.

1. Reg. 16.

2. Reg. 2.

2. Reg. 3.

1. Reg. 4.





præcipiebatur in lege offerri, aures autem, id est, intellectus, ut solus intelligerem, cur illa nolles, quid tu velles, perfecisti mihi. [Tūc dixi, ecce venio.] Ecce incarnatus sum, paratus ut faciam voluntatem tuam. [Sicuti in capite libri scriptum est.] Id est, sicut in sapientia tua personaliter mihi vnica, dispositus est. Nihilominus Psalmo sequenti, id est, quadragesimo de eiusdem suæ passionis humilitate dicit. [Beatus qui intelligit super egenum & pauperem in die mala liberabit eum dominus.] Quis enim alius hic dicit. [Homo pacis meæ, in quo sperabam, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem, tu autem domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.] Nempe de hoc dubitare ipse nō sinit qui cum dixisset, sub ipso passionis articulo, Ego scio quos elegerim, continuo subiunxit, Sed ut impleatur scriptura, Qui manducat mecum panem, leuabit corra me calcaneum suum. Ipse igitur qui cum diues esset, egenus & pauper pro nobis factus est, & in fine præcedentis psalmi, dixit, ego autem mendicus sum & pauper, dominus sollicitus est mei, & hic in principio sequentis, Beatus qui intelligit super egenū & pauperem, & cætera, ostendens & damnationem miseriamque eorum, qui scandalizantur in eo, reputantes eum tantum egenū & pauperem, id est, hominem, & illorum beatitudinem, qui non scandalizantur in eo, credentes eum esse verum hominem, & verum deum. Psalmo quadragesimo primo dicunt filij Chore. [Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus.] Sic enim habet in titulo, In finem intellectus filij Chore. Et est sensus, Intellectus designatur his subsequentijs vocibus ascribendus filij Chore, id est, imitatoribus crucifixi domini nostri Iesu Christi, qui per ipsam imitationem tendunt in finem, id est, in consummatū bonum, vltra quod nihil est appetendū. Chore enim interpretatur caluitiū, & ponitur pro ipso loco, vbi dominus fuit crucifixus, qui Hebraicè dicitur Golgatha, Latine autē Caluarie. Veruntamen propter eandem interpretationem, competentius posuit Chore, quā nomen ipsius loci, quia & persona fuit, & multos filios habuit. Igitur filij Chore, id est, imitatores crucifixi, egeni & pauperes supradicti, qui super paupertatē humanitatis eius, intelligūt diuitias diuinitatis eius, dicunt omnes, dicunt singuli. Quemadmodum ceruus consumpto serpente summa agilitate, desiderat venire ad fontes aquarū, valde sitiens, tanto desiderio, tanta festinatione æstuat anima mea hausto veneno diaboli per multas tentationes carnis, venire ad te potandū, & tibi participandū, ut sic iuuenescat facta tibi conformis qui es fons aquæ frigidæ & indeficientis. In quo est omnis plenitudo iucunditatis. Hæc dicenti primum fonte baptismi refrigerari conuenit. Dicit enim in sequentibus eiusdem psalmi, [Propterea memor ero tui de terra Iordanis.] Id est, ex eo, quod sum terra Iordanis facta per baptismū frigida & sterilis, quæ prius erā arida & sterilis. Psalmo quadragesimo secundo, quælibet fidelis anima dicit, [Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta &c.] Superius locuti sunt martyres illi qui patiebantur ab extraneis tribulationes, referendo suum desiderium, hæc verò orant generaliter omnes fideles, tam martyres quā confessores, qui commixti sunt in area cum paleis, id est, qui patiuntur probra & tribulationes ab illis qui intra ecclesiā sunt falsi Christianis, & cupiunt dissolui, & esse cum Christo, ut in futuro a massa infidelium, cum quibus hic in area Ecclesiæ commixti sunt, discernantur, sicut grana a paleis, & hic cito eripiantur ab illis. Psalmo quadragesimo tertij versiculo Apostolus vtitur sic, Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis. Igitur voces istæ, [Deus auribus nostris audiuit, patres nostri annuntiauerunt nobis opus quod operatus es in diebus eorū, in diebus antiquis.] Voces sunt perfectōrū martyrum, vel admirantiū, cur non cito facias deus in diebus eorū, sicut fecit in diebus patrū antiquorum. [Manus tua inquirunt, gentes disperdidit, & plantasti eos, afflixisti populos, & expulisti eos.] Hoc nempe morientes desiderabant martyres, ut eadem manus domini, cito disperderet gentes, id est, impios gentiliter viuentes, & plantaret fideles, ita ut vbiq; terrarum pacificè fides Christiana floreret. At nunc, [Vendidisti (aiunt) populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum.] Quod est dicere, Et tuos occidi permisisti, & ex illis nullū acquisisti. Sane si quos acquisisti, non tamen digna commutatione est factū, quia non fuit multitudo in commutationibus eorum. Vbi mille interficiebantur, vix duo aut vnus conuerterebantur. Sed nunquid sic frustra ingemuerunt? Nunquid vanè desiderauerunt? Non vtiq; nam exurgente domino, qui videbatur dormire, Gentiles impij cum Idolis suis dispersi sunt, & multitudines credentiū ex plantatione martyrum, mundū impleuerunt. Bene ergo hic Psalmo hic habet titulū, In finem filij Chore, ad intellectu. Et est sensus, Hæc verba pponuntur filij Chore, tendētib; in finē. Imitatoribus crucifixi, tendētib; in cōsummatū bonū. Preponitur (inquam) ad intellectu, ad hoc ut intelligant, quid significet quod deus cum patribus antiquis tā benignè egit, istos autē eontrario permittit tribulari, & esse in omnibus miseris. Psalmo quadragesimo quarto, Deus pater suauissime intonat. [Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi.] Hæc iam septi-

Iohan. 15.  
1. Cor. 8.

Iohan. 19.

Philipp. 1.

fam septima fidei nostræ recapitulatio est, cæteris altior. Nam idem est, quod Euangelista Iohannes contra perfidiam hæreticorum, qui Christum ex Maria sumpsisse initium dixerūt, reclamans, In principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Ac deinceps, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius. Idē (inquam) pater loquitur, Eructauit (inquiens) cor meum verbum bonū, id est, protulit secreta essentia mea verbum bonum, ego ex me ipso essentialiter genui filium, deus deum, bonus bonum, bonum (inquā) sicut ego bonus sum, quia nemo bonus, nisi vnus deus. De incarnatione huius verbi, de qua & Euangelista, Et verbum (inquit) caro factū est, & habitauit in nobis, sub inde magno affectu spiritus propheticus dicit. [Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, &c.] Habet autē in titulo hic Psalms, In finem pro his qui commutabuntur filij Chore, id est, fidelibus crucifixi, ad intellectu canticū pro dilecto. Et est sensus, Hoc canticum arcanum & mysticum proponitur filij Chore, id est, fidelibus crucifixi, quos genuit in passione, ad hoc ut intelligere satagent illa arcana & secreta, quæ continentur in hoc Cantico, Agit etiam pro dilecto, id est, de domino Iesu Christo singulariter dilecto. Vnde dicitur, Hic est filius meus dilectus. Ideo vocatur iste tractatus Cantico, quia de nulla re magis est iucundandum. Est enim epithalamium, id est, carmen nuptiale, quod proponitur in nuptijs ad delectandum, quo pater loquens in Propheta, filium suum commendat secundum humanam & diuinam naturam, ipsam quoq; quam ei copulandam præuiderat. [Adstitit regina (inquit) a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.] Ad ipsam autē. [Audi filia & vide, & inclina aurem tuam.] Psalmo sequenti, id est, quadragesimo quinto, hi per quos prædicata, vel quibus primis prædicata est illa, quæ præcedenti Psalmo continetur fides, semetipsos ponit in exemplum alijs, ne in tribulationibus deficiat, qui licet vera, & vtilia prædicassent, multis tamen contumelijs ignominiose subditi fuerunt. [Deus (inquit) noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.] Inscritbitur autē sic, in finem filij Chore pro arcanis ait, Videlicet iudicijs, de quibus ait, [Propterea non timebimus dum tur habitat terra, & transferentur montes in cor maris.] Arcano quippe iudicio factum est, ut ad prædicationem Euangelij turbarentur Iudæi, & transferrentur Apostoli de terra illa quondā stabili, in cor maris, id est, in mediū gentium. Vnde & admirans Apostolus dicit, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, &c. Et illi quidem montes, id est, Apostoli primum conurbati & afflicti sunt turbatis aquis populorum, sed. [Fluminis imperus (inquit) lætificat ciuitatem dei.] Fluminis (inquam) imperus, id est, abundans gratia sancti spiritus, ipsos Apostolos lætificat. Psalms quadragesimus sextus, recto & pulchro ordine vniuersas continuo gētes alloquitur. [Omnes gētes plaudite manibus.] Subauditur, ad quas turbata terra translata sumus, ad quas repellentibus nos Iudæis conuersi sumus. [Plaudite (inquit) manibus.] Cum læticia bene operamini. [Iubilare deo in voce exultatiōis.] Quare? [Quoniam dominus excelsus terribilis, rex magnus super omnem terram, Elegit nobis hæreditatem suam, speciem lacob quæ dilexit.] Sicut enim Esau qui prior natu erat, a Deo reprobatus est, sic Israeliticus populus qui prius quadam familiaritate, deo acceptabilis erat, nunc reiectus est, & benedictionem recepitis vos Gentes. Psalms quadragesimus septimus, pulchrè nihilominus præcedentibus succedit, dicendo sic, [Magnus dominus & laudabilis nimis, in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius.] Intendunt namq; Apostoli hoc Psalmo, laudare dominum nostrum & ciuitatem eius, fundatam vtroq; pariete, Iudæorum scilicet ac gentiū. Nam hoc est quod dicit, [Montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni.] Montes Sion pro quadā dignitate dicitur Iudæi, latera verò Aquilonis, Gentes collateralæ Aquilonis, id est, diaboli, qui a seruore dilectionis frigidus mansit. Titulus eius talis est, Psalms canticæ filiorum Chore, secunda sabbati, id est, iucunditas Apostolorum a tempore dominicæ resurrectionis vsq; in finem seculi. Diciturq; secunda sabbati, iuxta comptū Hebræorum, qui omnes dies computant a sabbato. Psalmo quadragesimo octauo, itidem filij Chore, dicit Dauid, dicunt Apostoli, qui sunt vt Dauid manus fortes, CHRISTI fidelibus. [Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbē &c.] Intendūt autē in hoc tractatu, omnibus in fide existentibus cuiuslibet conditionis sunt, parabolicè ostendere, quibus & ppter quid in die iudicij timendū sit, vt his cognitū, & sic per dei adiutorium deuitatis, tunc temporis valeant esse securi. Amplius autē psalmo sequenti, i. quadragesimo nono, timorem eiusdem futuri iudicij, Asaph annuntiare intendit. [Deus deorum (inquit) dominus locutus est.] Locutus est. [Et vocauit terram.] Scilicet ad fidem suā primo aduentu veniens occultus, nam secundo idem deus manifestè venit. [Deus noster & non silebit, ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tēpestas ualida.] Tunc dicit peccatori. [Hæc fecisti & tacui. Existimasti iniquè, quod ero tui similis &c.] Cur sibus istis atq; recursibus, pulchrius nihil est, quibus propheticus spiritus, a primo vsq; ad finem, i. vsq; ad secundum aduentum currit & recurrit septies, prudenter auditoris animū per multa fidei documēta, quasi per amplissima terrarū spacia ducēs ac reducēs, atq; vtiliter exer-

Iohan. 1.

Marc. 16.

Marc. 16.

Rom. 8.

zens. Vias eius quisquis bene cognouerit, falli vel abduci a fide non poterit. Iudæus fidei Christianæ aduersarius, si se obuium immerferit cito capiendus est, cito corruet, vt hoc quoque modo illa in eum maledictio compleatur, qua dictum est, Tradat te dominus corruentem ante hostes tuos. Per vnam viam egrediaris contra eos, & per septem fugias. Quinquagesimus randem Psalmus, qui peccatorum remissionem poscit, rectissime ponitur quasi iubileus fidei. Hoc namque Psalmo illud poscimus propter quod credimus, propter quod in CHRISTO credentes baptizamus. [Miserere (inquit) mei deus.] Ac deinceps, [Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.] In iniquitatibus (inquit) subauditur primorum parentum. Et quod dicit de se, de alijs intelligendum est, in Adam enim omnes peccauimus. Nam mors in omnes pertransiit, inquit Apostolus, Titulus Psalmi talis est. In finem Psalmus David cum venit ad eum Nathan Propheta, quando intravit ad Bethsabee. Nota historia est, quod David Bethsabee vxorem Vriæ, tulit, & ipsum interfecit gladio filiorum Ammon. Pro hoc peccato orat, simulque orando, de vniuersali peccatorum remissione prophetat. [Asperges me (inquit) domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor.] Hyssopo namque, quæ herba est humilis, & deponit tumorem pulmonis. Asperges me (ait) id est, munda bis me, in fide humilitatis passionis CHRISTI. Media Psalmorum, id est, quinquaginta Psalmi, ad illum maxime hominis statum mediū respiciunt, de quo Apostolus, sub persona infirmorum, & adhuc dubio certamine pugnantium condelector (ait) legi dei, secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Renati namque & per fidem CHRISTI præteritorum remissione peccatorum accepta, nondum securi sumus, quippe qui cum hoste pugnam certamenque ingredimur. Planè illic spe pariter & metu opus est. Igitur in hoc Psalmorum medio ad spem, quæ ad fidem necessaria est, nos vocari competenter aduertimus, atque idcirco repetitiones non à primo, vt hætenus, sed à secundo CHRISTI fieri aduentu. Primum psalmus quinquagesimus primus, contra Antichristum inuehitur, & dicit. [Quid gloriaris in malitia, qui potens es iniquitate?] Ac deinceps. [Propterea deus destruet te in finem.] &c. Illo destructo videbitur iusti & dicent singuli. [Ego autem sicut oliua fructifera, in domo dei speraui in misericordia dei in æternum, & in seculum seculi. Confitebor tibi in seculum quia fecisti, & expectabo nomen tuum quoniam bonum est, in conspectu sanctorum tuorum.] Hæc loquitur David in persona iusti, contra Doeth Idumæum qui ministerium egerat Antichristi. Sic enim habet in titulo. In finem intellectus David, cum venisset Doeth Idumæus, & annuntiauit Saul, dicens, Venit David in domum Abimelech. Et est sensus, Intellectus prophetæ est in hoc Psalmo loqui de aduentu Antichristi, qui multorum corda commouens, persequetur & occidet fideles CHRISTI. Sed ideo ad historiam nos mittere voluit, vt quod historicè scriptum est, ostenderet spiritualiter debere intelligi. Psalmi quinquagesimi secundi, titulus hic est. In finem pro Amalech, intellectus David. Nota autem historia est, quod David fugiens Saulem venit ad Achis regem Geth, & sub eo militauit, vxoribus ac filijs collocatis in parua ciuitate Sicelech. Veneruntque Amalechitæ, & incenderunt ciuitatem, abstuleruntque vxores & filios David. Quo audito David persecutus est latrunculos illos, & liberauit captiuos. Sicelech, interpretatur conuersio, & significat ecclesiam, in vxoribus sanctas animas, per filios, bona opera, per David intelligimus CHRISTVM. Sciendum verò David habuisse eundem intellectum in hoc Psalmo, quæ habuit cum prius ipsum composuit, sed ideo repetijt, quia quod historicè ab Amalechitis sibi contigit, spiritualiter in CHRISTO, & in ecclesia futurum intellexit. Nam ipse Amalech insipiens. Iudæus siue hæreticus est quicumque blasphemando CHRISTVM, dicit in corde suo, non est deus. Contra hæc sapietis cuiusque animam confortat spes, vt dicat, [Cum conuerterit deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.] Sicut in tam dicto David factò præfiguratum est. Psalmi quinquagesimi tertij titulus, In finem in carminibus intellectus David cum venissent Ziphei, & dixissent Saul, Nonne David absconditus est apud nos? Hæc quoque historia nota est. Et notandum, quod illic scriptum est, Quod cum audisset Saul, persecutus est David. Porro David desperabat se posse euadere à facie Saul, attamen contra spem suam euasit, & ascendens inde habitauit in locis tutissimis. Titulo tali præmissio dicit, [Deus in nomine tuo saluum me fac.] Et cætera. Hoc igitur exemplo, quisquis videret aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, non desperet se posse euadere de manu Saul, id est, mortis siue diaboli, de manu Zipheorum, id est, florentium, subauditur vitiorum, sed oret inuocans nomen domini, donec habitet in locis tutissimis gratiæ dei, liberatus de corpore mortis. Psalmus quinquagesimus quartus, oratio est capitis nostri agentis de presenti Iudæorum repulsa, & damnatione æterna, & de assumptione Gentium, & de securitate fidelium in æternum. Inscrubitur autem sic, In finem in carminibus intellectus ipsi David. Et est sensus, Intellectus huius Psalmi, attribuendus verò David CHRISTO, perseveranti in finem vel consummationem obedientiæ suæ, Et hoc in carminibus, id est, in iucunditate. Accipiat itaque quisque fidelis documeta spei ab exemplo huius dicentis, Et dixi, [Quis dabit mihi penas sicut colubæ. Et expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate

mitate spiritus, & tempestate.] Ac deinceps. [Iacta super dominum curam tuam, & ipse te eruet, non dabit in æternum fluctuationem iusto.] Itemque. [Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos, ego autem sperabo in te domine.] Itidem sequenti Psalmo, id est, quinquagesimo quinto dicit exemplo eiusdem capitis sui. [Miserere mei deus, quoniam conculcauit me homo.] Ac deinceps. [Ab altitudine diei.] id est, à potentia, quæ desuper datur impugnantibus me. [Timebo, ego verò in te sperabo. In deo laudabo sermones meos, in deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.] Item. [In deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in deo speraui, non timebo, quid faciat mihi homo.] Psalmi eiusdem titulus hic est, In finem pro populo qui à sanctis longe factus est, in tituli inscriptione, ipsi David, cum tenuerit Allophylum in Geth. Pro populo namque qui à sanctis longe, i. valde dissimilis factus est, agit in hoc Psalmo CHRISTVS, in tituli inscriptione, videlicet quando dixerunt, Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Cum tenuerunt eum in Geth, id est, in pressura tribulationum, facti quidem prius Allophylum, quod interpretatur alienigenæ, sed postea credentes salui facti sunt. Psalmi quinquagesimi sexti, titulus spiritus sanctus dicit, in finem, ne corrumpas, ipsi David, in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul, in spelunca. Inscriptio tituli nostri David, qualis sit, dictum iam est, & omnes nouerunt, IESVS NAZARENVS rex Iudæorum, Oru ergo quicumque fugis à facie Saul, à facie diaboli, vel mortis, aut cuiusque vitij. Verbi gratia, iuxta Apostolum dicentem, Fugite fornicationem, ne corrumpas hunc titulum, imò ne corrumpas exemplum destruendo in te, quod dicitur rex Iudæorum. Quid enim est, rex Iudæorum, nisi rex confessorum? Confitere igitur peccata tua, vt sis regis huius regni, & dic secundum eius exemplum, speras in IESVM NAZARENVM, id est, saluatorem sanctum regem tuum. [Miserere mei deus, miserere mei, quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.] Quod est dicere, iuxta Apostolum, tam diu pugnabo contra legem quæ est in membris meis, donec veniat, quæ me liberet de corpore mortis huius, gratia dei, quæ cum venerit, dices, [Misi deus misericordiam suam, & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio carulorum leonum.] Subauditur quomodo eripuit caput meum, regem meum, de medio filiorum hominum, quorum dentes arma & sagittæ fuerunt. Item psalmi quinquagesimi septimi titulus, In finem ne disperdas. David in tituli inscriptione. Sicut supra dictum est, ne disperdas in te titulum regis Iudæorum. Sed quid? [Si verè utique iustitiam loquimini (ait) recta iudicatis filij hominum.] Nō dicatis, iusti sumus. [Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ cōcinnant.] Nisi dicatis, peccatores sumus, & iustificari nō possumus, nisi per vnum hominem IESVM CHRISTVM disperdidistis hunc titulum, nec attineret ad vos quod dicitur rex Iudæorum. Item, si dicatis, peccatores quidem sumus, sed facta hoc fecerunt, stellæ hoc fecerunt, nequaquam iustitiam loquimini, nequaquam recta iudicatis filij hominum. Eiusmodi, [Peccatores abalienati sunt à vulua, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.] Videlicet deus accusant, seque defendunt. Idcirco. [Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.] Nihilominus iuxta eundem sensum titulus psalmi quinquagesimi octauum. In finem ne corrumpas ipsi David in tituli inscriptione, quando misit Saul ad custodiendam domum eius, vt interficeret eum. Itaque quotiescunque miserie Saul, quotiescunque miserie diabolus, & obsiderit tot satellitibus, quot vitij corporis vel carnis tuæ domum, vt interficiat te, qui immisit Iudæos, vt interficeret Christum, ne desperado corrumpas titulum sæpe dictum, sed dic secundum ipsius exemplum. [Eripe me de inimicis meis deus meus, & ab insurgentibus in me libera me. Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me, quia ecce cooperit animam meam, & irruerunt in me fortes.] &c. Qui enim caput ipsum, resuscitando eripuit ab illis qui irruerunt in eum fortibus, imò freneticis, qui insaniedo fortes sibi videbantur, cum essent infirmi, & percutiebant medicum, ipse & te eripiet à fortitudine vitiorum impugnantium, siue malignorum spirituum, ita vt dicas iuxta hunc psalmum. [Ego autem carabo fortitudine tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam.] &c. Psalmo quinquagesimo nono reditur iterum ad spem summam. [Deus repulisti nos & destruxisti nos, iratus es, & miseratus es nobis.] Hoc enim dicimus secundum prospicietes aduentum Christi, quo sumus in immortalitate atque impassibilitate commutandi, iuxta hunc modum tituli, In finem pro his, qui commutabuntur in tituli inscriptione ipsi David. Pro his, inquit, qui commutandi sunt in finem, i. in immortalitate atque impassibilitate, propter susceptam inscriptionem tituli sæpe dicti, quæ inscriptio facta fuit ipsi David. Sequitur adhuc, In doctrinam cum succendit Mesopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & conuertit Iobab, & percussit Edom in valle Salinarum duodecim millia. Propter hoc ait, commutabuntur, quia susceperunt doctrinam eius, quia bene viuendo, & bene loquendo effecti sunt imitatores eius. Et hoc non à se, sed à deo, qui succedit eos igne spiritus sancti, faciendo eos Mesopotamiam Syriæ, i. vocando & eleuando in sublime. Mesopotamia quippe eleuata vocatio, Syria sublimitas interpretata. Hoc fecit eis cum prius fuerint Syriam Sobal, i. sublimitas vanæ vetustatis. Et conuertit (inquit) Iobab, Iobab interpretatur inimicus, quod videlicet nos omnes fuimus, sed conuersi sumus in amicos, quia per Christum reconciliati sumus. Et percussit (ait) Edom in valle Salinarum

1. Reg. 21.  
Iohan. 19.1. Reg. 22.  
1. Cor. 2.

finarum duodecim milia. Edom quoque terreni & sanguinolenti nos fuimus, sed percussit nos in valle Salinarum, mortificando nos vitij, per ancipitem verbi sui gladium, in humilitate & condimento virtutum. Sumusque quasi numero duodecim milia, qui numerus per partes septenarij compleitur. tria & quatuor, ter enim quatuor, aut quater tria duodecim sunt. Dona quippe habentes septiformis spiritus sancti per quatuor mundi partes, sicut sancta trinitatis confitemur & perdicamus. Et primo quidem aduentu credentes succedit igne poenitentiali. Secundo aut cum venerit, succendet incredulos igne poenali. Pro meliori parte dicimus in hoc psalmo, [Dedisti metuentibus te significatione, ut fugiat a facie arcus.] &c. Percepta significatione hac, psalmo sequenti, i. sexagesimo, dicit vniuersa ecclesia timentium dei. [Exaudi deus deprecationem meam, intende orationi meae. A sinibus terrae ad te clamaui, dum anxietate cor meum, in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea.] &c. Manifeste haec oratio spe suggerit iam supradicto pugnatore, cuius anxietate cor dum pugnat, dum videt aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suae, & captiuum se ducentem in lege peccati. Deduxisti me, inquit, quia factus es spes mea, turris fortitudinis, a facie inimici, videlicet quod peccata deuitare, & virtutes possim consequi. Quid si nunc anxietate cor meum? Quid miror in seruire tentationis, quae ad tempus accedit? Quandoque inhabitabo in tabernaculo tuo, in secula, pregar in velamento alarum tuarum. Et reliqua. Inscrubitur aut psalmus iste sic, in fine, in hymnis psalmus David. Bene in fine, Expectat enim ipsa hac pugna, gratiae dei liberationem. Et hoc in hymnis, dum videlicet quod pugnat, quod vincere conuenit, non suis viribus, sed dei laudibus adscribit. Amplius aut psalmo sequenti. i. l. x. i. id est certator legitimum, sicut spe semetipsum corroborat. [Nunc inquit deo subiecta erit anima mea?] O tu lex peccati, lex mortis, legi mentis meae, legi vitae meae repugnans, quid me deuocare contendis a spe vel expectatione auxilij dei? Nepe inuani. [Ab ipso enim salutare meum.] A deinceps. [In deo salutare meum, & gloria mea, deus auxilij mei, & spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi.] & reliqua. Habet aut titulum hunc, in fine pro Idithun psalmus David, Idithun. i. transiens. Transiit enim eos, qui loquitur dicendo. [Quousque irruerit.] Psalmo Sexagesimo secundo, caput ipsum introducit oras, ut ostendat quid plurimum professe possit illi, qui ut praedictum est, adhuc in luctu & in periculo est, pugnando cum vitij. [Deus deus meus inquit ad te de luce vigilo.] Multum quippe corporales quoque vigilae contra vitia, sunt, & meditatio sancta, de qua dicit postmodum. [Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum, exultabo.] &c. Hec ipsum caput loquitur, sicut innuit ipse titulus. Psalmus David eum esset in deserto Idumae. Cuius videlicet tituli sensus hic est. Haec verba sunt attribuenda vero David Christo, secundum eum statum, quo ipse conuersatus est Iudaico populo, qui erat desertum, precepta dei propter traditiones suas deferendo, & Idumaea. i. terrena vel sanguinolenta, terram amando, sanguine sitiendo. In psalmo sexagesimo tertio, ad instructionem eorundem introducit oras, & dicit, [Exaudi deus orationem meam, cum deprecor a timore inimici eripe animam meam.] Si enim ipse qui praesens erat futurus, orare voluit, quomodo magis illi qui incerti sunt, dare debet operam orationi, ut eripiatur a timore inuisibilis inimici, seu visibilis, ne cedat in persecutione inimici, ne cadat vel desperet in tentatione diaboli. Idcirco tali hac oratione conclusit sine, [Lætabit iustus in domino, & sperabit in eo & laudabunt omnes recti corde.] Psalmo sexagesimo quarto, terra iam recapitulatione reditur ad summum spei. i. ad finem seculi quando sumus in patriam caelestem resumptis corporibus profecturi. Inscrubitur aut sic, in fine psalmus David, canticum Hieremiae & Aggaei de verbo peregrinationis, quando incipiebant proficisci. Et est sensus, hic psalmus est David prophetae, considerat in fine. i. vitima aetate. Psalmus dico eius canticum. i. iucunditas & laetitia Hieremiae, & Aggaei, & omnium fidelium. Hieremias interpretat excelsus domini, Aggaeus solenis vel sublimis. Hi utriusque praedixerat futuram peregrinationem Iudaici populi, & reuersionem in patriam, in qua etiam reuersione Aggaeus interfuit. Utriusque vero intellexerunt peregrinationem fidelium, quae fit in hac vita, & reditum, qui tandem erit, per illam designari. Per hos autem duos designantur omnes fideles, per Hieremiam autem mediocres, per Aggaeum qui in reditu affuit, perfecti qui non solum se peregrinari agnoscunt, sed etiam iuxta Apostolum conuersatio eorum iam est in caelis. In hac spe adhuc peregrinantes dicuntur hic, [Te decet hymnus deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem.] Subauditur caelesti. Et ne quis eorum illic desit, orat in metu & spe. [Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terrae, & in mari longe.] &c. Psalmus sexagesimus quintus idem intendit, unde & inscribitur sic, in fine canticum psalmi resurrectionis. Et hoc quidem vniuersalis spes canticum est, ut omnes iubilemus, quia resurrecturi sumus, propter quod & vniuersaliter dicitur hic psalmus. [Iubilare deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius, dare gloriam laudem eius.] &c. Veruntamen & spe dicto pugnatore decantat, quo ordine sperare debeat, quo tenore debet laetrix inimicorum suorum speranda sibi gratia proponatur. Iniquitatem inquit si aspexit in corde meo, non exaudiet dominus.] &c. Ac si dicat, Si ego qui pugnare debeo contra legem, quae est in membris meis, iniquitatem eorundem membrorum meorum dilexi, & libenter aspexi racis, non exaudiet dominus,

dominus, ut gratia sua liberet me de corpore mortis huius. Nam aspexit dixit pro eo, ut diceret dilexi, ideo videlicet, quia ad id quod diligimus, frequentius oculos retorquemus. [Propterea exaudiuit deus.] Quia locutum est ut praedixi. [Os meum in tribulatione.] &c. Confessus sum in infelicitate mea, scilicet in carnis meae repugnantia, & dixi, [Holocausta medullata offeram tibi, cum incenso arictum, offeram tibi boues cum hircis.] &c. Per arietes omnem repugnantiam carnis, per boues extollentiam, per hircos omnem malorum operum scditatem vult intelligi, quae omnia se offerre dicit, dum confitendo & poenitendo punit. Hoc sine dubio pertinet ad canticum resurrectionis, quia sic agendo prima resurrectione, quae est animae, resurgit. Psalmus sexagesimus sextus, nihil quidem de labore certaminis, vel de spe victoriae, in litera sonare videtur, sed tamen omnino commodum atque fructuosum est, volente & consentiente totius psalmi sensu eo tendamus, sicut dicamus, [Deus misereatur nostri.] Scilicet secundum depressionem motuum carnalium, id est, vitiorum. [Benedicat nobis.] secundum profectum motuum spiritualium, id est, virtutum. [Illuminet vultum suum super nos.] id est, det nobis cognitionem filij sui, qui idcirco vultus eius dicitur, quia cognoscitur ex ipso, quemadmodum aliquis ex vultu suo. Hanc misericordiam vel miserationem, optantes omnibus qui inuocant nomen eius, deinde subiungimus, [Confiteant tibi populi deus.] &c. Psalmo sexagesimo septimo, multa saepe dictus praedicator inuenit, quibus pugnet, quibus hostem feriat, flagellet, elidat, incendat. [Exurgat inquit] deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum a facie eius.] &c. Haec namque fideliter dicta, velox comitatur effectus, & velut exurgente deo fugiunt qui oderunt eum, maligni spiritus cum suis suggestionibus, ut fumus deficientes, ut cera a facie ignis fluentes. Et ne forte desperet dei miles, si quid incautus agendo perpeffus est, si aliquo peccato vulneratus est, audit sibi postmodum dicentem spiritum sanctum, [Deus in loco sancto suo, deus qui inhabitare facit vnus moris in domo. Qui educit vincetos in fortitudine, similiter eos qui exasperant, qui habitant in sepulchris.] Hoc nempe sic in vniuersis factum est gentibus, ut non sit cur desperet vnus vincetus, vnus quamuis in sepulchro habitans, quamuis Lazaro scerenti, & quatuoriduo merito comparandus. Psalmus sexagesimus octauus, amplius ad idem negotium operatur, quo & ipsum caput nostrum inducitur, sic orans pro suis tribulationibus exterioribus, quomodo quemque suorum orare vult pro tentationibus suis interioribus. [Saluum me fac inquit] deus, quoniam intrauerunt aquae usque ad animam meam. Infixus sum in limo profundum, & non est substantia. Veni in altitudine maris, & repestas demersit me.] Haec namque & caetera orando, suis inter vitia periclitantibus, exemplum orandi se dare innuit cum dicit, [Videant pauperes & laetent, quareite deum, & viuet anima vestra, quoniam exaudiuit pauperes dominus, & vincetos suos non despezit.] Vnde bene hunc habet titulum psalmus hic, in fine pro his qui commutabuntur psalmus David, Et est sensus, hic psalmus agit pro his, qui commutandi sunt in conformitatem Christi, ita ut sint euntes in fine, id est, in omnimodam perfectionem. Item & sequens psalmus sexagesimus nonus in persona eiusdem capitis decantat ad instructionem cuiusque fidelis, ut & ipse oret & laboret in spe, quoties ab inimicis gentibus animam suam diuersis tentationibus fatigatur. [Deus inquit] in adiutorium meum intende, domine ad adiuvandum me festina.] &c. Titulus eius talis est, in fine psalmus David in rememoratione, eo quod saluum eum fecit dominus. i. hic psalmus attribuitur David. i. Christo in rememoratione. i. in consideratione habita de ea re, quod cum saluum fecit dominus. Psalms l. x. voces manifeste pugnatore seducti voces sunt, in certamine positum spe retinetis, spe proficitis. [In te domine inquit] speraui, non confundar in aeternum.] Ac deinceps [Quoniam tu es patientia mea domine, domine spes mea, a iuuetute mea. Itē, Ego autem semper sperabo, & adiectam super omnem laudem tuam.] Nepe in eo quod dicit, [Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis Iudaici populi, & iniqui Romani imperij eadem iustitia vel diuinitate qua potens est, & eos qui tentant eripere. Denique titulus eius talis est, Psalmus David filiorum Ionadab & priorum captiuorum. Et est sensus, hic psalmus est Christi, quia ipse & in hoc psalmo loquitur, & de seipso loquitur. Est etiam filiorum Ionadab, quia de ipsis dominus hic loquitur, qui filij prius captiui fuerunt. Vnde & dicitur priorum captiuorum. Bene autem Ionadab & secundum negotium & secundum nominis interpretationem hic ponitur. Secundum negotium ita, quia sicut Ionadab sacerdos filijs suis a vino abstinere, & in tabernaculis habitare praecipit, ita dominus noster fideles suos a temporalis iucunditate prohibet, & in hac vita peregrinos & aduenas se reputare, atque futuram inquirere aeternitatem. Secundum vero nominis interpretationem sic, Ionadab domini spontaneus interpretat. Quae interpretatio apte domino nostro congruit, quippe qui praeter omnibus specialiter & singulariter deo patri usque ad mortem obediuit. Ipse in hoc psalmo orat, ut videlicet sicut iam dictum est, exemplo suo filios suos orare doceat. Psalmo septuagesimo primo, quarta iam recapitulatione ad summum spei nostrae reuocatur dum dicit,

[Deus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuā filio regis.] &c. Quod dicitur da, iam primò aduentu factum est. Pater quippe non iudicat quenquā, sed iudicium omne dedit filio. Iplum autē iudicium secūdo aduentu futurū est, quādo rex iste, iuxta veritatē euāgelicā sedebit in sede maiestatis suę, & congregabunt ante eū oēs gentes. Illic in eo merus est, quia iudicabit in iustitia, in eo verò spes, quia parceret pauperi & inopi, & animas pauperū saluas faciet. Habet autē hic psalmus hūc titulū, psalmus David in Salomonē. David inq̄ propheta respicientis in Christū, qui est verus Salomon, verus pacificus. Ipse enim pacē posuit inter deū & homines, inter angelicā & humanam creaturā, inter Iudæos & gentiles, de qua psalmus hic. [Orietur inq̄ in diebus eius iustitia & abundantia pacis.] Anteq̄ fiat illud, id est, quod iam dictū est, regi huic iudicium, in verim sepe dicitur certator nonnunq̄ desicet, & à sua spe paululū decidit, videns multos peccatores quandam pacē habere in malis, iustos autē aduersitatibus fatigari. Sed postmodū peccatōer illum huius erroris sui. Hic talis correctus sequenti, id est, septuagesimo secundo psalmo loquitur. [Quam bonus Israel deus his, qui recto sunt corde. Mei autē penē moti sunt pedes, penē effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos pacem peccatorū videns.] Ac deinceps. [Si dicebam, narrabo sic ecce nationem filiorū tuorum reprobavi.] Si inquit dicebā vel narrabam sic, imò si dixero sic, quomodo scit deus, & si est scientia in excelsis, & cetera, ecce nationem filiorū tuorum reprobavi, id est, tunc ero contrarius omnium sanctorū authoritati. Nā hi qui hęc & huiusmodi dicunt, in præmissis titulo denorantur. Defecerunt, inquit, laudes David filij Iesse. Filij inquit Iesse, id est eorū, in quibus regnavit David filius Iesse, & quicunq̄ illos imitantur, imò terrenorum siue carnalium amore laudes defecerunt, dū sic dicunt, dum nisi rerum temporalium affluentiam habeant, deum laudare desinunt. Quid igitur? Mihi autē (ait) adherere deo bonū est, ponere in domino deo spem meam. Vera namq̄ laus à spiritua-libus viris amore coelestium, & contemptu terrestrium fieri incipit. Psalmi septuagesimi tertij titulus, intellectus Asaph. Asaph namq̄, id est, omnes intellectum habentes in hoc psalmo quæstiones proponunt, dicendo, [Vt quid deus repulisti in finem, iratus est furor tuus, su per oves pascuę tuę.] & cetera. Licet autem eiusmodi quæstiones proponant, non tamen id dubitando, sed aliorum saluti & instructioni providendo faciunt, vt prius positis quæstioni-bus attentis, & deinde solutionibus edocti, exemplo eorum iusto dei iudicio applaudant, de tribulatione fidelis non contristentur, sed gaudeant spe, scientes, quia dura & aspera patiēdo peruenturi sunt ad gloriam. Psalmus LXXIII. ad idem maxime proficit negotiū, sci licet ad constituendum fortissimum spei solatium. [Confitebimur inquit tibi deus, confitebi-mur & inuocabimus nomen tuum.] & cetera. Animi quippe bona spe confortati, est dicere iniquis, [Nolite iniquē agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altū vestrum cornu, nolite loqui aduersus deum iniquitatem. Quia neq̄ ab oriente, neq̄ ab occi-dente, neq̄ à desertis montibus.] Subauditur patet locus effugij. [Quoniam deus iudex est.] Quē effugere nemo potest. Sanē capitis nostri Christi, principaliter voces istę sunt, nec enim alius præter ipsum dicere potest, [Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo, & ego confite-maui columnas eius, & omnia cornua peccatorū confringam.] Vnde bene habet in titulo, In finem, ne corrūpas, psalmus Asaph cantici, & est sensus, O Asaph, id est, infidelis congregatio Iudæorum, ne corrūpas aliquid in hoc psalmo, malē illud exponēdo, vel alicui præter Chris-tum attribuendo. Veruntamen cum dicit pluraliter cōfitebimur, inuocabimus, narrabimus, cum suis mēbris caput cōmuniter loqui se confitetur. Finem omnium quē sperando metui-mus & metuendo speramus, quinta iam recapitulatione, psalmus LXXV. intendit, [Notus inquit in Iudæa deus, in Israel magnum nomē eius. Et factus est in pace locus eius.] Ac deinceps. [De celo auditum. fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudicio deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terrę.] & cetera. Fecisti propheticē dicit pro eo, vt di-ceret facies, sed præterito vitur pro futuro tempore. Sanē in eo quod ait, de celo auditum fe-cisti iudicium, terra tremuit & quieuit, ingentis metus causa est, idem enim est, ac si diceret, Terra, id est, impij terrę amatores, tremēt & quiescent, quia malē operari desinent, cōpescet enim illos iudex magnus, dicendo, Ite maledicti in ignē æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. In eo verò, quod ait, vt saluos faceret omnes mansuetos terrę, plurimū mansue-torum armatur spes. Idem enim est ac si diceret, Exurgens in iudicio, mansuetos, qui peccata sua nō defendūt, sed elemosynis ea redimunt, saluabit, dicendo, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Titulus psalmi huius talis est, In finē in laudibus psalmus Asaph canticum ad Assyrios. Assyrius dirigens interpretatur, & hoc loco Iudęos significat, qui se dirigunt, id est, de genere Abraham, vel operibus legis inaniter ex-tollunt, putantes hoc satis esse, q̄ carnalis Iudæa & carnalis Israel sunt. Contra horum extol-lentia mpalmus dicit, quā in illa quę verē Iudæa est, norus est deus, & in illo qui verus Israel est, magnum est nomen eius. Iudæa confessionem peccatorum, Israel quod interpretatur vi-dens deū, siue directus cū deo, certantē significat virū, cōtra impetus vitiorū, de quali viro iam sepe

sepe dictum est. Porro quod sequitur, [Et factus est in pace locus eius.] illū designat statum, de quo Apostolus, Infelix inquit ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra-tia dei per Iesum Christum. Nam reuera, ibi confregit deus potentias, arcum, scutum, & gla-dium, & bellum. Inter eiusdem iudicij metum, spemq̄ salutis sepe dicitur certator po-situs psalmo sequenti, id est, septuagesimo sexto dicit, [Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad deum, & intendit mihi. In die tribulationis meę deum exquisiui manibus meis.] Ac deinceps. [Et exercitatus sum, & defecit spiritus meus.] In ipso exercitio. [Anticipauerūt vi-gilias oculi mei.] Id est, plus omnibus laboraui, & [Tunc defeci.] Vnde. [Et turbatus sum.] Videlicet dolendo pro ipso defectu. [Non sum locutus.] Non sum indignatus contra deum, deficiente vel tardante laboris mei fructum. Et dixi, [Nunquid in æternum projiciet deus, aut non apponet vt complacitor sit adhuc?] Hęc & cetera dicendo, nimirū inter metū spemque laborat, & nunc quidem metu defecit, nunc autem defectum ipsum bona spe consolatur. Ha-bet autem hic psalmus in titulo pro Idithum, quod interpretatur trāsiliens, videlicet pro bo-na voluntate & recta intentione, quia omnibus postpositis, solum deū appetit. [Renuit in-quiens] consolari anima mea, memor sui dei & delectatus sum. Psalmus septuagesimus septi-mus, eidem pugnatōri magnifica dei opera meditanda proponit. [Attendite inquiens] popu-le meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.] & cetera. Hoc vtiq̄ vti-liter agit, intendens ad corroborandam spem, quemadmodum dicit, [Filij qui nascuntur & exurgunt, & narrabunt filiis suis.] Continuo subiungens, ait, [Vt ponant in deo spem suam.] Multum enim valet ei, qui in agone contendit, assidua meditatio operū dei. Attende autem hunc tractatum totum esse parabolicum, quemadmodum ipse propheta testatur. [Aperiam inquit] in parabolis os meum. Et quod in his verbis historicē dictum est spiritualiter esse intelligendum. Verba namq̄ Psalmi totius res sonantia præteritas, futura Christi mysteria si-gnificabant, Christū videlicet & ea quę nunc in ecclesia Christi sunt. Psalmus LXXVIII. gemituosa declamatione tribulationes refert sanctorum, vt ostendat eas fieri ad vtilitatem si-delium, quatinus confirmetur ne desperent in quouis agone interiorum siue exteriorum ten-tationum. [Deus inquit] venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templū sanctum tuum.] & cetera. Sanē vnicuiq̄ fidelis, sua vitia barbarę gentes sunt, quę polluerunt sanctum dei templū, id est, corpus nostrū, restante Apostolo cū dicit, An nescitis, quia corpora vestra templū sunt spiritus sancti? Resistentes igitur, vt sepe dicit aduersus peccatū, rectē & secundū hunc Psalmū dicunt. [Adiuua nos deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui do-mine libera nos, & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuū.] Nihilominus & se-quenti, id est, LXXIX. idē certator dicit, [Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouē Io-seph.] Ac deinceps. [Domine deus virtutum quousq̄ irasceris super orationem seruī tui, Ciba-bis nos pane lachrymarum, & potū dabis nobis in lachrymis in mensura, &c.] Veruntamen principaliter atq̄ vniuersaliter in hoc psalmo propheta, & ceteri fideles antiqui Christi aduen-tum flagitant, quem præuidebant futurū, orantq̄ deū patrem nō pro se, sed pro illis, quos suo tempore præuidet immutandos in eū, secundū hunc eiusdem psalmi titulū. In finem pro his qui immutabunt testimonij Asaph, psalmus pro Assyrijs. Pro his qui immutabunt, ait, id est, pro Iudæis & gentibus, qui cito apparente domino Iesu in eū sunt commutandi. pro Assyrijs verò, id est dirigentibus, scilicet perfidis Iudæis seipsos dirigentibus, quia vt apostolus ait, Iu-stitiam suam statuere volentes, iustitię dei non sunt subiecti, pro illis orat, vt tandem conuer-tantur, dum dicit, [Vineam de Aegypto transtulisti, eiecisti gentes &c.] vsq̄ in finem psalmi. Psalmi LXXX. titulus hic est. In finē pro torcularibus, quinta sabbati psalmus Asaph. Per torcularia præfens ecclesia dei designat, in qua boni & mali cōmixti sunt, quemadmodū oleū & amurca, vel vinū & acinū in torcularibus secundū negotiū quod cōtingit quinta sabbati, quan-do genus ortū ex aquis partim in sublime voluit, partim depressum sub fluctibus remāsit. Sic enim in præfenti ecclesia, qui ex aquis regenerant, partim in cœlū perferunt, partim in imo re-linquant. Dicit autē pluraliter pro torcularibus, propter diuersas ecclesias ex Iudæis & gētib. Hoc psalmo magnificē tuba bellica legitimis certatores ad spē victorię suscitāt dicēdo, [Exul-rate deo adiutori nostro, iubilate deo Iacob.] Hęc post multa magnū subijcit exēplū fidei. [Te-stimonij inquit] in Ioseph posuit illud eū exire de terra Aegypti, linguā quā nō nouerat audi-uit. Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruerunt. Per Ioseph qui pri-mus seruiuit iuxta historā, oēs filios Israel vult intelligi, iuxta allegoriā verò oēs electos, quos deus de ignorantie tenebris eduxit, quorū dorsa diuertit ab oneribus peccati. Igit quisquis ad-huc in sepe dicto agone cōtendit, speret, q̄ quandoq̄ dicatur & sibi, [In tribulatione innocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tēpestatis.] Id est, in occulto tērationis. Soli quippe mihi notū erat, qd patereris. [Probauit te apud aquas cōtradictōis.] Id est, in tua fluctuatione, vbi propter prauā cōsuetudinē cōtradicebat legi mētis, alia lex q̄ erat in mēbris tuis. Psalmo LXXXI. ppheta de Christo dicit, [De-stetit in synagoga deorū, in medio autē deos diiudicat.] Præui-

Roma.7

1. Corin. 6

Roma. 16

Roma. 7

Præuidens namq; Iudaicum populum, dominū Iesum hominē tantum reputaturum, & ideo in morte iudicaturum. [Vt quo (inquit) iudicatis iniquitatē, & facies peccatorū sumitis. &c.] Ad ipsum autē. [Surge deus iudica terrā, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.] At si dicat, Ego illos admonui vt iuste iudicarent, tēq; eriperent, ipsi verō nō sic faciēt, sed dabunt te in mortē. Surge igit̃ a mortuis, & his paucis abiectis, accipe oēs gentes in hereditatē. Principaliter quidem psalmus hic visibiles inimicos Christi verberat Iudæos, secundariē autē inuisibiles inimicis Christi hostes, spiritus malignos. Et in isto capite nostro huius. i. quintę perioches finis est. Notandum quippe q̃ cū priorum quinquaginta psalmorū singulę periocha à primo Christi aduentu incipiunt, & in secundo sinē faciunt, horū econuerso quinquaginta psalmorū singulę à secundo incipiunt, & vsq; ad primum eius aduentum recurrunt. Psalmus LXXXII, contra Iudæos, Ismaelitas, Moabitas, Agarenos, Ammonitas & Amalechitas, & contra oēs alienigenas. i. contra oēs ecclesię hostes, falsos Christianos, siue hæreticos, aut infidelis iudicium futurum intendens, sic dicit, [Deus quis similis erit tibi? Ne ræceas, neq; cōpescaris deus.] Subauditur, qui in primo aduentu tuo tacuisti, tuamq; fortitudinē cōpescuisti. Ac deinceps, [Sicut ignis qui comburit syluā, & sicut flamma cōburens montes, ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.] In tempestate tua (inquit) id est in iudicio, quo videlicet angelorum per officium, sic diuidētur boni à malis, quasi tēpestate grana à paleis. [Tunc erubescant & cōturbentur in seculū seculi, tunc confundātur & pereant, atq; cognoscant.] Qui modo cognoscere nolunt. [Quia tamen tibi dominus, tu solus altissimus in omni terra.] Hic meatus est. Porro sequens, id est, octuagesimus tertius Psalmus, gaudia spei cantat. [Quā dilectā, inquit, tabernacula tua domine virtutū, cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea, exultauerunt in deū viuū.] Exultauerunt (inquit) subauditur spe, nondum re. Ac deinceps, [Beatus vir (inquit) cuius est auxilium abs te, ascensionem in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quē posuit. Etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de virtute in virtute, videbitur deus deorum in Sion.] Et in conclusionis sine, [Domine (inquit) virtutum, beatus homo qui sperat in te.] Igitur præcedens quidē psalmus pugnatorem saepe dictum metu excitat, ne pigrescat, hic autem eundem ne metu angustetur, lætissima spe dilatat. Habet autem in titulo, pro torcularibus filijs Chore, id est, imitatoribus crucifixi. Pro torcularibus (de quibus iā ante dictū est) adscribendus est psalmus iste. Sequēs, id est, LXXXIII, in titulo habens, in sinem filijs Chore sic dicit, [Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.] Et subinde, [Mitigasti omnem iram tuam.] Hoc nimirum iam factum est, quia terram, quæ in Adam maledicta fuerat, dominus deus per incarnationem filij sui benedixit, & in illo iram suam mitigauit. Mitigauit inquam, & nondum totam auertit. Nondum enim omnino deleta est peccata peccati, remanente miseria mortalitatis & passibilitatis, Quod ergo de futuro restat, orat filij Chore. [Conuerte (inquit) nos deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua lætabitur in te.] Viuificabis nos inquit, id est, resuscitabis nos, & cetera. Psalmus LXXXV, in titulo præscriptū est. Oratio ipsi Dauid. Idcirco oratio, quia penē totus oratio est, & si quid interpositū est, principaliter spectat ad orationē. Attribuit autē ipsi Dauid. i. Christo, reuera manus forti. Orat enim in hoc psalmo patrē circa passionē, nō secundū id, q̃ est ei consubstantialis & cōpotentialis, sed secundum fragilitatē humanę conditionis qua erat minor etiā angelis. Oret itaq; cū capite suo quisquis legitime pugnat in saepe dicto certamine. [Inclina domine aurē tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego. Custodi animā meā, quoniam sanctus sum, saluū fac seruū tuum deus meus sperantē in te.] Et cetera quę sequunt, Manifeste verba sunt nondū victorū, sed adhuc pugnantis in spe. Psalmus LXXXVI, iucundantē filij Chore. i. imitatores Christi crucifixi, se de profundo vitorū erutos, collocados esse in gloriosa ciuitate. Cuius fundamenta (inquit) in montibus sanctis. i. in apostolis & prophetis. De cuius gloriosa habitatiōe gaudētes in spe, p̃tinus subiungunt. [Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.] Quę sunt illa gloriosa? [Memor ero Raab & Babylonis, &c.] Nepe hoc plurimū lætificat sp̃e pugnantis, quē pro praua consuetudine cōfundit adhuc lex peccati quę est in mēbris, quod memorē se fore promissit dominus, Raab & Babylonis. i. eorū, qui in multa detinebantur latitudine & vitorū cōfusione. Nā Raab latitudo, Babylon interpretat̃ confusio. Psalmus LXXXVII, titulus hic præscribitur, Canticū psalmi filijs Chore in sinē Promelech ad respondēdum. Promelech interpretat̃ cōcorditer. Proponit ergo psalmus hic filijs Chore. i. saepe dictis imitatoribus crucifixi ad respondēdū cōcorditer, vt videlicet, sicut pro eis passus est, ita & ipsi pro eo pati, si opus fuerit, nō subterfugiat, & hoc faciāt cōcorditer. i. ea dilectione, qua & ipse passus est. Additū est in titulo, intellectus Eman Israelitæ. Eman interpretat̃ frater. Nepe hunc intellectū habet ipse Christi frater, ipse verus Israelita. Intendit autē in hoc psalmo caput nostrū orare in passione pro sui constantia & resurrectione. [Domine deus (inquit) salutis meę, in die clamauī, & nocte corā te, &c.]

Nimirum

Nimirū eius exemplo opus habet orare quisq; filiorū Chore, quoties in saepēdicto periclitatur certamine, ita vt veraciter dicat, quoties lex quæ est in membris eius, legem mentis superat. [Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Aestimatus sum cū descendētib; in lacū.] & reliqua. Psalmus LXXXVIII, misericordias domini decantat fidelis Dauid, quæ & in æternū cantaturum se confidit, [Misericordias (inquit) domini in æternum cantabo.] Audiat quippe dicentem sibi Nathan prophetam in sermone domini, 1. Reg. 7. Annuntio ego tibi quoddā edificaturus sit domū tibi dominus. Cumq; impleuerit dies tuos, vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuū post te, quod erit de filijs tuis, & stabiliam regnū eius vsq; in æternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filiū, & cetera. Magnū spei firmamentum ex ista misericordiarū cantatione ille saepe dictus certator concipit, maximē vbi dicit, [Si autē dereliquerint filij eius legē meam, & in iudicijs meis non ambulauerint. Si iustitias meas prophanauerint, & mādara mea nō custodierint. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorū, misericordiam autē meam non dispergā ab eo, &c.] Inscrībatur autem psalmus hic, intellectus Ethan Israelitæ. Ethan fortis interpretat̃. Intelligit videlicet quilibet fortis Israelita in hoc psalmo cōmendari Christū ad eū magnū & terribilē, vt ei nemo sanctorum possit æquari secundū potentiam, vel similis esse secundū deitatem, adiutorū quoq; humani generis in reparatione à deo patre illi impositū, ipsum verō electū oleoq; sancto, id est, omnibus donis spiritualibus in regē & sacerdotē vnctū in æternum. Psalmus LXXXIX, inscribitur sic, Oratio Moysi hominis dei. Moysi inquam, non cuiuslibet de Iudaico populo, sed illius, qui quodam privilegio homo dei potest dici. Hic psalmus cōmunem resonat spem humani generis. [Domine (inquit) refugium factus es nobis à generatione & generatione.] Id est, à primis iustis, vsq; ad nouissimos. Præuidens namq; propheta Iudæos in perfidia semper & errore permansuros, intendit in hoc psalmo ostendere genus humanū per solum Christum esse redimendum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cōcessa itaq; pro merito mortalitate hominis per hæc verba. [Mane sicut herba transeat, ma 1. Cor. 7. ne floreat & transeat, vespere decidat, induret, & arescat, quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus, &c.] communem resurrectionis spem continuō subiecit. [Conuertere (inquit) domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos.] Et quasi exauditus. [Repleti sumus (inquit) mane misericordia tua.] Mane, id est resurrectionis die. Sumus autē, pro vt diceret, erimus, quia videlicet fidei certissima, quasi iam peracta resurrectio est, quam in Christo factam, in nobis futuram speramus. Nonagesimi psalmi titulus, Laus cantici Dauid. Quid laudatur, quid hoc psalmo catur? [Qui habitat (inquit) in adiutorio altissimi, in protectione dei cœli commorabitur.] Multum hoc psalmo spes Christiani militis roboratur, quam istis quinquaginta psalmis plurimum inculcari diximus. Continuō sequitur. [Dicit domino susceptor meus es tu & refugium meū, deus meus sperabo in eū.] Item, Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub penis eius sperabis. Ac deinde, [Quoniam (inquit) tu es domine spes mea.] Et postmodum de illo dicit altissimus. [Quoniam in me sperauit liberabo eum, & cetera.] Sanē in primo versu psalmi huius loquitur propheta in persona sua, postea introducit fideles loquentes in persona ipsorum vsque ad hunc versiculum. Quoniam in me sperauit liberabo eum, & ab illo loco vsque ad finem psalmi, Ipsum dominum, & cetera. Psalmi. XC I, titulus, Psalmus cantici in die sabbati. Hoc titulo psalmus iste, pugnatōri in spe laboranti, circa quem res agitur, & spes intimatur, totis istis quinquaginta psalmis, magnā requiem promittit. Eius requiei spe nunc dicit, [Bonū est confiteri domino, & psallere nomini tuo altissime ad annunciandū mane misericordiam tuā, & veritatem tuā per noctē.] Hoc enim audiens vel cantans ipse, toties dictus certator confiteat̃ domino vulnera sua, quæ pertulit à lege peccati, quam videret in mēbris suis, ac deinde psallat. i. bene operetur ad gloriā nominis altissimi, vt vidētes homines glorificent patrē qui in cœlis est. Tunc bona spe confortatus, dicit, [Exaltabitur sicut vnicornis cornu meū, & senectus mea in misericordia vberi. Quia despexit oculus meus inimicos meos, & insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus vt palma florebit, &c.] Cornu inquit meum exaltabitur sicut vnicornis per auxilium gratiæ liberantis me de corpore mortis huius. Cornu inquam quod nunc deprimitur & penē confringit̃ à lege, quę est in membris meis repugnante legi mentis, & senectus mea. i. illa perfecta sanctitas, in qua positus iam ab omni appetitu terrenorū frigescam admodū lenis, qui iam præ nimia ætate in seipso calere desijt, sabbatizabit in misericordia vberi. Et hoc idcirco, quia nunc adhuc in pugna positus, [Despexit oculus meus inimicos meos.] Despexit in quā spe vitoris ratio mea, me impugnantes spiritus malignos, audiente aure mea, scilicet intrinsecus sanctę spei verba bona, verba cōsolatoriā. Iustus inq; vt palma florebit, Coronabit q̃pe qui legitime certauerit. Psalmus. XC II, qui sextæ huius perioches vltimus est, ad caput ipsum modo solito 1. Iohā. 8. recurrit, ita dicēdo, [Dominus regnauit decorē induit, induit est dñs fortitudinē & p̃cinxit se &c.] Dñs regnauit, dñs electo foras principe mūdī, regnū acq̃luit, dñs vbi à terra exaltatus est, omnia

omnia traxit ad se. Dominus decorē indutus est, dominus magno decorē sanctitatis de virgine incarnatus est, dominus eandem carnem spinis coronatam, & in sepulchro depositā, rursus induit eam tanquam fortitudinē immortalē atq; impassibilē, & præcinxit se apostolis suis, armatis spiritus sancti virtute. Sub isto rege sæpe dictus certator insurgentibus vitijs, dū fluctuat inter legē carnis, & legem mentis, dicat prouidus, dicat spe firmus. [Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus.] Hoc apostoli dixerūt contra motus reclamantiū nationū, hoc quilibet dicat cōtra motus repugnantū vitiōrū. Titulus psalmi huius hic est, Laus cantici David in die ante sabbatū quando fundata est terra. Ante sabbatū inquit, id est, in consideratione sextæ ætatis, quam sequitur sabbatū, id est, requies, quādo fundata est terra. i. ecclesia. Notandū quippe, quia sicut in sexta feria homo creatus est, ita in sexta ætate & eadē feria reparatus est. Nā (sicut iā dictū est) incarnatus, & a terra exaltatus regnavit dominus, & ex tūc parata est sedes eius. Psalmo. x c i i i. septima iā periocha canimus in consideratione futuri iudicij. [Deus vltionū dominus, deus vltionū liberē egit. Exaltare qui iudicas terrā, reddere retributionē superbis.] Et cæte. Ex nimia rei certitudine proposuit propheta, liberē egit, de futuris loquēs sicut de præteritis. Titulus psalmi huius, Laus cantici David quarta sabbati. Quarta dies sabbati media est in hebdomada, tribus videlicet præcedentibus, totidemq; diebus illā subsequen-  
 tibus. Significat autē improuisum iudicij tēpus hoc mediū hebdomadis, sicut & illud mediū noctis in euangelio. Media inquit nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite obuiam ei, vel sicut illud mediū humanæ securitatis, de qua itidem dicit, Et sicut factū est in diebus Noe, & sicut factū est in diebus Loth, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant &c. In hoc psalmo sæpe dictus certator dicat, [Quis confurget mihi aduersus malignantes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?] Et considerans in quantis fuerit tentationū periculis, cōtinuō subiungat, [Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea.] Ac deinceps, [Et factus est dominus mihi in refugium, & deus meus in adiutorij spei meæ.] Idem psalmo sequenti, id est, x c i i i i. dicit, [Venite exultemus domino, iubilemus deo salutarī nostro, Præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei.] In cōfessione inquit peccatorū præoccupemus faciē eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. In cōfessione inquit peccatorū præoccupemus faciē eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Per faciē quippe aliquis apertē cognoscitur, ideo per faciē domini ille secūsus aduentus eius rectē intelligitur. Prior namq; multos latuit, ille autem manifestus omnibus erit. Notandū est, prophetam dixisse hæc verba in persona sua, vsq; [Hodie si vocem eius audieritis.] Et ex eo vsq; ad finem psalmi in persona spiritus sancti. Idem psalmus x c v. iudicium futurum intendit, qui sic incipit, [Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra.] Nouum inquit canticum cantate, id est, præcepta nouæ legis obseruate tam diligētē, vt domino sit delectabile. Ter posuit cantate, vt videlicet studiū cantandi inculcaret ipsa repetitione. Hæc & cætera quæ in hoc psalmo dixi, facite ad gloriam & honorē domini. Quare? Quia venit [Quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.] Hunc habet titulum psalmus hic. Quando domus ædificabatur post captiuitatem primū parentis, hortaturq; propheta maiores & prælatos, vt prædicando minoribus accelerent ædificationē domini. Singulariter autē, id est, in singulis hominibus domus ædificat, dū quis post captiuitatē peccati, resistēdo vitijs, vt domus vel tēplū sit, proficit in virtutibus. Sanē hic in principio psalmi habet qd gaudeat, dū dicit, cātate domino, & in fine, qd timeat, dū dicit, iudicabit orbē terræ in ætate, iudicabit populos in veritate sua. Nihilominus in sequenti. i. x c v i. est, vnde lætē in spe, dū dicit, [Dominus regnavit, exultet terra, lætentur in lulae multæ.] Est vnde timeat, in humilitate, dum continuō subiungit, [Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante eum præcedet, & inflammat in circuitu inimicos suos, & cætera.] Nempe qd dominus regnavit, quod restitutus est mundus dominio eius, secundum titulum qui sic inscribitur, Psalmus David, quando terra eius restituta est ei, iudæis & cunctis inimicis eius ad damnationem, iustis autem valet ad saluationem. Item sequens, id est, x c v i i. in principio spe fidelem lætificat, dum dicitur, [Cantate domino canticum nouum, quia mirabilia fecit, & cætera.] In fine autem metu humiliat, per hæc verba, [Montes exultabunt a conspectu domini, quoniam venit iudicare terram, iudicabit orbem terrarū in iustitia, & populos in æquitate.] Sed & sequens, id est, x c v i i i. spem atq; metum pariter inculcat. [Dominus regnavit, irascantur populi, qui sedes super Cherubin, moueatur terra.] Nam dominus regnavit, id est, dominus diaboli vicit. Quod ait, irascantur populi, & moueatur terra, cōcessiue debet intelligi, quasi diceret, Nō est curandum, satis irascantur satis moueantur iudæi, qui sunt terra, id est, terrenis tantum dediti. Nam licet illis irascantibus & nolentibus eum regnare super se, dominus regnavit qui sedet super Cherubin. Metum inquam cum spe psalmus iste incutit, maximē vbi præmittens. [Moyles & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius] &c.  
 continuō

continuo subiungit, [Deus tu propitiu fuisi eis, & vlciscens in oēs aduentiones eorū.] Nam idē est, ac si diceret, ita propitiu fuisi eis, vt tamē oēs aduentiones eorū vlcisceris. Spē ergo iuuat, qd propitiu fuit eis, metu incutit, quod talū quoq; & tā magnorū oēs offensiones impunitas non dimisit. Psalmus x c i x. in cōfessione, id est, in confessionis cōsideratione, sic enim incipit. [Iubilare deo omnis terra.] Ac deinde sequit. [Populus eius, & oues pascuæ eius, introite portas eius in cōfessione.] Videlicet vt possitis iubilarē, portas eius introite, in primis ad eū accedite in peccatorū confessione. Et hic quoq; psalmus spē simul atq; metu prudētibus incutit auditoribus. [Quonia suauis est dominus, in æternū misericordia eius.] In hoc sperandū est. [Et vsq; in generatiōe & generatiōe veritas eius.] Hic metuendū est, quia verax est. Quia in primo aduentu in multitudine misericordiæ venit suauis, in secundo verax & iustus apparebit. Hoc est quod sequent. i. centesimo psalmo, dicit. [Misericordiā & iudiciū cantabo tibi domine.] Nō prius iudiciū, & deinde misericordiā, sed prius misericordiā, & deinde iudiciū. Prius namq; qui hæc in propheta dicit, Christus misericordiā cantaturus erat suauis, dicendo, Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, deinde iudiciū dicendo, Discedite a me male dicti. Hoc est illud in quo cōcludit, sic dicit, [In matutino interficiēbā oēs peccatores terræ, vt disperderē de ciuitate domini oēs operantes iniquitatē.] Matutinū namq; iudicium illud erit, transacta nocte huius seculi. Toto itaq; hoc psalmo aduersus spiritum, & spiritum aduersus carnem, & condelectatur quidē homo interior legi dei, sed videt aliā legem in membris suis repugnantem, &c. Quapropter ingemiscit & dicit, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Statimq; hoc spei accipit responsum. Gratia dei per Iesum Christū. Illic namq; (vt sæpe diximus) spes cū metu est. Scit autē, quia cū illa gratia venerit, spes sine metu erit, qd perfecta charitas foras mittit timorē, ibiq; anima casta pacificē suū contemplantib; amatorem.  
 Secundū illū pacati hominis statū tertiu se habet sequentis textus extremorū quinquaginta psalmorum, vt penē totus a principio vsq; ad finē affectuosam spirans charitatē. Inde sunt illæ benedictiones, illæ confessiones, illæ laudationes alleluia in titulo habentes, quibus cunctis vocabus suū beata charitas depromere gessit affectū, quantum potest. Sed cum illuc felix homo peruenerit, nunquid iam plorare desinit? Imō multū plorat, gemit, & suspirat, veruntamen nō vt prius. Nā prius plorat, ac ne duceretur ad pœnā, nunc plorare incipit, qd differtur a regno. Igitur hæc psalmorū pars bene inter cōfessiones & laudes permixtos habet fletus, imō & a fletu incipit, atq; post laudes, ad fletum septē rē currit periochis. Et continuō psalmo centesimo primo flens, sic dicit, [Domine exaudi orationē meā, & clamor meus ad te veniat. Nō auertas faciem tuā a me,] & cætera. Quid enim hæc dicendo desit, nisi quia a regno differtur, nisi quia in hac mortalitate tenetur. [Percussus sum, inquit, vt fœnum.] Subauditur, ex vindicta peccati primorū parentum. Ac deinceps, [Dies mei sicut vmbra declinauerūt, & ego sicut fœnū arui.] Habet autē hic psalmus in titulo sic. Oratio pauperis cū anxietate, & corā domino effunderet precem suā. Pauper iste principaliter quidē est Christus, secundariē autē populus humilis, vel quilibet Christi seruus est. Idcirco titulus iste sic in diuersa tēpora, scilicet præteritū & futurum disperitur. Oratio pauperis cum anxietate, hoc præteritū est. Præteritū namq; anxietas pauperis, præteritū anxietas mortis Christi, in qua dixit, Percussus sum vt fœnum, &c. Subiungens de resurrectione sua. [Vigilauī (id est resurrexi) & factus sum sicut passer solitarius in tecto.] Scilicet in cœlū ascendēs. Porro cum effuderit corā domino precē suam, futuri est tēporis, ac si diceretur, quotiescunq; effuderit. Hoc enim sit, & futurū est vsq; in finē seculi, scilicet vt exēplo illius, tali oratione precē suam effundat quilibet pauper dei. Statim sequenti psalmo, id est, centesimo secundo, felix homo in benedictiones sic erumpit. [Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis.] Multas deinde iustæ benedictionis rationes concinens, tandē in cōclusionē benedictiones repetit. [Benedicite, inquit, domino angeli eius,] & cætera. Magnificentius benedicere, affectuosius charitas loqui nō potuit. Et notandum vnde benedictiones incœperit, qui propitiatur inquis omnibus iniquitatibus tuis. Ac deinceps, [Quantū distat ortus ab occidente, longē fecit a nobis iniquitates nostras.] Nēpe summa dilectionis summa est causa benedictionis, quia propitiatur est iniquitatibus nostris. Imō & propitiatorē nobis filium suū misit, qui & figmentum nostrum cognouit, dignatus homo fieri. Secundaria dilectionis atq; benedictionis causa est, quia nos, & omnia bene cōdidit. Secundaria inquam nō prima est. Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. Psalmo igitur sequenti, id est, centesimo tertio, [Benedic, inquit, anima mea domino.] Subiungens per apostrophē continuō. [Domine deus meus magnificatus es vehemētē.] Et quasi quæretur, in quo. [Confessionē, ait, & decorē induisti, amictus lumine sicut vestimento, extendēs cœlum sicut pellem.] &c. Quibus secundum literā prima mundi creatio decantatur. Nam sicut in prima huius operis parte diximus, tunc dominus deus lumine sicut vestimēto  
 HHh amictus

Matth. ii.  
Matth. 25.Calat. 4.  
Roma. 7.

I. Iohan. 4.

Iohan. 41.

amictus est, & confessionem atq; decorem induit quando diuisa luce à tenebris, per quas re-  
probi designantur, angeli luce amictus, vel ornatus est, id est, beatis angelis, quibus sese quasi  
vestimento per gratiā induit, eorumq; confessione atq; decora laude inaccessibiliter dignatus  
est ornari. Item ad caput redit extrema conclusione. [Deficiant, inquit, peccatores à terra, &  
iniqui, ita ut non sint, benedic anima mea domino.] Sequens, id est, centesimus quartus, Al-  
leluia in titulo habet. Et recte, nā torus in confessionibus, id est, laudibus est. [Confitemini, in-  
quit, domino, & inuocate nomen eius,] & cætera. Confessionis atq; cantationis huius maxi-  
ma causa vel materia, repromissio beati seminis est, quod Abrahamæ repromittens deus in se-  
mine tuo, inquit, benedicentur oēs gentes. Nā cum dixisset. [Memento mirabiliū eius, quæ  
fecit, prodigia & iudicia oris eius.] Statim inruit, [Semen Abraham serui eius.] Semē in quā,  
non tam per carnem, q̄ per fidē, videlicet eius seminis, in quo nos oēs gentes benedicimur. Et  
subinde, [Memor fuit in seculū testamenti sui.] Cuius enim testamenti, nisi eiusdē promissio-  
nis? Nā cum eius promissionis meminisset Apostolus, dicendo, Abraham dicitur sunt promissio-  
nes, & semini eius, continuo subsequutus, hoc autē inquit dico, testamentum confirmatū à deo.  
Igitur promissio hæc summa cōfessionis huius materia est. Sequens confessionis huius, i. psal-  
mi centesimi quinti, causæ sunt miranda beneficia dei, quibus populum illum eduxit de terra  
Aegypti, & in terrā quam promissit patribus eorum introduxit. Qui deinde sequit̄ psalmus  
centesimus sextus, causas habet multo maiores, multo digniores, i. omnino spirituales. Idcirco  
alleluia geminatum in titulo habet, licet primum alleluia præcedentis esse psalmi recte exi-  
stimeretur, ut sit sensus, Quandoquidē patres nostri ad eō peccauerunt, & dominus illis tanta &  
tot beneficia misericorditer impendit, ergo laudate dominum, ut in principio psalmi dixi. In  
hoc psalmo propheta oēs exhortatur fideles siue de Iudæis, siue de gentibus, laudare dominū,  
primum, quia liberauit eos de periculo infidelitatis. [Cōfitemini, inquit, domino, quoniam bo-  
nus, quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui redempti sunt à domino,] & cætera. Nam  
de omnibus dictum est, ram Iudæis q̄ Gentibus, quia portantes prauaricationis peccatū Adē.  
[Errauerunt in solitudine, in inaquoso, viā ciuitatis habitaculi nō inuenerunt. Et clamauerunt  
ad dominum cum tribulatione angustarentur.] Clamauerunt in quā nō tam voce vel aliqua  
intentione, q̄ magnitudine miseræ. [Et dominus eripuit eos.] scilicet per cognitionē filij sui,  
[ut irent in ciuitatē habitationis.] Ergo [confiteantur, ait, domino misericordie eius, & mira-  
bilia eius.] Subauditur, exhibita filijs hominū. Deinde admonet laudare dominum, quia libe-  
rauit eos à debilitate prauæ cōsuetudinis, à criminibus actualibus, post baptismum admissis.  
[Sedentes in tenebris, inquit, & umbra mortis, victos in mendicitate & ferro,] & cætera. Nā  
seruire peccato, hoc est, vincitum esse ferro, sedere in tenebris, hoc est, consuetudinē habere pec-  
candi. Multos tales clamantes ad se, dominus liberauit. [Et eduxit eos de tenebris & in um-  
bra mortis, & vincula eorum dirupit.] Tertia causa est quia liberauit eos à tedio bonæ opera-  
tionis, de qualibus dicit, [Omnes escā abominata est anima eorum,] & appropinquauerunt  
vsq; ad portas mortis. [Quod multis modis euenit. Verbi gratiā, dum orationis, aut sacræ  
rædium paterentur lectionis. Et eiusmodi dominus clamantes ad se liberauit, cum appropin-  
quassent ad portas mortis, id est, vsq; ad criminalia, quæ sunt introitus mortis. Quomodo li-  
berauit eos? [Misit verbum suum,] Id est, iussit, vel voluit tantū, [et sanauit eos.] Quarta con-  
fessionis & laudis causa est, quia liberauit eos ab angustijs suæ prælationis. [Qui descendunt,  
inquit, mare in nauibus, facientes operationē in aquis multis,] & cætera. Qui in nauibus de-  
scendunt, id est, qui ecclesiarum gubernacula sortiti sunt, ipsi quod sæpe fit, [Turbati sunt, &  
moti sunt sicut ebrius,] & omnis sapientia eorum deuorata est. [Et istos clamantes ad se do-  
minus eduxit de necessitatibus eorum. [Statuit enim procellam maris in auram, & siluerunt  
fluctus eius.] Quod est dicere, Posuit sollicitudinē eorum in auram statorem, augendo spiritus  
sancti gratiam, ita ut intus vel foris, non ad eō curarum tumultibus affligerentur. Psalmo  
centesimo septimo tandē caput ipsum confiteretur, cantat & dicit. [Paratum cor meum deus, pa-  
rarum cor meum, cantabo, & psallam in gloria mea.] Habet autem in titulo canticum psalmi  
ipsi Dauid. Cui enim, nisi ipsi Dauid, id est, Christo, attribuendæ sunt voces huius psalmi? Nā  
pater illi dicit in sepulchro iacenti, [Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara.] Re-  
spondet ille continuo, [Exurgam diluculo.] Et adiecit, [Confitebor tibi in populis domine, &  
psallam tibi in nationibus,] & cætera. Sic deniq; factū est. Cithara illa, id est corpus, per quod  
resonauerat, per triginta & tres annos, illa dei patris musica, cithara in quā musici dei, per mor-  
tem quassa, in sepulchro iacebat. Sed mane resumpta est incolumis, diluculo surrexit, & ecce  
confitetur, id est, confessores & laudā cantores facit patri in omnibus populis. Psalmo cen-  
tesimo octauo reditur ad orationē, ad fletum vel gemitum. [Deus, inquit, laudē meam ne ta-  
cueris, quia os peccatoris & os dolosi super me apertū est,] &c. Nora & celebris cōquestio est  
in infelicissimum Iudam, & populū Iudaicū qui ab illo Christū emittit, triginta vindictis vel con-  
cessiuis maledictionibus deprompta, quarū prima est, [Cōstitue super eū peccatorē,] Vltima.

Et in

[Et induantur sicut diploide confusione sua.] Tandem caput ipsum cū corpore dicit. [Con-  
fitebor domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum, & cætera. Statimq;  
psalmo sequenti, id est, centesimo nono, quid vniuersa ecclesia confiteri debeat more suo sic edi-  
cit. [Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis,] & cætera. Et bene hic psalmus præce-  
denri psalmo subiungit. Ibi namq; agit de statu nimie humiliationis, & deiectionis ipsius, hic  
verò e contrario de gloriosa & ineffabili exaltatione ipsius. Psalmo deinde centesimo deci-  
mo vox confessionis, vox laudis. [Confitebor tibi, inquit, domine in toto corde meo in confi-  
lio iustorū & congregatione,] & cætera. Et si quæras, quam ob causam domino confiteatur,  
vel cur confessio & magnificentia opus eius, continuo sequit̄. [Memoriam fecit mirabilia  
suorū, misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se.] Videlicet quia præcedenti  
psalmo dixerat, iurauit dominus, & non poenitebit eū, tu es sacerdos in æternū, secundū ordi-  
nem Melchisedech, & illū ordinem suū tunc nobis instituit, in sacramento corporis & sangui-  
nis sui, dū de torrente in via biberet, atq; mox per resurrectionem, exaltato capite timētibus  
se sensum aperuit, ut intelligerent scripturas, recte hoc psalmo succinit, escam dedit timentibus  
se, sic conclusit. [Intellectus bonus omnibus facientibus eū,] scilicet timorem domini, [lau-  
datio eius manet in seculū seculi.] Psalmi sequentis, id est, centesimi vndecimi, titulus alle-  
luia, reuersio Aggæi & Zachariæ. Et est sensus, Laudate dominum, in illud respicientes, quod  
significatū est per reuersionem Aggæi & Zachariæ de Babylonia captiuitate, qui & reedi-  
ficationi templi interfuerunt. Significatū est enim, quod de præfenti captiuitate debeamus ad  
deum in celestem Hierusalem redire, illos beatificans propheticus spiritus, qui illuc reuertē-  
tur. [Beatus vir qui timet dominū, ait, in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit se-  
men eius, generatio rectorū benedicetur, Gloria & diuitiæ in domo eius,] & cætera. Psal-  
mo centesimo duodecimo præmissio Alleluia, totū hominem in laudem extendit spiritus di-  
lectionis. [Laudate, inquit, pueri dominū, laudate nomen domini. Sit nomen domini benedi-  
ctum, ex hoc nunc & vsq; in seculū.] Pueri hi sunt, qui per gratiam eius, quem laudant, sunt à  
peccatis purificati. Causas cur laudent, cur benedicant, subnectit. [Quis, inquit, sicut domi-  
nus deus noster qui in altis habitat?] & cætera. Psalmo centesimo decimo tertio itidem  
præmittitur Alleluia, videlicet ad laudandū dominum de conuersione infidelium ad fidem lu-  
dæorum atq; Gentium. Nam inde dicit, [In exitu Israel de Aegypto domus Iacob de popu-  
lo barbaro. Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.] Et est sensus, In eo quod exie-  
runt credentes de infidelitate & tenebris ignorantie, quod exierunt luctatores, quos signifi-  
cat nomen Iacob de barbarie demonum & vitorū, facti sunt omnes Iudæi, id est, omnes con-  
fiteantur sanctificatio eius, & omnes qui per fidem sunt Israel, facti sunt potestas eius, videlicet  
Iacob, ut deinceps nemo in carne gloriatur, sed in confessione & in virtute spiritus sancti. Hoc  
[Vidit mare & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.] Per mare plenitudo gentium, per Ior-  
danem baptizati intelligendi sunt. Gentiles namq; ab infidelitate, & erroribus pristinis fuge-  
runt, baptizati à mala consuetudine peccatorū, conuersi sunt retrorsum. Inde, [Montes id est,  
apostoli] exultauerunt, & simulachra fiducialiter condemnauerunt. [Simulachra, inquit, gen-  
tium, argentū & aurum, opera manuum hominū.] In psalmo centesimo decimo quarto,  
tertia iam periocha, id est, seruum atq; gemitū recapitulatio est. [Dilexi, inquit, quoniam ex-  
audit dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurē suam mihi, & in diebus meis in-  
uocabo. Circudederūt me dolores mortis,] & cætera. Huic quoq; psalmo recte Alleluia præ-  
scriptum est, quia nimirū diligere & diligendo dolere, aut gemere, ad veram & magnā dei lau-  
dem pertinet. Nam quantum putas laudis veraciter est, tribulationem & dolorē inuenit. Quo-  
tus enim quisq; est inuentor tribulationis & doloris eius, videlicet quæ iure pro inuēto debeat  
haberi. Quare autem pro inuēto debet computari, nisi quia in tribulatione, & dolore locus  
est opportunus paracletico, id est, consolatori. Idcirco cum dixisset, tribulationem & dolorē in-  
ueni, statim subiunxit, [Et nomen domini inuocaui.] Subauditur, dicens, [O domine libera  
animam meam,] & cætera. Psalmo centesimo decimo quinto, itidem Alleluia præmissio,  
laudabiliter dicit perfectus amator dei. [Credidi propter quod locutus sum,] Id est, credidi &  
cōfessus sum. Ac deinceps, [Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi?] Et nō  
inueniens quod ad retribuendū satis est. [Quid enim diligenti satis esse queat?] [Calicem salu-  
taris accipiam, inquit, & nomen domini inuocabo.] Quasi dicat, Totam paupertatē meā offe-  
ram, sanguinem meū illi offeram, vel si persecutor desit, frequentabo ad sanctū altare eius pas-  
sionis memoriā, pro ipso mori paratus ero, quia pretiosa in conspectu domini mors sanctorū  
eius. Psalmus centesimus decimus sextus sermone laus breuis, sensu grandis, [Laudate, in-  
quit, dominū omnes gentes, laudate eū omnes populi.] Psalmus CXXVII. torus, vox con-  
fessionis est, vox laudis, præmissio alleluia. [Cōfitemini, inquit, domino] causamq; subdit [quo-  
niam bonus.] Hoc dicat omnis Israel, hoc dicat, domus Aaron, id est, multitudo prælatorū fi-  
delium, hoc dicat, & confiteatur omnes, qui casto timore timent dominum, quoniam bonus,

HHh ij

quoniam

quoniam in seculum misericordia eius. Quid enim fecit dominus, in quo apparuit bonus? [De tribulatione inuocauit, inquit, dominum, & exaudiuit me in latitudine.] Ac deinceps, [Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli.] Nepe in isto facto summum bonitatis eius experimentum consistit. Lapis iste ad edificantes venit, & reprobatus est, nos autem dicimus, [Benedictus qui venit in nomine domini.] Ite in conclusione dicit, sicut in exordio. [Cōfitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.] Psalmus centesimus decimus octauus viginti duobus capitulis dispersus est, per singula capitula versibus octonis supputatis. Singula quoque capitula, singula pro titulis habet elementa alphabeti. Hebraici. Et quaerimus, quid huiusmodi titulario significet. Inuenimus autem quod maxime notandum est, psalmum hunc totum in superficie splendere celestibus margaritis, totum inquam contextum esse nominibus verbi dei, velut fulgentibus gemis. Quis enim versiculus est in toto tam prolixo tractatu huius psalmi, in quo non resonet vocabulum aliquod, quin recte praedicetur de verbo dei, de sapientia dei, de filio dei: Verbi gratia, [Beati immaculati in via.] Planè via nonstra, dei filius est. Dicit enim, Ego sum via. [Qui ambulat in lege domini.] Et quid lex domini, nisi verbum domini? [Beati qui seruantur testimonia eius.] Quid aliud testimonia, quam verba? & quid multa dei verba, nisi vnum dei verbum, vna dei sapientia? Similiter & in ceteris. Neque enim facile quis versiculus inuenit, in quo non, aut vias, aut mandata, aut iustificationes, aut iudicia, aut sermones, aut eloquia domini habeas, aut aliquid tale quod aequipolenter valeat. Quid ergo sibi vult hoc, quod cum talis sit psalmus, singula eius capitula singulis alphabeti titulantur elementis. Num post tot psalmos voluit nos prophetiae spiritus, verbi dei facere abecedarios? Planè hoc vtiliter intelligimus & veraciter confitemur, quia quantumcumque sapiamus quandiu in corpore sumus, ad illam dei sapientiam infantulis abecedarijs similes sumus, & nobiscum bene agitur, si vel prima eius elementa cōsequamur. Videmus enim per speculum in enigmate, inquit Apostolus. Proinde psalmus hic quartae perioches, id est nobis principium finitque sit. Distinquitur autem (ut iam dictum est) viginti duobus capitulis. Hic numerus tribus constat heptadibus, vno supererescente, quo de tertia heptade Ogdoas perficitur, atque per hoc intelligimus, quia octaua mundi aetate, sapientiae dei quae iam dictis huius psalmi vocibus significat, plenitudo nobis perficitur, sicut quod ait Apostolus, Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabit quod ex parte est. Octones igitur, singulorum capitulorum versus, infantuli sicut eliter decantemus, donec ad octo euangelij beatitudines, ipso donante perueniamus. Nunc eorundem elementorum interpretatione, atque intelligentia subscribamus. Aleph, doctrina. Beth, domus. Gimel, plenitudo. Dalath, tabularum. He, ista. Vau, & Zai haec. Cheth, vita. Teth, bonum. Iod principium. Caph, manus. Lamed, cordis. Mem, ex ipsis. Nun, aeternum. Samech, adiutorium. Ain, fons. Pe, oris. Zadi, iustitiae. Caph, vocatio. Resch, capitis. Schin, dentium. Thau, signa. Doctrina domus dei Israel, est plenitudo tabularum, id est legis, quae descripta est in tabulis. Haec plenitudo legis charitas est. Ista doctrina & haec plenitudo, & talis vita, bonum principium est, manus & cordis, id est, bonae intentionis, & bonae operationis. Ex ipsis enim fit aeternum adiutorium, quo adiuuamur ad aeternam vitam. Et hic est fons oris iustitiae, id est origo doctrinae, quam praedicauit Christus, per quam docet nos implere omnem iustitiam, scilicet charitas vel doctrina domus dei. Hoc est maximum & primum mandatum. Et haec est vocatio capitis, id est, Christi, quia in hoc vocati sunt omnes, ut hanc doctrinam percipiant. In hac doctrina apparent etiam dentium signa, id est, apostolorum & doctorum, qui sunt quidam ecclesiae dentes, dum obscura & fortia mandata minoribus exponunt. Quid pulchrius, quid iucundius hoc abecedario? Ecce hic continetur omnis doctrina spiritalis vitae. Psalmus centesimo decimonono, quinta iam periocha reditur ad gemitum, qui perfectorum est, gemitum diligentis & desiderantis animi. [Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.] Ac deinceps. [Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est.] & cetera. Planè hic gemitus perfecti hominis est, ex ipsa confidentia perfectionis, cupientis dissolui, & esse cum Christo. Sed nimirum tali conscientiae humilitate opus est, praesumptio caueda est. Vnde & in titulo canticum graduum positum est. Significat autem ascensorem caeli debere humiliter ascendere, ne dum caelo peregrinationis vult volare in caelum, cadat in infernum. Sequitur ergo, & dicit in psalmo centesimo vigesimo. [Leuaui oculos meos in montes, vnde veniat auxilium mihi. Auxilium meum a domino qui fecit caelum & terram.] Ac si dicat, Non in me ipso fiduciam habeo, sed in dei, & omnium sanctorum eius auxilio, quorum fide teneo, quorum meritis innitor. Deinde imprecando dicit animae suae. [Non det in commotionem pedem tuum.] & c. Quod est dicere iuxta alium psalmum, Non veniat mihi pes superbiae. Ite in psalmo centesimo viciesimo primo voces confidentiae, cum dicit. [Lætatus sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem, & c.] Quasi iam ibi sit, stantes erant pedes nostri, dixit, ea videlicet conscientia, qua & Apostolus, Nostra autem conuersatio, inquit, in caelis est. Continuum, ut in humilitate cōfidat, pedem ponit in altiore gradum humilitatis. Dñi sequenti Psalmus centesimo viciesimo secundo dicit. [Ad te leuaui oculos meos qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi

oculi seruatorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillae in manibus dominae suae.] multum se humiliat, dum ancillulae vapulanti se assimilatur, fixos habenti oculos in manibus dominae suae, donec parci sibi vel solo nutu iubeat. Itè psalmo centesimo viciesimo tertio dicit perfecti vocibus magnis, vocibus magnae gratulationis, [Nisi quia dominus erat in nobis, dicit nunc Israel.] & c. Nepe quasi iam victoriam est dicere. [Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.] Laqueus cōtritus est, & c. Sequitur autem psalmus centesimus viciesimus quartus, quo cauti in humilitate proficiedo dicunt. [Qui cōfidunt in domino sicut mons Sion,] & c. Qui enim haec dicunt, non sibi, sed deo ascribunt, quod vicerunt, quod euaserunt. Sequenti psalmo centesimo viciesimo quinto, itidè magnifice gratulantur, & dicunt. [In cōuertedo dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut cōsolati.] Ac deinceps. [Magnificauit dominus facere nobiscum facti sumus letantes.] & c. Sequitur continuus psalmus centesimus viciesimus sextus, & hac laetitia salubriter prouecta humilitate deprimedo, dicit, [Nisi dominus edificauerit domum, frustra vigilat qui custodit eam.] Planè via nonstra, dei filius est. Dicit enim, Ego sum via. [Qui ambulat in lege domini.] Et quid lex domini, nisi verbum domini? [Beati qui seruantur testimonia eius.] Quid aliud testimonia, quam verba? & quid multa dei verba, nisi vnum dei verbum, vna dei sapientia? Similiter & in ceteris. Neque enim facile quis versiculus inuenit, in quo non, aut vias, aut mandata, aut iustificationes, aut iudicia, aut sermones, aut eloquia domini habeas, aut aliquid tale quod aequipolenter valeat. Quid ergo sibi vult hoc, quod cum talis sit psalmus, singula eius capitula singulis alphabeti titulantur elementis. Num post tot psalmos voluit nos prophetiae spiritus, verbi dei facere abecedarios? Planè hoc vtiliter intelligimus & veraciter confitemur, quia quantumcumque sapiamus quandiu in corpore sumus, ad illam dei sapientiam infantulis abecedarijs similes sumus, & nobiscum bene agitur, si vel prima eius elementa cōsequamur. Videmus enim per speculum in enigmate, inquit Apostolus. Proinde psalmus hic quartae perioches, id est nobis principium finitque sit. Distinquitur autem (ut iam dictum est) viginti duobus capitulis. Hic numerus tribus constat heptadibus, vno supererescente, quo de tertia heptade Ogdoas perficitur, atque per hoc intelligimus, quia octaua mundi aetate, sapientiae dei quae iam dictis huius psalmi vocibus significat, plenitudo nobis perficitur, sicut quod ait Apostolus, Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabit quod ex parte est. Octones igitur, singulorum capitulorum versus, infantuli sicut eliter decantemus, donec ad octo euangelij beatitudines, ipso donante perueniamus. Nunc eorundem elementorum interpretatione, atque intelligentia subscribamus. Aleph, doctrina. Beth, domus. Gimel, plenitudo. Dalath, tabularum. He, ista. Vau, & Zai haec. Cheth, vita. Teth, bonum. Iod principium. Caph, manus. Lamed, cordis. Mem, ex ipsis. Nun, aeternum. Samech, adiutorium. Ain, fons. Pe, oris. Zadi, iustitiae. Caph, vocatio. Resch, capitis. Schin, dentium. Thau, signa. Doctrina domus dei Israel, est plenitudo tabularum, id est legis, quae descripta est in tabulis. Haec plenitudo legis charitas est. Ista doctrina & haec plenitudo, & talis vita, bonum principium est, manus & cordis, id est, bonae intentionis, & bonae operationis. Ex ipsis enim fit aeternum adiutorium, quo adiuuamur ad aeternam vitam. Et hic est fons oris iustitiae, id est origo doctrinae, quam praedicauit Christus, per quam docet nos implere omnem iustitiam, scilicet charitas vel doctrina domus dei. Hoc est maximum & primum mandatum. Et haec est vocatio capitis, id est, Christi, quia in hoc vocati sunt omnes, ut hanc doctrinam percipiant. In hac doctrina apparent etiam dentium signa, id est, apostolorum & doctorum, qui sunt quidam ecclesiae dentes, dum obscura & fortia mandata minoribus exponunt. Quid pulchrius, quid iucundius hoc abecedario? Ecce hic continetur omnis doctrina spiritalis vitae. Psalmus centesimo decimonono, quinta iam periocha reditur ad gemitum, qui perfectorum est, gemitum diligentis & desiderantis animi. [Ad dominum, cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.] Ac deinceps. [Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est.] & cetera. Planè hic gemitus perfecti hominis est, ex ipsa confidentia perfectionis, cupientis dissolui, & esse cum Christo. Sed nimirum tali conscientiae humilitate opus est, praesumptio caueda est. Vnde & in titulo canticum graduum positum est. Significat autem ascensorem caeli debere humiliter ascendere, ne dum caelo peregrinationis vult volare in caelum, cadat in infernum. Sequitur ergo, & dicit in psalmo centesimo vigesimo. [Leuaui oculos meos in montes, vnde veniat auxilium mihi. Auxilium meum a domino qui fecit caelum & terram.] Ac si dicat, Non in me ipso fiduciam habeo, sed in dei, & omnium sanctorum eius auxilio, quorum fide teneo, quorum meritis innitor. Deinde imprecando dicit animae suae. [Non det in commotionem pedem tuum.] & c. Quod est dicere iuxta alium psalmum, Non veniat mihi pes superbiae. Ite in psalmo centesimo viciesimo primo voces confidentiae, cum dicit. [Lætatus sum in his, quae dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem, & c.] Quasi iam ibi sit, stantes erant pedes nostri, dixit, ea videlicet conscientia, qua & Apostolus, Nostra autem conuersatio, inquit, in caelis est. Continuum, ut in humilitate cōfidat, pedem ponit in altiore gradum humilitatis. Dñi sequenti Psalmus centesimo viciesimo secundo dicit. [Ad te leuaui oculos meos qui habitas in caelis. Ecce sicut oculi



vobis, quod gradibus tot ascensis, in domo vel in atrijs eius statis. Huic sic dominum benedicenti, vicarium redditur praeium benedictionis, tali conclusione, [Benedicat te dominus ex Sion,] subauditur, procedens [qui] antequam homo procederet ex Sion, deus idem, [fecit coelum & terram.] Sequenti psalmo, centesimo tricesimo quarto, perseveratur in benedictionibus, incipit enim a laudibus, finit in benedictionibus, praemisso Alleluia. [Laudate (inquit) nomen domini, laudate serui domini.] Multisq; causis redditur, cur laudemus, hanc facit conclusionem. [Benedictus dominus ex Sion.] subauditur, deus & homo veniens, [qui] ante & post [habitat] in caelesti [Hierusalem.] Iterum Alleluia. [Confitemini domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.] Psalmus centesimus tricesimus quintus totis dulcisonis laudibus, totis a principio vsque ad finem tinnulis currens confessionibus. Psalmi centesimi tricesimi sexti titulus, psalmus David propter Hieremiam. Ab hoc psalmo, sexta iam periocha, breuiori cursu textitur. Reditur namque ad fletus amantium, ad suspiria desiderantium, propter Hieremiam, id est, iuxta Hieremiam intellectum. Sicut enim Hieremias captiuitatem filiorum Israel, factam a Nabuchodonosor, historicè scripsit, & aliud tamen sibi designari intellexerit, ita isti licet verba historiae pronuncient, sub eisdem tamen verbis aliud oportere intelligi designant. [Super flumina (inquit) Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion.] Quamdiu sumus in corpore (inquit Apostolus) peregrinamur a domino. Et verè, nam captiui sumus captiuitate peccati quod fecit Adà. Quot quot sumus filij Sion, captiuitatē istam congemimus & fleuimus, sedentes super flumina Babylonis, super decurrentia vitia praesentis seculi, multos immeritos esse videntes, & incidere ipsi atq; immergi meuentes. Haec & caetera psalmi fletus sunt amantium deū, suspiria sunt desiderantium videre deū deorum in Sion. Sequenti psalmo centesimo tricesimo septimo iterū confessiones, iterū laudes. [Confitebor tibi (inquit) domine in toto corde meo, quoniam audisti verba oris mei.] Ac deinceps. [Cōfiteantur tibi domine oēs reges terrae, & cāntent in vijs domini, &c.] Laudes vel cōfessiones istae sunt, nō solū pro beneficijs singulariter cuiq; impensis, sed etiā pro omnibus cōmuniter humano generi collatis. Psalmi CXXVIII, cantat ipse confessionum & laudū praecentor Christus, dicens patri de se. [Dñe probasti me & cognouisti me.] Agit ille toto hoc psalmo referendo perfectā iustitiam suam secundū humanitatem, & altitudinem suam secundū diuinitatem, vt in fide & iustitia fideles instruat, quatenus ipsum & verū deū, & verum hominem credant, & eius exemplo inducā, tribulari & conculcari non subterfugiant. Psalmi CXXXIX, vnde iam vltima, id est, septima incipit periocha, orāt pater & confitetur omnes iusti atq; perfecti vna voce, tāquam ex vno corpore. [Eripe me domine ab homine malo, a viro iniquo eripe me.] Hęc & caetera dicendo orant dominū, vt custodiat in eis fidei perfectionem, & vt eos eripiat a prauitate & perfidia haereticorum, imò ob occursum malignorum spirituum, qui fini vitæ huius insidiantes, linguas suas exacuunt ad accusandum & conuincendum. Nam quia vitima haec est periocha, rectè ab hinc in finem nostrū spectamus, quando venit princeps mundi, & in singulis nostrum aliquid suum requirit. Dicit ergo quisq; sollicitus illius diei, prouidus illius horæ imminētis. [Custodi me domine de manu peccatoris.] Ac deinceps, [Domine domine virtus salutis meae, obumbrasti super caput meū in die belli.] Et continuò, [Non tradas me domine a desiderio meo peccatori,] & caetera. Et continuò psalmo sequenti, id est, CXL. [Domine clamaui ad te, exaudi me, intēde voci meae cum clamauero ad te.] Quis enim necesse non habeat clamare in illa hora mortis suae? [Pone domine custodiam ori meo, & ostiū circumstantiae labijs meis.] Quam videlicet custodiam, quod ostiū non haber, quisquis iustificat se, quisquis cōfidit, seipsum coram domino iustū apparere. Habebat autē ille qui dixit, Si voluerit contendere mecum, non potero ei respondere vni pro mille. Ac deinceps, Si iustificare me volueris, os meū condemnabit me. Item, Etiam si habuero quippiam iustū, non respondebo, sed meū iudicem deprecabor. Nam hoc est, quod & hic dicitur. [Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleū autē peccatoris nō impinguet caput meū.] Videlicet ne in illa necessitate extincta lapade mea, sine oleo frustra vadam ad emendū, idcirco quā diu viuo, iustus corripiet me, adulator autem non decipiet me. Item psalmo sequenti, centesimo quadagesimo primo [Voce mea (inquit) ad dominū clamaui, voce mea ad dominū deprecatus sum.] Subauditur, cupiens dissolui & esse cū Christo. Quid enim clamaui? Quid deprecatus sum? Quam orationē meā effundo in conspectu eius? [Educat de custodia animā meā ad confitendū nomini tuo.] De custodia, inquit, de carcere huius captiuitatis, vbi deū meum videre non possum, pro reatu primi parētis, qui expulsi de luce paradisi, hic oēs nos quasi in carcere genuit. Ad hoc pertinet iste titulus psalmi. Intellecto? Dauid cū esset in spelunca. Principaliter quidē Christū spectat cū esset adhuc in spelunca, scilicet carne mortali & passibili. Saule, id est, morte persequente, secundariè verò quemq; fidelem cupientem educi ab hac misera vita, tanquam de custodia. Hoc & metuens cupit, & cupiens metu. Vnde & protinus psalmo CXLII, dicit, [Dñe exaudi orationē meā, auribus percipe obsecra-

obsecrationem meam, in veritate tua exaudi me in tua iustitia. Et non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia nō iustificabit in conspectu tuo omnis viuens.] Etenim si de solis meritis agitur, nemo iustificabitur, propter quod itidem dicit, [Propter nomen tuum domine viuifica bis me in aequitate tua.] scilicet, vt totū sit gratiae. Item, [Auditam fac mihi mane misericordiam tuā.] Misericordiā in qua super exaltantem iudicium, dicendo mane, id est, in die iudicij, Venite benedicti patris mei. Proinde bene hunc titulum habet hic psalmus. Psalmus David quando eum persequeretur filius suus. Nam praeter vnū Christum non fuit aliquis David, nō fuit, nec est, nec erit aliquis adeo manufortis, qui genuerit filium, quem non infestū patiat, qui non contraxerit peccatū, quo preatur, si intret in iudiciū cum homine deus. Ab hinc vsq; in finem continuè benedictiones, confessiones seruentillimae, laudum cantationes, quas fides suggerit, spes concipit, charitas effundit. Sequens psalmus CXLIII. [Benedictus (inquit) dominus deus meus, qui docet manus meas ad praeliū, &c.] Eius namq; voces sunt, qui bene sibi conscius est, quia feci habet pugnantem amicitij verū, cui & dicit in contemplatione illius horae qua certamen habiturus est, cum illo mundi principe sine dubio contra se venturo. [Qui liberaisti David seruum tuū, de gladio maligno eripe me.] Et vt possim in illa hora gladiū illum euadere, interim inquit erue me de manu filiorū alienorū, id est, haereticorum vel omnium impiiōrū, quorū os locutū est vanitatem, &c. Vnde bene in titulo habet psalmus David in Goliā. Qui enim Goliā, id est, diaboli, viuens vicit in membris suis, ipse cōfidens quod mortis eruat de gladio eius maligno, dominum deum in hoc psalmo benedicit. Sequentis psalmi CXLIII, titulus, laudatio ipsi David, videlicet quae ex ore amantis decantatur Christo vero David. [Exaltabo te (inquit) domine deus meus rex, & benedicam nomini tuo in seculū, & in seculum seculi.] A benedictionibus incipit, per benedictiones currit, benedictionibus semperternis finit. Psalmi deinde CXLV, alleluia praemisso, quanto affectu, quanto amore laudē intendit, animā suā alloquitur & dicit, [Lauda anima mea dominū.] Et illa respondet. [Laudabo dominū in vita mea, psallā deo meo quamdiu fuero.] Vnde laudabo: Vnde psallā: De potētia, De misericordia. De potētia. [Quia fecit coelū & terrā, mare, & omnia q̄ in eis sunt.] De misericordia, Quia soluit cōpeditos, quia illuminat caecos, &c. Nec cōtētus sua laude solius. Sequenti psalmo CXLVI, & alios ad laudandū hortat. [Laudate (inquit) dominū, quoniam nō bonus psalmus.] Et vere bonus psalmus, vt pote in quo haec tria cooperantur. Chordae, sonus, motus digitorū. Per chordas carnis exiccationē, per sonū virtutes, per motū digitorū bonam operationē intelligimus. His adhibitis reuera deo nostra est iucunda, decoraq; laudatio. Cur laudemus, causas cōtinuo subiūgit, [Aedificās (inquit) Hierusalē dominus dispersiōes Israelis cōgregabit,] &c. Ex illa Israelis cōgregatione, ex illorū contritorū saluatione, & illarū stellarū vocatione vel numeratione, vna ciuitas fit, Hierusalē caelestis, quā & consequēter psalmus CXLVII, ad laudandū inuitat & dicit, [Lauda Hierusalē dominū, lauda Deū tuū Sion.] &c. Tandē quasi choris ad laudandū cōstitutis in tonate multitudinē incipit laus vniuersalis cōiubilantibus voce sua creaturis vniuersis, cōtinuusq; cōcētus absq; intermissione, sine interstitio clamorē extēdit totis tribus qui supersunt psalmis. Primo qui & CXLVIII, spiritus sanctus, spiritus charitatis dicit. Mox quasi iustus alleluia dicendo, [Laudate dominū de caelis, laudate eum in excessis.] Laudat caelestis chorus, laudat omnes angeli, laudat omnes virtutes, laudat omnia caelestia, visibilia seu inuisibilia. Quare? [Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt.] Deinde laudat terra & omnia terrestria. Quare? Quia visitauit quam creauerat terrā, & fecit vt esset confessio eius nō solū super coelū, sed & super terrā. Ergo materia laudū huius psalmi inde est, q̄ & cuncta creauit, & genus humanum redemit. Sequenti psalmo, qui & CXLIX, itidē spūs sanctus dicit, Alleluia. [Cantate domino canticū nouū, laus eius in ecclesia sanctorū.] Quare? [Quia beneplacitū est domino in populo suo, quia exultabit sancti in gloria, quia exultationes dei in gurgure eorū, quia gladij ancipites in manibus eorū, ad faciendā vniuersā in nationibus, vt faciāt in eis iudiciū cōscriptū.] Ergo materia cānti vel laudis in hoc psalmo inde est, q̄ seculū iudicabit, & sc̄tōs suos in iudicio glorificauit. Psalmi vlt. g est & CL, itidē dicit sc̄tūs charitatis spūs, Alleluia. [Laudate dñm in sanctis eius.] Decies laudate dicit, & nullā causam cur laudēt subiūgit aut interponit, sicq; cōcludit ad vltimū, Omnis spūs laudet dñm. Ergo materia laudū in hoc psalmo illa est futuri seculi beatitudo ineffabilis q̄ quāta vel q̄lis sit, nō potest dici, nō potest estimari, q̄ oculus nō vidit, nec auris audiuit, q̄ in cor hōis non ascendit. 1. Corin. 13.

Qualiter Salomon eadem via, fidem & spem commendat & charitatem, in parabolis si-

dem, in Ecclesiaste spem, in Canticis charitatem. CAP. VI.  
**E**Andem fidei, spei, & charitatis intelligentiā, quā in David secuti sumus, ecce & in Salomone ostio patente, satis euidenter conspicimus. Tres enim ille libros scripsit, Parabolas Ecclesiasten, Cantica canticorum. Primus, id est, parabolarum liber vocat ad fidē. Secundus, id est, Ecclesiastes inuitat ad spem. Tertius, i. Cantica canticorū, sine dubio allicit ad charitatē.  
 HHh iij Nequa

- Nequaquam istud profundum perambulare aggredimur, sed ad alia festinantes quasi ex latere perstringemus. Ad fidem nos vocat in parabolis, dum in persona sapientiae, quae est Christus, dicit, [Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio, ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concēpta eram, necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes graui mole constituerant, ante colles ego parturiebar.] Ac deinceps. [Sapientia edificauit sibi domū, excidit columnas septē. Immolauit victimas suas, vinum miscuit, & propoluit mensam suam.] Nempe quod hic ait sapientia, dominus possedit me in initio viarum suarū, &c. hoc euangelista confirmans, in principio (inquit) erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deū, Et quod hic ait, Quando preparabat caelos aderam, quando certa lege vallabat abyssi, & caetera, cum eo eram cuncta componēs, hoc est, quod idem exprimens, omnia (inquit) per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Item quod hic ait, & delectabar per singulos dies ludens corā eo, omni tempore ludens in orbe terrarum, & delitig meae esse cum filiis hominum, hoc est quod ait idem qui supra. Quod factū est in ipso vita erat. Deinde quod ait hic, Sapientia edificauit sibi domum, hoc est, quod idem Euangelista dicit, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quod itidem ait, Excidit columnas septem, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem, & ad moenia ciuitatis, hoc est, spiritus sancti dona distribuit, & infirma mundi elegit, ut fortia vinceret, & vocaret ad fidē Euāgelij. Nam reuera quasi de Petra septem columnas excidit, cum de plenitudine diuinitatis corporaliter habitare in se, dona septiformis spiritus sancti credentibus in se diuidere nō desinit. Item dicit, [Bibe aquā de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuetur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide.] Quid hoc est dicere, nisi credendo in Christum, gratiam sancti spiritus accipere, ut possis alijs salutarem doctrinam propinare. Sic enim ipsa incarnata sapientia intelligi voluit, cum dixit, Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquae vitae. Ergo & quod postmodū ait, [Ut custodiat te à muliere mala, & à blanda lingua extraneae. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne captaris nutibus illius.] De vitanda doctrina haeretica, dictum recte intelligitur. Cum haec ita se habeant, quid est, quod initio parabolarum de vitanda sanguinis effusione exhortatur, nisi passionem CHRISTI respicit, quae salutis nostrae summa est, de qua maxime pendet nostra fides? Nam quia saluationis humanae summa est, recte ab illa sermones parabolicos exorsus est. [Fili mi (inquit) si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas, contra fontem frustra, & deglutiamus eum, sicut infernus viuentem, & caetera.] Nempe sic dixerunt peccatores pharisaei, & pontifices, & sic dicendo, laetauerunt miserum populum, & acquiescit eis. Sapientia verò nihilominus foris praedicauit, in plateis vocem suam dedit, in capite turbarum clamitauit. Tandemque non exaudita, dixit, [Ego quoque in interitum vestro ridebo, & subannabo, cum vobis quod timebatis aduenerit.] Quod timebatis, ait, subauditur, dicentes, Ne forte veniant Romani & tollant nostrum & locum & Gentem. In Ecclesiaste cui dubium est, quoniam ad futurorum spem nos instruat, dicendo, [Vanitas vanitatum, & omnia vanitas?] Quare omnia vanitas, nisi quia omnia transitoria? Et quare haec dicit, quare vniuersa quae sub caelo sunt vanitatis arguit, nisi ut spe futurorum quae seria, spe inuisibilium, quae aeterna sunt, haec praesentia, haec visibilia doceat debere contemni? Currit per omnia, iudicat omnia, omne quod in mundo est, omnem concupiscentiam carnis, omnem concupiscentiam oculorum, & cuncta vanitatis arguit. Et quaedam quidem in primis approbat. Verbi gratia, cum dicit, [Lætare iuuenis in adolescentia tua.] Verum postmodum resumpto iudicio rationis. [Adolescentia (inquit) & voluptas vana sunt.] Proinde & Ecclesiastes dicitur, quod interpretatur concionator, quia videlicet, prius infirmam de singulis sententiam ipse proponit, & ipse continuo velut concionando firmis rationibus in conspectu omnium destruit. Denique in calce libri quo tendat, euidenter ostendit. [Finem (inquit) loquendi omnes pariter audiamus. Deum time & mandata eius obserua.] Hoc enim est omnis homo. [Et cuncta quae sunt, adducet deus in iudicium pro omni erratu, siue bonum siue malum sit.] In Canticis ecclesia vniuersalis, vel etiam singulariter quaelibet anima fidelis, quae iam usque ad amorem dei profecit, hanc primam vocem emittit. [Osculetur me osculo oris sui.] Plane osculū oris ecclesia tunc adeptā est, quando dei filius incarnatus est, quando in thalamo vteri virginis diuina natura naturae humanae in vnā personā coniuncta est. Item quaelibet anima quae deū diligit, osculū adipiscitur, quando dulcedine diuinitatis ocella inspiratione gustare meretur, qui tamen cōtactus tam velociter transit, ut sibilo aurē leuis recte comparetur. Amplius autē & osculū & omnimodā coniunctionē tūc adipiscitur, quando corpore deposito, ad ipsam amatoris sui faciem videndam perducitur. Nihil immorandum est, nec enim necesse habemus docere aut doceri, quod charitas significetur totis libri huius vocibus, idcirco iam ad alia transeamus.

LIBRI PSALMORVM FINIS.

243

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN LIBROS REGVM, Commentariorum Liber Quintus.

Quod ait dominus ad Salomonem: quia habuisti hoc apud te, & quid sit peccatum suum quoniam apud se habere, & quod idcirco regnum eius abscindendum fore praedixit.

CAP. I.



Ixit itaque dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & praecpta mea quae mandauit tibi, dirumpens scindam regnum tuum, & dabo illud seruo tuo. Quia habuisti (inquit) hoc apud te. Cui sic dicitur, palam est quod peccatum suum necdum confiteatur. Nam apud se habet, cui quod fecit non displicet. Caeteri cui displicet, non apud se, sed contra se habere dicendus est. Nec enim abscondit, sed annūciat, nō defendit, sed accusat. Quoniam (inquit) iniquitatem meam ego cognosco, & peccatū meū contra me est semper. Item, Quoniam iniquitatem meā annūciabo. Idcirco dirumpens (ait) scindā regnū tuū, subaudit, quod penē cōtingit patri tuo, nisi quia iniquitatē suā annūciauit, & cogitauit pro peccato suo. Nam cecinit bucina Syba filius Bochri, dicēs, Nō est nobis pars in Dauid, neque hereditas in filio Isai. Et separatus est omnis Israel à Dauid, securusque est Syba filiū Bochri. Viri autē Iuda adhaeserunt regi suo. Regnū illi neque auferre Absalon, neque scindere potuit Syba, quia vix quod habuisti apud te, hoc ille apud se nō habebat. Minus peccauerat & ipsum peccatū à se excutiebat, accusabat, annūciabat.

Quod dixit, Et non custodisti pactum meum, & in quo Salomon iure denotetur qui sapientiam postulauit, quamuis hoc domino placuerit, quam in nocte per somnium accepit non perseueraturus.

CAP. II.

Et non custodisti (ait) pactum meum. Pactum quippe pepigeram tecum, in his verbis. Si autē ambulaueris in vijs meis, & custodieris praecpta mea, sicut ambulauit pater tuus, longos faciā dies tuos. Tu in vijs meis nō ambulasti, sed apud te habuisti hoc. Ego ergo debitor nō sum, ut longos faciā dies tuos. Hic iam recte quaeritur. Quare pactū in eundo sub conditione posuit, quod faceret dies eius longos. Videlicet, quia quod iure reprehendit, data sibi optione in illa nocte per somnium à domino dicente, Postula quod vis ut dem tibi, iste quod optimum fuisset, dies longos, dies aeternos non postulauit, sed sapientiam ad discernendū iudicium, cor docile adiudicandum populum postulauit. Quomodo ergo (inquit) scriptum est, Placuit sermo coram domino, quod Salomon rem huiusmodi postulauit? Ad haec (inquā) placuit ei, non tanquam summum vel perfectum bonum, sed tanquam bonum comparatione deteriorum. Proinde dicit, Quia non petisti tibi dies multos, nec diuitias, nec animam inimicorū, sed postulasti tibi sapientiam, ecce dedi tibi. Nempe diuitiae aut multi dies vitae praesentis, aut vltio de inimicis, bona quidem aliqua, sed infima sunt, gratia autē habere in oculis domini, & dies aeternitatis, verum summum atque perfectum bonum est. Porro sapientiam habere ad discernendum iudicium, bonum quidem, sed mediocre bonum est. Igitur placuit quidem coram domino, quod Salomon postulasset rem huiusmodi, reprehensibilis tamen in eo est, quod data sibi optione tam prona ad dandum largitate domini, bonum illud quod verū & summū est, non postulauit, recteque denotat quod sapientia in nocte & per somnium, nō perseueraturus accepit. Quod in isto iudicio deus Hieroboam scissuras regni tradiderit, & qualia populi peccata praecesserint.

CAP. III.

Factum est igitur in tempore illo, ut Hieroboam egrederetur de Hierusalem, & inueniret eum Ahias Sylonites propheta in via opertus pallio nouo. Erat enim duo tantū in agro. Apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo opertus erat, scidit in duodecim partes, & ait ad Hieroboam, Tolle tibi decē scissuras. Haec enim dicit dominus deus Israel, Ecce ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Manifesta & secundū rem congrua significatio est. In propheta dominus loquitur, domini autē quoddā pallium vel quasi vestis est, is quia adhaeret illi populus. Sed nunquid ignorabat dominus, qualis esset vel quid facturus esset Hieroboam, cui tot partes pallij tot tribus populi delegebatur? Nunquid (inquā) ignorabat, quod scissum à domo David populū accipiēs, à deo quoque scissurus esset faciēdo vitulū aureū quē pro deo coleret? Quare ergo talē populo suo regē acquisiuit? Nimirū rationabiliter hoc & cum iudicio fecit, eademque iustitia qua regem petentibus Saulem dedit, quē qualis furus esset ignorare non potuit. Nam & tunc Samuelem, imo in Samuele deum abieciēbat, ipso dicente, Nō enim te abiecerūt, sed me, & nūc indignantur Dauid regnare aut regnasse supra se.

Ex ipsa

1. Reg. 8. Ex ipsa gestorum serie perspicuum est hoc. Et in primordiis regni Davidici subtraxerunt se totis septem annis non sequentes, non approbantes electionem domini, superque solam tribum Iuda in Hebron regnavit David, & deinceps, semper dubij, semper infidi fuerunt, eidem David. Quem adversus illum rebellantem non susceperunt, qui Absolon filium adversus patrem constituerunt super se regem. Postquam ille periit, protinus ausum buccina personare secuti sunt Seba filium Bochri, dicendo, Non est nobis pars in David, neque hereditas in filio Isai. Nunc quoque invidiam suam prodiderunt, occasiones quaerendo adversus Roboam, & dicendo, Pater tuus durissimum iugum imposuit nobis, cum per illius sapientiam divites facti fuissent & inclyti. Igitur tanquam iudex, reos tali tradidit regi, qui volentes scinderet a domo David, volentes (inquam) scinderet a civitate David, divideretque a templo dei, a cultu unius & solius dei veri, & cupitis faceret servire simulachris.

*Cur tot scissuras pallij sui fecerit propheta, & quod extunc regnum Israel decem vicibus scissum sit.*

CAP. IIII.

**E**ST & adhuc quod quaeramus, Cur tot scissuras propheta fecit, cur pallium suum in duodecim partes scidit? Nempe si nihil aliud quam regni unius divisionem in duo regna significare volebat, poterat unum pallium scindere in duas partes, non aequas tanto iuxta modulum impares, quanto iuxta numerum decem tribubus erat minor tribus vna. Quare ergo prophetae imò spiritui domini, in propheta sic magis placuit, & tot scissuras fecit? Plane & in hoc verè rationis constantia est. Scissum nempe a domo David illud regnum Israel, deinceps adversus seipsum divisum fuit decies, & ita demum desolatum est, ut domus supra domum caderet, rege Assyriorum transferente Israel, iuxta Gozam fluviium, in civitates Medorum. Quas videlicet divisiones prosequi facile est. Filium huius Hieroboam nomine Nadab percussit Baasa, hæc secunda Israel scissura regni est. Eiusdem Baasa filium Hela occidit Zambri, regnavitque pro eo Zambri se in palatio incendit, obsidente Amri qui & pro eo regnavit. Post hunc regnavit Achab, & post eum filius eius Othozias, & post eum frater eius Ioram. Sed istum occidit Iehu, regnavitque pro eo usque ad quartam generationem. Quintum ab illo percussit Sellu, regnavitque pro eo. Sed & istum percussit Manahem, regnavitque pro eo. Filium quoque huius Phacee percussit Phacee filius Romelia, regnavitque pro eo. Sed & contra istum coniuravit Ozee, percussitque eum, & interfecit, regnavitque pro eo. Contra istum ascendit rex Assyriorum, & transtulit Israel in Assyrios. Hæc decima fuit scissura. Nam in Hieroboam prima, in Baasa secunda, in Zambri tertia, in Amri quarta, in Gehu quinta, in Sellu sexta, in Manahem septima, in Phacee filio Romelia octava, in Ozee nona, in rege Assyriorum qui divisos a deo & David rege suo divisit etiam loco transferendo in Assyrios, recte computatur decima. Bene igitur propheticus spiritus, dum regni unius divisionem in duo regna præcidit, pro signo tamen divisionis, decem scissuras Hieroboam tradidit, quia regnum suum decies dividendum fuit & ita fore desolandum, quod exemplum hæreticorum sit, qui scindunt se a domo David ab ecclesia Christi, & quod recte dictum sit. Porro vna tribus remanebit Salomonis, &c. Cum duæ possint dici, Iuda & Benjamin.

CAP. V.

**E**xemplum hoc hæreticorum est. Taliter & ab ecclesia scissi, & adversus seipsum divisi sunt, & sic regnum eorum desolatum est, & domus supra domum cecidit. Tribus Iuda quod interpretatur confessio, & civitas David, catholica ecclesia est, veram tenens confessionem vnicę fidei, a qua illi per scissuras exierunt, quemadmodum dicit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Huius videlicet catholice ecclesie, frater est dominus Iesus Christus, qui incarnatus sponsa, frater iste hic per hunc prophetam recte figuratur. Ahias quippe frater meus interpretatur. Antequam exissent ex nobis hæretici, vnum erant nobiscum pallium huius fratris nostri, per concordiam eiusdem religionis, per consonantiam eiusdem confessionis. Sed ex nobis exierunt, & errores suos secuti sunt. Ita illis exeuntibus, scissum est pallium & scissuræ Hieroboam traditæ sunt. Hieroboam interpretatur, dijudicans populum. Signat autem Hæresiarum quempiam, sic statu superbiæ suæ dijudicantem populum Christianum, quomodo ventus in area dijudicat paleam & granum. Flavit Arrius vel quilibet hæresiarum alius, & quo voluit statu suo vanos & carnales quosque impulit, qui etiam cum adhuc confiterentur se nobiscum nosse deum, factis negabant. Hoc modo hæresium autores populum, sæpe dijudicaverunt vtiliter. Nam necesse est, inquit Apostolus, hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti sint. Hic non negligendum est, quod cum dixisset propheta, Tolle tibi decem scissuras, subsecutus, Porro vna tribus (ait) remanebit Salomonis propter servum meum David. Nempe vna tribus & decem vndecim sunt. Nonne duodecim erant tribus Israel? Quare ergo vnam tantum tribum residuam dixit? Nonne regnavit Roboam super Iudam & Benjamin? Imò & de cæteris tribubus plerisque sub regno suo habuit. Sic etenim postmodum scriptum est, Super

Luc. 11.  
3. Reg. 15.  
3. Reg. 16.  
3. Reg. 22.  
4. Reg. 9.  
& 10.  
4. Reg. 15.  
4. Reg. 17.

1. Iohan. 2.  
Cant. 4.

Tit. 1.  
1. Cor. 11.

super filios autem Israel quicumque habitabant in civitatibus Iuda, regnavit Roboam. Ergo hic mysticè intelligendum, quia exeuntibus ex nobis hæreticis qui non erant ex nobis, quotquot in ecclesiastica pace manemus, rectè tribus vna dicimur, quia per schismata non diuidimur.

*Quod excogitatio vitulorum mislicè sit adinuentio omnis hæreticorum, quorum consortiū quantum sit vitandum, illud indicat, quod virum dei, quia panem ibi deceptus comedeat, leo inuenit & occidit.*

CAP. VI.

**E**T excogitato Hieroboam consilio fecit duos vitulos aureos, & dixit populo, Nolite vltra ascendere in Hierusalem. Ecce dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, &c. Excogitato (inquit) consilio, O cogitationem sine intellectu & consilium sine prudentia. Nunquid sic cogitando, & sic sibi consulendo regnare poterat stabilis, quam ponendo spem suam in domino? Potuit quidem deuocare populum, ne ascenderet ad sacrificandum in domo domini, sed non quem sperabat ex hac pessima radice, fructum recipere potuit regni diuturni, viginti duobus annis regnavit. Imò seruiuit vitulis aureis, seruus peccati, & regno simul & vita priuatus est, filioque sua Nadab poenam peccati, quod thesaurizauerat, hereditariam reliquit. Nam insidiatus est ei Baasa de domo Isachar, & percussit eum, sicque deletus est Hieroboam iuxta prophetæ iam dicti responsum, durumque nunciū, sicut mundari solet simus usque ad purum. Huic simile vit hæreticorum omne consilium. Nam & illi ne ascenderet populus in Hierusalem, ad sacrificandum domino, fecerunt vitulos aureos. Quid enim sermo hæreticus, nitidus & accurate cõpositus, nisi aureus vitulus? Aureus namque vitulus foris est speciosus, intus vacuus est, & sine sensu. Sic omne dogma hæreticorum foris ad demulcendum aures, sermonis habet nitorem, intus nullam habet virtutem. Adorant igitur vitulos aureos, quicumque propter sermonis venustatem, vanos & a virtute vacuos sectantur hæreticos. [Et ascendit Hieroboam super altare ut adoleret incensum.] Non dictum est, accessit ad altare siue ascendit ad altare, sed dictum est, ascendit super altare. Iuxta sensum iam dictum, hoc eleganter & proprie dictum. Hæretici namque super altaria sua ascendunt, quia non dei, sed suam gloriam querunt, quia semetipsos prædicant, non dominum Iesum Christum. Eorum quam vitandum sit consortiū, subiectum statim indicat exemplum. Virum dei qui venerat de Iuda in sermone domini Hieroboam stante super altare, & exclamauerat contra altare, leo inuenit in via, & occidit. Sic enim illi mandatum fuerat in sermone domini præcipientis. [Ne comedas panem, neque bibas aquam, nec reuertaris per viam qua uenisti.] Fessit autem eum pseudopropheta, & reduxit secum, comeditque panem in domo eius & bibit aquam. Occidit ergo eum ut prædictum est leo in via. Igitur consortium hæreticorum qui vitulos mendacij fabricauerunt, docemur vitare, & cum eiusmodi nec cibum sumere, ne inueniat nos leo in via, ne veniat super nos similis hæreticorum vindicta. Interea notandum est, quod hic propheta deceptus in semetipso poenam recepit, Hieroboam autem ipse quidem dormiuit cum patribus suis, filius autem eius hostili gladio percussus interijt. Nam qui per imprudentiam forte deceptus hæreticis communicauit, quasi in semetipso punitur, dum temporali præsentialiter poena mulcatur, qui autem hæresim per malitiam struxit quasi in filio sententiam recipit, dum in anima post hanc vitam mortem sempiternam incurrit.

*De Helia cuius typum gesserit in eo quod siccitatem induxit propter Achab & Iezabel, & quod paucorum eum corui, & quod ad viduam Sarephthanam missus sit.*

CAP. VII.

**P**ost hæc impietas creuit in Israel, cum super vitulos Hieroboam additus est Baal. Nam Achab filius Amri duxit uxorem Iezabel filiam Methabaal regis Sydoniorum, & abiit, & seruiuit Baal, & adorauit eum. Tunc surrexit Helias propheta, de habitatoribus Galaad, & verbo domini continuit cœlum, ut non plueret super terram annos tres, & menses sex. [Veniuit domus deus Israel (inquit) in cuius conspectu sto, si erit annis his, ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et factus est sermo domini ad eum, dicens, Surge, & vade in Sarephtham Sydoniorum, & manebis ibi, Præcepi enim tibi mulieri viduæ, ut pascat te.] & cætera. Euangelicæ lucerna lucem nobis spiritualis intelligentiæ, hoc loco demonstrat. Cum enim præmisisset dominus, utique dicitis mihi hanc similitudinem, Medice cura teipsum, quanta audiuius facta in Capharnaüm, fac & hic in patria tua, cõtinuò subiūxit, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Helie in Israel, quando clauum est cœli annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omnem terram, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarephtham Sydoniæ, ad mulierem viduam. Profecto, hæc dicens, illud intelligi voluit, quod ipse in patria sua non foret acceptus, & quemadmodum Helias ad viduam Sarephthanam transmigravit, relicta siccitate in Israel, sic ipse ad ecclesiam de gētibus transmigraturus esset, relicta fame verbi dei in Israel. Idcirco sic terribiliter præmisit, dicens, In veritate dico vobis, quæ vobis dictio magnā sonat cõminationem in imminētis. Mysticè igitur Helias

III. Re. XII.

3. Reg. 15.

3. Reg. 17.

3. Reg. 16.

III. Re. G. XVII.

Luc. 4.

eur Helias quod interpretatur deus dominus, ipse est dei filius cœli & terræ, deus & dominus. Achab quod interpretatur frater patris populus Iudaicus est, persecutor & occisor eiusdē dei, & dominus, frater (inquam) patris, id est, coheres diaboli patris sui, quod comprobatur iste Helias, iste deus & dominus cum dicit, Vos ex patre diabolo estis. Iezabel, quod interpretatur fluxus sanguinis, synagoga eiusdem populi est, quæ ex quo sic locuta est, Sanguis eius super nos & super filios nostros, nunc usque sanguine fluere non desinit. Cuius sub specie in Apocalypsi dicitur aduersus Iudaicam & omnem sectam euangelicæ fidei contrariam. Sed habeo aduersus te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetem, docere & seducere seruos meos, fornicari & manducare de idolothytis & cætera. Quid tandem est, quod Helias cœlum claudit, ne pluat & recedit, nisi quia Christus ora apostolorum clausit synagogæ peccatrici, & populo qui illū reiecit, & relicta illis siccitate, & fame audiendi siue intelligendi verbum dei, recessit. [Recede (inquit) dominus, & abscondere, coruscus præcepi ut pascant te.] Absconditū à Iudæis deum dominū, quem inuenire nō possunt, quia velamen malitiæ positū est super cor eorum, corui in primis pauerunt, quia peccatores humilī conscientia coruorū nigredinē imitantēs, cum fide & charitate, primi illū receperūt. Quod præuidens ipse quodam loco scribitis & pharisæis dixit, Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regnum dei. Corui isti primum in torrente Heliam pauerunt, quia publicani & peccatores primum in Iudæa Christum & apostolos eius receperūt. [Post dies autem siccatus est torrens.] Quia videlicet in breui sic fideles qui erant ex Iudæis rapinam bonorū suorū perpeffi sunt, à contribu- tibus suis, vt omnibus deficientibus ipsi egerēt. [Non enim pluerat super terram.] Imo terra illa salutarē veritatis, nō suscipiebat pluuiā. Factus est igitur sermo domini ad Heliam, dicens, Surge, & vade in Sarepthā Sydoniorū, &c. Sareptha oppidulū erat Sydoniorū, in viapublica sitū. Porro Sydō inutilis venatio interpretatur. Et quid eramus nos gētes, nisi venatio inutilis, venatio diaboli? Igitur vade, inquit, in Sarepthā Sydoniorū, id est, vade ad gētes, euāgeliza per publicū, prædica per mundū vniuersum. Ibi manebis, præcepi enim ibi mulieri viduæ, vt pascat te. Præcepi, præceptū posui quod non præteribit, præueni per prædestinationē gratiæ, mulier viduā, id est, gentilitatē quondā à diabolo virō iniquo malē nuptam, nūc autē illo foras eiecto viduam, vt pascat te, vt credat in te. Ibi manebis, cum illa eris usque ad cōsummationem seculi. [Surrexit, & abiit in Sareptham.] Surrexit (inquam) & abiit Christus, dicētibz aposto- lis, in quibus ipse loquebatur, Vobis quidem primum oportebat loqui verbū dei, sed quoniam repulisti illud, & indignos vos iudicasti æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. [Cumq; venisset ad portas ciuitatis, apparuit ei mulier vidua, colligens ligna.] Ad portam ciuitatis nunc Christus venit, quando primū gentilitas auditu parulo verbum dei suscepit. Tunc appa- ruit mulier vidua, tunc cito credens se obrulit, & ante faciem vocatis ait ecclesia. [Non (in- quit) habeo panem nisi quantum pugillus potest capere farinæ, in hydria, & paululum olei in lecytho. En colligo duo ligna, vt ingrediar & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus & moriamur.] Magnæ sibi paupertatis vera catholica ecclesia concia est. Non superbit, non extollitur, non sibi diues aut sufficiens videtur, quamdiu vidua est, quamdiu peregrinatur. Quicquid interim de verbo dei, de scientia dei consequitur, parū est, velut tantū farinæ quan- tum pugillus capere potest. Quicquid vnitatis habet à spiritu sancto, quasi parum olei in le- cytho est. Quod enim nunc per speculum in ænigmate videmus, quantum est ad compara- tionem perfectionis quam expectamus? Igitur non nisi parum farinæ, non nisi parum olei ha- beo, inquit, En colligo duo ligna, en meam consolator inoptam amplectens crucis ligna, vt fa- ciam mihi & filio meo, vt de modico quod habeo sermonem bonum conficiam auditori, nunc primum ad fidem initiato, vt comedamus & moriamur, nec enim nos iam comprehendisse arbitramur. Operamur cibum, qui non perit, operamur quantum possumus panem vitæ in sancto altari duobus lignis excoctum, cruce & passione Christi signatum accipimus, & da- mus, vt comedamus & moriamur. Confitemur enim, quia indigni hoc facimus, & idcirco di- gnū est vt moriamur, si absq; misericordia iudicemur. [Noli timere (inquit) sed vade, & fac si- cut dixisti. Veruntamen mihi primū fac de ipsa farinula subcinericiū panē paruulū, & affer ad me. Tibi autē & filio tuo facies postea.] Noli timere, sed vade habens spē vitæ, & fac sicut dixi- sti, credēs huic pmissioni, quia qui māducauerit ex hoc pane, viuet in æternū. Veruntamen vt timere nō debeas, vt merito spē habeas, vt in æternū viuas, de ipsa farinula, de ipsa fide tua, de ipsa traditiōe euangelica, mihi primū fac subcinericiū panem paruulū. Humilia in ieiunio ani- mam tuā, & offer dignū sacrificiū pœnitentiæ, & tūc demū tibi, & filio tuo facies. id est, dignē offeres, dignē percipies. [Hęc autē dicit dominus deus Israel, Hydria farinæ, nec lecythus olei imminue- tur, usque ad diē in qua daturus est dominus pluuiā super faciē terræ, [Nō deficiet, ait, sed vitæ ef- fectū habebit, usquequo det pluuiā super faciē terræ, usquequo veniat plenitudo refectiōis æter- næ.] Vbi dicit hæc dominus deus Israel: In euāgelio suo, in Apostolo suo, Quotiescunq; enim panē hūc māducabitis, & calicē bibetis (ait Apostolus) mortē dñi annuntiabitis, donec veniat.

De filio

De filio mulieris matrisfamilias quem suscitauit Helias, qui dicitur fuisse Ionas, & quid mysticè designet mors eius. CAP. VIII.

Factum est autem post verba hæc, egrotauit filius mulieris matrisfamilias, & erat languor fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Heliam. Quid mihi & tibi vir dei? Et reliqua. Huius mulieris viduæ filium, quæ Helias suscitauit, Hebræi Ionam sanctū esse affirmant, qui & in exordio sui voluminis dicitur filius Amathi. Ob hanc etiam causam, ipsum puerum vocatum esse (aiunt) filium Amathi, quia mater, ait, [Nunc cognoui, quia vir dei es tu, & verbum domini in ore tuo verum est.] Amathi enim in lingua nostra, veritatem sonat. Ex eo quod verum Helias locutus est, ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Et pulchrè de veritate columba nascitur. Ionas enim columba interpretatur. Mysticè autem hic idem intelligimus per viduæ filium, quod in euangelio per Marthæ & Mariæ fratrem La- zarus. Etenim tam per huius, quam per illarum domum, ecclesia rectè figuratur. Nam & in hac Helias, quod interpretatur deus dominus vt cunctis sustentabatur, & in illa deo domino Ie- su CHRISTO temporaliter ministrabatur. Igitur & hic viduæ filius, & illic Lazarus, pecca- torem significat ecclesiæ filium, qui post acceptam fidem in anima mortuus est, dignum mor- te admittendo peccatum. Hoc tamen interest, quod hic in domo suscitatur, ille quatruiduanus de sepulchro reuocatur. Quapropter hic & recenti casu peccatorem, & ille significat mala con- suetudinē fortentem. Dicit itaq; mulier vidua, dicit domino deo mater ecclesia, Quid mihi & tibi vir dei? Quid mecum iudicio contendis vir aut homo, idemq; deus & homo filij dei? [In- gressus es ad me, vt rememorentur iniquitates mex, vt interficeres filium meū.] Nempe tato pietatis affectu mater ecclesia pro filio suo peccatore iuste cōcitur, vt quod vnus de suis pec- cando moritur, suis imputet iniquitatibus. Hac pietate fortis, sic orat vt arguat, sic arguit, vt oret & vincat. Ait enim Helias, [Da mihi filium tuum.] Ait inquam dominus deus, Da mihi peccatorem tuum. Da mihi, age, horrare, vt per humilem confessionem præsens euasit. Hęc ait, [Tollensq; eum posuit super lectum suum.] Lectus Helias, lectus dei domini, sanctū est altare, mundusq; & religiosus conuentus sanctæ ecclesiæ. Illic expandit se, atq; metitur super puerum tribus vicibus, condescendit enim peccatori pœnitenti, recepta confessione & satisfactiōe, per quam patris & filij & spiritus sancti fides, quæ mortua fuerat, reuiuiscit, & reformatur, & vera est reformatio, & vera est demonstratio, dicentis, En viuuit filius tuus.

Quid reuersio Helia ostendens se Achab mysticè significet, & quid propheta Baal cla- mantēs, seq; cruentando concidentes, quid ignis inuocante Helia cadens de cœlo su- per holocaustum, & quid quod data est pluuiā, & quod Helias præcinctus lumbis currebat ante Achab. CAP. IX.

Post dies multos factū est verbum domini ad Heliam in anno tertio, dicens, Vade & osten- de te Achab, vt dem pluuiam super faciē terræ. & reliqua. Ad hoc ire, ad hoc missus est se ostendere, vt daretur pluuiā super faciē terræ. Et hoc factum est. [Rursum orauit, & ecce cœli cōtenebrati sunt, & nubes & ventus factus est & pluuiā grandis.] Ita futurum est, vt sic- citas & fames audiendi verbum dei, quæ in Israel contigit, venientibus & prædicantibus Enoch & Helia conuertatur in omnem plenitudinem diebus nouissimis. Sed quid hoc sibi vult, quod interim velut iratus accurrit Helias, quod nō cōmonitorijs vtitur verbis, sed cū iudicio agit, & quasi iurgio contendit? [Vade (inquit) Helias ad Abdiam, & dic domino deo tuo, Adest Helias.] Ac deinceps. [Venitq; Achab in occursum Helias, & cum vidisset eum, ait, Tu ne es ille qui conturbas Israel? Et ille ait, Non ego turbauit Israel, sed tu & domus patris tui, quia de reliquistis mandata domini, & secuti estis Baalim. Veruntamen nūc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in mōte Carmeli, & prophetas Baal, quadringentos quinquaginta, prophe- tascq; lucorum quadringentos qui comedunt de mensa Iezabel.] Ita factum est. Venerunt, ha- bitoq; certamine superior apparuit dominus exaudiendo per ignem. [Dixitq; omnis popu- lus, Dominus ipse est deus, dominus ipse est deus.] Protinus sequitur, [Dixitq; Helias ad eos, Apprehēdite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, duxit eos Helias ad torrentem Cyson, & interfecit eos ibi.] Quid hoc inquam sibi vult, quod daturō domino pluuiā super faciē terræ, prius Helias tanta zeli armatura accedit indurus? Illud nempe, quod in euangelio suo verus Helias, verus deus dominus prænunciando dicit, Cum autē videritis circundari ab exercitu Hierusalem, tūc scitote quia appropinquauit deso- latio eius. Ac deinceps, Erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadet in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gētes. Profecto tūc Helias, id est, deus dominus iratus contra sacerdotes Baal venit, quando nutu eiusdem dei domini Romanus exercitus Hierusa- lem ciuitatem circundedit. Deniq; quod nullus fidelis ambigit, Annas & Cayphas, cæteriq; sacerdotes, vniuersi seniores, omnes scribæ & pharisæi, qui contra dominū clamauerunt, sacer- dotes

dotes Baal extiterunt, imo sacerdotes Barrabæ latronis fuerunt. Pro Barraba contenderunt, pro latrone in certamine confiterunt. Persuaserunt populo vt Barrabam sibi dimitti peterent, lesum vero perderent. Ibi clamabat voce magna, dicendo, Tolle tolle, crucifige crucifige, & incldebant se iuxta ritum suum cultris & lanceolis donec perfunderentur sanguine. Iuxta ritum suum inquam, semper enim illis moris fuit, cruentare & cruentari, & nunc amplius sanguine perfusi sunt, dicendo, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Sed ecce sacerdotibus illis præeunte sacrificio Barrabæ sui deus pater nostrum Heliam, nostrum deum & dominum, per ignem exaudiuit, per illum enim spiritum sanctum nobis dedit. Quomodo? [Currebant inquit] aquæ circa altare, & fossa aquæductus repleta est. ] &c. Nempe lancea militis latus crucifixi domini patefaciēte, cucurrit aqua cum sanguine. Cecidit autē ignis de caelo, ignis inquam, de quo idem. Ignem inquit veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accendantur? Ille ignis statim post holocaustum cecidit, super Apostolos videlicet, quando apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, & cætera. Sane Abdias, cui occurrit Helias, & dixit, Vade & dic domino tuo, adest Helias, ipse est qui in ordine prophetarum quartus habetur. Abdias autē seruus domini interpretatur. Et recte hoc nomine vocatur, fecit enim quemadmodum seruus domini. [Seruus autem tuus inquit] timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatū est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini, quod abscondērim ex eis centum viros, quinquagenos & quinquagenos, & pauperim eos pane & aqua. ] Idcirco quia centum prophetas saluauerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus, factus est dux ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauperat, nunc in toro orbe Christi pascit ecclesias. Quod tandē data pluuia sequitur, [Et manus domini facta est super Heliam, accinctisq; lumbis, currebat ante Achab. ] Illius temporis fuit signū quo venturus est currens ante illū populum, vt cōuertat corda patrū ad filios, & cor filiorum ad patres eorū. Iuxta historiam superficiē hic nos exēplo suo docet in oratiōe habere perseuerantiā. Cum enim dixisset puero, Ascende & prospice cōtra mare, & ille contēplatus respondisset, nō est quicquā, ipse vt erat pronus in terrā perseuerās posita facie inter genua, reuertere ait septē vicibus. In septima autē vice, ecce nubecula parua quasi vestigium hominis, ascendebat de mari. Proinde Iacobus apostolus cum dixisset, Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini, hoc exemplum proponens. Helias homo erat similis nobis, passibilis & cætera. Ita concludit, Multum enim valet deprecatio iusti assidua.

Ex prologo in Abdiam. Luca. 1.

Iacobi. 5.

*De fuga eius, qua mori timens mori optauit, & cuius rei typus sit ipse vel iuniperus, illeq; cibis, cuius in fortitudine tot ieiunauit diebus.* CAP. X.

III. REG. XIX.

**M**isitq; Iezabel nunciū ad Heliam, dicens, Hæc mihi faciant dñi, & hæc addat, nisi hac hora cras poluero animam tuam sicut animam vnus ex illis. Timuit ergo Helias, & surgens abiit quocunq; eum ferebat voluntas. ] Paulo ante sic fortis Helias vt oculū clausum cōtineret, totq; prophetis Baal interfectis, coclum rursus aperiret, nunc autē sic infirmus, vt fugiat propter minas mulierum Iezabel turbatus, & præ pauore nesciens quo iret, palam quoq; suo fecit exemplo, quia nullus homo de seipso fortis est. Nō tamen eiusmodi infirmitas iure reprehenditur. Nam & in euangelio per concessionē loquitur dominus. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliā. Sed quid est quod mortem fugiens optat mori? Sequitur enim, [Cumq; venisset & lederet subter vnam iuniperū, petiuit animæ suæ vt moreretur. Et ait, Sufficit mihi domine, tolle animā meam. ] &c. Sufficit mihi dixit, diu nanq; vixerat. Siquidē ipse erat Phinees, filius Eleazari vt perhibet Hebræi. Quod verisimile videretur, nisi quod Phinees de tribu Leui extitit, & Helias de habitatoribus Galaad fuisse perhibetur, vt supra legitur. Galaad nanq; ciuitas à monte Galaad in quo condita est fortica vocabulum, quam & cepit de Amorrhæorum manu, Galaad filius Machir, filij Manasse. Nullam quippe de Manasse possederunt ciuitatē filij Aaron, de cuius filio Eleazaro ortus est Phinees. Sed de tribubus Iuda & Simeon, & Benjamin ciuitates quatuordecim. Sed ad propositum redeamus. Quid est, qd sic mori timet, vt mortem optet? Nihilominus & quod sequitur, quæsitū dignum est. [Proiecitq; se inquit] scriptura, & obdormiuit in vmbra iuniperi, ] &c. Semel obdormiuit, & deinde surgens comedit & bibit, iterum dormiuit, surgensq; denuo, comedit & bibit. [Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsq; ad montem dei Horeb. ] Nunquid casu hæc gesta sunt? Nō vtq; sed mysterijs prophetis plena sunt. Helias qui supra in spiritu fortitudinis agendo, dei & domini secundum nomen suum typum gerebat, ipse hoc loco in infirmitate sua generis humani figuram gerat. Ibi capitis, hic membrorū mysteriū est, Iezabel, qui mortem Helicæ intonat, mors æterna est, quæ per peccatum in hunc mundū introierat. Hanc quicunq; fugit, sedet subter iuniperum, id est, cōfugit ad sanctum & viuificū crucis dominicæ lignum, Currit ad baptismum, poscit dominicæ passionis sacramentū. Illic ambulat mortē, illic festinat cōmori Christo, ne ab Iezabel occidatur, complātari similitudini mortis Christi.

ris Christi, ne in æterna morte detineatur. Projicit ergo se in vmbra iuniperi, & obdormiscit id est, subijcit se cruci Christi, & cōmoriuit illi. Omnes inquit Apostolus quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Inde surgens inuitatur ab angelo domini ad prandium, id est, percipit à sacerdote dominici corporis & sanguinis sacramentum. Illud comedit & bibit, & tamen rursus obdormiscit. Quamuis enim Christo commortuus, mortē æternam euaserit Christianus, temporaliter tamen morte corporis est moriturus. Sed rursus angelus domini reuertitur, eumq; iteratō inuitat ad manducandum & bibendum. Surgit enim omnis qui dormit, veniente Christo in iussu, & in voce archangeli, in tuba dei, & manducabit deinceps semel tantum, & semper panem verum, panem angelorum, facie ad faciem videndo deum. In fortitudine illius cibi ambulabit ad montē dei quadraginta diebus & quadraginta noctibus. i. perseuerabit in cōternitate dei cūctis dieb; imo sine fine cū angelicis spiritibus.

*De interpellatione eius aduersus Israel, & diuino ad eum responso, & quid in spiritu grandi & forti subuertente montes, & conterente petras, quid in commotione, quid in igne, quid in sibilo auræ tenuis sit.* CAP. XI.

**C**umq; venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce sermo domini ad eum, Dixitq; illi, Quid hic agis Helias? At ille respondit, Zelo zelatus sum pro domino deo exercituum, quia dereliquerunt pactum domini filij Israel. Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & relictus sum ego solus. ] &c. Cuius rei fuerit hæc similitudo vel signū, Apostolus aperit, ex hoc loco sumens testimonium. An nescitis in Helia quid dicit scriptura, quemadmodum interpellat dominū aduersus Israel? Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua destruxerunt, & ego relictus sum solus, & quæruunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem milia viroꝝ, qui non curauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore reliquit secundū electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Ergo sicut supra diximus, in illis qui curauerunt genua Baal, mystice Iudæi, qui Barrabam sibi elegerunt, intelligendi sunt. Nam septem milia viroꝝ, qui ante Baal genua nō curauerunt, seipsum vult Apostolus intelligi, & cæteros qui ex Iudæis crediderunt. Quid porro intendens sic clamat, sic aduersus Israel interpellat, se solum remansisse existimans, qui non curauit genua ante Baal? Nempe illius aduentum suspirat, per quem reformandum in integrū dei cultū, tanquā propheta nouerat. Messiam quippe, id est, Christi iam aduenire optabat, iam cunctis pereuntibus in malum declinantibus tempus esse vt ille veniret, maiori cordis, quā labiorum voce clamabat. Ad hoc respondens dominus, [Egredere inquit] & sta in monte coram domino. Et ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis, subuertens montes, & conterens petras ante dominum. Non in spiritu dominus. Et post spiritum commotio. Non in commotione dominus. Et post cōmotionem ignis. Non in igne dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dominus. ] In spiritu grandi & forti subuertente montes, & conterente petras, futuram captiuitatem significat decem tribuum Israel, quæ facta est à Salmanasar rege Assyriorū regnate Osee. Non in spiritu inquit dominus, id est, nondum finis, nondū veniet Messias, dominus qui expectatur. In commotione transmigratiōē primam designat tribus Iuda, quæ tradendus erat Ioachim, rex Iuda in Babylonem cum quadraginta milibus, nemine relicto exceptis pauperibus. Non inquit in commotione dominus, id est, nondū finis nondum veniet dominus. In igne secundam captiuitatem Iuda & Hierusalem vult intelligi, quando rebellante Sedechia, iterum venit rex Babylonis, & succedit Nabuzardan princeps exercitus, domum domini & domū regis, omnemq; domum combussit igni, & muros Hierusalem in circuitu destruxit. Non inquit in igne dominus, id est, nondū templo exusto, & ciuitate destructa tempus erit dominici aduentus. Et post ignem sibilus auræ tenuis, & ibi dominus. Sibilus auræ tenuis, ocultus & secretus fuit aduentus domini, quem quasi de aura tenui, id est, de spiritu sancto Maria virgo concepit. Fuerunt autem à prædicto turbine vsq; ad commotionem, id est, à captiuitate decem tribuum, vsq; ad primam transmigratiōem filiorum Israel, anni circiter centū viginti septem, qui supputatur hoc modo, anno sexto Ezechie transtulit rex Assyriorū, Israel in Assyrios. Ipse autem Ezechias vigintinouem annis regnauit in Hierusalem. Ergo regni eius residui erant anni viginti quatuor. Qui cōiuncti cum quinquaginta quinque annis filij eius Manasse, ac duobus filijs eius Ammon, atq; triginta & vno Iosæ, ac deinde vndecim Elitachim, qui dictus est Ioachim, tandemq; tribus filij eius Ioachim, fiunt centum viginti septem ab illa commotione vsq; ad ignem, id est, à prima transmigratiōe, vsq; ad templi & ciuitatis exustionem fuere anni vndecim regni Sedechiæ. Ab illo igne siue ab illa captiuitate vsq; ad sibilum auræ tenuem, id est, Christi aduentum, quot anni interessent, Danieli his verbis reuelatum est. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & prophetia, & yngatur sanctus sanctorum, &c.

Gala. 3.

2. The. 4.

Rom. 11.

4. Reg. 17.

4. Reg. 25.

Dani. 9.

Nimirum eo tendebat Helias, ut deleteretur iniquitas per Christi aduentum, & adduceretur iustitia sempiterna, qui nunc abundante iniquitate se solum relictum esse putabat.

*Iuxta anagogen quid ille spiritus, quid commotio illa, quid ille ignis, quid ille sibilus, quid ipse Helias significet, operiens pallio vultum suum. CAP. XII.*

**I**uxta anagogen spiritus ante dominum, euerit montes, & petras coterit, quia pauor, qui ex motione, & igni non inesse dominus dicitur, esse vero in sibilo auræ tenuis non negat, quia nimirum mens cum in contemplationis sublimitate suspenditur, quicquid perfecte conspiciere preualet, deus non est. Cui vero subtile aliquid conspicit, hoc est, quod de incomprehensibili substantia æternitatis audit. Quasi enim sibilum auræ tenuis percipimus, cum sapore incircumscriptæ veritatis contemplatione subita subtiliter degustamus. Tunc ergo verum est, quod de deo cognoscimus, cum plene nos aliquid de illo cognoscere non posse sentimus. Unde bene subditur. [Quod cum audisset Helias, operuit vultum suum pallio, & ingressus, stetit in ostio speluæ,] &c. Post auræ tenuis sibilum, vultum suum operuit propheta, quia in ipsa subtilissima contemplatione veritatis, quanta ignorantia homo regatur agnoscit. Vultui namque pallium superducere est, ne mens altiora quære audeat, hæc ex consideratione propriæ infirmitatis velare, ut nequaquam intelligentiæ oculos ultra se precipitater aperiat, sed ad hoc quod apprehendere non valet, reuertenter claudat.

*Quomodo ad imperium domini Helias Heliseum prophetam, & Heliseus Iheu regem vnixerit super Israel, & quod contra decretum domini egerit Achab referendo Benadab, adeo quod diceret dominus: Erit anima tua pro anima eius, &c. CAP. XIII.*

**E**t ait dominus ad eum, Vade & reuertere in viam tuam per desertum in Damascum. Cumque peruenis illuc, vnges Azahel regem super Syriam, & Iheu filium Namsi vnges regem super Israel. Heliseus autem filium Saphath, qui est de Abelmaula vnges prophetam pro te. Et erit quicumque fugerit gladium Azahel, interficiet eum Iheu, & qui fugerit gladium Iheu, occidet eum Heliseus. Horum quæ præcepta sunt, vnum solum Helias continuo fecisse legitur. Profectus ergo inde, repperit Heliseum filium Saphath arantem in duodecim iugis bobus, & misit super illum pallium suum. Qui statim relictis bobus, cucurrit post Heliam. Hoc inquam solum Helias, cætera Heliseus fecit, postquam translatus est Helias. Et Azahel quidem non vnxit, sed stante illo coram eo cõtur batus est usque ad suffusionem vultus & fleuit. Cui Azahel ait, Quare dominus meus fleuit? At ille respondit, Quia scio quæ facturis sis filiis Israel mala, ad deinceps. Ostendit mihi dominus te regem Syriæ fore. Tunc Benadab rex Syriæ ægorabat. Continuo sequitur scriptura, Qui cum recessisset ab Heliseo, videlicet Azahel, venit ad dominum suum. Tulitque altera die stragulum, & infudit aqua, & expãdit super faciem eius. Quo mortuo, regnavit pro eo, Iheu autem filium Namsi postmodum vnxit. Vocauit vnum de filiis prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lentisculam olei hæc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Iheu filium Iosaphat, filij Namsi, & cætera. Quis ita immutauit decretum domini? Achab hoc fecit permissus iudicio domini. Non fecit Achab quod dominus voluerat, non secutus est iudicium, quod iudicauerat dominus super Benadab. Videamus historiam sequentia. [Benadab rex Syriæ, congregauit omnem exercitum suum, & triginta duos reges secum, & equos & currus & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam.] Ac deinceps. [Et ecce propheta vnus ascendens ad Achab regem Israel ait, Hæc dicit dominus, Certe vidisti omnem multitudinem hæc nimiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias quia ego sum dominus.] Illo dicente, [Per quem, per pedissequos, inquit, principum prouinciarum, & tu incipies præliari.] Ita factum est, Inito certamine fugerunt Syri, & persecutus est eos Israel, & percussit Syriam plaga magna. Postquam annus transierat recesserat Benadab Syros, & ascendit in Apheth, ut pugnaret contra Israel, Dixerunt enim serui eius. Dii montium, sunt dii eorum, ideo superauerunt nos. Sed melius est, ut pugnemus contra eos in campetribus, & obtinebimus eos. Dominus autem, quoniam inquit, dixerunt deus montium est dominus, & non deus vallium, dabo omnem multitudinem grandem hanc in manu tua. Ita factum est. Percusserunt filij Israel de Syris centum milia peditum in die vna, & super vigintiseptem milia hominum qui remanserant, cecidit murus ciuitatis Apheth, ad quam confugerant. Benadab postmodum semetipsum tradidit, & leuauit eum in currum suum Achab, pepigitque cum eo foedus, & dimisit eum. Dominus autem, quoniam inquit dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius. Claret, itaque quia Benadab regem dominus dignum morte iudicauerat, & idcirco iusserat pro illo vngi Azahel, mox traditurus illum in manu Achab. At ille superbus & vanus dimisit eum, ac proinde iuste in iudicium Saul incidit, qui Agag regem Amalech referuauit contra præceptum domini. Sententia dicentis, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius, hoc modo completa est. In anno tertio descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel.

Dixitque

**D**ixitque rex Israel ad seruos suos, An ignoratis, quod nostras Ramoth Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ? Ascendit itaque rex Israel & Iosaphat rex Iuda, in Ramoth Galaad. Commisso prælio, vnus tetendit arcum in incertum, & casu percussit regem Israel, inter pulmonem & stomachum. Fluebat autem sanguis plagæ in sinu currus. Sepelieruntque regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piscina Samariæ, & linxerunt canes sanguinem eius, & habenas lauerunt. Hoc modo, quia dimisit Benadab, fuit anima eius pro anima illius. Nec vero tantum, quia dimiserat illum impium morte dignum, verum etiam quia occiderat & possederat, occiderat inquam Naboth Iezraelitæ, & possederat vineam eius, quam ille vendere noluerat. Sic impius fuit Achab, ut virum dignum morte dimitteret de manu sua, & iustum occideret pro cupiditate sua. Recte igitur & ordine iudicij pulcherrimo, anima eius pro anima illius, ut ex illo quem dimiserat, occideret, & canes linxerunt sanguinem eius, cuius & carnes comedere debuerat iuxta verbum domini, quod locutus fuerat in manu Helisei serui sui. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comederit eum canes, si autem mortuus fuerit in agro, comederit eum volucres coeli. Sed humiliatus Achab causa dei, scidit vestem suam, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitque ac dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Idcirco dicit non inquit induc malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius. Porro populus eius hoc modo fuit pro populo Benadab. Regnate loræ filio eius, congregauit Benadab vniuersum exercitum suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque fames est magna in Samaria, & tadium obfusa est, donec venudaret caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoreis columbarum, quinque argenteis. Cumque rex Israel transiret per murum, mulier quaedam exclamauit ad eum dicens, Salua me domine mi rex, Qui ait, Non, Te saluet dominus. Unde te saluare possum, de area an de torculari? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ respondit, Mulier ista dixit mihi, Da filium tuum ut comedamus eum hodie, & filium meum comedamus cras. Coximus ergo filium meum, & comedimus, & cætera. Igitur Heliseus quidem mandauerat dominus vngere Azahel regem super Syriam, & ipsum tradiderat in manus Achab, sed mandatū hoc ut non impletur Helias, Achab permittente domino, in causa fuit, quod in malum illi & domui eius verum est. Nec tam dissolui poterat voluntas domini, quin moreretur vir mortem dignus Benadab, & regnaret Azahel, excepto quod vnctus non est, nec enim dignum erat, ut per prophetam vngeretur, qui dominum suum interficeret. Quomodo autem impletum est quod ait dominus, erit, quicumque fugerit gladium Azahel, occidet eum Iheu, & qui fugerit gladium Iheu, occidet eum Heliseus? Videlicet quicumque de domo Achab fugit gladium Azahel, qui Syriæ princeps erat & rex futurus, iam a domino decretus erat, occidet eum Iheu, deleuit enim vniuersam domum Achab. Quis autem effugit gladium Iheu, nisi Syriæ? Nepe Iheu si perfecte in via domini ambulasset, & sicut deleuit Baal de Israel, ita & multos, quos Hieroboam vitulos fecerat dereliquisset atque deleuisset, sicut percussisset domum Achab, ita Syriam quoque percutere meruisset. At ille a peccatis Hieroboam non recessit, & per hoc Syriam gladium eius effugit. Percussit autem eam Heliseus. Quomodo? Infra scriptum est. Heliseus ægorabat in infirmitate, qua & mortuus est, descenditque ad eum Iosaphat rex Israel, & flebat coram eo, dicebatque, Pater mi, pater mi, currus Israel, & auriga eius. Et ait Heliseus ad eum, Affer arcum & sagittas, Cumque attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel, Pone manum tuam super arcum, Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Heliseus manus suas manibus regis, & ait, Aperi fenestram orientalem. Cumque aperuisset, dixit Heliseus, Iace sagittam. Et iecit. Et ait Heliseus, Sagitta salutis domini, & sagitta salutis contra Syriam. Percutiesque Syriam in Apheth, donec columas eam. Et ait, Tolle sagittas. Qui cum tulisset rursum, dixit ei, Percute iaculo terram, Et cum percussisset tribus vicibus, & stetit, iratus est contra eum vir dei, & ait, Si percussisses quinquies aut sexies siue septies, percussisses Syriam usque ad consummationem. Nunc autem tribus vicibus percutes eam. Iosaphat iste nepos erat Iheu, id est, filius Iosaphat filij eius. Igitur qui fugit gladium Iheu interfecit eum Heliseus. i. Syriam quam Iheu vel posteri eius ad percutiendum conlequi non merebantur, non quidem manu, sed meritis percussit Heliseus.

*De morte Naboth Iezraelitæ, quod ipse quoque innocentie Christi præco moriendo fuerit, & cuius rei vinea eius, cupiditas Achab, & Iezabel impietas, typus extiterint. CAP. XIII.*

**R**erum bellicarum diuinis breuiter causis pro posse redditis, nunc demum ad prophetalem Helisei & Helisei gratiam redire cupimus, sed ecce sanguinem Naboth de agro Iezrael clamantem audimus, ut eum in mysterijs Christi domini silentio præterire non debeamus. Habet quippe sanctorum auctoritas, quia quomodo propter sanguinem eius, qui effusus est in Iezrael, deleta est domus Achab, ut Helisei vaticinium completeretur, sic propter sanguinem veri Iezrael, hoc est seminis dei regnum destructum est Iudæorum. Ergo quantum ad reliqua properantes, diuertamus ad hunc innocentie Christi præconem. [Locutus est Achab ad Naboth dicens, Da mihi vineam tuam, ut faciam mihi hortum oleorum, quia vicina est & prope domum meam. Daboque tibi pro ea vineam meliorem, aut si tibi comodiუს putas argenti precium, quanto digna est dabo. Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi dominus, ne dem hereditatem patrum meorum tibi.] Naboth

III REG. XXI.  
Ili iij conspicuus

conspicuis siue sessio interpretatur vel certe exclusio. Sessionis vel exclusionis nomē Christo bene congruit, propter suae passionis humilitatem, actamq; extra ciuitatem ad crucifigendū ipsius exclusionem. Porro conspicuus factus est per resurrectionē & ascensionē, extunc habens nomē quod est super omne nomē. Naboth iste Iezraelites erat. Bene Iezraelites. Iezrael quippe interpretatur semē dei, quod utiq; nō aliud est, nisi filius dei. Huic erat vinea videlicet illa, de qua loquitur euāgelica parabola. Nam erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & septem circumdedit ei, & cetera. Da mihi vineam tuam, inquit Achab, ut faciam mihi hortum olei, per Achab, quod interpretatur frater patris, Iudaicum populū supra diximus significari, fratrem. i. cohredē, patris sui diaboli, ex quo sibi crucifixit patris omniū dei, Da mihi, inquit vineā tuā, ut faciā mihi hortum olei. Quod est dicere, Ad nostros libitus nobis permittite fidem & spē patriarcharū, legē quoq; & testamentū, ut in voluptatibus terrenis expēdamus honorē vel merita patrū sanctorum. Ad hęc ille. Propitius inquit, sit mihi dominus, ne dem hereditatem patrū meorū tibi. Absit, Absit ait, ut concedā talibus debere dici, vel esse semen Abraham, filios dei, heredes regni dei. Sed si estis filij Abraham, opera vtriusq; Abraham facite, vineę meę, vineę patris mei fructus afferite. [Venit ergo Achab in domū suā, indignās & frendēs. Et p̄i cīs se in lectū suū, auertit facie suā ad parietē, & nō comedit panē. Ingressa est autē ad eū Iezabel vxor sua, dixitq; ei, Quid est hoc? &c.] Quantū indignati sint, quantū frenduerint Iudaei legentes miramur, & ammirantes legimus, iuxta prędictā euāgelij parabolā, qui prius seruos patrisfamilias missos apprehendētes, alij ceciderunt, alij occiderunt, alij verō lapidauerunt. Hoc fecerunt semel & iterū. Nouissime autē missum ad se filium, patre dicēte, Verebitur filium suum. illi vidētes, dixerunt, Hic est hęc, Venite occidamus eum, & habebimus hereditatem eius. Hoc pessimū consiliū impia cōflauit Iezabel, impia synagoga, impij scribę & pharisęi, seniores populi, & pontifices. Occidamus eum, & nostra erit hereditas. occidamus eum & Romani nō veniēt tollere & nostrum locum & gentē [Prędicatē, inquit, Iezabel ieiunij, & sedere facite inquit Naboth inter primates populi, & submittere duos viros filios Belial cōtra eum, & falsum testimoniū dicant, Benedixit deum & regem, & educite eum, & lapidate, sicq; moriāē.] O hypocrysin, deo odibilē, iuxta ipsam literę superficiē. Prędicatē ieiunij, Quam ob causam? Ob magnum piaculum, ob immane sacrilegiū, quia Naboth maledixit deum, quia Naboth blasphemauit deum insuper & regē, cum sic dicat lex. Principi populi tui nō maledices. Et qui blasphemauerit deum, morte moriatur. Idcirco prędicatē ieiunij, & dicite, Omnes ieiunemus, omnes humiliemur, quia tantū diebus nostris nephas audiuimus, ne fortē cum blasphemato, pariter a terra deglutiāmur. Plane hoc illi simile est, q̄ princeps sacerdotum cum dixisset, Adiuo te per deū viuū, ut dicas nobis, si tu es Christus filius dei, illo respondente, Tu dixisti, Scidit vestimēta sua, ille magnus & fortis æmulator dei, & dixit, Blasphemauit. Quid adhuc egemus testibus? Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid vobis videtur? At illi dixerunt, Reus est mortis. Illi inquam simile est. Quare autē sedere fecerunt Naboth inter primates populi, & tunc demum submitterunt testes contra eum? Nimirum quia Naboth de primariis erat populi, & ut totus videretur speciosus ordo iudicij, primū in ordine suo sedit, ut postquā testes locuti fuissent, tunc demū honore priuatus postremo vita priuaretur. Hoc iam pulchre nefario modo palliata incessit nequissima hypocrisis. Quid multa? Duxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Imo duxerunt dominum extra ciuitatē, & crucifixerūt. Sed hęc dicit dominus. [Occidisti, insuper & possidisti.] Et post hęc addidit. [In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoq; tuū sanguinem.] Ac deinceps. [Canes comedent Iezabel in agro Iezrael, &c.] Iuxta historiam, hęc ita facta sunt, [Iehu introeuntē, respexit Iezabel per fenestrā oculis suis sibi depictis atq; ornato capite, & ait, Nunquid pax potest esse Zambri qui interfecit dominū suū? Videlicet ut quantū hora permittebat, interfectorem suum castigaret, & de proximo territū exēplo a necē sua cōpesceret, sic locuta est, atq; ut placere interim possit, oculis atq; capite ornata est. [At ille dixit eunuchis, Pręcipitate eā deorsum. Et pręcipitauerunt eam. Postmodū. Cum requireretur indulta sepultura, quia filia regis erat, nō inuenerūt, nisi caluariam & pedes, & summas manus, reliqua namq; canes comederant.] Hęc nimirū vindicta sanguinis Naboth, vindicta sanguinis Christi portentum fuit. Hoc pręcipitum Iezabel, illud pręcipitum pręsignauit, quod Hieremias pręuidens lamentando, dicit sub specie Babyloica, quę plens erat, captiuatis. Pręcipitum dominus omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda, & desecit in terrā. Polluit regnum & principes eius. Item, Pręcipitum dominus Irael, pręcipitum omnia moenia eius, repleuit in filia Iuda, humiliatum, & humiliatā. Pręcipitum illud toto orbe auditum est. Ecce synagoga illa quę Christū occidit, vbi est? Nempe quicquid superesse videtur, tale vel tantum est, quantum fuit quod de corpore Iezabel superaret canibus. Mortuū est omne tam regnum quam sacerdotij eius. canes, id est, maligni spiritus, deuorant quicquid religionis fabricando aut sacrificando deo sese offerre arbitrantur. Hinc iam ad superiora reuertamur.

De Helia

De Helia & Heliseo quid mysticē significet, quod pallium suū posuit super eum, & ille relictis bobus cucurrit post eum.

CAP. XV.

¶ Vmque venisset Helias ad Heliseum, misit pallium suū super illum. Qui statim relictis bobus, cucurrit post Heliam. In Helia deus & dominus Christus, in Heliseo chorus apostolorum eius rectē intelligitur. Transferendus Helias pallium suū super Heliseum posuit, quia videlicet deus & dominus Christus ex hoc mundo ad patrē transurus, officium simul spiritum suum apostolis dedit. Quod meū erat, inquit Helias, fecit tibi. Nepe deus & dominus Christus quod suum erat, fecit apostolis, postremo dicēs ad eos, Sicur misit me pater, & ego mitto vos. Relictis bobus Heliseus cucurrit post Heliam, id est, relictis omnibus negotijs nudū & expeditū apostoli executi sunt dispensationem euāgelij sibi ereditam. Deinceps historicus ordo sic se habet, [Misit ad eum Ochozias quinquagenarium principē, & quinquaginta qui erant sub eo, (videlicet ut eū apprehenderent) Dixerat enim, Nunquid quia nō erat deus in Irael, misisti ut consulatur Beelzebub deus Accharon? Ideo de lectulo, super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Ascendit ad eum quinquagenarius, sedentiq; in vertice montis, ait, Homo dei rex pręcepit ut descendas. Si, inquit, homo dei sum, descēdat ignis de cœlo & deuoret te & quinquaginta tuos.] Hoc semel & iterum factum est. Quinquagenarius tertius cum venisset, curauit genua cōtra Heliam, & deprecatus est pro anima sua, & pro anima illorum qui secum erant. Deinde sequitur, [Factum est autem cum leuare vellet dominus Heliam, per turbinem in cœlum, ibant Helias & Heliseus de Galgalis.

¶ Quid in mysterio pręsignet, quod Helias est leuatus in cœlū, quid primus & secundus quinquagenarius qui cœlesti igne cōsumpti sunt, & quid tertius, qui se humiliādo saluatus est. Cap. XVI.

¶ Lana historia, prout res gestę sunt, ordine necessario textitur. Quę autē in his figurata sunt, oportet ut ordine prępostero requiramus. In mysterio quippe prius est, q̄ Helias in cœlū leuatur, postero q̄ executores eius primi & secundi, descendente de cœlo igne, deuorantur. Siquidē prius deus dominus Christus in cœlū ascendit, & postmodū misit Beelzebub executores suos primos & secundos, quos tandē ignis æternus in die iudicij deuorabit. Primus quinquagenarius, Nero fuit, qui primus aduersus nomen Christianū leges conscripsit, edicta proposuit. Huius quinquagenarij quinquaginta, fuerunt omnes qui deinceps exēplum eius secuti sunt, & sciuendo in martyres, Christi nomen exterminare voluerunt. Beelzebub ad quem cōsulendū miserat Ochozias, in euāgelio quoq; princeps dæmoniorū nuncupatur. Ergo Nerone quoq; misit Beelzebub, id est diabolus. Secundus quinquagenarius, Antichristus erit, & quinquagenarij eius omnes impij qui aduentu eius ad necē sanctorū armabuntur. Tertius quinquagenarius, & quinquaginta qui erant cū eo, persecutores illos designant, qui de crudelitate & proposito malo per penitentiam respiciūt. Hoc significat, iste genua sua curuando, precando & dicendo, Homo dei, nolī despiciere animam meam, & animam seruorum tuorū qui mecum sunt, &c. Non dixit quemadmodū ille primus sedenti in vertice mōtis, homo dei, rex pręcepit ut descendas. aut quemadmodū ille secundus, hęc dicit rex, Festina descēde. Dicere namq; Helia, rex pręcepit ut descendas de montis vertice, aut festina, descēde, id est, velle Christū de cœlo deponere, ut nullus fateri audeat, deū dominū Christum in cœlū ascendisse. Hos igitur & illos, i. primos & secūdos deuorabit ignis in vltimo iudicio, tertij autē & oēs quinquaginta ei, vniuersos qui penitentiam egerūt, saluabit deus dominus in illo aduētū suo.

¶ Quid mysticē significet, quod Helias in cœlum leuandus pallio suo Iordanis aquas percussit ac diuisit, & quid quod Heliseus qui tertio sedere permixsus, sedere noluit, sed cum illo perseveranter iuit.

CAP. XVII.

¶ Erunt ergo ambo pariter, & quinquaginta viri de filiis pphetarū secuti sunt. Qui steterūt de cōtra Iogē. Illi autē stabāt ambo super Iordanē. Tulitq; Helias palliū suū, & inuoluit illud & percussit aquas, quę diuisę sunt in vtrāq; partē, & trāsierunt ambo per siccū. Heliseus tertio per cōcessionē dimissus ut sederet, noluit sedere, sed potius cū Helia pariter ire. Dixerat primo Helias, Sede hic, quia dñs misit me vsq; in Bethel. Dixerat secūdo, Sede hic, quia dñs misit me in Hiericho. Dixerat tertio, Sede hic, quia dñs misit me vsq; ad Iordanē. Ille perstitit, & ad omnia hęc vnū eundemq; sermonē respōdit, Viuit dominus, & viuit anima mea, quia nō derelinquā te. Planē hoc perseverantię bono, beatos significat apostolos, qui suū Helia, suū deū, & dominū perseveranter secuti, nō contenti cōplere pręceptū, nisi etiā proficiscerēt vsq; ad perficiendū consiliū. Nempe q̄ ait Helias, Sede hic, nō pręcipiendū, sed permittēdo dixit, quo videlicet ille permisso pro magistri amore noluit vti. Sic nimirū apostoli & apostolici viri, postq̄ impleuerunt pręcepta, Verbi gratia, Non occides, non mechaberis, nec permixsus, id est, coniugio vel re familiarī, pro amore Christi voluerūt vti. Propter quod dicit, Vos estis qui permixsus mecum in tentationibus meis. Igit inquit scripturā, ambo pariter ierūt, steteruntq; super Iordanem. Iordanem constat baptismi sacramentum significare. Porrō baptismum ipsū in morte

III iij

in morte

3. Reg. 19.

Iohan. 20.

III. Reg. 1.

CAP. II.

Luca 22.

in morte Christi manifestū est esse conditū. Oēs enim quicūq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Igit̄ vsq; ad Iordanē venerunt vsq; ad passionis articulū, dñm suū Christi apostoli secuti sunt. Et si metu percussī, secundū corpus ad tēpus fugerūt, mēte tamen cū illo perstiterunt. Tulit Helias pallium suū, & percussit aquas, id est, tradidit Christus corpus suū, & parafacto latere suo, per sanguinē & aquā decurrentē, saluare baptisimi nobis consecrauit aquas. Diuisæ sunt aquæ, & transierunt vterq; per siccū. Mors nanq; soluta est, & Christus resurrexit à mortuis, & apostoli per eandem mortem redempti sunt.

De eo quod ait: Postula quod vis ut dem tibi, &c. qualiter itidem in ascensione Christi apostolis factum sit.

CAP. XVIII.

**C**umq; transissent, Helias dixit ad Helisæum. Postula quod vis, ut faciam tibi, antequam tollar à te. Dixit Helisæus, Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me. Qui respondit, Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me quando tollar à te, erit quod petisti. Si autem non videris, non erit. Postula inquit quod vis, ut faciam tibi. Hoc ille dixit cum transissent, dominus autē noster hoc ipsum dixit apostolis suis in ipso trāsitu, intra ipsum passionis agnēnem, sciens quia venit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem. Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. vsq; modo non petistis quicquam in nomine meo, Petite & accipietis. Et ille quidem sciuit petere, dicens, Obsecro ut fiat spiritus tuus duplex in me, Apostoli autem petere nesciuerunt. Sed occurrit prompta largitoris benignitas, & antequam peterent quasi duplicem spiritum promisit, dicens, Amen amen dico vobis qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet, quia ego ad patrem vado, Nempe maiora facere id quodammodo est duplicem Christi spiritum habere. Quomodo autē discipuli Christi maiora q̄ Christus opera fecerunt? Quæ nam possunt esse maiora? Ut cætera taceam, Christus salutaris doctrinæ sermonem in vna tantū gēte illa non valde magna prædicauit, vna tantum lingua, scilicet Hebræa, & paucissimos ex eis cōuertit, At verò apostoli, postmodū sancto spiritu accepto, linguis omnibus, cœlestis sapientia sermonem cunctis gentibus locuti sunt, qui erant homines idiotæ, & sine literis, & innumerabilem de cunctis gentibus multitudinem fructuoso labore acquisierunt. Item, Christus missus à patre, venit tantū in spiritu mansuetudinis, apostoli autē apostolorumq; successores missi à Christo, venerunt ad nos in virga simul & in spiritu mansuetudinis. Virga potestas disciplinae est, quia Christus neminem coercuit, Spiritus mansuetudinis præsens est sermo exhortationis, quo solo vltus est, non tantū habitus, ut ei quēq; corripere prælationis iure vacaret. Igitur Helisæi spiritus in Helisæo duplex est, duplex inquam in apostolis Christi, officium vel effectus modo aliquo est. Sanè iuxta literam, Helisæi signa fecit, Rē inquit difficilem postulasti. Attamen si videris quando tollar à te, erit quod petisti, Si autē nō videris, nō erit. Velut ex latere meritū tetigit Helisæi, videlicet quia perseuerando cū illo cū rotis sibi dictū esset, se de hic, illud meruit, ut quasi hæreditario iure spiritum perciperet magistri munere duplici.

De curru igneo, quo est eleuatus, & quod nec aliquis ante vel post Christum sic ascendit, vel possit ascendere in cœlum quomodo Christus.

CAP. XIX.

**C**umq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunq;. Et ascendit Helias per turbīnē in cœlū. Helisæus autē videbat & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et non vidit eum amplius. Currus, quo moris erat, reges ac principes vectari, dignitatem significat beati viri qui verè dignus est, & honorem consequitur, quem deus honorare decreuit. Quod igneus apparuit, meritū indicat zeli fortissimi, quo pro domino deo exercituum zelatus est plus cæteris. Nō inquit vidit eum amplius. Hoc beatificans vir sapiens, nos inquit vita viuimus tantum, post mortem autē non erit tale nomen nostrum Helias qui in turbine vectus est. Et continuo subiungit, Et in Helisæo completus est spiritus eius. Quomodo completus est? Videlicet ut hoc esset ipse quod magis trum esse fatebatur, id est, currus Israel & auriga eius. Sic enim & illi dixit rex Israel egrotanti in infirmitate qua & mortuus est. Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Currus nimirum portando Israel meritū, auriga regendo Israel, reponis prophetias. Et ille quidem quia homo erat, & nō deus, curru indiguit quo in cœlū leuaretur, in cœlū inquam nō æthereū, sed æereum, in aliquam terræ secretam regionem demittendus circa finem seculi ad persolendum mortis debitum rediturus. At verò Christus verè secundum nomen Helisæi deus & dominus sine curru, sine aliquo vehiculo, vel angelorū ministerio, in cœlum ascendit, in cœlum surus est. Quemadmodum dicit, Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo filius hominis qui est in cœlo. Nos quippe ascendere in cœlum non possumus, sed quia ille caput nostrum est, & nos membra sumus, diuina eius virtute subleuamur atque portamur.

Quid

Quid sit mystice quod Helisæus vestimenta scidit, quodq; pallio Helisæi primo percussit aquas, & diuisæ non sunt, secundo percussit, & diuisæ sunt. CAP. XX.

**A**pprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit palliū Helisæi quod ceciderat ei. Reuersusq; stetit super ripam Iordanis, & pallio Helisæi quod ceciderat ei, percussit aquas, & nō sunt diuisæ. Er dixit, Vbi est deus Helisæi, etiam nunc? Percussit aquas, & diuisæ sunt huc atque illuc, & transiuit Helisæus. Vetera vestimenta apostolorum carnaliter erant ceremonie ludæorum. Porro Christi pallium, sanctum est euangelium. Helisæus ergo apprehendens, scidit vestimenta sua, leuauitq; palliū Helisæi quod ei ceciderat, quia videlicet apostoli edocti spiritu sancto, carnalia reiecerunt à se, legis instituta detrimentum reputantes, & arbitranter ut stercora, Christi autem euangelium susceperunt quod eis tradiderat, quod eis reliquerat. Ventum est ad aquas Iordanis, & illo Helisæus pallio percussit aquas. Sciam nanq; in Iudæa prædicare cœperunt apostoli euangelium Christi, prædicare cœperūt gratiā baptisimi, Et aquæ non sunt diuisæ inquit. Certum est, quia diuisæ non sunt, nec Helisæo transiuit præbuerunt. Iudæi nanq; prædicatibus apostolis nō cesserunt, gratiā Christi nō reciperūt. Inuocato deo Helisæi percussit aquas, & diuisæ sunt, & trāsuiit Helisæus. Diuisæ sunt aquę iterata percussione, i. recepta est baptisimi gratiā missa ad alios, i. ad gentes, euangelij prædicatione. Tūc transiuit Helisæus, tunc inquam viam habuit dñi salus, apostolis prædicantibus atq; per publicum nō sine magno fructu portantibus. Helisæus nanq; dei mei salus interpretatur.

Quid sit mystice quod Helisæus in Hiericho habitauit, & aquas steriles terramq; pessimam mittendo sal in vase nouo sanauit.

CAP. XXI.

**I**lle autem habitauit in Hiericho. Dixerunt quoq; viri ciuitatis illius ad Helisæum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse domine perspicias & aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait, Afferre mihi vas nouum, & mitte in illud sal. Qui cū attulissent, egressus ad fontē aquarum, misit in illum sal, & ait, Hæc dicit dominus, Sanauit aquas has, & nō erit in eis vltra mors neq; sterilitas. Habitabat inquit Helisæus in Hiericho. Ex quo Hierosolymitani, id est, Iudæi, quibus oportebat primū loqui verbum dei, repulerunt illum, & indignos se iudicauerunt æternæ vitæ. Helisæus habitauit in Hiericho, Helisæus inquam, i. dei salus, habitauit in gente populorū quondā destructo atq; anathematizato, sicut in diebus Iosue fuit, illa ciuitas Hiericho. Verū hāc inhabitando fecit, ut quæ erat Hiericho, id est, defectus, nunc sic sancta indeficientis fidei Sion. Habitatio ciuitatis huius inquit Hierichorini optima est, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. Nepe hoc dixerunt & veraciter dicere potuerūt, quibus pessimæ & amara legis aquę propinabatur, sicut habemus in actibus Apostolorū, Cum venissent apostoli, & congressissent ecclesiā, retulerunt, quāta fecisset deus cū illis, quia aperuisset gētibus ostiū fidei. Et quidā descendentes de Iudæa docebāt fratres, quia nisi circumcidamini secundū morē Moysi, non potestis salui fieri. Ac deinceps, Surrexerunt autē quidam de hæresi pharisæorum, qui crederant, dicentes, quia oportet circumcidi eos, præcipere quoq; seruare legem Moysi. Nimirū eorū, quibus dicebatur hæc verba ista sunt, Ecce habitatio huius ciuitatis optima est, sed aquę pessimæ sunt, & terra sterilis est. Quod est dicere, In Christum credere, optimum est, sed obseruationes legis importabiles sunt, & labor inutilis. Quod continuo Petrus apostolus cōprobans dicit, Nunc ergo quod tenetis deū, imponere iugū super ceruicē discipulorū, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Afferre mihi vas nouū, inquit Helisæus, & mitte in illud sal. Hoc nepe & protinus factū est, dū tacētib; omnibus, respondēs Iacobus, orationem suā ita concludit, Propter quod ego iudico nō inquietari eos qui ex gētibus cōuertuntur ad dominum, sed scribere ad eos ut abstineant se à contaminationibus simulachrorū, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Denique abstinere ab huiusmodi, hoc est vas nouum afferre, nam illa erant de vetusto vase, de vetusto homine. Porro in nouū vas sal mittere, hoc est, cum discretionē agendo, non inquietari renatos spiritu mentis suæ, de laboriosa & inutili legis obseruatione. Hoc factū veraciter dicat dominus, Sanauit aquas has, & non erit vltra in eis mors neque sterilitas. Quomodo sanauit aquas has? Vtiq; data spiritali intelligētia, quia carnaliter legem intelligere, mors erat, sterilitas erat. Intelligere autē spiritaliter sanitas est, vita est. Dicit enim Apostolus, Litera occidit, spiritus autem viuificat.

Quod Helisæo ascendere per viā, pueri illuserunt, & idcirco eos duo viri de saltu egressi lacerauerunt, portentum fuisse mirabilis excidiū Hierosolymorum, sub Tito & Vespasiano, pro eo quod Christo illuserunt.

CAP. XXII.

**A**scendit autē inde Bethel. Cumq; ascēderet per viā, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei dicētes, Ascende calue, ascende calue, qui cū respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine dñi. Egressiq; sunt duo viri de saltu, & lacerauerūt ex eis quadraginta duos pueros. Post illa quę ante dicta sunt, miro & mystico ordine sequit̄ hoc factū. Quid enim nisi

Iohan. 16.

Iohan. 14.

Acto. 2.

Acto. 16.

Iosue 6.

Acto. 14.

Ibid. 13.

4. Reg. 1.

Iohan. 3.

2. Cor. 3.



nisi portentum fuit miserabilis excidij Hierosolymorū, quod post ascensionē domini in Helīa præfiguratum, & post transitū apostolorum ad gentes, qui per Helīsum habitantem in Hiericho signatus est, constat esse factū: Duo nempe vrsi de saltu egressi sunt, & pueros lacerauerunt, quia duo imperatores, Vespasianus pater, & Titus filius ab vrbe Roma venerūt, & ludæos interfecerunt. Quam ob causam? Videlicet quia pueri Helīæo illuserunt, quia stulti ludæi, & principes eorū pueri centū annorū, propter quod & maledicti sunt, domino nostro illuserunt, & eū conspuerunt, faciē eius velauerūt, colaphizauerunt, purpura induerunt, spinis coronauerunt, flagellauerunt, tandemq; dixerūt, Ascende, calue, ascende, calue. Quorū in locū caluarie, in crucē ascende. Cur enim tantus vir pueros in nomine domini malediceret, nisi lusum eorū prophetico spiritu intellexerit? Nā quod intellexerit ipsa litera præfens innuit. Cū inquit respexisset, vidit eos, & maledixit, Planē vidit eos, & intellexit eos, intellexit in eis pueros futuros, pueros malignos, de quibus iā dictum est. Non ergo maledictio hæc ex amaritudine irascētis, sed ex ratione fuit prævidentis. Hoc iam Helīæ signū tertium fuit. Numerada quippe sunt, vt palam constet illud factū esse, quod petiuit, id est, quod spiritus Helīæ in eo duplex factus sit. Primum ergo signum fuit, q̄ Helīæ pallio percussit aquas, & diuisæ sunt. Secundum, quod aquas pessimas sanauit. Tertium, quod pueris tam efficaciter maledixit.

*Quod cantante psalte, facta est super Helīsum manus domini, euidentis esse documentum, quia non semper aderat spiritus sanctus prophetis, quodq; ad inuocandum spiritum sanctum cum sermone diuinæ laudis, multum valet sonus musica dulcedinis.*

CAP. XXIII.

**P**orro Mesa rex Moab nutrebat pecora multa, & soluebat regi Israel centū milia agnorum, & centum milia arietum cum velleribus suis. Cumq; mortuus fuisset Achab, præuaricatus est foedus, &c. Quartum virtutis opus hæc narratio continet. [Perrexerūt, inquit rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, & circueierunt per viam septem diebus, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebatur eos.] Ac deinceps. [Nunc autem inquit Helīseus] adducite mihi psalten. Cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus domini, & ait, Facite in alueum torrentis huius fossas, & fossas. Hæc enim dicit dominus, Non videbitis ventū neq; pluuiam, & alueus iste replebitur aquis. Insuper tradetur etiam Moab in manu vestra. Ita factū est. Hic ex vno miraculo viri dei, geminum capimus fructum eruditionis. Primo, vt sciamus quia non semper spiritus aderat prophetis, præter vnum prophetam, magnum prophetarū dominū, cui nuncq; spiritus defuit, cuius hoc propriū signum fuit. Super quē videris spiritū descendente, & manente super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Qui enim dicit, Nunc adducite mihi psalten, claret quia nō habet propheticā gratiam in se manente, cuius inuocans aduentum per cantū psaltæ se præparat in occursum. Deinde ex hoc discimus, quantū cū diuinæ laudis sermone musicæ dulcedinis sonus ad inuocandū prosit spiritum sanctum. Cū inquit caneret psaltes, facta est super eum manus domini. Mouet enim intus musica vi quadā & potētia naturali spiritū hominis, & tum decenter cōuenit cum verbo vel sensu diuinæ laudis, cōcutit penetralia cordis, & illā quā accepit homo resuscitat in eo gratiā spiritus dei. Quod optime expertus est, & experies primus psaltes inclytus dicit, Os meū aperui, & attraxi spiritum.

*Quale in eo mysterium sit, quod mulier parum olei quod habebat per vacua vasa, effudit, quæ cuncta vsque ad summum repleta sunt.*

CAP. XXIII.

**M**ulier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Helīsum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus est, & tu nosti quia seruus tuus fuit vir timens deum. Et ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos ad seruiendum tibi. Cui dixit Helīseus, Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi quid habes in domo tua? At illa respondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, nisi parum olei, quo vngar, & cætera. Prophetæ dictis mulier obediuit, & ex eo quod parum olei habebat per vasa vacua effudit, quæ cuncta vsq; ad summum repleta sunt, & ex eorum repletionē mulier à creditoris sui debito est soluta. Quid per hanc mulierem, nisi sancta ecclesia designatur, duorum populorum, id est, Iudæici & gentilis, quasi duorū filiorū mater? Quæ prius ex peruerso opere per callidū spiritus persuasionē quasi quosdam peccati nummos à creditore acceperat, & duos quos in fide genuit, amittere timebat. Sed prophetæ verbis, id est, scripturæ sacræ præceptis obediens, ex prauo quod habebat olei vasa vacua infundit, quia dum ab vnus ore doctoris, ex prauo quod habebat multorum vacuæ mentes audiunt exuberante gratiā vnguento diuinī amoris vsq; ad summum replentur. Etiam nunc multorū quæ prius fuerant vacua vasa, vnguento spiritus plena sunt, quæ ex paucitate olei solummodo insusa videbantur. Quod dum alijs atq; alijs datur, & ab auditoribus fides accipitur, erepta mulier videlicet sancta ecclesia sub creditoris sui iam debito non tenetur. Quintum hoc spiritus dei miraculum fuit.

Quale

*Quale in eo mysterium sit, quod filium Sunamitis puer ab Helīæo missus cum baculo non suscitauit.*

CAPVT XXV.

**S**extum continuū succedit. [Facta est quædam dies, & transibat Helīseus per Sunam civitatem. Erat autē ibi mulier magna, & cætera.] Cū miraculo, simul & mysteriū est in eo quod filius Sunamitis huius puer ab Helīæo missus cū baculo non suscitauit, per semetipsum verò Helīseus veniens, seq; super mortuū sternens, atq; ad eius mēbra se colligens, huc, illucq; deambulans, & in ore mortui septies aspirans, hunc ad rediuiam lucē protinus per ministerium cōpassionis animauit. Author quippe humani generis deus, quasi mortuū puerū doluit, cū extinctos nos iniquitatis aculeo miseratus aspexit. Et quia per Moysen terrorē legis protulit, quasi per puerū virgam misit. Per legē quippe deus virgam tenuerat, cū dicebat, Si quis hæc vel illa fecerit, morte moriatur. A peccati igitur morte timor suscitare non valuit, sed ad statum vitæ aspirata mansuetudinis gratia erexit. Sed puer cum baculo mortuū suscitare nō valuit, quia Paulo attestante nil ad perfectum adduxit lex. Ipse autē per semetipsum veniens, & super cadaver humiliter sternens ad exæquanda sibi mortua mēbra, se collegit, quia cū in forma dei esset, non rapinā est arbitratus esse se æquale deo, sed semetipsum exinanivit formā serui accipiens, in similitudine hominū factus, & habitū inuēctus vt homo. Huc illucq; deambulans, & iudæa iuxta & iōgē postas gētes vocat. Super mortuū septies inspirat, quia per apertionē diuini muneris gratiæ septiformis spiritū, in peccati morte iacētibus aspirat. Moxq; viuens erigit, quia is quē terroris virga suscitare nō potuit, per amoris spiritū puer ad vitā redit.

Hebr. 7.

Philip. 2.

Gene. 2.

1. Tim. 2.

*Quid sit mysticè, quod eundem quem suscitauit Helīseus eidem mulieri in virtute dei contulerat filium.*

CAP. XXVI.

**S**eptimum decimus hoc Helīæi fuisse miraculum. Sed quid est, q̄ eundem quē suscitauit, eidem mulieri in virtute dei contulerat filium? Sic enim res gesta est. [Dixitq; ad Giezi puerum suū, Loquere ad Sunamiten hanc. Ecce sedulē in omnibus ministrasti nobis. Quid vis vt faciam tibi? Dixitq; Giezi, Filiū non habet, & vir eius senex est. Præcepit itaq; vt vocaret eam. Quæ cū steterat ad ostium, dixit ad eam. In tempore isto, & in hac eadem hora, si vita comes fuerit, habebis in vtero filium.] Nonne ergo geminum circa Sunamiten hanc factū est miraculum? Est planē & magnū nihilominus ad diuinum pertinens mysteriū. Nam quomodo Helīseus puerum quem suscitaret ipse obrinuit, sic dei filius genus humanū, quod supradictō modo viuificauit, ipse benedictione sua concipi & nasci fecit. Dixit enim deus, formatis hominibus primis, Crescite & multiplicamini, & hæc dicēdo benedixit. Cæterū multitudinē vitiōsæ legēris, quæ supra numerū excreuit, nō pertinens ad viuificā redemptionē Christi corrupta natura spontē pducit, permittēte iusta ira dei cū post peccatū dicit mulieri, Multiplicabo ærinas tuas, & cōceptus tuos. Est itaq; in vno puero sextū simul & septimū, prophetici spiritus miraculū.

*De coquoquintida, cuius gustum valde amarum, Helīseus dulcorauit, quod hereticorum doctrina illi similis sit.*

CAP. XXVII.

**O**ctauum continuū sequitur. [Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabāt coram eo. Dixitq; vni de pueris suis, Pone ollam grandem & coque pulmentum filijs prophetarum, & cætera. Mors inquit in olla vir dei.] Spiritualiter quoque mors in olla est, quoties in scripturarum constructione, quibus quasi grandi olla reficimur, amaritudo heretica commiscetur. Nam vitis syluestris, quæ id quod esse videtur, non est, siue coquoquintida, quæ si milititer vt cucurbita per terrā flagella tendit, sed valde amara est, heretici simulationes innuit, qui speciem quidem habet pietatis, sed virtutē eius abnegauit. Quoties igitur eiusmodi mortem sano sermone vir catholicus corrigit, profectō Helīseus, id est, Christus, qui in illo loquitur, farinam in ollam mittit, vt non sit amplius quicquam amaritudinis.

*Quod de paucis panibus turbam hominum saturauit, cui rei in Christo simile sit.*

CAPVT XXVIII.

**N**onum fuit miraculum, in eo quod turbam hominum paucis de panibus saturauit, videlicet in typum eius, qui & ipse de paucis panibus multa hominum milia corpora ter saturauit, & nunc vsque spiritualiter de paucis prophetarum & apostolorum libris vnuerfam ecclesiam reficit. [Cognedent, inquit, & supererit.] Planē ita facimus, & ita fit, legendo atq; exponendo comedimus quantum possumus & multū superest, quod in intellectu vel memorie nostræ ventrem transmittere non velemus.

Math. 6. Iohan. 6.

*De lepra Naaman Syri quæ curata est, lauando in Iordane septies, quod in facto illo præfigurata sit gratia baptismi, qua gentilis à peccati lepra mundatus est operante spiritu sancto septiformi.*

CAP. XXIX.

Decimū,

**D**ecimum, curatio fuit Naaman Syri. In quo quid mysticè intelligere debeamus, dñs in-  
 nuit, dum dicentibus sibi, quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria  
 tua, respondit, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. In ve-  
 ritate dico vobis, quia multi leprosi erant in Israel, sub Helisæo propheta, & nemo illorū cu-  
 ratus est, nisi Naaman Syrus. Igitur sensum ad intentionem domini sequentes, in Naaman qui  
 de illa patria non erat, nosmetipsos, nos inquam gentes rectè intelligamus, qui ab Israel secun-  
 dum carnem, & à testamento dei alieni eramus. Maxime autem Romanum imperium hic ad-  
 uertimus. Princeps enim erat Naaman militiæ regis Syriæ. Syria sublimitas interpretatur.  
 Ergo rex Syriæ princeps est mundi huius. Sublimis enim & superbus erat hic mundus. Cer-  
 tum autem est, quia sub illo principe Romanum imperium mundo principabatur. Illud igitur  
 in persona Naaman rectè intelligimus. Quod vir magnus erat, quod vir fortis & diues, sed lepro-  
 sus erat, ad hunc intellectum parenter operatur. Nam reuera magnus erat, forte, & ditissimū  
 erat Romanum imperium, sed leprosum. Magnus leprosus, magna innumerabilium errorum  
 lepra coopertus erat. Porro de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuam duxerant de  
 terra Israel puellam paruulam, quæ erat in obsequio vxorum Naaman. Puella ista, sancta  
 scriptura erat. Porro latrunculi, Pythagoras, Socrates, Plato, cæteri que suere philosophi, qui re-  
 uera quasi latrocinando captiuam de terra Israel duxerant puellam hanc, furrim leuitando  
 & ad suos erroneos sensus violenter insectando, quamlibet sanctæ scripturæ particulā, eamque  
 variæ philosophiæ quasi vxori Naaman subseruire cogebant, [Quæ ait ad dominam suam,  
 Vtinam fuisset dominus meus ad prophetā, qui est in Samaria, profectō curasset eum à lepra  
 quam habet.] Bene hæc puella dixit, si fuisset dominus meus ad prophetam. [Sed rex Syriæ  
 misit illū cum literis ad regem Israel Ioram.] Sic nimirū princeps mundi huius, volentes mul-  
 tos ingredi vel tenere veritatis viā, in prauitatem detorsit hæreticam, cuius typū gerebat rex  
 Israel, vt supra diximus, scissus à domo Dauid, & aureis seruis vitulis. Tandē venit Naaman  
 cum equis, & equitibus, & curribus, & stetit ad ostium domus Helisæi. [Misitque ad eum He-  
 lisæus nuntium, dicens, Vade & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque  
 mundaberis. Descendit & lauit in Iordane septies, & restituta est caro eius sicut caro pueri paru-  
 uuli, & mundatus est.] Norū est, quia ad leprosum istum, de quo loquimur, non per semetip-  
 sum venit Helisæus, sed misit ad eum. Non enim gentibus prædicauit Christus per semetip-  
 sum, sed prædicatores suos misit eis, iam assumptus in cælum. Vade inquit & laua te, id est,  
 confitere fidem Christi, & baptizare. Septies laua te, id est, non solum aqua, sed & septiformi spi-  
 ritu renascere. Descendit & lauit, id est, humiliatus est mundus sub potenti manu dei, & ba-  
 ptismū in remissionē peccatorū suscepit. Restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, id est,  
 pristinā innocentiam recepit, concorporatus Christo paruulo, id est, humili atque innocenti. Om-  
 nes enim (inquit Apostolus) qui in Christo baptizati estis, Christum induistis.

*Quod ait Naaman, vt ignoscat mihi deus pro hac re, si rege innitente super manum,  
 & cætera, quomodo non sit contrarium sensui apostoli, qui nec recumbere in idolio  
 concedit.*

CAP. XXX.

**D**ixitque Naaman, Obsecro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorum burdonum  
 de terra. Non enim faciet seruus tuus vltra holocaustum, aut victimas dijs alienis, nisi  
 domino. Hoc autem solum est, de quo preceris dominum pro seruo tuo, quando ingrediatur  
 dominus meus templum Remmon vt adoret, & illo innitente super manum meam, si adora-  
 uero in templo Remmon adorante eo in eodē loco, vt ignoscat mihi dominus seruo tuo pro  
 hac re. Qui dixit ei, Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo tēpore. Vade in pace dixit, & hoc  
 dicto bonæ voluntatis hominem securum reddidit. Apostolus autē dicit, Si viderit quis eum  
 qui habet scientiam in idolio recumbentem, nonne conscientia eius, cū sit infirma, edificabitur  
 ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua scientia frater, pro quo Christus mor-  
 tuus est. Ergone contrarij sibi sunt apostolus & propheta, dum hic ne saltem recumbere an-  
 nuat, hic autē etiā adorare in idolio concedit? Non quidē cōcedit propheta adorare Remmon  
 in templo Remmon, sed adorare deum in templo Remmon, qui cum vbiq; sit, poterat ado-  
 rari & in templo Remmon. Attamen plus esse videtur in idolio adorare, q̄ in idolio recum-  
 bere. Num inquam in hac diuersitate sibi sunt contrarij? Non vtiq; sed vtrinque veritas, non  
 dissona, vim discretionis exigit. Videlicet in hac parte discernimur, atque discernimus, cū quid  
 eiusmodi agimus vel patimur, si conscientia teste sine grauiori dispendio, id quod incurrimus  
 euadere non valemus. Ea nempe discretionē, & Apostolus ipse defenditur, ne iudicetur sibi  
 met esse contrarius, qui & Timotheum circumcidit, & tamen ad Galatas scribens, dicit, Si cir-  
 cuncidamini, Christus nihil vobis proderit. Denique suomet iudicio Christus ei nihil prodesset  
 si non urgente necessitate discipulum circumcidisset. Item sacrificia & incensum Iudæorū, cum  
 Esaiæ. Et cetera festiuitates eorum odit anima dei. Sicut per Esaiam dicit, ex quo manus eorū pollutæ  
 sunt

sunt sanguine Christi. Propter quod & prædictus Apostolus in epistola sua, pro Christo hæc  
 detrimentū facit, & arbitrat vt stercorea. At idem in actibus Apostolorū, quid fecit necessi-  
 tate urgente? Assumptis viris impendit illis, vt raderent capita, & postera die purificatus cū  
 illis intrauit in templū, annuntians expletionē dierū purificationis, donec offerretur pro vno  
 quoque eorū oblatio. Igitur propheta atque apostoli, imò quod amplius etiā vnus atque eiusdē Apo-  
 stoli dicta atque exempla non sibi contraria sunt, sed cor datum hominem virtute discretionis  
 vtentem, vtiliter erudiunt, vt sciat quando malorū communionem vel societatem patienter  
 sustinere, quando sapienter debeat deuitare. Quam discretionis opē, qui non affectu sunt, te-  
 merè nimis interdū scandala faciūt, & dissensiones in ecclesia nutriunt, rectè dicas, quæ æmula-  
 tionē dei habet, sed nō secundū scientiā. Sanè quæ ait Syrus ille, cōcede mihi seruo tuo, vt tollā  
 onus duorū burdonū de terra pro extruēdo altari dño deo Israel, id sollicitus obsecrat. Est autē  
 burdo animal magis oneriferū, vt pote ex equo & alina natū. Abijt ab eo electo tēpore. I. verno  
 tempore, cum in florē cuncta erumpunt, & anni tēpus electum est, vel cū transeuntes per viā  
 carpunt, & eligunt ē vicinis agris quodcūque ad manum venerit diuersis floribus inuitati.

*Quorum vel qualium in ecclesia typum gesserit Giezi, cui propter cupiditatis culpam  
 lepra Naaman adhesit.*

CAP. XXXI.

**D**ixitque Giezi puer viri dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet  
 ab eo quæ artulit. Viuit dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid, &  
 cætera. Hoc Helisæi miraculum vndecimum est. Verè in gratia prophetica miradum quod  
 corpore abiens, Cor meum, inquit, in præsentem erat, quando reuersus est homo de curru suo  
 in occursum tibi. Et quod tam efficaciter sententiam dare potuit, dicendo, [Sed & lepra Naa-  
 man adhærebit tibi. Egressus est enim ab eo leprosus quasi nix.] Et pulchrè miraculum in  
 peccatorem, vndecimo loco ponitur, decimo autem illud in quo per emundationem Syri, iu-  
 stificatio significatur. Omne enim peccatum vnderarium est, quia dum peruersa agit, præ-  
 cepta decalogi transit. Vt autem sensum mysticum prosequamur intuentium hoc Giezi ex-  
 emplum, gratiæ dei venditoribus in hac scripturæ arce propositum est. Omnis quippe qui  
 gratis dat, quia gratis accepit, qui euang. elizando, non quæ sua sunt quærit, sed quæ Iesu Chri-  
 sti, ipse est Helisæus. Qui autem lucrum ex euangelio, imò quod pessimum est, ex impositione  
 manuum quærit, ipse est Giezi. Peccata quippe quæ emundare videtur in se transponit, leprā  
 tantorum suscipit, quantis illo detestabili mercimonio talentum callidus emunxit.

*De miraculo quo ferrum de manubrio elapsum redijt, & super aquam natauit, cuius rei  
 typus fuerit.*

CAP. XXXII.

**D**ixerunt autē filij prophetarum ad Helisæum, Ecce locus in quo habitamus corā te an-  
 gustus est nobis. Eamus vsque Iordanē, & tollant singulī de sylvā materias singulas, vt  
 ædificemus nobis ibi domū ad habitandum, &c. [Duodecimū hoc miraculum est. Mirū quip-  
 pe fuit, quod ferrum securis ex manubrio in profundum Iordanis elapsum, sursum redijt, & super  
 aquam natauit. Mysticè de seruando intelligentiæ dono exemplum hoc factū datū est. Ferrum  
 quippe in manubrio, est donū intellectus in corde. Lignū verò per hoc cædere, est praua agen-  
 tes increpare. Quod nonnunquam dū fluxe agitur, dū lapsus vanæ gloriæ in accepta eadem  
 scientiā, nō vitatur, ferrum in aqua perditur, quia ex dissoluto opere intelligentiā fatuat. Quā  
 profectō intelligentiam ad hoc electis nouimus dari, vt ante dantis oculos ex bona debeant  
 actiōe restitui. Vnde & rectè is qui ferrū amiserat, clamabat, [Heu, heu, heu domine mi, & hoc  
 ipsum mutuū acceperā.] Habent enim hoc electi propriū, vt si quando eis in sua conscientia,  
 furtiua vanæ gloriæ culpa subrepat, ac cor velociter redeant, & quicquid in se ante districti iu-  
 dicis oculos dānabile inueniunt, lachrymis inlequantur. Qui flentes nō solum cautè inspicūt,  
 quæ mala cōmiserunt, sed ex accepto munere, quæ reddere etiā bona debuerunt, quia nimis  
 rum tanto se amplius peccatores sentiunt, quāto ex neglectis bonis, quæ agere poterāt, debito-  
 res tenentur. Rectè ergo qui ferrū perdidit, clamabat, Heu, heu, heu, & hoc ipsum mutuū accepe-  
 ram. Ac si dicat, Illud per dissolutionē negligentiæ perdidit, quod vt per bona opera redderē, ex  
 gratiā creditorū accepi. Sed nunquam deus mentē deserit, quæ in peccatis se veraciter agno-  
 scit. Vnde & mox Helisæus veniēs, lignū deorsum mittit, & ferrū in superficiem attollit, quia  
 videlicet redemptor noster, piē nos respiciens cor peccatorū humiliat, & ei quam amiserat re-  
 format intelligentiam, lignum mergit & releuat, quia cor affligit, & scientiam reparat.

*De miraculo, quo Syrus cæcitate percussit, & rursum videre fecit, quod nobis quoque in hoc  
 ostensum sit, plures esse nobiscum, quā cū hostibus salutis nostræ, & quod erga illos per-  
 fectam charitatem exhibuit.*

CAP. XXXIII.

**R**ex autē Syriæ pugnabat contra Israel. Consiliumque inijt cum seruis suis, dicens, In loco  
 illo, & illo, ponamus insidias. Misit itaque vir dei ad regē Israel, dicens, Caue ne transeas in  
 loco

loco illo, quia ibi Syri in insidijs sunt, &c.] Tertiumdecimum fuit hoc miraculum. [Vidēs minister viri dei quos miserat rex Syriæ currus, & equos, & exercitum in circuitu ciuitatis, Heu, heu, inquit domine mi, Quid faciemus? At ille, Noli timere, plures enim nobiscum sunt, cum illis. Cumq; orasset Heliseus, aperuit dominus oculos pueri, & vidit, & ecce mōs plenus equorum & curruum igneorū, in circuitu Helisei. Rursum orauit, & hostes cæcitate percussit. Orauit tertio, rursumq; apertis oculis viderunt se esse in medio Samariæ.] Et nos dicamus quoties ab inimicis Christi visibilibus seu inuisibilibus circumdamur, dicamus inquam fidem habentes, spem retinentes, charitate deo propinquantes. Noli timere, & anima, noli timere ecclesia, plures enim nobiscum sunt, q̄ cum illis. Nepe si de inuisibili contra malignos spiritus certamine agit, nobiscum est dominus, nobiscum est angelorū exercitus, nobiscum est spiritualis pugne princeps, & victorię opifex, spiritus sanctus. Si autē visibile aduersus hereticos certamē proponitur, nihilominus nobiscum est dñs, nobiscum est apostolorū chorus, nobiscum est patriarcharū & prophetarū numerus, nobiscum est candidatus martyriū exercitus, nobiscum est patriarcharū & scriptura, sanctus veritatis spiritus. Planē iuxta historiā præsentī loco propheta tali miraculo dignū se fuisse ostendit. Dicte rege Israel. [Nunquid percussit eos pater mi? Nō percussit, inquit.] Et continuō, Pone, inquit, panē & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadāt ad dominū suum. Si igitur eius exēplo equorū, & curruum igneorū, præsidium circa nos semper paratum esse cupimus, eius nihilominus exemplo carbonēs ignis super capita inimicorū nostrorum congeramus, Cum enim scriptura dixerit, Si eluriet inimicus tuus, ciba illū, si sitit, potum da illi, continuō subiunxit. Hoc enim faciens carbonēs ignis cōgeres super caput eius, ita videlicet, vt ad poenitentiam compungatur, tuo beneficio victus.

Rom. 11.

*De obsidione Samariæ qua iuxta verbum Helisei modius similia statere vno, & duo modij hordei statere vno fuerunt in porta Samariæ.*

**F**actum est igitur post hæc, Congregauit Benadab rex Syriæ vniuersum exercitū suū, & ascendit & obsidebat Samariā. Factaq; est fames magna in Samaria. [Hoc malum supererat de sententiā domini, quam dixerat per Helīā cōtra regē Achab propter Benadab, quia dimisisti virū dignū morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo illius. Anima illius pro anima huius iam dudum fuerat, pugnando quippe cōtra illum in Ramoth Galaad, sagitta percussus, & mortuus est. Hoc ergo supererat, & pro populo Benadab erit populus Achab, Tandiu.] [Obsessā est Samaria donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars capi stercoreū columbarū quinq; argenteis.] Mulieres eorum pactum miserabile fecerunt. [Da filium tuū, vt comedamus eū hodie, & filium meum comedamus cras.] Hic Heliseus persecutionis sanctorum particeps fuit. [At enim rex, Hęc mihi faciat dominus, & hęc addat, si stererit caput Helisei filij Saphath super eū hodie. Timuit hic etiā vt Helias, & non quidē fugit, sed dixit, [Nunquid scitis quod miserit filius homicidæ huc, vt præcidat caput meum? Videte ergo cum venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire. Venit nuntius] furiosus [ & dixit, Ecce tantum malum a domino est. Quid amplius expectabo a domino? Hęc ait blasphemus simul & desperatus. [Dixit autem Heliseus, In tēpore hoc, cras modius similia statere vno erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samariæ.] Ad hæc incredulus vnus de ducibus audire meruit. [Videbis oculis tuis, & inde non comedes.] Ita factum est. Et spiritus Helisei miraculum quartumdecimum fuit. [Siquidem dominus sonitum audiri fecit in castris Syriæ curruum & equorum & exercitus plurimi. Fugerunt Syri. Et egressus populus diripuit castra Syriæ.]

III.R.E. VII.

*De eo quod ait ad Ioas regem Israel, percutite iaculo terram, ac deinceps: Nunc autē inquit, tribus vicibus percussit eam, videlicet Syriam.*

**Q**uintumdecimum gratiæ prophetiæ fuit opus. [Aegrotante Heliseo in infirmitate qua & mortuus est, descendit ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo. Et ait Heliseus, Affer arcum & sagittas.] Ac deinceps, [Percute iaculo terrā. Et cum percussisset tribus vicibus & steteret, ait Heliseus, Si percussisses quinquies aut sexties aut septies, percussisses Syriam vsq; ad consummationem. Nūc autem tribus vicibus percussit eam.] Hoc nempe inter Helisei magnalia suo loco rectē computatur, quia non Ioas rex Israel, sed Heliseus meritū suis, percussisse Syriam auctore deo, credendus est. Dixerat enim deus, Et erit quicumq; fuerit gladium Asael, occidet eum Iehu. Et quicumq; fuerit gladium Iehu, interficiet eū Heliseus. Porro quomodo Syria effugerit gladium Iehu, iam superius dictum est.

3.Reg. 19.

*De eo quod cum tetigisset ossa Helisei, reuixit mortuus, cuius rei in Christo mysterium sit.*

**S**extumdecimum idemq; vltimum continuō subditur miraculum. [Mortuus est Heliseus, & latrunculi quoq; de Moab venerunt in terrā in ipso anno. Quidā autē sepelientes hominē, viderunt

viderunt latrunculos, & proiecerunt cadaver in sepulchro Helisei quod cum proiecissent, tetigisset ossa Helisei, & reuixit homo, & stetit super pedes suos.] Magnū in superficie historica miraculum, incomparabiliter maius in spiritu significat opus diuinū. Mortuus nempe Heliseus, mysticē Christus est pro nobis passus. Latrunculi de Moab, maligni spiritus sunt, & mūdi peccata. Homines qui latrunculos viderunt & mortuum suum in sepulchro Helisei proiecerunt, apostoli fuerunt, qui contra dæmones, & contra peccata salutem mundi prouiderunt, & mortuum genus humanum sepulchro Christi, id est, aquis baptismi immiserunt. Si quidem aqua baptismi, sepulchrum Christi est, dum in illa tertio mergimur pro eo, quod Christus in sepulchro fuit tribus diebus & tribus noctibus. Vnde Apostolus, Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Quod tetigisset mortuus ossa Helisei, & reuixit, stetitq; super pedes suos, illud est quod cōtinuō subiicit Apostolus, Vt quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Roma. 6.

Colof. 2.

*Comprobatur esse ex operibus Helisei, quod in eo spiritus Helie duplex sit factus, & Indeus esse ex hoc, quod pia & sincera dixerit intentione: Obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me.*

CAP. XXXVII.

**I**gitur Heliseus, sicut ipse petiuit spiritum Helie duplicem in eo factum accepit. Duplicia inancq; hic fecit prodigia. Etenim illius octo fuerunt, huius sedecim magnalia sunt. Primum, q̄ orauit vt non plueret super terram, & non pluit annos tres & menses sex. Secundum quod parauerunt eum corui præcipiente domino vsq; dum siccatus est torrens. Tertium fuit, quod hydrya farina non defecit, & lecythus non est immixtus vsq; ad diē, in qua dedit dominus pluuiam super faciem terræ, iuxta verbum eius. Quartum fuit, quod filium matrisfamilias suscitauit. Quintum fuit, q̄ orante illo cecidit ignis de cœlo & vorauit holocaustum & ligna & lapides, puluerē quoq; & aquam, quæ erat in aquæductu lambens. Sextum fuit, quod rursus orante illo contenebrati sunt cœli, & nubes, & ventus, & facta est pluuiā grandis. Septimū fuit, quod ad verbum eius descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios, & quinquaginta qui cum eis erant. Octauum fuit, quod cū irent ambo pariter, videlicet Helias & Heliseus, tulit Helias palliū suum & inuoluit illud & percussit aquas, quæ diuisæ sunt, in vtranque partem. Hoc illius vltimum econuerso fuit Helisei primum. Claret itaq; quā pia & sincera intentione, dixit, obsecro vt fiat spiritus tuus duplex in me. Non eget commendatione nostra, quam deus sic effectū comitante commendat. Claret inquam, quia non suam, sed dei gloriam quærebat, non semetipsum per opera sua magnificare, sed deū glorificare volebat, non suimet exaltationem, sed miserabilis populi visitationem quærebat, quem decepit Hieroboam, laçerauerat Amri, captiuauerat Achab, contaminauerat Iezabel. Nec verò quia reges in peruerfione perstiterunt, idcirco putandum est, q̄ inaniter laborauerint hi duo viri misericordiarum, contendendo ne obliuioni traderetur nomen domini, in illa abundantia inquitur. Nam inaniter quidem se laborare putans, interpellat dominum Helias, sed corripuit eum sermo diuinus, reliqua esse dicens septem milia virorum, qui non curuassent genua ante Baal. Ergo & in hoc magnum diuinæ pietatis indicium est, q̄ in tot mala deuolutū populum, diuinitas per tales viros profecuta est, quorum iustitiæ obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona, hæreditas sancta nepotes eorum, & in testamentis stetit semen eorum, & filij eorum propter eos vsq; in æternum manent.

3.Reg. 17.

3.Reg. 18.

4.Reg. 2.

3.Reg. 19.

Gene. 44.

*De filia Iezabel Athalia, quæ nupsit regi Iuda Ioram filio Iosaphat, quomodo maternam Iezaniam exercuit in Hierusalem & in omni Iuda, & idcirco semen eius dē Ioram vsq; ad quartam generationem de euangelica tollitur memoria.*

CAP. XXXVIII.

**I**nterea fluxus sanguinis secundum nomen Iezabel, ex ipsa in Iudam & Hierusalem, & vsq; in interiora templi domini fluere cœperat. Filia quippe Achab & Iezabel, vxor fuit Ioram filij Iosaphat regis Iuda, qui & occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus. Hic ambulauit in vijs regū Israel, sicut egerat domus Achab. Filia quippe Achab (vt in dictū est) vxor eius erat. Idcirco semen eius de generatione Christi filij dei, vsq; ad quartam generationem tollitur, dum dicitur, Ioram autē genuit Oziam, sublati de medio tribus Ahazia, Ioas, & Amasia. Nam quo more Iezabel insanauerat in Samaria, filia quoq; eius insanauit in Hierusalem, scilicet Athalia, & in omni Iuda. Ipsa filiū suum Ahaziam impulit, vt impiè ageret. Quo mortuo per manū Iehu regis Israel surrexit Athalia, & interfecit omnē stirpem regiæ domus Ioram. Porro Iosabeth filia regis, vxor Ioiadæ pōtificis, tulit Ioas filiū Ahazie & furata est eū de medio filiorū regis, cū interficerentur, absconditq; eū cū nutrice sua in cubiculo lectorum, domino prouidente, vt non exstingueretur lucerna serui sui Dauid. Illū videlicet Ioas Ioiada pontifex anno septimo eduxit cū principibus atque centurionibus, arma tenētib; a dextris, & a sinistris in circuitu regis, & imposuerunt ei diadema, dederuntq; in manu eius tenendam legem,

4.Reg. 8.

4.Reg. 11.

legem, & constituerunt eum regem. Athalia verò interfecit eum gladio. At ille videlicet Ioas mala reddidit pro bonis. Nam quamdiu quidē vixit Iojada, fecit q̄ bonū erat corā domino, postq̄ autē obiit, dereliquit dominū deum patrū suorum, seruitūq̄ lucis & sculpsitilibus. Spiritus autē domini induit Zachariā filium Ioadae sacerdotē, & stetit in conspectu populi & dixit eis. *Para. 24.* Hæc dicit dominus, Quare transgredimini præceptū domini, quod vobis nō proderit, sed dereliquistis dominū vt derelinquat vos: Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperium, in atrijs domus domini. Et nō est recordatus Ioas rex misericordie, quam fecerat pater illius secum, sed interfecit filiū eius, Amasias quoq̄ filius eius dereliquit dominū, & minaciter repulit verbum eius, & oppilare non meruit ad præsentem respiciat historiam, & post Babylonice captiuitatem reditum populi significet in Iudæam, tamen cum hoc omnis ei cura de vocatione gentiū, & de aduentu CHRISTI est. Hoc autē expediebat, tam in isto quam in cæteris prophetis, vt terrenæ Hierusalem atque Babylonice, terrenarumq̄ rerum, altarumq̄ nominibus cœlestia sacramenta tegerentur, quatenus per hanc occasionem scriptura sancta de cōtemptu liberaretur, suocq̄ tempore profutura venturis in honore seruarietur. Iudæi quippe præsentium tantum atque terrenorum amatores nimij fuerunt, ad eod vt in tota lege nunquam eos dignus dei, cœlestium promissione ad bene agendum inuitare, nunquam poenarum infernalium cōminatione terrere à malis dignatus sit. Terram vbique bonam, & fertiles annos promittit, si bene egerint, famem & oppressiones hominum minatur, si malè egerint. Talibus nudo sermone iam cœlestia sacramenta crederentur? Proinde in prophetis quidem manifestius cœlestia prædicantur, sed quasi fugitiuus, vbi quid eorum attingit, confestim sub terrenorum nominibus, iterum atque iterum & sæpissimè se abscondit sermo diuinus. Cum ergo in cæteris steterimus, tū maxime in isto moras aliquantas iam innectere non grauabimur, exoratum esse cupientes doctorem eius spiritum sanctum, vt quo sensu per eum locutus est, eodem nobis colligenda Christi filij dei testimonia reuelare dignetur.

Commentariorum in libros REGVM finis.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

### TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN ESAIAM

prophetam Commentariorum,

LIBER I.

Laus Esaiæ prophetae, quod sic vniuersa Christi, & ecclesia quoq̄; prosequatur mysteria, vt non tam propheta dicendus sit quam euangelista, & ob quam causam res spirituales rerū terrenarum nominibus siue imaginibus subtextit.

CAP. I.

Hieronymus  
in prologo.



**M**NIS anima quæ Christum diligit, Esaiæ prophetae aurem libenter apponit, tantōq̄ subiectior appropinquat pedibus illius, quanto fidelius de Christo sentit, qui in illo loquitur. Nam de hoc illud rectè æstimat pietas Christiana, quod non tam propheta dicendus sit quam euangelista, ita enim vniuersa Christi ecclesiaeq̄ mysteria, ad liquidum prosequitur, vt non eum putes de futuro varicinari, sed de præteritis historiam texere. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babylonice captiuitatem reditum populi significet in Iudæam, tamen cum hoc omnis ei cura de vocatione gentiū, & de aduentu CHRISTI est. Hoc autē expediebat, tam in isto quam in cæteris prophetis, vt terrenæ Hierusalem atque Babylonice, terrenarumq̄ rerum, altarumq̄ nominibus cœlestia sacramenta tegerentur, quatenus per hanc occasionem scriptura sancta de cōtemptu liberaretur, suocq̄ tempore profutura venturis in honore seruarietur. Iudæi quippe præsentium tantum atque terrenorum amatores nimij fuerunt, ad eod vt in tota lege nunquam eos dignus dei, cœlestium promissione ad bene agendum inuitare, nunquam poenarum infernalium cōminatione terrere à malis dignatus sit. Terram vbique bonam, & fertiles annos promittit, si bene egerint, famem & oppressiones hominum minatur, si malè egerint. Talibus nudo sermone iam cœlestia sacramenta crederentur? Proinde in prophetis quidem manifestius cœlestia prædicantur, sed quasi fugitiuus, vbi quid eorum attingit, confestim sub terrenorum nominibus, iterum atque iterum & sæpissimè se abscondit sermo diuinus. Cum ergo in cæteris steterimus, tū maxime in isto moras aliquantas iam innectere non grauabimur, exoratum esse cupientes doctorem eius spiritum sanctum, vt quo sensu per eum locutus est, eodem nobis colligenda Christi filij dei testimonia reuelare dignetur.

Quod aduentum Christi circa quem omnis versatur intentio septem recapitulet periochis  
& cumctas partes aduersas mysticè sub nouem designet regnorum siue prouinciarum  
nominibus Babylonis, Moab, Damasci, Aegypti, Duma, Arabia, Vallis Visionis,  
Tyri, & iumentorum austri, poenas impiorum oneris nomine significans.

CAPVT II.

**P**Rimo vt materiam eius quasi breui tabella depingamus, illud dicendum est, quia Christi aduentum septem recapitulat periochis, circa quem omnis versatur spiritus prophetici intentio, quippe quem expectabat hic, quem expectabant omnes sancti, ab origine mundi. Prima est, quam cōtra interfectores eius zelo iusti doloris vehementissimo inuehitur, quam acerrimè, vā (inquiens) genti peccatrici, populo graui iniquitate. Ac deinceps, Audite verbū domini, principes Sodomorum, auribus percipite legem dei nostri, populus Gomorrhæ. Secunda ab eo, q̄ ait, Cantabo dilecto meo canticū patris mei vineæ sug. Tertia ab eo q̄ ait, In anno

In anno quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub eo erant implebant templum. Quarta ab eo q̄ ait, Primo tēpore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris, trans Iordanem Galilæe gentium. Quinta ab eo q̄ ait, Et egrediet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Hinc onera nouè cōtinuantur, onus Babylonis, onus Moab, onus Damasci, onus Aegypti, onus Duma, onus in Arabia, onus vallis visionis, onus Tyri, onus iumentorū austri. Sub istis nominibus vniuersi Christi, & ciuitatis eius cœlestis Hierusalem aduersarij condēnantur, singulicq̄ onus iudicij grauissimumq̄ iniquitatis eorū talentū superponitur. Nā ecclesia quā impugnant, decima est. Sub eadē specie in euangelio factū est, & dictū est, Nonne decē munda dati sunt, & nouē vbi sunt? Nō est inuentus qui rediret, & daret gloriā deo, nisi hic alienigena. Vnus iste idemq̄ decimus, vnius fidei ecclesia est. Denarius quippe numerus, quod melius arithmetici nouerunt, secunda vnitas est. Nouenarius autē multitudo est, ex opposito vnitate turbata est. Cui si addatur vnū statim fit vnitas, quia sicut iā dictū est, denarius secunda vnitas est. Sic planè multis & diuersis aduersarijs, si vna inseratur fides, vna sunt ecclesia. Ad inquisitionē huius vnus plura deinde propheta locutus, sextam tandem facit recapitulationē, dicendo, Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Septima sic incipit, Surge illumina Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Nunc præuio ipso cui intendimus sempiterni luminis candelabro, templum huius scripturæ ingredimur, non cuncta historica, aut cuncta moralia quæ in eo continentur, sed sola fidei Christi testimonia scrutantes iuxta quod in toto hoc opere propositum habemus.

Visionem prophetae super Iudam & Hierusalem esse in futurum quando Iudæi saluatiorem venientem spernerent, & crucifigerent, & generationem illam iam dici gentem peccatricem, populum graui iniquitate, semen nequam, filios sceleratos.

CAPVT III.

**V**isio Esaiæ, filij Amos quam vidit super Iudam, & Hierusalem, in diebus Ozia, Ioathan, Achaz, & Ezechiae regum Iuda. Super Iuda (inquit) & Hierusalem vtiq̄ super IUDAM animalem, & super terrenam HIERUSALEM in malum, nam super Iudam spirituales, & cœlestem HIERUSALEM pro parte adhuc in mundo peregrinantem, visio hæc reuelatur in bonum, visio prius clausa & signata, nunc autem aperta, & publico intellectui prædicata. [Audite cœli, & auribus percipite terra, quoniam dominus locutus est.] Tanq̄ diceret, Magni oratoris, magni cōcionatoris conquestio ista est, oratoris (inquam) cuius oratio verbū deus est, cuius contio tota in cœlis, angelorum, & in terra hominū ecclesia est. Idcirco audite cœli, & auribus percipite terra, vt cū audieritis, quid dominus locutus, quid dominus conquestus est, sitis ad vindictam vsq̄ ad cœli desuper ferretis, sit tu o terra subter aenea. Quid enim dominus locutus est? Quid dominus conquestus est? Quid inturbarum talis ac tantus perpeffus est? Ait, [Filius enutriui & exaltaui, ipsi autē spreuerunt me.] Enutriui (inquam) filios in Abraham, Isaac, & Iacob, benedicendo & multiplicando eos, exaltaui in Moysē, in Iosue, & in Dauid, educendo illos mirabiliter de terra Aegypti, diuidendo illis terram in funiculo distributionis, decorando illos regalibus victorijs, regia quoq̄ ciuitate Dauid, & vnico tēplo nominis mei. Ipsi autē spreuerunt me, cum præconijs prophetarum venientē ad se. Parum est, q̄ spreuerunt me, parū est, q̄ præelecto Cæsare, præter eū dixerunt regē non habere se. Insuper & præelecto Barraba latrone, crucifixerunt me. Hoc attoniti auditu cœli, & stupefacta terra, reuerendo indignamini, & indignando reuerimini, quia profectō nō parua indignitatis est, q̄ ego dominus vester omnia bona feci, & omnia mala recepi. Tantum hoc est, vt vos o cœli, iustē huic dolori debeatis confringi, & tu terra pio debeas singultu tota concuti. Dicat aliquis filiorum eiusmodi. Quid mirum, si spreuimus? Non enim cognouimus. Venisti nimis occultus, qui iuxta promissiones patrū & prophetarum debueras in cōspectu nostro incedere rex magnus, rex gloriosus. Ad hæc inquam, [Cognouit bos possessorē suum, & asinus presepe domini sui. Israel autē me nō cognouit, & populus meus nō intellexit.] Bos animal mundū, asinus autē immundum, vtruncq̄ tamen animal brutū. Bos ergo Iudæum simplicē, qualis erat Petrus aut Andreas, vterq̄ piscator, nō scriba, non legisperitus. Asinus autē simplicem significat gentilem, qualis erat Cornelius. Dicitis (inquit) quia ego veni nimis occultus. Vnde ergo bos me possessorem suū, & asinus presepe meum cognouit? Vnde inquam, nisi quia pabulo verbi boni delectatus est, q̄d appoluit, q̄ opera mea bona circa se, vterq̄ perleuit. Ar tu Israel, tu populus meus Hierosolymitanus, qui circa templum residens, cum pharisæis & pontificibus in lege gloriabaris, talia non amasti. Idcirco non intellexisti, igitur Israel me non cognouit, & populus meus non intellexit, id est, cognoscere & intelligere noluit. Respondere igitur cœli, loquere terra, & dic, [Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis.] Væ inquam, id est, iudicium æternum, supplicium sempiternum. Et quare hoc

KKK ij

[Derelictus]

[Dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel.] Et antequam veniret, dereliquerunt dominum eligendo Baal, & cetera porrenta daemoniorum. & ubi venit, blasphemauerunt eundem sanctum Israel, dicendo, Daemonium habet, fabri, & non dei filius est. [Ab alienati sunt retrorsum.] Quomodo? Primum eis oportebat proponi regis sui ius, & edictum, ipsi autem odientes eum, miserunt legationem post eum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Ita abalienati retrorsum, ecce pro domino expectant diabolum, pro sancto Israel expectant hominem peccati, filium perditionis.

*Peccatum illorum non fuisse ex ignorantia, sed ex superbia, inuidia, & idcirco veniam illos non mereri, & hoc esse quod ait: Omne caput languidum, & omne cor moerens, & cetera.*

CAP. IIII.

**S**per quo percutia vos ultra adijcentes prauaricatione? Omne caput languidum, & omne cor moerens, a planta pedis usque ad verticem non est in eo sanitas. [Ac si dicat, Non peccastis per infirmitatem, non errastis per ignorantiam. Si ita esset, scirem vnde vos percutere deberem. Inuenirem qua plaga vos castigare possem. Nunc autem in quo percutiam vos ultra, addentes prauaricationem, addentes inquam peccato, defensionem peccati? Omne caput languidum, & omne cor moerens. In capite languido prauo operis, tinea designatur exterior. in corde moerenti, inuidia interior. Hoc ipsum verbis alijs iterat, a planta pedis (inquiens) usque ad verticem non est in eo sanitas. Planta pedis opus exterius, vertex rationis dignitas intus intelligitur. Cum ergo quis per malitiam peccat, velut illi, cum dicerent, In Beelzebub principe demoniorum eiecit demonia, cum scirent, quod in digito dei eijceret demonia. recte dicas, quia a planta pedis, usque ad verticem non est in eo sanitas. Igitur in quo percutiam vos? Nempè huiusmodi insania non remittitur, neque in hoc seculo, neque in futuro. Vulnus (inquit) & liuor, & plaga tumens. Malum est vulnus, peius liuor, pessimum plaga tumens. Malum est (inquam) peccato saltem ad horam vulnerari, peius malo vsu liuescere, pessimum cum tumore superbiae culpam defendere. Talis vestra insania est. [Non est circumligata, nec curata medicamine, neque foia oleo.] Volui circumligare, & ad poenitentiam adstringere, dicendo per memetipsum, poenitentiam agite, & nolulistis euangelij ligamenta recipere. Effudi de latere meo sanguinem & aquam, medicamentum salutis aeternae, & nolulistis accedere. Dedi oleum, id est, spiritus sancti gratiam credentibus in me, ita ut loquerentur omnibus linguis homines idiotae, & nolulistis audire. Quid igitur tandem fieri? Terra vestra deserta, ciuitates vestrae exustae igni, Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Hoc in initium dolorum interim habete. Na alibi habebitis, sicut praedixi aeternum vae. [Et derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut rugurium in cucumerario.] Quomodo illud vel illud relinquitur? Videlicet cum ablatae fuerint fruges, recedente custode, quia non habet ultra quod seruet, remanet vmbraculum vacuum, remanet neglectum rugurium, quod fecerat sibi propter ardorem solis, ac radios declinandos, & ut inde homines vel bestias quae insidias solent natis vitibus abigeret. Ita derelinquetur filia Sion recedentibus praesidijs templi virtutibus. & erit sicut ciuitas quae vastatur, id est, vere vastabitur. Amplius dicam. [Nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuisset, & quasi Gomorrhae similes essemus.] Non dicatis, ira haec est grandis nimis, multitudo malorum nostris maior est meritis, nam nisi dominus exercituum reliquisset nobis semen, nisi praedestinasset, ut reliquiae ex nobis saluae fierent, non obsidione hominum circumdaremur, non gladijs Romanorum interficeremur, non captiui in omnes gentes duceremur, sed sicut super Sodomam & Gomorrham pluit sulphur & ignem dominus a domino. ita iustissime super nos in vindictam sui sanguinis sulphur & ignem pluuisset filius dominus a patre domino. Sed si hoc fecisset non superessent reliquiae, quae saluae fierent ex nobis, postquam plenitudo gentium subintroierit.

Matth. 4.

Iohan. 10.

Actu. 2.

Gene. 19.

Rom. 11.

*In quo peccatum illorum peccato Sodomorum & Gomorrhae fuerit simile, ut illud praedens, merito diceret: Audite verbum domini.*

CAP. V.

**A**udite verbum domini principes Sodomorum, auribus percipite legem dei nostri populus Gomorrhae. Non dicatis, Quare sicut Sodoma fuisset, & quasi Gomorra similes in poena essemus. Na ecce ego dico, ego testificor, quia vos potestates & pharisaei, principes Sodomorum estis, vos populus Hierosolymitanus populus Gomorrhae estis. Vnde? Nimirum quia sicut illi egerunt, ita & vos egistis. Venit quondam dominus, venit (inquam) in duobus angelis suis dominus Sodomam vespere, sedente Loth in foribus ciuitatis, compulsi illos oppido, ut diuerterent ad eum. Ingressusque domum fecit conuiuium, coxit azima, & comederunt. Prius autem quam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum, a puero usque ad senem, omnis populus simul, vocaueruntque Loth, & dixerunt ei, Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, ut cognoscamus eos, Nimirum huic simile, imo & hoc deterius vos fecistis. Venit dominus,

dominus, non iam in angelis, sed in propria persona, venit (inquam) in ciuitatem vestram, & facta hora vespertina, in domo cuiusdam hospicio receptus, manducabat pascha. Venistis vos & misistis ministros cum lateribus, & facibus, & armis, & circumdedistis eum, & expetistis ad illud dendum, crapulati, ebrii, atque vomentes, sicut illi Sodomitae, de quibus iam dictum est, quando circumdederunt domum Loth, quia vespere plenum ventrem habuerunt, testante scriptura. Ezech. 16. Itaque quia hoc fuit peccatum Sodomorum, saturitas panis, & ocium. Ita & vos illa festiua, illa paschali vespere, saturati, & ebrii, dominum circumdedistis ad illud dendum, ad conspuendum, ad flagellandum, ad crucifigendum, laeti tanquam victores, quod apprehendissetis eum. Vnde & Psal. 68. spiritus eius in psalmo querelam depromens. Et in me (inquit) psallebant qui bibebant vinum. Quid autem contigit illi pessimae turbae Sodomorum? Clauserunt viri ostium, & eos qui erant foris percusserunt caecitate a minimo usque ad maximum. ita ut ostium inuenire non possent. Ita contigit & vobis, o principes Sodomorum. Clausum vobis est ostium scripturarum, caecitate percussis estis, foris errantes circuitis, & eum inuenire non potestis, qui dixit, Ego sum ostium. O igitur principes Sodomorum, audite verbum domini, o igitur populus Gomorrhae, auri- Iohan. 10. bus percipite legem dei nostri. Quod illud sit verbum domini. Ait.

*Sacrificia omnia & festa Iudaorum deo esse odibilia, & vnicum illi placere baptismum.*

CAP. VI.

**Q**uo mihi multitudinem victimarum vestrarum? Plenus sum. Holocauista arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum nolui, & cetera. Adhuc (inquit) cum sitis Sodomitae publici, vos sacrificatis mihi? Adhuc multitudinem victimarum vestrarum inescari me posse putatis? Quo mihi haec? Quid sanguis vitulorum, agnorum, & hircorum mihi conferet? Plenus sum. Magnum & verum sacrificium suscepi, & in illo impletus sum, id est, obedientiam sancti Israel, quem blasphemastis, quem occidistis, cuius sanguine manus vestrae plene sunt. Ille me impleuit. Ille sacerdos mihi satisfecit. Plenus igitur, quo admittam multitudinem victimarum vestrarum? Nolo, imo nolui cum veniretis ante conspectum meum. Quod huiusmodi vobis sacrificia Moyses ordinauit, non me volente, sed me permittente fecit. videlicet quia vos talibus in Aegypto sacrificijs assueti seruire dijs alienis, non poteratis a consuetudine arceri. Dico ergo [Quis quaesiuit haec de manibus vestris, ut ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis ultra sacrificium frustra.] Ultra sacrificium sacerdotis mei, cui iuravi & non poenitebit me, dicens, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. Ultra (inquam) huius sacrificium ne offeratis olidum sacrificium vestrum. [Incentium abominatio est mihi, Neomeniam & sabbatum, & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt coetus vestri, calendae vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea.] Olim nolui, ar tamen tuli. Nunc autem iam non feram, nam odio profundo odiuit haec anima mea. [Facta sunt mihi molesta.] At ex quo facta sunt mihi molesta, sustinui illa per annos quadraginta. Non statim misit Titum & Vespasianum, qui tollerent vestrum & locum & gentem, qui ciuitatem & templum destruerent, ita ut non remaneret lapis super lapidem, sed sustinui per annos quadraginta. [Laboraui sustinens.] Quod tam diu sustinui, labor mihi fuit. Abominabar incensum vestrum, oderam neomeniam, & sabbatum vestrum, oderat anima mea coctus vestros, & sterces solennitatum vestrarum. Vm quodammodo faciebam animae meae, ut quod oderat, sustineret saltem quadraginta annis, & hoc faciens laboraui. Veniant tandem Romani, & hunc laborem demant mihi. [Et cum extenderitis manus vestras.] Subauditur, & foris circumdati armis, & intus fame, & seditionibus afflicti & concisi, [Auertite oculos meos a vobis.] Ne compellar condolare & misereri. [Et cum multiplicaueritis orationem.] Sacrificia certatim offerendo, in templo eruentando, in aspectu hostium, pertinaciam vestram admirantium. [Non exaudivi.] Manus enim vestrae plene sanguine sunt. [Impletis vobis eas dicendo, Sanguis eius super nos & super filios nostros. Hoc est, verbum domini. Quae porro est lex dei nostri? [Lauamini, mundi estote. Si forte compuncti aliqui ex vobis dicant ad Petrum, & ad reliquos apostolos] Matth. 17. & baptizet vnusquisque vestrum in nomine domini. Itaque, Lauamini, mundi estote. i. baptizamini & nolite rursus malis operibus munditiam baptismatis perdere, & ecce audite septem partes adhibende diligentiae. [Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis, quiescite agere peruerse, discite bene facere, Quarite iudicium, subuenite oppresso, iudicare pupillo, defendite viduam.] Septem itaque modis istis cotendite munda permanere. septem (inquit), i. omnibus modis, na septenario numero significat vnaueritas. Et cum feceritis. [Venite & arguite me.] Non enim cotemna, ego dominus vobiscum iudicium subire. Proponite causas, prima exigite. Magnam quippe baptizati, & mundati, aduocatum habetis apud me, cui lauistis vos sanguine, cui purificati estis fide. [Si fuerint peccata vestra ut coccini, quasi nix dealbabunt. Et si fuerint rubra, quasi vermiculus, velut lana alba erunt.] Coccinum ignei vermiculi coloris est sanguinei. In coccino ergo peccata libidinis, in vermiculo homicidij KKk iij scelus

Psal. 109.

Matth. 17.

Actu. 2.

scelus datur intelligi. Si (inquit) fuerint peccata vestra, peccata Sodomorum vt coccinū, quod niam estis principes Sodomorum, quasi nix dealbabitur, iuxta illud in psalmo. Asperges me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuē dealbabor. Si fuerint peccata vestra, peccata homicidarum quasi vermiculus, quoniam occidistis Christum, velut lana alba erunt, vt iam non appareat sanguis eius super vos, sed candidum gratiæ vestimentum. Hæc est lex dei nostri, o populus Gomorrhæ. Omnem multitudinem victimarum vestrarum, omnes solennitates vestras odit anima mea, inquit. Solum hoc est, quod volo. Lauamini. [Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.] Si (inquam) volueritis hanc legem percipere auribus, & me prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit vos. [Quod si nolueritis, & me prouocaueritis ad iracundiam, gladius deuorabit vos.] Gladius (inquam) deuorabit vos, & nunc in præfenti Romanorū, qui à corporibus separet animas, & alibi gladius malignus, qui animas à deo, & ab omni sorte iustorum diuidat, si me prouocaueritis ad iracundiam, si ex eis quos mitto ad vos prophetis, sapientibus, & scribis occideritis, flagellaueritis, crucifixeritis, lapidaueritis, & de ciuitate, in ciuitatem persecuti fueritis. [Quia os domini locutum est.] Quid os domini locutum est? Nimirum quod gladius deuorabit vos, vt veniat sanguinem Zachariæ filij Barachæ, quem occidistis inter templum & altare. Hoc locutum est os domini, & hoc interposita veritate, firmavit. Amen dico vobis (ait) venient hæc omnia super generationem istam.

*Peccatum illud maxime sacerdotum, scribarum, & pharisæorum fuisse, qui propter traditiones suas, traditiones dei reliquerunt, hincq; esse quod ait: Argentum tuum versum est, &c.*

## CAP. VII.

Scio prænosens o principes Sodomorum, quia vos hoc verbum domini non audietis, scio o populus Gomorrhæ, quia vos hanc legem dei nostri auribus non percipietis. Dico ergo. [Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis plena iudicij? iustitia habitauit in ea, non autem homicidæ.] Ciuitas quondam fidelis, ciuitas Dauid fidelis, quomodo facta est meretrix? Quomodo, vt fornicari sibi vacaret, legitimum virum suum occidit. Iustitia quondam, id est, nomē domini, iustitia inquam, quæ est fides per quam solam iustificatus Abraham, & amicus dei appellatus est, habitauit in ea. nunc autem homicidæ, interfectores eiusdē dei & domini, cui Abraham credidit, habitauit in ea. O meretrix. [Argentum tuum versum est in scoriā, vinum tuum mixtum est aqua.] Reliquisti enim traditiones dei propter traditiones hominum. Traditiones dei argentum sunt, vinum sunt dicentis, non occides, non occideris, diliges dominum deum tuum. Traditiones pharisæorum scoria sunt, aqua sunt, dicentium, Laua catinum, baptiza vrceum, iustitiā autem & fidē dereliquitum. Tu argentum dei, propter scoriā pharisæorum perdidisti, tu vinum dei aqua coenosa corrupisti. [Principes tui infideles, socij furum.] Infideles inquam, & idcirco non filij Abraham, cuius sunt filij soli fideles. Socij furum, fecerunt enim domum patris speluncam latronū. [Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones.] Non dico accipiunt munera quod multorum est, sed diligunt munera, quod homicidarū est. Nam idcirco dominum maxime occiderunt, quia disputabat contra avaritiam ipsorum. Sequuntur retributiones, sequuntur (inquam) non præcedunt. In eo, quod sequitur. [Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos.] Si iudicarent pupillo, causamq; viduæ defenderent, & tunc ab illis vltro offerentibus, aliquid tanquam digni iudices, aut emeriti defensores acciperent, præcederent retributiones, & hoc non adeo reprehensibile esset. Nunc autē sequuntur retributiones, i. accipiunt à violento certante contra pupillum, & contra viduā, & pro accepto, iudicium pupilli subuertunt, & causam viduæ clausis foribus suis, excludunt. Hoc est non præcedere, sed sequi retributiones. [Propter hoc ait dominus exercitū fortis Israel. Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.] Videlicet, vt gladius deuoret eos, sicut supra dixi. Non leue est, quod dñs exercitū dicit heu, non parui pōderis est, quod fortis Israel dicit heu. Grandis causa est, magnus dolor est, quo afflictus iste fortis, iste dñs exercitū dicit heu, nec aliter consolationē recipit, nisi vindicetur, nisi hostes eius deuoret gladius.

*Quod pro parte Apostolorum siue credentium dicat, & excoquam scoriā tuam ad purū, & auferam omne stannum tuum: pro parte autem non credentium, & erubescetis cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, &c.*

## CAP. VIII.

Nunc apostrophē facit ad ipsam ciuitatem, & pro parte paucorū qui legē auribus perciperunt, dicens, Lauamini, mundi estote, ita dicit, [Et conuertam manū meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuam, & auferam omne stannū tuū, & restituā iudices tuos vt fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc vacaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis, Sion in iudicio redimet, & reducēt eam in iustitiā.] Ad te o Sion conuertā manū meā, ad operandam salutem tuam exeram potentiam meam. Nec enim homicidæ, qui habitant in te, poterunt

poterunt auertere manum meam, occidendo me. Ad te (inquā) in ipsa morte mea, conuertam manum meam, in eo vt excoquam scoriā tuam ad purum, & auferā omne stannum tuū sicut licet dando tibi remissionem peccatorum per sanguinem meum. Tunc restituā iudices tuos, id est, Apostolos meos super duodecim sedes ad iudicandū, vt fuerunt prius. Quomodo fuerunt prius? Non per multitudinē victimarum, non per neomenias & sabbata, non per calendā, aut vllas legis ceremonias, sed per fidē iustificabatur. Nō enim aliunde q̄ ex fide iustificati sunt Abraham, Isaac, & Jacob, iudices tui imo patres & consiliarij tui. In id restituā nunc iudices & consiliarios tuos, id est, Apostolos. nūc consiliarios, id est, prædicatores tuos, postea iudices futuros. Non per legē, sed per fidē iudicabo eos. Post hæc vacaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Misso namq; spiritu sancto de celo, fortitudine constrūeris, & in omnes gentes dilataberis, filios tibi per fidē multiplicabis, & vocaberis nomine nouo, ciuitas iusti, qui peccatum nō fecit, & moriendo tua peccata tulit. Vocaberis (inquam) vrbs fidelis, id est, iustificata, nō ex operibus legis, sed per fidē eiusdē Iesu Christi. Sion in iudicio redimetur, Audite enim fines terræ audite hoc edictum gratiæ. Sion quæ absq; iudicio vendita fuerat, quæ per mendacium diaboli captiua fuerat, ecce in iudicio redimetur, in iudicio (inquā) mundi, quo princeps mundi huius, eijcietur foras, de possessione sine iudicio rapta. Et reducēt eam in iustitiā. Quo reducēt? In regnum dei, vnde prius in primis parentibus eiecta fuerat. In qua illuc reducēt iustitiā. In iustitiā fidei, in regeneratione aquæ & spiritus sancti, qua nisi quis renatus fuerit, nō potest videre regnum dei. Illuc reducēt eam iudices sui, cōsiliarij sui, restituti vt prius, restituti sicut antiquitus. [Et conteret scelestos & peccatores simul, & qui dereliquerunt dominum confundentur. Confundentur enim ab idolis, quibus sacrificauerūt, & erubescetis super hortos, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua.] Simul (inquam) conteret scelestos, & peccatores, simul principes, & populum, principes Sodomorum, & populum Gomorrhæ. Quis istos conteret, nisi lapis ille, de quo ipse in Euangelio, cum proposuisset parabola de vinea patrisfamilias, nunquā legistis ait, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? Nam continuo, & qui ceciderit (inquit) super lapidem istum confringetur, super quem verò ceciderit conteret eum. Isti scelesti, isti peccatores, mali agricolæ sunt, qui primū seruos, deinde filium patrisfamilias occiderunt. Nam illa vinea, ista est Sion. Confundentur ergo qui dominum vineæ dereliquerunt, conteret iste lapis scelestos & peccatores qui ipsum reprobauerunt, & dabitur vinea, dabitur Sion, dabitur regnum dei genti facienti fructus eius. Confundētur autem isti ab idolis quibus sacrificauerūt, videlicet ab Idolo suo Beelphegor, cui se sacrificauerunt passiuā libidine, cum vtiq; sint principes Sodomorum & populus Gomorrhæ, vt interim taceam, quod corporaliter quoq; quoties vacauit eis semper ad Idola defluerē. Et erubescetis (ait) per apostrophē super hortos quos elegeratis, id est, super cunctis voluptatibus, in quibus luxuriati estis. Non enim in prædicta vinea patrisfamilias operari, sed in hortis vitiorū resoluī elegistis. Nam & idcirco filium eius occidistis, dicentes, Nostra erit hæreditas, vt vineam in hortos conuerteretis, sicut in typū vestri: idcirco Achab occidit Naboth, vt de vinea eius faceret sibi hortum olerum. Erubescetis inquam, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua, id est, tanto dissimiles, beatæ Sion, redēptæ in iudicio & iustitiā, quanto dissimilis est pulchræ vineæ quercus arida, quanto dissimilis est paradyso domini hortus sine aqua.

*De monte domus domini, quod ipse sit Christus, & quod remanentibus Iudæis, fluant ad eū omnes gentes, quæ cohortantes dicant ad alterutrum: Venite ascendamus in montem domini, & quado de Sion exierit lex, & verbū domini de Hierusalē.*

## CAP. IX.

Verbum quod vidit Esaias filius Amos super Iudam & Hierusalem. Er erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluant ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite ascendamus ad montem domini, & cætera. Dicebam vobis, lauamini, mundi estote, quia manus vestræ ple-næ sunt sanguine, & vobis primū oportebat loqui verbū hoc, sed ecce iam scio prænosces, quia repellitis illud & indignos vos iudicabitis æternæ vitæ. Audite ergo verbum, quod vidit Esaias, Auferetur à vobis regnum dei, à vobis inquam Iudæis, à vobis terreno Iudæ, à sanguinea Hierusalē, & dabitur genti, imo gentibus facientibus fructus eius. Nam hoc est quod dicit, Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluat ad eum omnes gētes. In nouissimis, i. vsq; ad nouissimos dies, vsq; ad consummationē seculi, erit præparatus mons domus domini, mons sanctæ Sion redemptæ, vt superius dixi, mons ecclesiæ fidelis vrbs & ciuitatis iusti. Non erit paruus lapis, qualis ab edificantibus potuit reprobari, sed qualis postea factus est in caput anguli, Lapis enim (inquit) Daniel, qui perculserat statuā, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terrā. Iste præparatus erit in vertice montium, & eleuabitur super colles. In vertice inquam montium, & collium, qui illum

Gene. 49. illum diu desiderauerunt, quemadmodum vnus de illis montibus cum dixisset filio suo benedicens, benedictiones patris tui confortatae sunt, subiunxit donec veniret desiderium collium aeternorum. Magni montes, magni patriarchae, magni prophetae & apostoli sunt, colles minores iusti, mediocres electi sunt. Praeparabitur & eleuabitur mons iste in vertice illorum montium siue collium, & ita dicitur mons montium, quomodo fundamentum fundamentorum, nam ita domus domini non deorsum fundamentum habet, sed vertex eius fundamentum est. Quomodo erit praeparatus? Quomodo fluat ad eum omnes gentes? Exaltatus a terra omnia trahet ad se, & dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra, estis docete omnes gentes. Haec erit via, exinde fluat omnes gentes abundanter, plano itinere ibunt populi multi. Nec ire contenti, cohortabuntur alterutrum & dicit, Venite ascendamus ad montem domini, & ad domum dei Iacob. Ire namque credere est, dicere venite, alios quoque ad credendum inuitare est. Euntes itaque dicet, venite, credentes non cessabunt alios inuitare ad montem domini & ad domum dei Iacob. i. ad altissimum Christum filium dei, & ad ecclesiam dei, approbatae supplantatione, quae signficata est in Iacob. Nam sicut ille frater suus, sic gentes istae & populi isti supplantabunt populum Iudaicum. Qua spe, quo fructu ascendemus, ad montem domini, ad domum dei? [Et docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.] Vias suas nos docebit, nos ambulabimus in semitis eius. Illud perfectorum est. Viae namque praecipua domini sunt. Semitae consilia domini sunt. Docebit nos vias suas, dicendo, Non occides, non furtum facies, & his similia. Nos autem non contenti ambulare per vias eius, semitas consilij eius sequemur. Verbi gratia, dicens, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quae habes & da pauperibus, & veni sequere me. Ergo ille docebit nos quidem vias suas, nos autem ambulabimus in semitis eius. i. vsque adeo acceptabimus praecipua, vt non reculemus consilia eius. Ita fluat omnes gentes, & ita ibunt populi multi. [Quia de Sion exhibit lex, & verbum domini de Hierusalem.] &c. Non ita tunc vt haecenus verbum domini, lex domini coartabitur vnus vrbis, vnus Iudaici populi angustijs, sed exhibit de Sion siue Hierusalem ciuitate, imo fide & vnitare sanctorum patriarcharum & prophetarum, & ibit ad omnes gentes. Nam hoc est quod subditur, [Et iudicabit gentes, & arguet populos multos.] Quod cum iam fieri deberet, aperiens exitum legi & verbo suo ipse dominus locutus est. Quonia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die, & praedicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma, Nempe praedicare poenitentiam, id est, iudicare gentes, & de peccatis suis arguere populos multos. Et hoc incipi ab Hierusalem, id plane est, exire verbum domini de Hierusalem. [Et constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces.] Hoc plane faciet omnes gentes, sed non omnes homines. Nec enim sic fluent, nec sic ibunt vt praedictum est omnes homines, sed omnes gentes, id est de omnibus gentibus multi, & innumerabiles. Qui ex eis ibunt? Qui scilicet ex eis ibunt, vt ascendunt ad domum domini, ipsi constabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, id est innocenter viuunt, si fieri poterit, quod ex ipsis erit, cum omnibus hominibus pacem habentes, imo & plerique licitis quoque bellis abstinebunt, deponent vltro iustae quoque militiae cingulum, vrbibus atque castellis solitudines atque coenobia praeparabunt. [Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad praellum.] Vt de ceteris caeam, & hoc faciet cohortes & legiones martyrum, Arma tenentes, & contra hostes patrie pugnare parati, pro semetipsis non pugnabunt, sed tanto ardebunt desiderio ascendendi in montem domini, & ad domum dei Iacob, vt proiectis gladijs, seruices suas laeti subijciant istibus perfectorum. [Domus Iacob venite & ambulemus in lumine domini dei nostri.] &c. Haec bona pars erit dictionis eorum. Ascendentes dicent sibi inuicem omnes gentes, venite ascendamus venite ascendamus, dicent nihilominus inimicis suis Iudaeis salutem ipsorum odientibus, & propter odium ipsorum socia fide ascendere nolentibus. O domus Iacob, o Iudaei, ex quibus nobis salus venit, cur propter nos deorsum remanetis in tenebris? Cur propter nos in vobis cecitas contigit? Venite, venite, pariter ambulemus in lumine domini dei nostri.

Cur Iudaeos dominus proiecit vt hic ait: Proiecit enim populum tuum domum Iacob, & quid mali euenturum praedicat illi domui Iacob, pro eo quod non vult ascendere in istum montem.

CAP. X.

Proiecit enim populum tuum, domum Iacob, quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philistim, & pueris alienis adhaeserunt. Repleta est terra argento & auro, & non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis, & innumerabiles quadrigae eius. Et repleta est terra eius idolis. Opus manuum suarum adorauerunt quod fecerunt digiti eorum, & incuruauit se homo & humiliatus est vir. Ne ergo dimittas eis. Dicitur ab omnibus gentibus & a multis populis ascendentibus ad montem domini, dicitur inquam importune domui Iacob. Venite ambulemus in lumine domini dei nostri. At illa domus Iacob, aures suas obturabit vt non audiat, comprimet oculos suos ne videat, detestabitur hunc montem, maledicet hoc lumen.

hoc lumen. Quare? Proiecit hunc populum quondam tuum, proiecit hanc domum Iacob. Quare proiecit domine deus? Quia repleti sunt vt olim. Quod est dicere, Quia sicut olim quando fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculpsile, comederuntque & biberunt & surrexerunt Exod. 32. Iudaei, ita & nunc repleti sunt duplici fornicatione. Nam sicut Philistim, i. alienigenae, augures habuerunt penes omni tempore, & pueris alienis adhaeserunt fornicando contra naturam principes Sodomorum & populus Gomorrhae. Propter haec quae peccauerunt, ex quo vitulum fecerunt, proiecit eos nunc, & indurasti cor eorum. Dixisti enim, Ego autem in die vltionis visitabo Exod. 32. & hoc peccatum eorum. Si visitare habebas peccatum illud, quod tunc vitulum fecerunt, non est quod postea tot augures habuerunt, quod toties idolis seruiuerunt, quod toties auro & argento repleti, sitientes iustitiam venderunt, quod denique toties in equis & quadrigis superbiauerunt, quod toties opus manuum suarum adorauerunt, quod certe non iam vnum, sed duos aureos vitulos a tempore Hieroboam coluerunt, quod insuper Baal & cetera portentosa deorum adorauerunt. Ne ergo dimittas eis, cedendum quippe est iustis iudicij tuis. Quid ergo o miserabilis domus Iacob, quonia tu non vis ascendere in iustum montem domini? [Ingredere in petram, abscondere fossa humo, a facie timoris domini, & a gloria maiestatis eius.] Videlicet circumdate te terribili Romanorum exercitu. Nempe in hoc me veracem prophetam esse, ipse confirmat dicens, Filiae Hierusalem nolite flere super me, sed super vosipsas flete, & super filios vestros. Quia ecce veniet dies in quibus dicent, Beatae steriles & ventres quae non genuerunt, & vbera quae non lactauerunt. Tunc incipiet dicere motibus, cadite super nos, & collibus, operite nos. Ergo ingredere in petram, abscondere fossa humo, id est opta tibi scindi petras, & dehiscere terram, vt possis abscondi a facie timoris domini, & a gloria maiestatis eius, quando iam victor, gloria & honore coronatus, quaeret te iratus, missis apparitoribus visibilibus atque inuisibilibus, visibilibus quidem Romanis, qui occidunt corpora, inuisibilibus autem, id est, malignis spiritibus qui tollant animas, detrahendas vsque ad inferni nouissima. [Oculi sublimis hominis humiliari sunt, & incuruabitur altitudo visorum. Exaltabitur autem dominus solus, in die illa, quia dies domini exercituum super omnem arrogantem, & humiliabitur &c.] Quis enim iste est sublimis homo, quis iste superbus, excelsus, arrogans, nisi tu qui dicis semen Abraham sumus, nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus deum, & nos Moysi discipuli sumus? Nempe haec & his similia dicere in deo Iohan. 8. Iohan. 9. spectum supradicti montis domini magna sublimitas est, mira superbia, mira cellitudo, mira arrogantia. Humiliabit ergo omnis eiusmodi arrogans, omnis cedrus Libani sublimis & erecta, id est, omnis sacerdos & populus confidens in illo Libano, id est, pulchro templo, cui altas dicit, Aperi Libane portas tuas. Humiliabitur igitur, & omnis quercus Basan & omnis mons excelsus, & omnis collis eleuatus, & omnis turris excelsa, & omnis murus munitus. i. omnis siue plebei siue principis, qui cum per naturam sit homo, magis tamen propter superbiam talibus recte denotatur nominibus. Humiliabunt & omnes naues Tharsis, id est, omnes diuites negociantes in nauibus suis, quia superbientes in diuitijs, egenum & pauperem crucifixerunt Christum filium dei. Super hoc enim & super omne quod visum pulchrum est, erit illa dies domini, illa reuelatio irae domini, & incuruabitur sublimitas hominum, &c.

Quod ait: Quiescite ab homine cuius spiritus est, &c. quod Christus sit altissimus, & quod resurrexerit veraciter si spiritus in naribus eius est.

CAP. XI.

Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Quia excelsus reputatus est ipse, ergo inquam sic humiliandi, sic incuruandi, quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est. Quis enim ille est, nisi hic quem occidistis, cuius spiritum de naribus eius eiecistis, licet ille quando voluit spiritum de naribus suis emisserit. Ab isto quiescite, nam ecce spiritus eius in naribus eius est. Resurrexit spiritus eius, naribus eius recuperatus est. Ascendit in caelum, & excelsus, i. altissimus reputatus est, nam ecce ad dexteram dei patris sedet. Quiescite, os vestrum continete, lingua vestram nolite eicere, nolite blasphemare. Quod si dicitis, Quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, id est nolite credere in eum, qui similiter spirat, vt ceteri homines, contra vestram intentionem loquimini infelices, nam si spiritus eius in naribus eius est, resurrexit sicut dictum est, & inde excelsus reputatus est. Quiescite igitur volentes, alioquin quiesceteris nolentes. [Ecce enim dominator dominus deus exercituum, auferet ab Hierusalem & a Iuda vallidum & fortem & omne robur panis, & omne robur aquae, & fortem & virum bellatorum, iudicem & prophetam, & hariolum, & senem principem super quinquaginta, & honorabile vultu.] &c. Legit qui volent vestrae calamitatis tragediam, & me veracem in omnibus his comprobabit esse prophetam.

Cap. III.

Quod ille de quo ait: Apprehendet vir fratrem suum domesticum patris sui, Moyses sit, de quo dicitur: Nos discipuli sumus Moysi, & quomodo ille econtrario dicat: Non sum medicus, & non est in domo mea panis, &c.

CAP. XII.

Apprehendet enim vir fratrem suum, domesticum patris sui, & dicit, Vestimentum tibi est: Princeps esto noster, ruina autem haec sub manu tua. Respondebit in die illa dicens, Non sum me

sum medicus, & in domo mea non est panis, neq; vestimentum. Nolite me constituere principem populi. Tanta quippe erit raritas hominum, & maxime omnium penuria rerum, vt qui cibum & vestimentum habuerit, potens & diues & inclutus esse credatur, miseriamq; ac calamitatem communem sustentare & protegere videatur sua posse potentia. Alius autem quod ad rem magis attingere videtur, vir, id est Iudaicus populus, qui dominum suum crucifigere est ausus, apprehendet fratrem suum, domesticum patris sui, id est Moysen, non deum aut dominum, sed fratrem & comparem suum domesticum, non etiam dominum Abrahamæ patris sui. Illum apprehendet, in illo sperabit, sed frustra id faciet, dicendo, Nos discipuli sumus Moysi. Frustra inquam illum apprehendet, & in illo sperabit, dictum enim est, Est qui accuset vos Moyses, in quo vos speratis. Ille itaq; respondens, non est ita, inquit, Non sum medicus, in domo mea non est panis, neq; vestimentum. Abite adulatores importuni, nolite adulari mihi, dicendo, nos discipuli sumus Moysi, & crucifigendo dominum & magistrum Moysi. Abite ruinosi, non ero princeps vester, ruina vestra non erit sub manu mea. Non ego sum medicus, qui mederi possim ruinæ, qua corruistis exterius, qua corruistis interius. Ille medicus erat, imò est, quem vos blasphemastis, quem vos occidistis malefortes frenetici. Quid dicitis vestimentum tibi est? An quia legillatio mihi credita est? Plane non vestimentum, imò neq; panis, neq; vestimentum in domo mea est. Vestimentum in domo illius est, cuius digito lex cõtexta est. Panis in domo illius est, cuius angelorum visio cibus est. Quare sic ille respondebit, dicetq;, nolite me constituere principem populi: Nimirum propter scelus eiusdem populi. [Ruit enim Hierusalem, & Iudas concidit, quia lingua eorum, & adinventiones eorum contra dominum, vt prouocaret oculos maiestatis eius.] Idcirco ruit Hierusalem, & Iudas concidit, quia cõtra dominum blasphemauerunt atq; dixerunt, Tolle tolle, crucifige crucifige talem, non habemus regem, nisi Cæsarem, & clementissimum deum furore linguæ suæ ad amaritudinem prouocauerunt. [Agnitio vultus eorum, respondebit eis, & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt.] Quid est agnitio vultus eorum, nisi cæcitas mentis eorum? Reuera illa respondebit, id est merito cõtingit eis. Quare? Quia peccatum suum sicut Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Quomodo Sodomitæ communi libertate peccantes, & ne pudorem quidem vultum habentes in scelere dixerunt ad Loth, Educ foras viros, vt abutamur eis, sic & illi publice proclamantes, suum prædicauerunt peccatum, nec vllam in blasphemando habuere verecundiam. Idcirco quomodo illis agnitio vultus eorum responderet, vt percussit cæcitate, à minimo vsq; ad maximum, non possent inuenire ostium, sic istis & agnitio vultus sui responderet, vt velamen malitiæ super cor habentes, eum inuenire non possent, qui dicit, qui dicit, [Væ animæ eorum, quia reddita sunt eis mala. Dicit iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedit.] Vos qui auditis & intelligitis hæc, laudate iudicium dei, quoniam mala iuste reddidit eis, iusto faueto, quem illi blasphemauerunt & condemnauerunt iniuste, & dicite, quoniam fecit omnia bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedit. Hoc dicit iusto, vt & vobis æqua vice faueat iustus, vt quam diu ille comedit, vos quoq; edatis & bibatis super mensam eius, in regno eius. Econtrario [Væ impio in malum, retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominare sunt eius.] Qui exactores ipsi & mulieres. Exactores propter rapacitatem, mulieres propter passiuam & Sodomiticam libidinem. Exactores isti, mulieres istæ, scribæ & pharisæi fuerunt, qui turpis lucri gratia, vt acciperent decimas, & primitias vnde libidines suas explerent, populo persuaserunt vt crucifigerent deifilium. Hoc faciendo nimirum omni gloria populum spoliauerunt, & nudum inter hostes constituerunt. Adhuc autem captiuum populum beatum dicunt, pro Christo promittentes Antichristum. Sequitur ergo, [Popule meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant.] Idcirco continuo dicit,

Quod dominus de quo ait: Stat ad iudicandum, Christus Iesus sit, de quo Stephanus: Ecce (inquit) video caelos apertos, & cætera, & quod iudicij eius iam fuerit actus quo decalauit est vertex filiarum Sion Romanis deuasiantibus. CAP. XIII.

Stat ad iudicandum dominus, & stat ad iudicandos populos. Dominus qui ascendit in caelum, qui sedet ad dexteram dei, ipse stat ad iudicandum. Nam hoc & protomartyr Stephanus testatur, cum dicit, Video caelos apertos, & filium hominis stantem à dextris dei. Cum hæc diceret, iam ille stabat ad iudicandum, & iudicium imminerebat illi concilio malignantiu. Vnde sequitur adhuc. [Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi & principibus eius.] Id est contra seniores populi sui & principes eius. Quare? [Vos enim (inquit) depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo vestra.] Hinc ergo cõtra vos litem propono, hinc ego iudicium exigo, o seniores populi mei, o principes populi mei, Vos vineam meam depasti estis, vos quod amplius est, rapinam pauperis in domum vestram comportastis. Nonne lex dicit, ingressus vineam proximi tui, comede viuas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas tecum?

tecum? At vos vineam meam ingressi, ad agricolandum missos à me seruos meos vt fructus afferrent, interfecistis, vt soli vineam meam depascere mini. Parum hoc fuit, nisi ad vos vnicum filium meum, egenum & pauperem, & dixistis. Hic est hæres, occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Ergo rapina pauperis in domo vestra, pauperem enim occidistis, vt vestra esset hæreditas. [Quare atteritis populum meum & facies pauperum commolitis, dicit dominus exercituum.] & c. O duri vindemiarores, quo modo vineam meam depascimini atterendo & commolendo facies pauperum? Videlicet nisi quid dederint in os vestrum, sanctificatis super eos bellum. Pauperes delinquentes publice arguitis atq; confanditis, diuitibus autem maiora peccantibus, ne quicquam quidem facitis. Idcirco pauperem occidistis, vt vineam eius usurparetis, vt pauperum spolijs tam atrociter abuteremini. Idcirco iam nunc audite sententiam domini, o mulieres dominantes populi eius, vt supra dixit. Nec enim pro viris ille vos computare dignatur, sed pro mulieribus, quoniam fuitis voluptatibus, & propter voluptates explendas, sic auarè rapitis, vt nihil sit intolerabilius. Audite ergo mulieres dominantes, mulieres luxu pariter, & sanguine fluentes. Et dixit dominus. [Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant & plaudebant, ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluaabit dominus verticem filiarum Sion, & dominus crinem earum nudabit.] & c. Quid enim o auditores, o totius mundi senatores, quid impudentius istis filiabus Sion, filiabus inquam, id est, non viris, quod esse debuerat, sed fluxis mulieribus? Eleuantur sedentes super cathedram Moysi, & ambulant extento collo, accipientes salutationes in foro, & amantes vocari ab hominibus rabbi, & nutibus oculorum eunt, & plaudunt semper gestientes ad adulterium & incestum, vt pote principes Sodomorum ambulantes, & pedibus suis composito gradu incedunt, hypocrite dilatantes phylacteria sua, & magnificantes simbras, ita vt recte dicamus eis, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocrite, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcicia. Sic & vos à foris quidem paratis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate. Nonne ergo iustissime decaluaabimus verticem, & nudabimus crinem talium filiarum, talium muliercularum? Quomodo decaluaabitur? Vt perspicua sit omni mundo tineam hypocritarum, auferemus eis pulchrum templum, præfides templi virtutes migrabunt, & nudas constituemus eas inter gladios Romanorum. [In die illa auferet dominus ornatu calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, periscelides, & murenulas, & olfactoria, & innaures, & annulos, & gemas in fronte pendentes & mutatoria, & pallia, linteamina, & acus, & specula, & syndones, & vittas, & theristra.] Quid enim hæc faciunt, superdusa corporibus muliercularum, nisi quod tela concupiscentie, viris iniiciunt per fenestras oculorum? Sic nimirum quicquid scribæ & pharisæi faciunt circa semetipsos, & circa splendidum templi cultum, ad nihil aliud valet, nisi ad subuersionem intuentium. Auferet igitur illa dominus quæcumq; per prædicta mulierum ornamenta, recte signantur, ne diutius scandalum faciant aspicientibus. Nam reuera si permanissent, eiusmodi filie Sion cum omni ciuitatis & templi ornatu, scandalum non minimum fieret multis in Christum credentibus. Proinde decaluaatis illis atq; nudatis. [Erit (inquit) pro suaui odore factor, & pro Zona funiculus.] & c. Quantum enim prius fama Synagogæ suaui erat, tanto & amplius nunc fœteret, vniuersa terra odorem eius pessimum percipiente. pro Zona vel singulo sacro Aaron pontificis magni, longum in capite accepit funiculum captiuiratis. Tandem ita cõcludit. [Et desolata in terra sedebit.] Scilicet vt quod prius faciebat, iam nullum ad appetitum sui synagoga mereretur allicere possit.

Quod septem mulieres illæ sint dona spiritus sancti quiescentis super vnum Christum.

CAP. XIII.

ET apprehendent septem mulieres virum vnum in die illa dicentes. Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur, tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Septem mulieres, septem gratiæ spiritus domini intelliguntur, id est spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Iste apprehendent virum vnum, dominum Iesum Christum, quem multo tempore desiderauerant, quia nullum alium poruerunt inuenire, in quo æterna statione quiescerent. Verum hic intellectus in parte deficit. Quomodo enim dicant septem dei spiritus panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur? Aliter. Et apprehendent septem mulieres virum vnum, vt supra. Quod est dicere. Filie Sion, vt prædictum est, mulieres quæ spoliauerunt populum meum, & dominatae sunt eius, dominum vineam occiderunt, vt licentius vineam eius depascere, idcirco decaluaabuntur, idcirco nudabuntur, & confluent in iudicio aduersus eas septem mulieres, id est, omnes gentes omnium ecclesiæ gentium, quarum vniuersitas & in Apocalypsi sub septenario numero intelligitur. Surgent inquam, in iudicio

Iohan. 9.  
Iohan. 5.

Iohan. 19.

Genes. 29.

Iohan. 10.

Lucæ. 22.

Acto. 7.

Deut. 23.  
Matth. 21.

Mich. 3.

Matth. 23.

Cap. XIII.

Esaia. 11.

Alia expõ.

Lucæ. 17.  
Matth. 22.  
Apoç. 2. 3. 9.



in iudicio aduersus istam filiorum Sion generationem malam & adulteram, & condemnabit eam. Quomodo: Apprehendendo virum unum, virum non alium, quod illum occiderunt, quem de vinea sua eiecerunt foras & interfecerunt. Virum istum apprehendet in sanguine suo relictum, & eo magis dilectum. Panem inquit comedemus, &c. Ac si dicant. Filiae meretricis huius, cui tu panem tuum dedisti, quia tu vestimentis tuis operuisti, te occiderit, & adhuc blasphemare non desinunt. Veni ad nos, & hoc tantum dignare, vt inuocetur nomen tuum. Non panem tuum querimus, non a te vestimenta exigimus, illa meretrix panem non habebat, vestimentis indigebat. Nullas enim terras habebat, in Aegypto serutebat, daemoneum & Aegyptiorum libidini subiecta erat. Tu illam redemisti, tu illam per magnalia liberaisti virtutis tuae, tu illam manna cibasti, tu deinde terram illi, tu regiones gentium & labores populorum, vnde panem sibi & vestimentis acciperet, dedisti. Cum haec feceris, illa te eiecit, illa te occidit. Mala tibi pro bonis retribuit, nos contra panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur. Non querimus vt propter nos gentes illae occidantur, quarum terram optimam, terram lacte & melle manantem obtineamus. Sed quid? Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, vt dicamur & simus uxores tuae & ecclesiae tuae, & hoc modo aufer opprobrium nostrum, vt iam non dicamur aut simus quod dicebamur & eramus, scilicet alienae a conuersatione Israel, & hospites testamentorum promissionis spem non habentes, & sine deo in hoc mundo.

Ephes. 2.

Quod extunc omnibus credentibus peccata remittantur gratia spiritus sancti, quem admodum dicit: Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & cetera. CAP. XV.

Philip. 3. Acto. 4.

IN die illa erit germen domini in magnificentia & gloria, & fructus terrae sublimis, & exultatio his qui saluari fuerint de Israel. Erit inquit germen domini magnificum & gloriosum, de illa gratiosa & vniformi copula septem mulierum, de vnica fide multarum in toto orbe ecclesiarum. Et erit fructus terrae sublimis, tantae videlicet homines perfectionis, vt cum adhuc pro conditione mortalitatis terra sint, pro magnitudine sapientiae supernae coeli sint, sicut iam corum conuersatio in caelis. Et erit exultatio his qui saluari fuerint de Israel, exultabunt enim apostoli, videntes quanta per eos deus in gentibus operatus est. [Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Hierusalem.] Subauditur cum plenitudo gentium subintrauerit, nam tunc demum reliquiae saluae sicut. Omnis inquit qui scriptus est in vita in Hierusalem, id est, quorquor praordinati sunt ad vitam aeternam. Quomodo autem sanctus vocabitur, aut erit? Ait. [Si abluerit dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem eius lauerit de medio eius, in spiritu iudicij & spiritu ardoris.] Haec nempe vnica significationis regula est, vnde & supra dixi. Lauamini, mundi estote, primum quod manus vestrae plenae sunt sanguine. Sanguis ille non aliter emundari poterit, nisi ablente domino in spiritu iudicij & spiritu ardoris, id est in igne spiritus sancti cum lauacro aquae visibilis. Ille vnus idemque spiritus, spiritus iudicij est, & spiritus ardoris. Iudicij inquam, id est, discretionis, quia si delem ab infideli discernens, remissionem peccatorum per fidem tribuit, Ardoris autem, quia purgatum a peccatis hominem, deinde boni zeli igne accendit. [Et creabit dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte.] Tunc enim reddetur populo felicitas pristina, quam aliquando habuere in eremo, praecedente eos domino per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt nec in prosperis, nec in aduersis aliquando turbentur, iuxta quod in psalmo dicitur. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Fumus autem hic, non errorem vel ignorantiam significat, sequitur enim, & splendorem ignis flammantis. Ergo fumus quem creare decebat deus, lacrymosa erit compunctio peccatorum poenitentiam agentium, quam ordine sequitur, lucidum regni dei desiderium. [Super omnem enim gloriam protectio & tabernaculum erit in vmbra culum diei ab aestu, in securitate & absconione a turbine & a pluuia.] Qui post poenitentiae lachrymosae fumum creaturam ignis flammantis, id est splendidi desiderij consequi meruerit, vt delectet eum contempleri gaudia patriae caelestis, talis promissio gloriosa est illi. Protectio inquit & tabernaculum erit super omnem gloriam. Vere enim qui gustauit contemplantando beatitudinem futuri seculi, super omnem computat gloriam mundi yacare, & in secreto abscondi ab aestu atque a turbine, & a pluuia praesentis seculi, vt cum psalmista dicere possit. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo, in die malorum protegit me in abscondito tabernaculi sui. Et in Canticis. Ego dormio, & cor meum vigilat. Nempe qui sic absconditus dormit, super omnem regum gloriam glorificatus est, cum dicere possit, nostra autem conuersatio in caelis est.

Exod. 13.

Psalm. 120.

Cant. 5. Psalm. 29. Philip. 3.

CAP. V.

Quod canticum isto secunda perioches sit passionis Christi, & quod secundum illud canticum dominus illa parabola dixerit: Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam. CAP. XVI. Cantabo dilecto meo canticum patruelis mei vineae suae. Vineam factam dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, &c. Canticum hoc, secundae perioches initium est. Quod in initio dixerat, filios genui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me, hoc istud canticum in parabola vineae

vineae latius ostendit. Dicitur autem per contrarium canticum, nam veraciter idem est vt quod item in initio dictum est. Vae genti peccatrici. Cantabo inquit dilecto meo, id est, Christo, veraciter animae meae dilecto. Quis enim nescit, quia tua anima o cantor optime desiderabilem Christum dilexit & diligit? Nempe canticum sibi vel ad opus suum cantatum esse restatur, cum ex eo sumpta parabola, principibus sacerdotum & pharisaeis dicit, Homo erat paterfamilias, qui plantauit vineam, & sepe circumdedit ei, & fodit in ea torcular, & aedificauit turrim, & locauit eam agricolis, &c. Canticum hoc quorum sit vae, distinte insinuat, dicendo, Patruelis mei vineae suae. Quis enim patruelis prophetae extitit, nisi agricolae iam dicti, id est, ordo leuiticus & sacerdotalis: Denique cum ipse propheta de tribu Iuda extiterit, patruus eius quodammodo fuit Leui. Patruelis autem eius cunctus ordo leuiticus, & sacerdotalis. Porro vinea dilecti, populus extitit. Igitur cantabo dilecto meo canticum patruelis mei, vineae suae, id est, proloquar Christo, quod annunciet agricolis, & vineae suae, scilicet sacerdotibus & populo suo carmen lamentabile. Vineam factam dilecto meo. Quenam ista vinea sit, ipse cantor aperit in fine conclusionis. Vineam inquit domini exercituum, domus Israel est. Haec dilecto meo facta est, acquisitione, non auri, neque argenti, sed multorum mirabilium quae fecit in terra Aegypti. Vnde & scriptum est. Vineam de Aegypto transtulisti. Facta est autem in cornu, id est, in eadem potentia, qua illam transtulit, quemadmodum & Balaam cum de eodem populo dixisset, deus adduxit eum de Aegypto, continuus subiunxit, Cuius fortitudo similis est rhinocerotis. Haec facta est (vt iam dixi) dilecto meo filio olei, id est, filio charitatis dei. Nam idcirco illi facta est, vt praeparatam sibi ille adueniens possideret, & per suum sanguinem sanctificaret. Quod & fecit. Omnes enim per suum sanguinem de inferno eduxit, quorum pars vinea bona est. Sed & de radice eius apostolos sumpsit, de quibus vel per quos rotus mundus vitibus bonis impletus est. Siue filio olei, id est, in loco pingui, quia reuera nihil pinguius terra repromissionis. Et sepiuit eam, id est angelorum praesidio sepiuit eam. [Et lapides elegit ex ea.] Id est, idola vel quicquid dei cultum impedit poterat, diligenti cura persepe reiecit ab ea. [Et plantauit eam electam.] Id est, optimam, in fide electorum Abraham, Isaac, Iacob, bene radicaram. [Et aedificauit turrim in medio eius.] Id est, templum in medio regiae ciuitatis eius. [Et torcular extruxit in ea.] Id est, altare quod ita sacerdotibus commoda reportat, quemadmodum agricolis torcular. [Et expectaui] vt faceret vinas, & fecit labruscas. Id est, vt faceret bona, & fecit opera mala. [Nunc ergo habitatores Hierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meam.] Nonne ergo canticum hoc dilecto animae suae cantauit? Denique sic iam dicta in euangelio parabolam secundum canticum huius sensum contexit, vt omnino istud sibi cantatum vellet intelligi, tandemque percunctatur, & ipse penes eisdem verbis. Cum ergo inquit venerit dominus vineae, quid faciet agricolis illis? Hoc tantum interest, quod istuc inter dominum vineae & ipsam vineam, illic autem inter dominum vineae, & agricolam iudicium postulat. Porro quid per labruscas hic velit intelligi, illic manifestius aperit, in haec verba prorumpens. Et agricolae apprehensis seruis eius alium caeciderunt, alium occiderunt. [Et nunc inquit] ego ostendam vobis quid faciam vineae meae. O habitatores Hierusalem, o viri Iuda, vt iudicaretis inter me & vineam meam interrogauit, & quia non vultis respondere quod sciscitor, ego ipse mihi respondebo. [Auferam sepe enim.] Id est, tollam angelorum auxilia. [Et erit in direptionem.] Diruam maueriam eius, & erit in conculcationem, & ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodietur. [Et est sensus.] Destruam muros eius, Romano circumfidente exercitu, ita vt in aeternum non reedificetur. Nec verò sicut sub Babylonijs passa est, ita & sub Romanis patietur. Nam sequitur. [Et nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem.] Siquidem & Hieremias capta iam vrbe, prophetauit in populo, & Ezechiel, Daniel quoque & tres pueri, vel prophetae, vel mirabilia signa, etiam in captiuitate fecisse narrantur. & postea Aggeus & Zacharias futura dixerunt in consolationem populi seruientis. Nunc autem eiusmodi nubibus mandabo, ne pluant super eam imbrem, id est, vt iam, nec apostolos habeant, nec prophetas quos occidant. Vnde & in Leuitico loquitur, Ponam caelum vobis ferreum, & terram aeneam. Quare hoc mandabo nubibus meis? [Quia expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas.] Quanta enim iniquitas, & quantus clamor, quod & seruis patrisfamilias occiderunt, & videntes filium eius, de quo dixerat, Verebuntur filium meum, crucifige crucifige clamauerunt.

Math. 23.

Psalm. 78.

Num. 24.

Labrusca.

Leuit. 26.

Luc. 23.

Quomodo huius loci propheticum sensum consonet illa inuectio domini, qua postquam illam parabolam recitauit, octies vae increpuit scribis & pharisaeis. octies enim ille post canticum istud vae illis pronunciat, cum dicit: Vae qui coniungitis domum &c. CAP. XVII.

Vae qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci, &c. Sexies hoc loco vae spiritus sanctus per istum verbi sui ministrum conclamat. Vae qui coniungitis domum ad domum. Vae qui conurgitis mane ad sectandam ebrietatem. Vae qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis. Vae qui dicitis malum bonum & bonum malum. Vae

Lli ij qui

qui sapientes estis in oculis vestris. Væ qui potentes estis ad bibendū vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatē. Duo væ præterea sunt subaudienda in his duabus iræ sententijs. Qui dicitis, festinet, cito veniat opus eius vt videamus. Qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Plane & hæc omnia de cantico sunt quod dilectio suo cantare proposuit, quæ & malis decantat agricolis, id est, interfectis & toribus eiusdē dilecti scribis & pharisæis. Testificatur hoc ipse dilectus qui cantata sibi ab isto propheta rotidē væ, id est, octo, recantat, cū dicit post parabolā quā de vinea proposuit. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis domos viduarū oratione longa orantes. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui circuitis mare & aridā vt faciatis vnum profelytum. Væ vobis duces cæcorū qui dicitis, Quicumq; iurauerit per templū, nihil est, qui aut iurauerit in auro templi, debet. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anetū, & ciminū, & reliquistis quæ grauiora sunt legis. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mūdatis quod deforis est calicis & paraplydis, intus autē pleni estis rapina & immundicia. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis quæ a foris parēt hominibus speciosa, intus verō plena sunt ossibus mortuorū, & omni spurcicia. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra mortuorum, & ornatis monumenta iustorum. Nonne ergo cantor iste canticū eiusmodi cantās, eo redit quo & dilectus eius cui cātauit, qui recantādo rotidē inuehitur sententijs?

Quod primo væ intolerabilem scribarum & pharisæorum auaritiā prophetando percutit:

Et propter eandem ciuitatem fore destruendam prædicit. CAP. XVIII.

ET primum quidem væ intolerabilem scribarum & pharisæorum auaritiā percutit. [Væ (inquit) qui cōiungitis domum ad domum, & agrū agro copulatis vsq; ad terminū loci. Nunquid habitabitis soli vos in medio terræ? In auribus meis sunt hæc domini exercitū. Eiusdē auaritiæ malū quæ pœna consequatur, cōtinuō subiungit. [Nisi domus multæ defert fuerint grandes & pulchræ absq; habitatore. Decem enim iugera vinearum faciēt lagunculam vnam. Et triginta modij sementis facient modios tres.] Plane hic propter auaritiā sacerdotum ciuitatem fore destruendam præuidet ac prædicit. Quod ipsum cōfirmat dilectus sæpe dictus, cui cantauit. Nam cum videns ciuitatē, fleuisset super illam, dicit. Quia si cognouisset, & tu, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & non relinquunt in te lapidem super lapidem; continuō ingressus in templum, cœpit eicere vendentes in illo, & emētes dicens illis. Scriptum est, quia domus mea domus orationis est. vos autem fecistis illā speluncam latronum. Et notanda dictionis proprietates, vbi per eclipsin maiorē vindictæ vel iræ quantitatē acerrime significat. Nisi (inquit) domus multæ defertæ fuerint, grandes & pulchræ absq; habitatore, subauditur, falsum vobis ego præcantauī væ. Quod autem decem iugera vinearū fecerint lagunculam vnam, & triginta modij sementis, modios tres, id est, quod hi qui diuites fuerant, in obsidione Romana, fame & siti perierunt, infelicis historie textus satis ostendit.

Quod secundo væ, eorundem ebrietatem redarguit, qua iam ebrii dominum comprehendunt in illa paschali vespere. CAP. XIX.

VÆ qui confurgitis mane ad lectandā ebrietatem, & potandū vsq; ad vespertū, vt vino æstuetis. Cithara & lira & tympanū & tibia, & vinū in conuiujs vestris. & opus domini nō respicitis. nec opera manū eius cōsideratis. [Istud væ agricolæ eisdem ebriositatis nimie redarguit. Vsq; ad vespertū inquit. Nimirum in spiritu iam præfens aderat, futuro diei quo festiua ebrietate crapulati, dominū vineæ, filium dei comprehenderūt, cum esset vespere paschalis. Væ igitur vobis ebrii, inquit, atq; vomentes crapulati & sordidi, qui vino æstuant, sobriū comprehendistis filium dei. Cithara, & lira, & tympanū, & tibia, & vinum in conuiujs vestris. Hoc ipsum Amos propheta vehementissime persequens, cum dixisset. Qui comeditis agnum de grege, & vitulū de medio armenti, qui canitis ad vocē psalterij, decemissime ad hos cōuertus ait. Sicut Dauid putauerunt se habere vasa cantici bibentes in phyalis vinum, & optimo vnguēto delibuti, nihil patiebatur super cōtritione Ioseph. Quod hic dicit. Et opus domini nō respicitis, & opera manū eius nō consideratis. hoc ille expressit nimis eleganter, & nihil iniquius patiebatur super cōtritione Ioseph. Nempe cōtritio Ioseph, id est passio domini, quæ per venditionē Ioseph solet intelligi, opus est domini, opus manū eius, opus nostræ redēptionis. Hoc opus domini nō respiciebat isti ebrii, nihil enim patiebatur super cōtritione Ioseph, optimo vnguēto delibuti. Quam enim verū est, qd nihil patiebatur super cōtritione Ioseph, qui super eum nimio risu, & cachinno mouebant. Quid igitur? [Propterea captiuus ductus est populus meus, quia nō habuit scientiā.] Propterea in quā, quia iam dicti operis domini nō habuit scientiam, quia cōtritioni Ioseph cōpati nesciuit, captiuus ductus est in omnes gētes. [Et nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti aruit.] Hoc adeo verum est, vt nobilis femina, nomine Maria in illa obsidione filiū suum manducauerit. Sed parua est vindicta, nisi sicut per Moysen prædictum

prædictum est, ignis succensus ardeat vsq; ad inferni nouissima. Sequitur ergo. [Propterea dilatauit infernus animā suam, & aperuit os suum absq; vilo termino. Et descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes, gloriosiq; eius ad eum, & cetera.] Econtrario, mites & humiles bonis domini abundabunt, vnde & tandem inferi. [Et pascent agni iuxta ordinem suum, & deferta in vbertatem conuersa, aduenæ comedent.] Quando dominus exaltatus fuerit in iudicio, & sanctus in sua sanctificatus iusticia, vt mali agricolæ male pereant, tunc qui fuerint de agnorum numero, non hædorum, in pratis ecclesiæ pascentur, & quæ a ludæis deferta sunt, versa in vbertatem comedent aduenæ, id est, gentium populus.

De tercio væ quo dicit. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, quia occidendo

Christum mensuram patrum suorum impleuerint. CAP. XX.

VÆ qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis, & quasi vinculū plaustrī peccatū. [Væ istud illi consonat, quo dominus. Væ, inquit, vobis qui ædificatis sepulchra prophetarū, & ornatis monumēta iustorum. Et subinde. Itaq; testimonio estis vobismetipsis, quia filij estis eorum, qui prophetas occiderūt. Et vos implete mensuram patrum vestrorum. Deniq; sic implete mensuram patrum impiorum, vt quia patres prophetas occiderunt, filij non degeneres occidant dominum prophetarum, idiplum est quod trahere iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculum plaustrī peccatum. Væ igitur vobis, quia trahetis nihilominus longum quoq; funiculum peccatorum. Nam a sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachias, quem occidistis inter templum & altare, venient omnia super generationem istam.]

De quarto væ illorum qui dixerunt, Festinet cito, veniat tempus, &c. videlicet quando dicebant. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce. CAP. XXI.

VI dicitis festinet, cito veniat opus eius, vt videamus, & appropriet, vt veniat cōsiliū sancti Israel, & sciemus illud. [Qui, inquit, dicitis, festinet, vobis væ. Quid enim? Nunquid nō multū festinavit, & cito venit opus sancti Israel? Nonne cito resurrexit post tres dies? Nunquid nō scitis illud? Nunquid nō vobis annunciauerūt custodes monumenti, qui facti terræ motu magno exterriti, & præ timore angeli de cælo descēderūt, facti sunt velut mortui? Quid amplius festinare voluistis, dicēdo. Si rex Israel est, descēdat nūc de cruce, & credemus ei? Quid cito venire voluistis, opus eius dicēdo, cōsiliū in deo, liberet nūc eum si vult. Imō q̄ negligētia festinatio fuit, qd cōtumētia & tormēto eū interrogare voluistis, si esset filius dei. Vg ergo vobis.]

De quinto væ, pro eo quod dixerunt malum bonum, videlicet, reseruando Barrabam,

et condemmando Christum. CAP. XXII.

VÆ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, potentes tenebras lucem, & lucē tenebras. ponentes amarū dulce, & dulce amarum. [Vt quid enim tam procaciter peruertitis iudicium? Bonum dei filium dicitis malum, malū latronem Barrabam dixistis bonū, Tenebras, id est homicidia, & seditiones illius ponitis vobis lucem, huius autem lucem, id est doctrinā & veritatē ponitis tenebras, id est, seductionem. Dicitis enim, quia malus est, & quia commouit populum, docens per vniuersam Iudæam. Væ igitur vobis qui dulce huius velut amarum reiecitistis, & amarū Barrabæ combibistis, vt seditiones eius hæreditate possideatis.]

De sexto væ, in eos qui sapientes in oculis suis, tulerūt clauē scientiæ illis. CAP. XXIII.

VÆ qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. [Vt quid enim clauē scientiæ tulistis? Ipsi non introistis, & eos qui introibāt, prohibuistis. Clauistis regnum cælorū ante homines, sedentes super cathedrā Moysi, amātes primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Igitur & pro hoc væ vobis.]

De septimo væ in eos, qui viri fortes sunt ad miscendā ebrietatē. CAP. XXIII.

VÆ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendā ebrietatem. [Potenter bibistis, fortiter ebrietates miscuistis, viri fortes, viri phrenetici. Nam inde est, qd medicum verum percussistis. Vinum pessimū, vinum erroris bibistis, & spiritum vertiginis. Hinc est quod Moyses dicit. De vinea Sodomorum vinum eorum & de suburbanis Gomorrhæ. Vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Et corporaliter ebrii illa vespere, de qua supra dictum est, filium dei comprehendistis, & deinceps vinum doctrinæ nequam fortiter, imō pertinaciter miscere non cessatis, ad defensionem vestri homicidij, ad multiplicandum blasphemias in illum quem occidistis, & odium eius filijs vestris iugiter propinatis. Væ igitur vobis.]

De væ octauo, in eos qui iustificanc impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferyunt.

CAP. XXV.

VÆ vobis qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiā iusti aufertis ab eo. [Quare enim iustitiā iusti, qui benedictus venit in nomine domini, ab eo abstulistis, nisi quia munera vobis auri & argenti nō attulit, sed pauper & humilis venit. Ecce, inquit, Zacharias Zacharia, propheta.]

propheta, filia Sion, ecce o filia Hierusalem rex tuus veniet tibi iustus & saluator. Ipse pauper, & ascendens super asinam, & super pullum filium asinae. Quia non solum iustus, sed & pauper venit, quemadmodum hic dicit, idcirco iustitiam eius ab eo abstulisti. Econtrario, si venierit in nomine suo ille alius diues impius, illum suscipietis, illum pro muneribus iustificabitis, quasi victoriam omnium gentium proinus adepturi, quasi auream atque gemmatam Hierusalem in terris habituri. Vae igitur vobis.

*Quod propter haec mala, Romanus exercitus venire debuerit, & quomodo adhuc ultra illam vindictam manus domini extenta sit.*

CAP. XXVI.

**P**ropter hoc sicut deorat stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit, sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum ut pulvis ascendet, &c. Quæ illis contigisse sub Romano imperio orbis vniuersus audiuit. [In omnibus his non est auersus furor eius, sed adhuc manus eius extenta.] Hæc distinctio illud innuit, quod dubium est nemini, quia inimicis dei non nouissima pœna, vel malorum finis est mors corporis, quamlibet horrenda. Quapropter illud quod sequitur de secundo Christi aduentu, quo iudicaturus veniet, nil obstat intelligi.

*De eo quod ait, Et ecce festinus veniet, & de die iudicij quando rugiet ut catulus leonũ, dicendo his qui a sinistris erunt: Ite maledicti in ignem æternum.*

CAP. XXVII.

**E**t leuabit signum in nationibus procul, & sibilabit ad eum de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. Non est deficiens neque laborans in eo, non dormitabit neque dormiet, neque soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calciamenti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. [Nam Iudæis qui illum reiecerant disperseritis, ipse signum crucis suæ, leuabit, inquit, in nationibus, procul, & sibilabit. id est, occulta inspiratione adducet ad eum genes de finibus terræ, & ecce festinus velociter veniet. Nam & si videatur longum esse quod nondum venit, mora tamen non est in consideratione tanti negotij. Vnde sapiens. Horrende, inquit, & cito apparebit vobis. Non est deficiens neque laborans in eo, id est, non erit sicut prius mortalis, sicut prius infirmus, in illo aduentu suo. Non dormitabit neque dormiet, id est, non occultus ut ante, sed manifestus veniet deus noster. Non soluetur cingulũ renũ eius, nec rumpet corrigia calciamenti eius, subauditur, ut tunc semel factum est, quando distinctus in cruce pepedit, & moriendo rupta est corrigia carnis, qua calciatus venerat deũ. Sed quid? Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Viuidas namque & acutas sententias dabit extento arcu acuti iudicij, multis iudicijs arcus singulos tenentibus, id est, auctoritatem iudicandi. Vngulæ equorũ eius, ut silex, & rota eius, quasi impetus tempestatis.] Equi & currus eius, throni sunt & dominationes, & omnes virtutes coelorum, quæ in aduentu eius mouebuntur. & erit tempestas valida in circuitu eius. Equi tales vngulas quasi silices habere dicuntur, quia æterni sunt, & nulla infirmitate lassantur. [Rugitus eius ut leonis, rugiet ut caralis leonum, & frendet, & tenebit prædam, & amplexabitur, & non erit qui eruat.] Vere rugitus eius ut leonis, quo attonita terra tremet, & cuigilantes exiliit mortui. Rugiet ut catulus leonum, dicendo. Ite maledicti in ignem æternum. Frendet & tenebit prædã & amplexabitur, dextros enim tenebit ut prædam suam, quia pro illis huc leoni propheticè dictum est. Ad prædam fili mi ascendisti. Non erit qui eruat, certe non erit, qui de manu eius rapiat. [Esonabit super eum in die illa sicut sonitus maris.] Super eum, inquit, scilicet super diabolum, quem cum magno sonitu videntibus cunctis præcipitabit. [Aspicimus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata est in caligine eius.] Aspicimus, inquit. Qui aspicimus: Nos utique prophetae sancti, & patriarchæ magni. Ergo ne talibus quoque ibi erunt tenebræ tribulationis? Erunt plane quando aspicimus in terram & videbimus hiantem tartarũ. erunt, inquam, tenebræ tribulationis tam ingentes, ut si villo modo mori possimus, solius visionis tribulatio sufficeret ad exanimandos nos nimietate paucorum atque tremorũ. Nam vix iustus saluabitur, ergo nos quoque tenebras tribulationis aspicimus, ubi illa belua mirabilis præcipitabitur, & lux quoque, id est, sanctitas nostra horrore obtenebrabitur in caligine eius.

*Quid sit, dominum sedere super solium excelsum, & quæ sint sub eo implentia templi, quid Seraphim, quid facies, quid pedes domini, & quid clamor dicentium, Sanctus, Sanctus.*

CAP. VI. XXVIII.

**I**n anno, quo mortuus est rex Ozias, vidi dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea quæ sub eo erant, replebant templum. [Tertia hæc periocha maxime vigilanter intellectorem quærit, quia maxime clausa est propter eos, quos spiritus sanctus noticia veritatis indigno iudicauit, sicut ipsa scriptura parenter innuit. Dicitur enim in primordijs. Excæca cor populi hulus, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis, & cætera. Et circa fines eiusdẽ Peroches, Liga, inquit testimoniũ, signa legẽ in discipulis meis. Igitur ne quid de fumo illorũ patiamur, propter quos visionis huius testimoniũ, ligatum atque signatum

signatum est, spiritus sanctus corda illuminet nostra, luminis sui claritate. Eo duce primum adhibeamus euangelicæ veritatis candelabrum. Euangelista Iohannes cum dixisset, propterea non poterant credere Iudæi, quia iterum dixit Esaias. Excæcauit oculos eorum, & indurauit eorum cor, ut non videant oculis, & intelligant corde, & conuertantur & sanent eos, continuo subiunxit. Hæc dicit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Proinde quis dubitet, hic domini nostri Iesu Christi gloriam prædicari, & prophetam hic de eo loqui? Ergo vidi dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, id est, vidi in spiritu, vidi prophetali oculo dominum omnium Iesum Christum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, super omnes cælos eleuatum, & receptum in paternæ dexteræ consessum. Illud verè excelsum est solium, & ab humilitate humana, qua pati dignatus est, longè eleuatum. Cur autem & nunc præmiserit, in anno quo mortuus est rex Ozias, & posterius dicat, & factum est in diebus Achaz, filij Ioathan, filij Ozias regis Iuda, & cætera, suo loco prætereundum non erit. Et ea inquit quæ sub cælo erant implebant templum. Postquam dominus ascendens in cælum, sedit super illud paternæ maiestatis solium excelsum & eleuatum, quæ deinde sub eo sunt? Nimirum dona quæ dedit hominibus, dona sancti spiritus, quæ dedit apostolis, & cæteris in se credentibus. Hæc implent templum, id est, edificant, & perficiunt ecclesiam dei, per mundum vniuersum. [Seraphim stabant super illud.] Seraphim ardentes, siue incedentes interpretantur. Qui ergo sunt Seraphim? nisi apostoli. quos vtrique ardentes atque incedentes decimo die post ascensionem eius effecit spiritus sanctus? Apparuerunt enim illis dispersitæ linguæ, tanquam ignis, supraque singulos eorum sedit. Et repleti sunt omnes spiritu sancto. Ipsi stabant super templum illud, nam isti patres & iudices ecclesiæ dei principantur. [Sex alæ vni, & sex alæ alteri.] Senarius numerus plenus atque perfectus est, quippe qui suis partibus constructus. Habet enim mediam, id est, tria. Secundam, id est, duo. Sextam, id est, vnum, quæ simul aggregatæ, senarium perficiunt. Et senario dierũ numero deus perficit hunc mundum. Ergo sex alæ singulorum Seraphim, plenam & perfectam significat notitiam veritatis, quam spiritus sanctus apostolos docuit iuxta promissum dicentis. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. [Duabus alis velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.] Facies domini diuinitas Christi est, de qua scriptum est. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Pedes domini, humanitas Christi est, de qua itidem scriptum est. Et verbum caro factum est. Vtrunque velabant, id est, vtrunque prædicabant, & pro tempore indignis abscondebant, neque margaritas suas ante porcos mittebant. Duabus alis velabant, id est, vtrunque prædicabant. Quid enim est, quod toridè alis faciẽ, quor & pedes velabãt, toridemque volabant. nisi pari intentione, tam diuinitatem quam humanitatem Christi, & pro tempore siue loco annunciabant? Ad quid enim volabant? Sequitur. [Et clamabant alter ad alterum, & dicebãt. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum. Plena est omnis terra gloria eius.] Ergo volabant, id est, fidẽ sanctæ trinitatis hæcenus incognitam prædicabant, iuxta regulam dicentis. Euntes docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij, & spiritus sancti. Hic ter sanctus vnus est dominus, vnus in tribus personis est deus, pater, & filius, & spiritus sanctus. Hic enim est dominus deus exercituum, extunc maximè, ex quo Seraphim taliter clamare cœperunt alter ad alterum, id est, concordia fide, & mutua collatione scripturarum. extunc enim maximè accreuerunt illi, & multiplicati sunt exercitus credentiũ. Vnde & protinus subditur. Plena est omnis terra gloria eius, subauditur, quæ prius tantum in Iudæa cognoscebatur. Nam quod hic super solium excelsum & eleuatum sedere cernitur, deinde & omnis terra gloria eius plena esse dicitur, illud est quod vno versiculo innuit Psalmista. Exaltare inquit super cælos deus, & super omnem terram gloria tua.

*Quid sit commotio liminarium, & quid sit fumus implens domum domini, vnde pollutã sint labia populi, cuius in medio propheta se habitare congemiscat, & quid volans ad eum vnus de Seraphim.*

CAP. XXIX.

**E**t commota sunt superliminaria domus a voce clamantis, & domus impleta est fumo. [Clamantibus Seraphim, & in tota terra trinitatis mysteriũ prædicantibus, statim commota sunt superliminaria templi, & omnes illius cardines ceciderunt, impleta saluatoris comminatione dicentis. Relinquetur vobis domus vestra deserta. Aliter. Commota sunt superliminaria, id est, zelo concitati sunt principes sacerdotum Annas & Caiphas, & omnes qui synagogæ præminebant. Commota sunt inquam hæc superliminaria, pro audita trinitatis gloria, & iniecerunt manus, ut concluderent ora clamantium Seraphim, id est, ut prohiberent apostolos loqui in nomine domini. Præcipiendo inquit præcepimus vobis, ne doceretis in nomine isto. & ecce repleti Hierusalem doctrina vestra, & cætera. Commota sunt igitur superliminaria, & domus nõ iã domini, impleta est fumo inuidiæ, & qua gloria domini omnis

LLI iij terra

terra splenduit, ex eadē in Israel cæcitas contigit. Et dixit. [Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito. Et regē dominum exercitū vidi oculis meis.] Hoc illud est, quod in actibus apostolorū legimus. His auditis cōpuncti sunt corde, & dixerūt ad Petrū, & ad reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres. Vg ergo inquit mihi, quia tacui. Nec verò tantum quia tacui, sed quod peius est, vir pollutus labijs ego sum, quod in persona eorum rectē dici, facta ipsa consentiunt. Clamauerunt enim, tolle Iohan. 19. tolle, crucifige crucifige. Veraciter ex eo polluta se labia cognouerunt habere, sed seducti fuerant. & per ignorantiam tali clamore labia sua polluerant. Sequitur ergo. Et in medio populi polluta labia habentis, ego habito. Multi enim ex eis non per inuidiā clamauerunt, sed multitudinem secuti sunt. [Et volauit ad me vnus de Seraphin, & in manu eius calculus, quem tulerat forcipe de altari, & tetigit os meum, & dixit. Ecce tetigi hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.] Iste vnus de Seraphin, Petrus apostolus extitit, qui gratiæ pennis aduolans, dixit. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu Christi, in remissionem peccatorum vestrorum. & accipietis donum spiritus sancti. In manu eius calculus inquit. Calculus donum est spiritus sancti, quo peccata comburuntur, in Christum credentiū. Illud in manu erat Seraphin, id est, in potestate Petri apostoli præcæteris. Illi nanque Christus clauis regni cœlorum specialiter tradidit. Quem tulerat forcipe de altari, id est, quē promeruerat, à Christo solido tenore fidei. Primus enim dixit. Tu es Christus filius dei viui. Habet igitur primus in manu calculum, id est, sancti spiritus donum, in potestate vel ministerio conferendæ remissionis peccatorum.

*Quid sit dicere, Quem mittam, & quis ibit nobis, & quid illud, ecce ego, mitte me, & quod Stephanus protomartyr sese obtulerit, & secundum sensum præsentis loci, dura illi populo stans in consilio nunciauerit.*

**E**T audiui vocem domini dicentis. Quē mittam, & quis ibit nobis? Et dixit. Ecce ego, mitte me. Et dixit. Vade & dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere. & videte visionem, & nolite cognoscere. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum. Quem inquit mittam, & quis ibit nobis? Ac si dicat. Quomā neminem ex eis, quos mittimus viuere permittunt, & me ipsum occiderunt, quem inueniam tantæ fortitudinis, vt mittam eum? Quis ibit vel quis ire audebit nobis, & dicit eis, me, quem occiderunt filiū hominis sedere super solium excelsum, & eleuatum, sedere vel stare à dextris dei? Et dixi, ecce ego, mitte me. Et dixit. Vade, &c. Supra diximus, in personam eorū, qui auditis Petri apostoli dictis cōpuncti corde dixerunt. Quid faciemus, prophetā dixisse vae mihi, quia tacui, &c. Cuius nunc in persona dicit, Ecce ego, mitte me? Cuius inquam, nisi protomartyris Stephani, qui gratia & fortitudine plenus ire non timuit? Nēpe ille quasi iniustus, vtrō se obtulit, & ecce ego, mitte me dixit. nec enim legimus quod per aliquem apostolorū mandatum accepit. sed quod publicum testimonium perhibens filio dei, cum tantum diaconus esset, prodigia & signa faceret apostolicę virtutis. Nonne iste præsentem, de quo loquimur, legationem euidenter attulit. qui cum staret in concilio, cum esset plenus spiritu sancto, intendens in cœlum, vidit gloriam dei, & ait. Ecce video cœlos apertos, & filiū hominis stantem à dextris virtutis dei? Vade inquit dominus, dices populo huic. Audite audientes, & nolite intelligere, &c. Nimirū & hanc legationis partem pertulit, qui causas tantæ iræ non tacuit. Dixit enim. Dura ceruice, & incredulis cordibus, & auribus, vos semper spiritui sancto resististis. sicut & patres vestri, & vos. Quem prophetarū non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius nunc vos proditores, & homicidæ fuistis. Planē quod dictū est, aure audietis, & non intelligetis, continuo verum esse constat. Nam vbi dixit. Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis dei, acclamantes voce magna, conuenerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Excæca inquit cor populi huius. [Et dixi. Vsq̄quo domine? Et dixit. Donec desolentur ciuitates absq̄ habitatore, &c.] Et est sensus. Tandiu non audiet, & non videbit, & excæcatum habebit cor, donec ciuitates Iudææ, Vespasiano, Titōq̄ pugnantibus, penitus subuertantur. in tantum, vt ne nomen quidem pristinum remaneat. & domus, si quæ remanserint sine habitatore sint, & terra redigatur in solitudinem, & vel fuga vel captiuitate in rotum orbem Iudaicæ populis dispergarur, & nequaquam in Iudæa, vt prius, sed in cunctis gentibus Iudæorum populus multiplicetur. Nam hoc est quod sequitur. [Et multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ, & adhuc in ea decimatio, & conuertetur.] Ac si dicat. Quid autem dico multiplicabitur? Tāta erit infelicitas residui populi, vt ad comparationem prioris multitudinis vix decima pars remaneat. [Conuertetur inquit] & erit in ostensionem sicut therebintus & sicut quercus quæ expandit ramos suos, Semen sanctum erit id quod steterit in ea. ] Et erit in deprædationem, quando post an-

post annos ferme quinquaginta Adrianus venerit, & terram Iudaicam penitus fuerit deprædatus, in tantum, vt therebinto & quercui, quæ glandes amiserit, comparetur. Denique post extremam vastitatem, etiam leges publicæ penderunt, & prohibiti sunt Iudæi terram, de qua eieci fuerant, ingredi. Si quis autem crediderit in Christum, & impletū fuerit illud quod supra legimus, nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma essemus, & limities Gomorrhæ fuissimus, quando iuxta apostolum reliquiæ saluabuntur. hoc semen sanctum erit, & de apostolorum germine cunctæ ecclesiæ pullulabunt.

*Cur visioni illi, rem in diebus Achaz gestam cōiunxerit, & qualiter impleuerit præceptū dicentis in initio visionis, Excæca cor populi huius. Itemq; in fine eiusdem: Liga testimonium, signa legem in discipulis meis.*

CAP. XXXI.

**E**T factū est in diebus Achaz filij Ioathan filij Ozia regis Iuda. Ascendit Rasin rex Syriæ & Facee filius Romeliæ rex Israel in Hierusalem, ad præliendum contra eam. Et non potuerunt debellare eā. Et nunciauerunt domui Dauid, dicentes. Requeiuit Syria super Ephraim. Er commotum est cor eius & cor populi eius, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti. Narrata visione, quod valde notandum est, continuet atq; coniuncte longē post actæ rei narrationem subiungit dicendo, & factum est in diebus Achaz. Nec enim memoriæ debet nunc abesse, quod visionem narrare incipiens tempus eius posuit dicendo, in anno quo mortuus est rex Ozias, deniq; inter Oziam & istum Achaz anni fuere. X VI. quibus regnauit Ozia filius Ioathan. Quid ergo continuando rem tanto post tēpore gestam visioni præteritæ coniunctiuncta quoq; vsus est, dicēdo, & factū est in diebus Achaz? Quid putamus, nisi quia in diebus Achaz tādē fecit id qd sibi tūc præceptū fuerat? Quid enim præceptū fuerat? Videlicet, vt cor populi excæcetur, id est, vt sic visionem eandē narraret vt populus quia non merebatur, non intelligeret. Nam qui tunc dixerat. Excæca cor populi huius, ipse postmodū dicturus est. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Et propheta respondet. Et expectabo dominū qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum. Ergo quæcunq; hoc loco Iudæis obesse videntur, vt non intelligant, imō quæcunq; iuuare putantur impietatem illorū aduersus ea, quæ deinceps de Christo prophetantur, ligamenta sunt, signacula sunt testimonij propheticij, imō leges euangelicæ, quæ per istum prophetam euangelizantur, dicentē. Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c. Nobis autem in Christo reuelantur per ipsum, qui librum linguatum aperuit, & soluit tam hæc, quàm cætera signacula eius.

*De eo quod cum annunciatum esset domui Dauid, quia requeiuit Syria super Ephraim, annunciatum conceptus & partus virginis, & cur vocetur Emanuel, Itemq;: Accelera, spolia detrahe, festina prædare.*

CAP. XXXII.

**A**Nnunciauerunt inquit domui Dauid, dicentes. Requeiuit Syria super Ephraim. Er commotum est cor eius, & cætera. Quare commotum est cor Dauid, & cor populi eius, sicut mouentur ligna sylvarum à facie venti? Videlicet quia, sicut subiunctum est, consilium inierat Syria malum, & Ephraim & filius Romeliæ contra Iudam dicentes. Ascendamus ad Iudam, & euellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius, filium Tabeel. Idcirco commotum est cor domus Dauid, videlicet ne periret regius honor de domo Dauid. Non stabit inquit dominus, & non erit istud, & cætera. Deinde promissio. Si non credideritis, non permanebitis. continuo sequitur, Et adiecit dominus loqui ad Achaz dicens, Pete tibi signū à domino deo tuo in profundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus Dauid. Nunquid parum vobis est, molestos esse hominibus? quia molesti estis deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Ac deinceps. Et dixit dominus ad me. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis. Velociter spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachia. Er accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et dixit dominus ad me. Voca nomen eius. Accelera, spolia detrahe, festina prædare, quia antequam sciat puer vocare patrem suum, & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. De Iesu Christo dei filio prophetiam hanc esse veraciter scimus & confitemur. Econtrario Iudæi, quid ad Christum inquit vestrum tanta post tempora natū, quod tunc Rasin regem Syriæ interfecit Theglath, Falassar rex Assyriorum, & dissipatum est eius scilicet Rasin, & Facee filij Romeliæ consilium magnum? Quid itidem ad Christum vestrum, quod regnante Ezechia, egressus est angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinque milia? Nunquid natus erat? Ad Ezechiam magis qui fecit quod erat bonum coram domino iuxta omnia quæ fecit Dauid pater eius, vnde & dominus erat cum eo,

4.Reg.19. cum eo, propter quod à propheta dicitur Emanuel, quod interpretatur nobiscum deus, na-  
4.Reg.18. tus non de virgine, id est, Berula, sed de adolescentula, id est, aalma. Dicitur ad hæc. Ema-  
Gene.22. nuel noster nõdum quidem in carne venerat, sed nihilominus ante Ezechiam & ante Achaz,  
imò & ante Abraham ipse erat. Nec solum Rafin & Facæ filij Romeliæ consilium magnum  
dissipatum, & exercitus Sennacherib per eum vel propter eum percussus est, sed & quicquid  
vnuquam mali euasit, vel boni consecutus est Israel, & patres eius Abraham, Isaac, & Iacob, o-  
pere factum est huius Emanuel. Quis enim, aut quæ res Abraham sanauit, nisi fides huius  
Emanuel? Ex quo credidit Abraham deo, sibi dicenti, In semine tuo benedicentur omnes  
gentes, quicquid boni, in semetipso vel in posterum suis adeptus est, huius seminis sui, huius  
Emanuel nostri fecit vel promeruit fides, Igitur iam veritatis huius thesauros ingrediamur,  
dicentes. Si non credideritis, non permanebitis. Quod est dicere. Nunc quidem Rafin regem  
Syriæ & filium Romeliæ, Sennacherib quoque regem Assyriorum ope futuri Emanuel e-  
uadentis, & in terra vestra manebitis, sed cum ille venerit, si non credideritis, non permanebi-  
tis, quia Romani venient & tollent vestrum & locum & gentem.

De impietate Achaz, & de eodem Emanuel, & quo sensu verè accipitur dictum, Bu-  
tyrum & mel comedet, vt sciat, & cætera. & cur post tanta tempora nasciturus  
iam promittatur.

CAPVT XXXIII.

**E**T adiecit dominus loqui ad Achaz, dicens. Pere tibi signum à domino deo tuo in pro-  
fundum inferni, siue in excelsum supra. Et dixit Achaz. Non petam, & non tentabo do-  
minum. Non humilitatis est, sed superbiæ, quod non vult à domino deo signum postula-  
re. Quamquam enim scriptum sit in Deuteronomio. Non tentabis dominum deum tuum, &  
hoc contra diabolum saluator vsus sit testimonio, tamen iustus vt peteret, obedientiæ debuit  
explere mandatum, præsertim cum & Gedeon & Manue signum petierint & acceperint.  
Deut.9. Sciebat enim rex impius, quod si signum peteret, accepturus esset, & glorificaretur deus. Er-  
Matth.4. go quasi idolorum cultor, qui in omnibus angulis platearum & in montibus, locisq; nemo-  
Iudic. 6.1. rolis aras constituerat, & pro leuitis habebat fanaticos, non vult signum petere, quod præ-  
ceptum est. [Et dixit. Audite ergo domus David. Nunquid parum vobis est, molestos esse  
hominibus, quia molesti estis & deo meo?] Quis est iste qui dixit. Audite ergo domus Da-  
uid: Nequaquam deus, qui supra ad Achaz dixerat. Pere tibi signum à domino deo tuo, sed  
propheta, vt ex consequentibus approbatur, quia molesti estis, & deo meo. Et est sensus. Quia  
non solum prophetas persequimini, & eorum dicta contemnitis, sed præsentis & iubentis dei  
Supra.1. sententiæ contraitis, ita vt ei exhibearis laborem, qui in alio loco ait, Laboraui sustinens, id  
circo dominus faciet quæ sequuntur. Et hoc notandum, quod Achaz rege impiissimo nolente  
signum petere, sermo propheticus ad domum David, hoc est ad tribum regiam cõuertitur, de  
qua supra legimus. Et nunciauerunt hæc domui David, dicentes. Cõsenserunt Syria & Effraim.  
[Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & voca-  
bitur nomen eius Emanuel. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere  
bonum.] Propterea inquit, quia molesti estis, non solum hominibus, sed etiam deo meo, pro-  
phetas eius occidendo, & cultum eius abijciendo, dabit dominus ipse vobis, ipse inquam do-  
minus dabit signum vobis magnum, & dignum se. Nam ecce virgo concipiet, &c. In eo terri-  
bile vobis erit illud signum, quod iste Emanuel de virgine conceptus & natus, butyrum & mel  
comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum. Quid enim? Ad hoc venit iste Ema-  
nuel, quod interpretatur nobiscum deus, & ad hoc butyrum & mel comedet, vt sciat repro-  
bare malum, & eligere bonum. Ita plane. Nam vos estis principes Sodomorum & populus Go-  
Gene.18. morrhæ. Idcirco nunc loquitur apud se. Clamor Sodomorum & Gomorrhæ multiplicatus  
est, & peccatum eorum aggravatum est nimis. Descendam & videbo, vtrum clamorem, qui  
venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam. Ergo butyrum & mel comedet, id  
est, homo factus in omni conuictu & habitu, in omni veritate naturæ humanæ, conuersabitur  
inter homines, vt non iam per solam scientiam, sed & per experimentum sciat reprobare ma-  
lum vestrum, malum Sodomiticum, & eligere bonum, cum vos secundum furorem Sodomor-  
rum circundederitis eum, expetentes ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum. Hæc  
passus, deinceps sciet reprobare malum, & eligere bonum, habens potestatem facere iudiciũ,  
in quo sine dubio reprobat malum, & eligit bonum. [Quia anteq̃ sciat puer vocare patrẽ  
suũ & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorũ.]  
Quasi quæreres, vt quid propter præsens periculum promittitur nobis Emanuelis tanta post  
tempora nascituri signũ? Videlicet quia anteq̃ mo' o' supradicto sciat reprobare malũ, & eligere  
bonũ, anteq̃ fiat homo, nunc idem deus apud patrẽ deũ hoc faciet, vt derelinquatur terra quã  
tu derelastis à duobus regibus suis. [Adducet dominus super te & super populum tuum, &  
super

super domum patris tui dies, qui non venerunt à die separationis Ephraim à Iuda cum rege  
Assyriorum. Cum rege Assyriorũ adducet inquit dominus super te dies quos nunquam ha-  
buisit. Vt videlicet superatis decem tribubus ab Assyrijs in Emanuelis præsentia libereris.  
[Et erit in die illa. Sibilabit dominus muscæ quæ est in extremo fluminũ Aegypti, & apĩ quæ  
est in terra Assur, & cætera.] Muscæ autẽ Aegyptios vocat propter fordes idololatriæ, &  
imbellem populum, & apem Assur, quia illo tempore potentissimũ erat regnum & ad bella  
promptissimũ, vel ob id, quia omnis propẽ Assyriorũ & Persidis regio vsũ habebat sa-  
gittarum. Legamus Regũ & Paralipomenon libros, & inueniemus ab Aegyptijs cõsum san-  
ctum regem Iosiam, & populũ Israel potestati Aegyptiæ subiugati, ita vt regem illis con-  
stitueret, & post multũ temporis venit Nabuchodonosor eũ innumerabili multitudine bel-  
latorum, captaque Hierusalem, & cæteris Iudææ vrbibus dirutis, incendit templum, & habi-  
tatores Assyrios posuit in Iudæa.

Quid sit dicendo, Sume tibi librum grandem, qui sint testes, quæ prophetisa, ad quam ac-  
cessit, & de filio eius.

CAP. XXXIII.

**E**T dixit dominus ad me. Sume tibi librum grandem, & scribe in eo stilo hominis, velo-  
citer spolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi testes fideles, Vriam sacerdotem, &  
Zachariam filium Barachiæ, Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Et di-  
xit dominus ad me. Voca nomen eius, accelera spolia detrahe, festina prædari, quia antequam  
sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Sa-  
mariæ coram rege Assyriorum. Rursus sub alia specie partus describitur virginalis. Non e-  
nim obscuritatem literæ, sed claritatem spiritus prudens lector hic recipit. Alioquin si iuxta  
literam de prophetissæ mulieris conceptione prophetam generale filium quis recipit conse-  
quenter & Osee prophetam verè meretricem vxorem habuisse firmabit. Hæc ergo prophe-  
tissa ad quam propheta iustus accedit, sancta est Maria, cuius in vtero omnium prophetarum  
sanctorum completa est propheta. Nec enim quod carne concepit, mente ignorare potuit.  
Ad hanc prophetissam, propheta iste, imò & omnes accesserunt prophetae sancti, omnium  
quippe sanctus, & omnium verbum ad vterum eius tendit. Proinde si nihil iudicamus nos  
scire, nisi Christum Iesum & hunc crucifixum, solum hic & vbique quæramus eum, quia re-  
uera quicquid aliud senserimus, maiestati sanctæ scripturæ non est condignum. Ait. Et dixit  
dominus ad me. Quo coniunctiuncula hæc, & dixit, respicit. nisi ad internos clamores pro-  
phetæ, sortem & hereditatem in illa beata generatione Emanuelis habere desiderantis? Su-  
me tibi librum grandem. Ad quid grandem? Quantum enim est, quod erat scripturus?  
Accelera, spolia detrahe, festina prædari. Magnum quidem nomen, sed paruo spatio potest  
largissime conscribi. Quid enim liber iste est grandis, nisi vniuersa pagina sacri verbi dei,  
quam primus Moyses, & post Moysen scripserunt cæteri? Illum sume inquit, id est, esto vnus  
de consecratis verbi dei, vnus citharæ, vnus de patribus in generatione filij dei.  
Et scribe in eo stilo hominis. Accelera, spolia detrahe, festina prædari. Stilo hominis scribe,  
id est, stilo quo homines scribere consueverunt, dei sacramenta comprehendere. Vel certe stilo  
hominis, id est, quantum de deo capere potest fragilitas hominis. Nec enim tu, cum sis ho-  
mo, comprehendere potes illud totum, quod est Emanuel. Nam totum filium nemo nouit,  
Luce 10. nisi pater. Sicut econuerso, nemo nouit patrem, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Acce-  
lera, spolia detrahe, festina prædari, id est, non patiaris ultra diabolum regnare, non patiaris  
armatum fortem, sua quæ possidet in pace diutius habere. Et adhibui mihi testes fideles. V-  
riam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ, & accessi ad prophetissam. Certum habet  
fidelis intelligentia, quia veraciter ad prophetissam illam quam prædiximus accessit Elaias.  
In illa hora quando cum voce angeli salutantis eam & euangelizantis, quod conciperet &  
päreret filium, spiritus sanctus in illam superuenit, in illa inquam hora, cum omni multitudi-  
ne verbi dei, scriptura quoque huius plena illi notitia infusa est. statimque cum sermone an-  
geli virgineum conceptum prædicantis, memoriæ eius locutus est, hoc illud esse quod supra  
dixit. Ecce virgo concipiet & pariet filium. Ita ad illam prophetissam hic accessit, testes sibi  
fideles adhibuit. Quorũ Duo, id est, Vriam sacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ. Cla-  
ret in omni scriptura eius, in tota amplitudine voluminis eius, quia duos fideles, duos popu-  
los fidem Christi habentes, vnũ de Iudæis, alterũ de Gentibus sibi testes adhibuit. Vriam quod  
interpretatur lux mea deus, ipse est Iudaicus, apud quem prius lucere dignatus est deus. Per  
Zachariã quod interpretatur memor domini, nos de gentibus significamus, qui eius quidẽ Ema-  
nuelis venturi notitiã non habuimus, sed præteriti memorẽ fidem habemus. Sed & Barachiæ  
filij, id est, benedicti domini filij sumus, nec enim antequam ille veniret, quicquam boni habui-  
mus, vt Iudaicus populus, sed ex aduẽtu eius habemus, cui Palmista dicit. Benedictus q̃ venit in  
nomine

Cap. VIII.

Luce 10.

Cap. 7.

Palm. 17.  
nomine

nomine domini. Assumus ecce duo testes fideles in veritate rerum comprobantes, quia bonus & optimus cooperator diuinæ generationis, iste ad prophetissam illam accessit, & verum esse confitemur, quicquid de partu beatæ virginis, quicquid de nobis iste prædixit. Quare iam vocabo eum, accelera, spolia detrahe, festina prædare: Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samariæ coram rege Assyriorum. Nunc interim, dum est apud deum, deus verbum nondum caro factum, solummodo patrem inuocare scit, cum autem (vt supra dixi) virgo conceperit & pepererit, tunc demum & patrem inuocare sciet & matrē. Multum ergo accelerabit, multum festinabit, qui antequam nascatur de matre, anteq̃ patrem hinc, & matrem inde debeat habere, auferat fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ, regē quoq; Assyriorū percutiendo de exercitu eius CLXXXV. milia in vna nocte. Planē aliud maius faciet, cum patrem & matrem inuocare sciet, id est, cū is qui ante tempora secularia de patre natus est, sub tempore de matre natus fuerit. Tunc enim spirituales hostes, id est, diabolū, & omnes partes eius superabit.

Quod ait, Pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloe, & propter hoc adduci super populum illum regem Assyriorum.

CAPVT. XXXV.

**E**T adiecit dominus loqui ad me, adhuc dicens. Pro eo quod abiicit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt sub silentio, & assumpsit magis Rasin & silium. Romeliæ, propter hoc ecce dominus adducet super eos aquas fluminis fortes & multas, regem Assyriorum, &c.] Per translationem loquitur Siloe fontis Hierusalem & Assyrii fluminis violētissimi, quod omnem terrā Israel suis inundet aquis, & egrediatur ripas aluei, tantōq; feratur impetu, vt postquam decem tribuum occupauerit terram, ad Iudam perueniat, & transiens, ad collum vsq; peringat, per quæ vicinam significat captiuitatem. Non enim tunc captus est Iudas, sed cunctis duarum tribuum vrbibus subiugatis, sola remansit Hierusalem, quæ incredibili dei misericordia liberata est. Potentiam ergo Assyrii & innumerabilis eius exercitus, quam sublimi inundatione descriperat, nunc per aliam ostendit translationem, quod alis suis, id est, ducibus & infinita multitudine operuerit terram Emanuelis, hoc est defendentes eam dei, sed tamē nō possederit. Mysticē per aquas Siloe, quod interpretatur missus, quam ille populus contempnit, gratiam baptismi intelligimus, quam populus Iudaicus abiicit. Legimus enim in euangelio, quod cæcum à natiuitate, cuius oculos luto ex salina sua facto, dominus lauerat, miserit ad aquas Siloe. Quibus cum cæcus lauisset lutum, cæcitate deterisa, clarum oculorum lumen accepit. Quod post signi magnitudinem indicat, non aliter cæcitatem Iudæorum & omnis increduli posse sanari, nisi doctrina aquarum Christi, quæ absq; strepitu & clamore verborum leniter fluunt, tenebræ prioris fugentur erroris. Nimirū pro eo, quod populus decem tribuum abiicit aquas Siloe, id est, separatus est à Hierusalē & à domo David, adduxit super eos dominus regem Assyriorū, quod interpretatur dirigentium. sic pro eo, quod abiicit populus Iudaicus gratiam dei & fidem Christi, adduxit super eum dominus diabolū regem superborum, & nihilominus exercitum Romanorū, & dupliciter captiuati sunt. Econtrariō sicut iuit rex Assyriorum per Iudam inundans, & alas suas extendit, implens latitudinem terræ, nec præualuit, protegente re, o Emanuel. Sic Diabolus per Iudam, id est, contra catholicæ confessionis ecclesiam, multis persecutionibus consurrexit, & non præualuit te protegente, o Emanuel, te defendente, o nobiscum deus. Dicamus igitur nos, dicamus omnes id quod sequitur, inimicis nostris, inimicis Christi persecutoribus nostris Iudæis, paganis, hæreticis. [Cōgregamini populi, & vincimini. Item. Inite consilium, & dissipabitur. Loquimini verbū, & non fiet.] Itemq; confortantes alterutrum, dicamus nostris. [Ne dicatis, cōiuratio.] Id est, ne miremini, quasi noui aliquid acciderit, quoties populus impius blasphemias irrogat Christo. [Omnia enim quæ loquitur populus iste, coniuratio est. Et timorem eius ne timeatis neque pauca, Dominum exercituum ipsum sanctificate. Ipse pauor vester & ipse terror vester. & erit vobis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis & in petram scandali, duabus domibus Israel in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. & offendent ex eis plurimi & cadent, & conterentur, & irretentur, & capientur.] Videlicet, quia non receperunt Emanuelē, sed factus est eis in lapidem offensionis, & petra scandali. Idcirco conterentur, captiuiq; ducentur.

Quod ait, Liga testimonium, & qualis secundum sequentia damnatio futura sit eorum qui non ad legem & testimonium, sed ad pseudo prophetas, falsum pro vero, Antichristum pro Christo recipiunt.

CAP. XXXVI.

**C**AP. VI. **L**iga testimonium, signa legem in discipulis meis.] Ipse qui dixerat superius. Ex cæca cor populi huius, ipse nunc id ipsum factum suo iudicio commendat, dicendo. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Ac si dicat. Bene fecisti, ligando testimonium, signando legem huiusce visionis, in discipulis meis, id est, donec veniant discipuli mei, quos dignos faciet fides euange-

euangelica, vt aperiā illis sensum, & intelligant scripturas. Protinus ille respondit. [Expectabo dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob, & præstolabor eum.] Ligauit inquit & signauit, & quamuis tristitia sit mihi magna pro fratribus meis Israelicis, paciēter expectabo dominū, qui abscondit faciem suam ab eis & ad gentes transiit. Expectatus ille tandē cū plenitudo gentium subintraverit, reuertens ad reliquias Israel dicit. [Ecce ego & pueri quos dedit mihi dominus in signū & in portentū Israelis à domino exercitū, qui habitat in monte Sion.] Pueri quos reuersus ostendit, multitudo gentiū est, quæ subintravit in signū, & in portentum Israelis. Mirabitur enim Israel, cū de gentibus reuersus ad reliquias eius, tor pueros, imō tantam multitudinem filiorū de ecclesia gentiū susceptorū presentauerit. Ecce ego inquit. [Et cū dixerint ad vos, quærite à Phitonibus & à diuinis qui strident incantationibus suis, nunquid nō populus à deo suo requirit visionē pro viuuis & mortuis? Ad legē magis & ad testimonium.] Sensus iste cū illo sermone eius in euangelio congruit. Et dicent vobis videlicet pseudoapostoli, & Pseudochristi. Ecce hic Christus, aut ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. Nam reuera pseudo prophetæ quasi Phitones sunt, & quasi diuini, qui strident in incantationibus suis. Nolite inq; ire, sed dicite Phitonibus eiusmodi. Nunquid non populus à deo suo requirit visionem pro viuuis & mortuis? Et est sensus. Si populus dei sumus, nonne sermonem eius, siue pro viuuis, siue pro mortuis magis quam vos Phitones aut diuinos attendere debemus? Ergo ad legem magis & ad testimonium subauditur, quam ad vestram seductionem respicere debemus. Habemus enim legem & testimonium eius cui tanquam lucernæ lucenti, in caliginoso loco attendentes bene facimus. [Quod si non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis maior lux.] Id est, si non sic responderint pseudo prophetis, Antichristi præconibus, in errorem inducentur, & lucem æternam non intuebuntur. [Et transibit per eam, & corruet, & esuriet.] Quisquis ita non dixerit, per eam subauditur lucem transibit cæcis oculis, & corruet in laqueum damnationis, & æterna fame esuriet. [Et cum esurierit, irascetur, maledicet regi suo, aut tempus, & maledicet regi suo Antichristo, & deo suo diabolo, quem securus est de seruo deo vero. Non enim saltem in inferno rixarum illis deerit amaritudo.] Et suscipiet sursum, & ad terrā intuebitur, & ecce tribulatio, & tenebræ, & dissolutio, angustia, & caligo persequens, & non poterit auolare de angustia sua. Et præcedentem, sicut & hanc periochen terribili conclusionē terminauit. Differenter tamen. Nam illic, aspiciemus in terra, dixit. & ecce tenebræ tribulationis. Hic autem per tertiam personam, suscipiet inquit sursum, & ad terram intuebitur, & ecce tribulatio. Nempe illic de seipso simul & omnibus electis loquitur, qui in illo iudicij die, quamlibet iusti nonnulli metu concutientur. Hic autem de sola damnatorum parte, cui & sursum deus iratus, & deorsum tartarus erit apertus. Rectē ergo hic ita terminat. Et nō poterit, inquiens, auolare de angustia sua, quod illic non dixerit.

## RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN ESAIAM

prophetam Commentariorum;

LIBER II.

Quartam periochen ab eo incipere, quod ait: Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthalim, & cur Euangelista de hoc loco sumens testimonium, partes istas omisit primo tempore, & cætera.

CAP. I.



**C**AP. IX. **V**artæ Perioches sensum lucidum, faciemq; pulchram, totus orbis videt, cuius hoc initium est. [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimō aggrauata est via maris, trās Iordanem Galilææ gentiū.] Primos intelligentiæ aditus Euangelista Matthæus nobis aperit, cum dicit. Cum autem audisset Iesus, quod Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam. Et reliqua ciuitate Nazareth, venit & habitauit in Capharnaum, maritimam in sinibus Zabulon, & Nephthalim, vt impleteretur quod dictum est per Esaiam prophetam. Terra Zabulon & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ Gentium. populus qui sedebat in tenebris, vidit lucē magnam, sedentibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis. Exinde cepit Iesus prædicare & dicere. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū celorū. Profectō cum hæc dicit, visionē suæ exortum magnæ lucis, lucidā prædicationē saluatoris, lucidū vult intelligi euangeliū regni dei, quod prima omnium terra Zabulon, & terra Nephthalim ex ore eius audiuit. Nam anteq; Iohannes traditus esset, nunq; ille per publicum prædicauit, aut Apostolos elegit,

elegit, licet discipulos habuerit, coram quibus nondum tradito Iohanne aquas in vinū conuertere, quod signorū eius initium fuit. Sed quid est quod sumptum de isto loco testimonium non ad integrū scripsit? Sic enim se habet textus propheticæ lectionis. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim & nouissimo aggrauata est via maris, &c. Euangelica autem sic excepit. Terra Zabulon & terra Nephthalim, via maris, &c. Duas omisit prophetiæ præcipuas partes, primo tempore alleuiata est, & nouissimo aggrauata est. Quid (inquam) est, quod testimonium non integrum posuit, sed istas partes omisit? Videlicet quia quod hic intelligendum est, primo tempore alleuiata est, & nouissimo aggrauata est, non iam tunc quādo prædicare cepit dominus Iesus adimpletū est. Hoc interim nos intelligere voluit, quia prædicatio domini saluatoris quæ primū in terra Zabulon & terra Nephthalim audita est, visio magnæ lucis est, quæ per hunc prophetam prænuntiata est. Nunc ergo per hanc intelligentiā ianuam ingressi præsentis capituli spacia, quanta eadem iuuamur luce perambulemus.

Quomodo Iudæa primo alleuiata est, nouissimo autem aggrauata, quando credendo in Christum magnam cepit lucem videre populus gentium, & quomodo diabolus uolens exactor superatus sit.

CAP. II.

PRIMO (inquam) tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est via maris, trans Iordanem Galiliæ gentium. Terram Zabulon, & terram Nephthalim prædictus Euangelista viam maris appellat, quia secus mare Galiliæ sita est, id est, secus lacum Genezareth qui Iordane fluente efficitur, cuius in litore Capharnaū, & Tyberias, & Bethsaida, & Corozaim steterant. Hæc terra duarum tribuum, totum significat hic populum Israeliticum. Recte videlicet, quia is qui missus erat ad oues quæ perierant domus Israel, quique ante passionem suam dicebat discipulis suis, in viam gentium ne abieritis, primū in terra illa prædicauit, exinde enim prædicare cepit. Igitur primo tempore alleuiata est terra Zabulon, & terra Nephthalim, & nouissimo aggrauata est, id est, præsentis domini Iudæa & prædicationem audiuit, & mirabilia vidit, assumpti autem in cælum, verbum repulit, & vitæ æternæ indignam se iudicauit. Primum illis oportuit loqui, nouissimè ad gētes ire vel mittere, quia Iudæa cor suum aggrauauit. Itemq[ue]. [Populus gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.] Subaudiendum est, primo tempore, Iudæis qua videlicet luce pro parte electorum alleuiatus est, nouissimo gentilis populus, quando Iudæis in inre dultitate aggrauatus est. [Habitantibus in regione vmbre mortis, lux orta est eis.] Mors & vmbra mortis, hoc differunt, quod mors eorum est, qui cum operibus mortuis ad inferos descendunt, anima enim quæ peccauerit ipsa morietur, vmbra autē mortis eorum est, qui cū peccent, necdum de ista vita egressi sunt. Possunt enim, si volunt, agere poenitentiam. [Multiplicasti gentem, non magnificasti lætitiā.] O lux (inquam) quæ orta es, ambulanti in tenebris, & habitantibus in regione vmbre mortis, tu gentem filiorum tuorum multiplicasti, multa quisp[er] extunc nata est gens filiorum lucis, sed lætitiā non magnificasti. Quorum lætitiā? Apostolorum, qui primi in terra Zabulon, & Nephthalim videntes te, lucem veram, facti sunt ipsi lux mundi. Eorum lætitiā nequaquam multiplicasti, quia lætitiā, quam habuerunt de illuminatione gentium, magna tristitia permiscuisti, pro excecatione sui, id est, Iudæici populi. Sed nec ipsius generis quam multiplicasti tu lætitiā magnificasti. Nam hæc sunt verba tua, verba lucis, quæ orta est eis. Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnū dei. Profecto poenitentiam agentibus, nondū magnæ lætitiæ tempus est. Euntes (inquam Pfalmista) ibant & flebant mittentes semina sua. Sed quid deinde? Venientes autē, ait, venient cū exultatione portantes manipulos suos. Hoc est, quod continuò sequitur. [Lætābuntur coram re, sicut qui lætantur in messe, sicut exultant victores capta præda, quando diuidunt spolia.] Hæc ergo tam Apostolorū quā gentis multiplicatæ lætitiā, sic aliquantula in spe magnificabitur autem in re, quando velut messores venient portantes manipulos suos, & tanquam victores diuident spolia, subauditur victi, id est, diaboli. Iugum enim oneris eius, & virgā humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian. Quia omnis violenta prædario cum tumultu, & vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem & cibis ignis. Tu enim domine atq[ue] saluator, iugum oneris eius, id est, diaboli, qui prius exultabat in mundo, qui cunctis gentibus imperabat, qui grauissimo iugo seruitutis colla omnium deprimebat, & virgam quæ percutiebat vniuersos, & peccata sibi quasi quoddam tributū reddere cogebat, detraxisti de humeris eorum, & tibi liberatos, seruire fecisti, absque villo exercitu, absq[ue] effusione sanguinis, in abscondita manu, sicut quondam sub Gedeon populo Israeli de Madianitis victoriā præbuisi. Quomodo enim vestis quæ humano sanguine cruentata est, lauari non potest, sed infecta sanguine igne comburitur, vt maculæ fædi cruoris cum vestimento intereant, sic diaboli violenta prædario & tumultus ac turbæ, quibus humanum sibi subiecerat genus, geennæ ignibus deputatæ sunt.

De ortu

De ortu paruuli vel filij qui illum superauit, & nominibus, siue ordine nominum eius, quorum primum est Emanuel, octauum princeps pacis, & quis & elus domini exercituum fecit hoc.

CAP. III.

PARUULUS enim natus est nobis, & filius datus est nobis. Et factus est principat[us] super humerū eius, & vocabit[ur] nomē eius Admirabilis, Consiliarius, deus, fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperiū, & pacis nō erit finis. Super solū Dauid, & super regnū eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia amodo & vsq[ue] in sempiternū. Zelus domini exercituum faciet hoc. Ideo (inquam) diabolus, & omnis violenta prædatio, qua humanū opprēsserat genus, & sanguinē sanguini miscuerat, erit in combustionem, & cibis ignis æterni. quia natus est nobis paruulus, id est, humilis filius dei, cuius principatus super humerū ipsius erit, ita vt sibi met, cū sit deus, proprijs viribus ad tenendū principatum suū sufficere possit, qui & per humilitatē passionis suæ, agens iudicium mundi, & per maiestatem principatus sui, dānet illū in die iudicij. Hic supra, primū dicitur est Emanuel, & deinde vocatū est nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari, nunc vocabitur, & alijs nominibus sex, id est, admirabilis, consiliarius, deus, fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Et vide q[uod] pulcher ordo nominum. Primum Emanuel, id est, nobiscum deus, pro causa videlicet quæ prima est ordine, quia habitauit in nobis deus homo factus. Secundū, accelera, spolia detrahe, festina prædari, ea videlicet pro causa, quia moriendo fortem armatum diabolū superauit, & spolia eius distribuit. Tertium admirabilis, videlicet quia resurrexit à mortuis, & ascendens in cælum, gloria & honore coronatus, sedet à dextris dei. Quartum, consiliarius, ex eo scilicet, quod dans paracletum spiritū sanctum Apostolis suis, consiliū habuit cū eodem spiritu consilij, de repellendis Iudæis, & vocandis Gentibus. Quintū deus, quia exinde ab omni mundo verè adoratur, vt deus. Sextum fortis, quia verè fortis in iudicio, quo expectatur, apparebit. Septimum, pater futuri seculi, quia nimirum peracto iudicio, non iam vt dominus seruatorum, sed vt pater filiorum regnabit. Octauum, princeps pacis, quia reuera laudabitur in æternum, & grates habebit vt auctor pacis, qua deo sumus reconciliari, per mortem eius, qui eramus inimici. Quid miraris? Zelus domini exercituum faciet hoc. Verè & fideliter. Quis nā est iste zelus domini, qui faciet vt talis paruulus nascatur nobis, & tantus filius detur nobis? Quis (inquam) est iste bonus zelus domini, nisi bonus spiritus domini? Nempe non virili sermine, sed isto spiritu fiet, vt talis paruulus nascatur nobis, vt tantus filius detur nobis. Sic angelus Gabriel dicit. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoq[ue] & quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Quare autem præsentis loco spiritus sanctus, zelus domini dicitur? Videlicet, quia contra tyrannum regni dei vsurpatorē zelando fertur, & sua vi vitur, vt fortior illo forti armato sit iste, qui natus est nobis paruulus, iste qui datus est nobis filius. Idcirco paruulus idem, dæmonia se in spiritu dei eijcere, profiteretur. Itaq[ue] missio foras principe mundi, multiplicabitur (inquam) eius imperiū, & pacis non erit finis, &c. Multiplicabitur (inquam) eius imperiū, vt non Iudæorum tantū quibus imperauit Dauid, sed & omnium imperator sit gentium, amodo & vsq[ue] in sempiternum.

Quod ait: verbum misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. & quomodo heretici qui significatur per Ephraim dixerunt vel dicant, lateres ceciderunt, sed quadris edificabimus.

CAP. PVT IIIII.

VERBUM misit dominus in Iacob, & cecidit in Israel. Reuera verbum hoc verbum bonum, verbum carnem factum, misit dominus in Iacob, voluit enim illud incarnari, & hominem fieri ex Iacob. Quare autem non dicitur est in Isaac, aut certe in Abraham, ad quem primum promissio facta est? Videlicet, vt priuilegiū vnius ingratiſsimæ gentis ostenderet. Nā neq[ue] Abraham vnius gentis, secundum carnem quoq[ue] pater est, neq[ue] Isaac vnius gentis pater est, dicitur quippe est vxori eius Rebeccæ. Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, scilicet altera ex Iacob, & altera ex Esau. Iacob autem vnius populi pater est, qui est Israel. Ergo, verbum misit dominus in Iacob, id est, in illum peculiarem populum, vt incarnaretur de semine Iacob. Et ò mira ingratitude, verbū ipsum cecidit in Israel, ita vt contereretur casu istius Israel. Nā in Israel illa eiusdem verbi sententia peruēnit. Et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, super quem verò ceciderit, conteret eū. [Et sciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in superbia & magnitudine cordis dicentes. Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus edificabimus. Sycomoros succiderunt, sed cedros immutabimus.] Populus Ephraim, omnes rectè intelliguntur super quos lapis iste cecidit, quos verbum istud terribili casu contriuit, tam Iudæi quā heretici. Quare? Videlicet, quia Ephraim cum hæc propheta scriberetur, scissus erat à domo Dauid, & aureos colebat vitulos, relicto templo domini. Porro in nomine Ephraim, decem tribus intelliguntur, quia Hieroboam, qui

MMm ij

tulerat

zulerat decem scissuras, & vitulos illos fabricauerat, de tribu erat Ephraim. Illum imitantur, quicunq; resiliunt à regno Christi, siue Iudæi siue hæretici. Igitur sciet omnis populus Ephraim, sciet omnes qui se sciderunt à regno Christi, quia malum est eis, cecidisse in ipsis verbum istud, quod dominus misit propter superbiam ipsorum, & magnitudinem cordis sui, qua dicunt. Latere ceciderunt, Sicomoros succiderunt. Per contemptum, latere aut sicomoros, quæ ligna vilia sunt, eos appellant Iudæi, qui in Christum credunt, omnesq; hæretici catholicos, qui suæ sectæ non sunt. Nos (inquiunt) quadro scientiæ lapide ædificemus, nos pro sicomoris illis, cedros quæ impubiles sunt commutemus, dum insuperabile dogma tenemus. [Et eleuabit dominus hostes rasin super eum, & inimicos eius in tumultum vertet.] Reuera rasin, id est, sapientiam secularem, cuius utebatur auxilio, eleuauit dominus super eum, in quemcunq; cecidit hoc verbum, quod non stat nisi in eo qui diligit Christum. Et inimicos eius in tumultum vertet. Nam in sapientia seculari confidunt aduersarij verbi dei, sit autem eis e contrario, vt per eandem sapientiam tumultuosa confusio destruat. Etenim aduersus Christum quidem concorditer dimicant, sed contra inuicem contrarijs diuisi sectis, impacabilem trahunt discordiam. Vnde postmodum sic dicitur. [Vnusquisque carnem brachij sui vorabit, Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam.] Deniq; hæc & cætera, quæ hoc loco dicuntur, tripliciter intelligenda sunt. Legamus Regum & Paralypomenon volumina, & inueniemus Samaritæ inter se bella ciuilia, dum alij pro alijs regibus dimicant, & quomodo suis regibus interfecit, in Iudæa expugnatione concordent. Item legamus miserabile Hierosolymorum excidium, & inueniemus, circumfuso Romano exercitu, triplicem intus discordiam, dum aduersum se partes dimicant, & in rebellionem pertinaciter currendo Romanorum iram concorditer prouocant, vt irato deo, nullam hominum mereantur clementiam. Item Ecclesiasticas legamus historias, & inueniemus hæreticorum aduersus alterum rixas interminabiles, qui tamen, dum se ipsos contraria sentiendo dilanant, concordiam tamè malignitatis spiritu, aduersus catholicam debacchantur ecclesiam. Triplici igitur sensu verè dictū est, vnusquisque carnem brachij sui vorabit. Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Iudam. Porro, quod ait. [Vir fratri suo non parcat, & declinabit ad dexteram, & eluriet, & comeder ad sinistram, & non saturabitur.] Hunc sensum habet. Vnusquisque tantæ crudelitatis erit, vt ne charissimo quidem germanitatis nomini parcat, sed dexteram deserens atque contemnens, saturetur in his quæ sinistra erant, dum voluptatum & malorum patitur famem, & semper cupit malis peiora lociare.

*De Assur cui dicitur de, & virga furoris mei, & baculus ipse, quod diabolum significet & quomodo hunc ad gentem fallacem mittat dominus, & quod ille contra deum gloriatur, sitque eterna damnatione attenuandus.*

## CAPVT V.

**M**alorum omnium incentiuum, idemq; poenale flagellum est diabolus, cui tandem vel contra quem dicitur sub specie Assur. [Væ Assur, Virga furoris mei & baculus ipse in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, vt auferat spolia, & diripiat prædam. & ponam illum in conculcationem, quasi lutum placentium.] Nam post aliqua sic infertur. [Et erit in die illa, non adijciet residuum Israel, & hi qui fugerint de domo Iacob, innitit super eo qui percussit eos, sed innitit super dominum sanctum Israel. In veritate reliquiæ conuertentur, reliquiæ (inquam) Iacob, ad deum fortem. Si enim fuerit populus tuus Israel, quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eo.] Ergo Assur iste, est diabolus, cuius captiuitati hic manifestè contradicitur. Vbi enim Apostoli procedit autoritas, cesser omnia alia interpretatio. Elaias (inquit) clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel, tanquam arena maris, reliquiæ saluæ sient. Et continuo subiungit. Verbum enim consummans & abbrevians in æquitate, quia verbum abbreviatum faciet dominus super terram. Et reuera si legamus Iosephum, & quanta hominum in Hierusalem, & in Iudæa fuerit multitudo, quando passus est dominus, intelligimus vix paucos in apostolis & apostolicis viris ex Iudæis esse saluatos. Abbreviatus atque perfectus sermo euangelicus est, qui pro cunctis laciniosis legis ceremonijs, dedit præceptum breuissimum dilectionis & fidei, vt quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & dominus in euangelio. In his (inquit) duobus mandatis pendet omnis lex & prophetæ. Notandum tandem, quàm ordinatè diabolicæ tyrannidis, & dænationis eius similitudo præcessit in isto Assur. Primo namq; tanquam virga furoris domini, & baculus indignationis eius, ad gentem fallacem missus est, ad gentem decem tribuum Israel, vitulos aureos, & Baal, & cætera deorum portenta fallaciter adorantem, & contra illum populum furoris sui mandauit ei dominus vt auferret spolia, & diriperet prædam. Fecit, & prosperatus est. Transiit enim Israel, posuitq; eos in Ala, & in Abor iuxta fluuium Gozam, in ciuitates Medorum. Dominus miserat eum, domini

4. Reg. 19.  
Esa. 36.

domini iudicio venerat, data potestate vt ad suum cuncta faceret libitum. Ipse autem nō sic arbitratur, & cor eius non ita æstimabat, sed applaudebat sibi, tanquam si gloriatur se curis contra eum, qui secit in ea. Velut si exaltetur terra contra eum à quo trahitur. quasi si eleuetur virga contra leuantem se, & exaltetur baculus, qui vtiq; lignum est. Propter hoc misit dominus deus in pinguis eius, tenuitatem, & subtrus gloriæ eius, succensa arsit, quasi combustio ignis. Regnante Ezechia, factum est sic. Ascendit enim Sennacherib rex Assyriorū, ad vniuersas ciuitates Iudæ munitas, & cepit eas. Et hæc (inquit) dicit Ezechia regi Iudæ, Non te seducat deus tuus, in quo habes fiduciam. Nunquid liberauerit dii gentium singulos quos 4. Reg. 18. 2. Para. 32. vastauerunt patres mei? Factum est autem in nocte illa, venit angelus domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque milia. Sic nimirum diabolus, quem nomine quoq; significat Assur (interpretatur enim dirigens, quia semetipsum diabolus dirigit, & in se metipso confidit.) diabolus, inquam, dominus ad gentem fallacem misit, vt quæ in sordibus est lordecat adhuc, imò vt quæ scienter fallit, fallatur adhuc. Illum (inquam) mittit dominus, est enim ille sicut per beatum Iob loquens, testatur ipsi deo, seruus sempiternus. Ille autē non sic arbitratur, & cor eius non ita æstimat. Nec enim ita seruit, vt deo conferre velit. non ita veritatis rebelles æterna morte captiuat, vt iustitiam dei facere intendat. Et nunc interim facit, & prosperatur, omnem gentem fallacem captiuando, quia permittitur. Futurum autem est, vt meritis excipiat poenas, quia Iudam quoque & Hierusalem aggredi ausus est. quia catholica quoque confessionis ecclesiam subuertere conatus est, quia contra ipsum deum superbe gloriatus est. Egredietur angelus domini, & castra eius percussit, egredietur (inquam) veniens ad iudicium angelus magni consilij, ipsumq; & angelos eius in ignem æternum mittet. Nam hoc est, quod tandem per metaphoram sic infert. [Ecce dominator dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelsi statura succidentur, & sublimes humiliantur, & subuertentur condensa diuersorum sententia est. Alij volunt per hanc Christi passionem significari, quod volente deo & idcirco caro eius morti tradita sit, vt Iudæorum subcontractione lagunculæ diuersa diuersorum sententia est. Alij volunt per hanc Christi passionem significari, quod volente deo & idcirco caro eius morti tradita sit, vt Iudæorum sublimitas destruat, & excelsi quondam corruant in terram, & libanus cum suis cedris succidatur, de quibus in Zacharia legitur. Aperi libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. Alij autem volunt hunc locum adhuc dici de Assyrio, quod illo contrito, omnes in circuitu nationes, quæ ditioni illius subiacebant, succedant, & humiliantur, & saltus densissimi subuertantur, per quæ metaphoricis, populū & principes intelligi volunt. Libanū quoq; cum excelsis suis cadere, vt nihil omnino Assyriæ resideat potestati.

*Quinta perioches initium ab eo quod ait: Et egredietur virga de radice Iesse, & quod illa virga virga furoris domini Assur, & quod nulla spiritus sancti gratia Christo flor pulcherrimo defuerit aut desit, aut vnquam defutura sit.*

## CAPVT VI.

**E**A quæ sequuntur, & nos de Christo scripta fatemur, & circunciso nō diffitetur. Et vtraque liber de prædictis lagunculæ sententijs potior sit, quinta hic periocha incipit, & vsq; ad principium visionis vel oneris Babylonis, omnis hæc prophetia de Christo est. [Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini.] Virgam de radice Iesse sanctam Mariam virginem intelligimus, quæ nullum habuit sibi fructicem coherentem, de qua & supra legitur. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & florem dominū saluatorem, qui dicit in cantico canticorū. Ego flos campi, & lilium conuallium. Et q; pulchra oppositio. Supra ostendebatur ille spiritualis Assur, virga furoris domini, & in manu eius baculus indignationis eius. Ecce autem virga gratiæ, virga requie dicit, & in illa flos in quo habitat, super quem requiescat omnis plenitudo diuinitatis. Nota Christianæ fidei celebrisq; hæc descriptio est, septiformis spiritus sancti. De singulis spiritibus, proprium quid breuiter dicendū est, quod verè nihil horum Christo flore pulcherrimo defuerit, aut desit, aut vnquam defuturum sit. Etenim sapientiæ spiritus, in eo plenarie requieuit, qui velut iuxta fluentia tentationes in deserto sapienti responsione cassauit. Spiritus intellectus in eo requieuit, sciuit enim quibus aperiret mysteria regni dei, quibusve loqueretur in parabolis, atq; sano cordis palato cuncta discernens, nec dæmones admittebat confitentes ipsum esse filium dei, nec indignis loquebatur mysteria dei, imò prohibebat sanctū canibus dari, & margaritas ante porcos mitti. Spiritus quoq; consilij in eo requieuit, vnde & abscondebat hæc a sapientibus, & prudentibus, vt reuelaret ea paruulis. Spiritus quoq; fortitudinis in eo requieuit, cuius sibi conscius, nemo, inquit, potest rapere de manu patris mei. Item. Ego cognosco oues meas, & non rapiet eas quisquam de manu mea. Spiritus scientiæ in eo requieuit, quippe



qui de omni scriptura, tempore vel rei congruas proferebat sententias. ita ut mirantes dicerent eius aduersarij, Quomodo hic literas scit, cum non didicerit? Spiritus pietatis in eo requieuit, quippe qui eo semper intentus fuit, ut vitam daret mortuis, mitemq; patientiam habens, reddidit bona pro malis. Nā filius hominis (inquit) non venit animas perdere, sed saluare. Spiritus timoris domini in eo requieuit, videlicet ita ut pro delicijs haberet, cum voluntate patris saturari opprobrijs, dicens per omnia ab initio suae incarnationis, dicens (inquam) nō solum verbis, sed & factis. Pater non mea, sed tua voluntas fiat. Igitur spiritus domini, qui haecenus in magna sylua generis humani, requiem non inuenerat. tandem super hunc florem requiescit, in quo aeterna statione permanens, nullā alicuius vitij repulsam aliquando pertulit.

*Cur de radice Iesse, quam de radice Dauid dicere maluit, & quod omnia quae de isto flore dicuntur, repugnantia sine dictis Assur arrogantis.*

## CAPVT VII.

**N**on secundum visionem oculorum iudicabit, neq; secundum auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in aequitate pro mansuetis terrae. Antequam progrediamur, querendum est, cur propheta hoc loco Iesse maluerit nominare, quāna Dauid, dicere de radice Iesse, quāna de radice Dauid, cum non ad Iesse patrem, sed ad filiū huius Dauid, floris huius repromissio facta sit. Dicimus, quod quia Dauid pro maiestate regia persona fuit sublimis, Iesse vero qui & ipse dictus est Isai, ordine vel statu longē humilior fuit, adeo ut non semel, sed multoties Dauid iam regi ab inimicis subannando improperebatur, quod esset filius Isai, porro aduersus superbiam Assur, id est, diaboli sermo nunc erat, & velut antidorum humilitatem medicinalis gratia promittebat. Rectē igitur regiam preterituit personam Dauid, egredietur (inquens) virga de radice Iesse, cum dicere posset de radice Dauid. Omnia quae de hac virga, vel flore eius dicuntur, repugnantia sunt dictis Assur arrogantis. Dicebat ille. Nunquid non principes meis simul reges sunt? De isto autem spiritu sancto dicit. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Hoc verissimē dictum est. Nunquid enim secundum visionem oculorum dominus noster virgae virginiae flos iudicauit, & secundum personam primates quoslibet elegit, quos faceret senatores caeli, quibus daret clauas regni sui? Nunquid secundum auditum aurium arguit, ut loquentes assumeret, quos faceret caudicos veritatis, & reprobaui aliquos eo quod essent homines idiotae, & sine literis? Non utique, sed iudicauit in iustitia pauperes. Quia iustitia iustitia fidei, quae vera & antiqua iustitia est, per quam & Abraham iustificatus est. Nam credidit (inquit scriptura) Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Quomodo vel vbi in hac iustitia iudicauit pauperes? Exempli gratia. Petrus pauper erat, pauper (inquam) Petrus, id est, humilis erat. Hic autem illi interroganti, vos quem me esse dicitis, respondens dixit. Tu es Christus filius dei viui. Haec fides est, haec fidei iustitia est. In hac iustitia fidei, statim pauperē iudicauit, & dixit. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis, & caetera. Veraciter ergo non secundum visionem (inquit) oculorum iudicabit, sed iudicabit in iustitia pauperes. Et continuo subiunxit, Et arguet in aequitate pro mansuetis terrae. Hoc manifestissimē facturus est vltimi iudicij die. Dicit enim arguēdo in ira, & in furore. Discedite a me maledicti in ignem aeternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi potum, & caetera. Hoc veraciter arguere est pro mansuetis, id est, pro minimis quemadmodum dicit. Quāndiu vni de minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Minimi isti, mansueti sunt terrae, quia videlicet & angeli sancti mansueti sunt, sed non mansueti terrae, eo quod in terra nihil vnquam passi sunt indigentiae. [Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.] Ex quo flos iste de virga vel radice Iesse egressus est, iugiter terram virga oris sui percutit. Vnus enim magister noster ipse est, & discipulatu eius subiectos sermone suo percutit, & a terrenorum amore compescit. Futurum est autem quod subiungit, & spiritu labiorum suorum interficiet impium, id est, hominē peccati, filium perditionis. Nam illum (inquit Apostolus) interficiet dominus Iesus spiritu oris sui. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius. Quod dixerat, Et erit iustitia cingulum lumborum eius, hoc repetiuit dicēdo, & fides cinctorium renū eius. Nā iustitia Christi, fides Christi est, nō qua ille iustificet, sed qua nos in illo iustificemur. Nec verō ipse indiguit, ut pugnaciter cingulo laborū aut cinctorio renum vteretur, sed scriptura more suo, sic de capite loquitur, ut confestim ad corpus respiciat, cuius est caput. Est itaque iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius, quia videlicet nos membra eius, qui de luxuria progeniti sumus, magna si de indigemus, ut contra luxuriam fortes esse possimus.

*Quod huiusmodi quae sequuntur, qualiter extunc usque hodie in ecclesia Christi impleta sunt, & quae sit scientia domini quae haec efficit,*

## CAP. VIII.

Habitabit

**H**abitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus & leo, & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Notandū q; non dixerit, habitabit agnus cum lupo, & accubabit hœdo cum pardo, sed accubabit pardus cum hœdo, & lupus habitabit cum agno. Hoc dicimus, ut non excidat memoria, quia tota haec lectio oppositam sonat humilitatem superbiae Assur. Lupus enim, id est, persecutor quilibet, habitabit cum agno. Verbi gratia. Paulus qui primitus persequebatur ecclesiam & lacerabat, de quo dictum est. Genes. 49. Benjamin lupus rapax, habitabat cum Anania Christianae simplicitatis agno, a quo baptizatus est, vel cum Petro Apostolo, cui dictū est. Pasce agnos meos. Erat pardus qui prius nō morabatur varietates suas, locus in fonte Christi, accubuit cum hœdo, non qui a sinistris est, sed qui immolatus in pascha domini. Leo quoq; prius ferocissimus, & ouis & vitulus pariter morabuntur. Quotidie cernimus in ecclesia diuites & pauperes, potentes & humiles, reges atq; priuatus, quos pariter commorari. & a pueris paruulis, quos Apostolos intelligimus, imperitos sermone, sed non scientia, regi. [Vitulus & vitulus pascuntur simul, requiescent catuli eorum, & leo quasi bos paleas comedit.] Cum enim inter se disciplina domini fuerint foederati, de quibus iam dictum est, tunc vitulorum atq; vitulorum catuli simul requiescent, id est, familiae fidem sequentes dominorum, pariter tollentes super se iugum domini, requiem animabus suis inuenient. Quae autem sunt paleae, quas leo quasi bos comedit, nisi simplicia verba in scripturis sanctis? Frequenter quippe euenit, ut homines seculi, mystica nescientes, simplici pascantur lectione scripturarum. [Et delectabitur infans ab vberibus super foramine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manū suam mittet.] Infans qui est malicia paruulus, mittet manū suam in foramen aspidis, id est, daemones de obcellis hominū corporibus fugabit. Qui autem ablactatus est, & nequaquam lacte nutritur infans, sed iam solido vescitur cibo, iste in reguli cauernam mittet manū, id est, in ipsius Sathanae habitaculum, & inde extrahet eum. [Non nocet hunc, & nō occidit in vniuerso monte sancto meo.] Haec omnia quae praedicta sunt, sic immutata, ut recte dicere possis. Haec est muratio dexterae excelsi, non nocet in monte sancto meo, id est, in ecclesia, de qua ipse. Non potest (inquit) ciuitas abscondi supra montem posita. [Quia repleta est terra scientia domini, sicut aquae maris operientes.] Quae repleta est terra scientia domini, lupis & pardis, ecce causam effectiua reddidit dicendo, quia repleta est terra scientia domini. Quae autem est scientia domini, quae mira haec efficit, nisi humilitas domini? Nempē ipse cum dixisset leonibus & vitulis, lupis & pardis, tollite iugū meū super vos, continuo subiunxit, Et discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Tantis magister, hoc solum se docere proficitur, quia mitis est, & humilis corde. Et huius rei solius, dociles nos cupit mētes habere. Ergo scientia domini, humilitas est domini, sicut e contrariū stultitia Assur, id est, diaboli, superbia est diaboli. Haec domini scientia terra repleta est, sicut aquae maris operientes. Quo modo, vel quali ordine? Sequitur continuo.

*Quomodo radix Iesse in signū populorū, & sepulchrū eius sit gloriosum, & quomodo adiecerit manū suam, ad possidendum residuum populi sui, ad congregandum profugos*

Israel.

## CAP. IX.

**I**ndie illa radix Iesse, qui stat in signū populorū, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrū eius gloriosum. Ex quo ardux Iesse stetit, in signū populorum, ex eo repleta est terra scientia domini, sicut aquae maris operientes. Quid enim fuit, in signum populorum stare radicem Iesse, nisi filium hominis exaltari a terra, & omnia trahere ad se? Ex eo nimirū spiritus est datus, postquam illa exaltatione Iesus est glorificatus. Dixit autem de illo spiritus dato, euangelista testante. Qui credit in me (sicut dicit scriptura) flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Igitur aquae scientiae domini, aquae operientes, subauditur peccata signum illud, diuisiones gratiarū spiritus sancti, quo inebriatus lupus cum agno, & pardus cum hœdo habitauit, & leo quasi bos paleas comedit. Ipsum (inquit) gentes deprecabuntur, & erit sepulchrū eius gloriosum. Ecce hodie gentes ipsum deprecant, & in sepulchro, id est, in morte eius gloriantur. In quo enim alio se gloriarī profitentur? Mihi (inquit Apostolus) Absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi. Id ipsum cum Apostolo gētes quoq; actu quodā loquuntur, pingētes iugiter signū crucis in suis frontibus. Hoc facere gloriosum est & regibus. Quare aut magis placeat dictum vel scriptū esse gloriosum sepulchrū eius, quā signū vel dormitionē eius? Nimirū quia quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, cum dixisset Apostolus, continuo subiunxit. Consepultiemur cum illo per baptismū in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriā patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Parum erat ad gloriā radicis illius, si propter arida ligna tantummodo in cruce exaltaret, & dormitione mortis sopiretur, nisi etiā plantata in sepulchro terrae gloriosa resurrexisset resurrectione. Ita profectō parum esset omnibus in illo signo gloriantibus, si solummodo signū illud crucis in frōribus eorū pingere, quod facimus, quādo quemq; catechizamus, nisi etiā in sepulchro

MM iij elementaris

elementaris aque, terna mersione, pro tridua illius sepultura plantaretur nouus exinde sur-  
 rector, & deinceps inter membra noui hominis computandus. Notandum inter ea, qd flos  
 idem qui supra dicebatur egredi de radice Iesse, nunc econuerso dicitur radix Iesse. Quare hoc,  
 nisi quia & ille radix carnis huius, & iste radix est fidei illius. Iste de carne illius egressus est, ille  
 de spiritu huius resuscitandus est. Sequitur. Et erit in die illa. Adiciet dominus secundo manū  
 suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & a  
 Pheros, & ab Aethiopia, & ab Helan, & a Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et leua-  
 bit signum in nationes, & congregabit profugos Israel, & disperfos Iuda colliget a quatuor pla-  
 gis terrę. Hęc propheta continue loquitur, post quā dixit gloriosum fore sepulchrum eius.  
 Iohan. 11. Quid ergo aliud nobis prophetatur, quā qd per Iohānem euāgelizatur, dum dicit, quia Ie-  
 sus moriturus erat pro gente, & non tantū pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi congre-  
 garet in vnum. Nam ecce leuabit dominus in nationes signū populorū, de quo iam dictū est.  
 Iohan. 3. Vere leuauit atq; exaltauit sicut exaltatus est serpens in deserto, vt omnis qui credit in ipso nō  
 pereat, sed habeat vitam æternam. Congregantur profugi Israel, colliguntur a quatuor plagis  
 terrę dispersi Iuda, ipsa nanq; congregatione & collectione sua sunt Israel, sicut Iuda quælibet  
 gentes, quælibet nationes. Quid porro est qd ait. Adiciet dominus secundo manū suā ad pos-  
 sidendum residuum populi sui? Quid, inquā, nisi quia iam dudū manū suam extendit ad possi-  
 dendū, sed adhuc locus erat? Nempe in manu forti eduxit filios Israel de terra Aegypti, & il-  
 los per passionē suam, in domū suā induxit, sed vidit, quia adhuc locus est, quia nondū electo-  
 rum numerus completus est. Adiciet ergo secundo manū suam leuando scilicet signum illud,  
 nō tantū in Israel, sed & in nationes, vt iam dictū est. Nihilominus & illud vigilanter intruendū  
 est, qd cum dixisset ad possidendū residuū populi sui, subiicit & dixit, quod relinquetur ab As-  
 syrijs, & ab Aegypto, & a Pheros, &c. Quid enim est esse relictuū ab Assyrijs & a cæteris gen-  
 tibus, siue insulis maris, nisi contemptum & despectū esse superbo mundo huic? Plane illud est  
 quod Apostolus dicit. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes se-  
 cundū carnem, nō multi potentes, nō multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, vt  
 confundat fortia & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit deus, & ea quæ non sunt, vt ea  
 quæ sunt destrueret, vt non gloriē omnis caro in conspectu eius. Ergo & in isto magna hu-  
 militatis Christi commendatio est, & contra superbiā Assur, de quo iam dictū est.

*Quomodo per predicationem hostes Iuda perierunt, & ecclesia de cunctis gentibus suscita-  
 ta sit, & desolauerit dominus linguam maris Aegypti, id est, stultam fecerit sapien-  
 tiam huius seculi.*

CAP. X.

**E**T auferetur zelus Effraim, & hostes Iuda peribunt. Effraim nō emulabitur Iudam, & Iu-  
 das non pugnabit contra Effraim. Et volabūt in humero Philistim per mare simul præ-  
 dabuntur filios orientis. Idumæa & Moab præceptum manus eorū, & filij Ammon obedien-  
 tes erunt. Eo tempore (inquit Elaias) nequaquam Effraim & Iudas, qui nunc me prophetate  
 inter se hostili odio dissident, inimici erunt, sed iuxta Ezechielis prophetiam duæ virgæ in vnā  
 virgam copulabuntur & iungentur in Christi ecclesia, qui prius fuerant separati, ita vt in gen-  
 tibus communi defudent labore, & volēt in humero Philistim per mare volucri cursu, hoc est  
 primū maritimis prædicent Palestinæ, & per mare pergant festinantes ad cæteras nationes.  
 Quod de vnus Pauli apostoli intelligamus exemplo, qui per Pamphiliam & Asiam & Ma-  
 cedoniā & Achaiam, & diuersas insulas & prouincias ad Italiam quoq; vt ipse scribit, & ad  
 Hispaniam, alienigenarum portatus est nauibus. Idumæa (inquit) & Moab præceptū manus  
 eorum, & filij Ammon obedientes erunt. Hęc gentes eo tempore quo Elaias prophetabat, ad-  
 uersariæ erant populo Iudæorum, & idcirco nunc dicit, qd postquam surrexit radix Iesse, vt re-  
 gnet in gentibus, & vexillum crucis ob salutem totius orbis fuerit eleuatum, tunc etiam Idu-  
 mæa & Moab & filij Ammon, omnis, scilicet multitudo Arabiæ, dēt apostolis manus & in lo-  
 cis idololatrie Christi ecclesie suscitent. [Et desolabit dñs linguā maris Aegypti, & leuabit ma-  
 nū suā super flumen in fortitudine spūs sui, & percutiet eum in riuus septē, ita vt transeant per  
 eum calcari. [Regnate Cæsare Augusto, quando flos de radice Iesse cōscendit, & in vrbe Ro-  
 mana prima descriptio facta est, potentissimū prius regnū Aegyptiorū, qd multis durauit tē-  
 tibus, Cleopatreg morte destructū est, & percussus est amnis Aegypti, in septē riuos, vt qui prius  
 vno fluens aluco intransibilis erat, in septem riuos diuisus atq; concisus, calcatis transiret pe-  
 dibus. Verūm quantū hoc fuit ad maiestatem vel fortitudinē spiritus domini? Ergo & hoc & cæ-  
 tera quæ iam dicta sunt, quia facturus ea promittitur spiritus domini, spiritualiter oportet in-  
 telligi. Et desolabit (inquit) dominus linguam maris Aegypti, id est, stultā faciet dominus (vt Apo-  
 stolus ait) sapientiā huius seculi, & leuabit manū suam super flumen, id est, declarabit veritatē  
 suā super loquacē philosophorū vanitatē. Et hoc in fortitudine spūs sui, videlicet, quo misso de  
 cælo, vbi ascendit & sedit a dextris dei, apostolos suos, qui prius erāt infirmi, fortes effecit. Nam  
 exinde

Ezech. 37.

Actu. 14.  
16. & 27.  
Rom. 15.

Luce. 2.

1. Cor. 1.

exinde & aperto sensu scripturas intellexerunt, & linguis omnibus locuti sunt. Et ita linguam  
 maris Aegypti desolauerunt, & omne flumen exiccauerunt, atque percusserunt in septem ri-  
 uis, vt tranlirent calcati in præparatione euāgelij pacis, pedibus pulchris, pedibus speciosis.  
 [Et erit (inquit) via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyrijs, quando ascendit de ter-  
 ra Aegypti.] Sicut enim illis fugientibus, diuisit deus mare rubrum, & merso Pharaone cum  
 curribus suis & equitibus, pertransierunt cantantes supernæ victoriæ canticum, sic istis fugien-  
 tibus diabolum, aperiet baptisimi salutaris sacramentum, mersoq; diabolo & omnibus pom-  
 pis eius pertransibunt in vitam æternam, cantantes huiusmodi canticum.

*De cantico prophete: Confitebor tibi domine, & cætera. Vbi vel in quo iratus fuerit deus  
 homini, quando furor eius in gratiam conuersus sit, quas hauserimus aquas de fontibus  
 saluatoris, quas eius inuentiones notas fieri in populis, & in vniuersa terra an-  
 nunciari oportuerit.*

CAP. XI.

**C**onfitebor tibi domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es  
 me. Et dices (inquit) in illa die. Confitebor tibi domine, &c. Hoc vere dixit, & dicit quis-  
 que nostrum in isto tempore acceptabili, in isto die salutis. Necessario dicit, necessario sic con-  
 fitetur, quicunq; vult saluus fieri. Quid enim est, quod ista depromit confessione, nisi qd oportet  
 et nos credere. Iratus es mihi, inquit, subauditur in Adam, in quo omnes peccauerunt, & per  
 peccatum ira tua, id est, mors introiuit in mundum, & ita in omnes tam Iudæos quā Græcos  
 pertransiuit, restante Iudæis Apostolo, cum dicit. Erasmus enim & nos aliquando natura filij  
 iræ, sicut & cæteri. Conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Iuste iratus es. Misericorditer  
 autem conuersus est furor tuus in gratiam, videlicet quando virga supradicta de radice Iesse  
 egressa est, & flos de radice eius ascendit. in quo enim consolatus es me, nisi in spiritu tuo su-  
 per illum requiescente? Nam inde paracletus, id est, consolator dicitur idem spiritus. Super hoc  
 confitebor tibi, dicamq;. Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam & non timebo. Quasi di-  
 gitum intendam, neq; a dextris neq; a sinistris claudicans, dicamq;. Ecce iste flos candidus &  
 rubicundus, qui tēporibus Augusti Cæsaris, de virga virginea, radice Iesse egressus est, & sub  
 Pontio Pilato in lignū crucis exaltatus, spinis clauorū laceratus, iste inquam & nō alius deus  
 meus est saluator meus. Non dicatur mihi, ille vel ille, alius Messias, id est, Christus est, & non  
 dum venit, sed venturus est, nam iste est & non alius est. Quisquis alius Christum se esse dicat,  
 non deus meus, sed ventus est, non saluator meus, sed hostis & filius perditionis est, fiduciali-  
 ter agam, & non timebo, non quod confidam in memetipso, sed quia [Fortitudo mea & laus  
 mea dominus, & factus est mihi in salutem.] Idcirco fiducialiter agam, quia ille fortis fortitu-  
 do mea est, de quo supra dictum est, & percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorū suo-  
 rum interficiet impiū. Non solum fortitudo, sed & laus, id est, pulchritudo mea est flos iste, de-  
 cus humani generis, gloria nostrę carnis. Quomodo autem factus est mihi in salutem, nisi ho-  
 minem assumendo, quod non erat, vt saluaret me per antiquam & in temporalem suā diuini-  
 tatis virtutem? [Haurietis aquas in gaudio, de fontibus saluatoris.] Quicunq; ita dixeritis in  
 illa die, quicunq; ita confessi fueritis, propter eiusdem fidei confessionē, haurietis aquas in gau-  
 dio, quod nemo tollet a vobis, de fonte, id est, de plenitudine saluatoris. Quas haurietis aquas,  
 nisi spiritus sancti dona quā plurima? Nam & hoc ipse in euāgelio clamat. Qui credit in me,  
 sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem (inquit) euāgelista  
 dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. [Et dicetis in illa die. Confitemini  
 domino, & inuocate nomen eius.] Hac die vel isto tempore, silentium est (ait) propheta, sed in  
 illa die cum hauseritis de fontibus saluatoris aquas, loquemini & dicetis, audite vniuersa ter-  
 ra. Confitemini domino peccata vestra, agite poenitentia, & inuocate nomen eius, in quo solo  
 peccata remittuntur. [Notas facite in populis adinventiones eius.] Videlicet vt omnes po-  
 puli admirentur. Quales enim vel quantæ sunt adinventiones eius? Bonæ adinventiones,  
 miræ adinventiones, quas nemo adinuenisset, nisi ipse solus. De illis ipse ad beatum Iob lo-  
 quitur. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius? Nunquid pones  
 circulum in naribus eius, & armilla perforabis maxillam eius? Nunquid illudes ei quasi aui,  
 aut ligabis illum anulis tuis? &c. Istas in populis notas facite adinventiones eius, quas profun-  
 do consilio adinuenit, vt astutum diabolum comprehenderet in astutia eius. [Memento quo-  
 niam excelsum est nomen eius.] Cuius eius? Dei saluatoris, sedentis ad dexteram maiestatis in  
 excelsis. Dedit enim illi deus nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne ge-  
 nu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Horum memetote, & hæc nota facite præ-  
 dicando vbique, ipso cooperante, & sermonem confirmante sequētib; signis. [Cantate do-  
 mino quoniam magnifice fecit.] Cantate (inquit), id est, inuitate, sed volētes euāgelizate, magnifica  
 q̄ fecit. Aquas enim in gaudio hauristis, idcirco euāgelium hoc gaudij vestri canticū vobis sit.  
 [Annūciate hoc in vniuersa terra.] Nō in sola Iudæa, sed & in vniuersa terra. [Exulta & lauda  
 habitatio

Marc. 16.

Actu. 2.

Exod. 14.

Rom. 3.

Ibidem. 3.

Ephes. 1.

Iohan. 7.

Iob. 40.

Philip. 2.

Marc. 16.

habitatō Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. ] O Sion, o specula, o collocata in sublimibus ecclesia, exulta & lauda, subauditur in die illa, quando dices ista, quia magnus in medio tui sanctus Israel, sanctus inquam & sanctitatis flos, in quo ut supra dictum est, septiformis spiritus domini requiescet. Huc vsque manifesta de Christo prophetia est.

*Quod onera quae sequuntur, inter quae onus deserti maris, &c. quae secundum ordinem numerantur, cuncta persequi, neque nostrae facultatis, neque praesentis propositi sit.*

## CAP. XII.

Cap. XIII. **S**equuntur onera, de quibus in exordio prophetiae, imo euangelistae huius dictum est. Onus Babylonis, onus Moab, onus Damasci, onus Aegypti, onus deserti maris, onus Duma, onus in Arabia, onus vallis visionis, onus Tyri, onus iumentorum austrum. Et decem quidem sunt, sed in principio nouem numerauimus, quia videlicet onus deserti maris, non aliud est quam onus Babylonis. Dubium hoc esset, nisi praescripto onus deserti maris, in consequentibus eiusdem capituli legeremus, Babylon dilecta posita est mihi in miraculum. Et iterum. Cecidit Babylon, & omnia sculptilia eorum eius contrita sunt in terram. Et supra. Ascende Elain, obside Madai. Mare autem propter multitudinem habitantium dicitur. Horum sub nominibus vniuersae partes nomini Christi, & sanctae ciuitati eius Hierusalem caelesti, aduersantes condemnantur, sicut in exordio diximus. Quae videlicet partes, imo scissurae quasi nouae sunt, decimamque vniuersae fidei catholicam ecclesiam impugnant, quia multi sunt, & ideo per nouenarium intelligendi numerum, cui vnum si addatur, fit vnitas secunda siue decena, id est, denarius. Onus vallis visionis, onus est Hierusalem, quae & ipsa multis scripturarum locis inter gentes reputatur, quia non parum caelesti Hierusalem aduersata est, quippe quae & prophetas ad se missos, & ipsum dominum prophetarum occidit. Idcirco nunc dicitur vallis, quia non est ea de qua scriptum est. Fundamenta eius in montibus sanctis. Vallis autem visionis, quia videntium, id est, prophetarum seminarium fuit. Haec prosequi, neque nostrae facultatis, neque nostri propositi est. Septem tantummodo periochas distinguere, breuiterque percurrere proposuimus, quibus euangelica fides recapitulando non tam prophetatur, quam euangelizatur. Quinque ex his transegitur, sextam duce spiritu sancto, iam nunc ingredimur.

*Sextam periochen ab eo incipi quod ait: Consurge, consurge, induere fortitudinem, &c. cetera, per quae datur intelligi, quia propheta sanctus fortiter aduentum saluatoris desiderabat.*

## CAP. XIII.

Cap. LI. **C**onsurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini. Consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementer? Qui posuisti profundum maris viam, ut transiret liberati. ] Hic iam in propheta spiritus sanctus pro nobis postulat gemitibus inenarrabilibus, ut veniat liberator animarum, sine quo nulli poterat esse salus. Sentendum nobis istud est, in timore affectu, quia fortiter rugiebat a cordis sui gemitu hic propheta sanctus, quem iure euangelista dicamus, cum haec & cetera quae sequuntur, loqueretur. Verbi gratia. Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens. Verum languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Sed iam verba proposita ordine prosequamur. Consurge (inquit) consurge, induere fortitudinem brachium domini. Brachium domini quid est, nisi verbum domini, nisi vnigenitus filius dei? Nam verbo domini omnia facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Consurge ergo (inquit) & hoc ipsum tertio repetit. Ac si dicat. Quid tam diu te contines in sinu patris o brachium domini, o dextera domini? Cur te quiescete, tam diu superabit fortis armatus, princeps mundi huius? Consurge, & induere fortitudinem, induere pulchram & forte dilectionem, pulchram & forte obedientiam charitatem. Ita consurge, sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. Iam quasi responderet ei brachium domini, quomodo conurrexi ego in diebus antiquis, continuo subiungit. Nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draconem, &c. Et est sensus. Nunquid non tu percussisti superbum Pharaonem, & vulnerasti typum superbi gestantem, figuram draconis diaboli praefertentem? Nunquid non tu siccasti mare, aquam abyssi vehementis, in typum lauacri salutaris, quod nobis de latere profundere proposuisti? Nonne tu es, qui posuisti profundum maris viam, ut transiret liberati, in typum futurum sacramenti tui, per quod nobis transeundum foret, ut vocaremur liberati, ut essemus liberati de manu mortis. Nunquid non tu haec bona fecisti, meliora te facturum significas, o brachium domini? ] Et nunc qui redempti sunt a domino, reuertentur & venient in Sion laudantes, & laetitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & laetitia tenebunt, fugiet dolor & gemitus. ] Et nunc (inquit) sic facies, o brachium domini, ut fecisti in diebus antiquis, sic consurges ut conurrexisti in diebus antiquis. Te consurgente reuertentur, & venient in Sion laudantes. Qui reuertentur, & qui venient: Qui redempti sunt a domino. Qui redempti sunt a domino? Nimirum non omnes filij Adae, sed quot-

sed quotquot praedestinati fuerant, ad vitam aeternam, antequam praepararentur Adam. Iam reuertentur in patriam, quam perdidit, venditi in Adam. Ipsa est Sion, ipsa est ciuitas omnium beatorum. Laudantes reuertentur, laudantes venient, & laetitia sempiterna super capita eorum, id est, in cordibus eorum. Fugiet & dolor & gemitus. Prima haec abierunt, quod dolerent, quod gemerent non erit amplius. Gaudium & laetitia tenebunt, quae hic nulli gaudentes aut laetantes tenere possunt. Fugitua namque laetitia, fugitiuum est huius mundi gaudium.

*Qualem consolationem siue consolatore promittat deus, dicendo: Ego ego ipse consolabor vos. &c. quam recte dicat continuo, quis tu, ut timeas ab homine mortali, &c. quia mox ut venit consolator spiritus sanctus redarguit, Verbi gratia: Petrum ut non timeret a Nerone, qui prius timuerat ab ancilla ostiaria.*

## CAP. XIII.

**E**go ego ipse consolabor vos. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis, qui quasi fornum, ita arefcet & oblitus es domini factoris tui, qui tetendit caelos & fundauit terram, & formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat & parauerat ad perendum? Vbi nunc est furor tribulantis? ] &c. Ego (inquit) qui percussi superbum, qui siccaui mare, qui posui profundum maris viam, ut vere facerem, ego (inquam) ipse consolabor vos. Non legatus veniet aut angelus, sed ego ego ipse consolabor vos, consolatione propria qua nemo alius posset consolari vos. Paracletum, id est, consolatorem ego habeo, paracletum spiritum sanctum ego vobis dabo. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis? ] &c. Nemi- ni dubium, quin haec dicat paracletus, id est, consolator spiritus sanctus in aurem eius, cui datur. Omnes enim quotquot fortes in Christo sumus, ex illo consolatore fortitudinem accepimus. Ipsi apostolorum principi Petro, spiritus sanctus haec locutus est. Quis tu, ut timeas ab homine mortali, & a filio hominis? Imo quis tu, ut timeres a muliercula ab ancilla ostiaria? Certum quippe est, quia Petrus apostolus a tali persona timuit, & oblitus est domini factoris sui, negauit illum, quem confessus fuerat esse filium hominis, filium dei viui. Hic autem consolator vbi datus est, sic illum corripuit, ut qui timuerat ostiariae linguam, iam non timeret Romani imperij potentiam. Sic & ceteri quique pro sua portione consolatoris huius virtute roborati sunt, ut non timerent eos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt. Vbi (inquit) nunc est furor tribulantis? ] Cito veniet gradus ad aperiendum, & non interficiet usque ad internationem, nec deficiet panis eius. ] Quis veniet ad aperiendum, nisi ille, de quo Apostolus. Veniet (inquit) dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium? Hoc nempe ad consolationem pertinet eorum, quorum in praesenti supplantatur iudicium, ut beatos se fore credant, cum oderint eos homines & exprobrauerint & eiecerint nomen eorum tanquam malum. Non interficiet usque ad internationem, nec deficiet panis eius, id est, non mortem peccatoris volet, sed ut conuertatur & viuat, & hoc volens semper panem vitalis doctrinae apponet poenitentibus, iustitiam esurientibus. ] Ego (inquit) sum dominus deus tuus, qui conturbo mare & intumescunt fluctibus eius, dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meae protexi te, ut plantes eos, & fundes terram, & dicas ad Sion. Populus meus es tu. ] Dominus deus qui conturbat mare & intumescunt fluctus eius, ut aduersus seruos suos persecutorum impetus infletur, superbiaque iterum ipso auxiliante conuiuiscat, apostrophen facit ad filium, quem cito promittit esse venturum, dicendo. Posui verba mea in ore tuo, id est, mandatum tibi dedi obedienti propter consolandos seruos meos. Et in umbra manus meae protexi te, ut cum obediens factus fueris usque ad mortem, mortem autem crucis, non derelinquaris in inferno, nec videat caro tua corruptionem, ut plantes caelos, id est, in fide corroboretur apostolus, & fundes terram, scilicet ecclesiam nouam, & dicas ad Sion. Populus meus es tu, ex quo postulaui patrem meum, & dedit mihi gentes in hereditatem, quia videlicet gentes vnde hereditas mea, inde dicuntur & sunt Sion.

*Quomodo testante haec propheta, non fuerit ante vel prater Christum, ex omnibus sanctis vel iustis qui ecclesiam, quam hic per Hierusalem insinuat, posset resuscitare iacentem sub praeparatione Ade.*

## CAP. XV.

**H**oc responso accepto propheta, qui supra dixerat, Consurge, consurge, induere fortitudinem brachium domini, & cetera, bonum confestim nuncium apportat & laetabundus clamat. ] Eleuare, eleuare, consurge Hierusalem, quae bibisti de manu domini calicem irae eius, usque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti usque ad feces. Non est qui suscitaret eam ex omnibus filijs quos genuit. ] Quenam est ista Hierusalem, cui consolatio tam magnifica declamatur, nisi vniuersa electorum ecclesia, quantacumque ab initio usque ad finem mundi, secundum praedestinationem dei colligitur? facebat enim prostrata, per culpam primae praeparationis, & non erat de omnibus filijs eius quisquam qualibet iustus, qui vniuersalem eius ruinam suscitare aut restituere esset idoneus, nisi solus iste, qui supra pro consolatore promittit, ut iam diximus.

Ergo

Ergo d' Hierusalem (inquit) d' vniuersa ecclesia dei, cuius consolatione ego audiui, eleuare, eleuare, confurge, subauditur de casu, quo in Adam corruisti, quæ in transgressionem Eux bibisti de manu domini calicem iræ eius. Vsq; ad fundum calicem soporis bibisti, & potasti vsq; ad feces. Nihil reliquum fuit amarissimæ portionis. Intus mors animæ, quæ a deo te separauit. foris mors carnis, quæ animam a corpore diuidit. Hoc dicto, ad nos apostrophen facit, vt diligentes ad intelligendū simus, & dicit. Non est qui suscitaret eam ex omnibus filiis quos genuit, & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filiis quos enutriuit. Hic nēpe intellectu fidei opus est, vt sciamus quā necessarius mundo fuerit Christi filij dei aduentus. Multos filios ista Hierusalem genuit, multos enutriuit. Genuit ante legem, Abraham, Isaac, & Iacob. Enutriuit sub lege, Moyses, Samuel, & Dauid. Sed & isti omnes peccauerunt. Etsi quantulamcūq; iustitiam habuerunt actualement, originali peccato nō caruerunt. Nam omnes (inquit Apostolus) in Adam peccauerunt. Quomodo ergo quisquam ex omnibus his apprehenderet manum eius, & suscitaret eam? Duo sunt (inquit) quæ occurrerunt tibi. Quæ sunt illa duorū? Vastitas & contritio, & fames & gladius. Vastitas mortem animæ, contritio mortem corporis designat. Item fames mortem animæ quæ deum cibum angelorum perdidit, gladius mortem carnis significat, quæ animam a corpore separat. Hæc sunt duo quæ occurrerunt tibi, propter culpam primæ præuaricationis. [Quis contristabitur super te? Quis consolabitur te? Quis inquam contristabitur super te, id est, quis poenitentiam pro te suscipiens satisfaciet pro te, cum nemo quamlibet iustorum, vel pro solo se queat satisfacere? Quis consolabitur te, subauditur, impetrata reconciliatione, acquisita pace, comparata tibi remissione peccatorum? [Filiij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut bestia illaqueata, pleni indignatione domini, increpatione dei tui.] Ergo quomodo illaqueata bestia clamare tantum potest, laqueum autem per semetipsam euadere non potest. sic filij tui proiecti, & pro culpa priorum parentum exhereditati, liberatorem tantum fide magna in clamare potuerunt, laqueum autem suorum, multo magis verò alienorum peccatorum soluere non potuerunt. Dormierunt in capite omnium viarum, mortui sunt, quotidie moriuntur pro communi conditione cunctorum viuentium, pleni indignatione domini, dicentis. Qua die comederitis ex eo, morte moriemini, pleni increpatione dei tui, superbiam hominis increpantis & dicentis, quia puluis es, & in puluerem reuertēris. Idcirco audi hoc pauperula, & ebria nō a vino. [Hæc dicit dominator tuus, dominus & deus tuus, qui pugnavit pro populo suo. Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ. non adiciens vt bibas illud vltra.] Idcirco inquit, quia nemo est ex filiis tuis qui suscitaret te, ecce ego ipse dominus deus tuus, id est, sine dubio tollam calicem illum de manu tua, moriens ipse pro destruenda morte tua. vt non bibas vltra, vt non moriaris in æternū, semel sublato calice, de duplici morte resuscitata. Hoc audi & crede o pauperula, non a vino vitæ æternæ, quo inebriari debueras, sed absynthio mortis ebria. Nam hæc dicit dominator tuus, qui olim pugnavit pro populo suo, vt educeret illum de Aegypto, pugnaturus iterum pro populo suo, vt eruat illum ab inferno. [Et ponam (inquit) illud in manu eorum, qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, incuruare vt transeamus.] Nam re vera pro eo quod te humiliauerunt & incuruauerunt vt transirent, ampliorembiturū sunt damnationem diabolus & angeli eius, licet non inuitam sed volentem te incuruauerunt, & per te transierunt. Hoc est quod subiungitur. [Et posuisti in terra corpus tuum, & quasi viā transeuntibus.] Er est sensus. Quomodo terra, quia inanimata est, & via quia trita est, non repugnat transeuntibus. sic tu non resististi malignis spiritibus, animā tuā querentibus.

*Repetitio adhortantis pro consolationis magnitudine, ab hinc: Consurge consurge, induere fortitudine tua Sion, & subinde, quia hæc dicit dominus: Gratis venundati estis, & sine argento redimemini, vsq; Ego qui loquebar, ecce adsum. CAP. XVI.*

Cap. LII.

**C**onsurge consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem ciuitas sancti, quia non adiciet vltra, vt transeat per te incircuncisus & immundus. Quia non parua res est, quia non leuis consolatio promittitur, ecce toties dixi, & toties nunc dico consurge consurge. Et quid confurgendo facias, quid faciendo consurgas? Induere fortitudine tua, induere vestimentis gloriæ tuæ. Quomodo iuuenula nobilis & inclyta, instante nuptiali die, se præparat, quanta potest fortitudine, quanta potest gloria vestimentorū, vt digne possit complacere. sic tu quondam captiua, nunc autem libera, præparare in occursum dominatoris tui, sponsi & amatoris tui, vt digno charitatis ornatu spectabilis merearis cubiculū eius introire. Ita consurge, & confidenter age, quia non adiciet vltra diabolus, vt transeat per te incircuncisus corde, immundus opere. [Excute de puluere, consurge, sede Hierusalem, solve vincula colli tui, captiua filia Sion.] De puluere peccatorum excute, ad bene operandū consurge, regnando sede, remissionem peccatorum accipiendo & dando, vincula colli tui solve. Quia hæc dicit dominus, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Dicitio breuis, sed digna

sed digna ore domini. Gratis, inquit, venundati estis. Verè gratis, emptor enim diabolus, totū venditionis pretium defraudauit. Comedit, inquit, & eritis sicut dii. Mendacium locutus est. Non enim de hominibus deos fecit. Ergo gratis, & non solum gratis, sed & damnosè venundati estis, quia cum potuissetis non mori, iam secundum animam mortui, simul etiam secundum carnem mortales facti estis. Et sine argento, inquit, redimemini. Verè sine argēto, sed nō sine pretio. Non corruptibilibus auro & argēto, Petrus apostolus, inquit, sed pretioso sanguine, quasi agni immaculati & incontaminati Christi, redempti estis. [Quia hæc dicit dominus. In Aegyptū descendit populus meus in principio, vt colonus esset tibi.] Nunquid argento redemptus inde exiuit? Nonne potius per immolationem agni liberatus est, signatis postibus sanguine eius, & superliminibus suis? Ita, inquit, & nūc sine argento redimemini, verum ramen non sine pretio, sed pretioso sanguine agni veri Christi filij dei. Nam mundus iste Aegyptus est eis quos ad vitam æternam prædestinauit, & huc omnis electorū populus descendit in illis primis parentibus suis. [Et Assur (id est, diabolus) absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est dicit dominus? Quoniam ablatas est populus meus gratis, dominatores eius inique agunt, dicit dominus, & iugiter nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus, nomē meum in illa die, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum.] Propter hoc, inquit, quia populus meus ablatas est gratis, vt supra dixi, sed cōtrariò, dominatores, id est, magistri eius, scribæ & pharisæi inique agunt, & insuper per eos vel propter eos iugiter blasphematur nomen meum, propter hoc, inquam, per memetipsum sciet populus meus nomen meum, quia ego ipse qui loquebar ad Abraham, qui loquebar ad Moysen, qui loquebar in prophetis, & psalmis, ecce adsum. Quid enim mihi est? Quid, inquam, aliud mihi superest? Holocautū, & p peccato pater meus nō posulauit, propter hoc dixi, ecce venio, propter hoc ecce assum.

*Quam pulchri super montes sint pedes hoc bonum annunciantis, qui pedes, & qui mōtes sint, qui speculatores, & quomodo videāt omnes fines terre salutare dei Israel. Cap. XVII.*

**Q**uam pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, regnabit deus tuus. Ecce assum dixit, & huic auditori, huic in spiritu sancto videnti pariter & audienti, luos veniendo pedes ostendit. Quos pedes, nisi vias suas? Quæ porro sunt viæ eius, nisi misericordia & veritas? Scriptum est enim. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. Duobus istis pedibus, iste qui nunc dicit, ecce assum, in hunc mundum venit, videlicet quem ad modum dicit, vt qui non vident videant cæci, & qui vident, fiant. Nam vt qui non vident videant, misericordiae est. & qui vident cæci fiant, veritatis est. Pes iste Iudæos contriuit, pes ille gentes subleuauit. Quam pulchri, inquit, pedes, quam speciosi pedes. Verè pulchri pedes, nam vt inq; irreprehensibilis est. Quam pulchri pedes super montes. Quos super montes, nisi super apostolos fide excellentes, meritis eminentes? Isti montes illos pedes primum exceperunt, vnus enim ex illis delectus est per veritatis iudicium, vnde cum per misericordiam creuerunt vsq; ad cœlum. Annunciantis, inquit, & prædicantis pacem. Quam pacem, nisi humani generis reconciliationem? Annunciantis bonum. Quod bonum, nisi gloriam dei filiorum? Prædicantis salutem. Quam salutem, nisi beatā animarū atq; corporū immortalitatem? Dicentis Sion, regnabit deus tuus. Quid est regnabit, nisi missio foras principē mundi huius, regnum quod tyrānus obtinuerat, deus tuus obtinuit. Ergo pulchri pedes, quia pulchra annunciatio, quia iucunda hæc prædicatio est. [Vox speculatorum tuorum. Leuauerunt vocem, simul laudabūt, quia oculo ad oculo videbūt, cum conuerterit dominus Sion.] O Sion vox speculatorum tuorum audita est. Speculatorū, inquit, id est, apostolorum, qui tibi pacem illam speculati sunt, qui tibi bonum illud prædicauerunt, qui tibi salutem illam annunciauērunt. Speculatores isti leuauerunt vocem. Verè leuauerunt, nam in omnem terram exiuit sonus eorū, & in fines orbis terræ verba eorū. Simul laudabūt, videlicet idipsum sentiendo, idipsum docendo. Quia oculo ad oculo videbunt, cum conuerterit dominus Sion. Inde nimirū præ omnibus beati sunt, quia oculo ad oculū videbūt, quem admodū dicit. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quia multi prophetae & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & nō audierunt. Ergo certi testes erunt, & idcirco non dispariter, sed simul laudabūt nō dissona, sed consona prædicabunt. Videbunt, inquit, oculo ad oculū, cum conuerterit dominus Sion. Nam & quando per passionem suam redimendo conuerterit Sion, oculis viderūt, & postquā conuerterit Sion, spoliato inferno, rediit oculis viderunt, manibus suis palpauerūt. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est dominus populū suum, redemit Hierusalem. Parauit dominus brachiū sanctū suum in oculis omnium gentium, & videbunt omnes fines terre salutare dei nostri. O vos deserta Hierusalem, o vos gentes quondam desertæ, nūc autē Hierusalem, accipiendo peccatorū remissionē, simul gaudete, & laudate cum illa Sion, cum illa ecclesia patriarcharum & prophetarū, & omnium electorū qui ex circuncisione sunt. Quia consolatus

est dominus populum suum, dando illi paracletum, id est, consolatorem spiritum sanctum, redemit Hierusalem, redemit omnes quos praecitavit, & praedestinavit pertinere ad illam caelestem Hierusalem, redemit, inquam, non auro vel argento, sed proprio sanguine suo. Idcirco vos quoque gaudete & laudate, quia praeparat brachium suum, id est, filium suum in oculis omnium gentium, iuxta prophetiam Iacob dicentis. Et ipse erit expectatio gentium. Et videbunt omnes fines terrae salutare dei nostri. Venient enim ab extremis terrae, qui videant gloriam saluatoris sui dei filii regni in tenebras exteriores proiectis. Quid enim dominus dicitur

*Quid sit recedere, exire, pollutum non tangere, vel mundare ferentes vasa domini, & unde servus & unde sublimis sit dominus Christus Iesus, qui haec intelligit, & iudicare scit, quomodo gloriosus fuerit aspectus eius, nunc autem contineant super ipsum reges os suum.*

CAP. XVIII.

**R**Ecedite recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio eius. Mundamini qui fertis vasa domini, quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Praecedet enim vos dominus, & congregabit vos deus Israel. Recedite, inquit, ab illa terrena Hierusalem, recedite a Iudeis blasphemantibus, quorum in necem Romanus paratur exercitus, exite inde, & pollutum nolite tangere, nolite ritum Iudaicum amplius contingere pollutum Christi sanguine, exite a cunctis eorum caeremoniis, quas odit anima domini. Hoc modo exite de medio eius, mundamini, id est, spiritu sancto baptizamini, & baptizate omnes gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti, ut sint vasa domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis, quod videlicet eorum est, qui victi sunt, sed tanquam victores exhibitis praedicantes euangelium victoriae Christi, praecedet enim vos dominus, cooperans, & sermonem vestrum confirmans, sequentibus signis. Et congregabit vos deus Israel, quia de dispersione gentium per vos atque vobiscum unum gregem adducet. Ecce intelligit servus meus, exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde. Servus meus, idem qui supra dictum brachium meum, & filius meus, qui cum sit natura filius, ex eo quod semetipsum exinanivit, servus est meus spontaneus, ecce intelligit, ecce iudicium facere scit, qui quasi non intelligens iudicatus est, & tacuit, patiens fuit. Iam iam exaltabitur & eleuabitur. Semel de torrente bibit, resurgendo exaltabitur, ascendendo in caelum eleuabitur, sedendo ad dextram patris sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi, sic inglorius erit super viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Mira locutionis forma, mira apostropharum velocitas. De tertia ad secundam, de secunda protinus ad tertiam, dictio refugit personam. Cum dixisset, ecce intelligit servus meus, & caetera, ad ipsum apostropham fecit, subiungendo, sicut obstupuerunt super te multi. Et reuera bene & amabiliter ad illum de quo loquebarur, se convertit, sed subiungendo, sic inglorius erit aspectus, noluit dicere tuus, sed dixit aspectus eius. Reuerentiam domino pietas exhibuit, quia veraciter non ipsi aspectus suus, sed hominibus male venientibus aspectus eius inglorius fuit. Bene ergo ad homines, quasi parcens ori continuo se convertit, & quam ad ipsum coeperat, ad auditores dictionem peregit. Et est sensus. Cum tu miranda petraras, caecorum oculos illuminando, mortuos resuscitando, amplius autem quod facere infinitus non potuisset exercitus, paruo flagello vendentes & ementes eiciendo de templo, cum, inquam, talia faceres, multi obstupuerunt super te. Sed sicut obstupuerunt, quantum obstupuerunt, sic inglorius erit, tantum inglorius, o auditores erit super viros aspectus eius, vel forma eius, super viros, inquam, id est, praeter omnibus viris, quorum inglorius vel contemptibilis apud superbos aspectus visus est. Quando tam inglorius erit aspectus eius? Quando comprehensus dabit corpus suum percutientibus, & genas suas vellentibus, & faciem suam non auerter ab increpantibus, & conspuentibus, quando dabit percutienti maxillam, & his atque huiusmodi opprobriis saturabitur. Ad quid ista patietur? Quo fructu sic inglorius erit aspectus eius? Ait. Iste asperget gentes multas. A cui dicitur. Idcirco iste erit inglorius, ut gentes multas in remissionem peccatorum aspergantur sanguine eius. Super ipsum continebunt reges os suum. Quia quibus non est narratum, de eo videbunt, & qui non audierunt, contemplati sunt. In brevi fiet, ad modicum erit inglorius aspectus eius, & confestim tanta erit mutatio eiusdem aspectus, quod super ipsum reges continebunt os suum, quae ministri pontificum obscurae vilescque personae ore procaci conuiciati sunt, conspuerunt, deriserunt, blasphemauerunt. Cum post triduum resurrexit a mortuis, & in caelum assumptus dederit spiritum sanctum, discant quoque reges hanc disciplinam, ut os suum super ipsum contineant, non loquantur blasphemiam, sed confiteantur eius gloriam, obliuiscantur eius respectu fastum regiamque superbiam, pressoque sub pedibus eius ore, humiliter precem scilicet fundant. Unde hoc? Videlicet quia quibus non est narratum, vel qui non audierunt, nisi gentes, quae legem non acceperunt, quae prophetas non habuerunt? Ecce ipsae viderunt, ecce ipsae contemplatae sunt aspectus eius, non iam despectus, sed decorum, unde & canit cum Psalmista. Speciosus forma praeter filios hominum.

Quomodo

*Quomodo id quod dixerat, inglorius erit super viros aspectus eius, latius querula voce declamet propheta, ab eo quod ait: Quis credidit auditui nostro, usque ad id: Et cum sceleratis reputatus est.*

CAP. XIX.

**Q**uis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiens. Non est species ei neque decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scietem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius & despectus, unde nec reputauimus eum. Hoc est quod supra dixit, inglorius erit super viros aspectus eius. Latius illud de vulnerato corde, emissa in altum voce, declamat propheta venerandus, illis merito comparandus, quibus ille cum iam inglorius esset, ita loquebatur. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis, &c. Vere enim sicut gemitus mulieris parturientis, sic istae voces dolorem sonant animae compatientis. Quis, inquam, credidit auditui nostro? Subauditur ex Iudaico populo. Et brachium domini, cui reuelatum est, videlicet dum in forma contemptibili, humilis filius dei, aduersus superbum diaboli conserget? Nam cum sit brachium, id est, fortitudo domini, aspectus eius super viros inglorius fuit, & sicut ascendit virgultum, siue radix de terra sitiens, videlicet macro cortice, folioque decrepito, quia vim non habet humoris, sic ascendit coram domino hoc brachium suum de terra maledicta Iudaicae siccitatis, non habente humorem fidei. Et in oculis quidem illorum, quasi tale virgultum, vel talis erat radix, caeterum in oculis domini, simul etiam in oculis omnium sitidem habentis, sic erat & est, tanquam lignum quod plantatum est non in terra sitiens, sed secus decursus aquarum plenitudinis spiritus sancti de quo & conceptus ascendit. Non est species ei neque decor, videlicet dum consputus, & alapis caesus, alba veste illusus, & spinis coronatus, tandemque cruci affixus, reputatur inter sceleratos. Interim neque species diuinae virtutis, neque decor mundissimae & sanctae humilitatis inesse videtur illi. Et vidimus eum, & non erat aspectus. Haec & caetera sic legenda sunt, ut humana aestimatio subaudiatur. Nam de veritate rei, certissimus continuosubiungit propheticus spiritus. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum a deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, unusquisque in viam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Illa quae ante haec dixerat, illa inquam, sola oculi stultorum viderunt, qui in sinibus terrae sunt, qui intus non aspiciunt, quia in capite, id est, in corde non sunt. Attamen praeter magnitudinem doloris, praeter immensitatem iustae compassionis, se propheta cum talibus adnuerauit, vidimus inquam eum, desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum, unde nec reputauimus eum. Haec autem ex iudicio dixit verae rationis, vel ratae veritatis, quia verè non suos, sed nostros languores ipse tulit, non suos, sed nostros dolores ipse portauit, non propter suas, sed propter nostras iniquitates ipse vulneratus est, non propter sua, sed propter scelera nostra attritus est. Et nos, inquit, reputauimus eum quasi leprosum. Qui nos ita reputauimus? Nannquid prophetae, quorum ego vnus sum? Non vtiq; sed nos, infelix Iudaismus concisa circuncisio, dura incircuncisio, de quibus & nos secundum massam fuimus, sed secundum fidem exinde discernimur. Putauimus eum quasi leprosum. Imò putari voluimus quasi leprosum, a deo lepra percussum & humiliatum, ita ut contaminari diceremus omnem qui sequeretur eum, qui crederet in eum, quomodo inquinatur secundum legem, qui tangit leprosum. Idcirco extra portam eiecimus condēnauimus eum, crucifiximus eum, ut consequenter nemo dubitaret, illi a deo esse maledictum iuxta legem dicentem. Maledictus a deo est, qui pendet in ligno. Ibi illi, id est, extra portam ciuitatis eiecimus deridentes, putauimus nos legem implere, iubentem eici extra portam leprosum. Quid porro? Disciplina pacis nostrae super eum, id est, recedens a pacificati sumus deo, per illum tam durè disciplinatum, tam atrociter flagellis caesum, tam crudeliter clauis & lancea vulneratum. Illo tali liuore corporis eius nos & in corpore & in anima sanati sumus. Nos omnes quasi oves insipientes errauimus, dominus autem posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, ut solus vapularer illud quod nos omnes errando commiserimus. Quomodo vel quo iure vnus portauit iniquitatem omnium? Videlicet quia nos brutae oves, ille autem rationalis pastor est. Quomodo in statera rationis, vnus pastor centum ouibus pro dignitate rationalitatis, tanto ille nobis omnibus praeponderat pro virtute diuinitatis. Non ergo vltul lupus murmurando dicens, quia minus rapui & plus exolui. Nam ille vnus quem nil sibi debentem rapuit melior omnibus nobis est, quos reddidit, quasi iuste aliquando possessos pro debito peccati. Bene igitur dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum, & bene ille praedictum sciens fructum, oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum. Bene sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram rudente se, obmutuit, & non aperuit os suum.

NNn ij os suum.

1. Pet. 1.

Gen. 49.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

1. Pet. 1.

Cap. LIII.

Iohan. 16.

Deut. 21.  
Leuit. 24.  
Num. 5.

os suum, ut non solum nos sanguine suo redimeret, sed & lanis operiret, ut algere infidelitate, sua veste calefaceret. Quid deinde? [De angustia, inquit, & de iudicio sublarus est.] Solutis enim doloribus inferni, suscitauit illum deus, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo, & ecce leo est, & fortiter rugit, qui velut agnus coram condente se obmuit. [Generatione eius quis enarrabit? Quia absconditus est de terra viuentium.] Ex tunc quidem, ex quo de angustia & de iudicio sublarus est, resurgendo a mortuis, ut iam non moriatur, ut mors illi vitra non dominetur. ex tunc, inquit, predicatur, quia est filius dei, & filius virginis. Sed vtramlibet generatione quis enarrabit? Nam vtraque mirabilis, & vtraque ineffabilis est, Nam ineffabile est, quod diuina generatione pater in psalmo Eructauit, inquit, cor meum verbum bonum ineffabile itidem est, quod de carnis generatione recte hic dictum intelligitur, quia absconditus est de terra viuentium. De terra inquam non morientium, siue mortuorum morte peccati, qua omnes in Adam mortui sunt, sed de terra viuentium, id est, de terra virginea per sanctum viuificata spiritum, absconditus est. Absconditus, inquam, subauditur, sine manibus, quemadmodum & Daniel. Absconditus est, inquit, lapis de monte sine manibus, & percussit statum in pedibus eius. [Propter scelus populi mei percussum eum.] Subauditur, ego deus pater hunc filium Christum. Vnde Apostolus. Qui etiam proprio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hac interlocuto patre, sublequeus propheta, complet sententiam. [Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua, eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius, & dominus voluit coterere eum in infirmitate.] Impios, inquam, & diuites, qui extento collo, mouerunt super eum caput, cum in gloriosus esset aspectus eius, dabit pro sepultura & morte sua, subauditur, in manus Romanorum, & in potestate malignorum spirituum. Iuxta illud Dauidicum. Tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt. Quia non sicut calumniati sunt, malefactor hic erat, sed iniquitatem non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Et dominus, inquit, voluit conterere eum in infirmitate. Quae tandem domine vtilitas erit in illa tali voluntate eius? Sequitur. [Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaeuum, & voluntas domini in manu eius dirigetur.] Et est sensus. Si aeterno patri, Adae debitum moriendo soluerit, aeternae regenerationis pater erit. & sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in illo omnes viuificabuntur. Nam haec est voluntas domini, quae in manu eius dirigetur. Videbit semen longaeuum nouus hic Adam, quod aui breuis fecerat esse ille verus Adam. Nam ille fecit, ut in puluere de quo sumus, pti sumus omnes reuerteremur. hic faciet ut omnes resurgamus, & longui, id est, iam immortales simus. [Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur.] Laborauit, subauditur in morte anima eius, & pro eo videbit illud semen longaeuum, & saturabitur charitas eius, quippe cui nostra salus cibus delitiosus. [In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos.] Hoc est quod Apostolus vehementer insistendo commendat in epistola ad Romanos, quia sicut per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiam, iusti constituentur multi. Quae est enim scientia eius nisi obedientia eius? Cum esset filius dei, inquit, idem Apostolus, didicit ex his quae passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae. Ergo in scientia sua, id est, in obedientia sua, inquit, deus pater, iustificabit ipse iustus seruos meos multos. Statimque subiungit. [Et iniquitates eorum ipse portabit.] Portabit, inquit, sicut pontifex idemque hostia, quia pro iustificandis peccatoribus, oblatus est. [Ideo dispersiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia. Pro eo quod tradidit in mortem animam suam & cum sceleratis reputatus est, & ipse multorum peccata tulit, & pro transgressoribus exorauit.] Quia, inquit, iniquitatem eorum ipse portauit, ideo dispersiam ei plurimos, ut videlicet per multas mansiones dispersiti, vno fruuntur regno, & fortium, id est, malignorum spirituum spolia diuidet, qui sortes erant, antequam ipse humanum corpus assumeret, & forti armato superato, fortior ipse domum eius diriperet. Pro transgressoribus, inquit, orauit. Non solummodo pro transgressoribus orauit dicens. Pater ignosce illis, nesciunt enim quid faciunt, sed tota passio eius oratio pro transgressoribus fuit, qui eramus nos, nam in Adam omnes peccauimus, omnes transgressi sumus. Et pro transgressoribus quidem, sed non pro omnibus orauit, & peccata non omnium, sed multorum peccata tulit. Quod statim in illis duobus sceleratis, inter quos reputatus est, spectabile est. Alterum reliquit, alterius peccata tulit, eumque secum in paradysum recepit.

*Quod duo scelerati illi, quorum alter confessus est, alter blasphemus perseuerauit, duorum populorum exemplum fuerint, & idcirco confestim in propheta dicitur: Lauda sterilis quae non parit, tanquam latroni poenitenti & confitenti, de illo autem populo tanquam latrone impoenitente, omnes bestiae agri, venite ad deuorandum. CAP. XX.*

**E**odem iudicii pondere deinceps duos itidem sceleratos, scilicet gentilem & Iudaicum populum distinxit. Ille blasphemus in peccato suo moritur, huius fidei & confessioni paradysus aperitur. Vtrumque hoc sanctus in isto propheta spiritus, post tam euidentem dominice passionis

passionis declamationem manifestis exprimit vocibus. Et primo gentilitatis saluationem subiicit his verbis. [Lauda sterilis quae non parit, decanta laudem & hymnum, quae non parit bas, quoniam multi filij deserunt, magis quam eius quae habet virum, dicit dominus. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas. Longos fasciculos tuos, & clauos tuos consolida. Ad dextram enim, & ad leuam penetrabis, & iemen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit.] Et post aliqua. [Ecce ego creauit fabrum sufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum, & ego creauit interfectorem ad disperdendum. Omne vas quod factum est, contra te non dirigetur, & omnem linguam resistentem tibi, in iudicio iudicabis.] Per haec persecutiones designat, quas eadem pro euangelica fide passura erat ecclesia. Nam faber sufflans prunas, diabolus est, omnium malorum artifex, qui flatu suo persecutionum excitat incendia, proferens contra illam vasa irae, iniquitatem & blasphemiam continentia, quae videlicet ecclesia sine dubio iudicatura est. Continuo subiungit. [Haec est hereditas seruorum dei, & iustitia eorum apud me, dicit dominus. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, emite, & comedite. Venite, emite absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac, &c.] Haec inuitatio publica, manifeste ad eandem ecclesiam de gentibus dirigitur, ut qui prius non habebant argentum scripturarum, nunc properent, & solius fidei pretio sibi emant aquas ut bibant aquas salientes in vitam aeternam, emant vinum & bibant si fortes sunt, emant & comedant lac, si paruuli sunt. Gentium, inquam, ecclesiae cuncta haec proponuntur. Nam subinde sequitur. [Ecce testis populus dedi eum duce ac praecceptorem gentibus. Ecce gentem quam nesciebas, vocabis, &c.] Haec enim & caetera dicuntur tanquam latroni a dextris poenitenti, & confitenti, id est, populo gentili crucifixum pro salute sua Christum humiliter suscipienti usque ad illum locum, quo dicitur. Omnes bestiae agri venite ad deuorandum. Et notandus ordo promissionum, notanda distinctio consolationum. Postquam dixit. Lauda sterilis quae non parit, decanta laudem & hymnum, videlicet praemagnitudine gaudij, in similitudinem equi ad victoriam hincientis, quoniam plures filij deserunt, magis quam eius quae habet virum, & caetera. primo martyrum remisit coronas. Ecce ego, inquit, creauit fabrum sufflantem in igne prunas, diabolus significans, qui statim in initijs euangelice fidei, sufflans incendio excitauit incendia, quibus vique martyrum fides aurea decocta est, & probata. Deinde dicendo. Omnes sitientes venite ad aquas, diuinae scientiae multitudinem significat, quae reddita ecclesiae pace aliquantula multiplicata est, multis doctoribus studio haurientibus, & exponentibus scripturas. Tandem dicendo. [Et non dicat eunuchus. Ecce ego lignum aridum, quia haec dicit dominus eunuchis. Si custodierint sabbata mea, & clegerint quae ego volui, & tenuerint foedus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis & filiabus.] Haec, inquam, dicendo, ecclesiasticae castitatis pulchritudinem, mira allicit elegantiam, ut delectet nos esse eunuchos, id est, continentes, casto etiam virginali proposito, atque ita propter regnum caelorum caeterum nosmetipsos. Post haec iam ad sinistrum latronem, id est, Iudaicum populum, in blasphemia perseuerantem sermo conuertitur hoc modo. [Omnes bestiae agri,] Id est, omnes vires Romani imperij. [Venite ad deuorandum] magnum corpus latronis huius incrassati, impinguati, dilatati, & inde recalcitrantis, id est, iugiter blasphemantis. Mirumque modo anrequam populum ipsum conuincat exponendo malorum imminentium causas, omnes bestias ad deuorandum illum inuitat. Nam ad illum loqui postmodum sic incipit. Vos autem accedite huc filij auguraticis, semen adulterae & fornicariae. Super quem iustitias, super quem dilatastis os, & elecistis linguam? Prius, inquam, bestias agri, vniuersas salus bestias in clamat, & ad deuorandum inuitat. Et quia culpa maxime sacerdotum erat, ipsos primum post illam bestiarum inuitationem sermo propheticus accusat verbis his. [Speculatores eius caeci omnes nescierunt vniuersi. Canes muti, non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, a summo usque ad nouissimum. Venite sumamus vinum, & impleamur ebrietate. Et erit sicut hodie sic & cras, & multo amplius.] Haec omnia quia ad scribas & pharisaeos qui turbis persuaserunt, ut dominum crucifigerent relata constat, & sensui manifesta sunt. sequentia superioribus iungenda sunt. [Iustus perit, & nemo est qui recogitet in corde suo, & viri misericordiae colliguntur, quia non est qui intelligat. A facie enim malitiae collectus est iustus. Veniat pax, & requiescat in cubili suo, quia ambulauit in directione sua. Vos autem accedite huc filij auguraticis.] Inter illa quae supra colligendae gentilitati per consolationem dicta sunt, & ea quae deinceps abiectione per iudicium dicuntur synagogae. sic positum est istud. Iustus perit, & nemo est qui recogitet, ut inculcare & replicare nobis concertet spiritus propheticus, illud quod iam diximus, videlicet inter duos latrones iustum perisse dominum Iesum, ita ut alterum per misericordiam susciperet, alterum per iudicium abiceret, in typum gentilis & Iudaici populi, NNn iij quorum

Cap. LIII.

Cap. LV.

Cap. LVI.

Cap. LVII.

quorum itidem alterum per misericordiam susciperet, alterum per iudicium abijceret. Ira ergo superioribus hæc præsentia continuantur, Tu sterilis quæ non paris lauda, decanta laudæ & hymnum, vt dixi. vos autem accedite huc filij auguratricis, quibus iustus perit, & nemo ex vobis est, qui recogitet. Nec vero solus ille iustus perit, sed & viri misericordiae colliguntur, scilicet apostoli eius, quos de ciuitate in ciuitatem persequimini. Vos, inquam, accedite huc ad diem malum, non ad diem bonum & pacis, de qua iam dixi. veniat pax & requiescat in cubili suo, qua videlicet pace reconciliauit nos deo & patri suo, sed ad diem belli, vt gladio cadatis, vt deuorent vos bestiae agri, quas paulo ante conuocauit.

Quod ab illo quo ait: Vos autem accedite huc filij auguratricis vsq; ad id: Omnes eos auferet ventus, tollet aura, commemoratio sit peccatorum super generationem eandem quæ dominum crucifixit, quod merito & visibiliter Romanis & inuisibiliter diabolo tradita sit.

CAP. XXI.

**Q**uomodo in prima periocha cum aperte vocationem gentium & protectionem pronuntiauerit ludæorum, antiquas reddidit causas, dicens, proiecisti enim populum tuum, quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Phylisij, ita & nunc peccata priorum ventura prædicat, super generationem istam, quæ dominum crucifixit. [Vos autem, inquit, accedite huc filij auguratricis, semen adulteræ & fornicariæ.] Cuius auguratricis, cuius adulteræ siue fornicariæ: Nempe synagoga, quæ augurata est, suas sequendo adinuationes, quæ adulterauit & fornicata est, quia deo relicto, diabolo prostituta est Synagoga, cuius ludæi filij sunt, coetum dicimus scribarum & pharisæorum, seniorum, sacerdotum, & summorum pontificum. Isti sunt supradicti speculatores cæci, qui venientem, imo præsentem dominum non vident, quem pro officio priores videre debent, qui tanquam canes muti, canes impudentissimi, saturitatem nesciunt, adeo gula & somno dediti, vt latrare non valeant. Huius talis malignæ synagoga filij perdit, accedite huc, & propositis respondete quæstionibus. [Super quem iulistis, super quem dilastis os, & eiecistis linguam? Super quem iulistis, inquam iulistis, cõspuendo faciem, & yellendo barbam eius, dilastis os, & eiecistis linguam, dicendo. Vah qui destruit templum, & in triduo restaurat illud: Nunquid non vos filij scelesti, semen mendax. Pater noster Abraham est, dicitis. vnum patre habemus deum, dicitis. Nunquid non potius filij diaboli estis, filij mendaces, eius qui & mendax, & pater est mendacis? [Qui consolamini in dijs, subter omne lignum frondolum, immolantes paruulos in torrentibus, subter eminentes petras.] Nunquid non hi vos estis? Nunquid pro consuetudine hoc scelus non habuistis? Nunquid o synagoga auguratrix & fornicaria nunc recenti vel prima contra me insanisti petulantia? [In partibus torrentis pars tua, hæc est fors tua. Et ipsis effudisti libamen, obtulisti sacrificium. Nunquid super his non indignabor? Super montem excelsum, & sublimem posuisti cubile tuum, & illuc ascendisti vt immolares hostias. Et post ostium & retro postè posuisti memoriale tuum.] Talia nempe scelera tua, Regum ac Paralipomenon narrat historia. Imo & ante Regum historiam fecistis eiusmodi sacrilegia. Dicit enim Psalmista. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, & seruiert sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Et infecta est terra in sanguinibus. Hæc omnia venient super te in generatione ista. Quare? [Quia iuxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum. Dilastisti cubile tuum, & pepigisti cum eis fordas.] Iuxta me, inquit, discooperuisti, & suscepisti adulterum. Quem adulterum? Olim Baal, nunc autem Barraban. Baal iuxta me in templo, Barraban contra me in prætorio. [Dilexisti fratrum eorum, manu aperta.] Me autem odisti & condemnasti vociferatione publica. Pepigisti cum eis, me autem negasti. Cum quibus me negato pepigisti? Olim (vt iam dixi) cum Baal, & cum vitulis aureis. nunc autem cum Barraba, & cum Cæsare. Dixisti enim. Non hunc, sed Barrabam. Item. Non habemus regem, nisi Cæsarem. [Ornasti te regio vnguento, & multipli casti pigmenta tua.] Ad modum meretricis, quæ virum mediocrem fastidit, & diuites adulescos ambit, tu egisti. Regio te vnguento vnxiisti. Olim idolo. Verbi gratia. Moloch, qui & dicitur Melchoin, quod interpretatur rex eorum, olim te vnxiisti, videlicet sacrificando, nunc autem Cæsari te vnxiisti, scilicet adulando. [Misiisti legatos tuos procul, & humiliata es vsque ad inferos.] Olim legatos tuos misiisti procul ad cõuocandos adulteros, deos Babylonios & Aegyptios. nunc autem ad congregandos aduersum me Romani imperij ministros, & hoc modo humiliata es, vsque ad inferos, vt ibi copuleris adulteris illis, non iam voluptatis lecto, sed poenarum gehennæ incendio. [In multitudine viæ tuæ laborasti, & non dixisti, quiescam.] Vna quippe est via regia, quam qui ambulat, non laborat, sed quiescit & viuunt. multæ autem sunt viæ sinistrae & adulterinæ, quas quia tu ambulasti, semper laborasti, nunquam quiescisti. Quid tandem? [Vitam manus tuæ inuenisti, propterea non rogasti me.] Et est sensus, Quia

Matth. 27

Iohan. 8

Psal. 105

Iohan. 19

Quia rebus omnibus abundasti, & affluxisti diuitijs, quas tota manu quæstisti, idcirco dominum neglexisti, videlicet vt Sodoma, quæ ga saturata est panibus, vt Ezechiel dicit, propterea superbiuit. Et nunc audi. [Pro quo sollicita timuisti, ga mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo, ga ego racens, & quasi non videns, & mei oblita es. Ego annuntiabo iustitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi. Cui clamaueris, liberet te congregari tui.] Pro quo inquit sollicita timuisti, subaudit dicendo ne forte veniant Romani & tollant nostrum & locum & gentem, ego illud adducam tibi. Quare? Quia mentita es, ga fallum tibi timorem cõinxisti, ga dolose illic trepidasti timore, vbi non erat timor, & mei non es recordata. Nulla quippe mei mentione fecisti, in illo tempore timoris tui, quæ tibi proposuisti. Quis enim dixit in illo concilio, cõtineamus manus nostras ab isto homicidio. locus enim & gens seruari nobis poterit, dei auxilio. Itaq; mei non es recordata, nec enim timore vero timebas, sed festinas ad homicidium, timore libenter simulabas, qui nullus erat. Itaq; ergo annuntiabo iustitiam tuam, ego toto orbi palam ostendâ, nequissimam hypochrysim tuam. Nâ hæc est iustitia tua rilu digna, ironice iustitia, nâ veraciter iniustitia. Opera tua non proderunt tibi. i. multum nocent tibi. Cui clamaueris, videlicet circumuallantibus te vndiq; Romanis viribus. liberet te congregari tui, quoscunq; in malum tibi congregasti à sanguine Abel iusti. Nâ congregari tui cultus sunt idolorum, effusiones sanguinum, blasphemie, & clamores aduersum prophetas, & ipsum prophetarum dominum, quæ omnia congregasti tibi, vsq; ad hanc diem in malum tuum. Sed quomodo isti congregati te liberent? [Omnes eos auferet ventus, tollet aura.] Ergo dictio hæc hostilis irrisio est, quia non liberabuntur, sed gladio cadent, & qui superferunt quasi vento vel aura tollente, captiui ducent in omnes gentes. [Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit terram, & possidebit montem sanctum meum.] Hæc &c. quæ sequuntur, partim bona pro parte electorum, partim mala pro parte reproborum, vsq; ad id quod dicitur, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, dicit dominus, amodo vsq; in æternum, studio proficiscendi præterimus. Nec enim torum prophetæ huius profundum perambulare, sed præcipua Christi quæreret testimonium proposuimus. Itaq; nunc iam huius. i. sextæ perioches finem facimus, sequentem quæ & vltima est, à sequenti mox capitulo incipimus.

Septima periocha, qua vniuersæ ecclesie sub peccato in tenebris iacenti, dicitur propter aduentum saluatoris Christi, Surge illuminare Hierusalem, quia venit lumen, &c. vsq; ad id, & domum maiestatis meæ glorificabo. CAP. XXII.

**S**urge illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orientur dominus, & gloria eius in te videbitur. Quod nunc dicit, surge illuminare Hierusalem, idipsum est quod supra dixerat, eleuare, consergere Hierusalem. Ad vniuersam quippe sanctorum multitudinem bonus iste consolationis sermo dirigitur, quæ vna vniuersæ regis ciuitas est, vna & vera Hierusalem est. Iacebat illa sub peccato primæ præuaricationis prostrata, deumq; lumen suum pariete interposito inimicitiarum, non videbat, donec veniret Christus sol iustitiæ, lux de luce, lumē de lumine, deus de deo, filius de patre. Dicit ergo huic Hierusalem. Surge illuminare Hierusalem. Bonum prophetici spiritus imperium, certum & indubitabile est venturi boni præconiū. Surge, & illuminare inquit, id est, nunc reuera surges, & illuminaberis. Vnde hoc? Ait, Quia venit lumen tuum, & gloria domini super te orta est. Lumen inquam tuum, quo defraudata es dolo serpentis in partibus primis, quibus dixit, Comedite, & aperientur oculi vestri. ecce venit, ecce in vte virginis descendit, ecce ponitur in testa carnis vt lucerna tibi sit, qua requiraris, qua illumineris. Ita venit lumen tuum, & illo nascente, gloria domini super te orta est, quæ à te tenebrosam antiquæ præuaricationis ignominiam expurget. Quare signanter dico super te: Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orientur dominus, & gloria eius in te videbitur. Idcirco dico super te, quia populos superfluos, populos qui non pertineant ad te, qui non sunt ex fide, & terram, id est, omnem gentem terrenis inhabitantem, & cœlestia non curant, caligo & tenebræ operient. etenim vt sunt ita caligine & tenebris operi remanebunt. Super te autem quæ venturi fidem habuisti, orientur dominus, & gloria eius in te videbitur. Cum autem venerit illud lumen tuum, non in abscondito, neq; sub modio, sed super candelabrum ponetur, vt ab omni mundo videatur. Hoc est quod sequitur. [Et ambulabunt gætes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui.] Nunc interim antequam oriatur ille dñs, angustijs ludææ nomē eius contineat, tunc autē cū velut lucerna super candelabrum posita fuerit, gætes quæ in profundis erant tenebris, ambulabunt in illo lumine tuo, & reges quocq; supplices oculos attollent, ad splendorem luminis quod ortum est tibi. Tunc non paucos filios, nec solos habebis ludæos. Sed quid? [Filij tui de longe venient, & filia tuæ de latere surgent.] Filij inquit. i. tuo lumine illuminati, tui luminis baptismo purificati, de longe venient. de longe inquam, id est, de omni gæte & natione, ab oriente & ab occidente, à meridie & à septentrione. Hactenus non ita, sed veniebant

Ezech. 14

Iohan. 11

Gene. 3

Matth. 5

tantum de prope, tantum de carne Abraham. Nec verò tantum filij, sed & filia tuæ venient, & quamdiu filia parvula erit, cibumq; solidum manducare non poterit, lac simplicis doctri- de latere suo sugant. [Tunc videbis & affluet, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando con- uersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.] Tunc inquam videbis & gaudebis & in modum fluviorum aquis subitis inundaberis, & mirabitur & stupebit in modum dilatabitur cor tuum dilatare charitatis, omnes suscipientis, nullas angustias tot filios parturiendo sustinētis. [Inundatio camelorum operiet te, dromedarum Madian & Epha, &c.] Madian & Epha regiones sunt trans Arabiam, fertiles camelorum, omniumq; provincia appellatur Saba. Cedar autem regio Sarracenorum est, qui in scripturis vocantur Ismahelites, & Nabaioth vnus est filiorum Ismahel, ex quorum nominibus solitudo appellatur, quæ frugum inops, pecorum plena est. Per familiaria ergo nomina gentium Barbararum quæ vicinæ sunt Israel, totius mundi conuer- sionem intellige prædicari, & hunc esse sensum. Greges camelorum iniquitatum vinculis resolu- ti, & animas suas effundentes deo, operient te Hierusalem muneribus oblati, & oēs de capti- uitate venient & conuersione, aurum fidei deferentes, & thus sacrificij. Madian quippe in hoc lo- co interpretatur iniquitas, Epha resolutus siue effundens, Saba conuersio vel captiuitas, Ce- dar tenebræ, Nabaioth prophetiæ. Igitur dromedarum Madian & Epha & omnes de Saba ve- nient, omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth ministrabunt tibi (vt iam di- ctum est) aurum fidei, thus sacrificij deferentes. Et quia propria non sunt salute cõtenēti. [Laudem quoq; domino annunciantes.] Id est, cæteris quoq; salutare dei prædicantes. [Offerentur (ingr) hæc super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo.] Domus maiestatis do- mini sancta catholice fidei ecclesia est, altare autem eius placabile, ipse Christus est. Nā sicut hoc visibile altare templo manufacto, sic dñs Iesus Christus domini dei, id est, ecclesie præemi- net, quæ sumus nos. Igitur super placabili altari meo, id est, in illo in quo sum placatus filio meo Iesu Christo, munera hæc offerentur & accepta erunt, & propter illud altare ego domum ma- iestatis meæ glorificabo, propter Christum filium meum, ecclesiam, cuius caput ipse est, ego tanquam maiestatis meæ reclinatorium glorificabo.

Colof. 1.

Per quorum ministerium fiunt ista que sunt promissa, significari vel ostendi sub interro- gatione myctice dicendo, Qui sunt isti qui vt nubes volant, & cetera.

## CAPVT XXIII.

**Q**ui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Tanquam si in- terrogaret illa beata Hierusalem, quomodo vel per quos sibi quid audierat, filij tui de lon- gè venient, & filia tuæ de latere surgent, &c. suspiciens quodammodo in cœlum propheta, qui sunt aut isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas. Mira percunctatio ten- dens ad hoc, vt auditores habeat q̄ maxime attentos. Poterat namq; dicere sic, Apostoli salu- atoris, lumine tuo ô Hierusalem, de quo iam dixi illuminati, & facti ipsi lux mundi, ibunt in mundum vniuersum & verbo prædicationis pariterq; operibus charitatis, filios tuos qui ad te veniant de longè, ex omni gente, & nationes generabunt. Sed voluit, quia sic oportebat, rem in tempore suo cognoscendam, & discretius abscondere, & abscondendo cõuenienti & digno quantum potuit mysterio, cum percunctatione declamatoria significare. Dicit ergo sic. Qui sunt isti qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Ad hæc ille qui misit eos, ita respondet. [Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos de longè. Argentum eorum, & aurum eorum cū eis nomini domini dei tui, & sancto Israel, quoniam glorificauit te.] Ac si dicat, Apostoli mei sunt, quibus ego dixi. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt caris, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ipsi volūt vt nu- bes, nullo quieti otio, sed impellente spiritu sancto cunctis gentibus, pluuiam salutaris doctri- næ portantes. Ipsi sunt quasi columbæ simplices, atramen serpentis astutiam vel prudentiam habentes. Columbæ istæ singulæ stant ad fenestras suas, id est, exercent quas acceperint spiri- tus sancti gratias diuisas, semper prædicando volantes vt nubes semper cõtemplando per il- las fenestras suas cœlum suspicientes, meditando gementes, gemendo meditantes. Ad quid vo- lant? Me enim inquit insulæ expectant. me inquam ecclesie futuræ, quæ mundo velut maris profundo continent, expectant suā anhelantes inopiam. nec ego fallor quin nubium istarū gra- tianter suscepturæ sint pluuiam. Insulæ inquam & naues maris, expectant in principio, videlicet vt sint in caput, & nō in caudā, iuxta illud in Psalmo. Veniēt legati ex Aegypto, pueniēt Aethio- pia manus eius deo. Quomodo naues de longè appulsæ, in portu cõsistunt paratæ, hie qui descen- dāt in ipsas, & faciāt operationē in aq̄s multas. sic parati erūt auditores nuncijs meis, suscepturi illos & opibus suis adiuturi, vt in pfundendis gētib; ecclesias cõstruāt, prædicādo illā quæ su- per te orta est gloria dñi. Hoc modo adducā filios tuos de longè. Argentum eorum & aurum eorum cū eis nomini dñi dei tui, & sancto Israel. i. ad honorē nominis dñi, & sancti Israel, quia glorifi- cauit te, videlicet vt supra dictū est, oriendo super te, & ostendendo gloriam suā videndā in te.

Quod

Quod aurum eorum, nisi fides eorum? Quod argentum eorum nisi sacunditas sermonis eorum, ista venient cum eis, vt scilicet aurea fide speciosi, & argenteo sermone nitidi & clari, destruerent valeant cunctum errorem, vniuersam hæreticam prauitatem ad honorem nominis domini, [Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi.] Peregrini quippe, id est, populi nationum, qui prius erant hospites testamentorum promissionis sp̄ non habentes, ipsi extruent te in tantum vt reges quoq; eorum ministrent tibi. siue carnaliter ædi- ficando ecclesias, expellis publicis, & aduersus persecutiones gentium atq; insidias hæreticorum legum scita proponendo, siue spiritualiter reges spirituales animæ imperio, carnē subiugando, quod veraciter est ministrare tibi, & ædificare muros tuos.

Quod qui promittebatur presentia vocesq; sunt dicētis, Spiritus domini super me, &c. quæ sit illa vnctio, quæ acceptabilis anni prædicationis, qui lugentes, quæ consolatio, & quæ de- sertorum & ciuitatum dissipatarum restauratio. CAP. XXIII.

**H**is huiusmodi promissionibus præmissis adest ipse, qui promittebatur, & dicit. [Spiri- tus domini super me, eo quod vnxit me. Ad annunciandum manuetis milit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionē, vt præ- dicarem annum placabilem domini, & diem vltionis deo nostro.] Quomodo in præcedenti periocha similibus præmissis promissionibus, ipse veritatem promissionum comprobans, pro- pter hoc, ait, sciet populus meus nomē meū, in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce assum- sic & in ista post præmissa sui aduentus præconia, velut iā præfens repente propria voce cla- mat, Spiritus domini super me, &c. Hoc enim ipse in euangelio prædicare iam incipiens ore gratioso confirmat. Traditus est ei liber Esaiæ propheta, Et vt reuoluit librum, inuenit quod voluit, inuenit hunc locum, inuenit hoc scriptum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Igitur inquit spiritus domini super me, eo quod vnxit dominus me. Ac si dicat. Propter id, quod vnxit dominus me, dixi ego. dixi inquam & nunc dico, quia spiritus domini super me. Vbi autem vel quando vnxit dominus me? Quando concipiebar, imò vt conciperer in matris utero dominus vnxit me. Non enim mu- lier virili semine, sed virgo de spiritu sancti vnctioe concepit me. Illic dominus in regē vn- xit me. in regē inquam, & in sacerdotem quoq; illic dominus vnxit me. Item, in Iordane flumi- ne eodem spiritu designauit me, quo (vt iam dixi) vnxit dominus me. Igitur spiritus domini super me, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cõsilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pie- tatis, & spiritus timoris dñi. Non enim particulariter spiritus dñi super me, sed totus spiritus domini super me cum omnibus donis suis. sicut rota & integra venit colūba super me, cum omnibus membris suis. Ad quid ita spiritus domini super me? Ad annunciandum man- fueris misit me, vt mederer contritis corde. Bene ergo tanquam columba venit super me, quæ vtiq; auis mansueti est, & pro cantu gemitum solet ædere. Mansuetum quippe ad annunciandum mansuetis misit me. vt mederer gemituosis, & contritis corde misit me. Nec enim pro- pter sanos & superbos, sed propter malè habentes & contritos corde medicum misit me. non propter iustos, sed propter peccatores, virum dolorum, & scientem infirmitatem, virum mi- tem, & corde humilem fecit me, vt prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, & annunciarem annum placabilem domini, & diem vltionis deo nostro. Quibus captiuis, vel qua captiuitate captiuis indulgentiam. quibus, vbi clausis prædicare apertionem? Capti- uis (inquit) peccati indulgentiæ, clausis inferni apertionem. Nam ex quo per vnum hominem peccatum in hunc mundum introiuit, & per peccatū mors. omnes homines captiui peccati, om- nes homines clausi sunt mortis. Sed non omnes captiui indulgentiam, non omnes clausi amāt apertionem? Quid igitur? Vt annunciem (inquit) annum placabilem domini, & diē vltionis deo nostro. Primo annū placabilem domini, deinde diē vltionis. Annus quippe placabilis domini iste est primus aduentus meus, quæ annūciabo vobis, dicendo. Spiritus domini super me, pro- pter quod vnxit me semel in vtero virginis, & iterū in aquis Iordanis. Porro dies vltionis, se- cundus aduentus meus erit. dies inquam vltionis deo nostro super eos, qui non quærunt indul- gentiam & apertionē, sed amantes seruitutē peccati, currunt ad claustrum mortis, surdis auribus contemnentēs vocē post tergum monentis & dicentis. Pœnitentiā agite, appropinquabit enim regnū dei. Vt consolarer omnes lugentes, & ponerem fortitudinē, lugentes Syon, & darē eis coronā pro cinere, oleū gaudij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris. Non inquit id- circo spiritus domini misit me, vt risoribus huius mundi alluderem, sed vt consolarer oēs lu- gentes Syon, id est eis, qui lugēt, q̄ ablatiati propter peccatū, & abiecti à superna matre Syon, dicuntq; cū Psalmista. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dñ recordaremur tui Sion, &c. Idcirco inquam misit me, vt huiusmodi lugentes consolarer. vt istis lugentibus po- nerem fortitudinem, & darem eis tria hæc. [Coronam pro cinere, oleum pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris.] Coronam videlicet gloriæ, pro cinere pœnitentiæ. Oleum gaudij

C A. LXI.

Cap. 54.

Lucæ 4.

Rom. 8.

Math. 4.

Psal. 136.



gaudij, consolationem spiritus sancti, pro luctu presentis orbitatis & exilij, pallium laudis, id est, gloriam resurrectionis pro spiritu meroris, pro sacrificio spiritus contribulati, quod vult deus, quod non despicit.

Psal. 48.

Matth. 17.

1. Cor. 3.

Et vocabuntur in ea fortes iustitiae, plantatio domini ad glorificandum. Et edificabitur deserta a seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates desertas & dissipatas in generationem & generationem. Et stabunt alieni & pascent pecora vestra, & filij peregrinarum, agricolae & vitatores vestri erunt. Fortes iustitiae vocabuntur in Syon, fortes inquam iustitiae, id est, qui non solum facere iustitiam, sed & persecutionem pati propter iustitiam parati sint, sanctum habentes fortitudinis spiritum. Vocabuntur inquit. Et quidem omnium iustitiam diligentium, nomina, in superna Syon, scripta sunt. sed qui pro eadem iustitia persecutionem quoque fortiter sustinent, illic multo maxime nominati & inclyti erunt, ex opposito fortium iniustitiae, de quibus Psalmista dicit. Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis. Vocabuntur in ea isti fortes iustitiae, plantatio domini, ad glorificandum videlicet exoptato plantationis adulterinae, de qua recte dicitur. Omnis plantatio quam non plantaverit pater meus coelestis, eradicabitur. Nam ista plantatio domini apostoli sunt & apostolici viri, plantati ad glorificandum deum, ut ipsi quoque gloriam habeant apud deum. Illa vero plantatio, propter quam illud dictum est, scribae & pharisaei erant, qui contumeliae spinas, & blasphemiae tribulos protulerunt. Isti edificabunt deserta a seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabunt civitates desertas & dissipatas, illa videlicet aedificatione, vel instauracione, de qua vnus illorum dicit, vnus fortium iustitiae, vnus plantatorum domini, vnus aedificatorum magnae civitatis. Dei sumus adiutores, dei agricultura estis, dei aedificatio estis. Secundum gratiam quae data est mihi vt sapiens architectus fundamentum posui, fundamentum autem aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.

De apostolis & apostolicis viris, praedicatoribus verbi dei, & qualiter eorum, quibus sua spiritualia seminant, carnalia nunc metere, & in futuro duplicia, id est, animae pariter & corporis bona sperare debeant. CAP. XXV.

ET stabunt alieni, & pascent pecora vestra, & filij peregrinorum agricolae, & vitatores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini, vocabimini ministri dei nostri dicitur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbiatis. O fortes iustitiae, o plantatio domini, sancti apostoli atque apostolici viri alieni qui non erant de gente vestra, alieni (inquam) filij peregrinorum, id est, gentiles, qui non erant vt vos de carne Abraham, stabunt deuota fide, ad vestrum seruitium, vt pascant pecora vestra, vestras comportant vindemias, vt quibus vestra seminastis spiritualia, digne illorum metatis carnalia. Vos autem tanquam sacerdotes, imo vere sacerdotes domini, verbo dei vacabitis ocio sancto seruari, vt sitis id quod estis, ministri domini, spiritualia ministrantes, vt carnalia iure ministrantur vobis. Hoc ingenuitatis nomine vocabimini, hoc nobilitatis nomen dicitur vobis. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbiatis. Quid isto verius? Videbunt venturi, ad vestrorum cinerum memoriam fortitudinem, id est, labores gentium comportari, vestrorumque nomini gloriosorum diademata regum, in puluere substerni. Ira superbiatis videlicet superbia sancta & nobili, dum superbo altiores seculo, superborum omnium colla vera gloria superuadetis. Hoc idcirco, quia nunc mihi dicenti, spiritus domini super me eo quod vnixerit me dominus, vos annunciationem meam mansueti audistis, & credidistis, reliquistis omnibus, secuti estis me, pauperes censu, pauperes spiritu, vnde & odit vos mundus, & inde vestras quoque animas pro me posituri estis. Verum non eo tenditis, non illum finem expectatis, vt sicut dixi. Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum superbiatis. Sed quid? [Pro confusione vestra duplici & rubore, laudabunt partem suam.] Hoc est, quod speratis, hoc est, pro quo laboratis, duplici confusione, duplici rubore paupertatis & mortis affecti, vt videlicet laudent partem suam, vt talem habeant, qualis meritis laudent partem suam, id est, vt habeant vitam aeternam, quae non est alia quam cognoscere deum, & quem ille misit Iesum Christum. Haec enim pars iusti est, vnde & laetabundus, pars mea, inquit dominus. Haec vestra erit beatitudo, quae vnde vos duplici rubore confundimini, scilicet & in paupertate viuentes, & in angustia morientes, inde sit vt deum in partem suam habeant gentes, talem suam partem laudantes, talem acquisitionem negotiatione auri & argenti meliorem iudicantes. [Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt & laetitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium & odio habens rapinam in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & foedus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Omnes enim qui viderint eos cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit dominus.] Ad nos, quos horum sacerdotum & ministrorum suorum imitatores esse vult, apostropham fecit, vt sciamus quid receperint, quid & nobis si illos imitemur sperandum sit. Propter hoc inquit, quia reliquerunt omnia, & secuti sunt me, isti fortes iustitiae aedificatores, sicut sa-

Iohan. 17.

Psal. 72.

Matth. 19.

sive sacerdotes, & ministri mei. Propter hoc (inquam) in terra sua duplicia possidebunt, nam quia pauca eademque transitoria reliquerunt bona corporis, multa eademque aeterna possidebunt bona animae & corporis, & vtrobique laetitia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocaustum. Reuera diligens in reddendo, & odio habens rapinam in retinendo debito. Non diligerem iudicium, si mercedem retinerem. rapinam haberem in holocaustum, si oblata non redderem. Sed amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum,

Marc. 10.

Esa. 42.

Esa. 57.

in holocaustum, si oblata non redderem. Sed amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter me, & propter euangelium, qui non accipiet centies, tantum nunc in tempore hoc, & in seculo futuro vitam aeternam. Igitur de iudicio certi, de retributione securi, malint omnes pij talium exemplo confundi confusione vel rubore duplici, quia ego dominus diligens iudicium, mihi quoque odiosum est non retribuere illis, quicquid accepero ab illis in holocaustum. Et dabo opus eorum in veritate, & foedus perpetuum feriam eis. In veritate (inquam) dabo opus eorum, vt maneat in veritate fructus vel opus eorum. Quo contra dicitur de opere reproborum. Ecce vos estis de nihilo, & opus vestrum ex eo quod non est. Item. Ecce omnes iniusti & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum. Et alibi. Confidunt in nihilo, & loquuntur vanitatem. Conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. Oua aspidum ruperunt, & telas araneae texerunt. Non sic isti sacerdotes, & ministri mei, sed opus eorum in veritate, opus (inquam) eorum dabo in spiritu veritatis, & foedus perpetuum feriam eis, vt sint filij dei, vt maneat in domo in aeternum, filij non serui, amici facti ex inimicis per mortem meam reconciliati. Et scietur in gentibus semen eorum, & germen eorum in medio populorum. Semen eorum, id est, verbum praedicationis eorum, scilicet in gentibus. cum enim hi quibus oportuerat prius loqui, repulerint illud, ipsi ad gentes conuertentur. Sed & germen eorum scietur in medio populorum, quia cum mortibus affecti, & in sepulchris fuerint conditi, rursus germinabunt, quia de mortuis eorum corporibus, viua crebrescent opera virtutum ad roboranda fidem viuentium. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti semen, cui benedixit dominus. Reuera soli qui viderint, cognoscent eos, nam qui oculos suos compresserint, ne videant, non cognoscent eos. Nam videre eos, beneuolentiae est, attentioris atque docilis animae est. Itaque qui viderint, cognoscent eos, ex operibus, quia isti sunt semen, cui benedixit dominus, & beatificabunt eos, dicentes, quibus miro atque inusitato modo, sanctum benedictionis spiritum dedit dominus.

Quomodo ecclesia dei deletetur super isto cum dicit: Gaudens gaudebo in domino, &c. & quid sit vestimentum salutis & laetitia, quo illam Christus induit, & circumdedit & de unitate corporis Christi & ecclesiae. CAP. XXVI.

GAUDENS GAUDEBO IN DOMINO, & exultabit anima mea in deo meo. Quia induit me vestimento salutis, & indumento laetitia circumdedit me. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut horum semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis generibus. Aduentus iste, vel praesentia saluatoris, vnde propheticus hic sermo est, osculum illud est, quod sponsa desiderans dicebat in Cantico. Osculetur me osculo oris sui. Ecclesia quippe sponsa fidelis nata in Patriarchis, subarrata in Moyse & Prophetis, illud suspirabat voto cordis festinantissimi, vt veniret ipse dilectus, & assumendo carnem, oscularetur eam osculo oris sui. Hoc factum hilariter nunc deletata dicit. Gaudens gaudebo in domino, &c. Huiusce paritericeps gaudij dicebat ille amicus egregius sponsi, ille sponsi & sponsae cosecretalis, & mutui conscius amoris, Qui habet sponfam sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Nec vero dubium, quin ille praecursor natiuitatis, praecursor quoque factus passionis, ad inferos descenderit, & expectanti illic ecclesiae, nuncium bonum attulerit. Igitur quia postmodum de passione eius propheta dicitur est. Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra, & paulo ante te in persona eiusdem annuntiantis & praedicantis, dixit. Spiritus domini super me, eo quod vnixerit dominus me, recte & opportunè voces istae sic accipiuntur, tanquam apud inferos iam in occursum eius exultantis Ecclesiae. Gaudens gaudebo in domino, & exultabit anima mea in deo meo. Quae mihi gaudij causa, quae exultationis ratio? Quia induit me vestimento salutis & indumento laetitia circumdedit me. Nudata fueram in Adam, folijs ficus pudenda conrexa, tunica pellis miserè operata, de paradiso eiecta fueram. Hic autem dominus, & deus meus, pro folijs ficus vestimento salutis, & pro pruritu libidinis, prima baptismatis, & remissionis peccatorum stola induit me, & pro pellicia mortalitatis tunica, resurrectionis & immortalitatis stola secunda circumdedit me. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatam monilibus suis. Quasi sponsum, inquam, & quasi sponfam. Vnum quippe sumus corpus, caput & membra, sponsus & sponsa, Christus & ecclesia. Iam iam in Christo sponso, & capite meo modicum passo, in aeternum fulgebit victoriae corona, in me sponsa virtutum & gratiarum fulgida sicut sa-

Cant. 1.

Iohan. 3.

Infra 3.

1. Cor. 12.

Rom. 12.

figentur monilia. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic dominus deus germinabit iustitiam, & laudē coram vniuersis gentibus. Inde ille sponsus, & ego sponsa, quia ille dominus deus, & ego terra, vel horrus eius, quia ille agricola, & ego agricultura eius. Vnus idemque creator dominus est & deus, & quia homo factus, agricola.

**1. Cor. 3.** est meus. Quomodo agricola plantante atque rigante, & deo incrementum dante, terra profert germen suum, & hortus semen suum germinat. sic illo vno & quia euangelizando plantante atque rigante, & quia deus est per spiritum suum incrementum dante, proferam ego & germinabo iustitiam fidei, & laudem dei, non coram vna tantum gente Iudæa, sed coram vniuersis gentibus, vt videant opera mea bona, legendo dicta vel acta patriarcharum vel prophetarum, audiendo vocem, & videndo lucem Apostolorum, & videndo atque credendo glorificent patrem qui in cælis est.

*Quomodo dicta sponse fidelia confirmet deus pater, dicendo: Propter Syon non tacebo.*

## CAPVT XXVII.

**P**ropter Syon non tacebo, & propter Hierusalem non quiescā, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cuncti reges inclytum tuum. Quod dixerat sponsa, sic dominus deus germinabit iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus, confirmat pater sponsi deus, dicendo, non tacebo & non quiescā propter Syon & propter Hierusalem, &c. Propter Syon, inquit, & propter Hierusalem, cui iuravi in Abraham, cui iuravi in Dauid, germinare iustitiam & laudem coram vniuersis gentibus. In Abraham, quando per memetipsum iuravi, dicens, Benedicam tibi, & semen tuum multiplicabo, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. In Dauid, quemadmodum ille dicit, iuravit dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, quoniam elegit dominus Syon. Igitur quoniam debitor sum, & gratuito iuramento teneor, propter Syon non tacebo, sed loquar, & propter Hierusalem non quiescā, sed operabor, donec de angustiis Iudæe per torcularia passionis egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius velut lampas ad illuminandum gentes accendatur, vt videant gentes, iustum tuum dō Syon, & cuncti reges inclytum tuum, dō Hierusalē. [Et vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit.] Nomen (inquit) nouum, id est, nomen Christianum vocabitur tibi, nomen nouum, id est, nomen amicorum, nomen filiorum dei vocabitur filiis tuis, qui hactenus serui, imo inimici & filii iræ dicebantur ob culpam primæ præuaricationis Adæ patris sui. Quod (inquam) os domini nominauit. Si ne dubio nomen æternum est, quodcumque os domini nominauit. Ergo quod os domini nominauit, idem est ac si diceret, quod tibi nomen in æternum permanebit. [Et eris corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu dei tui.] Apostolus dicit, Nam gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini. Si ergo quilibet nostrum eorum gloria sumus, qui nos prædicando vel instruendo acquisierunt, quanto verius eius gloria sumus, qui & nos & prædicatores nostros acquisiuit per sanguinem suum? Itaque corona gloriæ in manu domini eris, & diadema regni in manu dei tui, id est, ei qui te redemit, sic pro gloria erit charitas redemptio- nis, quomodo corona vel diadema pro gloria est capiti regis emeriti. Quod intimans idem Apostolus dicit, Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum per passionem consummari. [Non vocaberis vltra derelicta, & terra tua non vocabitur amplius desolata.] Hæc tuæ vetustatis erant nomina, & à patre tuo Adam tibi hæreditaria, derelicta, desolata. Nō sic vocaberis vltra, nec memor ero horum nominum tuorum per labia mea. [Sed vocaberis voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata.] Antequam deleatur parentum tuorum inobedientia, non potes vocari voluntas mea in ea, sed per obedientiam patris tui hominis Iesu Christi fiet vt recte voceris voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. Hoc repetens iterum dico, [Quia complacuit domino in te, & terra tua inhabitabitur.] Quomodo terra tua inhabitabitur? Habitatione sancta, habitatione angelica. [Habitabit enim iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij tui.] Illi enim qui digni habebunt seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque enim vltra mori poterunt, æquales enim angelis sunt, & filij sunt dei, cum sint filij resurrectionis. [Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te deus tuus.] Id est, ad similitudinem gaudij quo gaudet sponsus super sponsam, ita gaudebit super te deus tuus, quia plena tibi voluptate substantialiter infundetur, iuxta illud, Inebriabuntur ab vberate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Interim donec earundem veniat tempus nuptiarum, custodieris contra diabolum adulterum, neque dormiam sicut dormiui, donec surgerem ad auram post meridiem, post perpetratum corruptoris adulterium serpentis. Hoc **Gene. 3.** hoc est, quod sequitur, [Super muros tuos Hierusalē constitui custodes rota die & tota nocte perpetuo non tacebunt. Qui reminiscimini domini ne taceatis, & ne detis silentium ei, donec stabiliat

stabiliat & donec ponat Hierusalem laudē in terra.] Qui nā sunt custodes super muros Hierusalem, qui tota die & tota nocte, nō tacent, nisi Apostoli & Apostolici viri, rectores atque sacerdotes, qui interim dñi adulteria spiritualia cauenda sunt, in regimine sanctæ ecclesiæ positi sunt, vt neque in prosperis neque in aduersis taceant laudare nomē dñi, prædicare pulchritudinē, nobilitatē, diuitias atque fortitudinē sponsi legitimi, modicum expectandi, cito venturi. Vnde quia nō solum sermone prædicationis, sed & studio iuare debet orationis, ad eisdem sermo dirigitur, cum dicit, O vos, qui reminiscimini domini, ne taceatis, & ne detis silentiū ei, ne vacet illi dormire, quemadmodum olim dormiuit tam diu, donec perficeret cum natura humana adulterium serpentis diaboli, quod scriptura innuens, dicit, Et cum audissent vocem domini dei ambulantis, in paradiso ad auram post meridiem, &c. Primi homines illum toto meridie dormire passi sunt, quippe quem nulla laude, nulla prece inquietauerunt. Vos autem ne detis illi silentiū, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terram, id est, donec ecclesiam suam ad illi statum laudabilem perducatur, vbi iam fur, neque adulter, appropinquare valeat.

*Quod ait: Iuravit dominus in dextera sua, quod iuramenti huius sensum, ipse dicat in euangelio dominus: Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei.*

## CAPVT XXVIII.

**I**uravit dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ. Si dederō triticum tuum vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregant illud, comedent & laudabunt dominum, & qui cōportant illud, bibent in atrijs sanctis meis. Post mutua sponsi & sponsæ colloquia iam ad passionem, qua sponsa redimitur sermo propheticus aspirat, dicendo, Iuravit dominus. Quando enim iuravit hæc dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ, nisi quando dixit ipse filius dei, dextera nimirum & brachium fortitudinis domini, Amen dico vobis, quia auferetur à vobis regnum dei, & dabitur genti facientis fructus eius. Denique mali & perdendi agricolæ illi, quibus hoc iuravit inimici erant, & filij alieni, comedentes triticum, & bibentes vinum, in quo sancta patriarcharum & prophetarum ecclesia laborauit, & non reddentes fructum vindemiæ in tempore messis. Iuravit (inquam) dominus, quia sic iam vltra non erit. Sed quid? Qui congregant illud comedent, & laudabunt dominum, id est, ablatum ab illis regnum dei possidebunt gentes, facientes fructus eius, vt prius congregent domino, & sic comedant, prius comportent, & sic bibant in atrijs eius, in regno eius. [Transite transite per portas, præparate viam populo, planum facit iter, & eligite lapides.] Custodes murorum Hierusalem, id est, Apostoli iubentur transire per portas, ad veritatem euangelij incedere secundum scripturas, sicque parare viam populo Christiano, planum faciendo iter, & eligendo lapides vt non sint offendicula siue scandala, quibus offendatur vel concidat fides Christiana. Et hoc illi quidem fecerunt quantum potuerunt, sed quia minus plana fuisset via, diuinitus prouisa sunt arma Romanorum, vt non remaneret ciuitas sanguinum, nec stare templum Iudæorum, quo nimirum stante, quasi ad magnos lapides nimirum offenderet simplicitas Christianorum. [Et eleuate (inquit) signum ad populos, ecce dominus auditum fecit ab extremis terræ.] Ne putent Iudæi, de se dictum, præparate viam populo, eleuate (inquit) signum in gentes, & ad populos nationum, vt nequaquam vnus terræ Iudææ ad salutem prouocentur angustia, sed auditum fiat in extremis terræ vt passionem creatoris totus mundus exaudiat. Penè ineffabile est, quid admirationis, quid habet expectationis quod dicitur, ecce dominus auditum fecit ab extremis terræ, ab hominibus humilibus, qui pro eo quod contemptibiles videbantur, quodammodo erant extrema terræ. [Dicite filiæ Syon, ecce saluator tuus venit, ecce merces eius cum eo, & opus illius coram eo.] Dicite (inquit) & testificamini filiæ Syon, id est, ecclesiæ patriarcharum & prophetarum, cui credenti potestas datur filiam dei fieri. Quid diceris ei? Ecce istæ non alius, sed istæ qui iuxta alium prophetam pauper est, & ascendet super asinum, & super pullum asinæ, saluator tuus est, ecce venit vt redimat te, vt saluet te. Ecce merces eius cum quo redimat te, & opus illius coram eo, quo saluet te. Non enim extra, sed intra semetipsum habet redemptionis tuæ precium, non aliud quam sanguinem suum. Item opus illius quo te redemptam viuificet, non longè sed coram eo est, statim quippe vt te redemerit precio sui sanguinis, sanctum tibi spiritum dabit, spiritum vitæ & salutis, quem accipient quotquot saluatorem istum receperint, quotquot in eum crediderint. [Et vocabunt eos populus sanctus, redempti à domino. Tu autem vocaberis quæsitā ciuitas, & non derelicta.] Eorum qui crediderint vocabulum erit populus sanctus redempti à domino, & hoc nomine Apostoli & Apostolici viri vocabunt eos, tu autem dō mater ciuitatum fidelis Syon, quæ hactenus apud inferos exulabas derelicta & non requisita, amodo vocaberis quæsitā & non derelicta.

Quod passionem eius admiratione dignam estimari velit Propheta, dicendo: Quis est iste qui venit de Edom.

CAPVT XXIX.

**Q**uis est iste qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradus in multitudine fortitudinis suae. Victoriolae passionis praecoxia deinceps non re-  
 periturus, nunc excellentius sub admiratione enuntiat, adiuncto videlicet gaudio pro triumphali  
 resurrectionis & ascensionis eius gloria. Quis (inquit) iste est qui venit de Edom? Quis iste est  
 qui venit tinctis vestibus de Bosra? Quis est ille formosus in stola sua gradus in multitudine  
 fortitudinis suae? Edom terrenus, atque cruentus. Bosra quod est nomen ciuitatis in Moab in-  
 terpretatur firma atque munita. Porro terrenus atque cruentus populus Iudaicus erat, firma atque  
 munita Hierusalem fuerat, fortissimis muris ante circumdata. siue infernus, in quo clausae mor-  
 tuorum animae fortissimis custodijs tenebatur. Inde venit iste vere formosus, & iuxta Psalmum  
 quadragesimumquartum, Speciosus forma praefilijs hominum. formosus, inquam, in stola sua. siue  
 tinctis vestibus, id est, candidus & rubicundus. candidus mundissima carnis virginitate, & ru-  
 bicundus sacrosancta passione, & talis gradus usque ad summum caeli, in multitudine fortitu-  
 tudinis suae. Interrogant igitur occurrentes angeli, & dicunt. Quis est iste, quis est iste, rei noui-  
 tate perterriti. Mysterium enim passionis & resurrectionis Christi, cunctis retro generationi-  
 bus fuerat ignoratum. Respondet ille interrogantibus. [Ego qui loquor iustitiam, & propu-  
 gnator sum ad saluandum.] Ego (inquit) sum qui peccatum non feci, nec inuentus est dolus in  
 ore meo, siue qui malis mala & bonis retribuam bona. Ego sum qui propugnare veni aduer-  
 sus aduersarias potestates, & victos de carcere liberare, vt & aduersarij poenas, & captiu-  
 sentiant libertatem. Rursus angeli sciscitantur & dicunt. [Quare ergo rubrum est indumen-  
 tum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari.] Si (inquiunt) tu es qui loqueris iu-  
 stitiam, & nullum admisisti peccatum. nonne indumentum tuum, indumentum tuum, inquam, corpo-  
 ris tui sicut de vtero virginali sumptum est candidum, ita permanere debuit? Quare ergo nunc  
 sanguine est rubrum? Quare vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Nam a mabe ma-  
 nus tuae, ambo pedes tui sic sunt, quasi clauis confixi fuerint. & vnum latus tuum sic est, quasi  
 lancea vulneratum est. Haec omnia signa sunt mortis, quasi tu quocumque torcular mortis calcaue-  
 ris, imo in torculari mortis calcatus sis. Nam in torculari quidem, vnde huc similitudo sumpta est,  
 aliud quod calcatur, aliud est ipse qui calcatur. In passione autem mortis, vnde hic sermo est, ipse  
 qui calcatur & ipse qui calcatur, id est. Calcavit enim ipse qui semetipsum tradidit pro nobis,  
 calcatus est tanquam borus qui sub praesura crucis de acino corporis, vniu, id est, spiritum suum  
 emisit. In torcular calcavit, quia sicut in torculari vinum expressum assumitur relicta acinis, sic  
 in eadem passione sua bonos redimendo assumpsit, malos iudicando reliquit. Responder ergo  
 percunctantibus. [Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir meum. Calcaui eos in fu-  
 rore meo, & conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & om-  
 nia indumenta mea inquinavi.] Idcirco (inquit) rubrum est vestimentum meum, & sic vestimenta  
 mea sunt, quasi calcantium in torculari, quia reuera torcular calcaui. Calcaui autem solus, nullum  
 quippe habui adiutorem. Neque enim angelus, aut archangelus, thronus, dominationes, aut vllus  
 omnium caelestium spirituum pro hominibus passus est, sed neque hominum quempiam habui adiutorem, in  
 tantum vt etiam confidentissimus Petrus timore perterritus fugeret, imo & me negaret. Ita  
 torcular calcaui solus. subauditur in salutem supradictae filiae Syon, in salutem omnium credentium.  
 Quid de illis qui non credunt? Calcaui eos (inquit) in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.  
 Duplici contritione contriuit eos, praesenti furore meo, & futura ira mea condemnaui eos. Pre-  
 senti videlicet furore, vt Romanis tollentibus suum & locum & gentem perdat. Futura ira, vt  
 usque ad inferni nouissima descendant. Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & om-  
 nia indumenta mea inquinavi. Denique sanguis meus, haereditarius sanguis eorum effectus est,  
 quia dixerunt. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Illic sanguis eorum aspersus est  
 super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi, quicquid enim ad cultum vel reli-  
 gionem mihi facere consueuerant, holocausta eorum, neomenias & sabbata eorum, & omnes  
 alias festiuitates eorum, extunc odiui, & omnia sanguine polluta iudicans, oculos meos auerti.  
 [Dies enim ultionis in corde meo, annus retributionis meae venit.] Quis dies ultionis, quis  
 dies vel annus retributionis? Ille nimirum quem iam praevideus propter reatum vituli, quem fece-  
 rant dixit ad Moysen. Ego autem in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Ille dies vel an-  
 nus retributionis meae in corde meo erat, & nunc venit. & quaecumque deinceps fecerunt patres  
 eorum, imo & omnis sanguis qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti, ecce super gene-  
 rationem istam venit. Quid tandem pro me egi? [Circumspexi & non erat auxiliator. quasi mihi  
 & non fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mi-  
 hi.] Parum dictum erat, non erat auxiliator, & non fuit qui adiuuaret. Notum quippe ex euangelio est, quod  
 non solum non erat auxiliator, & non solum non fuit qui adiuuaret, cum ipse altus, id est, in crucem  
 eleuatus

1. Petri 2.

Math. 27.

Esaiæ 1.

Exod. 24.

eleuatus circumspiceret, sed contra omnes videntes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mo-  
 uerunt caput, dicendo. Vah qui destruit templum dei, & in tribus diebus reedificat illud. Saluum  
 fac te metipsum. Dicit autem hic locutionis modus, rapinosis. i. humilitas rei magna, non id agere  
 sententia quod ostenditur. Igitur circumspexi, inquit, & non erat auxiliator. quasi mihi, & non fuit  
 qui adiuuaret. siue iuxta alium Prophetam, & iustitiam qui simul contristarentur, & non fuit, & qui  
 consolaretur, & non inueni. Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxi-  
 liata est mihi. In quo saluauit mihi brachium meum, in quo indignatio mea ipsa auxiliata est  
 mihi? In eo videlicet, quod cum factus essem homo sine adiutorio inter mortuos liber, solui do-  
 los inferni, ne etiam ab illo me teneri possibile esset. Et quomodo leoni fortissimo rugitus suus  
 auxiliatur, ad conterendas bestias minores. sic indignatio mea, mihi auxiliata est ad conster-  
 nendos vniuersos inferni principes. Vnde satis eleganter in spiritu Iacob patriarcha dicit. Ca-  
 rulus leonis Iuda, ad praedam filii mei ascendisti. Requiescens accubisti vt leo, & quasi leona.  
 Quis suscitabit eum? Exinde poenas exegi de inimicis meis, de homicidis & derisoribus meis  
 Iudaeis, vt caderent in ore gladij, & captiuu ducerentur in omnes gentes, & ciuitas eorum pari-  
 terque templum detraheretur in terra. Hoc est quod sequitur. [Et conculcaui populos in furore  
 meo, & inebriaui eos indignatione mea, & detraxi in terram verticem eorum.]

Psal. 22. Math. 27.

Psal. 48.

Gen. 49.

Deploratio Iudaicae gentis ex persona Prophetae cum confessione praecedens mali illorum meritis  
 & laude iustitiae domini, super omnibus quae reddidit nobis dominus, usque. Sic faciat propter  
 sermones meos, vt non disperdam totum. CAP. XXX.

**M**iserationum domini recordabor laudem domini super omnibus, quae reddidit nobis do-  
 minus, & super multitudinem honorum domui Israel, quae largitus es eis, secundum indul-  
 gentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit. Veruntamen popu-  
 lus meus es, filij non negantes. Et factus est eis saluator. Post vltimam dominice passionis re-  
 capitulationem propheta sui. i. Iudaici populi abiectione affectuosissime deplorat, sed in eodem  
 ploratu suo sapiens, vltimae doloris admissa ratione contemperans, lachrymosae voces oratio-  
 nis vera laude dei praevent, ne videlicet propter aduersa sequentia, prioribus ingratus existeret  
 videatur eius beneficijs. Miserationum (inquit) domini subauditur antiquarum recordabor. in  
 ira, quam infert post easdem miserationes. Ac si dicat. Et licet post tot miserationes iram inferat,  
 non tamen mutatus est, non mutabilitatis arguendus est. Nam & multitudinem honorum largi-  
 tus est domui Israel secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum  
 suarum, & interea dixit inquam in Moysen, dixit in prophetis & psalmis. Veruntamen populus  
 meus es, filij non negantes. Quod erat dicere. Ego quidem Abraham Isaac & Iacob elegi, &  
 veraciter dictum est, semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius. Veruntamen non omnes qui  
 ex Israel hi sunt Israelitae, sed soli non negantes filij reputatur in semine. Haec dixit & immu-  
 tabili permanente proposito eis tantum factus est saluator. [In omni tribulatione eorum non est  
 tribulatus.] Quorum in omni tribulatione non est tribulatus? Filiorum non negantium, filiorum fide-  
 lium. Illorum omnem tribulationem, omnem miseriam, omne peccatum, & omnem iniquitatem, ipse absque  
 tribulatione sustinuit non inuitus, sed voluntaria charitate portauit. Nam hoc est quod sequi-  
 tur. [Et angelus faciei eius saluauit eos in dilectione sua.] Si enim Apostolus in tribulatione  
 suorum non est tribulatus, sed dilatato corde dixit. Os nostrum pater ad vos o Corinthij, cor no-  
 strum dilatatum est, non angustiamini in nobis. quanto magis angelus faciei domini, angelus  
 magni consilij, cuius facies, facies est domini, nulla tribulatione est angustiatum? [Saluauit (inquit)  
 eos in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos. Eportauit eos, & leuauit eos cunctis  
 diebus seculi.] Quae cuncta sunt officia suavissimae & latissimae charitatis. [Ipsi autem ad iracun-  
 diam prouocauerunt & affixerunt spiritum sancti eius.] Qui nam ipsi? Vtique filij non negantes,  
 gens peccatrix, populus graui iniquitate, semen nequam, filij scelerati. Cuius sancti eius spiritum ad  
 iracundiam prouocauerunt & affixerunt? Sancti sanctorum, angeli faciei eius quae blasphemauerunt,  
 uerunt, negauerunt, & interfecerunt. Quid pro hoc? [Et conuersus est eis in inimicum, & ipse de-  
 bellauit eos.] Palam omni mundo est, quia debellauit eos, & vicit eos, occidit in ore gladij, &  
 in omnes gentes captiuos duxit eos, non tanquam pater virga disciplinae feriens, sed tanquam inimicus  
 cus, usque ad inferni nouissima persequens. [Et recordatus est dierum seculi, Moysi & populi sui.]  
 Recordatus est dierum seculi, recordatus est Moysi, recordatus est populi sui, in eo videlicet, vt  
 adduceret super eos omnem sanguinem iustum, qui effusus est super omnem terram a diebus  
 seculi, vt vindictam faceret in eos, quod totiens exacerbauerunt spiritum Moysi, quod toriens tu-  
 multuando inquietauerunt pacem populi sui. Hac praemissa laude & recordatione miserationum  
 domini, tandem luctum pro gente sua lachrymosum ingrediit tanto vocis clamore &  
 cordis rugitu, vt recte dicamus, quod in isto spiritu sanctus gemitibus orat inenarrabilibus pro  
 Israel, vt ex eo saltim reliquiae saluentur. [Vbi est inquit qui eduxit eos de mari cum pastoribus  
 gregis sui? Vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui?] Et subinde. [Attende de caelo  
 & vide

Psal. 109.

1. Cor. 13.

& vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ. Vbi est zelus tuus & fortitudo tuarum. Multitudo viscerum tuorum & miserationum tuarum super me continuerunt se. Tu domine pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. Tu domine pater noster redemptor noster, a seculo nomen tuum. Quare errare fecisti nos domine de vijs tuis, indurasti cor nostrum, ne timeremus te: Et cætera.] Taliter legendi cæcitatem quæ contigit in Israel, deus tandem respondet. [Quæsierunt me, qui ante non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me.] Statim filius cuius personæ sunt istæ voces apostropham facit ad ipsum patrem his verbis. [Et Dixi. Ecce ego, ecce ego ad gentem quæ non inuocabat nomen tuum.] Quare? [Expandi (inquit) manus tua die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona post cogitationes suas, & cætera.] Hæc de plenitudine gentium, quæ subintratura erat, loquitur aduersus Israel, cui cæcitas contigerit. Nec mora reliquias ex eo saluandas fore promittit cum dicit. [Quomodo si inueniatur granum in botro, & dicatur, ne dissipet illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter sermones meos, ut non disperdam totum. Et reliqua.] Non ignoro, plurimum sparsim esse prætermissa, perspicue ad eandem fidem Christi, gentium quoque uocationem pertinencia, sed iuxta propositum, septem tantum prophetarum huius oportuit excipere particulas, quibus recapitulata non partim, sed penè ex integro tota continetur fides Christiana, si des euangelica, facie aperta, serie ordinata. Et hic quidem finem facere, & ad prophetam alium transire poteramus, sed occurrit vnum quod perpulchrum atque egregium, quod nullatenus deuotio fidei nos intactum præterire patitur.

Quod ait antequam parturiret peperit, & cætera, quomodo secundum hæc quoque falsam sit, quod Iudei & quidam hæretici dixerunt, ante Mariam non extitisse Christum.

CAPVT XXXI.

CALXVI. **A**ntequam parturiret peperit, antequam veniret partus eius, peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale, & quis vidit huic simile? Nunquid parturiret terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturuit & peperit Syon filios suos? Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus. Si ego qui generationem cæteris tribuo sterilis ero, ait dominus deus tuus. Quatuor hæc dicta sunt, quorum vnum nostræ regenerationis gratiam, tria vero vnici verbi dei genituram, trimodam altissimo & penè ineffabili mysterio nobis insinuant. Nam quod ait, nunquid parturiret terra in die vna, aut parietur gens simul, quia parturuit & peperit Syon filios suos, repentinam admiratur generationem credentium in Christum, qua post aduentum spiritus sancti, sancta Syon, id est, Apostolica ecclesia, magnam Iudæorum atque gentium multitudinem prædicationis verbo & salutari regenerauit baptismo, tanto miraculo, ac si vno die gēs tota vno pariat vtero. Hoc ex prædictis quatuor vnū est. Cæterorum trium primum est quod parturuit, secundum quod antequam parturiret peperit, tertium quod dominus ipse semetipsum qui alios parere faciat, non esse sterilem, sed se quoque peperisse altissima inuentione asserit. Hæc, ut iam dictum est, tria generationis Christi documenta magna & mira sunt. Quando enim Syon parturuit & peperit masculum? Nimirum quando virgo Maria, pars magna sanctæ ciuitatis Syon, pars magna & regalis aula sanctæ ecclesiæ, quæ est specula, in qua nunc speculamur, post in eadem facie ad faciem visuri deū deorum, peperit Christum filium masculum, filium fortissimum, valentem ad debellandum fortem armatum, qui nullum timens, custodiebat atrium suum, tenebat sibi quasi in pace mundum, quando illa beata virgo peperit Christum filium, utique masculum peperit Syon. Non enim sibi soli, sed toti ecclesiæ, Maria parturuit Christum. Sed non iam dicat Iudæus, non dicat hæreticus, eundem Christum ex Maria existendi habuisse initium. Nam antequam parturiret, peperit, Antequam parturiret illi, antequam tempus illud ei veniret, ut filium visibilem ex ventre virginis sancta Syon ederet, peperit, & mater eiusdem verbi effecta est. Concepit enim corde, & verbum dei peperit ore. Quotiens ad aliquem prophetarum siue patriarcharum verbum de factum est, totiens Syon peperit verbum domini, non aliud quam quod beata virgo concepit, & carnem factum peperit. Vnde vnus illorum hic idem Elaias dicit. A timore tuo domine concepimus & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Nota & celebris animabus sanctis est ista veritas, quod verè deus amator fidei animæ ut sponsus sponsæ copuletur, atque ex illo per amoris spiritum suscepto semine impregnata, loquendo, prophetando, & quod magis est, scientiam dei scribendo, mater verbi dei efficiatur. Sic omnis scriptura legalis & prophetica condita est, antequam omnis scripturæ vnuerstatem, omne verbum suum deus in vtero virginis coadunaret. Ipsa virgo prius mente quam carne concepit, prius ore prophetando quam ventre parturiendo peperit. Igitur falsum est, ante Mariam non extitisse Christum. Nam antequam carnem eius parturiret, peperit ore prophetarum, beata Syon vnum eundemque Christum, vnum idemque dei verbum. Nec etiam satis est adhuc. Nam ne forte suspiceris, quod antequam prophetæ loquerentur, non fuerit hoc verbum domini, Ecce enim ipse deus dicit. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam?

pariam? Si ego qui generationem cæteris tribuo, sterilis ero? Ac si dicat. Nunquid ego qui alijs bonum effari verbum dedi, ipse non prior de corde meo verbum bonum eructaui? Est enim solacisimus per tempora verborum, dum dicit, ipse non pariam, ipse sterilis ero, pro eo vt dicat ipse non peperit, ipse sterilis fui. Porro alibi recto, id est, præterito vitur tempore, dicitur. Ex vtero ante luciferum genui te, Veruntamen nec quia illic ex vtero genui te, dixit, nec quia hic ipse non pariam, aut sterilis ero dicit, Idcirco deus vteram & vuluam habere putandus est, sed ob significandam expressius suimet atque filij siue verbi sui consubstantialitatem, talibus oportune vocibus deus vt dignatus est. Obmutescat igitur omnis impietas, quia quod virgo Maria verbum parturuit, incarnatum ipsum fide conceptum, dicto & scripto pepererunt prius animæ patriarcharum & prophetarum, ipsum nihilominus peperit ex vtero, id est, ex profunda substantia sua genuit deus pater, ante omnia secula seculorum. A deo non deus recens est, hic deus noster.

Finis commentariorum libri secundi, in Elaiam prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN HIEREMIAM, Commentariorum, Liber I.

Quinta ætatis initium computari Hieremie vaticinium, & in hac ætate sacerdotium Christi figuratum factis, significatumque esse dictis prophetis.

CAPVT I.



QVINTÆ ætatis seculi, crepusculum Hieremiæ prophetæ vaticinium est, Babyloniam captiuitatem, ruinam pariter & incendium ciuitatis ac templi sic prænunciatur, vt proprijs quoque oculis cuncta cerneret. Hic iam rectè quæritur, quid eo tempore mundus acceperit, quo tanquam certo limite præfixo iam quinta ætas, post exactam quartam ætatem iure dici vel computari debuerit. Nam de præcedentibus ratio stat, quia videlicet prima ætate ante diluuium, velut infans permixtus sibi vacauit ab auditu sermonis dei. Secunda vero velut puer prima doctrinæ percepit elementa in foedere, quod pepigit deus cum Noe. Tertia iam velut adolescens repromissionem beati seminis in Abraham, & disciplinam legis accepit in Moyse. Quarta velut iuuenis promissionem regni Christi audiuit in Dauid. Hoc ergo tempore quid amplius audiuit vel accepit, vt rectè computetur quasi quinta ætas plenæ ac perfecti viri? Accepit nimirum promissionem sacerdotij Christi. Qui enim in Abraham homo, in Dauid rex, in huius temporis prophetis sacerdos promissus est. Sacerdotij eius hic factis præfiguratur, dictis prophetis significatur. Et superiore quidem ætate dicitur in eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, dictum est ad Hely sacerdotem in typum ruinosi sacerdotij Iudeorum, cui successurum erat fidele Christi & ecclesiæ sacerdotij. Ecce dies veniet, & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit nex in domo tua. Verum hic multo plenius, multo sacratius causa pariter & effectus sacerdotij Christi figurantur, & aduentus eius tempora præfiniuntur. Nempe Babylonica gentis vnus captiuitas causam communem significat, pro qua generi humano tantus sacerdos necessarius erat. reuersio autem captiuorum sub Iesu sacerdote magno, remissio peccatorum in qua liberamur, duce & liberatore nostro pontifice magno Iesu Christo. Porro aduentus eius tempora hoc modo præfiniuntur. Tu autem Daniel animaduerte sermonem, & intellige sermonem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummeretur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & propheta, & vngatur sanctus sanctorum, & cætera. In extreme quoque huius ætatis margine, tota sacerdotis huius promissio perficitur magnifice, dum dicit angelus ad Ioseph virum Mariæ. Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Claret enim ex hoc, quia sacerdos iste deus est, qui solus a peccatis saluare potest, non habens quotidie necessitatem quem admodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo. Sanè istos ætatum terminos auctoritas euangelica fundauit, dicendo in libro generationis Iesu Christi. Omnes ergo generationes ab Abraham vsque ad Dauid generationes sunt quatuordecim, & a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Et a transmigratione Babylonis vsque ad Christum generationes quatuordecim. Hoc rectè intelligitur dixisse, solius generationis Iesu Christi respectu, qui secundum eam promissionem, quæ facta est ad Abraham. In semine tuo benedicentur omnes gentes, verus homo est, secundum eam quæ

Math. 1. facta est ad David de fructu ventris tui ponam super sedem tuam, rex vtriusq; est, secundum eam quae facta est ad Ioseph virum Mariae. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum, nimirum officio sacerdos, potentia deus est.

Quomodo haec quinta aetas similis sit cum quinta die creationis mundi, & cur tunc temporis templum preciosissimum permixtum est Babylonico igne conflagrari. CAP. II.

**I**gitur quintae aetatis initium hoc est, spectabilia dei opera continentis, ut quinta dies creationis mundi, secundum spiritum consilij, qui nimirum a spiritu timoris domini sursum quintus est. Consilij namque divini est, quod pulchrum & nobile dei templum in toto orbe tunc temporis unum & solum, auro ditissimum, opere mirificum, regione inclutum, regiamque civitatem David atque Salomonis, permixtum est Babylonico igne conflagrari, spoliari, prophanari, occisorum sanguine compleri. Erudiendus namque erat mundus eatenus iuvenis luxuriosus, ne putaret quod habitator caelorum deus, auro templi manufacti, vel civitatum opibus delectetur, & non potius hominum fide & bonis operibus, quibus intus in anima templum illi praeparatur, quo solo delectetur, ubi adoretur, in quo videri & praesens agnosci dignetur, sine quo frustra foris lampadibus vel auro templi manufacti requiratur. Habet quoque quinta haec aetas, quintae diei creationis mundi aliquid simile. Nam sicut tunc non omne levatum est in aera, quod ex aquis ortum est genus creaturae, sic non omnium captiviorum fuit dicere super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. Illorum hoc erat dicere, qui recordabatur Sion ubi fuerat nominis domini templum sanctum, ubi licuerat non impediendo Babylonico rege adorare unum & solum verum deum. Tales nimirum non sub aquis fluminis Babylonici absorpti erant, sed super sedebant similes auiculis, quas aquae imperio dei produxerunt, parati ad volandum mox ut permittentis audirent Cyri regis edictum. Caeterum qui Babylonicis voluptatibus & interditi ex lege, Babylonicarum vxorum complexibus occupati relederunt, suamque captiuitatem permissae libertati praeponderant, pisciculis similes fuerunt, quorum omnis voluptas sub aquis depressa est, & euolare nescierunt. Nunc iam in rem pergendum est.

Psal. 136

Quod Hieremias eiusdem domini, cuius propheta est, typum gesserit nomine proprio sanctificatione ex vtero, praedicationis officio septies ad Hierusalem factum, cuius ruina superstitit ante obsidionem. Verbum domini ad se factum esse referendo eamque ad poenitentiam prouocando numero vel ordine determinato. CAP. III.

**P**rimo Hieremias, quod interpretatur excelsus dominus, eiusdem cuius propheta est excelsi domini, in omni ordine prophetiae suae typum tenet. Nimirum in typum eius, qui antequam ex vtero virginis homo conciperetur, apud deum erat deus, hic in vtero matris sanctificatur, diciturque illi. [Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua sanctificauit te, &c.] Item in typum eiusdem domini nostri qui populo illi praedicauit, & ad poenitentiam audire nolentes vocans, ciuitatis & templi exterminium praedixit, & quis occisus, eidem tamen exterminio superstes extitit, & deinceps Iudaeos in caecitate relinquens, gentibus euangelizauit. Iste propheta contra Hierusalem vaticinatus est, ad poenitentiam prouocans ciuitatem auersione contentiosa auersam, venturum praedicens exercitum Babylonicum, futurumque templi & ciuitatis incendium, & quamuis multa passus, eidem tamen incendio superstes extitit, & rege Sedechia capto, oculisque priuato, deinceps ipse exteris nationibus prophetauit. Numeremus nunc, quotiens ad istum ante ciuitatis obsidionem verbum dominifacium est, & secundum vices ordinem prophetiae prosequamur sermonis euangelici ordinem, qui praeclearus & notissimus est. Primo sic scriptum est. Et factum est verbum domini ad me dicens. Priusquam te formarem in vtero noui te, & antequam exires de vulua, sanctificauit te, & prophetam in gentibus dedi te. Deinde secundo. Et factum est verbum domini ad me dicens. Quid tu vides Hieremia? Et dixi. Virgam vigilarem ego video. Item. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video, & facies eius a facie aquilonis. Haec enim duo, pro vno verbo domini recte habentur, quia videlicet vnum idemque verbum & poenitentiae disciplinam recipientibus, vigilans correctionis virga est, & impoententibus olla succensa, id est, aeternae damnationis iudicium est. Deinde loco tertio. Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade & clama in auribus Hierusalem dicens. Haec dicit dominus. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuae, quando secuta es me in deserto, in terra quae non seminatur. Et caetera quam multa, quibus Hierusalem prolixo sermone peccata sua commemorat, eamque ad poenitentiam inuitat. Post haec loco quarto. Verbum quod factum est a domino ad Hieremiam dicens. Sta in porta domus domini & praedica verbum istud, & dic. Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini in portas has, ut adoretis dominum. Haec dicit dominus exercituum deus Israel. Bonas facite vias vestras, & studia vestra, & habitabo vobiscum in loco isto. Nolite considerare in verbis mendacij dicentes, Templum domini, templum domini, templum domini est. Deinde

Cap. 1.

Cap. 3.

Cap. 7.

Deinde quinto loco. Verbum domini, quod factum est ad Hieremiam a domino dicens. Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda & habitatores Hierusalem. Et dices ad eos. Haec dicit dominus deus Israel. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius quod praecipecti patribus vestris. Et post aliqua. Irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum. Deinde loco sexto. Quod factum est verbum domini ad Hieremiam, de sermonibus siccitatis. Luxit Iudaea, & portae eius corruerunt, & obscuratae sunt in terra, & clamor Hierusalem ascendit. Maiores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum, & non inuenerunt aquam, reportauerunt vasa sua vacua. Post haec loco septimo. Verbum quod factum est ad Hieremiam, a domino dicens. Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat e luto manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum est verbum domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus in non potero facere vobis domus Israel, ait dominus. Ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israel. Post haec iam de imminente excidio ciuitatis illius & templi ferè omnis prophetia est.

Cap. 11.

Cap. 14.

Cap. 18.

Quod dicitur primo ad eum: Priusquam te formarem in vtero, noui te, &c. quomodo vnctione sancti sanctorum, & obedientia atque glorificatione eius personet. CAP. IIII.

**V**ideamus nunc ista prophetia talis rursus euangelio Christi quam similis est. Principio quod dicitur, & pro modulo sancti hominis dicitur. [Priusquam te formarem in vtero, noui te, & antequam exires de vulua, sanctificauit te, & prophetam in gentibus dedi te. Et misit dominus manum suam, & terigit os meum, Et dixit dominus ad me. Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, vt destruas, & disperdas, & dissipas, & aedifices, & plantes, &c.] Totum hoc & vnctionem sancti sanctorum, & obedientiam atque glorificationem eiusdem personae perspicuum est. Quis enim est, quem extra illum & praeter illum, priusquam in vtero formaretur in vtero, deus pater nouerit, & antequam exiret de vulua, sanctificauerit, prophetam in gentibus dederit? Omnium quippe, & singulorum Adae filiorum vox illa veridica est. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Sed & equiuocum est sanctificationis nomen. Aliter quippe sanctificatus dicitur, quod peccati contagione non tenetur, qua sanctificatione nemo, nisi per gratiam Christi sanctificatur. aliter quod in vsu vel ministerium sanctitatis a publico & vulgato separatur. Haec pars sanctificationis tam late patet, vt primogenitum quoque iumentum sanctum domino vocetur, eo quod in vsu vel in ius sanctorum altaris ministrorum legaliter segregetur. Item notitia dei pro qua nunc dicit, priusquam te formarem in vtero, noui te, nihilominus equiuocatur. Aliter quippe vnigenitum filium suum antequam formaretur in vtero, aliter suorum quemque electorum nouit ille, priusquam formaretur in vtero. Illum enim per coaeternam sibi essentiam. nostrum quenque nouit, per constantem atque certissimam praescientiam. Igitur prophetam quidem, antequam formaret in vtero nouit, & antequam exiret de vulua, sanctificauit. ipsum autem cuius hic typum gerit, prophetam & prophetarum dominum, filium suum vnigenitum solum singulariter nouit, & sanctificauit, priusquam formaretur in vtero, priusquam exiret de vulua, factus homo. De eo quod nouerit eum dicit ipse filius. Nemo nouit filium nisi pater. Porro de eo quod sanctificauerit eum, priusquam de vulua exiret, omnium piorum & recte credentium, vna fides certa est, quia non de virili semine, sed de spiritu sancto conceptus est, & propheta in gentibus, id est, non Iudaeorum tantum, sed ad gentium quoque saluationem missus est. Ecce (inquit) dedi verba mea in ore tuo, videlicet, quae tu obediens dicas & loquaris in mundo. Nam hoc est quod ait ipse filius quodam loco. Quia ego a meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Ecce constitui te super gentes, & super regna. Te inquam, factum obedientem vsque ad mortem, mortem autem crucis, constituiam super gentes & super regna, iuxta quod de te canit Psalmista. Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Vt euellas & destruas. euellas, inquam, male radicata, destruas male aedificata, qualia sunt maxime scribarum & pharisaeorum conciliabula, radicem auaritia fixam alte in terram habentia, similia quoque sepulchris mortuorum, quae foris parent hominibus pulchra, intus autem mortuorum sunt ossibus plena. Istos autem quomodo euellas & destruas? Quando vindices tui Romani veniant, eorumque & locum & gentem tollant, & deinde cum in manus materialis gladij traditi fuerint euellae a corporibus animae partes vulpium, id est, malignorum spirituum fiant. Et disperdas & dissipas. Non modo ita euellas, vt saltem vno captiuitatis loco simul transponi permittas, sed disperdas in omnes gentes, dissipas in semitas, paruasque vicorum aut ciuitatum particulas. Et aedifices & plantes. Quos?

Psal. 96.

Math. 11.

Iohan. 12.

Psal. 8.

Math. 23.

Quos? Non ipsos, sed pro ipsi alios, videlicet gentes hactenus desertas edificas, gentes hactenus in testamento dei locum non habentes in terra viventium plantas.

De eo quod secunda visione hic ait: primo Virgam vigilantem ego video, secundo autem Ollam succensam ego video, & quomodo iuxta horum similitudinem primus aduentus Christi virga correctionis sit poenitentibus. Secundus autem impoentibus iudicium sit aeternae damnationis.

CAP. V.

**D**Einde illud sciendum, quia sic venit iste sanctus sanctorum, ut primus aduentus eius cum eis cum recipientibus, & ob hoc filijs dei factis, paterna sit virga correctionis, secundus autem aduentus eius impijs & credulis futurus sit iudicium damnationis. [Dicit ergo. Quid tu vides Hieremia: Et dixi. Virgam vigilantem ego video. Et dixit dominus ad me. Bene vidi. Quia ego vigilabo super verbum meum ut faciam illud. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video, & faciem eius a facie aquilonis.] Plane & tunc quando haec dicebantur, parabantur mala, ut panderentur super omnes habitatores terrae Iudaeae a facie aquilonis, id est, a Babylone, quae illi terrae ad aquilonem sita est. Nec vero illud dubium, quin illud vnum, idemque captivitas malum, alijs virga, alijs olla fuerit succensa. Nec enim ad quem sine Danieli & socijs eius, ad eundem omnibus prouenit illa captivitas. Verum multo praecelsius, multo negociosius, hic excelsus dominus sanctus sanctorum Christus virgam vigilantem nobis credentibus vidit, ollam succensam a facie aquilonis impijs & contemptroribus vidit. Vidit, inquam, nobis virgam vigilantem, id est, futuri iudicij, & poenarum inferni timorem. Quemadmodum Daniel & socij eius cum illis, quibus ob idololatriae scelera fuerat iratus deus. Ita & nos omnes cum impijs fideles cum in fidelibus vno eodemque captivitate loco propter Adae reatum tenemur, & aequaliter omnes morimur, omnes mortales sumus. Verum pijs atque fidelibus ista captivitas, ista mortalitas virga est, qua temporaliter ferimur, ut ad humilitatis disciplinam erudiamur, quia per superbiam cecidimus. Idcirco dicit in initio suae praedicationis. Poenitentiam agite, appropinquet enim regnum caelorum. Caeterum & actualis poenitentiae disciplina, alijs molestia, alijs dulcis & spontanea est. De illa quae moleste imponitur scriptum est. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicij meis non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Molestum quippe est visitari in virga cuiuscunque aduersitatis siue infirmitatis, iuxta quod & alibi scriptum est. Quem enim diligit dominus, corripit, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Sed haec ipsa molestia, per patientiam fructuosa disciplina fit, id est, poenitentiae fructu non carebit. Porro spontanea poenitentia, alijs vniuersalis, alijs singularis est. Vniuersalis est, qua peccata nostra confitentes, in morte Christi Iesu semel baptizamus. Singularis, qua quisque nostrum mortificat membra sua super terram, sicut dicit Apostolus. Virgam igitur vigilantem pijs atque fidelibus vidit excelsus dominus, vigilantem inquam, id est, accelerantem, & ad omne opus bonum excitantem. Porro ollam succensam vidit, cum diceret, verbi gratia, per Iohannem, de impoentibus. Omnis arbore quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Itemque per semetipsum se dicitur testatur. Ite maledicti in ignem aeternum, qui parati sunt diabolo, & angelis eius.

Quod tertio Hierusalem peccata sua, ut ad poenitentiam excitaret, commemorans tandem dicit: Filia populi mei accingere cilicio, luctum vniuersi fac tibi, simile esse ei, quod dominus postquam Hierusalem ad poenitentiam multis deflectere non potuit, tandem fleuit super illam, mala ei ventura denuntians.

CAP. VI.

**T**ertio loco quod dicitur. [Et factum est verbum domini ad me dicens. Vade & clama in auribus Hierusalem, dicens. Haec dicit dominus. Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuae, quando secuta es me in deserto, in terra quae non seminatur.] Hoc inquam & caetera quae sequuntur, euangelij eiusdem domini nostris sensum ubique personant. videlicet, ex quo Iohanne iam tradito, publicum ipse praedicationis opus ingressus est. Et vide quam vehementer hic sermo veritatem adiuvat euangelij, pro qua decertans apostolus dicit. Non enim est personarum acceptio apud deum. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege & peribant, & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Item. Non enim est distinctio, subauditur, Iudaei & Graeci. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis, per gratiam ipsius, per redemptionem, quae est in Christo Iesu. [Sanctus inquit] Israel domino primitiae frugum eius. Primitiae frugum eius inquit. Hoc pro parte credentium, vel bene operantium verum est. Nam & gloria & honor & pax omni operanti bono, Iudaeo primo & Graeco. Sed vide quid postmodum sequitur. [Filij quoque Memphis, & Thaphneosis vincula mea, & dixisti. Non serui. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso prosterneris meretrix. Quomodo dicis non sum polluta, post Baalim non ambulauit. Vide

Vide vfas tuas in conuallibus scito quid feceris.] Et post aliqua. [Tu autem fornicata es cum amatoribus tuis multis, tamen reuertere ad me dicit dominus, & ego suscipiam te. Leua oculos tuos in directum, & vide, ubi non prostrata sis. In vjs sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus & in malicijs tuis. Frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisse erubescere. Ergo saltem amodo voca me, pater meus, dux virginum meae.] Hoc modo fere totus propheticus hic sermo protenditur, horrenda peccata commemorans, ad poenitentiam prouocans, tandemque in luctu & lamentatione finit, cum dicit. [Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere. Luctum vniuersi fac tibi, planctum amarae.] Sic nimirum tota domini praedicatione Hierusalem eandem de peccatis arguit, & ad poenitentiam vocat, poenitentiam inquit agite, appropinquet enim regnum dei, tandemque impoentem compatientis affectu ruitur planctus. Nam videns ciuitatem, fleuit super illam, dicens. Quia si cognouisses, & tu. Et quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternerent te, & filios tuos qui in te sunt, & c. Veritatem igitur euangelij contra gloriationem Iudaicam, multum adiuvat hic propheticus sermo, ut non inflentur aduersus eum praedicantem poenitentiam, vel contra eius apostolos, nullam distinctionem haberi volentes, Iudaei, & Graeci, eo quod omnes peccauerint, & idcirco egeant omnes gloria dei, & neuter saluari aliter possit, vel iustificari, nisi per gratiam dei, nisi per fidem Iesu Christi. Nam cum peccato originali, quo omnes in Adam peccauerunt, ecce multa Iudaeorum quoque actualia peccata & nimis magna sunt.

Quod quarto loco stans in porta domus domini dicit inter caetera, Ecce spelunca latronum facta est domus ista, quod eo respicit, quia dominus ingressus in templum, cepit eicere, dicens eis illud de Esaias. Domus mea domus orationis vocabitur, subiungens de isto propheta,

CAP. VII.

**P**ostquam praecedentem sermonem in luctu finiuit, quarto iam loco sequitur hoc verbum domini. [Sta in porta domus domini, & praedica verbum istud, & dic. Audite verbum domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has ut adoretis dominum, & c.] Sic plane dominus Iesus postquam (ut iam dictum est) videns ciuitatem fleuit super illam, stetit in porta domus domini & praedicauit verbum istud dicens. [Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes templum domini, templum domini, templum domini est.] Ac deinceps. [Et ecce vos confiditis in verbis mendacij, quae non proderunt vobis.] Et subinde. [Ecce spelunca latronum facta est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum in oculis vestris. Ego ego sum, ego vidi dicit dominus. Ite ad locum meum in Sylo, ubi habitauit nomen meum a principio, & videte quae fecerim eis.] Faciam, inquit, domui huic, in qua vos habetis fiduciam, sicut feci Sylo, & proiciam vos a facie mea. Quomodo haec dominus noster dixit? Quomodo se in hoc prophetae loco praefiguratum, & de sua causa prophetatum fuisse ostendit? Videlicet postquam super ciuitatem fleuit, contumeliosus ingressus in templum, cepit eicere vendentes in illo, & ementes, dicens illis. Scriptum est, quia domus mea domus orationis vocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat quotidie docens in templo. Tunc nimirum stetit, magna & mira constantia in porta domus domini, magnoque & terribili facto, veruit eos confidere in verbis mendacij, dicendo. Templum domini, templum domini, templum domini est. proiciens illos a facie sua cum holocaustis ipsorum, quae nunquam desiderauerat, sicut in hoc ipso propheta testatur, dicens. [Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non praeci eis in die, qua eduxi eos de terra Aegypti de verbo holocaustomatum & victimarum. Sed hoc verbum praeci eis, dicens. Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus. Et ambulate in omni via, quam mandauit vobis, ut bene sit vobis, & c.] Hoc ipsum actu significabat videlicet, quod tam ipsos, quam ipsorum sacrificia proiecerit a facie sua, dum facto de funiculis flagello, vendentes & ementes cunctamque laceratum avaritiam eiecerit de templo. Sane quod dixerit, illos eiciens, scriptum est. domus mea domus orationis vocabitur cunctis gentibus, vos autem fecistis illam speluncam latronum, partim de isto propheta, partim de Esaias testimonium sumptum est. In Esaias quippe sic scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur, ait dominus deus. In isto autem. Ergo spelunca latronum est domus ista, in qua inuocatum est nomen meum. Sequentia verbi vel sermonis huius maxime, illam projectionem eorum lachrymosa declamatione pronunciant, quae per iam dictum flagellum significata est. illam, inquam projectionem, qua in manus gladij Romanorum traditi, & irrecuperabile ciuitatis, vel templi excidium passi, deinceps dicere poterunt. [Quare sedemus? Conuenite, & ingrediamur ciuitatem munitam, & sileamus ibi, quia dominus noster silere nos fecit, & porum dedit nobis aquam felleis.]

Quod

*Quod quinto loco docens in verbo domini, Audite verba pacti huius, & cetera prosequens conuicit eos quod irritum fecerint pactum domini, ut sciamus quam rationabile sit, quod quicquid sacrificant Iudaei, contemnit ecclesia Christi.*

CAP. VIII.

**I**nstant adhuc Iudaei profecti atque captiui, dispersi atque dissipati, & Iudaeorum sacerdotum sanguinei, instant inquam contentiose, addendo holocausta sua victimis suis, & comedendo carnes quodammodo, dicentes. Cur non hodie sicut heri, & nudius tertius? Cur non hoc tempore holocausta faciamus, sicut antiquitus? Nonne in istis est pactum, quod cum patribus nostris pepigit deus? Cur mirabilis esset, pactumque suum irritum faceret deus? Aduersus huiusmodi sacrificantium contentionem, ecce loco quinto verbum domini factum ad Hieremiam consequenter de pacto illo loquitur, atque hic semetipsum noxae eximit, ac iustificat iustus ac irreprehensibilis dominus deus. [Audite (inquit) verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & habitatores Hierusalem. Maledictus vir, qui non audierit verba pacti huius, quod praecipui patribus vestris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea.] Ac deinceps. [Vociferare omnia verba haec, in ciuitatibus Iuda & foris Hierusalem, dicens. Audite verba pacti huius, & facite illa, quia contestans contestatus sum patres vestros, in die qua eduxi eos de terra Aegypti vsque ad diem hanc.] Et subinde. [Inuenta est coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Hierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierunt post deos alienos, ut seruirent illis. Irritum fecerunt domus Israel, & domus Iuda pactum meum, quod patribus eorum, &c.] Sine dubio pacti verba quod cum patribus eorum, Abraham, Isaac & Iacob, & cum Moyse deus pepigit, promissiones fuerunt beati seminis, quod est Christus. Promissiones, inquit dei, & ad istas respondens fides eorum, per quam & iustificati sunt, & cum ipsa fide opera quoque decem preceptorum, quae per Moysem in tabulis lapideis digito dei scripta sunt. Porro holocaustomata & victimae, verba pacti non fuerunt, sicut paulo supra legimus deum improbasse, sed ob diligentiam pacti eiusdem custodiam quasi quaedam clauis, & quasi quaedam vincula adhibita sunt. non iustitia, sed permissa, non quaesita, sed pro tempore admissa. At illi pactum iam dictum, pactum si dei, & honorum operum irritum fecerunt, eundo post deos alienos, faciendo scelera multa in domo dei, sicut sequentia verbi vel prophetiae praesentis ostendunt. & post omnia, quod omnium pessimum est, Christum occiderunt, in quo steterat omne pactum, cuius venturifide patres iustificati sunt. Quid ergo iam holocaustis victimas addunt & carnes comedunt? Ut quid tam male diuidunt? Ut quid meliorem pacti patrem, id est, fidem, & omnem iustitiam surripuerunt. & partem contemptibilem, id est, carnes taurorum, scetidumque sanguinem hircorum, deo nolenti, imo repellenti ingerunt? Nonne totum quod offerunt, irritum fecerunt? Nonne sacrificia eorum, sacrificia sunt Cain, qui quia male diuisit, idcirco deus ad munera eius non respexit. Clamat enim in hoc eodem prophetae huius capitulo aduersus istos sanguinis nostri Abel, id est, Christi, quem occiderunt. In hoc occidendo, ut iam dictum est, maxime pactum omne irritum fecerunt. [Tu autem domine demonstrasti mihi, & cognoui, tu ostendisti mihi studia eorum, & ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognoui, quoniam super me cogitauerunt consilia. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium. & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem domine Sabaoth qui iudicas iuste, & probas renes & corda, uideam ultionem tuam ex eis, tibi enim reuelauit causam meam.] Obstruatur itaque omne os impiorum, quia deus iustus est, ipsi autem iniusti sunt, & deus iuste respuit eorum holocaustomata, quibus pactum constituisse falso purauerunt, quia nimis iniuste fidem & iustitiam, quibus pactum constitutum est, multis sceleribus, & tandem cruentatis in Christum manibus abiecerunt.

*Quod loco sexto sequitur verbum domini, de sermonibus siccitatis, eo respectu factum re-  
Et intelligi, quod neque gratia prophetalis, neque, vlla uisitatio illis sit spiritus sancti, ut cum  
veniant ad hauriendas scripturarum aquas, reportent vasa vacua.* CAP. IX.

**E**X quo sic irritum factum est pactum, iam nec prophetia, nec vlla omnino spiritualis gratia Iudaeis datur, nulla omnino scientia, nulla sapientia, nec quicquam veri intellectus du-  
Esaie. 1.  
cibus eorum, principibus eorum, magistris vel sacerdotibus eorum inesse comprobatur. Haec  
vera, & vere magna, nimiumque damnofa siccitas est, quam in Esaia dominus eidem Iudaeis  
Cap. XIII.  
comminans, & nubibus, inquit mandabo, ne pluant super eam imbrem. Recte igitur hoc loco, qui  
sextus est, sequitur quod ad hunc factum est verbum domini, de sermonibus siccitatis. [Luxit  
Iudaea & corruerunt portae eius, & obscuratae sunt in terra, & clamor Hierusalem ascendit. Ma-  
iores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum, & non inuenerunt aquam  
reportauerunt vasa sua vacua. Confusi sunt & afflicti, & operuerunt capita sua propter terrae  
vastitatem, quia non venit pluuia in terra.] Ecce videmus Iudaeae vastitatem, & desolationem  
videmus,

videmus, quia non venit in ea pluuia scientiae vel sapientiae, quae omnis fidem secuta, ad gen-  
rium ecclesiam commigrauit, iuxta illud Psalmistae. Pluuiam voluntariam segregabis deus haec Pfal. 67.  
reditati tuae. Et videmus quia minores uenit ad obscurissimos senes suos haurire aquam, &  
non inueniunt, reportantque vasa animarum suarum vacua. Sed nunquid istud luget Iudaea? Nun-  
quid pro isto clamor Hierusalem ascendit, quomodo mortuo Pharaone ascendit ad domi-  
num, & misit illis nubes suas Moysen & Aaron? Non utique ita nunc. Nam lugent quidem, sed  
non scienter, clamant quidem, sed eorum brutus & sine sensu clamor est. Nec enim luget eam  
Exod. 5.  
quae uere siccitatis causa est, iniquitatem suam, neque clamant ita ut dicant patribus eorum  
non scienter, clamant quidem, sed eorum brutus & sine sensu clamor est. Nec enim luget eam  
quae uere siccitatis causa est, iniquitatem suam, neque clamant ita ut dicant patribus eorum  
plu, eam, & sacrificemus domino deo nostro. Idcirco ascendit quidem clamor eorum, sed non  
ad dominum. Nam quia rationalis non est clamor, idcirco sicut hic ipse propheta conge-  
nit quodam loco, ille opposuit nubem, ut non pertraseat oratio. Credendum sane est, diebus  
Threno. 3.  
illis aeream Iudaeis accidisse siccitatem, sed sicut caetera mala maiorum signa malorum, sic illa  
siccitas deterioris fuit siccitatis portentum. [Confusi sunt agricolae, operuerunt capita sua. Nam  
& cerua in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba, & onagri steterunt in rupibus, traxe-  
runt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.] Quare agricolae  
confusi sunt, nisi quia commissae sibi vineae dominum & haeredem occiderunt? Quae vel qua-  
lis cerua reliquit in agro quod peperit, quia non erat herba, nisi fidelis patriarcharum ecclesia,  
quae peperit quidem secundum carnem, sed reliquit populum istum, quia non est scientia. Vi-  
demus haec, & quod sequitur. Onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones,  
defecerunt oculi eorum, quia non erat herba. Onagri atque onagrorum pulli, hodie Iudaei sunt.  
nam & de illo populo sic mystice loquitur & alia scriptura. Vir vanus in superbiam erigitur,  
Job. 31.  
& quasi pullum onagri liberum se natum putat. Stant isti onagri in rupibus superbiae suae, ma-  
iuntque siti & fame perire, quam domabili ceruice ad praesepia Christi venire, quam humili spi-  
ritu ad caulas ouium Christi venire. Trahunt ventum quasi dracones, calidi namque sunt ut dra-  
cones, flamma inuidiae nimis ardentes, perinde quomodo dracones in siti ventum trahunt, ad  
refrigerandum ardorem naturae. sic isti veri siti peruentes, pro uere scientiae aquis, inanes sa-  
bulas & ventosas ad consolandam inopiam suam trahunt genealogias. Defecerunt oculi eorum,  
Sap. 2.  
quia non erat herba, id est, excacauit illos malitia eorum, quia nescierunt dei sacramenta. Orat  
deinde propheta pro populo isto, nunc siti perente, ut quandoque pluuia de caelo salutarem  
accipiat, & saluentur ex eo reliquiae. [Si (inquit) iniquitates nostrae contenderint contra nos, do-  
mine, libera nos. Quaesumus fac propter nomen tuum, quoniam multae sunt auersiones nostrae.]  
Et post aliqua. [Deducant oculi mei lachrymas per diem & noctem, non taceat, &c.] Et illius  
quidem siccitatis causa fuit, quia sanguinem innoxium fudit multum nimis, donec impleteretur  
Hierusalem vsque ad os, absque peccatis suis, quibus peccare fecit Iudam, ut faceret malum co-  
ram domino. Dicit enim post pauca. [Et dabo eos in furorem uniuersis regnis terrae, propter  
Manasse filium Ezechiae regis Iuda, super omnibus quae fecit in Hierusalem.] Caeterum sic-  
citas huius qua nunc Iudaea commaruit, causa est uniuersalis sanguinis qui effusus est super  
terram a constitutione mundi, maxime autem sanguis ipsius domini, quo omnis salutaris aqua  
procedit. Propter quod & post aliqua dicit. [Domine omnes qui te derelinquunt, confunden-  
tur, recedentes a te in terra scribentur, quoniam dereliquerunt venam aquarum uiuentium do-  
minum.] Nam idcirco quia dereliquerunt, imo & occiderunt, confusi sunt, duplici fame conse-  
cti sunt, duplici siti aruerunt, duplici perditione corporis & animae perditii sunt, iuxta impre-  
cationem subsequentem. [Confundantur qui me persequuntur, & non confundar ego. Pauca  
illi, & non pauca ego. Induc super eos diem afflictionis & duplici contritione conterere eos.]

*Septimo loco per id quod faciebat figulus opus super rotam, & dissipatum est vas quod fa-  
ciebat e luto manibus suis, conuersusque fecit vas alterum sicut placuit in oculis eius ut  
faceret, dissipacionem significare rebellium Iudaeorum, collectionem gentium: &  
in omnibus irreprehensibile esse iudicium dei.* CAP. X.

**I**udicia dei sunt ista incomprehensibilia, & viae inuestigabiles, super quibus hominem deo  
non respondere, sed humiliter os suum continere oportet. Proinde loco iam septimo quod  
sequitur verbum domini hoc est. [Surge & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Cap. XVIII  
Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod  
ipse faciebat e luto manibus suis. Conuersusque fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis  
eius ut faceret. Et factum est verbum domini ad me dicens. Nunquid sicut figulus iste, non po-  
tero facere uobis domus Israel, ait dominus? Ecce sicut lutum in manu figuli, sic uos in ma-  
nu mea domus Israel.] Magnum reuerentiae documentum, magnum & congruum tacitur-  
nitatis & continentis linguae instrumentum. Deus plastes noster est, nos autem lutum. Nos in-  
quam omnes, tam Iudaei quam Gentes, vna massa, vnum sumus lutum. Non ergo dei iudicia  
nos audacter discutiamus, non figuli nostri digitos reprehendamus. Monet hoc uehementi  
inrepretatione

inreparatione apostolus vas electionis, placitumq; eterni figuli opus. monet, in qua nos, & miserit huc, ut cum propheta isto praesens diuinae potestatis exemplar videamus. Cum enim abiectionem fratrum suorum Israelitarum congemuisset, quid ergo, inquit, dicemus? Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moyse enim dicit. Miserebor cui misereor, & misericordiam praestabo, cui miserebor. Et subinde. Quid ergo adhuc quaeritur? Voluntati enim eius quis resistit? O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid potest figmentum dicere ei, qui se finxit, quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus lutum, ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Nimirum ut haec diceret, ipse quoque mente humili in isto propheta descenderat in domum figuli, & viderat quod domus Israel lutum esset eque ut omne coenum gentium, & quia non pro debito, sed pro sola gratia deus figulus omnium, sumpsit Abraham cum esset lutum Chaldaicum, & ex illo, & ex seminis eius massa lutea, fecit quae voluit vasa misericordiae, vasa honoris & gratiae. Quid amplius illi debebat, quam vniuerso luto generis Adae? Hoc ille sapiens & humilis, & ideo vere sapiens, quia humilis viderat, & humiliter sentiebat, quia non propter figuli inertiam, sed propter incomprehensibilem iustitiam, rebelle lutum in manu eius dissipatum fuerat. Idcirco pio quidem affectu gemebar. Veritatem, inquam, dico, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea, in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, &c. Sed eandem tristitiam suam discreta & prudenti Esai. 10. spe consolabatur, dicens post aliqua. Esaias autem clamat pro Israel. Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris, reliquiae saluae fient. Item. Quia caecitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Nempe & hoc viderat in isto propheta, quia coeuius figulus fecit illud vas alterum, sicut placuerat in oculis eius ut faceret, dixitque. Nunquid sicut figulus iste non potero facere vobis domus Israel? Caeteram & nos qui sumus ex gentibus, credentes in Christum, vas alterum ex eodem luto sumus. Cum enim dixisset idem apostolus, quod si volens deus notam facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa irae apta in interitum, ut ostenderet diuitias bonitatis suae in vasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam, continuo subiunxit. Quos & vocauit non solum ex Iudaeis, sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee dicit. Vocabo non plebem meam, plebem meam. & non misericordiam consecutam, misericordiam consecutam. & erit in loco ubi dicitur eis, non populus meus vos, dicitur eis filij dei uiuentis. Porro ut ad spectandam similitudinem figuli reuertamur, dicamus nunc. Quando figulus ille cognouit figmentum nostrum, suscipiendo de puluerem nostrum, tunc ipse faciebat opus e luto manibus suis super rotam adhibitis digitis suis, id est, donis spiritus sancti, ut perfecta iam in plenitudine temporis, vasa thesauros susciperent misericordiae & honoris. Sed ausum est infelix lutum blasphemare figuli sui digitos, dicendo. Daemonium habet, dicendo, in Beelzebub principe daemoniorum eicit daemonia. Quid igitur nimirum iustissime figulo digitos suos foris contrahente, & cum tota manu feriente. dissipatum est vas dissipatione valida, templo quoque perditum populi diruto, & ciuitate euersa. Quam videlicet dissipationem concedendo propheta dicit post aliqua. [Propterea da filios eorum in famem. & educ eos in manus gladij. Fiant uxores eorum absque liberis, & viduae, & viri earum interficiantur morte. Iuuenes eorum confodiantur gladio in praelio, audiat clamor de domibus eorum. Adduces enim super eos repente latronem, quia foderunt foueam ut caperet me, & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum, aduersum me in mortem. Ne propitius iniquitati eorum, a facie tua non deleatur. Fiant corruetes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.]

*Quomodo inter mala quae obfessa ciuitate regi consulenti responsa sunt, confirmetur propheta, non irritum fore iuramentum domini, dicentis in Dauid, semen eius in aeternum manebit, dum interea dicit: Ecce dies veniet dicit dominus, & suscitabo Dauid germen iustum.*

## CAP. XI.

Cap. XXI. Septem prophetae huius membra praecipua tantummodo distinximus, & quasi in umbra longe praemissa futurum euangelicae veritatis corpus assimilatum esse perpendimus. Quae deinceps sequuntur, ad istius statum temporis, ad illam ciuitatis obsidionem maxime pertinent, atque in primo sermone sic scriptum est. [Interroga pro nobis dominum, (inquit rex Sedechias) quia rex Babylonis Nabuchodonosor praeliatur aduersum nos] &c. Et nihil quidem prosperum, quod ad temporis vel causae illius subsidium valeret, responsum est. sed nihilominus inter mala illa, bona quoque futura sparsim praenunciata sunt. Cum enim dixisset contra Sedechiam inter caetera, [Scribe virum istum sterilem virum qui in diebus suis non prosperabitur, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat ultra in Iuda.] Quasi quaereretur, quid ergo fiet, quo iuramentum deueniet domini dicentis in Dauid, semeliuravi in sancto meo si Dauid mentiar, semen eius in aeternum manebit, & thronus eius sicut

sicut sol in conspectu meo, sicut luna perfecta in aeternum, & testis in caelo fidelis subsecutus, haec de futuro inulit. [Ecce dies veniet dicit dominus & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc nomen, quod vocabunt eum dominus iustus noster.] Isti dies venerunt, & ecce sunt. iam enim suscitauit ex mortuis dominus deus Dauid, germen iustum, & ecce regnat gloria & honore coronatus rex & sapiens est, ita ut stultum eius sapiens sit hominibus, fecitque & adhuc facturus est iudicium & iustitiam in terra. Fecit namque iudicium mundi per passionem suam, mittendo principem huius mundi foras, facturus est iudicium in nouissimo die veniendo cum nubibus caeli in potestate magna. Fecit iustitiam fidei, iustificando omnem qui ex fide est, peccatorum remissione data, faciet iustitiam, reddendo vnicuique secundum opera sua. Haec dixit, & deinceps passiones iusti huius, suis passionibus praecurrit, & ut superius iam dictum est, in typum eius qui mortuus mortem superatus, tempore diruto atque ciuitate exterminata, gentes erat docturus, iste quoque templo & ciuitate superstes, nec mortuus, quauis multa passus exteris prophetiam texuit nationibus. Ac nos nec facultatem, nec propositum habentes, ut cuncta prosequamur, plurimum historiae campum, multamque prophetiae syluam eius praetermittentes, ad lamentationes eius articulum vertamus.

*De lamentationibus, cur singulae sententiae singulis alphabeti literis praenotantur, & quod ipse ordo alphabeti quadruplex sit, idcirco quia prophetae, quadruplex causa lamentandi erat.*

## CAP. XII.

Lamentationes prophetae huius sancti & sapientis veram esse scientiam arbitramur, earumque circa materiam versari rerum, quarum ad cognitionem nos pueri siue infantes sumus, quippe qui non nisi temporalem miseriam, temporaliumque rerum damna deslere nouimus, & si temporalis iucunditas ardeat, captiuitatis nostrae obliuiscimur in qua nati sumus. Pulchre nobis hoc significatur, in eo quod singulae istarum lamentationum sententiae, singulis alphabeti literis praenotantur. Quid enim nobis per hoc innuitur, nisi ut humili conscientia paruulos nos esse iudicemus, quatinus istorum declaratione sermonum illuminari digni habeamur? Scriptum namque est, Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum datur paruulis. Igitur ad istud alphabetum quadruplici ordine distinctum, tanquam pueri a Bece darij disponamur, sub istis vocibus contineri non dubitantes scientiam quae abscondita est sapientibus & prudentibus, ut nec prima nouerint elementa Luctus eius, de quo veraciter dictum est. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Primum hoc intelligentiae ostium est scire, cur lamentationum atque alphabeti ordo sit quadruplex. Aperiat nobis clausis Dauid, & videbimus quod viro huic serio lamentandi causa vel materia sit quadruplex. Prima namque causa extitit vniuersalis captiuitas humani generis, qua proiecti & dispersi sunt omnes filij dei, in primis carnis suae parentibus, gratis venundati & praediciu passj. Secunda causa haec erat populj dei captiuitas Babylonica, quam sub oculis suis viderat, pro qua non lamentari durum fuisset & iniquum, praesertim vniuersi ecclesiae dei, temploque & altari nominis domini viduata, compelleretur barbarorum venari portenta deorum. Tertia causa viro sancto erat, propriae conscientiae humilitas, qui quanto iustior erat, tanto verius praeter communem omnium filiorum dei captiuitatem, propriae status exiliu agnoscebat. Quarta erat causa captiuitas ista deterrima, qua Iudaeos, ut nunc accidit, casuros in ore gladij, & captiuos in omnes gentes ducentes fore prauidebat. Nec enim istam absque compassionis affectu captiuitatem praescire poterat, quippe quam dominus ipse prauidens super ciuitatem ipsam miseram veris lachrymis flebat. His praemissis, nunc iam in rem pergendum est.

*Quo sensu vna illa electorum ciuitas recte dicatur plena populo, domina gentium & princeps prouinciarum, & cur vel quomodo sola sederit, vel sub tributo facta sit.*

## CAP. XIII.

Quomodo sedet ciuitas sola plena populo, facta est quasi vidua domina gentium, principis prouinciarum facta est sub tributo. Aleph doctrina interpretatur, & ut perspicias, primum hoc apud Hebraeos elementum est. Quid ergo sub isto continetur? Secundum illam, quam supradiximus captiuitatem primam atque vniuersalem vigilanter intellige, & tunc deum primum doctrinae coelestis fundamentum te apprehendisse confide. Quanam est ciuitas plena populo, domina gentium, princeps prouinciarum? Nimirum illa sancta ciuitas Hierusalem mater omnium nostrum, cuius ciues atque populares, siue municipales sumus nos quicquid credentium. Ista ante constitutionem mundi iam in praesentia siue praedestinatione dei plena erat populo, numerati apud illum erant qui sunt vel futuri sunt ex eius populo sancto, populo electo. Haec domina gentium & princeps est prouinciarum, quia quantum iumentis humana natura pro dignitate rationis, tantum ipsa gentibus vel prouincijs pro dignitate fidei, pro cognitione

Iohan. 12.

Matth. 19.  
Rom. 2.Psal. 118.  
Matth. 17.  
Matth. 5.

Esai. 55.

Luc. 19.

THREN  
CAP. I.

Galat. 4.

PPP cognitione



cegnitione vel amore sui creatoris praeclit. Quomodo factum est, ut ista sederet sola, fieret quasi vidua, penderet tributa: Nimirum praeuaricando, scilicet peccante homine vno, homine primo, nam in illo peccavit, & praeiudicium passa est vniuersa posterorum eius multitudo. Ex eo contigit ut sederet sola, sederet quomodo vidua, virum suum deum non habens ciuitas sancta, sancta per fidem ecclesia de paradiso proiecta, in hoc mundo peregrina exulando, moriendo, malo domino, id est, peccato solues tributa poenalia. Hoc veraciter initium doctrinae est, ut credamus & confiteamur, quia omnes in Adam peccauimus, quatinus consequenter per Christum iustificemur in quem credimus.

*In qua nocte plorans plorauerit, & in quibus maxillis eius lachryma eius.*

BE TH, id est, domus.

CAP. XIII.

**P**lorans plorauit in nocte, & lachrymae eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Vere plorans plorauit in nocte, & ploratum eius audiuit, si non dormiuimus in ipsa nocte. Verbi gratia. Cum in persona eius dicit sanctus Iob. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sic nox illa solitaria, nec laude digna. Nox illa, diabolus est tenebrarum princeps, simulat & per mendacem transfigurationem dies, vere autem nox. In illa autem nocte homo male natus, & eius noctis filius factus est, acquiescendo consilijs eius nequam, & de secreta paradisi requie quasi de vulua in istam mortalitatis miseriam profectus est. In illa nocte, id est, pro illius noctis consideratione, plorans plorauit illa domina gentium, illa princeps provinciarum. Sed nunquid omnes qui ex illa ciuitate sancta erant vel sunt, istud plorando plorare nouerunt? Non utique, imo ploratus iste paucorum, ploratus iste perfectorum est. Bene ergo cum dixisset, plorans plorauit in nocte, continuo subiunxit, & lachrymae eius in maxillis eius. Maxillae quippe huius dominae, viri excellentes saepe, videlicet patriarchae & prophetae, qui velut maxillae semper patentes in facie, & non ut plerumque corporis partes pannis contectae, ipsi quoque pro excellentia gratiae sibi collatae, meruerunt in sancta dei ecclesia non latere. In istis autem maxillis dominae sunt lachrymae eius. Ipsi enim plorauerunt, peregrinos & aduenas se esse confitentem super terram, & videmus quas imitemur lachrymas eorum, ut risum reputemus errorem, & gaudio dicamus, quid frustra deciperis. Ita plorante illa, non est inquit, qui consoletur eam ex omnibus charis eius, imo omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Oderunt enim hi, qui nunc vident amatores mundi, ploratum eiusmodi, & quamlibet chari siue amici, id est cognati sint siue propinqui, separantur & longefugiunt ab ea sensibus contrarijs.

Hebr. 11.

Ecl. 2.

*Quod electorum vniuersitas Iuda sit, & quo migrans afflictionem vel seruitutem inciderit.*

GIMEL, id est, plenitudo.

CAP. XV.

**M**igravit Iuda propter afflictionem & multitudinem seruitutis, habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Iuda confessio interpretatur, quo nomine ciuitas illa recte significatur, cuius totum opus vel omne officium confessio est. Vnde Psalmi. cum dixisset. Illuc enim ascenderunt tribus tribus domini, testimonium Ibrahe, continuo quasi quaereres, ad quid illuc ascenderunt, vel quid ibi sunt facturi, ad consuetudinem, inquit, nomini domini. Quo ergo vel vnde migravit? A luce ad tenebras, a requie ad laborem, a regno ad captiuitatem, a patre ad hostem, a vita ad mortem. Quare? Propter afflictionem & multitudinem seruitutis. Mira res. Nunquid afflictionem desiderabat, & multitudinem seruitutis, & ideo migravit? Non utique, sed sufficientiam, & libertatem se sibi acquirere existimauit. Verum quicquid illud est, quod hoc modo quaesuit quod extra deum inuenit, afflictio est & multitudo seruitutis. Idcirco dominus ipse omnibus dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Et sanctus Iob. Quare, inquit, posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihi metipsum grauis? Mira & miserabilis deceptio migrantis, quia dum migrat spe diuinitatis, quam fallax serpens promisit, nihil aliud inuenit quam afflictionem & multitudinem seruitutis, afflictionem videlicet mortalitatis, qua sibi metipsum grauis sit & multitudinem seruitutis peccati, tor enim dominis seruit, quor vitijs. Migravit igitur de magno bono ad magnum malum, & habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Hoc ad caetera mala pessimum accessit, quod habitauit inter gentes, ut, verbi gratia, iustus ille qui habitans inter Sodomitas utique non inueniebat requiem, sicut de illo scriptum est. Et iustum Loth oppressum a nephandorum iniusta ac luxuriosa conuersatione eripuit. aspectu enim & auditu iustus erat habitans inter eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Adhuc audi. Persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias. Parum erat habitantem inter gentes aspectu iniquorum operum cruciari, nisi & persecutionibus compelleretur consentire malis. Vnde Psalmista

Psalm. 111.

Matth. 11.  
Iob. 7.

2. Pet. 2.

Psalmista ait congemiscens. Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cum habitantibus Cedar, multum incolatus fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

*Quae viae lugent, eo quod non sint qui veniant ad solennitatem: & quae sit illa solennitas, quae destructio portarum: vnde gemitus sacerdotum, & squalor virginum.* CAP. XVI.

DELETH, id est, tabulae.

**V**iae Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solennitatem. Omnes portae eius destructae. Sacerdotes eius gementes. Virgines eius squalidae, & ipsa oppressa amaritudine. ] Principalis quidem via est via Sion Christus, qui dicit. Ego sum via, & ipse una principalis porta, ipse nihilominus vnus & summus sacerdos est Sion. Veruntamen & omnis qui alijs exemplo eius tam verbo praedicationis, quam exemplo boni operibus, ad vitam ducatur praebent, viae Sion & portae eius atque sacerdotes sunt. Quam ob causam istae viae lugent, & istae portae destructae sunt, & isti sacerdotes gemunt. Eo, inquit, quod non sint qui veniant ad solennitatem. Luctus iste vel gemitus magnae charitatis est, lugere quod non sint qui veniant, imo per pauci sint qui veniant ad solennitatem veritatis & vitae, quo multos perdere cupiunt, destructionem suimet libenter passuri, si modo ad illam solennitatem per occasionem destructionis eorum multi veniant. Tales in psalmo dicunt. Dediti nos tanquam oves escarum, & in gentibus dispersisti nos. Vendidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Et est dictum a similitudine alicuius qui rem suam vendit, & nullum vel paruum inde pretium accipit. Vendidisti inquit, id est, permisisti occidi populum tuum sine pretio, & si aliquos pro eis recepisti, non fuit multitudo in commutationibus eorum, non multos acquisisti ad comparationem occisorum, quia fortassis vbi mille interficiebantur, vix duo vel duo conuertebantur. Propter hoc praedictae lugent viae vel portae Sion, sacerdotes gemunt, virgines eius squalidae sunt, id est, caelibem vitam ducentes mundo huic despiciabiles sunt, & ipsa idcirco oppressa amaritudine. Sed haec ipsa amaritudo fructum parit dulcedinis aeternae. Hic iam quatuor literae vocibus istis praedictae continuantur de sunt. Plenum quippe proprijs sensum interpretationibus perficiunt. Aleph, doctrina, Beth, domus, Gimel, plenitudo. Deleth, tabulae interpretantur. Porro domus dei ecclesia est, & tabulis sacra lex inscripta est. Est igitur sensus. Doctrina ecclesiae dei, plenitudo legis est, charitas est, cuius videlicet charitatis perfectae lamentatio haec est.

*Quomodo hostes in capite facti & inimici locupletati sunt, & paruuli eius in captiuitatem ducti.*

HE, id est, ista.

CAP. XVII.

**F**acti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt, quia dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius. Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem a facie tribulantis. ] Et hoc ad miseriarum accedit cumulum, quod qui hostes vel inimici sunt ecclesiae, principantur in hoc mundo, & capita populorum sunt, locupletantur, & diuites sunt, vnde & valentiores sunt ad persequendum, fortiores ad occidendum. Videlicet aliorum in hoc seculo Cain, quam Abel, locupletior Elau, quam Iacob, Ira & in caeteris ferè vsque ad finem seculi. Hoc idcirco, quia dominus locutus est super eam, propter multitudinem iniquitatum eius, ut videlicet occidente Cain, persequente Elau, recipiat ipsa in praesenti seculo, quod meretur, & non cum illis in futuro puniatur. Sed illud magis dolendum, & penè inconsolabile est, quod nonnunquam sit, ut paruuli eius ducantur in captiuitatem a facie tribulantis, id est, infirmi atque imperfecti filij eius corrumpantur exemplis, decipiantur persuasionibus, terreatur minis, atque ita cedant in praedam aduersarijs.

*De praelatis, & quomodo vel quando arietes absque pascuis abeant sine fortitudine ante faciem subsequentis.*

CAP. XVII.

VAV, id est, est.

**E**gressus est a filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. ] Haec pro parte Sion infirmiore dicta, recte intelliguntur. Nam ea quae vera, & vere fortis est Sion, intus omnem decorem, intus habet omnem gloriam, iuxta illud. Omnis gloria eius filiae regis ab intus. Caeterum de illa quae pro omni religione in oculis omnium gloriatur, recte dicas, quia egressus est a filia Sion omnis decor eius. Item & hoc recte dicas, quia facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua, & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis, quotiescunque praelati sic viuunt, quasi ignorent mandata, quasi non legerint scripturas, absque fortitudine animae subditi peccatis, caedentes impellentibus vitijs.

PPp ij

Illud

**E**T recordata est Hierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium deside-  
rabiliū suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cum caderet populus eius in manu  
hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius. ] Dies afflictio-  
nis Hierusalem, dies præsentis vitæ sunt. Nam vita hæc afflictio est, peregrinatio est, captiui-  
tas est. Porro desiderabilia eius, quæ habuerat à diebus antiquis, eloquia sunt vel iudicia do-  
mini, quæ in diebus antiquis accepit, desiderabilia super aurum & lapidem preciosum mul-  
tum, dulciora super mel & sauum. Horum desiderabilium acceptioni statim præuaricatio ob-  
uenit. fecerunt enim vitulum in Oreb, cum adhuc tabulæ scriberentur in monte Sina. & extitit  
non cessauerunt præuaricari. Huius afflictionis suæ, quam diximus, & præuaricationis, horum  
desiderabilium suorum, recordata est Hierusalem. Sed quando recordata est? Cum caderet po-  
pulus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. cum vacaret hostibus videntibus eam insul-  
tare religioni, & deridere sabbata eius. Hoc verè lamentabile est, quòd non aliter huius inco-  
latus sui, & peregrinationis suæ recordari poterat, nisi malis premeretur, nisi malis conculca-  
retur ab hostibus, nisi in manus gentium traderetur. Mallem, inquit, vt sponte recordaretur,  
mallem vt & prosperis abundaret, & nunquam prosperis falleretur. vt & transitorijs vteretur,  
& æternorum nunquam obliuisceretur.

Pfal. 118.  
Exod. 32.  
Deut. 4.

Quòd peccato superbiæ precedente, anima instabilis fit, & de vitio in vitium cadat, &  
qui sensus horum quatuor elementorum, HE, VA V, ZAI, HETH. CAP. XX.

**P**eccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant  
eam, spreuerunt eam, quoniam viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens & con-  
uersa retrorsum. ] Propterea, inquit, instabilis facta est, & de vitio in vitium cadit, quia pecca-  
tum peccauit. Non ergo pro ipsa instabilitate sua deum accuset. etenim nõ idcirco peccatum  
peccauit, quia deus eam instabilis naturæ condidit. sed idcirco instabilis facta est, quia pecca-  
tum peccauit. Quod peccatum? Peccatum superbiæ, quæ & de angelis dæmones fecit. Vnde  
Psalmita, cum dixisset, Non veniat mihi pes superbiæ, subsecurus adiunxit. Ibi ceciderunt qui  
operantur iniquitatem. expulsi sunt, nec potuerunt stare. Hoc peccatum vniuersa Hierusalem  
primitus peccauit in Adam. vnde & sic instabilis facta est, tam vanitate animi, quam morta-  
litate corporis, vt nunquam restitui posset, nisi per solam Christi gratiam. Deinde & singula-  
riter quæq; anima quæ viriliter stare non meretur, lapsa à priori statu, ita vt qui prius glori-  
ficabant eam spernant, versa vice, videntes ignominiam eius. spernant, inquam, gementem  
& conuersam retrorsum. respiciat semetipsam, & inueniet, quia latè peccatum superbiæ præ-  
cessit, & propter illud instabilis facta sit, ac de vitio in vitium ceciderit. Rursus quatuor li-  
teras copulemus, HE, VA V, ZAI, HETH. HE, ista. VA V, & ZAI hæc. HETH, vita interpreta-  
tur. Et est sensus. Ista & hæc vita sunt. Ista, inquam, & quæcunque huiusmodi sunt perfecta, me-  
ditationi & memoriæ mandata, ad vitam proficiunt.

Pfal. 33.

Quòd verè lamentabile sit, sordes in pedibus habere. CAP. XXI.

**S**ordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer non habēs  
consolatore. Vide domine, & considera, quoniam facta sum vilis. ] Sordes, inquit, eius in  
pedibus eius. Cuius eius? Domine gentiū in clytæ & prouinciariū principis, quæ recordari de-  
buisse finis sui, vt terram sordidam non tangeret pedibus, non ambiret terrena affectu cupi-  
ditatis, sed corpore hic exulans, mente conuersaretur in cœlis. Non sic fecit, non sic recordata  
est finis sui. sed deposita est vehementer amando terram, & obliuioni tradendo altitudinē cœ-  
li, non habens consolatore, imo non quærens, nec præ oculis habens virum qui in cœlo est  
consolatore, dum vanam in terra quærit consolationem. Dicat ergo nunc saltem communi-  
ra dum cadit populus eius in manu hostili. dicat, inquam, saltem nunc rediens ad cor præua-  
ricatrix. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis.

Qui sensus sub interpretatione horum elementorum contineatur, T H E T H, I O D, &  
quòd confessio bonum sit iustitiæ principium. CAP. XXII.

**M**anum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, quia vidit gentes ingressas san-  
ctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. ] Idcirco confi-  
teatur

teatur & verè dicat. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis, quia misit hostis dia-  
bolus manum suam & polluit omnia desiderabilia eius, & quia vidit gentes, id est, vniuersas  
vitiatorum phalanges, ingressas sanctuarium pectoris sui, de quibus præceperas deus, vt eccle-  
siam tuam non ingrederentur. Iungamus hæc duo elementa, T H E T H I O D: T H E T H, Psal. 118.  
bonum, I O D interpretatur principium. Et est sensus. Confessio ista bonū principium est, dum  
dicitur. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis, propter causas huiusmodi. Nam  
iustus in principio accusator est sui.

Quomodo priores sancti dederint preciosa quæq; pro cibo ad refocillandum animam, id est,  
nondum rem, sed spem obtinuerint promissionis, quam audierant. CAP. XXIII.

**O**mnis populus eius gemens & quærens panem, dederunt preciosa quæq; pro cibo ad  
refocillandam animam. Vide domine & considera, quoniam facta sum vilis. ] Omnis,  
inquam, populus eius, videlicet pro meliori parte perfectorum, gemens & quærens panem.  
Nam omnis quidem populus dominæ & principis huiusmodi gemendi causam habet, & pa-  
ne indigens. veruntamen non omnis famem suam intelligens, non omnis panem suum quere-  
re sciens. Quem enim panem, nisi illum, quem propter pomum vetitum perdidit primus pa-  
rens? Panem verum, qui est cibus angelorum, hæc domina non habebat. & idcirco fame po-  
pulus eius deficiebat. tunc saltem omnis gemens & istum panem quærens, cum apud inferos  
famelicus expectaret istum de cœlo descendurum panem, daturum vitam mundo. redditurū  
dei visionem, inimicitiarum pariete soluto. Interim antequam viuus iste panis descenderet,  
dederunt preciosa quæq; ad refocillandam animam. Habuerunt enim preciosam fidem, præ-  
ciosam dei dilectionem patres sancti, & patriarchæ magni. & hæc dederunt pro cibo spei,  
qua suam refocillarent animam, sed non refecerunt aut saturauerunt. Beata spe promissionis,  
quam audierant, animas suas diu sustentauerunt, & inde beati, & ralem habere spem pro-  
pter suam fidem, propter dilectionem & obedientiam suam meruerunt. Vide, inquit, domine  
& considera, quoniam facta sum vilis. In quo vilis? In eo quòd propter vilem cibum ligni vetitū  
vinum panem amisi, & omnis populus meus fame extabit.

Quod ait: Videte si est dolor, & cetera: & omnem dolorem vanum esse, qui accidit pro  
qualibet alia re caduca, & hæc duo elementa iuncta, CAP. LAMECH, quem sen-  
sum habeant. LAMECH, id est, cor CAP. XXIII.

**V**os omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Quo-  
niam vindemiauit me, vt locutus est dominus in die furoris sui. ] Qui, inquit, trāsitis per  
viam, qui cognoscitis, qui confitemini, quia peregrini estis & aduenæ super terram, manentē  
hic ciuitatem non habentes, sed futuram inquirentes. vos omnes attendite & videte, si est do-  
lor sicut dolor meus. si est causa pro qua iure quis doleat extra causam, pro qua est dolor  
meus. Nempe omnis dolor qui non est meus, leuis est, & vanus, cum sit pro vanis & caducis  
rebus. sicut e contrario omne gaudium, quod non est meum, vanum est, eo quòd de vanitate  
pendeat rerum temporalium. Meus enim dolor vnde est? Ex eo quia vindemiauit me, vt lo-  
cutus est dominus in die furoris sui. dies furoris ille fuit, de quo primis hominib; dixit. Quo-  
cunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini. Comederunt, & dies ille in quo comede-  
runt, dies fuit furoris. qui furor & iustam animabus mortem, & iustam corporibus mortalita-  
tem intulit. Tunc locutus est dominus, quòd puluis fuisset, & in puluerem reuersura essem. Si-  
cut tunc locutus est, ita extunc me vindemiauit, & vsq; in finem vindemiare non desinit, quo-  
tidie de vinea succidendo botros meos, quotidie per mortem carnis auferendo filios meos.  
Iuncta hæc duo elementa. CAP. LAMECH, id est, manus. LAMECH, quod interpretatur cor, iun-  
cto sensu manum cordis, id est, opera requirunt eius quæ in corde est fidei. Alioquin quid si-  
des proderit, cum sine operibus mortua sit?

Quòd propter humiliandam animam, mortalem fecerit deus conditionem corporis,  
& ipsam animam multis permittat passionibus affici CAP. XXV.

**D**ē excelso misit ignem in ossibus meis, & erudiuit me, expandit rete pedibus meis, con-  
uertit me retrorsum, posuit me desolatam, tota die moerore confectam. ] Ignem, inquit,  
misit in ossibus meis, de excelso iudicij sui solio, ignem vtiq; lamentabilem, ignem non lu-  
centem, sed confluentem, exiccantem, deuorantem. Ignis iste mortalis conditio est, qua virilis  
iuuentus paulatim desiccata in aridum cōtrahitur arque corrugatur senium, tandemq; omni  
humore consumpto soluitur atque dissipatur in fauillam & cinerem. Attamen hoc igne eru-  
diuit me, vt discerem non superbire, vt scirem incedere demisso capite, vt intelligerem quod  
PPp ij Adam

CAP. II. Adam noluit intelligere, scilicet me, non deum, sed puluerem esse. Amplius autem vt erudiret me, expandit rete pedibus meis, id est, legem dedit mihi. Quid enim lex, nisi rete expandit pedibus meis? Non quidem lex rete peccati, sed peccatum non cognoui, nisi per legem. Rom. 7. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Ergo quando legem mihi dedit, & gratiam distulit, expandit quodammodo rete pedibus meis, atque hoc modo conuertit me retrorsum. Nam cum venisset mandatum, peccatum, quod sine lege mortuum erat, reuixit. Ego autem mortua sum, & inuentum est mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Itaque posuit me desolatam tota die, mortore confectam, vt moerens dicam. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Rom. 7. Quod homo faciendo malum seruus sit peccati, & non nisi per gratiam dei poterit liberari. NVN. id est, eternum. CAP. XXVI.

Vigilauit iugum iniquitatum mearum in manu eius. conuolutæ sunt, & impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea. dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere. Iohan. 8. Iugum enim, inquit, iniquitatum mearum vigilauit. Omnis enim qui facit iniquitatem, seruus est iniquitatis, quodammodo vigilantis, ne seruus effractus compede, per noctem fugere possit. Vult enim interdum effugere seruus peccati, sed eo negligenter volente & sæpe multum dormitante, peccatum non dormit. Iniquitates meæ in manu eius conuolutæ sunt, ad modum reus aut vinculorum, & impositæ collo meo, collo hominis, in quo superbia sedit, vnde & libenter audiuit dictum illud. Eritis sicut dii. Pugno & repugnare volo, sed infirmata est virtus mea, quia nondum venit liberatrix gratia. Dedit me dominus in manu, de qua non potero surgere. subauditur, nisi venerit gratia eius liberans me.

Quod in nullo patrum vel patriarcharum salus esse potuerit, & quod ipsi quoque mortales fuerint: Et quid hæc tria elementa, MEM, NVN. SAMECH, iuncta significant. SAMECH, id est, adiutorium. CAP. XXVII.

Abtulit omnes magnificos meos dominus de medio mei, vocauit aduersum me tempus, vt cõterer electos meos. Torcular calcavit dñs, virgini filia Iuda. Magnifici mei, electi mei, patriarchæ fuerunt, magni quidem & iusti & sancti, sed in nullo eorum mihi licuit gloriari, nec enim in aliquo eorum fuit salus. Abstulit eos de medio mei, mortui enim sunt, & nemo ex illis potuit eruere animam suam de manu inferi. Vocauit aduersum me tempus, vt conterat illos electos meos, constituendo terminos eorum quos præterire non poterunt. & hoc a. uersum me, vt non liceat mihi gloriari in homine. Hoc modo torcular calcavit virginis filia Iuda, id est, mihi filia suæ confessionis, quæ virgo esse, id est, nullum præter ipsum creatorem meum aspicere debui. Torcular, inquam mihi calcavit, vt amaritudine inebriaret me, qui fructus est peccati. Tres iam dictæ cõiungantur literæ. MEM. id est, ex ipsis. NVN. quod interpretatur æternum. SAMECH, id est, adiutorium. Et est sensus. Ex ipsis æternum adiutorium. Quibus ex ipsis? Videlicet quæ superioribus quatuor elementis significata sunt, THETH, IOD, GAPH, LAMECH, id est, bono principio confessionis, & manu cordis, per quam intelliguntur opera fidei.

Quod verè antiquæ ecclesiæ idcirco fuerit plorandum, quia consolator longè factus est. AIN, id est, fons. CAP. XXVIII.

Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longè factus est cõsolator à me, conuertens animam meam. Facti sunt filij mei perditij, quoniam inualuit inimicus. Idcirco, inquam, quia de excelsis misit dominus ignem in ossibus meis, quia vigilauit iugum iniquitatum mearum, quia abstulit omnes magnificos meos, de medio mei. Amplius autem, quia longe factus est à me, & nondum venit qui venturus est consolator Christus dominus, qui conuertat animam meam in requiem & libertatem suam, & interim sunt filij perditij, descendunt enim ad inferos, quoniam inualuit inimicus custodiens atrium suum tanquam fortis armatus. idcirco ego plorans, & idcirco oculus meus deducens aquam lachrymarum.

Quod non potuerit Sion expandendo manus suas consolari. CAP. XXIX. PHE, id est, os.

Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. Mandauit dominus aduersum Iacob in circuitu eius, hostes eius. Facta est Hierusalem quasi polluta menstruis intercos. Manus suas, id est, opera legis, & iustitias carnis expandit Sion, sed propter opera illa non est qui consoletur eam, non enim dominus per illa iustificat eam. Sed quid? Si taliter expandis manus, se iustificari arbitretur, mandauit dominus hostes eius, id est, peccata eius in circuitu

circuitu eius, & multo plura, imò sine comparatione multa sunt peccata eius, & mille iustificationes eius, quasi si sit polluta menstruis alio quoque propheta testante, cum dicit. Factus sum Esai. 64. vt immundi omnes nos, quasi pannum menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.

Quod os domini ad iracundiam prouocauimus, videlicet culpam defendendo in Adam: & quid simul istæ tres literæ significant, AIN, PHE, ZADI. CAP. XXX. ZADI, id est, iustitia.

Vstus est dominus, quia os eius ad iracundiam prouocauit. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meum. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. Non, inquit, propheta in omnibus his deum accusat Sion, nam iustus est dominus, & rectum iudicium eius, sed accusat semetipsam, quia os domini, ad iracundiam prouocauit. subauditur in Adam, in quo & peccauit. Et quomodo os domini ad iracundiam prouocauit? Videlicet quia peccatum suum defendit, etenim peccati defensio iustæ iracundiæ causa exitit. Audite, inquit, obsecro vniuersi populi, etenim vobis quoque annuntiandum est, vt audiat & dolorem meum videbitis, quia virgines meæ & iuuenes mei in captiuitatem abierunt, imò & in captiuitate nati sunt. Virginum mearum, iuuenum meorum, id est, omnium ad me pertinentium, paruorum atque magnorum, infirmorum atque fortium, non hic locus est, non hoc regnum, sed incolatus & exilium. Hoc vos audite, & ad veram & manentem ciuitatem, & vniuersi populi simul properate. Iunctæ simul tres literæ, AIN, id est, fons, FE, quod interpretatur os. S A D E, id est, iustitia cõsignificant sensum hunc. Fons oris iustitiæ. Neperatilis lamentatio, talis confessio fons est oris, cui subest vena iustitiæ, veritatem ministrans, vt non deum accuset, sed se.

Quoties ecclesia sacerdotes sibi constituit, toties deceperunt eam, de his intelligi, qui semetipsos pascent, & quæ sua sunt, querunt. CAP. XXXI. C O P H, id est, vocatio.

Vocauit amicos meos, & ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei, & senes mei in vrbe consumpti sunt, quæsierunt cibum sibi, vt refocillarent animam suam. Quos, inquis, vocauit amicos meos? Sacerdotes meos, senes meos. Quoties sacerdotes mihi constitui, quoties senes mihi præfeci, toties amicos meos mihi vocauit, vt viderent dolorem meum, vt consolarentur me, vt lenirent malum meum. At ipsi quoque deceperunt me, erant enim amici mentis, quærentes quæ sua essent, non quærentes filiorum meorum salutem. Quotusquisque enim talium fuit amicorum, qui verum redderet amicitia fructum? Vix ipse Aaron suum executus est officium, sicut decebat amicum. Ferè omnes in vrbe consumpti sunt, id est, in causa mea quasi non essent obmuerunt, quia quæsierunt sibi cibum, vt refocillarent animam suam, quæsierunt lucrum suum sibi, & iuxta prophetam pastores vocati nō gregem, sed semetipsos pascebant.

Quomodo in illo in quo omnes peccauimus venter noster conturbatus sit, & cor nostrum subuersum, id est, corpus mortale factum est: & quid duo hæc elementa, C O P H, R E S, iuncta significant. CAP. XXXII. R E S, id est, caput.

Vide domine quoniam tribulor, venter meus conturbatus est, subuersum est cor meum, in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum. Foris interfecit gladius, & domi mors similis est. Quoniam vocauit amicos meos, & ipsi deceperunt me, tu domine qui solus laborè & dolorem consideras, vide quoniam tribulor, quoniam venter meus conturbatus est, & cor meum subuersum est, id est, quoniam homo totus duplici morte mortuus est. venter meus, id est, quod exterius est hominis mortale est, & idcirco iam mortuum, quia certissime moriturus est. Porro cor meum, id est, quod interius est hominis, iam dudum mortuum est, videlicet ex quo peccatum admissum est. Ita foris & intus amaritudine plena sum. Quid dixerit venter meus conturbatus est, & cor meum subuersum est, penè exposuit subiungendo. Foris interfecit gladius, & domi mors similis est. Nam foris quasi in ventre interfecit gladius, dum iusta sententia mortis anima à corpore separatur. domi autem, id est, in corde mors similis est, dñi sicut separatione animæ corpus moritur, ita separatione dei anima mortua est. Iungamus duo hæc elementa, C O P H, quod interpretatur vocatio, & R E S, quod interpretatur caput, vt vocacionem capitis, id est Christi, qui ecclesiæ caput est, intelligamus. Nam quia vocauit, inquit, amicos meos, & ipsi deceperunt me, vocat nunc caput suum Christum, dicendo. Vide dñe quoniam tribulor, sperans quod per illum & conturbationem ventris, & subuersionem cordis reparatura sit, id est, quod tam corporis quam animæ resurrectione resurrectura sit.

PPP iij Quomodo

Quomodo inimici, id est, maligni spiritus in malo generis humani lætati sint, & quomodo  
e regione lætabitur super illos ecclesia in die iudicij. CAPVT XXXIII.

S I N, id est, dentes.

**A**vdierunt, quia congemisco, & non est qui consoletur me, omnes inimici mei audierunt  
malum meum. Lætati sunt, quoniam tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & sicut  
similes mei. Qui nam inimici mei audierunt malum meum, & lætati sunt? Draco ille magnus,  
serpens antiquus, qui vocatur diabolus, & satanas, & angeli eius audierunt, quia ingemisco, &  
irridentes dicunt, non est qui consoletur eam. Audierunt (inquam) isti inimici mei malum meum,  
& quasi triumphum ducentes pro victoria lætati sunt, captiuitatem vniuersam quam in pri-  
mo homine cœperunt agentes cum insultatione, ante superbiam suam currum. Sed quid? Mihi  
adduxisti diem consolationis, adduxisti, inquam, nam ita certum est, quasi iam adduxeris, pro-  
misisti enim Abraham deus qui non mentiris, diem consolationis, diem Christi videntibus inimi-  
cis meis, qui nunc lætantur, quoniam tu malum meum iusta ira fecisti. Et cum adduxeris diem  
consolationis, sicut similes mei. Quomodo similes mei? Nimirum ut ego versa vice audiam, imò  
& videam malum eorum in die iræ & reuelationis iusti iudicij tui.

Quomodo vindemiandi sint illa vindemia irrecuperabili, damnatione irrevocabili, habente  
ecclesia diem consolationis, & quid duo elementa nouissima, Sin, Thau, iuncta signifi-  
cent. T H A V, id est, signa. CAP. XXXIII.

**I**ngrediatu omne malum eorum contra te, & deuindemia eos, sicut deuindemiafi me,  
propter omnes iniquitates meas. Multi enim gemitus mei, & cor meum gemens. Omne  
(inquit) malum eorum ingrediatu coram te, & deuindemia eos. Nam ingressum est quidem  
iam malum eorum coram te, sed non omne. Et vindemiafi iam, sed non deuindemiafi eos.  
Olim quippe malum eorum, id est, superbia qua super cæteros angelos tumuerunt, dicente  
principe eorum diabolo, similis ero altissimo, hoc, inquam, malum eorum coram te, ingre-  
sum est, & pro hoc vindemiafi, id est, iudicasti eos de cælo nanque proiecisti, & in istum ca-  
Esaie 14. liginosum aerem deuoluisti eos. At verò malum illud alterum, quo me plasma tuum per ser-  
pentem deceperunt, nondum coram te ingressum est, nondum tuo iudicio requisitum est,  
quod ex me erat malum coram te ingressum est, etenim tu requisisti, primum dicens viro  
Adam. Vbi est quis enim indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno quo præce-  
peram tibi ne comederes, comedisti? deinde dicendo mulieri, quare hoc fecisti? Ita quod ex  
me erat malum coram te ingressum est, & pro hoc vindemiafi me primum dicendo mu-  
Gen. 3. lieri. multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, & in dolore paries filios tuos. deinde  
ram viro quam mulieri, quia pulvis es, & in puluerem reuertèris. Non ita tunc quod ex dia-  
bolo erat malum coram te ingressum est, neque enim requisisti, aut pœnam intulisti pro eo  
quod serpentem ingressus hominem decepit. Igitur omne malum eorum, omne malum dia-  
boli, & angelorum eius, ingrediatu coram te, in nouissimo magni iudicij die, & qui me iam  
vindemiafi, tu illos deuindemia, vindemia irrecuperabili, damnatione interminabili. Nec  
enim mirentur solummodo vindemiari, quod iam factum est eis, quando de cælo proiecisti  
eos, sed & deuindemiari digni sunt, ut tollantur in ignem æternum, & non requirantur in  
omnia secula seculorum. Porro mihi (ut iam ante dixi) adduces diem consolationis. Quare?  
Quo iudicio? Iudicio misericordiæ. multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens, quæ  
sunt insignia pœnitentiæ. Duo hæc elementa nouissima S I N, quod interpretatur den-  
tes, & T H A V, id est, signum, adiuicem copulemus, ut dicamus sic, dentium signa. Porro  
per dentium signa omnis intelligit sancta scriptura, quæ dentibus formatur omnis loquela. Quid  
hoc ad rem præsentem? Videlicet, ut quod perpulchrum est intelligamus ea, quæ sub istis  
continentur literis duabus illa esse, quæ nobis categorizat omnis scriptura diuinitus inspi-  
rata. Quid enim aliud nobis prædicat, nisi post illud malum decepti hominis pro quo læta-  
ti sunt omnes inimici, adducendum fuisse ecclesiæ diem consolationis, id est, primum ad-  
uentum C H R I S T I filij dei, & post hæc futurum esse iudicium, quo diabolus & ange-  
li eius, & cum illis omnes impij deuindemiandi sunt, & mittendi in ignem æternum? Fac  
ergo lamentatione finita, quid sequens causæ habeat breuiter dictum superius, & adhuc  
dicendum est.

Quod sequenti alphabeto illius temporis lamentatio subtextitur, quando Nabuzardan  
Hierusalem igni succendit, simulque cum ea domum domini combussit.

CAPVT XXXV.

**O**mnem quæ in sequenti alphabeto subtextitur lamentationem, super illa intelligemus  
terrena Hierusalem, quam tunc tēporis Nabuzardan princeps exercitus seruus regis  
Babylonis,

Babylonis, succendit, & combussit igni, simulque cum ea domum domini, & domum regis, mu-  
ruisq; Hierusalem in circuitu destructis, reliquias quoque vulgi transfudit in Babylonem, tantum  
de pauperibus terræ relinquens vitatores & agricolas. Hoc verè sancto & sapienti viro lamen-  
tabile fuit, non solum propter ipsam magnitudinem cædis & incendij, verum & propter du-  
ritiam gentis peccatricis, quia non propter peccata exigua factum est, ut tanta populo suo  
deus qui naturaliter miserator est & misericors, mala inferret. Ad huius alphabeti lamenta-  
tionem disponendi sunt omnes, qui hodie quoque in verbis mendacij confidunt, quemadmo-  
dum illi quibus lamentator iste prius dicebat. Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes, Hierc. 7.  
templum domini, templum domini, templum domini est. Etenim hodie quoque sunt plerique  
infantes, qui auro vel argento, & marmorum crustis atque pulchris parietibus templi ma-  
nifesti, deum qui spiritus est, putent delectari, & de semetipsis non perpendunt quales sint, vel  
quod debeant ipsi esse templum sanctum dei, testante Apostolo, cum dicit. Templum dei sanctum  
est, quod estis vos. Talibus igitur proponatur alphabetum hoc.

Quo respectu Hierusalem vocauerit scabellum pedum domini, & quomodo illam dominus  
de cælo in terram proiecerit. A L E P H. CAP. XXXVI.

**Q**uomodo obtexit caligine in furore suo dominus siliam Sion, & proiecit in cælo in ter-  
ram inclutam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui. CAP. II.  
Scabellum pedum domini, ciuitatem Hierusalem nuncupauit, videlicet eo respectu, quo  
& ciuitatem illam sancta scriptura nominare consuevit, nimirum propter cultum diuinæ re-  
ligionis, & templum nominis domini, quod iuxta rationem temporis qualicumque ritu pri-  
mitus in ea ciuitate celeberrimum fuit. Nam & propter eandem causam in omni scriptura  
sancta typum gerit ecclesiæ Christi, in qua nunc per omnem terram vero ritu inuocatur  
nomen domini. Et tunc quidem, quia in illa sola ciuitate inuocabatur nomen domini, so-  
la merebatur dici, scabellum pedum domini. nunc autem quia in omni terra inuocatur no-  
men domini, & omnis terra plena est ecclesijs Christi, recte omnis terra meretur dici sca-  
bellum pedum domini. Vnde est illud propheticum, id est, de futuro dictum. Cœlum mi-  
hi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Et dominus in euangelio cum dixisset  
neque per cœlum iuraueris, quia thronus dei est, continuo subiunxit, neque per terram, quia  
scabellum pedum eius est. Iam quippe res in præsentiarum erat, ut fieret quod Psalmista ce-  
Esaie 66. cinerat. Exaltare (inquens) super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. Nunc vide  
Matth. 5. quam eleganter, quam magnifica similitudine tumultum ruentis miseræ ciuitatis expressit,  
dicendo, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die iræ furoris sui. Quasi regem aut  
Psalm. 107. quempiam personatum patrem, oculis ostendit, sedentem in alta sede, scabellum habentem  
sub pedibus suis, tanto furore excitatum, tanta ira commotum, ut pedibus se non tenentibus,  
scabellum suum longè proiecerit, dum nescit, dum præ ira non attendit, quantum nocitu-  
rum hoc sit pendentibus pedibus suis. Quasi hoc impetu, siliam Sion, inquit, & inclutam  
Israel de cælo in terram, de omni dignitate in omnem ignominiam proiecit, & caligine a-  
mentis ruentem inuoluit.

Superbia culpam fuisse, pro qua Hierusalem vel templum præcipitari debuerit,  
B E T H. CAPVT XXXVII.

**P**ræcipitavit dominus, nec pepercit omnia speciosa Iacob, destruxit in furore suo muni-  
tiones virginis Iuda, & deiecit in terram. Polluit regnum & principes eius. Quod di-  
xerat, proiecit de cælo in terram inclutam Israel, hoc iterum repetiuit, dicendo, præcipi-  
tauit nec pepercit. Itemque tertio, virginis Iuda deiecit in terram. Cunctis vocibus istis  
qualitatem culpæ designauit, & superbiæ culpam fuisse ostendit, pro qua Hierusalem de-  
structa sit. Et magnum vtiq; superbiæ malum, pro qua nec virginibus pepercisse, aut vni-  
quam parcere credendus sit.

Quod ruina illius causa fuerit, quia cornu Israel deus confregit.

G I M E L. CAPVT XXXVIII.

**C**onfregit in ira furoris sui omne cornu Israel, auertit retrorsum dexteram suam a facie  
inimici, & succendit in Iacob, quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. Amplius hic su-  
perbiæ vicino vocabulo expressit, dicendo, Confregit cornua Israel, superbum quippe cor-  
nutum dici vsitatum & frequens est. Hic igitur non immeritò deus dexteram suam auertit  
retrorsum, ut non auxiliaretur, aut subistere faceret Israel, ante faciem inimici. non quod fa-  
cturam suam contemneret, sed quod cornutos esse homines indignè ferret. Quare autem non  
dixit, & succendit ignem, sed succendit in Iacob quasi igne flammæ deuorantis in gyro? Non-  
ne reuera succensus fuit ignis, quo Nabuzardan seruus regis Babylonis ciuitatē & templum  
combussit?

combussit? Ergo illud vult intelligi, quod ciuitas illa vento superbix suæ quasi ignem confando gentium contra se odia concitauerit, & ille fuerit quasi ignis flammæ deuorantis in gyro, quem vt efficiendam causam ignis elementaris consecuta sit.

Quod deus superbientibus inimicus sit, & idcirco sic dixit: Tetendit arcum suum.

DALETH.

CAP. XXXIX.

**T**etendit arcum suum, quasi inimicus, firmavit dexteram suam, quasi hostis. & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie Sion. Effudit quasi indignationem suam. Quia superbiæ cornu in causa fuit, deus autem superbis resistit, idcirco non quasi pater virgam arripuit, sed quasi inimicus arcum suum tetendit, & quasi hostis dexteram suam firmavit, vt videlicet sagittam suam firmiter excussam per cor eius traiceret, vt gladium suum firmiter impactum usque ad vitalia deprimeret, vt facere inimici vel hostis est. Non enim, vt sæpe factum est, tradidit populum suum in manus gentium, ita vt in terra sua degentes victorum ferrent imperium, sed occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filie Sion, id est, omne quod delectabat, & quo deum putabat delectari lasciuia iuuentula Sion. Et effudit quasi ignem indignationem suam, vt sic omnia tolleret indignatus, sicut ignis totam deuorat stipulam.

Quod non dixerit: factus est dominus inimicus, sed velut inimicus: & quod nec res nec vocabulum inimici, in deum cadat.

HE. CAP. XL.

**F**actus est dominus velut inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia moenia eius, dissipauit omnes munitiones eius, & repleuit in filia Iuda humiliatum & humiliatam. Dominus (inquit) qui dicebat ad Pharaonem, filius primogenitus meus Israel, dixi tibi, dimitte filium meum, ille pater & dominus, factus est quasi inimicus. Notandum diligenter, quia non dixit, factus est inimicus, sed factus est quasi inimicus. Nam inimici nec res nec vocabulum in deum cadit. Inimicus quippe is est, qui iura violat, qui iusta tollit aut negat, cuius ex parte deficit aut perit fructus amicitix, pax. Dominus igitur non inimicus, sed quasi inimicus factus est, tollendo siue occidendo omne quod pulchrum erat visu in Sion, præcipitando Israel, præcipitando omnia moenia eius, dissipando munitiones eius, replendo in filia Iuda humiliatum & humiliatam, vt pote inimicitias gerens, non aduersus homines, sed aduersus superbiam.

Quomodo ciuitatem illam vel templum tentorium domini vocauerit.

VAV.

CAP. XLI.

**E**t dissipauit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum. Obliuioni tradidit dominus in Sion festiuitatem & sabbatum, & in opprobrium & indignationem furoris sui regem & sacerdotem. Tentorium siue tabernaculum domini erat templum illud augustissimum, nam in illo quasi in tabernaculo, quod ad horam signi solet, militabat nominis domini fides peregrinantium, manentem hic ciuitatem non habentium, sed futuram inquirentium. Hoc dissipauit quasi hortum, nec pluri fecit sanctum nominis sui locum, quam vilem hortum holerum. Festiuitatem & sabbatum quæ utique visu pulchra erant, obliuioni tradidit regem & sacerdotem in indignationem furoris sui opprobrium tradidit. Hoc denique non prætereundum, quia probrose sic regem proiecit, vt in oculis eius occisis ipsius filijs, tunc demum oculos eius crueret rex Babylonis.

Quid sit, vocem dederunt in domo domini sicut in die solenni.

ZADI.

CAP. XLII.

**R**epulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium eius, vocem dederunt in domo domini sicut in die solenni. Quæ res quæ superius dixisset, & non est recordatus scabelli pedum suorum, in die furoris sui. ecce aperuit dicendo manifeste, reppulit altare suum, maledixit sanctificationi suæ. Porro magnitudinem doloris, & miseriarum tumultum quam vehementer expressit, dicendo. Vocem dederunt in domo domini, sicut in die solenni. Ac si diceret, Nunquam altius in gaudio solennitatis cecinerant, quam nunc in angustia & dolore suo clamauerunt.

Quomodo tetenderit super illam Sion funiculum tempus captiuitatis septuaginta annorum.

HETH.

CAP. XLIII.

**C**ogitauit dominus dissipare murum filie Sion, tetendit funiculum suum & non auertit manum suam a perditione. Luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Non casu hæc acciderunt, sed dominus ista cogitauit, dominus cum consilio hæc egit poscente ratione vtilitatis, illo cogitate, illo negotij summam in libra rationis appendente, placitum fuit vt dissiparetur murus filie Sion, vt vanitas eius ex aduersis aliquam caperet instructionem.

Et ipse

Eripse tetendit super eam funiculum suum longitudinis septuaginta annorum, & cogitauit non auertere manum suam a perditione, id est, captiuitatem finire ante consummationem temporum, nec ante reedificabitur antemurale & murus qui pariter dissipatus est.

Quæ portæ eius, & qui vestes quos dominus contriuit, vt propheta eius non inuenirent visionem a domino.

T H E T.

CAP. XLIIII.

**D**efixæ sunt in terra portæ eius, perdidit & contriuit vestes eius, regem eius, & principes eius in gentibus. non est lex, & propheta eius non inueniunt visionem a domino. Portarum quoque altitudo, vestiumque firmitas inter illa numerantur, quæ visu pulchra erant, & istæ portæ ciuitatis cum vestibus suis contritis atque perditis in terram defixæ sunt, pro causa quam alius propheta congemit, quia conuersum est retrorsum iudicium & iustitia longè stetit, & quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Metaphoricos tamen regem, & principes. Legem & prophetas vult intelligi. Nam quasi quæres quæ portas in terram defixit, quos vestes perdidit & contriuit? Regem, inquit, & principes eius in gentibus, non est lex, & propheta eius non inueniunt visionem a domino. Et congrua satis transformatio, quia videlicet vbi non est rex, neque princeps, vbi auctoritate sua non vtritur lex, quæ in gentibus non est, vbi prophetis oracula cœlestia clauduntur, & dei visiones subtrahuntur, sic est populus quasi ciuitas patens absque portis & vestibus.

Quomodo sederunt in terra & conticuerunt senes, & cinere capita sua conspererunt virgines.

I O D.

CAP. XLV.

**S**ederunt in terra, conticuerunt senes filie Sion, conspererunt cinere capita sua. Virgines Hierusalem accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terra capita sua virgines Iuda. Erecti prius senes filie Sion, & multa loquentes, nunc præcipitati, & fracto superbiæ cornu mutilati sederunt taciturni in terra, tantum ab illa deturbati, quam habebant, confidentia templi domini, quantum a cœlo distat terra. Virgines Hierusalem virgines Iuda cinere quod insigne dolorum est, conspererunt capita sua, & non habentes sponfos quibus pararentur, abiecerunt capita sua in terra, & ita completum est quod alius propheta prædixerat. Propter hoc super adolescentulas eius non lætabitur dominus, & pupillorum eius, & viduarum non miserabitur.

Quæ nunc dicit: Defecerunt præ lachrymis oculi mei, qui antea dixerat: Propterea da filios eorum in famem, &c.

C A P H.

CAPVT XLVI.

**D**efecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea, effusum est in terra iecur meum super contritionem filie populi mei, cum deficeret paruulus, & lactens in plateis oppidi. Cum, inquit, deficeret paruulus & lactens, tunc defecerunt præ lachrymis oculi mei, & viscera mea, imò pietatis tumultu conturbata sunt, & iecur meum quod sanguinis est fons, in terra effusum est. Quid enim? Nunquid poterat naturalis affectus carnis & sanguinis rationis sequendo iudicium persistere in altitudine zelis? Dicebatur antequam hæc fierent, propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladii. Fiant vxores eorum absque liberis & viduæ, & viri earum interficiantur morte. Hæc, inquam, & his similia dicebam, concordando per spiritum iudicio & iustitiæ tuæ. At vbi mala ipsa venerunt, & res oculis exhibita est, vicit pietas, & a supernis iudicijs relapsa in semetipsam vulnerata ruit natura.

Quomodo infantes ad vbera pendentes fame cruciati, animas exhalabant.

LAMECH.

CAPVT XLVII.

**M**atribus suis dixerunt, vbi est triticum & vinum, cum deficeret quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exhalarent animas suas in sinu matrum suarum. Quomodo interea lachrymas tenerent oculi? Mixta angustix simplicitate vel simplicitati angustia, matribus suis rabidis & fame marcescentibus dicebant paruuli, vbi est triticum, vbi est vinum, pro ætate non discernentes vtrum per laborem acquirere, an ex natura sua proferre solerent matres triticum & vinum, & hæc dicentes in ipso eiulatu, quasi vulnerati, imò verè famis a culeo transtuberati deficiebant, & quod humanitati visu intolerabile erat, in sinu matrum suarum a siccis vberibus decedentes animas suas exhalabant.

Quomodo Hierusalem impoenitentia sua nulli potuerit assimilari, & idcirco dicat quis medebitur tui?

M E M.

CAPVT XLVIII.

**C**ui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exæquabo te & conso labor te virgo filia Sion? Magna enim vult mare contritio tua, quis medebitur tui? Nunquid, ait, Ninluis comparabo te? Non utique, nam poenitentiam egerunt, ad prædicationem Ionæ.

Nunquid

Nunquid Tyro aut Sydonijs exæquabo te? Nō utiq; nec enim facta & dicta sunt in illis, quæ facta & dicta sunt in te. Si in illis facta fuissent, olim in cinere & cilicio poenitentiam egissent. *Math. 12. Ibidem 11.* Tui ergo quis medebitur? Non profecto ipse, si de cælo venerit, medicorum medicus. Magna est, velut mare contritio tua, & quicumq; accedit ad medendam, persecutionum & ipsius mortis in te patitur naufragium.

*Qualiter prophetas mendaces, & ipsam quod eos audierit, increpet.*  
N. V. N. CAP. XLIX.

*Hier. 23.* Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad poenitentiam prouocarent, viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. Vbi nūc propheta tuus ille Ananias filius Azur, qui tulit catenam de collo meo, & confregit eam, dicens. Hæc dicit dominus, Sic confringam iugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium? Et ceteri prophetæ tui ubi sunt, qui dicebant, non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem dabit vobis dominus in loco isto? Dicebam ego, falso prophetæ isti vaticinantur visionem mendacem, & diuinationem fraudulentam, & seductionem cordis sui prophetant vobis, & nō audistis me. Ecce res ipsa probat, quia viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam medici tam imperiti, quam insidiales, ut te ad poenitentiam prouocarent.

*Illud quoq; ad cumulum miseriarum accessisse, quod transeuntes insultando plauserunt super eam.* S. A. M. E. C. H. CAP. L.

*3. Reg. 10.* Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam, sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiam Hierusalem. Hæccine est vrbs (dicentes) perfecti decoris, gaudium vniuersæ terræ? Hæccine est inquam. O quāta mutatio rerū. Vrbs perfecti decoris, vniuersæ terræ gaudium, cui de vniuersa terra conuehebatur aurum, cui non erat argentum, nec alicuius pretij putabatur, quia classes eius ibant per mare deferentes aurum, tantāq; illi erat argenti abundantia, quanta lapidum. hæccine illa est? Hæc dicentes manibus plauserunt, ore sibilauerunt, caput suum super te mouerunt.

*Quam verè insultauerunt, cū & post septuaginta annos, soluta seruitute, ne reedificaretur ciuitas, vehementer obstiterint.* A. I. N. CAPVT LI.

*3. Esdræ 4.* Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt, deuorabimus. En ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus. Dolenda exprobratio. Lamentabilis insultatio. Nam quid putas, quantum insultauerunt, quam volentibus animis expectatum desolationis tuæ diem viderunt, qui & post septuaginta annos, tam ditino miseriarum tuarum nondum satiati spectaculo, cum soluta esset captiuitas, & exisset sermo ut reedificaretur ciuitas, totis conatibus impederunt regi Artaxerxi scribentes epistolas, ut mutaret edictum, insuper armis parati ad opus impediendum.

*Quomodo illud non rā per Nabuzardan, quam domini iudicio factum sit, qui & per Moysen talia prædixit.* P. H. E. CAPVT LII.

Fecit dominus quæ cogitauit, compleuit sermonem suum, quem præceperat à diebus antiquis, destruxit & non pepercit, & lætificauit super te inimicum, exaltauit super te cornu hostium tuorum. Non, inquit, Nabuzardan aut ipse Nabuchodonosor rex Babylonis hæc fecit tibi, sed dominus ipse cogitauit, & ipse fecit. Quid enim? Nunquid noui aliquid cogitauit? Nunquid non hæc tibi facere, id fuit sermonem complere quem præceperat à diebus antiquis? Nunquid non antiquitus præcepit Moysi, quia si audire nolueris nocem domini dei tui, hæc & hæc venient tibi, & ducet dominus te, & regem tuum quem constitueris super te, in gentem quam ignoras tu & patres tui, & seruis dijs alienis?

*Quid clamauerit cor prophetarum qui hæc prædixerunt, & auditi non sunt clamantes super muros filie Sion.* S. A. D. E. CAPVT LIII.

Clamauit cor eorum ad dominum super muros filie Sion. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem, non des requiem tibi, neq; taceat pupilla oculi tui. Clamauit cor eorum. Quorum eorum? Nunquid hostium, quorum super te cornu exaltauit. aut inimicorum, quos super te lætificauit? Imò eorum ad quos vel per quos ille sermo domini factus est, quem præceperat à diebus antiquis, & nunc impleuit. Eorum, id est, Moysi & prophetarū cor clamauit ad dominum super muros filie Sion, tanquam speculatores dati ad annuntiandum, clamauerunt ut auertereris ab impietate tua, & clamando suas saluauerunt animas. tu autem ô filia Sion, quia clamorem illorum non audisti, ecce mortua es in iniquitate tua. Quare autem non di-

non dictum est, clamauit os eorum, sed clamauit cor eorum? Nimirum, quia non negligenter clamauerunt, non more salutantium verba dederunt, sed volenti animo toto cordis affectu, profundo charitatis sensu clamauerunt, annuntiauerunt, prophetauerunt, adiuuare volentes, ut nequaquam dormientem te comprehenderet velociter accurrentis periculi malum. Quare autem non dictum est, clamauit cor eorum ad Sion, sed clamauit ad dominum? Videlicet, quia cum clamore annuntiationis, quo citare volebant Sion, oratione quoque clamabant ad dominum, & de hoc ipso quod clamassent ad Sion, licet non exauditi, testem sibi faciebant dominum. Dicebant tibi. Deduc quasi torrentem lachrymas per diem ac noctem, quo restringere valeas iræ & furoris ignem imminentem, non des requiem tibi, ne tanquam fur te comprehendat ira domini, neque taceat pupilla oculi tui, quia lachrymarum magis, quam labiorum clamorem altissimus audit.

*Quid sit quod clamauerunt: Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum.*

CAPVT LIIII.

Consurge. Lauda in nocte, in principio vigiliarum, effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum domini. L. eua ad eum manus tuas pro animabus paruulorum tuorum, qui de fecerunt in fame, & in capite omnium compeditorum. Consurge, inquam, & arma tua corripe. arma laudum, arma vigiliarum, arma lachrymarum, quod est effundere sicut aquam cor tuum, & hoc ante conspectum domini, ut fortissimum dominum ordinata fortitudine tenere, & pietate pronum flectere possis. Memento interea, leuare ad eum manus tuas, parum quippe fortitudinis est, in laude, in vigilijs, in lachrymarum effusione, nisi porrigedo eleemosynam & cætera faciendi pietatis opera leues ad deum, leuesq; vsq; ad cælum manus tuas pro vita paruulorum tuorum. Hæc tibi clamantes, dicebant.

*Quid clamet, dicendo: Vide domine quem vindemiaueris.* CAP. LV.

Vide domine & considera quem vindemiaueris ita. Ergo ne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ? Si occiditur in sanctuario domini sacerdos & propheta. Hoc illud est, quod clamabat cor eorum pro te ad dominum, clamando & ad te super muros tuos filia Sion. Clamant & adhuc. Vide domine, inquiunt. Quare faciem tuam auertis? Si oculos misericordiæ conuerteris huc, & quod facis ipse videris, ipse visu tuo vulneratus, satis poenarum esse sumptum æstimabis. Ergo ne comedent mulieres fructum suum, paruulos ad mensuram palmæ, & tu qui pius es durare videndo poteris? Si occiditur in sanctuario domini sacerdos & propheta, & tua videndo se continebunt viscera? Hoc & illud, id est, famem & gladium vide, vide, inquam, quem populum, quem locum vindemiaueris ita, neque enim populus longinquus, & locus est ignotus, sed gens tua & ciuitas sancta.

*Quod ad misericordiam diuina multo magis quam humana trahatur natura.*

CAPVT LVI.

Iacuerunt in terra soris, senex & puer, virgines meæ, & iuuenes mei ceciderunt in gladio. Interfecisti in die furoris tui, percussisti, nec misertus es. Hoc vide, quia puer & senex foris in terra iacuerunt. Nonne ipsa humana natura trahitur ad misericordiam in his ætatibus puerorum & senum? Ergo vide quomodo iacuerint, quantum percusseris, nec misertus sis. Multo magis enim diuina quam humana natura trahitur ad misericordiā, & sine dubio misereberis videndo quid feceris.

*Quomodo id quod accidit quasi deo imputat.* CAP. LVII.

Vocasti quasi ad diem solennem qui terrerent de circuitu, & non fuit in die furoris domini qui effugeret, & relinqueretur. quos educaui, & enutriui inimicus meus consumpsit eos. Hæc omnia vide & considera quid fecisti, & videndo mente conuulneratus, sine dubio reliquos considerabis, captiuos tuos reuocabis.

*Quod tertio alphabeto propriam causam propheta lamentetur: & cur hic iam singula glementa triplicentur, cum in cæteris simpla sint.* CAP. LVIII.

Post vniuersalem generis humani, post communem vniuersæ gentis lamentationem, tertio demum singularem hoc loco suam captiuitatem propheta lamentatur lamentationibus proprijs. Singularis autem & sua cuiusq; captiuitas est proprii peccati modus, propriæ tribulationis pondus. Hoc animaduerso, iam & illud quod quæri poterat citius occurrit, scilicet cur cum cæterarum lamentationum singulis alphabetum simplum, huic soli triplum ascriptum sit. Nam tripla viro huic lamentandi causa extitit. Prima, quod ipse æquè ut omnes homines in Adam captiuatus est. Secunda, quod se viuente, se vidente, quamuis hostium gratia reuato, patria combusta, & gens sua captiuata est. Tertia, quod propriam fragilitatem nouerat, proprijs calamitatibus & omnimoda inter suos & à suis affectus fuerat. Disponamur ergo ad hoc

ad hoc alphabetum dociles pueruli, & ab isto lamentatore docti, sciemus singuli de causa tam propria quam vniuersali, quod vere lamentabilis sit.

*Quæ sit illa paupertas, quæ tenebræ, & quæ sint ille manus, de quibus dicit.*

ALEPH.

CAPVT LIX.

Cap. III.

**E**go vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Aleph. Me minauit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Aleph. Tantum in me vertit & conuertit manum suam tota die. Ego, inquit, vir videns paupertatem meam. Nō dixit, ego vir pauper, parum enim dixisset. Nam vere omnis homo pauper est. Omnis homo in primo parente pauper est, gloria sua spoliatus, gloria dei denudatus est. Sed non omnis homo videt, non omnis homo intelligit hanc ipsam paupertatem suam. Igitur quod satis est, quodq; imitabile foret, dicere maluit. Ego vir videns paupertatem meam, videns, inquam, in virga indignationis eius, id est, ad videndum poena corruptionis & mortalitatis commotus, quia percussus sumus omnes homines vt moriamur, & quia percussus sumus omnes infirmamur, & tandem puluis in puluerem reuertimur. Aleph. Me minauit & adduxit in tenebras & non in lucē. Hoc mihi malum alterum ad communem paupertatem accessit, quod minauit me, & non in lucem, sed in tenebras adduxit, vt viderem gentis meæ tenebras, tenebras miseriarum densas, & conuolutas, super quibus congemiscens, dixit supra. Quomodo obtexit caligine in furore tuo, dominus filiā Sion, & cætera. Aleph. Tantum in me vertit, & conuertit manum suam tota die. Quid, inquit, dicā de mea causa propria, de propriæ conscientie miseria? Cæteri viuunt, cæteri quos video homines sunt. Et quicquid de illis sit, tantum de me scio, quia manum suam in me vertit, & manum suam non ad horam, sed tota die in me conuertit. Quot in anima mea peccati vulnera, tot manus eius in me sunt vulnera. Quot menti & corpori meo aduersa, tot in me seuiunt manus eius flagella.

*Quomodo se in Adam mortalem factum, in exustione Hierusalem felle cibatu, in proprijs culpis deplorat obtenebratum.*

BETH.

CAPVT LX.

**V**erustam fecit pellem meam, & carnem meam, contriuit ossa mea. ] Propter veterem Adam, verustam fecit pellem, verustam fecit carnem meam. In quo pellem meam verustam fecit? In conditione mortalitatis. In quo carnem meam verustam fecit? In concupiscentia, & passione desiderij. In quo contriuit ossa mea? In eo quod non volo bonum hoc ago, sed quod nolo malum illud facio. Ossea in me ratio est, & ossea, id est, bona voluntas. vnde conditor legi dei secundum interiorem hominem. Sed hæc eadem ossa mea contriuit, pugnaci lege peccati, quæ est in membris meis iuste superducta. Beth. [Aedificauit in gyro meo, & circumdedit me felle & labore.] Propter illam verustatem & contritionem omni humano generi superductam, aedificauit aedificium calamitatis in gyro meo. in populo meo famem & gladium & ignem conuocauit, & stare fecit in circuitu meo. Et circumdedit me felle & labore, felle amaritudinis & tristitiæ in mente, labore carceris & inedia in carne. Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, persequimini & persequamur eum. Cæsum etiam in carcerem miserunt me, in lacum in quo non erat aqua proiecerunt me, vt morerer ibi fame. Beth. [In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos.] Præterea in tenebrosis propriæ conscientie collocauit me. certum enim de propria salute non sinit me esse, vt me arbitrer comprehendisse, semperq; suspectus sum in timore iudicij superuenturi, vt nō magis præsumam de salute, quam præsumere possunt mortui sempiterni, quos propria conscientia reatus quotidie morti sempiternæ addicit. Nullo enim iustior sum nisi per gratiam dei, nisi per gratuitam misericordiam vocantis & iustificantis quos vult.

*Quod in Adam in inimicitias dei ruens, in presentibus malis ciuitatis desolatus, & in proprijs passionibus, quasi sagittis percussus sit.*

GIMEL.

CAP. LXI.

**C**ircumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggravauit compedem meam. ] Quid aduersum me circumædificauit? Vtique parietem inimicitiarum propter Adam æmulum suæ diuinitatis. sumus enim secundum illum ego & patres mei natura filij iræ, sicut & cæteri. Non egrediar parietem istum, aggravauit enim compedem meā, nec nisi in deo meo transgrediar murum. G I M E L. [Seder cum clamauero & rogauero, excludit orationem meam.] Non solum illud commune habeo, quod doleam, sed & hic dolor est recens, dum viro deo gentis meæ captiuitatem, pro qua clamare quidem & rogare possum, sed cum clamauero non exaudiet, donec impleatur numerus septuaginta annorum, vsque ad illum terminum excludit orationem meam. G I M E L. [Concluit vias meas, lapidibus quadris semitas meas subuertit.] Præter illa quæ extrinsecus sunt, domi vias meas concluit. in conscientia propria semitas meas subuertit. Volo in terra positus corpore conuersari, in cœlis mēte, cupio gustatam

domini

domini saturitatem plenius apprehendere. At ille admissis tentationibus, permixtis cogitationum fluctibus, circumuallauit me, imō vt me potius accusem, peccata propria quasi quadros lapides peccatrici obducant conscientie, atq; hoc modo vias meas concluit, semitas meas subuertit, vt in contemplandam eius gloriam currere non possim.

*Quomodo homini prauaricatori deus factus est versus insidias, quomodo idcirco semitas eius subuertit pronas in malum.*

DALETH.

CAP. LXII.

**V**ersus insidians factus est mihi, Leo in absconditis. ] Mira doloris acerbitas, mira lamentationis asperitas. Quisnam versus insidians, quisnam leo in absconditis tibi factus est? Deus fortissimus spirituum, deus cognitor omnium, quomodo versus tibi aut leo factus est? Vbi vel quando insidiatus est? In paradiso, vbi mecum, id est, cum patre meo Adam loquebatur serpens, vbi Euam mittebat ad Adam diabolus, qui ingressus fuerat serpentem. Taccuit dum ille loqueretur, siluit dum homo illi assentiretur, peractioque sacrilegio, iratus velut versus ex insidijs, velut leo prodijt de absconditis & dixit. Adam vbi es? & cætera. Nonne quasi insidias eius scriptura innuit per similitudinem meridianæ dormitionis? Ait enim. Et cum audisset vocem domini dei deambulantem in paradiso ad auram post meridiem. Ergone iniuste egit, qui quasi toto meridie dormiens tacuit, & peractio crimine quasi tunc primum euigilans de absconditis suis ad interrogandum processit? Non vtiq; nam ante præmonuerat, dicens. Quocunq; die comederitis ex eo, morte moriemini. Daleth. [Semitas meas subuertit & confregit me, posuit me desolatam.] Propter illud vniuersale malum, ecce hodie, meas, id est, gentis meæ semitas subuertit, semitas prauas, semitas in malum pronas, & in manu regis Babylonis, confregit me ferro, fame, & igne. Posuit me desolatam, videlicet septuaginta annorum captiuitate. Desolatam cum dicit in persona Hierusalem, præsens captiuitatis malum euidenter plangit. Daleth. Terendit arcum suum, & posuit me quasi signū ad sagittam. ] Hoc de propria persona loquitur, hoc de propria conscientia gemit. Nam & foris corporaliter ira passionibus expositus fuerat, vt recte quasi signum ad sagittam positum se esse gemat, & intus in anima, quamuis iustus esset, multum erat quod tentationum sagittis patebat. Vnde

Psalm. 74.

*Quomodo in Adam sagittis libidinum conuulneratus, in prophetando imminentem captiuitatem, a populo suo derisus, carceribus, & inedia amaricatus sit.*

HE.

CAP. LXIII.

**M**isit in renibus meis filias pharetræ suæ. ] Certum catholicæ fidei tenet autoritas, quia nisi admissa fuisset prauaricationis culpa, non fuisset carni hominis rationalis inuicta bestialis voluptas. Ita conditus homo fuerat, vt spiritus carni dominaretur, si tamē spiritus ipse dominatori deo permaneret subditus, & proinde homo ad generandū non libidine, sed ratione duceretur. Sed enim spiritus deo subditus, & proinde esse renuit, idcirco carni subditus est. Atq; ita homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Dicat ergo in persona generis humani. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ, id est, concupiscentiæ passionibus exposuit me, per inuitabiles sententias iustitiæ suæ. H E. [Factus sum in derisum omni populo meo, canticū eorum tota die.] Videlicet dum dico, hæc dicit dominus, venient Chaldæi, veniet Nabuchodonosor rex Babylonis, deriserunt me, cantantes contra me tota die veritatem prophetiæ, quasi verba deridentes insanie, erroris atq; amentie. H E. [Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absinthio.] Ipsi quidē ad publici mali cumulum profecit risisse cū malefecerint, & cantasse in rebus pessimis, sed & me repleuit amaritudinibus plagarum & carceris atq; inedia, & inebriauit me absinthio timoris & doloris atq; tristitiæ.

*Quomodo in morsu primi hominis dentes suos perdiderit in obsidione ciuitatis, dum loqueretur pro illa in conspectu domini anima eius repulsa sit in propria conscientia de meritis suis timuerit.*

VAV.

CAP. LXIII.

**E**t confregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. ] Notum est, quia dentes hominis propter peccatum deus confregit, mouentur enim & excidunt senibus curuis & aridis. Et si quidem in aliquo firmiores vsque ad terminum vitæ consistunt, vt in Moyse de quo scriptum est, quia dentes illius non sunt moti, aramen in sepulchro confringuntur, vbi putredo ossa quoque consumplerit. Sed nunquid sic deus solos homines dentes confregit? Nonne & omnes artus & ossa omnia confregit, & in puluerem redigit? Quare ergo de solis dentibus dixit? Nimirum quia dentibus homo primum peccatum perpetravit, dum ligni vetiti fructum momordit. Igitur dentes meos, inquit, ad numerum confregit, & cinere me cibauit, quia propter morsum genus humanum morte confregit, & in cinerem redire iussit.

QQg ij

VAV.

V A V. [Et repulsa est anima mea, oblitus sum honorum.] Præter illud vniuersale malū, ecce in præsentiarum ciuitate obfessa, inter famem & gladium pereuntibus & periclitantibus filiis populi mei, dum stare in conspectu eius, vt loquerer pro eis bona, repulsa est anima mea, nō exaudita est oratio mea. Multa patribus nostris præstitit bona, sed præ multitudīne malorum præsentium oblitus sum honorum præteritorum. V A V. [Et dixi. Perijt finis meus, & spes mea à domino.] Ad illa mala communia metus mihi additur iudicij & iustitiæ dei, quia videlicet si absq; misericordia iudicer, perijt finis meus, & spes mea à domino. Hoc ego dixi Psalms. 142. stæ consentiens dicenti. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quomodo deum rogat recordari primæ transgressionis, & quid poenarum inde prouenerit, & quod ex eo speret sibi futura bona, quia presentia mala recipit.

ZADI.

CAP. LXV.

REcordare paupertatis & transgressionis meæ, absinthij & fellis. Postquam iratus es (inquit) peccanti homini, misericordie recordare, quia pro peccato vnus hominis multum est poenarum, multum paupertatis & absinthij & fellis. Paupertas mortalitas corporis est. Absinthium & fel mors animæ est. Horum si recordatus fueris, multum poenarū sumptum esse misericordia æstimabit. Quod sciens alius dicit. Vtinam appenderetur peccata mea quibus irā merui, & calamitas in statera. Quali harena maris hæc grauior apparebit. Zadi. [Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.] Malorum quæ vidi, malorum ciuitatis & populi, famis, gladij, atq; ignis memoria memor ero, ita vt nulla memoriam hanc deleat consolatio, & continuo dolore continua tristitiæ poena tabescet in me anima mea. Zadi. [Hoc recolens in corde meo.] Subauditur afflictione diuina crutiabor, & idcirco consolationem sperabo in illa cœlesti patria, quia recipio mala in vita mea.

Quod gratuletur, non eque hominem vt diabolum, propter peccatum suum derelictum, & quod post noctem Babylonicæ captiuitatis, mane libertatis futurum sit.

TETH.

CAPVT LXVI.

Misericordie domini, quia non sumus consumpti, quia non defecerunt miserationes eius. Cum, inquit, & angelus & homo peccauerint, angelus qui factus est diabolus, & complices eius angeli consumpti sunt. nec enim requirendi sunt in æternum, & omnes ab illis miserationes domini defecerunt. nunquam enim deus miserabitur illorum. Non ita nos homines consumpti sumus, sed nobis deus in ira misericordie suæ recordabitur. Grates ergo misericordie domini, quia circa nos misericordia iudicium superexaltauit. Teth. [Noui diluculo, multa est fides tua.] Non, inquam, defecerunt miserationes eius, sed quasi diluculo nouæ confurgens post exactam tenebrarum presentium noctem. Quam ob causam? Multa est fides tua, id est, multi sunt quorum fides meretur, vt post istam caliginem qua obrecta es in furore domini ð filia Sion, nouarum tibi miserationum diluculum confurgat. Teth. [Pars mea dominus dixit anima mea, propterea expectabo eum.] Nunc, inquit, ad me redeo, ad quem factū est verbum domini, dicens. Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filie in loco isto, & cætera. Hæc audies anima mea, dixit. pars mea dominus, propterea expectabo eum, id est, alij qui volunt solliciti sint, & turbentur erga plurima, mihi est vnum necessarium, propterea vnum expectabo dominum, reiecta sollicitudine terrenorum, quæ multa sunt.

Hiere. 16.

Quomodo qui seueritatem exercendo in Adam iustus sit & bonus, sperantibus in eum. & quomodo captiuis Babylonicæ bonum sit, non murmurare, sed expectare salutare domini cum silentio.

TETH.

CAP. LXVII.

Bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti eum. Ne desperes ð tu aliquis reputas seuerum nimis esse dominū, eo quod tam vehementer primis hominibus fuerit iratus propter causam exiguam aut vilem, id est, propter vetiti ligni non grande pomū, quia bonus dominus sperantibus in eum, & sperando confidentibus reatum suum, quod illi primi homines non fecerunt, bonus, inquam, dominus animæ quærenti eum, quem non quæsierunt illi, quinimò fugientes faciem eius in medio ligni paradisi sese absconderunt. Quid porro illis est qui sperant in eum, qui non quæerunt, sed fugiunt eum. Nonne & illis est bonus, sicut iustus. Et quid si iustus est, & bonus, veruntamen aliud secundū quod bonus, aliud operatur secundum quod est iustus. Nam bonus & iustus hoc differunt, quod misericordia & iudicium. Bonus quippe sperantes in se & quærentes se, per misericordiam saluat. iustus desperantes, & se fugientes per iudicium damnat. Spera ergo in domino, & fac bonitatem. quia bonus dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. Teth. [Bonum est cum silentio præstolari salutare domini.] O vos captiui, qui & iuxta præsentem historiam per annos septuaginta super flumina Babylonis sedebitis & sebitis, dum recordabimini Sion, quia bonum est cum silentio

Gene. 3.

Psal. 36.

silentio expectare salutare domini. Nolite murmurare, quod post illam vniuersalem generis humani captiuitatem, ista quoq; vobis captiuitas accesserit, sed cū silentio & humilitate salutare domini Christum deum præstolari, qui anteq; in carne veniat, Babylonica captiuitate vos absoluet. & cum in carne venerit, totius mundi huius captiuitatem in libertatem gloriæ filiorum dei conuertet. Teth. [Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua.] Quod vniuersaliter de omni genere hominum, in hoc mundo peregrinantū. quod communiter dico de presentī captiuitate nostræ Sion, hoc & singulariter dixerim de vnoquoq; virorum, quia bonum est ei cum portauerit iugum ab adolescentia sua, id est, cū sese in omnibus humiliauerit, non reprehendendo dei iudicia. Cum in multis alijs, cū maximè in istis confessionibus singulæ sententiæ proprijs præscriptionibus ipsa voce congruunt. Nam Teth interpretatur bonum, & singulæ sententiæ id prædicant, quod verè sit bonum.

Quomodo diuersus sit à primo homine is, qui sedet solitarius & leuat se super se, & quomodo in illa captiuitate sit tacendum, si forte sit spes vt reducatur quæ in Babylone ducta est.

I O D.

CAP. LXVIII.

SEdebit solitarius & tacebit, quia leuabit se super se. Talis vtique ad nouum pertinebit hominem, non ad illum veterem qui noluit solitarius sedere & tacere, consilium ineundo cum illo susurratore, deceptore, antiquo serpente. Nunquid enim ille solitarius aut taciturnus sedit & leuauit se super se, ad deum, qui super se erat tota suspensus mente? Non vtique, nam e contra ad susurrum bestiolæ reptantis super terram, inclinauit se. I O D. [Ponet in puluere os suum, si forte sit spes.] Non in cœlo, sed in puluere ponet os suum, audiens dicentem sibi magistrum bonum. Discedite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Hoc faciendo expectabit humiliter si forte sit spes. Dicit enim. Quis scit, si conuertatur & ignoscat deus, & relinquet post se benedictionem? Nimium hic ego sum. Ponam in puluere os meum, dicendo. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum, si forte sit spes, si forte reducatur captiuitas, eruta velut torris de igne quæ nunc in Babylone ducta est. I O D. [Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobrijs.] Se inquam percutienti dabit maxillam, non percutienti gentem suam, proprijs non alienis saturabitur opprobrijs. Nam hic laudabilis patientia, illic reprehensibilis est mentis duritia. Faciet hoc modo quicumque portauit iugum ab adolescentia sua. Quis autem hominum iugum paratior homine illo portauit, qui cum in forma dei esset, non arbitratus est rapinam, esse se æqualem deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens in similitudine factus est hominum, & habitu inuentus vt homo? Humiliauit seipsum factus obediens vsque ad mortem, & mortem autem crucis. Ille ergo singularis patientiæ, dabit percutienti se maxillam. imò & iuxta prophetam alium, dabit corpus suū percutientibus, & genas suas vellentibus, faciem suam non auertet ab increpantibus & conspuentibus, & eiusmodi saturabitur opprobrijs. nec enim inuitus, sed præ nimia dilectione nostris, sic illa suscipiet tanquam panem saturitatis. Singuli quoque nostrum persecutionem proficitia patientes, demus percutienti maxillam, & saturemur opprobrijs, videlicet libenter accipiendo mala presentia, vt futuris saturemur bonis.

Math. 23. Ionæ 2. Psal. 108.

Phil. 2.

Esa. 50.

Quomodo qui Adam de paradiso emisit non repellat in sempiternum, sed iterum miseretur & reducat de Babylonica captiuitate, & qui quemq; humiliat non ex toto abiecit, sed contra, quem corripit, diligit, & quem flagellat recipit.

CAPH.

CAPVT LXIX.

QUIA non repellat in sempiternum dominus. Dixi supra, quia bonus est dominus sperantibus in eum. & quo respectu dixerim si quæras, ecce nunc dico, quia non repellat in sempiternum. Repulit ad tempus, dicendo. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum & malum, videre ne forte sumat de ligno vitæ, & viuat in æternum. sed non repellat in sempiternum. Adhuc requirit plastam suā, & omnia trahet ad seipsum. Gladium repellentem, gladium flammeū, quem posuit ante paradysum quandoq; versabit, & dabit nobis edere de ligno vitæ gratis. CAPH. [Quia si abiecit, & miserabitur secundum multitudinem misericordiarum suarum.] Dixi, & verum dixi, bonum esse præstolari cum silentio salutare domini, quia & si abiecit, & si altare suum reppulit, etiam miserabitur, vt soluta captiuitate Hierusalem reædificetur, templum restitatur. CAPH. [Non enim humiliavit ex toto corde suo, & abiecit filios hominis.] Dixi, inquam, & verum dixi, bonum esse viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua, nam & si singulos filiorum hominis humiliavit, quorum primus in numero ego sum, ex toto corde suo non humiliavit, non totum ex ira prodijt, quod humiliavit vel abiecit, sed vtiliter laboribus nos erudit, sicut scriptum est. Quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

Gene. 3.

Hebr. 12.



Quomodo iustum cum impio conterere, iudicium viri declinare, hominem in iudicio peruertere dominus ignoret. L A M E D. CAP. LXX.

**E**T conteret sub pedibus meis omnes vincos terræ. L A M E D. Vt declinaret iudicium viri in conspectu vultus altissimi. L A M E D. Vt peruerteret hominem in iudicio suo dominus ignoravit. Idcirco dixi dominus bonus est, quia hæc & hæc facere ignoravit. O laudabilis ignorantia, & pura simplicitas, & simplex diuinitatis puritas, omnes vincos terræ sub pedibus suis indiscrete conterere. Verbi gratia. Cain & Abel, Iacob, & Esau ignoravit, & alios per gratiam saluare, alios per fustitiam conterere nouit. Declinare iudicium viri ignoravit in conspectu vultus altissimi, & tres pueros in camino ignis illæfos conseruare sapiens iudex nouit. Peruertere hominem, id est, de recto peruersum facere in iudicio suo ignoravit, & de peruerso rectum & iustum facere nouit.

Quam reprehensibile sit, si dicat quis fieri aliquid, domino non iubente. Si dicat ex ore altissimi nec bona nec mala egredi, murmurans pro peccatis imputando fatali necessitate.

MEM. CAP. LXXI.

**Q**uis est iste qui dixit vt fieret domino non iubente? MEM. Ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala. MEM. Quid murmurauit homo, viuens vir pro peccatis suis? Cum dominus tam bonus sit, quis est iste ponens fortunæ mensam & dicens, hoc vel illud fieri domino non iubente? Cum enim dicit, casu vel fortuitu hæc vel illa contingere, aut certe stellis ascribit causas mortis vel vitæ humanæ, putatque horum quippiam fieri domino non iubente, quis est iste? Denique nullus est, omnino quasi non sit ignorandus. Cum dicit, ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala, sed casu geruntur omnia, quis illud scire dignetur, quis notū habere debeat? Nullius quippe sensus aut rationis est, putare quod altissimus non curet humana, pro eo maxime, quod hoc tempore templum tam pulchrum destructum est, & deserta facta est tanti nominis ciuitas. Præterea quid murmurauit homo, quid murmurauit viuens vir pro peccatis suis, dicendo, cogi se ad peccatum necessitate fatali.

Quod potius redeundum sit ad cordis discretum, & cum bonis operibus facienda confessio peccatorum. NVN. CAP. LXXII.

**S**crutemur vias nostras, & quæramus, & reuertamur ad dominū. Anathematizemus pessimam hanc desperatoris sectam, potiusque vias nostras, id est, sanctas scrutemur scripturas, & credentes illis testantibus quod deo cura sit de nobis, quæramus & reuertamur ad dominum, quia sicut supra dixi, bonus est dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum. NVN. [Leuemus corda nostra cum manibus ad dominū in cælū.] Non, inquam, despereamus, sed leuemus corda cum manibus, id est, fidem habeamus cum bonis operibus. Ita fiet, vt ex ore altissimi, ex ore domini qui est in cælis, post mala nostra quæ cõmeruimus bona eius egredientur, conuertatur captiuitas Sion, & nos simus sicut consolari, & de bonis oris eius gaudios nostrū replatur. NVN. [Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es.] Non dicamus singuli. Fatū me cõstringit, necessitas quæ in stellis fixa est me compulit, non enim creatura dei mala est, sed nos iniquè egimus, nostrū quisque peccati dominū collo suo sponte adduxit. Atque hoc modo te deus ad iracundiam prouocauimus, idcirco tu inexorabilis es, ne statim liberares liberari volentes, & aduersus peccatum pugnantes.

Quomodo in primo homine deus humanum genus percussit, & in manum inimicorū traditos non exaudierit. S A M E C H. CAP. LXXIII.

**O**peruisti in furore, & percussisti nos, occidisti, nec pepercisti. Non ita est, vt dixit iste nescio quis, ex ore altissimi non egredientur nec bona nec mala, sed egressa sunt ex ore tuo iudicia iusta, & pro causa vel ratione certa, tu in furore propter peccatū Adæ operuisti, & percussisti nos. occidisti nec pepercisti, id est, pariete inimicitiarū opposito & in anima morte iusta & in corpore mortalitatis poena percussisti nos. Ita occidisti, nec pepercisti. S A M E C H. [Opposuisti nubem, ne transeat oratio.] Ecce & in afflictione præsentis nubem peccatorum nostrorum tibi opposuisti, scelerū nostrorum densitatem coram facie tua posuisti, & idcirco fame vel gladio percuntium, post ignem quoque Babylonium in captiuitatem migrantium, clamorem vel orationem non exaudisti. S A M E C H. [Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum.] Præter illa vniuersalia vel communia mala illud mihi accessit, quod me, cui dixerat, Priusquam te formarem in utero noui te, & antequam exires de vulua sanctificauit te, posuisti in medio populorum velut eradicationem, & abiectionem, velut vitiosum aut venenatum gramen, quod ne ipsam terram corrumpat, eradicatur & abijcitur. Ita me homines oderunt, exprobrauerunt, & eiecerunt nomen meū tanquam malum.

Quod

Quod electis nunquam ab initio inimici defuerint, & quod prophetis ipsa prophetia tribulationis causa fuerit. P H E. CAP. LXXIII.

**A**peruerunt super nos os suū omnes inimici. Ab initio seculi inimici nobis fuerunt diabolus & angeli eius inuisibiles. Cain & omnes sequaces eius inimici visibiles. Omnes vndique super nos os suum aperuerunt, sæpe nos expugnauerunt, sæpe supra dorsum nostrū fabricauerunt. P H E. [Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & cõtritio.] Hoc est presentis quoque temporis lamentabile malū, quod dum vaticinamur, hæc dicit dominus, & hæc verba mandauit dominus, & hæc ait dominus, Dabo Sedechiam regem Iuda & seruos eius, & populum eius in manu regis Babylonis, propter huiusmodi vaticinationem formidamus, illaqueamur, cædimur, & in neruum mittimur, atque omnibus malis conterimur. P H E. [Diuisiones aquarum adduxit oculus meus in contritione filix populi mei.] Igitur mala vndique, mala foris & intrus. Foris formido & laqueus, & contritio pro vaticinatione. intrus dolor & gemitus pro vaticinationis effectu & veritate, pro filix populi mei contritione.

Quod vniuersalem generis humani ruinam, in quam per Adam incidit, & presentem gentis sue captiuitatem, & propriam fleuerit fragilitatem. A I N.

CAPVT LXXV.

**O**culus meus afflictus est, nec tacuit, eo quod non esset requies. Oculus meus oculus interioris hominis, oculus cordis, qui ad videndum deum creatus est, videns dolorem suū afflictus est, nec tacuit, grandem quippe habet vocem, & disertam linguā rationis. Quare afflictus est. Eo quod non esset requies, eo quod propter culpam primæ præuaricationis ad laborem natus esset. A I N. [Donec respiceret & videret dominus de cælis.] Non tacuit idem oculus meus, donec dominus de cælis respiceret & videret, cuius respectus & visus & antiq̄ captiuitatis solutio, & præsentium captiuorum qui in Babylonem ducti sunt, consolatio est. A I N. [Oculus meus deprædatus est animā meam in cunctis filiabus vr̄bis meæ.] Hoc maxime euidentis proprii doloris lamentum est. Nam quis oculus meus, nisi oculus concupiscentiæ deprædatus est animam meam? Subdendo quippe in cunctis filiabus vr̄bis meæ, satis expressit oculum concupiscentiæ, oculum vagum, oculum captiuū, & captiuatorem infelicis animæ. Nam cum quinque sint fenestræ nostræ, per quas mors ingreditur, id est, quinque sensus corporis per quos mors in animam intrat tanquam fur aut prædo ingreditur, omnium ad eiuſdem mortis opus visus efficacissimus est. Notandum, duas hic literas, Phe & Ain, ordine prepositas esse. Prius nempe Ain, posterius Phe in ordine alphabeti esse debuit. Nec verò ab re factū est. Nam Ain sons interpretatur siue oculus, & idcirco huic elemento magis congruit oculus meus afflictus est, oculus meus deprædatus est animam meam.

Quod primum hominem diabolus quasi auem venatione ceperit, & quod præterea intus in mente multos tentationum fluctus pertulerit. Z A D I. CAP. LXXVI.

**V**enatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis. Inimici mei, diabolus & angeli eius gratis odientes me, in vno homine me & omne hominum genus ceperunt venatione, decipula ligni concupiscentiæ. Z A D I. [Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.] Præter illam vniuersalem mundi captiōnem lapsa est in lacum vita mea, sum miserunt enim in funibus me in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum, & descendi in cœnū, & quantum in ipsis erat, posuerunt lapidem super me, præfinito consilio, vt morerer ibi fame. Z A D I. Inundauerunt aquæ super caput meum, dixi, perij. Præter illa quæ foris passus sum, intus in mente inundauerunt aquæ & fluctus tentationum, & penè à spe decidens, dixi, perij, iuxta quod loquitur & alius, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Rom. 7.

Quomodo non desperans inuocauerit, & quomodo orare non desinat pro his qui ducti erant captiui, & qualem consolationem diuino responso accepit. C O P H.

CAPVT LXXVII.

**I**nuocauit nomen tuum domine de lacu nouissimo. Verè non desperatis, sed inter spem & merum pugnantis est, dixisse, perij. & tamen inuocare nomen domini. Sanè lacus nouissimus peccatū originale est, quia quisquis illo tenetur, sine dubio à deo separatus est, nec incerta damnatione concluditur. Illo tam iste qui hæc loquitur, quam omnes homines ante aduentum Christi tenebantur. & idcirco de lacu nouissimo nomen domini se inuocare rectè profiteretur. C O P H. [Vocem meam audisti, ne auertas aurem tuam à singultu meo, & clamoribus.] Audisti, inquam, sed iam audisse se, non statim exaudisse est. Nam per omnia penetrantem scientiam audisti, vt per gratiam exaudias orandus es, esto exorabilis altissime conditor, QQq iij depressæ

Pfal. 33.

depressæ ac penè sepultæ nostræ captiuitatis. C O P H. [Appropinquasti in die, quando inuocauit te, dixisti, ne timeas.] Tuum quippe est appropinquare pro re, pro vniuersa quantitate calamitatis & miseræ. propter quod & alius iuxta est, inquit, dominus his qui tribulato sunt corde. Dixisti profunda vulneratus compassione, dixisti, inquam, ne timeas quæ paternæ vel maternæ dulcedinis vox est consolatoria.

*Quomodo iudicium postulet, qui mala quæ pertulit se commernisse conscius non est.*

RESCH.

CAP. LXXVIII.

Pfal. 47.

**I**udicasti domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. Iudicasti planè clementi iudicatione causam animæ meæ, quæ iudicatio, redemptio est vitæ meæ. Vnde Psalmista. Iudica me deus, & discerne causam meam, de gente nō sancta. RESCH. [Vidisti domine iniquitatem aduersum me, iudica iudicium meum.] Vidisti oculis, quibus omnia vides, nec insinuatione tibi opus est. vidisti & scis iniquitatem aduersum me, illorum, pro quibus steti in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bona. Iudica ergo iudicium meum, nec sine fructu perire patiaris laborem meum. RESCH. Vidisti furorem omnem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. Vt iam non tantum de exterioribus loquar pressuris, omnem furorem contra quos postulo iudicium, vniuersas cogitationes visibilibus & invisibilibus inimicorum meorum aduersum me tu vidisti. quia tu solus laborē & dolorem consideras, vt Psalmista dicit. Iudica ergo iudicium meum, discerne causam meam.

*Aduersus eos qui malis studēt, & hostes sunt innocētiæ. SCHIN. CAP. LXXIX.*

1. Reg. 16.

**A**vidisti opprobria eorum domine, omnes cogitationes eorum in malū aduersum me. Ex quo sanguis Abel iusti primam vocem clamoris ad re de terra emisit, continuata generationis nequam aduersus generationem electorum tuorum obprobria tua audisti, nec opus est vt quis doceat te, qui omnia scis. SCHIN. [Labia insurgentium, & cogitationes eorum audisti aduersum me tota die.] Non solum labia quæ homo potuit audire, sed & cogitationes eorum audisti, imo & vidisti domine, iuxta illud. Homo videt in facie, deus autē in corde. Tota die insurrexerunt, tota, inquam, die, id est, non ad horam, sed perseueranter cogitauerunt, & locuti sunt aduersum me. SCHIN. [Sessionem eorum, & resurrectionem eorum vide. Ego sum psalmus eorum.] Vide, inquam, spectaculo dignam sessionem, & resurrectionem eorum, quā diuersa, quā dissimilis sit sessioni piorum, resurrectioni iustorum. Nam pii vel iusti bene sedent vt bene resurgant, id est, humiliātur vt exalcentur, iuxta illud. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. isti autem nequissima sessione se summittunt in hypocrisis, vt decipiant, & cum id effecerint, resurgunt atrociter, & tanquā pro victoria in rebus pessimis exultant. Nam cum ita resurrexerint, ego cum psalmus eorum. Vnde dicit capitulum omnium nostrum. Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & in me psallebant qui bibebant vinum.

*Quod non imprecando, sed concedendo dicit: Redde eis vicem. THAV.*

CAPVT. LXXX.

Pfal. 61.  
Matth. 16

**R**edde eis vicem domine iuxta opera manuum suarū. Non imprecantis animo, sed concedentis dico redde, sciens constantiam iustitiæ tuæ, de qua & Psalmista. Quia tu reddes, inquit, vnicuique iuxta opera sua. THAV. [Dabis eis scutum cordis laborem tuum.] Prima hæc erit redditio, vt obscures & claudas cordis eorum oculos, ne cognoscāt te, quem cognoscere merces piorum est. Laborabis ipse, qui ad laborem misisti nos, laborabis, inquam, vt que ad mortem in peccatis eorum, & hoc erit eis scutum cordis, vt non credant in te, pro eo quod te adeo laborasse audierunt. THAV. [Persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis domine.] Secunda hæc erit redditio, qua persequeris, & conteres eos æterna contritione in nouissimo magni iudicij dei.

*Quomodo omnium illorum qui prophetas & iustos persecuti sunt crudelissimi ac perditissimi fuerint Iudæi, qui Christum occiderunt, & quomodo propter hoc obscurati & dispersi sunt.*

CAP. LXXXI.

Pfal. 68.

**H**orum omnium qui prophetas & sanctos omnes persecuti sunt, & incolatus eorum quo in hoc mundo peregrinantur, dolorem continuum persequendo auerunt, eorum, inquam, omnium crudelissimi atque perditissimi Iudæi extiterunt, qui peregrinantē in hoc mundo dei filium pauperem & dolentem persecuti sunt, & percussum à patre obedientissimæ charitatis vulnere, nequissima morte percusserunt, quemadmodum ipse per prophetam iustam querelam depromens, quoniam quem tu percussisti, inquit, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt. Damnationem illorum nouissime hic lamentator per iustitiam concesserat,

concesserat, dicens. Redde eis vicem domine, iuxta opera manuum suarum, dabis eis scutum cordis laborem tuum, persequeris in furore, & conteres eos sub cœlis domine. nunc iam per naturalem pietatis affectum deplorat, sic incipiens. A L E P H. [Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearū.] Dolentis pariter & admirantis est dicere, quomodo obscuratum est aurum, quomodo mutatus est color optimus. Aurum coloris optimi, Iudæi erant, ex quibus salus est. Vnde Apostolus. Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem charissimi propter patres. Quomodo aurum hoc, mutato colore, obscuratum est? Quomodo cæcitas contigit in illis? Quomodo obscurati sunt oculi eorum, ne videant? Adhuc autē cum fuissent lapides sanctuarij, & ex illis ædificari coepta fuisset domus domini, quomodo dispersi sunt in capite omnium platearum? Perdiderunt quippe suum & locum & gentem, & proiecti spiritaliter foras de sanctuario domini, ita vt sint dispersi in capite omnium platearū, id est, principes vagantium, vel terrena quærentium, & cupidissimi omnium cupidorum. corporaliter quoque in omnes gentes dispersi sunt, & captiui in singulis ciuitatibus, paruas plateas ad habitandum sibi locauerunt.

*Quomodo Iudæi primo in clyti, & quo auro fuerint amicti, & quomodo nunc vasa reſtea sunt.*

BETH.

CAP. LXXXII.

**F**ilij Sion in clyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa reſtea, opus manuū figuli. In clyti, inquam, filij Sion, & amicti auro primo erant. Quomodo, vel quā in clyti? Multum in clyti, quemadmodum Apostolus dicit. Quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legillatio, & obsequium, & promissa. quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Multum ergo in clyti. Quomodo amicti auro primo? Nimirum quia primum credita sunt illis eloquia dei. Denique aurum primum lex & prophetæ sunt, quo videlicet auro tantum exterius amicti erant. nō enim in dilectione cordis, sed in ostentatione oris illud habuerunt. Ecce ergo reputati sunt vt vasa reſtea opus manuū figuli, contracti virga ferrea regis à deo patre constituti, quia noluerunt eundem audire prædicantem præceptum domini.

*De crudelitate Lamie, id est, gentis illius in comparatione Lamie, quia filios suos occidit, dicendo: Sanguis eius super nos & super, & cætera. G I M E L.*

CAPVT LXXXIII.

**S**ed & Lamie nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Filia populi mei crudelis, Lamie quid quali struthio in deserto. Lamia monstrum animalis est, à laniando dictum. Attamē naturalem erga fœtus suos habet affectum. Idcirco nunc ait. Sed & Lamie nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos. Et est sensus. Omnes naturæ animantium omnium iumentorum, & reptilium, & bestiarum terræ, sed & Lamie, quæ non tam bestie quā monstra sunt, naturalem erga fœtus suos habet affectum. At verò filia populi mei nimium crudelis, ne saltem mammam nudauit infelicissimis catulis suis. Cui ergo poterit comparari? Vnum est animal struthio, quod in similitudinem auis pennas habet, non tamen altius leuatur à terra, tantæ, tamque obliuioſæ crudelitatis, vt proiecta in puluere oua sua derelinquat. Huic similis est filia populi mei, speciem quidem virtutis habens, sed virtutem volandi in altum non habens, crudeli animo plebeculam simplicem, quā ad æternam debuerat fouere salutem, in puluere perditionis obliuiscens. Parum pro similitudine dictū est, sed non erat aliud monstrū siue animal, quod totius crudelitatis eius similitudinem exhiberet. Neque enim filia populi mei potesteros suos, vt struthio oua sua solummodo derelinquit, sed insuper & occidit, dicendo. Sanguis eius super nos & super filios nostros. D A L E T H. [Adhæsit lingua lactentis ad palatū eius in siti. Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.] P H E. [Qui vescebantur voluptuose, interierunt in vijs. qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercore.] Hæc tam corporaliter quā spiritaliter miseris acciderunt Iudæis, quibus nondum natis, vt ante dictum est, hæreditarius à crudeli matre sua synagoga derelictus est sanguis Christi. Legamus excidium miseræ Hierusalem, & videmus parum hic dictum esse pro magnitudine famis & sitis. Porro spiritaliter extunc vsque hodie lingua lactentis adhæret palato eius in siti, & non est qui panem frangat petentibus paruulis. nimiam quippe habent famem & sitim audiendi verbum dei, non quodd desiderent verbum dei, sed quia malunt interire, quā frangere sibi met panem scripturarum, vt viuant ex medulla intelligentiæ spiritualis. Olim vescebantur voluptuose, & nutriebantur in croceis, vt prope filij regni, & propter fidem patrum charissimi, nunc autem intereunt in vijs malignis spiritibus oppositi, dum amplexantur stercore, id est, sudunt in carnalibus ceremonijs, quas & Apostolus detrimentum facit, & arbitrat vt stercore.

*Quomodo*

Quomodo maior effecta est iniquitas populi illius, peccato Sodomorum. & quomodo dictum sit, & non ceperunt in ea manus. VAV. CAP. LXXXIII.

**E**T maior effecta est iniquitas filiae populi mei peccato Sodomorum, quae subueria est in momento, & non ceperunt in ea manus. Plane maior effecta est, maior culpa, maior poena. Nam iniquitas Sodomorum quousque progressa est: Et non ceperunt in ea, inquit, manus. Legimus quod in ea, dum apud iustum Loth hospitaretur dominus, vallauerunt domum a puero usque ad senem, omnis populus simul, & dixerunt. Educ viros huc, vt cognoscamus eos. Magna iniquitas, sed non ceperunt in ea manus, id est, non usque ad effectum operis progressum est scelus. Iniquitas autem populi ciuitatis meae quousque progressa est: Cum hospitaretur in ea, & pascha celebrasset dominus, vallauerunt eum, exeuntes cum gladijs & fustibus & ceperunt in ea manus, videlicet eum, quem in Sodoma non ceperunt manus, ceperunt, inquam, comprehenderunt, illuserunt, flagellauerunt, occiderunt. Ergo maior populi mei iniquitas peccato Sodomorum, & idcirco maior & poena. Nam Sodoma subuerfa est in momento sine manibus, populus autem meus diu cruciatus, tandem subuersus est, tam suis, quam Romanorum manibus.

Quomodo Nazarei gentis illius candidiores niue, nitidiores lacte, & c. fuerint, & quorum facies modo denigrata sit. ZAIN. CAP. LXXXV.

**C**andidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphyro pulchriores. CETH. [Denigrata est super carbones facies eorum & non sunt cogniti in plateis, adhæsit cutis eorum ossibus, aruit & facta est quasi lignum.] Verè ergo mutatus est color optimus. Quanti enim, quam pulchri fuerunt, populi huius Nazarei? Nazarei, id est, sancti eius, fuerunt Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Moyse, Samuel & David, & ceteri omnes sancti, qui per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt promissiones. Isti Nazarei candidiores niue, nitidiores lacte fuerunt. In niue sola est candoris pulchritudo, in lacte cum nitore est & saporis dulcedo. Parum ergo erat fuisse candidiores niue, nisi fuissent & nitidiores lacte, id est, parum fuisset, propria sibi mer munditia candidos fuisse, nisi venientibus ad se per sermonem suum gustum præbuisent dulcedinis æternæ. Sed & cum candidi & nitidi essent, passionibus superadditis, quendam purpureum traxerunt ruborem. Nam ludibria, & verbera experti sunt, insuper & vincula & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Ergo rubicundiores ebore antiquo, secti sunt, tentati sunt, in occisione cum fuerit candidum, maiorem ex rubore pulchritudinem habet. Tandem sapphyro pulchriores, id est, cœlestibus mansionibus non indecentes. Nam sapphyrus cœli sereni speciem habet, & ipsa specie bene cœlestes designat mansiones. Nunc autem denigrata est super carbones facies eorum. Quorum eorum? Videlicet filiorum, qui de Nazareis patribus cum nati fuerint, & ipsi per fidem Nazarei esse debuerunt, Super carbones, inquam, denigrati sunt, id est, omni gratia perdita, qua quondam vivebant, extincti & obscura mentis cœcitate denigrati sunt. Et non sunt, inquit, cogniti in plateis. Quis enim eos dignetur cognoscere, quod semen Abraham sint? Dicitur in plateis, cantatur eis in triuijs, semen Chanaan & non Iuda, pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa, Adhæsit cutis eorum ossibus, id est, dediti sunt carnis sensibus. Cutis enim, id est, exterior religio, quæ candere vt nix, nitere debuerat vt lac, aruit & facta est quasi lignum perdita venustate fructuum, delapsa pulchritudine foliorum. TETH. [Melituit occisus gladio, & interfectis fame, quoniã isti extabuerunt, cõsumpti à sterilitate terræ.]

De horrenda Iudaice obsidionis fame, ubi manus, inquit, mulierum misericordium coxerunt filios suos. IOD. CAP. LXXXVI.

**M**anus mulierum misericordium coxerunt filios suos, facti sunt cibus earum in contritionem filij populi mei. Plane & absque cunctatione melius, id est, leuius fuit occisus gladio, quam interfectis fame. Non modo quia compendiosius mortem perpassi sunt, verum quia plurimam ad augendorum scelerum necessitatem euaserunt. Quantum enim fuit, quod dum paulatim fame extabescunt, inter ipsos dire consumptionis moras manus mulierum misericordium coxerunt filios suos, & facti sunt cibus earum? Hoc enim fecisse legitur mulier quædam Maria nomine, genere & facultate nobilis, quæ cum reliqua multitudine Hierosolymis reperta, communem cum omnibus obsidionis casum ferebat. Dolenda verò & lamentationi congruens ironia, qua mulieres eiusmodi præ fame in insaniam atrociter cõuersas misericordes appellat. CAPH. [Compleuit dominus furorem suum, effudit iram indignationis sue, & succendit ignem in Sion & deuorauit fundamenta eius.] Vbi hæc secundum furorem suum dominus locutus est? In Moyse, inter multas & horrendas maledictiones, quas utique prophetica veritate comminatus est. Homo, inquit, delicatus vita & luxuriosus valde inuidebit fratri

fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu suo, ne det ei de carnibus filiorum suorum quas comederet, eo quod nihil habeat aliud in obsidione & penuria, qua vastauerint te inimici tui, intrã omnes portas tuas, & cetera.

Quomodo non crediderint prædicenti, quod hæc mala ventura essent eis, & apostolus stolis eius clamauerunt, recedite, recedite, abite: & illi ad gentes conuersi sunt. CAP. LXXXVII.

**N**on crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis inimicus per portas Hierusalem. MEM. [Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, NVN. [Errauerunt cæci in plateis, polluti sunt in sanguine. Cumque non possent intrare, tenuerunt lacinias suas.] Reges terræ & principes qui astiterunt & conuenerunt aduersus dominum, & aduersus Christum eius, imo & habitatores vrbs, non crediderunt, quod propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius sanguinem iustorum, ingrederetur hostis inimicus per portas Hierusalem. Non, inquam, crediderunt, cum audirent sibi prædicentem, Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram, à sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient hæc omnia super generationem istam. Item: Cum illum fleuisse super ciuitatē audissent, & dixisse, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & c. non crediderunt. Parū est non crediderunt, insuper & ipsum occiderunt, & occidendo mensuram patrum suorum impleuerunt. Idcirco errauerunt cæci in plateis, ita vt exemplo Sodomorum, non possint inuenire ostium, quia polluti sunt sanguine eius, qui dicit. Ego sum ostiū. Cumque non possent, subauditur, tenere eum, tenuerunt lacinias suas, id est, cum veram non apprehenderint iustitiam, inanes ceremonias, vanas & pannosas sectati sunt carnis iustitias. SAMECH. [Recedite polluti clamauerunt eis, recedite, abite, nolite tangere. Iurgati quippe sunt, & commoti dixerunt, inter gentes non addet vltra vt habitet in eis.] Idcirco cæci in plateis sanguine polluti errauerunt, quia postquam prophetarum & ipsius prophetarum domini sanguinem fuderunt, clamauerunt prophetis sapientibus, & scribis, quos misit ad eos. clamauerunt, inquam, persequendo de ciuitate in ciuitatem, & iurgati sunt, arque commoti seditiones excitando in apostolos Christi, & dixerunt. Recedite polluti, recedite, abite, nolite tangere, nolite loqui nobis in isto nomine. Hoc dixerunt inter gentes, & hæc dicendo fecerunt vt abirent ad gentes, & diceret eis. Vobis quidem oportebat primum loqui verbum dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Ergo non addet, inquit, vltra, vt habitet in eis, ita vt recedens dicat. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.

Quomodo facies domini diuiserit eos in ipsa obsidione præ intestina discordia, quia Barabam seditionis authorem elegerant sibi: Christum crucifigentes, quem tandem reliquit Israel cognoscentes, dicent: Lubricauerunt vestigia nostra, spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. PHE. CAP. LXXXVIII.

**F**acies domini diuiserit eos, non addet vt respiciat eos. Facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miseri sunt. [Propter hæc facies domini, facies irata, qualis iuxta Psalmistam est vultus domini super facientes mala, diuiserit eos, diuiserit, inquam, multiplici diuisione aduersum semetiplos. Antequam ingrederetur hostis Romanus per portas Hierusalem, cum adhuc clausi essent, triplici (vt Iosephus refert) semetiplos intus bello dilacerabant. & illam legenti miserabilem tragœdiam satis claret, quam verè hic dictum sit, facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miseri sunt. Non, inquit, addet, subauditur deus, vt respiciat eos, sed proprijs seditionibus diuisos interire permitteret eos. Et meritò, quia data sibi optione, Barabam seditionis authorem dimitti sibi petierunt, regem autem suum pacificum occiderunt. AIN. [Cum adhuc subsisteremus defecerunt oculi nostri ad auxilium nostrum vanum, cum respiceremus attenti ad gentem, quæ saluare nos non poterat. ZADI. Lubricauerunt vestigia nostra, in itinere platearum nostrarum. appropinquauit finis noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.] Dicant hoc saltem reliquiæ Israel, dicant vt conuertantur & saluentur. Quid mirum, si postquam occidendo Christo domino cecidimus, ita facies domini diuiserit nos? Nempe & cum adhuc subsisteremus, antequam in morte eius ruinam nostram perperassemus, defecerunt multoties à domino deo nostro, oculi nostri conuersi ad auxilium nostrum vanum, respicientes attenti ad gentem, quæ saluare nos non poterat. verbi gratia, sperantes in Aegypto, in equis & equitibus fiduriam habentes, Baal quoque & vitulos pro deo colentes. Hoc modo lubricauerunt vestigia nostra, & claudicauimus in duas partes, in itinere platearum nostrarum, id est, in idololatria licentiosa, & plena scelerum. Plateæ namque late viæ sunt, & vaguntur atque

atque licentiosum designant idololatriæ ritû. Idcirco appropinquauit finis noster, idcirco com-  
pleti sunt dies nostri, & iustus est dominus qui hæc fecit nobis. C O P H. [Velociore fuerunt  
persecutores nostri aquilis cœli, super mōtes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.]  
Venit, inquam, & cito venit finis noster, nec in tempora longa factum est istud. Velociore  
nim fuerunt persecutores nostri aquilis cœli. Qui enim fuerunt persecutores nostri, nisi pecca-  
ta nostra: Porro de velocitate peccati persequentis loquitur deus ad Cain. Nonne si bene ege-  
ris, recipies? Sin autem male, statim in foribus peccatum aderit. Igitur persecutores, id est, pec-  
cata nostra velociore fuerunt aquilis cœli. quia ubi peracta sunt, statim in foribus affuerunt, vt  
nullum vsquā pateret effugium. Super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt no-  
bis Idcirco Palmista dicit. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis mon-  
tibus, subauditur, pater locus effugij, quoniam deus iudex est. Metaphoricis per montes su-  
perbiam peccatum, per desertum desertionem à deo significat, iuxta quod ipse Ecce, inquit,  
relinquetur vobis domus vestra deserta. R E S C H. Spiritus oris nostri Christus dominus ca-  
ptus est in peccatis nostris, cui diximus. In vmbra tua viuemus in gentibus. [Quæ tandem  
velocium persecutorum nostrorum, quæ peccatorum nostrorum velociore nos persequentium  
summa est: Nimirum mors Christi domini, quia captus est in peccatis nostris, quia scelere no-  
stro ad mortem ductus est, & eum cui diximus, antequam veniret, in vmbra tua viuemus in  
gentibus, id est, in gratia tua saluabimur, & ab omni gente non sancta discernemur, hæc enim  
& huiusmodi de illo in scripturis legebamus. eum, inquam, in peccatis nostris cepimus & in  
mortem tradidimus. Hoc facto nos ipsos occidimus, nam spiritus oris nostri ipse Christus do-  
minus. Spiritus, inquam, sine quo nulquā vita est, nusquam salus, & sine quo mortuum ac sine  
anima est, quicquid ore nostro ex lege, aut prophetis legimus, vel scire nos arbitramur.]

*Quomodo lamentationes omnes, consolationis bona spe concludat, dicendo cum ironia, Gau-  
de & lætare filia Edom, completa est, &c. per Edom omnes terrenos qui persecutio-  
nem inferunt, per Sion omnes electos, qui persecutionem sustinent significans.*

SCHIN.

CAP. LXXXIX.

**G**AUDE & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus. Ad te quoque peruenit calix, in-  
ebriaberis atque nudaberis. T H A V. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet  
vtra vt transmigrat te. Visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua. La-  
mentationum conclusio bona, consolationis spe lamentationem recreat, tum de imminente, &  
certissima hostium vindicta, tum de sanctæ Sion, quæ captiua fuerat, visitatione & liberatione  
æterna. Gaude, inquit, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus. Nomine Edom, quod  
interpretatur terrenus siue sanguineus, vniuersos hostes cœlestis Hierusalem, quia verè terreni  
sunt, significat. Sic Palmista, cum eodem quo & iste spiritu lamentando dixisset, Super flumi-  
na Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur Sion, & cætera, hostes eiusdem Sion  
hoc eodem significans nomine, dixit ad dominum. Memor esto domine filiorum Edom in die  
Hierusalem. Qui dicunt, exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea. Gaude, inquit, &  
lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus, id est, quæ terrenum habes fundamentum, quæ  
hic recipis consolationem tuam. Hus quippe consolator interpretatur. Grauis ironia, Vnde e-  
nim gaudeas, & læteris filia Edom? Quia ad te quoque perueniet calix iræ dei, quo inebria-  
beris, & nudaberis. Bibes enim sel sempiternæ amaritudinis, & æterna confusione ignominio-  
sa eris. Tua autem iniquitas completa est o filia Sion, id est, pœna vel captiuitas tua tempo-  
ralis est, non addet vtra, vt transmigrat te, finita hac præsentis seculi transmigratio, vel ca-  
ptiuitas. Visitauit iniquitatem tuam, scilicet deus, o filia Edom, discooperuit peccata tua. Re-  
petitio, confirmatio damnationis & confusionis Edom. Hic quidem propheta hostes supernæ  
Hierusalem, semel & iterum designat per Edom, cum si solam attenderet historiam,  
potius nominare debuisset Babylonem. Palmista verò primo quidem per E-  
dom significat eosdem hostes Hierusalem, dicendo. Memor esto do-  
mine filiorum Edom, deinde autem per Babylonem, dicendo.  
Beatus qui retribuet tibi retributionem tuam.

FINIS LIBRI COMMENTARIORVM IN  
Hieremiam prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN EZECHIE-  
lem prophetam Commentariorum, Liber I.

*Quomodo in afflictione ciuitatis, sanctus propheta increbuerunt consolatoriæ vi-  
siones futuri regni dei.*

CAP. I.



**H**AC mundi ætate quinta, quam præcedenti volumine sumus ingressi, sanctis  
in Babylone captiuis, propheticæ crebescunt visiones regni dei. quarum clari-  
tas sic illud citius affuturum denuntiat, quomodo albescente aurora solem in  
proximo adesse nemo qui ambigat. Nec enim solis iam, vt ante, verbis spiritus  
sanctus in aurem loquitur prophetarum, sed & quasdam imagines quibus ocu-  
los videntium familiariter instruat, digito dei, qui est ipse, præpingit. Verbi gratia. Vbi ante  
captiuitatem istam visus est filius hominis veniens in nubibus cœli, vt daretur ei regnum &  
honor, & omnis populus tribus & linguæ seruirent ei. O venerabilis ordo regni dei, o rationa-  
bilis & opportuna consolatio regis dei. Non venit hoc regnum cum festinatione, quemadmo-  
dum regnum huius mundi, de quo rectissime dictum sit. Hæreditas ad quæ festinatur in prin-  
cipio, in nouissimis suis benedictione carebit. Festinauit Cain terræ ambitore ædificare ciuita-  
tem, & vocare nomen eius ex nomine filij sui Enoch, occiso Abel fratre suo, Extunc à filiis hu-  
ius seculi festinatum est ad regnandum, vsque dum venit diluuiū, & perdidit omnes. Post hoc  
surrexit Nemroth potens in terra, & robustus venator coram domino, & hic festinus regna-  
uit. Fuit autem principium regni eius hæc ipsa, de qua nunc loquimur, Babylonia. In ista regna-  
batur, & iugum ferreum regis eius Nabuchodonosor, posuerat nunc dominus super collum  
cunctarum gentium. Porro regnum dei veniebat interim, cum dilatione, & ciues eius propter  
spem illius de terra, & de cognatione sua egrediebantur, non acceptis repromissionibus, sed à  
longe eas aspicientes, & salutantes, & consistentes, quia peregrini & hospites sunt super terram,  
Nunc maxime cōfortato regno mundi peregrinabatur, & hospites erant, imo & captiui ciues  
regni dei, & dicebāt plenti captiuitatis loco cōmoniti. Super flumina Babylonis illic sedimus,  
& fleuimus, dū recordaremur Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra, &c.

*Quod Ezechiel propheta difficilis sit, & quod in prima visione rectè quæri debeat,  
quomodo quatuor animalia vnum animal sint.*

CAP. II.

**I**gitur reuelationes regni dei debita cum veneratione suscipiendæ. Ad prophetam Ezechiel  
Iaccedamus, cuius difficultatem (vt ait beatus Hieronymus) Hæbræorum probat traditio.  
Nam nisi quis apud eos ætatem sacerdotalis ministerij, id est, tricesimum annum impleuerit,  
nec principia libri Geneseos, nec Canticum Canticorum, nec huius voluminis exordium, & si  
nem legere permittitur, vt ad perfectam scientiam & mysticos intellectus plenū humanæ na-  
turæ tēpus accedat. Item dicit, De hac visione prolixius diximus, quia & obscura est, & à mul-  
tis variè exponitur. Sed & beatus papa Gregorius secundum dulcedinem gratiæ sibi collatæ,  
plenissime dixit, de prophetia præscripti, id est, tricesimi anni vsque ad illum locum. Et tu su-  
me tibi fartaginem ferream, & pones eam murum ferreum inter te & inter ciuitatem. Cum  
ergo de hac visione tanti viri dixerint, & ante ipsos à multis variè exposita sit, & vt fatentur  
ipsi, multum habeat obscuritatis, nos quid faciemus? Tenemur quippe nostri voluptate pro-  
positi, vt ne in isto quidem propheta tam arduo, tamq̃ difficili tædeat nos immorari, quæren-  
do testimonia gloriæ Christi filij dei. Fatemur enim aliquid non paruum de obscuro superesse,  
quod adhuc studiosius elucidandum sit. Quid est illud? Nimirum similitudo quatuor anima-  
lium. In quo hæc similitudo quicquam adhuc obscuritatis aut difficultatis habet? In eo vide-  
licet, quod & quatuor animalia dicuntur, & animal vnum. Nam sic in prophetia anni sexti post  
multa legimus. Ipsum est animal, quod videram iuxta fluuium Chobar. Cumq̃ ambularent  
Cherubin, ibant & pariter rotæ iuxta ea. Ac deinceps. Ipsum est animal quod vidi subter deū  
Israel iuxta fluuium Chobar. Et intellexi quia Cherubin essent. Quatuor per quatuor vultus  
vni, & quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis sub alis eorum, & similitudo vultuum  
eorum, ipsi vultus quos videram, iuxta fluuium Chobar. Igitur animalia ipsa, quæ & quatuor  
sunt, & vnum, duce spiritu sancto, quærere cupimus. nihil metuentes quod in visione à mul-  
tis propter suæ obscuritatem variè exposita, varietatem seu multitudinem expositionum  
auxerimus. Nam ipsum animal quod quærimus, cum inuentum fuerit, tale ac tantum est, vt  
solum nomine, vel autoritate sua paruitatem nostram si opus sit, ab omnium qui hæc visuri  
sunt contemptu vel indignatione defendere possit.

RRr De ipsa

De ipso propheta quomodo eiusdem cuius visionem vidit typum gesserit filij dei, quid ventus turbis, & quid nubes magna, & quid inuolvens ignis, & cetera quae adiecta sunt, quid sint.

CAP. III.

**E**T Vidi, & ecce ventus turbis veniebat ab aquilone, & nubes magna, & ignis inuolvens, & splendor in circuitu eius. Et de medio eius quasi species electri, id est, de medio ignis. & ex medio eorum similitudo quatuor animalium. Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis, & quatuor facies vni, & quatuor pennae vni, & pedes eorum pedes recti, & planta eorum quasi planta pedis vituli, & scintillae quasi aspectus aeris candentis. Videns iste, qui in propria vel prima persona nunc dicit, & vidi, praemisit secundum tertiam personam de semetipso loquens, & facta est super eum ibi manus domini. Ad idem & ante hoc per primam personam dixit. Aperti sunt caeli & vidi visiones dei. Itaque veritatem seruat coniunctam humilitati, ut pro humilitate dicat, facta est super eum manus domini, & pro necessaria rei veritate dicat, & vidi visiones dei. Porro cum dicit, visiones dei, pulchre & recte subintelleximus filij, de deo dei, quia nihil melius occurrere potest intellectui, quam ad propriam visionem istas pertinere personam filij dei, quem & nomine significat, Ezechiel nancq; interpretatur fortitudo dei. Porro Buzi contemptus siue spreus interpretatur. Et recte dei filius per Ezechiel filium Buzi sacerdotem designatur, quia cum sit fortitudo dei, sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, secundum carnem filius est populi contemptibilis, populi Iudaici ex eo contempti, quod eundem filium suum contempserit. Itaque visiones istae dei, reuelationes sunt aduentus Christi filij dei, qui rectissime in isto propheta, alibi vnum animal dicitur, alibi quatuor animalia, videlicet propter quatuor necessaria nobis euangelij sui sacramenta, quae postmodum singula proprijs speciebus agnoscenda sunt. Visuro autem aduentum huius filij dei pulchre & causa praestenditur, propter quam illum nobis aduenire necessariū fuit. Et ecce, inquit, ventus turbis veniebat ab aquilone, &c. Ventus turbis ab aquilone venit, quando frigidus à charitate dei, diabolus fluit, & turbine tentationis genus humanum in primis parentibus à beatitudine statu deiecit. Tunc venit & nubes magna, id est, eiusdem generis humani cecitas, quae conuolutus homo, & inimicus deo factus, à visione faciei eius exciderat. Post haec & ignis inuolvens, id est, damnatio post hanc vitam peccatores excipiens, & sempiterno horrore conuolvens. Attamen in circuitu eius splendor, inquit, quia videlicet in ipsa ira iuste illata, diuinitas splendere non desit, creaturam suam prosequens, multisq; monitis & signis reuocans ad cognitionem sui. Propter hoc vtiq; mediatorem dei & hominum, deum & hominem Iesum Christum aduenire nobis necessarium fuit. Sequitur ergo. De medio autem eius quasi species electri, id est, de medio ignis. Electrum pretiosissimum, ex auro argentoq; confectū, vna eademq; persona iam dicti mediatoris dei & hominum, in quo pretiosa diuinitas ut aurum, nostra vero humanitas mundissima in illo velut argentū est. Talis species electri de medio ignis, quia nimirum propter nos damnatus & mortuus, mediator dei & hominum, talis ab inferis victor ascendit. Et ex medio eorum, scilicet ventis, vel turbis, nubes & ignis, & splendoris in circuitu micantis, similitudo quatuor animalium. O visor visionum dei, si ut ipse post multa dicturus es, vnum est animal, quomodo quatuor numeras? Ait. Et hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni, & quatuor pennae vni. Ac si dicat. Vnius quidem erat similitudo hominis, Iesu Christi filij dei, similitudo inquam, & nondum res, nondum enim natura erat filius hominis, sed huic vni quatuor facies, & huic vni quatuor pennae, quas vtiq; facies, & pennas visionem dei sperant nescire non licet. Quae porro illae sunt? Prima est incarnatio vel natiuitas eiusdem hominis Iesu Christi filij dei. Secunda passio. Tertia resurrectio. Quarta ascensio, vel sessio ad dextram patris. Facies istas non vidisse nobis non licet, sicut apostolicum catholicae confessionis symbolū docet. Credo, inquit, in deum patrem omnipotentē, creatorem caeli & terrae. Sequitur continuū. Et in Iesum Christum filium eius vnicum dominum nostrum. Hoc est vnum animal, hic est vnus homo, de quo nunc dicit, similitudo hominis in eis. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine. Haec est facies prima. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, descendit ad inferna. Haec est secunda facies. Tertia die resurrexit à mortuis. Haec est facies quarta. Ascendit in caelum, sedet ad dextram dei patris omnipotentis, inde venturus iudicare vivos & mortuos. Haec est facies quarta. Tot facies, & totidem pennae huic vni. Verum quae facies, eadem & pennae. Sed facies, quia per fidem cognosci possunt, & cogniti necessariae sunt. Pennae autem, quia ratione humana comprehendere non possunt. Pedes recti, quia videlicet processus eorum iustitia sunt dei, & ad iustitiam valent omni credenti. Quid enim rectius aut iustius, quam obedientem fuisse Christum patri in omnibus his? Idcirco continuū subiungit. Et planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli. Vitulus ex praeepto legis solebat pro peccato offerri multitudinis, siue sacerdotis & multitudinis simul. Ergo planta pedis eorum, ut planta pedis vituli, id est, finalis utilitas eorum, remissio est peccatorum totius mundi. Et scintillae quasi aspectus aeris can-

aeris candentis. Recolamus quia redemptor noster incarnatus & passus, postquam resurrexit, & in caelum ascendit, magnifica hominibus dona scintillauit, quando factus est repete de caelo sonus, tanquam aduentus spiritus vehemens, & repleuit toram domū ubi erant sedentes apostoli, & paruertū illis disparitae linguae tanquam ignis. Haec inquam recolamus, & sciemus quod dixerit, & scintillae quasi aspectus aeris candentis. Nam dona illa scintillae fuerunt quasi aspectus aeris candentis, utpote cum feruore charitatis igne, longe audibile reddentia tinnitū euangelicę predicacionis.

Quid facies sit, & pennas per quatuor partes habere, ipsasq; inimicem iunctas esse, & quid quod ait, non reuertebantur cum incederent.

CAP. IIIII.

**E**T manus hominis sub pennis eorum, in quatuor partibus. Et facies & pennas per quatuor partes habebant, iunctaeq; erant pennae eorum alterius ad alterum. Non reuertebantur cum incederent, sed vnumquodq; ante faciem suam gradiebatur. Facies eorum nunc ex parte cognoscimus, pennas eorum per spem sequimur. speramus enim, quia quod nunc per spem in enigmate videmus, tandem facie ad faciem visuri sumus. Manus enim per familiaritatem charitatis contingimus, quibus & trahimur, vti per fidem & spem eadem charitate opifice, post facies & pennas curramus. Sub pennis, inquit, manus hominis in quatuor partibus, quia nimirum in iam dictis quatuor euangelij sacramentis, altitudinem consilij diuini per fidem aspicere non possemus, nisi inclinata ad nos charitas, familiari nobis tactu blandiretur. Et iunctae erant pennae eorum alterius ad alterum, quia videlicet sic sibi coniuncta illa, & sociata sunt, vt nihil proficit fidem alterius habere, nisi credas & alterū. Verbi gratia. Quid prodest credere Christum pro salute generis humani passum, nisi credas & de incorrupta virgine natum? Non reuertebantur autem cum incederent, sed vnumquodq; ante faciem suam gradiebatur. Verum est, & sana fide credendum, quia postquam semel inceserunt, non reuertentur amplius. neque enim steter, quod impijssima haeresis delirare ausa est, vt iterū Christus nascatur, iterumq; patiat, iterum resurgat, iterumq; in caelum ascendat, sed sicut Apostolus ait. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem viuuit, viuuit deo. Item. Neque vt sepe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno, alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummationem saeculorum, ad destructionem peccati per hostiam suam apparuit. & quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium, sic & Christus semel oblatu est, ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit, expectantibus se in salutem per fidem. Igitur vnumquodq; coram facie sua gradiebatur, & non reuertebantur, quia nimirum singula eorum, quae diximus facta sunt semel, & non iterabuntur.

Quid sit in vno Christo facies hominis, facies leonis, facies vituli, facies aquilae volantis, cur facies leonis à dextris, cur facies vituli à sinistris, & cur facies aquilae desuper. CAP. V.

**S**imilitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, à dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilae desuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennae eorum extente desuper. Hoc est quod paulo ante diximus, quia cum credidimus propter quod & locuti sumus, Iesum Christum filium dei vnicum de spiritu sancto conceptum, & ex Maria virgine natum, faciem vtiq; veri intuemur hominis, non in phantasmate, sed in veritate carnis absque peccato concepti & nati. Cum autem itidem passum sub pontio Pilato, crucifixum, mortuum, & sepultum, ad infernū descendisse credentes confitemur, proculdubio faciem vituli contemplamur, vituli immaculati, qualem non in litera, sed in spiritu legis intelligimus, dicente domino ad Moysen. Si sacerdos qui vnctus est, peccauerit, de quo inquitur in Genesi. Inquire facies populū, offeret pro peccato suo vitulum immaculatum domino, &c. de quibus suo loco plenius pro posse diximus. Cum nihilominus credimus, & confitemur, quia tertia die resurrexit à mortuis, nimirum cum tremula fide, & fideli tremore faciem sumplimus leonis fortissimi, de quo patriarcha Iacob, Carulus leonis Iuda, ad praedam fili mi ascendisti. Requiescis accubisti vt leo, & quasi leaena. Quis suscitabit eum? Ad summū, cum credimus & confitemur, quia ascendit in caelum, sedet ad dextram dei patris omnipotentis, inde venturus est iudicare vivos & mortuos. ecce ista est nobis facies aquilae, quae nubes suscepit ab oculis humanis, quemadmodum ipse dixit. Et nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Notandum interea, quod faciem leonis à dextris, faciem autem bouis intuetur à sinistris ipsorum quatuor, id est, vnius mediatoris dei & hominum, in quem dicitur ista quatuor. Nam per dexteram felicitas, per sinistram designari solet aduersitas. Facies ergo leonis à dextris, quia nimirum magna illi est felicitas resurrectionis, facies autem bouis à sinistris, quia dura & laboriosa fuit illi humilitas passionis, quemadmodum dicebat, Tristis est anima mea vsq; ad mortem. & spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Porro quod facies aquilae desuper sit, quia in caelum ascendit, gaudentes videmus, quemadmodum dicit Apostolus. Videmus dominū Iesum

RRR ij propter

propter passionem mortis, gloria & honore coronatum, &c. Sed & quod inde venturus iudicare viuos & mortuos, faciem aquilæ respicit, quæ vt Physici perhibent, pullos suos iudicare solet. Singulos quippe radijs solis obijcit, & eum qui libero aspectu solem intuetur, vt proprium genus agnoscit. eum autem qui reuerberatis & palpatibus oculis solem non sustinet, velut adulterinam sui generis maculam damnat atque abijcit. Sic nimirum iste qui ascendit in cœli, cum inde venerit iudicare viuos & mortuos, singulos & omnes nos examinabit, ad ductos ante terribile illud tribunal suæ vel paternæ maiestatis. & quem gloria diuinitatis pro conscientia reuerberauerit, traderet igni inextinguibili. quem autem illa suo intuitu digni iudicabit, componet in illum gloriosum & felicem cœtum filiorum dei.

*Cur in Apocalypsi non idem animalium ordo, & quo respiciens Iohannes, illic post faciem leonis, hic autem quo intendens propheta prius posuerit faciem hominis, & quo sensu iste*

**H**ic iam rectè quæritur, cur in Apocalypsi istorum quatuor animalium non idem ordo sit. Sic enim scriptura illa dicit. Et animal primum simile leoni. Et secundum animal simile vitulo. Et tertium animal habens faciem quasi hominis. Et quartum animal simile aquilæ volanti. Hoc ergo quæritur, quid sibi velit ordo tam diuersus. Primoque dicimus, quia nihil contrarium resonat in eo quod dicit, primum, secundum, & tertium animal. Nam hic propheta huiusmodi nomini nihil apposuit. sed hoc tantum, similitudo inquit vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris, &c. Attamen quoniam prius similitudinè posuit hominis, esto vt idem valeat, ac si dicat. prima facies hominis, & secunda facies leonis, aut vituli. Vterque ordo ratur, neque alter alteri contrarius est, diuerso tamen respectu. Ille videlicet veteris instrumenti, hic autem noui. Ille consideratione scripturæ veteris, hic autem rei gerendæ respectu ordinem suum tenuit. Etenim vnus idemque mediator dei & hominū in scriptura legislatoris Moysi, prius leo, quam homo dicitur. Prius, in quâ leo, & inde vitulus, deinde homo, deinde aquila, per Moysen dicitur. Nam apud illum in libro Genesis, Iacob patriarcha dicit. Carulus leonis Iuda ad prædam fili mi ascendisti. Requiescens accubisti vt leo, & quasi læna. In libro autem Leuitici, per vitulū sine dubio figuratur, qui pro peccato iubetur immolari, & extra castra efferrī, atque incendi. In Deuteronomio promittitur hominū veritate carnis, & omnis naturæ hominis, dum idem Moyses dicit. Prophetā de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me suscipit tibi dominus deus tuus, ipsum audies vt petisti à domino deo tuo in Ore. Nā qui causas petitionis veraciter attendit, in libro Exodi, planè intelligit illud dictū, & hoc promissum, quod deus homo fieret, cui posset homo loqui. Tandem in Cantico Deuteronomij aquilæ assumitur, cum dicitur. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans. expandit alas suas, & assumpsit eos, atque portauit in humeris suis. Quod ita rectè intelligitur, vt dum dicit. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo, subaudiatur, expedire nobis, vt sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans, sic ille faciat nobis, & quo ascendere nō possumus, portet nos in humeris suis, portet nos super alas suæ diuinitatis. Igitur & ille qui dixit, animal primū simile leoni, verum dixit, quia sic res prænunciata fuerat, & iste qui primū posuit faciem hominis, rectè nihilominus fecit, quia sic res à simplenda erat. Et si ritè perpendas, pulchra est cōtentio, quasi duorū hominū honore se inuicè præuenientū, dum & ille de nouo testamento sacrū seruat ordinē scripturæ veteris, & hic de veteri testamento sacrosanctū obseruat effectū, ordinemque euāgelicæ nouitatis. Sed & illud quæritur. quomodo hic dicat, quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni. ille autem & quatuor animalia singula eorum habebant alas senas. Ad quod breuiter dicendum, quia singulæ facies, singulas & eodem sensu senas habent alas, quia videlicet in singulis sacramentis Christi filij dei, vna eademque excellentia, vnus volatus, vnus spiritus, vna diuinitas est, vnum verbum, per quod in sex diebus omnia facta sunt.

*Quod rectè sancta ecclesia, non nisi quatuor euangelistas recipere voluerit, & quæ facies cui euangelistæ maxime congruit.*

## CAP. VII.

**I**gitur vt superius querendum propoluimus inuenisse nos arbitramur, quia & animal vnū, & quatuor animalia sunt, id est, vnus Christus, & quatuor principalia Christi sacramenta sunt, quorū facies nulli licet ignorare Christianorum, licet comprehendere non possit volatū. Vnde verè laudabilis, & veneratione digna sanctæ ecclesiæ studiositas, atque diligentia, quæ plures hoc numero habere noluit euangelistas. Siquidem & præter istos, multi euangelia scripserunt, sicut & Lucas testatur dicens. Quandoquidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt rerum, sicut tradiderunt nobis, qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt. visum est, & mihi assecuto à principio omnia, diligenter ex ordine tibi scribere optimè Theophile, vt cognoscas eorum verborū de quibus eruditus es veritatem. Bene ergo ne tæte maiestatis materiam turba scriptorum suo, id est, humano sensu scribentū, vilem redderet,

deret, atque multitudine dictorū siue rerum mentes atque aures humani generis vsque ad fastidium implendo oneraret. terminum posuit magistra discretio, sedentis in ecclesia spiritus sancti, suscipere iudicans, quadrigam euangelistarū, cursuro per mundum verbo euangelij Christi dei & hominis, sacerdotis & regis. Istos enim non hominis ordinatio, sed dei vocatio præparauit, & quasi in speculis gratiæ, quatuor facies huius propheticæ veritatis in eis expressit. Denique in Mattheo facies hominis, in Marco facies leonis, in Luca facies vituli, in Iohāne facies agnoscit aquilæ volantis. Hoc penè cūctis notū est, licet de Mattheo & Marco diuersa dixerint magni doctores. Alijs in Mattheo faciem hominis, & in Marco faciem leonis, atque alijs eōtra in Mattheo faciem leonis, & in Marco suscipiētibus faciem hominis. Nec verò soli euangelistæ, sed & quique fidelium singuli pro modulo suo facies istas imitari possunt, sectādo cum fide, prudentiā, temperantiā, fortitudinē, iustitiā. Christianū quippe prudentē esse, id est hominis Christi faciem habere. temperantem esse, crucifigendo carnē suā cum vitijs & concupiscentijs, id planè est faciem vituli habere. fortem esse in aduersis, id est faciem leonis. iustitiam tenere, id est faciem habere aquilæ volantis.

*Quomodo facies & pennæ animalium desuper extentæ sint, quæ duæ pennæ & quomodo iungi, quomodo corpora eorum tegere, & ipsa animalia quomodo vbi erat spiritus impetus, illuc isse vel ire, & non reuerti dicantur.*

## CAP. VIII.

**E**t facies eorum, & pennæ eorum extentæ desuper. Duæ pennæ singulorum iungebatur, & duæ tegebant corpora eorū. Facies animalium, & pennæ eorum desuper extentæ sunt, quia neque de terra sunt, neque de terra loquuntur, sed de sursum sunt, & sursum tendunt, sursum vocant rationalis hominis animū, vt contēnat quicquid in imo est, dicatque, nostra autē conuersatio in cœlis est. Porro duæ pennæ singulorū quæ coniunguntur, & duæ quæ tegunt corpora eorū, eadem sunt, omnes scripturæ altisonæ duum testamentorū euāgelicæ fidei testimonij perhibentium, omnes istæ iunguntur & concorditer sonant ad aperiendū fidelibus. Iunguntur nihilominus ad regendum & claudendū infidelibus, quemadmodū dicit Apostolus. Quod si etiam opertū est euāgelij nostrū, in his qui pereitū est opertū. in quibus deus huius seculi excecavit mentes infidelium, vt nō fulgeat illuminatio euāgelij gloriæ Christi, qui est imago dei. Et vnū quodque eorum coram facie sua ambulabat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cum ambularent. Et supra dixit, quia non reuertebantur cum incederent, sed vnū quodque ante faciem suam gradiebatur. Possemus arbitrari, quod tantū profirmitamento rei repetitio facta sit, nisi quia interpositū est, quod nō otiosum existimamus, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebatur. Quandam vtiq; id quod dicitur, gradientiū sonat acrimoniam, pugnantium constantiam, vincientium triumphalem gloriam. Quis enim nesciat, quia sacramenta euāgelij per mundum gradi cœperit duce sancto spiritu. & illuc tantū gradi potuerit euāgelij præcones, vbi erat spiritus impetus. Alioquin nisi fortissimo ferretur spiritus impetu, tanta fuerunt obstacula contradicentiū, vt inaniter graderentur, & ambulantiā in vacuum reuertentur. Sed dicit ipse homo & deus, sacerdos & rex, suis quadrigis, suis animalibus. Cum autē inducent vos in synagogas, & ad magistratus, & potestates, nolite solliciti esse quomodo aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus, docebit vos in illa hora, quæ oporteat dicere. Item, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus sanctus. Igitur vbi erat spiritus impetus, illuc gradiebantur, & non reuertebantur, cum ambularet, id est, duce ac principe belli sancto spiritu sine victoriæ effectu nō reuertebantur, cum aduersus principem mundi diabolum dimicarent. Nempe hoc est quod per alij prophetam de verbo suo loquens deus, non reuertetur inquit ad me vacuū, sed faciet quæcumque volui, & prosperabitur in his ad quæ misi illud.

*Quomodo aspectus animalium quasi carbonum ignis ardentium aspectus sit: & quis ille ignis, & quod de igne fulgur egrediens erat.*

## CAP. IX.

**E**t similitudo animalium aspectus eorū quasi carbonū ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarū. Hæc erat visio discurrens in medio animalium, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Bona similitudo animalium, bonū vtrobique habens effectū, hinc comburēs quasi aspectus carbonū ardentium, illinc illuminās, quasi aspectus lampadarū. Nihil verius, nihil Christianæ fidei certius atque constātius. Quid enim consequimur, tendendo in aspectus huiusmodi animalium? Quid accipimus credendo in vnū Iesum Christum dei filiū de spiritu sancto ex Maria virgine conceptū & natum, deinde passum, crucifixum, mortuum ac sepultū, deinde à mortuis tertia die propria virtute suscitātū, deinde super cœlos eleuatū vsque ad paternæ maiestatis confessum? Quid in quā vultus istos aspiciētes, ista credētes & confitētes consequimur vel accipimus? Nimirū geminū spiritus sancti donū, quorū alterum & primum remissio est peccatorum, alterū & secundum diuersarū est distributio gratiarū. Primo nanque vultū istorū intuitu, id est, prima Christi confessione, dum baptizatur, remissionem peccatorū accipimus. & illic aspectus animalium sic nobis est, quasi carbonū ignis ardentium. comburitur enim atque consumuntur illic omnes sordes præcedentiū delictorū. Deinde secundo vultū eorundem intuitu,

cem impositionem manuum accipimus, diuisua singulis gratia tribuitur, prout vult spiritus sanctus, atq; illic nobis sunt quasi aspectus lampadarum. Lucet enim proximus quisq; nostrum in gratia quam accepit, alius in fide, alius in sermone sapientiae vel scientiae, alius in operatione virtutum. Bona igitur & operosa similitudo aspectus animalium. Quid porro, vel quomodo erat, imo quae est haec visio discurrens in medio quatuor animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens? Profecto splendor serenam lucis pulchritudinem, fulgur egrediens molestum affert timorem. Ergo splendor ignis lucida est serenitas charitatis, fulgur egrediens leueritas est timoris dei. Et ordine quidem vel actu prior est amor, posterior verò timor. Igitur quia ex vno eodemq; animalium istorum contuitu & ignis splendet charitatis, & poenalis egreditur fulgur timoris, quem perfecta charitas foras mittit, recte dictum est, haec erat visio discurrens in medio quatuor animalium. Nam quamdiu in hoc mortali corpore sumus, singulis nostrum visio talis discurret, dum anima, dei & supernae gloriae contemplantur, nunc amore dilatur, nunc timore constringitur ex vno eodemq; igne caelestis desiderij. Nam etsi multum in charitate profecit, quae perfecta seruilem timorem foras mittit, attamen illo timore non caret, de quo scriptum est. Timor domini sanctus permanens in seculi seculi. Hic timor diligens, etiam reuerentem, & religiosum facit, non iam quidem seruilem in timore, attamen exultantem cum tremore, quia quamuis diligit & diligendo exultat, nemo tamē scit vtrū amore an odio dignus sit. Et siquidem scit, iuxta illud, Ipse spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filij dei, non tamē scire praesumit, sed scies quodammodo nescit, & nescies aliquo modo scit.

*Quando animalia reuertantur in similitudinem fulguris coruscantis, cum supra dictum sit, quia non reuertebantur.*

CAP. X.

**E**T animalia ibant, & reuertebantur in similitudine fulguris coruscantis. Reuertebantur inquit. At idem supra semel atq; iterum dixit, quia non reuertebantur. Num idem affirmat quod negauit? Non vtiq; sed diuersi sunt modi reuersionis. De duobus modis quibus non reuertuntur, supra diximus, nunc dicere oportebat, quo nam modo, vel quibus modis reuertantur. Primo fidelium neminem latet, quod animalia haec tunc reuersura sint in similitudinem fulguris coruscantis, quando cum potestate magna & maiestate veniet iudicare mundum, quem admodum dicit. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsq; in occidentem, ita erit aduentus filij hominis. Tunc inquam haec animalia reuertentur, tunc enim ad conuincendam impios, & laetificandum pios, palam omnibus fiet, quam verè vnus idemq; mediator dei & hominum Christus, homo, & vitulus, & leo, & aquila sit, id est, quam verè cum deus esset, carnem assumpserit, & pro omni mundo passus sit, & resurrexerit, atq; in caelum ascenderit. Deinde sciendum, quia cum baptizamus, vel baptizamus in nomine Christi Iesu. Itemq; cum sacrosanctum corpus ac sanguinis eius mysterium in sancto altari celebramus, haec animalia sine dubio praesentia inuisibili ad nos reuertuntur. Nam de reuersione illorum, secundum baptismi sacramentum Apostolus loquitur. Omnes quicumq; in Christo Iesu baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus a mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitae ambulemus. Porro de reuersione secundum corpus & sanguinis eius sacramentum, idem dicit. Quotiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Igitur & reuertuntur animalia haec, reuersione quidem vel praesentia inuisibili, sed actu vel sacramento visibili, vnde dicit. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsq; ad consummationem seculi.

*Quid sit rota vna apparens iuxta animalia, quae eius quatuor facies, quid sit, quod dictum est, quasi visio maris, quomodo vna similitudo ipsarum quatuor, quomodo rota in medio rotarum.*

CAP. XI.

**C**umq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram, iuxta animalia, habes quatuor facies, & aspectus rotarum & opus earum, quasi visio maris. Et vna similitudo ipsarum quatuor & aspectus earum, & opera quasi si sit rota in medio rotarum. Rota vna hoc loco est omnis sancta veteris instrumenti scriptura, de qua veraciter iuxta Psalmistam dicere liceat. Vox tonitruus tui in rota. Nam reuera exinde deus sonat, contestas omni mundo, nec latere finit, quanta sit quatuor animalium auctoritas. Ergo cum aspicerem inquit animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia. Nihil verius. Nam verissime aspicientibus nobis haec animalia, id est, fideliter creditibus, ea quae iam diximus quatuor euangelicè dei sacramenta, apparet atq; intelligibilis sit sancta legis & prophetarum scriptura, tota in modum rotae perfecta, veluti si cuius rei obscurae, clarissimum candelabrum admoueas. Quanto enim propius legem & prophetas intelligere volēs, facies istas, facies Christi adhibueris, tanto pulchriorem, tantoq; perfectiorem rotam istam considerando admiraberis, & admirando gaudebis. Et conuersione, quanto negligentius vel tardius animalia haec aspexeris, tanto segniorē & tanto magis sine sensu vitali, rotam istam suspicaberis. Proinde Iudaei, quia haec animalia non aspiciunt, rotam istam quasi mortuam & ignobilē sibi reddunt,

reddunt, non quia sic est, sed quia non nisi in Christo secundum animalia haec videri vel inueniri potest vita, quae in illa est. Vnde Apostolus. Vsq; in hodiernum enim diem idipsum veleni in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Ita nimirum cum hic dicit, cumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna, idem est, ac si dicat, nisi aspicerem animalia, non apparuisset mihi rota illa. Apparuit autem super terram iuxta animalia, tanquam diceret. Non aspiciet me aliquis, nisi aspiciat haec animalia, non apparebo cuiq; nisi cui apparuerint haec animalia. Quare autem additum est, super terram, nisi quia prius latuerant, & adhuc ubi haec animalia non aspiciuntur, latent sub terra, sub terra terrenitate Iudaicam? Vel super terram, subauditur omnē nunc apparet rota, quae prius ne curreret, in sola coerebat Iudaea, sicut quod dixit Psalmista. Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Habes inquit quatuor facies. Quae animalium, imo vnus animalis, ut superius dictum est, ipsae & hō aliae sunt vnus rotarum quatuor facies. Non quidem hic ipsarum in rota exprimit proprietates facierum, sed eadem ipsae sunt. Omnis enim scriptura sancta, scriptura vetus, tam legalis quam prophetica, quatuor istis faciebus, scilicet hominis, vituli, leonis, atq; aquilae volantis est distincta, quae quicquid ad docendum, ad instruendum, ad erudiendum omnem hominem vtile sonat, eo tendit, eo spectat, ut mediatorē dei & hominum, Iesum Christum vere hominē, vere passum & mortuum, vere resurrexisse a mortuis, vere ascendisse in caelum, secundum euangelij fidem testes atq; defendat.

Et aspectus, ait rotarum, & opus earum quasi visio maris. Quae putas vel qualis est visio maris? Vtiq; inexpertis, & corde pauidis tremenda est, & desperabilis. expertis autem & animo constantibus, adeo tolerabilis, ut non dubitent fragili ligno committere se ad vincendam altitudinem fluctuum, violentiamq; abyssi vehementis. Tunc si flauerit aura placida, velociter atq; delectabiliter operatam deserunt in patriam, si autem ventus sequantur contrarius, & sidera errantia, non perueniunt ad portum, sed in fluctibus res pariter amittunt & vitā. Talis nimirum rotarum, siue rotarum quatuor facies habentis visio est. Inertibus & verā fidei virtutem non habentibus, tremenda & inaccessibleis est. studiosis autē & bonā spem habentibus, adeo tractabilis, ut non dubitent se nauiculā ecclesiae, & arbori crucis committere, ad transmeandam altitudinem doctorum & sensuum, qui multiplices sunt in lege, & prophetis & psalmis. Tunc si aspirauerit gratia spiritus sancti, isto quasi delectabili nauigio currunt in illam caelestem patriam. Si autem spiritum erroris & vanitatem sectentur haereticam, peius in hoc profundo pereunt, quam si paupertatem propriam confidentes, nunquam nauigandi sumpsissent audaciam. Et vna inquit similitudo ipsarum quatuor. Verè vna similitudo, nam si quis in vna facie errauerit, nunquam in caeteris veritatis notitiam tenebit. Verbi gratia. Qui illud non bene perspexerit, quod facies leonis in eo sit, quod resurrexit a mortuis, iuxta quod rota ista loco illo testatur, carulus leonis Iuda, ad praedam filij mi ascendisti, requiescens accubuisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum, nunquam faciem aquilae volantis in eo perspicierit, quod in caelum ascendit, ubi nos iuxta testimonium rotae huius, nos inquam pullos suos portare possit in humeris suis. Sic & qui faciem hominis non perspicit, in eo ut credat quod deus & homo sit, non est illi vnde sciat, quod passione sua mundum redimere potuerit. Sic vna est similitudo ipsarum quatuor, ut nimirum qui in vna facie fallitur, consequenter fallatur & in omnibus.

Et aspectus earum & opera quasi si sit rota in medio rotarum. Hoc pingendo potius, quam scribendo, hoc agendo melius, quam colloquendo ostenditur, videlicet quomodo rota in medio rotarum, quasi per centrum ducatur, & quantum alterius continet, tanta sui parte ab altera conuincatur. Caeterum iuxta sensum spiritualem vel mysticum, rota est in medio rotarum, id est, sensus spiritualis in medio literarum. Cum enim vtrunq; scilicet veritatem historiae & intelligentiam suscipiamus allegoriae, rotam veraciter habemus in medio rotarum.

*Quomodo per quatuor partes earum euntes eant, quomodo vel quibus aspectus sit horribilis, & quomodo totum corpus sit plenum oculis.*

CAP. XII.

**P**er quatuor partes earum euntes eant, & non reuertebantur cum ambularent. Statura quoq; erat in rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totum corpus plenum oculis in circuitu ipsarum quatuor. Quomodo inquam fieri potuerit, vel possit, ut rotarum corporales aut visibiles per quatuor partes euntes eant, & non reuertantur cum ambulauerint, praesertim cum aspectus earum & opera sic sint, quasi si sit rota in medio rotarum, videat qui potest. Caeterum quia visio est, intelligi potest, quod simul omnes & eadem id diuersas quatuor partes abiret, & non reuertentur cum ambularent. In re quae significabatur, non dubium est, quomodo factum sit aut fiat, quia videlicet sancta scriptura saepe dictas habens quatuor facies, per quatuor facies suas eundo iuit, id est, quadrifidum continens sensum incarnationis, passionis, resurrectionis, & ascensionis Christi filij dei, quatuor mundi partes occupauit. Quod non reuertebantur cum ambularent, ita intelligendum, ut supra. Quomodo autē, vel quibus statura, & altitudo rotarum vel aspectus earum est, aut erat horribilis, nimirum male videtibus, & invidetibus

Iudæis est horribilis, eo quod animalia hæc, iuxta quæ confiterunt rotæ istæ, non aspexerint & aspicere noluerint. Idcirco altitudo vel aspectus rotarum horribilis est illis, maxime quia totum corpus illarum plenum est oculis. Sic illis quondam cornutus, id est, radiolos Moyses ex consortio sermonis dei; fuit horribilis, cum eis potius dulcis esse debuisset atque venerabilis, & timebant prope accedere. Quod faciei splendide radijs in Moysen; hoc tam multis oculis significatur in corpore rotarum in hac visione. Quicquid loquitur Moyses remoto velamine splendidum est, quicquid sanctæ scripturæ rota continet, credentibus in Christum altum & luminosum est. Verum Iudæis Christum non recipientibus, & de illo scripturas loqui non consentientibus, quicquid exinde illis ingeritur, quo magis altum, eo magis horribile, & quo magis luminosum, eo magis intolerabile. Fugitiunt ut quondam Moysen fugerunt, & lipipientibus oculis velamen perfidiæ pertinaciter obstringunt.

*Quomodo cum ambulantes animalibus rotæ ambulent, & cum eleuatis eleuentur, & quomodo spiritum sequantur, vel spiritus vitæ in illis sit.* CAP. XIII.

**C**umque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea, & cum eleuantur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter leuabantur sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Animalia ambulare, est euangelium Christi de loco ad locum, & de gente in gentem transire, ipsaque de terra eleuari est, sublimiter intelligi, quia scriptum est. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Denique quando in nomine Christi poenitentiam & remissionem peccatorum prædicari coepit, extunc animalia hæc ambulare coeperunt, extunc de terra eleuata, id est, sublimiter intellecta sunt, & toti mundo in tanta veneratione habita, ut non minus hominis aut vituli faciem mundus adoret, iuxta præscriptam rationem, quam hominis ac vituli creatorem, deum patrem, non, inquam, minus leonis aut aquilæ volantis, quam totius mundi creatricem Trinitatem. Ita ambulantes, & ita eleuatis animalibus, pariter & rotæ ambulabant, & pariter eleuantur, quia videlicet quocumque pergit euangelium CHRISTI, lex & propheta comitantur, neutrum quippe sine altero cuiquam suscipere conceditur, & quantumlibet vilem habeat corticem literæ, lex æquali cum euangelio maiestate honoratur & glorificatur in vno eodemque spiritu. Quare? Spiritus enim vitæ erat in rotis. Ac si dicat. Nam extrinsecus quidem hispida legis litera occidit, sed spiritus viuificans intus est suavis & dulcis. Verum ergo est, quia quocumque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter leuabantur sequentes eum. Quod est dicere. Apud quemcumque est spiritus sanctus, apud illum aperiente sensum ad intelligendum scripturas spiritu sancto, scripturæ ipsæ in magno honore habentur, in magna æque ut euangelium Christi maiestate adoratur & suscipitur. Quis enim dignè suscipiens illud de verbo dei dictum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, non statim intelligens, eadem veneratione suscipiat illud de psalmo. Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Itemque illud de Moysen. Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, dixit deus, fiat hoc vel illud, & factum est ita? Ergo cum euntibus ibant, & cum stantibus stabant, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, & rotæ sequentes ea, quia spiritus vitæ erat in rotis. Proinde non putent Iudæi, quod cum animalia hæc abire, & ad gentes ire fecerunt, lex & propheta apud illos remanserint, vel quod cum hæc animalia foris stent extra synagogam ipsorum, lex & propheta intus sint, quia si verus est hic propheta ipsorum, cum euntibus abierunt, & cum foris stantibus animalibus nostris rotæ istæ de synagoga illa egressæ stant foris, stant, inquam, foris spiritus vitæ, qui est in rotis, & intra synagogam abdita sola est litera, quæ occidit.

*Quid sit super capita animalium similitudo firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & quid sub firmamento pennæ extentæ alterius ad alterum, & quomodo vnumquodque velet corpus suum.* CAP. XIII.

**E**t similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extenti super capita eorum desuper. Sub firmamento autem pennæ eorum recte alterius ad alterum. Vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, & alterum similiter velabatur. Similitudo firmamenti super capita animalium, regnum immortalitatis est, pro mercede paratum euangelizantibus, & suscipientibus Christi euangelium. Hoc firmamentum quasi aspectus est crystalli horribilis, videlicet quia crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur, recte per crystallum regnum illud intelligitur, ubi & angelica natura ex mutabili immutabilis facta, & ita solidata est, ut in vitæ labi non possit, pro eo quod apostati sponte labentibus angelis, pars illa lapsum humiliter cauit, & cum superbientibus pedem mouere noluit. Et humana quoque natura itidem remuneranda est, ut post resurrectionem solidata, iam ultra neque mori, neque peccare possit. Quod crystallum horribile, & extensum super capita animalium dicitur, quia illæ potestates angelicæ, quæ omnipotentis dei conspectui assisunt, nobis adhuc in hac corruptione

corruptione positæ, terribiles atque pauendæ sunt. Vnde Daniel, cum quasdam regni illius vidisset imagines, horruit inquit spiritus meus. Ego Daniel territus sum nimis, & visiones capitæ mei conturbauerunt me. Sub hoc firmamento ait pennæ eorum recte alterius ad alterum, veruntamen vnumquodque duabus alis velabat corpus suum. Nam quamdiu in hoc mortali corpore sumus, ubi quidem gratiarum celestium sese nobis alæ aperiant, quicquid illud est, rectum & rationale sonat in toto euangelio sanctorum animalium, summamque concordia est alterius ad alterum. Nam sibi bene consonant, & bene conueniunt, Christum non hominem tantum, sed & verum esse deum, atque idcirco dignè hominem vnum potuisse passionem suam totum redimere mundum. Idcirco nihilominus, quia deus est, potuisse resurgere à mortuis, & ascendere in cælum. Verum hæc ipsa nunc ex parte nobis velantur, neque ad plenum ea cognoscere possumus, quemadmodum dicit Apostolus. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetaui. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Amplius autem infidelibus totum velatur, quorum, ut superius dictum est, quia infideles sunt, mentes excæcauit deus. Igitur sub firmamento pennæ eorum recte quidem alterius ad alterum, sed vnumquodque duabus alis velabat corpus suum, quia quamdiu in hac mortalitate viuatur, ipsum quod credimus non parua nobis ex parte absconditur. Et alterum inquit similiter velabatur. Similiter inquam, nam pro quanta parte cuique nostrum absconditur est vnumquodlibet eorum quæ credimus, pro tanta parte & alterum velatur, nec maiore quilibet mensura mysterium sacrosanctæ incarnationis, quam passionis aut resurrectionis comprehendere mereretur.

*Quid sit audire sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, & in quo quasi sonum sublimis dei, quid sonus castrorum, & quid sit stantibus eis, dimitti pennas eorum.*

## CAP. XV.

**E**t audiebam sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis dei. Cum ambularent quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Cumque starent, dimittebant pennas eorum. Nam cum fieret vox supra firmamentum quod erat super caput eorum, stabant & submittebant alas suas. Vbi factus est repente de cælo sonus tantæ aduenientis spiritus vehementis, repleuit totam domum ubi erant sedentes apostoli, illic extunc audiri coepit sonus alarum animalium celestium, ita ut facta hac voce conueniret multitudo, quæ & mente confusa est, quoniam audiebat vnusquisque lingua sua illos loquentes. Tunc inquam coepit audiri, sonus alarum sicut sonus aquarum multarum. Multæ siquidem gratiæ celestes, multa charismatum tunc dona confluxerunt, multa viuæ aquæ flumina de ventre credentium fluere coeperunt, multis sermonibus, multis loquelis, & omnium gentium linguis, completumque est illud. Fluminis imperus lætificat ciuitatem dei. Item. Cæli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Igitur audiebam, inquit, sonum alarum quasi sonum aquarum multarum, quem videlicet sonum maiorem faciebat motus aquarum aliarum motus aquarum repugnantium, secundum alterius quoque psalmi testimonium. Eleuauerunt, inquit, flumina domine, eleuauerunt flumina vocem suam, eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus. Cuius enim hoc, nisi mirabilis domini miraculum fuit? Fuerant enim homines idiotæ & sine literis, quibus nunc datæ est os & sapientia, cui non poterant resistere, & contradicere omnes aduersarij sui. Propterea cum dixisset, quasi sonum aquarum multarum, continuo subiunxit. Quasi sonum sublimis dei. Hoc & ipsi fatentur cum dicunt, ut sublimitas sit virtutis dei, & non ex nobis. Nam reuera neque ab homine neque per hominem talem sonum, siue tantas voces acceperunt, sed per reuelationem Iesu Christi, utique sublimis dei sedentis sublimi folio ad dexteram patris. Cum (inquit) ambularent quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Cum ambularent, id est, prædicarent. Nam ad sonum prædicationis sonus e contrario fiebat contradictionis, iuxta quod ante dictum est. Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum, & hinc erat quasi sonus multitudinis atque castrorum. Et cum starent dimittebant pennas eorum. Cum starent, id est, cum non prædicarent. Stabant enim aliquando prohibente ne ambularent deo, verante spiritu sancto, iuxta illud in actibus Apostolorum. Transeuntes autem Phrygiam & Galaciæ regionem vetiti sunt à spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cum venissent autem in Miliam, tentabant ire in Bithiniam, & non permisit eos spiritus Iesu. Igitur cum fieret vox super firmamentum, cum audirent sublimis dei, vel spiritus sancti prohibentis imperium, quod imminere capit eorum, cui subiecti erant, & parati ad obediendum, stabant, id est, non prædicabant, & tunc dimittebantur pennæ eorum, nec erat ut sonus multitudinis atque castrorum, quia non erat contradictio, aut bellum, nisi ad eum, qui ex parte ipsorum erat prædicationis sonum.

Quid



*Quid sit similitudo throni super firmamentum, & quid sit aspectus hominis super thronum sedentis.*

## CAPVT XVI.

**E**T super firmamentum quod erat imminens capiti eorū quasi aspectus lapidis sapphyri similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis delu- per. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius & desuper, & à lumbis eius vsque ad dorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in cir- cuitu, velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuia. Hic erat aspectus splendoris per gyrum. Hæc erat visio similitudinis gloriæ domini. ] Quod super firmamentū in illo im- mortalitatis regno super omnem principatum & potestatem & virtutem, non iam similitu- do, sed veritas throni sit, & non iam similitudo quasi aspectus hominis, sed verus aspectus veri hominis Iesu Christi sedeat desuper, assertionem nostram non indiget. Certum quippe habet ca- tholica fides, & de hoc dubitare cuiuspiam sacrilegium est, quia quod tunc in imagine osten- debatur ex tunc in rei veritate perfectum est, ex quo videntibus apostolis, eleuatus est, & nu- bes suscepit eum ab oculis eorum, & sedit à dextris dei, iuxta illud, Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Sedis illius firmitatem & gloriam designat, cum dicit, quasi aspectus lapidis sapphyri. Nam in lapide firmitas, in sapphyro sereni cœli pulchritudo est. Quare autem in illa similitudine throni solum vider quasi aspectum hominis, cum hæcenus quatuor facies numerauerit, faciem hominis, faciem leonis, faciem vituli, faciem aquilæ volantis. Vide- licet quia sedens ille, leo, vitulus, aquila dicitur, tantū pro similitudine vel parabolica transla- rione. homo autem est, & esse permanet in veritate naturæ. Et hunc hominē vidi (inquit) quasi speciem electri. Nam quomodo electrum non ex vna tantum specie, sed ex duabus constat spe- ciebus, auri arque argenti. sic homo ille, non ex vna tantum, sed ex duabus consistit naturis, deus ex sua, vel ex dei patris, homo ex nostra substantia quam assumpsit. Nec tantū quasi spe- ciem electri, sed velut aspectum ignis air intrinsecus eius per circuitum à lumbis eius & de- super. Ignis intrinsecus, eius ignea diuinitatis virtus est, quæ intrinsecus habitans, carne ve- sita est. Nam deus noster ignis consumens est. A lumbis inquam desuper tantum ignis, nam à lumbis eius vsq; ad dorsum, vidi (inquit) quasi speciem ignis splendentis in circuitu, simulq; velut aspectum arcus cum fuerit in nube, in die pluuia. Quid est hoc, nisi quia ante carnis as- sumptionem, quæ per lumbos recte exprimit, deus generi humano iratus, tantummodo ignis consumens erat. postquam autem carnem assumpsit, iam non solummodo ignis, sed & incli- natio nobis est propitiationis. Arcus quippe in die pluuia signum est fœderis & pacis, sicut ip- se deus Noe promissit. Igitur à lumbis eius vsq; dorsum, simul species ignis & aspectus arcus quod est signū propitiationis. quia postquam homo factus est, sic ignem iustitiæ, vel iudicij sui pla- cidam miserationis auram contempert, vt neminem ignis ille iudicaturus sit, qui nunc interita per fidem ad misericordiam eius confugere voluerit. Hic talis aspectus tam temperatus splen- doris per gyrum, omnibus nimirum paratus qui in circuitu eius sunt, qui in ipsum credunt, qui ad ipsum respiciunt. Hæc visio similitudinis gloriæ domini, id est, dignam & congruā præ- ferens similitudinem eius, quæ nunc est gloriæ domini, gloriæ filij dei, eius quidem filij homi- nis gloria & honore coronati, & constituti super opera manuum patris.

*Quorum in hoc propheta typum gesserit, quod ait: Et vidi, & cecidi in faciem meam, &c. & quomodo ad gentes apostatrices missus sit.*

## CAP. XVII.

**E**T vidi, & cecidi in faciem meam. Et audiui vocem loquentis, & dixit ad me. Fili homi- nis, sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus, postquam locu- tus est mihi, & statuit me supra pedes meos. ] Post reuelatam euangelij Christi gloriam, quæ deinceps consecuta sint, vel consequantur, prophetica visio demonstrare hinc incipit, clauso quidē sermone, sed tali sermone vel reuelationis ordine, vt collata cū rebus deinde gestis, pro- pe quasi historica narratio sit. Propheta ipse postquam euangelij figuras sive imagines tam mi- rabiles peruidit, iā nunc prædicatoris eiusdem euangelij, id est, apostolorum vel discipulorum Christi typum gerit. Et vidi inquit, & cecidi in faciem meam. Non statim vt vidit similitudi- nem quatuor animalium, vel cætera quæ consecuta sunt, cecidit in faciem suam, sed postq̄ vi- dit similitudinem throni, & desuper similitudinem quasi aspectus hominis, cecidi ait, in faciem meam. Sic nimirum apostoli non statim vt Christum dominū cœperunt sequi, & videre gloriam euangelij eius, ita cognouerunt eum, vel ita crediderunt vt adorarent eū. sed postq̄ resurrexit à mortuis, & in cœlum ascendit, adorauerunt, & adorandum illum esse prædicauerunt. Et au- diui (ait) vocem loquentis, & ait ad me. Fili hominis sta super pedes tuos. Dicēdo fili hominis, ammonēbat eum propriæ conditionis, ne nesciret, quod cœlesti admissus esset visioni, gratiæ magis esse q̄ meriti. Et apostolis vtiq; quodammodo dictū est, stare super pedes vestros, & re- uera ingressus est in eos spiritus, & statuit eos super pedes suos, quādo qui prius erāt infirmi & timidi, induti sunt virtute ex alto, cōfirmati spiritu sancto, ita vt (verbi gratia) Petrus q̄ Christū dominum

dominū & magistrum suum, confiteri timuerat coram vna ancilla ostiaria, iam cōfiteri non dubitaret in plena synagoga, imō coram vniuersa Roma mundi domina, tot faucibus, tot po- restatibus, totq; gladijs armata. [Et audiui loquentē ad me & dicentem. Fili hominis, mit- ro ego te ad filios Israel ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me. Patres eorum præuari- cari sunt pactum meū vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt.] Quid aliud dictū putamus apostolis, nisi vt cōfirmati spiritu sancto, irent ad filios Israel, non iam dei populum, sed plurali numero gentes, gentes apostatrices, quæ à domino recesserunt, gentibus quibuslibet deteriores, quorum patres præuaricati fuerint pactū domini vsque ad diem illū, & ipsi malorū patrum filij pessimi, dura facie & indomabili corde erant. Neq; enim tunc tem- poris sine autoritate scripturæ diceret illis Stephanus protomartyr. Dura ceruice & incircun- cis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, & vos. [Et di- ces ad eos. Hæc dicit dominus deus. Si forte vel ipsi audiant, & si forte quiescant, quia domus exasperans est. Et scient quia propheta fuerit in medio eorū.] Non ignorabat dominus deus, quod nec ipsi audirent, neq; quiescerent, sicut nec patres eorum audierant, aut quiesuerant, sed illis oportebat primum loqui verbum dei, vt essent inexcusabiles, scire nolentes, quod prophe- ta ille, de quo prædixerat Moyses, fuerit in medio eorum.

*Quid sit librum coram illo expandi, qui erat inuolutus & scriptus intus & foris, & quid in eo scriptas esse lamentationes & carmen, & vae.*

## CAP. XVIII.

**A**peri os tuum, & comede quæcunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me in qua erat inuolutus liber. Et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris. Et scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & vae. ] Liber iste inuolutus ipse est qui in Apoca. memoratur septē sigillis signatus. Intus & foris scriptus est, intus videlicet per allego- riam, foris per historiam. Intus per spiritualem intellectū, foris per sensum literæ simplicem. Hic deniq; liber, omnis sanctuarij scriptura est. Hunc manus missa corā apostolis expandit, quādo dextra patris filius dei, scripturarū illis intelligentiam dedit, sicut ait Lucas, quia tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Lamentationes in hoc libro scriptæ sunt, & carmen, & vae. Prius lamentationes, deinde carmen, quia qui seminant in lachrymis, in gaudio metent, qui autem nunc lamentari, id est, poenitentiam agere nolunt, illis vae, quia mittetur in ignem æternum. Quid aliud totus liber, quid inquam aliud omnis sacra scriptura continet? Et recte dicitur, aperi os tuū, & comede quæcunq; ego do tibi, quia nimirum oportet vt ad comedendū verbum dei cibum, pia aueritate summissi disponamur, iuxta quod in psalmo dicitur. Dilata os tuū, & implebo illud. Comedere quippe est scripturā intelligere, quod dei donū est, propter quod dicit, & comede quæcunq; ego do tibi. Ergo nostrū quidem est os aperire, id est, scripturæ intellectum querere, dei autē implere, id est, verum scripturæ sensum aperire. Hunc librū, nisi manus missa expandisset, hodie non legeremus, id est, sanctam scripturā, nisi Christus dei fi- lius in semetipso opere adimplet, non intelligeremus. [Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce.] Qui expertus est, ipse nouit, quā verē dulcis sit scripturarum cibus, id est, sensus spiritualis. Propter quod dicit. Quā dulcia faucibus mei eloquia tua, super mel & fauum ori meo. [Et dixit ad me. Fili hominis vade ad domū Israel, & loqueris verba mea ad eos. Non enim ad populū profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, quorum non possis audire sermones. Et si ad illos mittereris, ipsi audirent te. Domus autē Israel noluit audire te, quia nolunt audire me.] Quā verē hæc dicta sint, effectus probauit. Si (inquit) ad populos mul- tos profundi sermonis, & ignotæ linguæ mittereris, ipsi audirent te, quod & factū est. Domus autē Israel noluit audire te. Quod & factū est. Nos enim populi multi, profundi sermonis, Græci & Latini, missi ad nos audiuius apostolos Christi, domus autem Israel eos audire noluit. Manifesta transcurrimus, imo & quædā transilimus, quia videlicet iam ostio patente si sem- per ad Apostolica respicias tempora, ferē nihil est quod gressus intelligentiæ retardet.

*Quomodo apostoli Christi, quos vt spiritus iste assumpsit, audierint post se vocē commo- tionis magnæ, benedicta gloria domini de loco sancto suo.*

## CAP. XIX.

**E**T assumpsit me spiritus, & audiui post me vocē cōmotionis magnæ, benedicta gloria do- mini de loco sancto suo. Et vocē alarū animalium, percutientium alteram ad alteram, & vo- cem rotarū sequentium animalia, & vocē cōmotionis magnæ. ] Hoc dicere primum vtiq; apo- stelico congruit ordini. Et assumpsit me (inquit) spiritus, subauditur in opus vel ministeriū suū. Sic enim dicit in actibus Apostolorum idem spiritus sanctus. Segregate mihi Barnabam & Saulum in opus quo assumpsi eos. Quid autem est, quod assumente se spiritu, audiui (inquit) post me vocem cōmotionis magnæ, benedicta gloria domini de loco sancto suo? Nimirum cum hinc plura recte & vtiliter dicantur, illud cū autoritate scripturæ fidenter dicamus, quia omni- habenti dabit, id est, euangelizanti cuiq; quantum accepit gratia scientiæ vel sapientiæ, magis ac magis

ac magis augebitur. Ergo assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem commotionis magna, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum sequentium animalia, idem est ac si dicat. Vbi ad imperium sancti spiritus, obedienter euangelij ministerium ingressus sum, creditumque mihi talentum coepi expendere, magis ac magis sensu ditescere, atque aures audiendi coepi habere, & interno auditu audire vocem commotionis magna, vocem & lamentationem supernae patriae, toriusque angelicae curiae, & in caelis conuersari, suspensa mente, cum adhuc in terris peregrinaret corpore, & intelligere praedictorum euangeliorum alas sacramentorum adiuuicem percutientium, id est, consona veritatis testimonia redendentium, intelligere nihilominus vocem rotarum sequentium animalia, id est, legis & prophetarum testimonia, Christi euangelio consonantia. Haec omnia post me audiui, id est, de praeterito recollegi. Verbi gratia. Petrus coram se non audiebat, praesentis quippe domini facta vel dicta non intelligebat. Propterea dictum est illi. Quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Et alibi cum Petro quam ceteris. Adhuc & vos sine intellectu estis. Nec mirum. Erant enim homines idiotae & sine literis. At ubi eum, scilicet Petrum assumpsit spiritus promissus, ab eodem domino dicente. cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem, praeteritum Christi euangelium, sensu & intellectu recollegit, praeteritas quoque prophetarum voces intus audiuit, foris enunciauit. dixit enim. Viri Iudaei & qui habitatis Hierusalem vniuersi, non sicut vos aestimatis hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam Iohel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri & filiae vestrae, &c. Et subinde. Dauid enim dicit in eu. Prouidebam dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc laetatus est cor meum, & exultauit lingua mea, in super & caro mea regesceat in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Igitur qui ante me, ne saltem alarum animalium vocem audire potui, iam assumpseram a spiritu, non solum animalium, sed & rotarum animalia sequentium vocem post me audiui magna commotione, id est, qui cum in praesenti haberem deum, ne saltem incarnationis eius causam, passionis utilitatem, resurrectionis veritatem, ascensionis gloriam intelligere potui. iam misso de caelis spiritu sancto, non solum haec, sed & legis & prophetarum arcana de praeterito valui percipere, magna interim auditis certitudine. Et quasi quaereret, quale vocem audierit, vel ne dubitaret utrum articulatam, an inarticulatam vocem audierit, in illa magnitudine commotionis, pulchre ait. Benedicta gloria domini de loco sancto suo, non quod sola, sed quod prima haec vox laudis in commotione animalium audita sit. Nam ubi prima facies hominis alam suam mouit, id est, ubi primum deus homo factus in carne apparuit, audita est bene haec eadem angelicae laudis vox. Gloria in excelsis Deo. Proinde si quaeras, de quo loco sancto suo benedicta sit gloria domini, ecce locus eius excelsum solium paternae maiestatis, cuius ad dexteram confedit gloriosus victor, quod praepotantes simul & praenunciantes, dicebat. Gloria in excelsis deo.

*Quomodo apostoli accepto spiritu sancto amari & indignantes facti sint, & ad quem aceruum nouarum frugum venerint, sederint, & moerentes manserint.*

## CAPVT XX.

Spiritus quoque leuauit me, & assumpsit me, & abij amarus, in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mecum confortans me. Bene & competenter. Parum quippe fuerat sanctis apostolis per assumptionem spiritus vocem audisse post se, id est, facta praeterita, & antiquas scripturas intellexisse, nisi per eundem spiritum leuati, & competenti fiducia sublimes facti, auderent amari indignateque incedere spirituali indignatione & leuera amaritudine, qualem utique indignationem siue amaritudinem, spiritus sanctus sese illis conferre significans, apparere voluit in igne. Nam apparuerunt illis dispersitae linguae tanquam ignis. Proinde quasi quaereret, quomodo amarus, vel quali indignatione, addit continuo. Manus enim domini erat mecum confortans me. Ergo fortitudo zeli, qua fortes facti sunt apostoli, ipsa est amaritudo, dulcedini vitiorum contraria, ipsa est indignatio quae pro causa dei, quamlibet altos homines despiciere non dubitat. Et veni ad transmigracionem, ad aceruum nouarum frugum, ad eos qui habitabant iuxta flumen Chobar, & sedi ubi illi sedebant, & mansi diebus septem moerens in medio eorum. Miro modo prophetica haec scriptura, tempus quoque insinuat, quo Christi apostolos virtute armatos, ad praedicandum misit spiritus sancti gratia, dicendo. Et veni ad transmigracionem, ad aceruum nouarum frugum. Quo enim anni tempore sint acerui nouarum frugum in terris illis, testantur duo panes primitiarum, qui in solennitate Pentecostes, ex lege iubebantur offerri. Ergo non ab re ad aceruum nouarum frugum se venisse dicit, spiritus liter pro ratione temporis nouas fruges eos appellans, qui per praedicationem apostolorum ad Christum collecti sunt, ipsa die aduentus spiritus sancti. Spiritualliter inquam ipsos transmigracionem, ipsos aceruum appellat nouarum frugum, ipsos habitare dicit iuxta fluum Chobar.

Transmi-

Transmigracionem, quia nimirum credendo in Christum, captiuos se esse confitebantur, & transmigratos in Adam ab illa superna Hierusalem. Aceruum nouarum frugum, quia consepulti grano frumenti Christo per baptismum in mortem, deinceps in nouitate vitae ambulare coeperunt. Iuxta fluum Chobar, quod nostra lingua graue ionat, habitabant, quia quotquot supernae Hierusalem veraciter meminerunt, grauitatem miserae mortalitatis trifides praeculis habebant & flebant, iuxta illud Dauidicum. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Sedi inquit ubi illi sedebant, & mansi septem diebus moerens in medio eorum. Et apostoli utique in medio praedictorum moerentes sederunt. moerentes, inquam, non modo quod in mundi huius Babylone captiuus essent, verum & quod nimium paucos ex cognatis suis Iudaeis ad memoriam supernae Hierusalem reuocare possent. in super & multas persecutiones ab eis illatas sustinerent. Septem dies quibus in medio eorum sedisse dicitur, post haec egressurus in campum ad imperium domini, totum significat tempus, quo Iudaeam non reliquerunt apostoli, scilicet fere bis septem annos, usque ad quartum Claudij annum, quo Paulus & Barnabas a spiritu sancto ad praedicandum gentibus sunt missi, & Petrus Romam ingressus est.

*Quantum sit euangelizandi necessitas eis quibus dispensatio credita est, secundum id quod ait: Speculatorem dedi te domui Israel, & quod per haec subuersio praenunciatur Hierosolymorum, quae subsecuta est passionem domini, & praedicationem apostolorum.*

## CAPVT XXI.

Cum autem pertransissent septem dies, factum est verbum domini ad me, dicens. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, & audies de ore meo verbum, & annuncabis eis ex me. Si dicente me ad impium, morte morieris, non annunciaueris ei, neque locutus fueris ut auertatur a via pessima, & viuat. Ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Magna & formidabilis necessitas speculatorum eiusmodi, quam sciens vnus illorum Paulus, dicit. Nam si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas enim incumbit mihi. Vae enim mihi est, si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedem habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Magna itidem, & iusta damnatio Iudaeae, quae speculatorum vigilantiam clamantem, quantum potuit, audire noluit, sed & per secura est, & longe a se repulit. Sequitur enim. [Si autem tu annunciaueris impio, & ille non fuerit conuersus ab impietate sua, & a via sua impia, ipse quidem in iniquitate sua morietur, tu autem animam tuam liberaisti.] Liberationem huiusmodi quomodo agnoscerent, vel qualiter assererent apostoli, dominus ipse in euangelio sic praedocuit. Et quicumque non receperint vos, exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Hoc fecisse illos, apostolicorum Actuum scriptura non tacuit, quando Iudaeorum seditionibus defessi, transferunt ad gentes bona conscientia liberati. De quo illorum transitu sequitur hic. [Et facta est super me manus domini, & dixit ad me. Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum. Et surgens egressus sum in campum.] Mystice quippe campus latitudo est gentium. Ibi inquit loquar tecum, subauditur, cum multo maiore fructu audientium. [Ecce ibi gloria domini stabat, quasi gloria quam videram iuxta fluum Chobar.] Et est sensus. In campo in latitudine gentium, non minus quam in ecclesia eorum, qui ex Iudaeis crediderunt, euangelij gloria claruit in omni gratia, in prodigijs, virtutibus, & signis. primo extunc ubi loquente Petro ad eos, qui de gentibus veniebant, cecidit spiritus sanctus super eos, qui audiebat verbum, & erant loquentes linguis, & magnificantes deum. Vnde Petrus. Si ergo eandem gratiam deus dedit illis, sicut & nobis qui credimus in dominum nostrum Iesum Christum, ego quis eram qui possem prohibere deum. Et alibi. Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Igitur quae iuxta fluum Chobar, eadem deinde in campo stetit gloria domini, quia sicut & Paulus ait. Non est distinctio Iudaei & Graeci, & per indebitam gratiam, primum Iudaeo, deinde Graeco eadem se exhibuit gloria domini, ut iustificaret utrumque per fidem Iesu Christi. [Et cecidi in faciem meam, & ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos.] Cur hoc in campo ut supra iuxta fluum Chobar de propheta agitur, nisi ut specialiter designetur, quia etiam electis gentium, dandus esset spiritus sanctus, qui eos quos assumeret, prius a superbiae suae statu deiceret, & postmodum super pedes suos, id est, super bona opera sua solidaret. Et nunc quidem Israeliticum populo ablata, in altitudinem gentium gloria domini sparsa est, sed & in fine mundi ad illos reuertetur, sicut scriptum est. Donec plenitudo gentium introiret, & sic omnis Israel saluus fiet. Sequitur ergo. [Et locutus est mihi, & dixit ad me. Ingredere & includere in medio domus tuae.] Includi in medio domus suae praecipitur, quia Antichristi tempore ab eis gentibus, quae in infidelitate remanserint conuersa plebs Iudaeorum dura, persecutionibus angustatur. Vnde subdit adhuc. [Et tu fili hominis, ecce data sunt

Colos. 1.  
Roma. 6.

Psal. 136.

1. Cor. 9.

Matth. 10.  
Mar. 6.  
Luca 9.

Act. 2. 10.

Act. 15.

Act. 17.

Roma. 10.  
Gala. 2.

Rom. 11.

SSI

sunt

sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum, & linguam tuam adhaerescere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperas est.] Propheta in domo sua vincula suscipit, & ligatur, quia in extremis cum Iudaea crediderit, grauissimas Antichristi persecutiones patietur. Et in medio eorum non egredietur, quia ad corda prauorum praedicatione non peruenit, dum tacet lingua bonorum ligata tribulationibus.

*De ciuitatis obsidione, quomodo portentum eius fuerit, quod dormire iussus est propheta super latus suum sinistrum, & portare iniquitates domus Israel trecentos & nonaginta dies. & dormire in latus suum dextrum, & portare iniquitates domus Iuda quadraginta diebus.*

## CAPVT XXII.

**E**t tu fili hominis sume tibi laterem, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordina- bis aduersus eam obsidionem, & caetera.] Iuxta rerum gerendarum ordinem, sensumque propheticum eorum quae tunc gerenda, nunc autem gesta sunt, hoc prophetae capitulum & loco iungendum est, ubi paulo ante dixit, Et surgens egressus sum in campum, & ecce gloria domini stabat quasi gloria quam videram iuxta fluuium Chobar. Postquam enim repulsa a Iudaeis ad gentes exiit gloria domini, notum omni mundo illud miserae ciuitatis Hierusalem excidium successit, quod non dubitamus hic prophetae praemonstrari. Sequitur enim, [Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo, numero dierum, quibus dormies super illud, & assumes iniquitates eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israel. Et cum compleueris haec, dormies super latus tuum dextrum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi.] Cum dixisset, dormies super latus tuum dextrum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus, tunc demum subiunxit, Diem pro anno dedi tibi. Notandum, quod non itidem cum dixisset, ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israel. non inquam itidem subiunxit, diem pro anno dedi tibi. Haec dicimus, ut longissimam, & quae longe ante hanc prophetiam coepit, annorum prolixitatem euadamus, & ad id quo tendimus, secundum certum rerum gestarum euentum liberius accedamus. Nam a Phacee rege Israel, sub quo Salomanasar Israelitici populi vastauit milia multa, usque ad quadagesimum annum Assueri, superputamus quidem annos trecentos nonaginta, quando vniuersa Iudaici populi persecutio est mitigata, sed haec supputatio caeteraque expositiones, quas alij atque alij super hoc loco senserunt, scrupulose sunt, atque rei de qua nunc agitur, minus, ut arbitramur, conueniunt. Igitur quia nec litera praesens nos cogit suscipere utrobique, id est, tam in sinistri quam in dextri lateris dormitione, diem pro anno dari, iam nunc ad illud, de quo supra coepimus, extremum Hierosolymorum excidium accedamus, & historiae veritate perspecta, videbimus quam recte in signum eius, vincit atque constructus propheta sit, & sic dormire iussus.

*De misera obsidione Hierusalem, facta a passione Christi anno quadagesimo primo sub Tito & Vespasiano imperatoribus.*

## CAP. XXIII.

**A**nno primo delati imperij Vespasiano, qui erat a passione domini nostri Iesu Christi, quadagesimus primus, Titus paterni executor electus triumpho cum electa manu Hierosolymam dirigitur, post tres annos susceptae expeditionis, nam hic erat annus quartus. Pater quippe Vespasianus ut victis post commemorat filius Titus, cum potuisset improuolus in imparatos se infundere, Galilaeam circuibat, longinqua exurebat, ut vos inquit deponeretis insolentiam, veniam postularetis. Virtutem ostendit, & cum vniuersos teneret, Aegyptum petijt, ut indutias resipiscendi daret. Insolentiores vos nostra fecit absentia, quia nos occupatos putastis, & caetera. Quarto itaque expeditionis, primo (ut iam dictum est) imperij Vespasiani anno, repletis infra paucos dies ordinibus militarium numerorum, de quibus lecta manus missa fuerat in Italiam, ventum est ad urbem, quae ferebatur latronum armis premi, & factionum stipamine circumueniri, quippe cui tertius tyrannus Eleazarus accesserat, occupatis templi interioribus, & circuitu omni, supra fores quoque in vestibuli ipsius fronte armis constitutis. Simon vero, quem sibi tyrannum populus introduxerat, superiora urbis tenebat, inferiora quoque populo ipsius replebantur. Inter tres medius erat Iohannes, inferior Eleazarus, superior Simon, instructior ramen caeteris subsidijs machinatus, & omni genere telorum, bellum aequabat. In stabat autem paschalis celebritas, & quemadmodum Moses tanto tempore ante cecinerat, foris vastabat eos gladius, & intrus paor, & ubi primum forense praedium commissum est, & paupers quicquid, internu successit. Namque paschalis (ut iam dictum est) interuentu celebritatis, subornatis plerisque, Iohannes quasi obseruationis gratia templum adiret, quippe cum ipsi factionum viri nunc se cohortati fuissent iniucis, ut in vnu conspirantibus studijs patriam defensarent, ne eorum discordia

discordia incruentam Romanis victoriam daret, ita tanquam socijs data ingrediendi copia doli parauit. Ingressi enim specie ciuili, sed interius armati, reiectis exuuijs, gladios attollunt, loricate pectore, & praleari accincti munimine. His malorum habitis inijs, totus exactus est annus miserabilis, palamque fuit miseris, tunc Barrabam seditionis auctorē viuere, Iesum autem pacis principem sibi mortuum esse. Hostis extra murum pacem offerebat, seditionis auctores intra murum pralearabant. Cogebat fames egredi, quibus beneficium erat ferro perire, ieiunij coparatione. Furebat intus Simon, furebat Iohannes, insidiabantur singulis per ministros suos. Si quis fugere tentaret, tractus per humum discerpebatur. Eorum quoque qui abierat proximi trucidabantur, aut cruci affixa plerorumque cadauera, suis qui elapsi fuerant, ostentabant. Eo usque fames grassata est, ut mulier quaedam Maria nomine, de locupletissimis regionibus Perae, infantulum quae genuerat, gladio occisum, atque igni appositum, pietatis genitalis vsu oblitterato comederet. Quid multa? Reuertentis anni menle quinto, decima mensis, templum, cuius iam dudum, nuda facies remanserat, exultu est. Quo die quondam Babylonij ingruentibus fuerat incensum. Verim ante hoc muris dirutis patuerat excessus clausis ad Romanos cōfugiendi, tanta inedia cōfectis, ut appositis cibis, plerique cum quod absorbuissent mollioris alimonie, interclusis iam faucibus strangularentur. Quis igitur non videat historiam tam atrocis tragodiae, cum numero conuenire dierum huius prophetae dormitionis in sinistro latere? Nepe & si paulo plures videant miserae obsidionis, quam trecenti nonaginta dies, usque ad id, quo clausis ad Romanos cōfugiendi facultas facta est, quod tamē probare difficile est, attamē ad laborē prophetae pro tota parte anni secundi, quantulacumque fuerit, sufficiunt viginti quinque dies. Nunc ad ipsa prophetae verba reuertamur.

*Quomodo passio & carceres euangelij praedicatorum eorundem abiectione quoque praesignata sit in propheta isto: quomodo pessima quamque horrenda fames obsessorum praesignetur, in eiusmodi pane quem propheta sibi coquere in stercore, & comedere iubetur.*

## CAPVT XXIII.

**P**ostquam gloria domini in campum exijt, quo significabatur euangelica praedicatione, ad gentes exitura, relictis Iudaeis, loquitur spiritus ad prophetam. Ingredere, & includere in medio domus tuae, & tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabit te in eis, & non egredieris de medio eorum. Et linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir obiurgans, quia domus exasperans est. Hoc portento euangelij praedicatorum a domesticis & contribulibus suis vincula & carceres passuri, & ob hoc ora sua illis clausuri significatur, donec circa finem seculi iterum illis praedicatione reddatur, & saltem reliquiae ex illis conuertantur. Sequitur enim, [Cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos. Haec dicit dominus deus. Qui audit audiat, & qui quiescit quiescat, quia domus exasperans est.] Ait autem dominus eis, qui prophetas occiderant, & apostolos sicut per praedicta vincula significatur, persecuturi erant, Ut veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram a sanguine Abel iusti usque ad sanguinem Zachariae filij Barachiae, quem occidistis inter templum & altare. Amen dico vobis, venient haec omnia super generationem istam. [Sequitur ergo. Et tu fili hominis, sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem, & ordinabis aduersus eam obsidionem, & aedificabis munitiones, & com portabis aggerem, & dabis contra eam castra, & pones arietes in gyro. Haec est Romanorum obsidio, quam prauidens dominus, flebat super eam, dicens. Quia si cognouisses, & tu. Et tu sume tibi sartagnem ferream, & pones eum murum ferreum inter te & inter ciuitatem, & ob firmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, & circumdabis eam. Signum est domus Israel. Haec est ira dei, de qua idem qui supra dominus dicit. Erit enim praesura magna super terram, & ira populo huic. Sarrago quippe ferrea, quae & murus ferreus coelestis irae nimie ratem significat, cuius seueritatem excurrere non possit misericordia, ut ad clausos vel obsessos perueniat. Et ut sciat propheta, quanta obsidionis futura sit mora, & tu inquit dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel super eo numero dierum quibus dormies super illud, & assumes iniquitatem eorum. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum numero dierum trecentos nonaginta dies, & portabis iniquitatem domus Israel. Annos ait, videlicet plus quam vnum, minus tamen quam duos. Item ut sciat, quantum temporis a perpetrato sacrilegio dominicae mortis, usque ad eandem obsidionem futurum sit, & cum inquit compleueris haec, dormies super latus tuum dextrum secundo, & assumes iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus. Diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Denique a passione domini usque ad obsidionem ciuitatis, quae (ut supra dictum est) coepit quarto anno expeditionis, quadraginta anni fuerunt. Bene ergo, quia nimium & importabile fuisset prophetae, tanto tempore dormire super latus vnum, diem ait pro anno dedi tibi. Tum ne ignoret, quam pessima, quam horrenda in ipsa obsidione futura sit famis rabies. Et tu inquit sume tibi frumentum, & hordium, & fabam, & lentem, & milium, & viciam, & mitte ea in vas vnum, & facies

tibi panes numero dierum quibus dormies super latus vnum, trecentis nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die. A tempore usque ad tempus comedes illud, & aquam in mensura bibes, sextam partem hinc, a tempore usque ad tempus bibes illud, & quasi subcineritium panem hordeaceum comedes illud, & stercore quod egredietur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit dominus. Sic comedent filii Israel panem suum pollutum inter gentes, ad quas eijciam eos. Inter gentes, id est, Romanos obsidentes, ad quas eijciam eos ait, cum praeualens subegerit illos fames. Et bene pollutum panem dixit. Quid enim pane illo pollutius, quem ut comederent parricidiali sanguine polluebant? Insidiabantur inuicem, quis cui raperet. Vbi alimenti suspitio, ibi bellum inter domesticos, pugnabatur pro cibo, necabatur charissimi, discutebant defuncti, ne quis inter amicum eorum cibus lateret. Simulare se aliqui mortuos existimabantur, ne viuentes aliquid alimenti habere suspicarentur. Sed ne viuentes quidem aut vitae fungi munere, aut mortem simulare poterant. verum aperto ore, sicut rabidi canes, aurarum captantes spiramina, huc atque illuc circum ferebantur. Insidiabantur iumentis alium purgantibus, & verusta rimabantur boum stercore, ut quod visu erat horribile, hoc fieret esca esurientibus. Recte igitur operies, inquit, illud stercore, quod egredietur de homine, quia cibum suum pollueret habebant homines mutuo sanguine, licet propheta hoc exhorrescenti moderatius concessum sit, ut simum bouum acciperet pro stercore humanis. Notandum sane, quod de quadraginta dierum dormitionis in dextro latere panibus omnino taceat, quia videlicet per iam dictos quadraginta annos Iudaei propter scelera sua non sanguine aut fame vapulaerunt, quinimo luxuriam cumulaerunt, sicut testatur fremebundo spiritu, loquens illis Iacobus apostolus. Agite nunc diuites, plorate luxuriantes in misericordis vestris, quae aduenient vobis. Et post pauca. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra. In die occisionis adduxistis, occidistis iustum, & non resistit vobis.

Iacob. 5.

*Quomodo Iudaei reliqui tanquam pili capitis aut barbæ gladio acutissimo abrasi sint, Hierosolyma à tribus tyrannis crudelissimis funditus destructa. CAP. XXV.*

**CAP. V.** **E**t tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos, & assumes eum, & duces per caput tuum & barbam tuam. Et assumes tibi stateram ponderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum oblidionis. Et assumes tibi tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius. Tertiam vero aliam disperges in ventum & gladium nudabo post eos. Et fumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui, & ex eis rursum tolles, & proicies in medio ignis, & combures igni. Ex eis egredietur ignis in omnem domum Israel. Misericordiarum praedictae oblidionis, vel excidij Hierosolymorum recapitulatio haec & breuis complexio est. Sume inquit tibi gladium acutum, radentem pilos. Gladius acutus radens pilos, seuera scelerum vltix sententia est, superfluos exterminatura Iudaeos. Sicut enim pili capitis aut barbæ corpori adherent, sed corporis partes aut membra non sunt. sic Iudaei, de quibus vel contra quos sermo est, deo patrum suorum nomine quidem vel professione adhaerebant, sed nullo veritatis timore vel amoris affectu ad eum pertinebant. Vnde est illud. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Assumes inquit eum & duces per caput tuum & per barbam tuam, atque diuides eos in statera ponderis, ut videlicet cadant in ore gladij, & captiui ducantur in omnes gentes, prout se habent mensurae, vel pondera peccati. Nam tertiam partem igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionem dierum oblidionis. Isti sunt, quos trium latronum Iohannis, Simonis, atque Eleazari gladius discors intra ciuitatem trucidauit, simulque fames indefessa plebium popularis, tanta multitudine, ut cum sepeliri nequirent, de muro defunctorum reliquiae in profunda praecipitia deijcerentur. Denique aspiciens Tirus praeruptos specus cadauerum sanient dilaceratis visceribus innatantem, alitè ingemuit, & manus ad caelum eleuans, testatur haudquaquam illud sibi ascribendum, qui voluisset veniam dare si deditio procederet, expectasse se, ut pacem rogarent, paratum se ut incolumes seruaret, si bellum deposuissent. Et fumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu eius. Isti sunt quos fors consertis praelij Romanus mucro concidit. Tertiam vero aliam disperges in ventum. Isti sunt qui venditi & captiui in omnes gentes abducti sunt. Plurimi venales, sed pauci emptores, quia & Romani habere in seruitute Iudaeos dedignabantur. Et gladium inquit nudabo post eos. Isti sunt qui Tito procedente, & per singulas vrbes pompam celebrante victoriae, perimebantur in arena, quicunque pergebant, ac dilacerati à bestijs pendebant merita rebellionis. Et fumes inde paruum numerum, & ligabis eos in summitate pallij tui. Isti sunt qui vitae reseruati, vitam haecenus agunt sub iugo ligatam extrema seruitute, conditione vestigali. Sed nunquid isti vindictam euadunt sanguinis Christi? Non utique, nam quia increduli sunt, & in incredulitate permanet, ex eis inquit rursum tolles, & proicies in medio ignis, & combures eos igni. Et ex eis inquam, non omnes, nam aliqui ex eis conuertentur, & in nouissimo reliquiae saluabuntur, quos ignis gehennae non suscipiet.

Ex eis

Ex eis egredietur ignis in domum Israel, nam reuera ex eis tempore Antichristi constabitur persecutio in omnes, qui veraciter erunt domus Israel.

*Mala omnia quae Hierosolymis acciderunt, maxime pro culpa accidisse sacerdotum, scribarum, & phariseorum, & ergo consequenter nunc dici: Haec dicit dominus montibus & vallibus: Ecce ego inducam super vos gladium. CAP. XXVI.*

**E**t factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis pone faciem tuam ad montes Israel, & prophetabis ad eos, & dices. Montes Israel audire verbum domini. Haec dicit dominus deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus. Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringent simulachra vestra, & deiciam interfectos vestros ante idola vestra. Malorum omnium quae hic dicta sunt, maxime principes sacerdotum & scribas ac phariseos causa premit. Idcirco & dominus postquam fleuit super ciuitatem & haec omnia mala illi ventura praedixit, continuo ingressus in templum coepit eijcere vendentes in illo & ementes, corripiens sacerdotum, eo quod de domo orationis fecissent speluncam latronum, & hic sermo propheticus per metaphoram sub nomine montium, & collium, rupium, & vallium, contra eodem sacerdotes inuehitur. Tres erant ordines orbi eminentes, sacerdotum, scribarum, & phariseorum, alij quidem omnes aestimatione propria vel gradibus suis, ut montes, & colles, atque rupes, sed reuera per hypocrisim, atque profundam voracitatem, cuncti imae valles, omnes avaritiae sentinam trahentes, sicut & dominus in euangelio semel & iterum, imò sexies aut septies acriter inuestione improprie illis ut dignum est. Vae vobis scribae & pharisei hypocritae, qui mentham & anetum decimatis, relinquentes quae grauiora sunt legis, vae vobis hypocritae qui haec & illa facitis. Et bene ad ignominiam illorum non ait, Ecce ego disperdam templum meum propter vos & altare, & sancta sanctorum, quibus vestra inhiante incubat avaritia, sed, disperdam, inquit, excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra, & deiciam interfectos vestros ante idola vestra, nomine excelsorum, simulachrorum, siue idolorum, quia non tam ipse in illo templo suo colebatur ab eis, quam turpe lucrum, vel turpis lucri deus Mammon. Attamen & propter excelsa vetera simulachra siue idola, quae patres eorum coluerunt, & propter quae sanguinem prophetarum fuderunt, mala omnia super generationem illam venerunt, idcirco quia dominum prophetarum occidendo, & apostolos eius persequendo, mensuram patrum suorum impleuerunt.

Luc. 19.

Math. 23.

*De horrore & magnitudine diei iudicij, in quo maiora cunctis praeteritis malis recipient impij, & hoc esse quod dixit, finis venit, venit finis super quatuor plagas terrae.*

CAP. VII. XXVII.

**E**t factus est sermo domini ad me dicens. Et tu fili hominis, haec dicit dominus deus terrae Israel. Finis venit, venit finis super quatuor plagas terrae, nunc finis super te, & emittam furor meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas, & non parcat oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuas in medio tui erunt, & scietis quia ego dominus. Haec dicit dominus deus. Afflictio vna, afflictio ecce venit, finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te, ecce venit, venit cotritio super te, quia habitas in terra. Venit tempus, prope est dies occisionis, & non gloriae montium. Et si illis quibus tunc reponis Babylonica captiuitas imminerebat, quasi digito videbat ostendit finis ille, & illa afflictio, & dies ille occisionis, nobis tamen qui adhuc ista legimus, finis ille, & ille dies afflictionis, dies occisionis sine dubio declamatur, qui non iam ut tunc super vnam gentem, sed super quatuor plagas terrae, & super omnem qui habitat in terra, venturus est. vere finis, vere dies afflictionis, vere dies occisionis, cuius magnitudini exprimendae, nec ista praesens, nec vlla cuiuscumque declamatio sufficit. Nam ut ceptum iam compleamus ordinem, illa est dies vniuersalis iudicij, quod vere tempus erit occisionis, & non gloriae montium, id est superborum, sicut & propheta alius cum de praedicta tantum Babylonica captiuitate dicere videretur, simili declamatione de illo nouissimo die dicebat. Iuxta est dies domini magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis, &c. Etenim quia euangelicae fidei finis hic est, ut is qui propter nos homo factus & passus est, resurrexit, & in caelum ascendit, inde ad iudicandos viuos & mortuos venturus esse credat. recte sicut in initio prophetiae huius anni qui erat quintus annus transmirationis, per quatuor facies animalium quadrifidum Christi intelligimus euangelium, sic in fine, id est, ab hoc loco, usque ad id quod dicit postmodum, secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos, futurum illud denunciari intelligimus vniuersale iudicium. Et non dicat malus seruus in corde suo, in tempora longa fiet istud, vel mortuos suos, manducare autem & bibere cum ebrijs. Nam reuera, & si illud non crediderit, quod illud iudicium tam prope sit, ut digito possit ostendi dicendo, ecce finis, ecce afflictio, ecce dies

SSI iij

dies

Luc. 12. dies occisionis, ecce venit finis, nunc venit finis, vel iuxta illum alium, iuxta est dies domini, iuxta & velox nimis, at saltem illud dissimulare non potest, quoniam propria vel singulari morte cito moriturus, & in illa iam secundum animam iudicandus sit. Veniet dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora quam ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis.

De visione anni sexti, quod ad eadem pertineant sacramenta Christi filij dei, quod videlicet per quatuor abominantium incrementa causa redduntur, cur dominus Iudeos reliquerit

CAP. VIII. *in campum gentium exierit.* CAP. XXVIII.

**P**ost vnus, id est, quinti anni transmigracionis prophetiam, sequentis quoque, id est, sexti non prætereundam arbitramur, quia nimirum vsque ab id quod ait, & spiritus leuauit me, adduxitque in Chaldaeam, ad transmigracionem in visione spiritus dei, & sublata est à me visio quam videram, ad idem mysterium Christi, ad eadem spectat sacramenta euangelij Christi filij dei. [Et factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis, ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus domini dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis, ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis, & à lumbis eius, & sursum quasi aspectus splendoris, vt visio electri. Et emissa similitudo manus apprehendit me in cincinnis capitis mei, & eleuauit me spiritus inter terram & cælum, & adduxit me in Hierusalem in visione dei, iuxta ostium interius, quod respiciebat ad aquilonem ubi erat statutum idolum zeli ad prouocandam æmulationem. Et ecce ibi gloria dei Israel, secundum visionem quam videram in campo.] Quinto anno transmigracionis Iechonis, quarto mense, quinta mensis, superiorem visionem factam ad prophetam legimus. hæc autem quam nunc exponere volumus, sexto anno eiusdem regis, sexto mense, quinta mensis facta memoratur. Ex quo perspicuum est, post annum & duos menses hæc facta quæ scripta sunt, & vel intermissam per annum & duos menses prophetiam, vel per totos quatuordecim menses gesta, quæ superior sermo contexit. [Et dixit ad me, Filii hominis, leua oculos tuos ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilonari parte altaris idolum zeli in ipso introitu, & cætera.] Quatuor abominationum incrementa, quæ prophetæ in hac visione ostenduntur, diligenter consideranda sunt. Nam quasi causas iustitiæ quæres, cur secundum præcedentis anni prophetiam gloria domini, relicta Iudeis in campum gentium exierit, atque ipsi Iudæi postmodum obsessi, & fame perditii ceciderint in ore gladij, atque in omnes gentes captiui ducti sint, ecce altius reperit, & quatuor abominationes gentis gradatim in peius proficientes, ostendens, deinde sub eadem penè imagine gentis eiusdem destrucionem representat atque confirmat, incipiendo sic. Appropinquauerunt visitationes vrbis. Et deinceps. Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubin. Rota vna iuxta Cherub vnum, & rota alia iuxta Cherub alterum. Et aspectus earum similitudo vna quatuor quasi si sit rota in medio rotæ, & cætera. De eo cuius similitudo quasi aspectus ignis ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis, & à lumbis eius & sursum, quasi aspectus splendoris, vt visio electri, iam superius dictum est, nec dubium, quin ipse sit Christus filius dei, idemque filius hominis in quo & similitudo est electri ex auro argenti que compositi, qui & in fine iudicaturus est seculum per ignem, quod significat quasi per finales partes corporis igneas, dñi dicitur, ab aspectu lumborum eius, & deorsum ignis. Abominatio prima hæc est. [Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilonari parte altaris idolum zeli, in ipso introitu. Adhuc conuersus ait. Videbis abominationes maiores.] Abominationes maiores istæ sunt. [Cum perfodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & vniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete, in circuitu per totum, & septuaginta viri de senioribus domus Israel, & Iechonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas, & vnusquisque habebat thuribulum in manu sua, & vapor nebulae de thure consurgebat.] Maiores abominationes istæ sunt, quia videlicet illic solummodo idolum zeli in ipso introitu, hic autem non solum idola, sed & septuaginta viri de senioribus domus Israel stabant, & Iechonias in medio eorum, & vnoquoque eorum habere thuribulum in manu sua vapor de thure consurgebat. [Adhuc, inquit conuersus, videbis abominationes maiores.] Quæ sunt illæ maiores? [Introduxit me per ostium domus domini, quod respiciebat ad aquilonem, & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.] Iuxta gentilem fabulam in mense Iulio Amaluis Venieris & pulcherrius iuuenis occisus, & deinceps reuixisse narratur. Vnde eundem mensem Iulium eodem nomine appellabant, & anniuersariam ei solennitatem celebrabant, in qua plangebatur à mulieribus quasi mortuus, & postea quasi reuiuiscens canebatur atque laudabatur. Maiores abominationes istæ sunt, quia videlicet illic viri stabant, hic autem mulieres etiam sedebant. Pluris quippe est in abominationibus sedisse, quam stetisse, id est, maioris noxæ est peccatum in usum traxisse, quam peccatum perpetrasse. Sed de his postmodum. [Adhuc, inquit, conuersus videbis abominationes maiores.] Quæ sunt istæ abominationes maiores? [Et introduxit me in atrium domus domini

CAP. IX. CAP. X.

domini interius, & ecce in ostio templi domini, inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorfa habentes contra templum domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et ecce ait applicent ramum ad nares suas. Adorare ad ortum solis, qui vtiq; creatura est, id nimirum errare est. dorsum autem habere contra templum domini, & ramum applicare ad nares suas, id plane est redarguentem dominum contemnere, ac sibi in malis suis complacere.

domini interius, & ecce in ostio templi domini, inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorfa habentes contra templum domini, & facies ad orientem, & adorabant ad ortum solis. Et ecce ait applicent ramum ad nares suas. Adorare ad ortum solis, qui vtiq; creatura est, id nimirum errare est. dorsum autem habere contra templum domini, & ramum applicare ad nares suas, id plane est redarguentem dominum contemnere, ac sibi in malis suis complacere.

Quod per quatuor incrementa hæc, idem debeat intelligi quod per propheticum sensum super tribus sceleribus Damasci, Gazæ, Tyri, & cæterorum, & super quatuor non conuertam eum.

**I**crementa hæc peccati diligentius consideraturi, prophetæ alterius recordemur, per quem loquitur deus. Super tribus sceleribus Damasci, Gazæ, Tyri, siue Edom aut filiorum Ammon, vel certe Moab, aut Israel, quorum septenario numero gentes omnes significantur, super tribus inquam sceleribus cuiuslibet eorum, & super quatuor non conuertam eum. Primum scelus est, malum in desiderio habere. Secundum, opere perpetrasse. Tertium, in consuetudine habere. Quartum, opera mala defendere, & in ipsis sibi complacere. Primum horum significat idolum zeli, in ipso introitu ab aquilonari parte. Quid enim est idolum zeli in introitu habere, nisi malum desiderium, quod est introitus perueritatis in oculis domini versare? Idcirco dicit. Auerte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quid autem cuique ante idolum cum thuribulo in manu sua habito stare, ita vt vapor nebulae de thure consurgat, nisi præmeditata scelus opere perpetrare, ita vt peccati effectus vsque ad exteriores sensus erumpat? Quid deinde est, mulieres in planctu Adonidis sedere, nisi effeminatas animas in consuetudine peccati computruisse? Tria hæc primus psalterij versiculus breuiter complexus est, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, id est, qui malum non concepit desiderium, quod erat intus habere zeli idolum, ab aquilonari parte, id est, à diaboli suggestione. Et in via peccatorum non stetit, id est, ad effectum peccati non peruenit, quod erat ante idolum stare, & de thuribulo in manu vaporem nebulae producere. Et bene istud persosso pariete deprehendi dicitur, quia quisquis malum quodlibet occultum in corde versat, verbi gratia, Fratrum odium, mox vt pulsatus fuerit manu increpationis, per apertum lingue ostium vaporem ignis sublatentis protinus emittit. Et in cathedra pestilentie non sedit, id est, qui malæ consuetudinis putore proximos non corripit, quod erat mulieres sedere, & Adonidem plangere, quia profecto velut mulieres illecebrosas gestibus, & plangentes canunt, & canendo plangunt, plangunt inquam Adonidem mortuum, & canunt quasi rediuuum, & amissis moerent, & recuperari volupratibus gaudent, ad subuersionem audientium. Hæc tria respiciens prædictus propheta, & dicens super tribus sceleribus, quasi repressit se, quia videlicet, fieri potest, & nonnunquam factum est, vt eum qui vsque ad malam consuetudinem peruenit, dominus conuerteret. Vnde in euangelio suo, non tantum puellam in domo mortuam iacentem, & adulescentem, qui iam efferebatur ad tumulum, sed & quatuordecim annos, iamque seculum suscitauit Lazarum. Itaque cum dixisset Amos propheta, super tribus sceleribus, non voluit statim dictionem perficere, dicendo, non conuertam eum, quia quamuis rarius, constat tamen dominum conuertere, vel conuertisse eum qui eiusmodi est, & ita dicere maluit, & super quatuor non conuertam eum. Quartum quippe scelus est, secundum hunc locum adorando solem, dorsum habere contra templum domini, & ramum applicare naribus suis, id est, in ipsa consuetudine peccati superbiae contemnere vocem reuocantis domini, atque procaci defensione vti, & interea lætari in malefactis, & quasi ad suauem ramusculi odoræ, exultare in rebus pessimis. Istud quoque de vitiosa radice primi parentis contraxerunt cunctæ propagines humani generis. Nam ille postquam & occultam in corde diuinitatis ambitionem concepit, & vitium lignum momordit, & à facie domini se abscondit, quarto quoque scelere ceruicem erexit, dicendo, mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Nunc iam ad gentem ipsam, vel vrbem, contra quam primū hic sermo est, reuertamur. & hæc quatuor peccati eius incrementa numeremus, propter quod iuste peccata sit in Saluatoris aduentu.

Quid fuerit, populo illi habere idolum zeli, quid cum thuribulo stare coram idolis, quid à mulieribus sedentibus plangi Adonidem, & quid adorare ad ortum solis applicando ramum ad nares.

**E**t leuaui oculos meos ad viam aquilonis, & ecce ab aquilonari parte altaris idolum zeli in ipso introitu. Oculos leuare, est superiora tempora memoria reperere, videlicet exitum filiorum Israel de Aegypto, quando ingressi sunt, & mare transierunt in manu forti, & brachio extento. Nunquid non idolum zeli erat in ipso introitu, quando primum ad cultum dei patrum ipsorum introrabantur? Plane Aegyptum mente secum ferebant, Aegyptum & idola Aegypti non mutato animo secum portabant, sed non etiam actu prodebant. Ventum est ad abominationes maiores, ubi fossus paries, occasio data est, murmurauerunt, & post Aegyptum, atque

Amos. 1.

Esaia. 2.

Psalm. 1.

Lucæ. 7. Iohan. 12.

Genes. 2.

Exod. 12. 14.

Exod. 17.

ollas carniū Aegypti eiulauerunt, & caput vituli secundum monstruosum ritum Aegypti fecerunt & adorauerunt. Ergo illic tantum idolum zeli, hic autem coram idolis stantes viri cum thuribus & fumo thuris, id est, illic quidem cum ab Aegypto exirent, idoliolatria male imbuto animo cubabat. hic autem opere prorupit manifeste. Ex eo ventum est & ad maiores abominationes, id est, ad mulieres sedentes, & Adonidem plangentes, versa quippe est in consuetudinem huiusmodi sordium ingluuies, sicut scriptum est in libro prophetarum. Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei vestri Rempha, figuras quas fecistis vobis, adorare eas.

Amos. 5.  
Acto. 7.

Ventum est usque ad mulieres sedentes, id est, eo usque ut propter huiusmodi scelera sacri legij, sessione, id est, consuetudine inueterata prophetas domini gens effocinara trucidaret, quod prima fecit mulier Iezabel, & post illam filia eius Athalia. Iezabel in Samaria, Athalia insaniuit in Hierusalem. Ila Baal superduxit in Israel, & prophetas domini occidit. ista in Hierusalem, itidem Baal introduxit in templum domini, & reges occidit. regium inquam sem. en omne occidit, ne superesset qui regnaret de domo Dauid. Nouissimum atq; pessimum omnium genti illi supererat, ut facies ad orientem, dorsa autem verteret contra templum domini, quod & fecit. Christum enim dei filium verum & sanctum diuinitatis templum contempsit. Parum est, quod dorso contra illud verso, veritatis oracula inde procedentia respuit, in super & solvere ausa est manibus aut linguis sacrilegis. facies enim habebant ad orientem, & adorabant ad ortum solis, id est, claritatem ambiebant, & lucem presentis seculi cum desperatione futuri. Idcirco dicebat eis. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quae a solo est deo non quaeritis? In tanto scelere raram quoque applicabant ad naves suas, id est, complacebant sibi, quasi lege adimplera, cuius de fructu cum non ederent, sola pompatice tractabant suauē odorantia verborum folia. Propter haec venit super generationē illā, omnis sanguis iustus qui effusus est super terram a constitutione mundi, hoc est quod sequitur.

3. Reg. 19. 2.  
4. Reg. 13.

Iohan. 3.

Matth. 23.

Quod propter haec clamatum sit. Appropinquauerunt visitationes vrbis, qui sex viri venientes, & quid vas interitus vnus cuiusque in manu eius, & quis vir in medio eorum

CAP. IX.

Vestitus lineis, & quid atramentarium scriptoris ad renes eius. CAP. XXXI.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens. Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebant de via portae superioris, quae respicit ad aquilonem, & vnus cuiusque vas interitus in manu eius. Vir quoque vnus in medio eorum vestitus lineis, & atramentarium scriptoris ad renes eius. Visitationes vrbis appropinquauerunt, illae videlicet, quas propter abominationes praedictas, abominationes vituli, quem primum fecerunt, comminas dominus, ego autem, inquit, in die ultionis visitabo & hoc peccatum eorum. Et vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua, quia videlicet in illa generatione mala & adultera, praeter peccata patrum vnusquisque & propria habebat peccata in manu sua, siue in vase, id est, in conscientia propria, quibus vti que implebant mensuram patrum suorum, maxime persequendo Christum & apostolos, vel sapientes eius, ex quibus occiderunt, lapidauerunt, crucifixi erunt, flagellauerunt, & de ciuitate in ciuitatem persecuti sunt. Qui enim sex viri, qui veniebant cum singulis vasibus in manu sua, nisi sex aetates mundi, quarum a sanguine Abel iusti, omnia super generationem illam refundenda erant peccata? Porro vir vnus in medio eorum vestitus lineis & atramentarium scriptoris ad renes eius Christus est dei filius, qui carnis nostrae vestitus lineis, venit in hunc mundum, ad hoc ut electos suos iam dictae ultioni excipiendos conscriberet in libro viuentium. Cuius rei signum illud fuit, quod protinus nascituro illo exijt edictum a Caesare Augusto, ut describeretur vnusquisque orbis. Er ingressi sunt, inquit, & steterunt iuxta altare aereum. Steterunt inquam, parati ad praecipitum peragendum, hi ut mandatum misericordiae, illi ut sententiam persicerent iustitiae. Sane altare aereum foris erat extra velum, nam altare aureum intra velum erat, cum mensa & propiciatorio, & arca testamenti, & duobus Cherubin, quod dicebatur sancta sanctorum. Hoc altare extrinsecus praesentis ecclesiae, illud intrinsecus supernae vel coelestis erat signum. Hic stetit extrinsecus vir ille, nam in illud intrinsecus suum sanguinem habebat introire. [Et gloria domini assumpta est de Cherubin, quae erat super eum ad limen domus. Er vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis.] Gloria domini tunc ad limen domus assumpta est, & virum istum vocauit, quando ad Iordanem cum baptizaretur manifestis indicijs testificata est gloria patris, descendente super eum spiritu in specie columbae, simulque delapsa voce huiusmodi, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Tunc, inquam, virum istum vocauit, atque ad euangelizandum pauperibus misit. Nam haec tunc non euangelizauerat, sed extunc euangelizare coepit & sacerdotio suo fungi, cuius erat signum id quod hic vestitus videbatur lineis.

Matth. 3.  
Luca. 9.

Quid

Quid sit signare Thau super frontes virorum gementium, & quid sit percuti omnes qui hoc signo non sunt signati, & a sanctuario domini incipi. CAP. XXXII.

ET dixit dominus ad eum. Transi per media ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quae sunt in medio eius. Et illis dixit. Audite me. Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite. Non parcat oculus vester, & non misereamini senem, adulescentulum, & virginem, paruulum, & mulieres interficite, vsque ad internecionem. Omnes autem super quem videritis Thau, ne occidatis, & a sanctuario meo incipite. Antiquis Hebraeorum literis, quibus vsque hodie videntur Samaritani, extrema Thau litera, crucis habet similitudinem, quae in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur. Norandum ergo quod dicitur. Transi per media ciuitatem in medio Hierusalem, & signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium, super cunctis abominationibus, quae sunt in medio eius. Nam hoc est quod dominus noster ex hoc mundo transurus ad patrem, & signum crucis suae scripturus in frontibus nostris, non atramento, sed sanguine suo & spiritu sancto, primum praedicare coepit dicens. Pœnitentiam agite, appropinquate enim regnum caelorum. quia videlicet, non quibuslibet, sed gementibus & dolentibus super malis pristinis, id est, poenitentiam agentibus inscribitur hoc signum. Non enim aliter, nisi abrenunciemus diabolo & pompis eius, baptizamur in remissionem peccatorum, quod est accipere crucis Christi signaculum. Signum hoc tam mortuis electis, quam viuus, vir iste sacrauit passione regnum caelorum. quia videlicet, non quibuslibet, sed corporaliter sit ablens, quanto cunctis signationis huius habeat ministros, hic est, qui signat, nam hic est qui baptizat. Transite, inquit, per ciuitatem sequentes eum, & percutite, subauditur, omnem super quem non videritis signum Thau. Omnem autem super quem illud videritis, ne occidatis. Sic quondam in Aegypto praecipiebatur filiis Israel. Fasciculum hyssopi tingite sanguine, & aspergite ex eo super liminare, & vtrunq; postem, transibit enim dominus percutiens Aegyptios. Cumque viderit sanguinem in superliminari & in vtroque postem, transcendet ostium, & non sinit percussorem ingredi, & percutere. Nulla hic distinctio Israelitae & Aegyptij, nisi in postibus & superliminibus domorum sanguis agni, nulla itidem distinctio hic iusti & peccatoris, nisi in frontibus signum Thau, signum crucis Christi filij dei. Et a sanctuario meo incipite, inquit. Quare? Videlicet, quia existimat populus, cuius sanctuarium meum est, quod non indiget signaculo crucis, signaculo iustitiae dei, quippe qui iustitiam suam statuere vult, & ideo iustitiae dei non est subiectus. Ne ergo arbitretur, non necessariam sibi esse iustitiam dei, & signaculum crucis Christi, vel ad se non pertinere prophetiam huius percussoris, effundite vasa haec omnia super generationem istam, quotquot impleta sunt, a sanguine Abel iusti, & effundetes arq; percutientes a sanctuario meo incipite, ut non relinquatur lapis super lapidem in isto pulchro templo. In ista magna ciuitate contaminatae domus, implete atria interfectis, & egredimini.

Quid sit virum qui indutus erat lineis dicere, feci sicut praecipisti, & quid quod dicitur ei, ingredi in medium rotarum, & imple manum tuam prunis ignis, & effunde super ciuitatem.

ET ecce vir qui indutus erat lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens. Feci sicut praecipisti mihi. Et vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubin, quasi lapis sapphyrus, quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait. Ingredere in medio rotarum, quae sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, quae sunt inter Cherubin, & effundes super ciuitatem. Feci, inquit, sicut praecipisti mihi. Ac si diceret. Obediens tibi factus sum vsque ad mortem, mortem autem crucis, & ita faciendo signaui super frontes, signum sanctificauit quo signatur frontes gementium ac dolentium, poenitentiam agentium, & peccatorum remissionem quaerentium. De caetero superest mihi obedientiae meritum, ut des mihi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine meo omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Nam hoc est quod in persona eius Psalmista dicit. Paratum cor meum deus, paratum cor meum, subauditur, ad tibi obediendum, iam quod superest fiat, ut a mortuis resurgam, & tunc demum cantabo, & psallam in gloria mea. At ille deus, videlicet pater, protinus respondens, exurge, inquit gloria mea, exurge psalterium & cithara. Et ille. Exurgam ait diluculo, Et subinde pater deus ad filium deum. Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. De illa exultatione hic dictum est. Et vidi, & ecce in firmamento, quod erat super caput Cherubin, quasi lapis sapphyrus, quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Nam & in praedenti visione dictum est. Soli hoc ex lapide sapphyro, in firmamento, quod erat super caput Cherubin, siue ut illic scriptum est, quod erat imminens capiti animalium, coelestis dexterae patris, de quo & Dauid in spiritu dicit. Dixit dominus meo, &c. & hic in eodem spiritu refert, eundem patrem dixisse sic. Ingredere in medio rotarum, quae sunt subtus Cherubin, & imple manum tuam prunis ignis, quae sunt inter Cherubin, & effundes super ciuitatem. Etenim

Matth. 4.

Exod. 12.

Rom. 10.

Matth. 23.

CAP. X.

Psal. 107.

Psal. 99.

Etenim ubi Christus dei filius resurrexit a mortuis, & ascendit in cœlum, sedet à dextris dei, eadem resurrectione, eodem ascensu, vel sessione sua ingressus est in medio rotarum, videlicet ad illuminanda vel aperienda, quæ prius clausa erant arcana scripturarum, quas superius dictum est significari per similitudinem rotarum, quæ & subtrus Cherubin esse dicuntur, quia nimirum cuncta in illa respiciunt animalia cœlestia, de quibus plenius illic diximus. Quid autem est, quod illic ingresso dicitur, imple manum tuam prunis ignis, quæ sunt inter Cherubin, & effunde super civitatem, nisi accipe potestatem iudicium facere, quia filius hominis es, iudicare peccatricem civitatem, imo & omne seculum per ignem, qui ignis est inter Cherubin, id est, prædicatur sparsim in scripturis inter illa quæ scripta sunt, de animalibus illis sæpe dictis.

Quid sit viro ingrediente Cherubin stare à dextris, & atrium interius nube, exterius autem impleri splendore gloriæ, & quid sit Cherub extendisse manum ad ignem, & dedisse viro qui erat indutus lineis.

CAP. XXXIII.

**I**ngressusque est in conspectu meo, Cherubin autem stabant à dextris domus, cum ingredere-  
retur vir, & nubes implevit atrium interius, & eleuata est gloria domini desuper Cherubin,  
ad limen domus, & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ domini,  
& sonitus alarum Cherubin audiebatur vsque ad atrium exterius, quasi vox dei omnipoten-  
tis loquentis. Bene in conspectu meo dixit, nam videntibus apostolis, eleuatus est, & nubes  
suscepit eum ab oculis eorum. Bene nihilominus, Cherubin stabant à dextris domus, cum in-  
gredere-  
retur, nam quæcunq; scripta sunt vel erant, secundum animalia, quæ prædiximus, testi-  
monium palam reddere cœperunt gloriæ eius, cum fuisset assumptus. Et nubes, inquit, imple-  
uit atrium intus, id est, Iudaicum qui erat intus & hæc tenus deo propinquus, per infidelitatem  
obscuratus est populus. Et eleuata est gloria domini desuper Cherubin ad limen domus, illa  
videlicet gloria domini, de qua Psalmista. Exaltare, inquit, super cœcos deus, & super omnem  
terram gloria tua. palam omnibus innotuit secundum veritatem scripturarum, apostolis præ-  
dicantibus. Et repleta est domus nube, subauditur gloria domini ad limen domus eleuata se.  
primi enim sacerdotes & ordo Leuiticus, primi inquam scribæ & pharisæi, quorum erat mi-  
nisterium domus, percussi sunt cæcitate, gloria resurrectionis foris apparere. Et atrium reple-  
tum splendore gloriæ domini, plurimi namque de populo crediderunt in initio prædicationis  
euangelicæ spiritu sancto illuminante. Et sonitus alarum Cherubin audiebatur vsque ad atrium  
exterius, peruenit enim citius sonus apostolorum prædicantium ad nos gentes, qui foris era-  
mus. Qualis erat ille sonitus? Quasi vox dei omnipotentis loquentis. Verè. Non enim ipsi erant  
qui loquebantur, sed spiritus sanctus, nec ipsi homines, de suo loquebantur, sed loquebatur in  
eis Christus, & cooperabatur deus pater hominibus, qui fuerant prius idiotæ, & sine literis, ser-  
monem illorum confirmans sequentibus signis. [Et extendit Cherub manum de medio Che-  
rubin ad ignem, qui erat inter Cherubin, & sumpsit, & dedit in manu eius, qui indutus erat li-  
neis. Qui accipiens, egressus est.] Accepto igne vir ille ad quid egressus sit, quid fecit, vel quid  
facturus sit, quis nescit? Postmodum quippe ciuitas illa conflagrata est igne hostili, & seculum  
omne tandem per ignem iudicabit. Quomodo autem manum extendisse Cherub, & huic vi-  
ro ignem dedisse dicitur. Et quis est iste Cherub? Nimirum qui per virum ipsum designatur,  
& per Cherub vnus idemq; deus & homo Christus. Ipse inquam Cherub, ex eo quod erat sa-  
pientia dei, quia Cherub plenitudo scientiæ interpretatur, quod esse affectabat ille princeps Ty-  
ri ignominiosus, propter quod & propheta iste contra illum cum in proprio & ironia loqui-  
tur. Tu Cherub extensus & protegens. Ipse nihilominus vir, quia cum deus esset, homo factus  
est. Itaque vnus idemq; dat atque accipit, quia ex eo quod deus est, inferiori naturæ hominis  
dedit. ex eo quod homo est, à superiore diuinitate accepit. Inde Psalmista. Ascendisti in altum,  
cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Siue accepisti dona in hominibus iuxta He-  
braicam veritatem dicas, siue dedit dona hominibus, iuxta Apostolum, & septuaginta, prædi-  
ca discretione fide dirigitur intelligentia. [Et apparuit in Cherubin similitudo manus homi-  
nis subtrus pennas eorum. Et vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubin, rota vna iuxta Che-  
rub vnum, & rota alia iuxta Cherub alterum. Species autem rotarum erat quasi visio lapidis  
chrysolithi. Et aspectus earum similitudo vna quatuor, quasi sit rota in medio rotarum.] Et post pau-  
ca. [Ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar.] Ac deinceps. [Ipsum est animal quod  
vidi subter deum Israel, iuxta fluuium Chobar. Et intellexi quia Cherubin essent quatuor, per  
quatuor vultus vni, & per quatuor alæ vni, & similitudo manus hominis, sub alis eorum, &c.]  
Horum superius necessariò meminimus, ubi oportebat dinoscere, quomodo animalia hæc &  
quatuor sint, & vnum. Idcirco hæc præsentis loco prætergredimur, præsertim quia prolixior  
cursu, & proficiscendi studio semel dicta declinare compellimur. Sanè illud obseruandum, quod  
prius species rotarum fuerit, quasi visio maris, nunc autem quasi visio lapidis chrysolithi, siue  
carbunculi, vt poenarum per ignem, qui à Cherub traditur, similitudo monstratur.

Cura

Cum dicit: Et sublata est à me visio quam videram, subaudiendum est, illius viri, &  
subintelligendum vsque ad vicesimum & quintum annum transmigrations, quo  
eandem viri speciem vidit.

CAP. XXXV.

**V**isionis præsentis narrationem propheta sic terminare curauit. [Et spiritus leuauit me  
adduxitq; in Chaldæam, ad transmigationem in visionem in spiritu dei, &  
sublata est à me visio, quam videram.] Sublata à se visionem gloriæ domini, cum dicit, sub-  
audire licet, vsque ad vicesimum quintum annum transmigrations. Quam enim isto & supe-  
riore anno visionem vidit, scilicet speciem viri gloriosi & desiderabilis, & similitudinem cœ-  
lestium animalium, quæ visio erat similitudinis gloriæ domini, deinceps vidisse non legitur vsq;  
ad vicesimum quintum annum transmigrations, quando dicit. Facta est super me manus do-  
mini, & ecce vir cuius erat aspectus quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius. Item.  
Et vidi visionem secundum speciem quam videram, quando venit vt disperderet ciuitatem, &  
species secundum aspectum quem videram iuxta fluuium Chobar. Hæc visio sicut & duæ quas  
prælibauimus, scilicet quinti & sexti transmigrations anni, de propria persona, & euangelica  
gloria est Christi filij dei. quæ autem interposita sunt alarum, aut certe appendentium pro-  
phetiæ sunt rerum. Verbi gratia. Postquam sublata est à me visio quam videram, quæ vtique  
visio de rebus erat longo post tempore futuris, statim de proximo, id est, de instante Babylonica  
captiuitate subiungit. [Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrations, & transmigrabis  
per viam coram eis.] Ac deinceps. [Super duces onus istud, qui est in Hierusalē. Extendam  
per meum super illum, & capietur in sagena mea, & adducam eum in Babylonem in terram  
Chaldæorum, & ipsam non videbit, ibiq; morietur.] Ducem quippe Sedechiam significat, cu-  
ius facies velanda erat, vt cæcus terram Babylonicam non videret. Igitur & nos hic præsen-  
tis voluminis finem faciamus, & à repetita iam tertio gloria domini, id est, à visione vicesimi  
quinti anni, libri sequentis exordium sumamus.

FINIS commentariorum libri PRIM I in Ezechielem prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN EZECHIE-  
lem prophetam Commentariorum, Liber II.

De visione vltima, quod quam maxime clausa sit, & idcirco quam maxime opus sit illam  
ad candelabrum, quod est Christus, ad moueri, vt ex parte aliqua possit cognosci.

CAPVT. I.



**Q**UONIAM cœlestia, de quibus supra loquebamur, animalia sequi cupimus,  
& de illis scriptum est. Vnumquodq; eorum corâ facie sua gradietur, nos quoq; Ezechi-  
pro modulo nostro coram facie nostra gradiamur, id est, propositi nostri inten-  
tionem memoriter teneamus, vt visionem quam maxime clausam, ne dicam ob-  
scuram, aliquanta ex parte videre atque cognoscere valeamus. Est autem no-  
stra in hoc opere intentio, sicut in initio proposuimus, gloriam sanctæ trinitatis, fidem Christi,  
& gloriam querere regni eius. Quid isto candelabro lucidius? Aut quo in lumine alio lumen  
istud videre poterimus, nisi in isto de quo sine dubio scripturæ loquuntur? Accedamus igitur  
propius, & ad lumen eius volumen visionis huius expediamus, quia reuera quanto vicinius,  
quanto attentius ad ipsam eius propriam personam aspexerimus, tanto amplius scripturæ  
huius, quæ clausa est, sensus nobis aperietur.

Quod hæc visio altius quam priores contingat gloriam vel diuinitatem Christi, & quæ  
sit ciuitas cuius in edificium vir ille prophetam introduxit.

CAP. II.

**I**n vicesimo & quinto anno transmigrations nostræ, in exordio anni, decima mensis, quar-  
todecimo anno, postquam percussa est ciuitas, in ipsa hac die facta est super me manus do-  
mini, & adduxit me illuc in visionibus dei. Adduxit me in terram Israel, & dimisit me super  
montem excelsum nimis, super quem erat quasi edificium ciuitatis vergentis ad austrum. Et in-  
trodixit me illuc, & ecce vir vnus, cuius aspectus quasi species æris, & funiculus lineus in ma-  
nu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Stabat aut in porta. Duobus prophetiæ suæ prio-  
ribus annis, magnâ quidem iste semel & iterum viderat gloriâ, siue similitudinem gloriæ domi-  
ni, faciem hominis, faciem leonis, faciem vituli, & faciem aquilæ volantis. & deinde quasi aspectum  
lapidis saphyri, similitudinem throni, super similitudinem throni similitudinem, quasi aspectum hois.  
Sed

Sed nunquid hoc totum, & non amplius est Christus filius dei: Nunquid nihil superest de illo scire, aut credere, præter illa quæ per facies istas signantur, videlicet quod de virgine homo natus, & passus sit, resurrexerit, & in cœlum ascenderit, & de illa sede paternæ maiestatis ad iudicandos viuos & mortuos venturus sit? Nonne & illud maxime necessarium ad salutem nostrâ fidei regula exigit, vt credamus & sciamus quia deus erat, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Bene igitur propheta, postquam illa quæ supra dicta sunt vidit, adducitur per manum domini in terram Israel, & dimittitur super montem excelsum nimis, in illam nimirum terram, & in illum montem nimis excelsum, vbi in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. vt videat quia omnia per ipsum facta sunt, & quia antequam verbum caro fieret, omnes de plenitudine eius acceperunt id ipsum quo impleti sunt. Illic erat quasi ædificium ciuitatis vergens ad austrum Hierusalem, de qua psalmus. Hierusalem, inquit, quæ ædificatur vt ciuitas, cuius participatio eius in id ipsum. *Ædificatur enim adhuc ex hominibus, ædificata dudum ex beatis spiritibus, quorum omnis foetieras frigidum aquilonem, id est, superbum detestatur diabolum, humiliter ad austrum, id est, ad sanctum vergit spiritum, amando & laudando creatorem suum. Et introduxit me, inquit illuc, subauditur in spiritu, vt contemplerer opus, quod à principio operatus est deus, qui in fine seculorum homo fieri dignatus est. Nam de illo protinus sequitur. Et ecce vir, cuius erat aspectus quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius.*

Iohan. 1.

*Cur aspectus viri quasi species æris, & cur funiculus & calamus mensuræ in manu eius sit.*

CAP. III.

**E**cce inquit vir. Vir non quidem iam ex essentia, sed præscientia, & ordinatione præfixa. deus autem & tunc & nunc æterna atque incommutabili essentia. Cuius erat aspectus quasi species æris, ipse est enim sonorum verbum patris, cuius hodie tantus in omnem terram sonus exiuit, vt rectè per speciem æris, quod metallum valde sonorum est, præsignari debuerit. Et funiculus lineus in manu eius, & calamus mensuræ in manu eius. Funiculus architectorum siue cæmentariorum, calamus autem scriptorum est. Et bene hoc vtrumque in manu erat, imo est in manu huius verbi, scilicet nam ipse est architectus & fabricator mundi, & ipse idem antequam fieret vir, sanctam scripturam legalem atque propheticam condidit. Et bene funiculus tantummodo funiculus, calamus autem, calamus mensuræ dicitur. Etenim fabricam mundi, cuius opificij signum erat funiculus, solus per semetipsum condidit, cuius rei vel structuræ potentiam non ad mensuram accepit. sanctam autem scripturam per homines edidit, quibus utique non omnibus omnia, sed singulis quam voluit ad mensuram dedit. Stabat autem in porta. Verè stabat, & adhuc stat in porta, quia verè nullus, vel ad veram facturæ mundi notitiam, vel ad sanam sacræ scripturæ intelligentiam, nisi per ipsum intrat. Nec verò tantummodo in porta stat, sed & ipse porta est. porta inquam, & portarius, ostiũ & ostiarius ipse est. Porta nimirum siue ostium, eo quod homo, portarius siue ostiarius, eo quod deus est. Ego, inquit, sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Et nihilominus de semetipso dicit. Huic ostiarius aperit & oues vocem eius audiunt.

Psal. 122.

*Quam opportunè illi cui alta ostensus est, dicat: Fili hominis, & quod ei qui videt expediet vt annunciet.*

CAP. IIII.

**E**t locutus est ad me idem vir. Fili hominis, vide oculis & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi, quia vt ostendantur tibi adductus es huc. Annuncia omnia quæ tu vides domui Israel. Fili hominis inquit. Opportuna commemoratio infirmitatis. Tanquam diceret. O videns, magnitudine reuelationum ne extollaris vbi visiones dei vides, quia filius hominis vermis es. Hoc non te prætereat, istud tene memoriter. Ita humiliato capite, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, oculis cordis, auribus interioris hominis. & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi, neque sis eorum, quorum cor auersum ita intelligere nolint. Hoc enim competit, vt beniuolo corde ad sis, neque sis ingratus, quia vt ostendatur tibi adductus es huc, vt occurras cum omnibus sanctis in vnitatem fidei, & agnitionis filij dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, vt iam non sis paruulus, quemadmodum illi qui Messiam audientes esse venturum, putant vel puraturisunt, quod homo tantum sit, quod non sit idem deus, antequam homo aut vir. Et quia sicut corde creditur ad iustitiam, ita & ore confessio fit ad salutem. Annuncia omnia quæ tu vides domui Israel. Quamuis annuntiatio hæc, nunc interim pro tempore & re clausa esse debet, quia videlicet domus Israel nunc si nudo sermone annuncies, ea portare neque vult, neque potest, tamen annuncia quæ tu vides, non tantum præsentis, imo non tam præsentis, quam ei quæ futura est, nõ tam carnali, quam spiritali domui Israel. Primum tibi ipsi, iam nunc in præsentiarũ, quod hoc licet absconditum, confessionis aurũ cõtuleris in thesauros veritatis, deinde proderit & futuræ domui

Ephes. 4.

Rom. 10.

domui Israel, videnti & cognoscenti ex parte, & nihilominus veneranti quod videre aut cognoscere non potest, donec veniente eo quod perfectum est, euacuetur quod ex parte est.

*Cur cum vtrumque in manu viri sit & funiculus & calamus, de funiculo coram propheta agatur nihil, & quod per calamum sex cubitorũ & palmi septiformis gratia spiritus sancti intelligatur, & quid sit murus forinsecus per circuitum domus.* CAP. V.

**E**t ecce murus forinsecus in circuitu domus vndiq; & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo, & mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. Norandum in primis, quod cum vtrumque, scilicet calamus & funiculus lineus, & calamus mensuræ in manu viri sit, de funiculo tacetur, nihilque cum illo demonstratur, & totum in oculis prophetæ, cum calamo mensuræ agitur. Cur hoc? Videlicet, quia nõ ad hoc propheta vel quisquam alius adducitur, vt discat qualiter mundi fabricam fecerit deus, quod per architectonicum funiculum intelligitur, sed ad hoc tantum, vt videat quid inde scriptura loquatur quæ per calamum exprimitur, & credat, quia secundum testimonium eius, per verbũ suum cœlum & terram, & omnia quæ in eis sunt, fecit vnus & solus deus, per verbum inquam suum, quod & caro factum est, cuius (inquit Euangelista) gloriam vidimus. Quis autem & calamus iste in manu viri, nisi ille de quo pater in David, Lingua mea, inquit, calamus scribæ, vlociter scribentis? Quis inquam est calamus iste mensuræ sex cubitorum & palmo, nisi gratia septiformis spiritus sancti? Etenim calami huius cubitus vnus timor, cubitus vnus pietas, cubitus vnus fortitudo, cubitus vnus consiliũ, cubitus vnus intellectus, palmus autem sapientia est. Si quidem cætera temporaliter operantium quædam arma vel instrumenta sunt, sapientia verò quiescentium merces, quæ in illa vita permanens feliciter palmum adimplet. Igitur murus forinsecus in circuitu domus vndiq; & in manu viri calamus mensuræ. quia videlicet, antequam vir iste calami, id est, spiritus sancti mensuras prophetis suis manu sua distribueret, latebat omnes homines, quid in secreta atque ineffabili domo apud deum esset. sed & nunc vltra nihil scire possumus, nisi quod per mentem & os illorum, calamo suo, id est, spiritu sancto disserere dignatus est. Et mensus est, inquit, latitudinem ædificij calamo vno, altitudinem quoque calamo vno. latitudo ædificij scripturæ est, literalis, altitudo autem sensus eiusdem est spiritalis. Vtrumque mensus est calamo vno, quia nimirum vtrumque nobis traditum est ab vno eodemque autore spiritu sancto.

Iohan. 1.

Psal. 44.

*Quid porta orientalis ad quam venit vir, & quid per gradus ascendentes, & quid per thalamum debeat intelligi.* CAP. VI.

**E**t venit ad portam quæ respiciebat viam orientalem, & ascendit per gradus eius, & mensus est limen portæ calamo vno, id est, limen vnum calamo vno in latitudinem. Et thalamum vno calamo in longum, & vno calamo in latum. Et inter thalamos quinque cubitos, & limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, & mensus est vestibulum portæ intrinsecus calamo vno. Porta quæ viam orientalem respicit, Prima est origo seculi. Ad illam utique portam venit hic vir, iam enim, iam dudum inquam erat in sinu patris. Denique ipse est & erit sapientia dei, quæ in Parabolis dicit, Dominus possedit me in initio viarum luarum, antequam quicquam faceret, à principio, ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies &c. Et ascendit inquit per gradus eius. Per gradus inquam ad portam viæ orientalis ascendit, gradatim quippe, & per quosdam ascensus opera sua disposuit. Verbi gratia. Prius terram inanimatam, deinde animatas arbores, deinde animata & sensibilia animantia terræ, deinde animarũ sensibilibus & rationalem hominem creauit. Et mensus est limen portæ calamo vno latitudinẽ, id est, limen vnum, calamo vno in latitudinẽ. Limen portæ introitus ædificij est. Quapropter & per limen, totius operis dispositio rectè intelligenda est, de qua euangelista, Quod factum est in ipso vita erat inquit. Mensus est itaque limen portæ, siue latitudinem liminis calamo vno, id est, proposituit amplificare opera sua in vno spiritu, videlicet secundũ amplitudinẽ magnificentiamque eius, vt quia ille septiformis est, faceret sex pulcherrimi operis facies, & die septimo opus suum complens, ab omni opere requiesceret. Requies illa, thalami nomine statim designata est. Et thalamum, inquit, calamo vno in longum, & vno calamo in latum. Quadra erat thalami portio, qua requies domini plena æternitas, & æterna significatur plenitudo in vno dimensa calamo, id est, spiritu sancto perfecta, qui verus est amor. Et inter thalamos quinque cubitos. Ibi reuera creator creaturæ tanquam sponsus sponsæ, in thalamo vero copulatur cõiugio, & hæc in scripturis sanctis vsitata quidẽ est similitudo. sed quinque cubiti sunt inter thalamos, id est, totis quinque sensibus illi disparantur thalami, ab istis quos solos nouit homo. Etenim thalami illius voluptatem, quinque sensu carnalis nullas percipit, restante scriptura, quia oculus non vidit, nec auris audiuit, sed nec in cor hominis ascendit, quæ deus in illo thalamo diligentibus se præparauit.

Prouerb. 8.

Iohan. 1.

Psal. 18.

Esaie. 64.

1. Cor. 2.

Tt

parauit.



parauit. Quod autem & vnus thalamus, & plures recte dicantur thalami, postmodum non præteribimus. Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, & mensus est vestibulum portæ intrinsecus calamo vno. Ordo verborum est. Et limen portæ mensus est, iuxta quantitatem vestibuli, quod erat intrinsecus, scilicet calamo vno. etenim mensus est vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, dum limen quod modo describitur iuxta vestibulum portæ intrinsecus esse memoratur, dicente propheta. Et limen portæ iuxta vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, & mensus est vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, aperte ostenditur, quia limen quod prius descriptum est, extrinsecus fuit. Porro limen exterius, litera. limen vero interius in scriptura sacra, allegoria est. quia enim per literam ad allegoriam tendimus, quasi à limine quod est exterius, ad hoc quod est interius venimus. Et bene vtrumque calamo vno mensuratur, quia videlicet vtriusque tam literæ, quam allegoriæ veritas, eodem auctore spiritu commendatur. Vel certe, quia vt supra diximus, testante Euangelista, quod factum est in ipso vita erat, & illic limen interius, & hic vestibulum intrinsecus recte accipimus, vt hic & illic, quod in ipso vita erat intelligamus, & tunc demum quod factum est cum scripturæ ordine, iuxta propositionem nostram profequamur. Sequitur enim.

Iohan. 1.

*Quid sit quod prius cum mensura calami metiebatur, & deinde omnis per cubitos mensura peragatur, & quod vestibulum portæ VIII. cubitorum esse, & in fronte duos habere cubitos describatur.*

CAP. VII.

**E**T mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis, vestibulum autem portæ erat intrinsecus. Porro Thalami portæ ad viam orientalem, tres hinc & tres inde, mensura vna trium, & mensura vna frontium, ex vtraque parte. ] Notandum quippe quod hic iam de calamo ad cubitos ratio mensuræ conuertitur, & dum atrium exterius, dum atrium interius, cum ternis vnumquodque portis, templum quoque & gazophylacia vir ille permetitur, nulla calami mentio fit, sed omnis per cubitos mensura peragitur. Proinde non ab re dicendum, quia quod hætenus dicebatur, secundum id valeat intelligi, quod in ipso vita erat, & quod deinceps sermo narrare ingreditur, secundum id debeat accipi, quod factum est, eodem ordine, quo scriptura profecta est, sic incipiens. In principio creauit deus cælum & terram. Quid enim est, quod cum dixisset, & mensus est vestibulum portæ intrinsecus calamo vno, id est, sex cubitis & palmo, continuè subiunxit, & mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, vestibulum autem portæ erat intrinsecus? Quid in qua est, quod vnum idemque intrinsecus vestibulum, vno calamo per mensuram, continuè dicitur octo cubitorum, nisi quia vbi creaturæ opus immutabiliter vita erat, ibi quoque finis eius præfixus est, vt post mutabilem cursum perficeretur in octaua? Septenarius quippe numerus, qui est in calamo longi sex cubitis & palmo, insolubilis est. vnde & apud philosophos mas dicitur, octonarius autem femina, quia solubilis est, & vsque ad vltimam unitatem in æquas partes secatur. Idcirco per illum immutabilis vita quæ secundum Euangelistam in verbo erat, in isto autem mutabilis creaturæ cursus intelligitur creaturæ rationalis, quæ (vt iam dictum est) perficitur in mundi ætate octaua. His igitur præmissis secundum id quod (vt sepe dictum est) in ipso vita erat. nunc demum exterius quod factum est creaturæ opus ingreditur, ad laudem & gloriam huius viri gloriosi, & memoris fidelissimi, qui vt passim in omnibus scripturis, ita quæ maxime & in hac visione testificat, quod ipse sit antiquus mundi architectus, in quo fieri homo est dignatus, quicquid vt psalmus quoque confitetur, de gloriosa ciuitate dei, cuius fundamenta sunt in montibus sanctis, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.

Gene. 1.

Psal. 36.

*Quid sint thalami tres hinc, & tres inde, & quomodo mensura vna trium, & in quo mensura vna sit angelorum & hominum electorum.*

CAP. VIII.

**E**T mensus est frontem eius duobus cubitis. ] Portæ thalami quoque ad viam orientalem tres hinc & tres inde. Mensura vna trium, & mensura vna frontium ex vtraque parte. Frons vestibuli initium & prima est dictio scripturæ, qua describitur primū factura mundi. Mensura frontis huius duo cubiti sunt. Ait enim. In principio creauit deus cælum & terram. Vnus est cubitus cæli, id est, omnium inuisibilium. Vnus itidem cubitus terræ, id est, omnium visibilium. Magna quidem ista vel illa creatura, sed considerata magnitudine huius viri immensi, vix cubitus meretur dici, qui iuxta prophetam alium, palmo cælos ponderauit, & molem terræ tribus digitis appendit. Quare autem sex erant thalami tres hinc & tres inde ad viam orientalem, nisi quia his ternis diebus operatus est mundi opifex, & tunc demum ingressus est in suam requiem? Etenim vna quidem est eius requies, sed quia sex operis sui explicuit species vnus artium, recte sex thalami sunt, & vna nihilominus designat requies. Dicendo autem hinc & inde, breuiter distinxit thalamos cæli & terræ, thalamos angelicæ & humanæ creaturæ. Angelica quippe creatura, eo ipso quod terrenum corpus non habet, comparatione hominis quasi cælum est, sed nihilominus, tam humana, quam angelica creatura creatoris dignatione beate requies thalamis admittitur. Mensura, inquit, vna trium. Non dixit mensura vna omnium, id est,

Gene. 1.

Esa. 40.

id est, sex thalamos, licet & hoc quadam ex parte sit verum, nam & homines electi sic erunt sicut angeli dei. & in Apocalypsi legimus, mensura hominis quæ est angeli. sed dixit, mensura vna trium, videlicet hinc trium, & inde trium. Hinc angelorum, præter quos nihil rationale creaturæ est primis tribus diebus, quibus fabrica mundi explicata est. Inde hominum, præter quos itidem nihil rationale creaturæ est cæteris tribus diebus, quibus eadē fabrica mundi mobilibus creaturis perornata est. Mensura igitur hinc vna trium, cum dictum est. Fiat lux, & facta est lux. & vidit deus lucem quod esset bona, nam hæc est angelica creatura. Mensura rursum vna trium, cum dictum est. formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quæ vna & communis humanæ creaturæ mensura est. Porro & mensura vna frontium ex vtraque parte, nam ex imagine & similitudine dei relucet creatura, vtraque in fronte, id est, in mente. Licet hinc, id est, ex nostra parte scriptum legamus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, tamen & ex alia parte idem sentiendum est, licet non eadem monstratur dictione. Nam cum dicitur. Fiat lux, breuius quidem, sed non minus in angelica creatura imaginis & similitudinis dei claritas exprimitur. Denique & econuerso, factus & perfectus homo, ad imaginem & similitudinem dei, id est, propter id quod rationalis & diuinæ bonitatis est imitatrix, insignis habetur creatura vtraque.

Matth. 22.

Apoc. 21.

Gene. 1.

Ibidem. 2.

Gene. 1.

**E**T mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorum, & longitudinem portæ tredecim cubitorum. ] Porta hæc non eadem quæ supra, non à prædicto ædificio, sed econtra rio, & ad medium thalamos patens intelligenda est. Hæc porta, illa lex vel cōditio est, qua obseruata ingreditur in illam æternorum thalamos dei requiem. Ingredimur enim (inquit Apostolus) in requiem qui credidimus, quemadmodum dixit. Si introibunt in requiem meam. Item. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit à laboribus suis, sicut requieuit deus ab operibus suis. Et longitudinem, inquit, portæ tredecim cubitorum. Hoc loco longitudinem portæ altitudo dicitur, sicut nos, quem altum videmus, longæ staturæ dicimus. Nam longitudinem portæ dici in transversum non potest, cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Grandis porta, & pro modulo hominis, si ad corpusculi species, lata satis, & spaciosa. Ait autem dominus. Quam angusta porta, & arcta via, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Verum alia quædam est grossitudo siue vastitas, cui reuera hæc talis porta decem cubitis lata, & tredecim longa, nimis angusta & arcta sit. Hęc est vastitas cupiditatum, hæc est grossitudo diuitiarum. Nam idem dicit. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitum intrare in regnum dei. Etenim latitudo decem cubitorum, decem legis præcepta sunt. Et cum vnum eorum sit, non concupisces, quomodo per hanc portam intrare posset, qui latitudine eius tanto vastior est, quanto plures circum se aggrauauit cupiditas? Ex hæc quidem latitudo prioris populi fuerit, qui decem præcepta legis accepit, nam nostra est euangelio est tredecim cubitorum longitudo, quibus super eadem præcepta fides datur sanctæ trinitatis, à quibus sic exigitur vnum & solum deum confiteri, vt certam faciamus distinctionem personarum, patris & filij, & spiritus sancti.

Matth. 22.

*Quid ante thalamos mayo cubiti vnus, & quid thalami sex cubitorum, & quid latitudo à recto vsque ad rectum viginti quinque cubitorum.*

CAP. X.

**E**T marginem ante thalamos cubiti vnus, & cubitus vnus finis vtriusque. Thalami autem sex cubitorum erant hinc & inde. ] Marginem ante thalamos intelligimus prominentiam recti ultra parietem eminentis. Hic erat cubiti vnus, quo nimirum cubito, mediator dei & hominum Christus, intelligitur, quasi vltra thalamos parietes prominens, dum foris humanæ formæ, quam suscepit, electis omnibus angelis siue hominibus beatam semper præsentat visionem. Intus in interiore homine illa est voluptas, quæ per thalamos intelligitur, qua diuinitas amanti creaturæ ineffabiliter copulatur. verum & præter hoc foris in loco semper appareret, & præsto est ille desiderabilis filij hominis aspectus, in quem cum desiderent angeli prospicere, sine dubio & homines eadē semper exhilarantur visione, semper desiderata, semper præsentente, amantes sine defectu, deficientes sine passione. Thalami sex cubitorum erant hinc & inde, subauditur, & palmi vnus, quod supra dictum est. sed idcirco repetiuit, vt continuè subiungeret. [Et mensus est portæ à recto thalami vsque ad rectum eius, latitudinem viginti & quinque cubitorum, ostium contra ostium. ] Hic numerus ex quinario numero per semetipsum multiplicato conficitur. Et quia quinque carnis sensibus præditi sumus, eorum similitudinem numerus iste ex quinario in semetipsum ducto quadratus significat, qui & si minus spirituales sunt, in bono tamen opere exterius per prouectū multiplicantur. Ne ergo dubitemus, solummodo spirituales aut virginei propositi homines in illam requiem ingredi & requiescere cum deo requiescente ab operibus suis. Latitudinem, inquit, à recto thalami vsque ad rectum eius, mensus est viginti quinque cubitorum. Penè & huic simile in Canticis legimus, vbi cum dictum esset.

Tt ij Ferculum

**Cap. XL.** Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis libani, columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, cōtinuò subiunxit. Media charitate cōstravit propter filias Hierusalē. Quod ait, ostiū contra ostiū, subauditur thalamorū. hinc trium & inde trium, mutua concordiam & patētia semper in laude dei corda simul & ora significat angelorū & hominū.

*Quomodo fecerit frontes per sexaginta cubitos, & ante faciem portæ quinquaginta cubitos, quid fenestæ obliquæ, & quid palmarum pictura per circuitū* CAP. XI.

**E**T fecit frontes per sexaginta cubitos, & a fronte atrij portæ vndique per circuitū. Et ante faciem portæ, quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli interioris quinquaginta cubitos. ] Spatij sub diuo, cuius latitudo viginti quinque cubitorum erat, longitudinem per sexaginta cubitos mensus est. Hoc erat spatium atrij inter frontes atrij supradicti. Verum quia vestibulū portæ interioris, occurrens portæ octo cubitos occupauerat, & præterea duos in frōre sua cubitos habebat in lateribus quidem sexaginta cubitos admittebat, sed coram facie sua, vel coram facie portæ atrij de sexaginta cubitis, quinquaginta, id est, decem minus, effecerat. Hoc est quod cum dixisset, fecit frontes per sexaginta cubitos, cōtinuò subiunxit. Et ante faciem portæ quæ pertingebat vsque ad faciem vestibuli portæ interioris quinquaginta cubitos. Porro per sexaginta cubitos, qui numerus ex senario numero, denarioq; perficitur, sexies nanque decem, siue decies sex, sexaginta fiunt, per sexaginta, inquam, cubitos ingredientium opera, per quinquaginta vero misericordie occurrētis significatur gratia. Nam hic numerus ex lege sacratus est, dum quinquagesimo anno ad possessorem suum post venditionem omnīs possessio redire iubetur, vnde & idem remissionis annus, iubilæus, id est, dimittens dicitur. Planè utroq; indigemus, quicunq; in illos thalamos, in illam domini requiem, in qua requieuit prior ille ab operibus suis, ingredi cupimus. Quis enim angelorum aut hominum per sola merita sua illuc ingrederetur, nisi per gratiam fuisset assumptus? Aut quanta sunt opera cuiuscq; nostrum, ut in eandem cum deo requiem ingrediamur, per solum iustitię debitum? De portis atrij, quæ erant vndiq; per circuitum, dicemus postmodum. ] Fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum quæ erant intra portam, vndiq; per circuitum. Similiter autem erant & in vestibulis fenestæ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarū cęlata. ] Fenestæ obliquæ quasi sagittæ dicunt, eo quod instar sagittarū angustū in ædes lumen intrōmittāt, & intrinsecus dilatentur. Porro si thalami sunt illa de qua loquimur requies dei, & deus lux est, hoc fenestæ istæ à nostris differūt, q; nostræ à foris lumen accipiunt, istę ab intrus foras mittūt. Palmarū quoq; nobis cęlarura vel pictura mōstratur, ut de mundo victoriā possidentes, digni efficiamur post laborē pugnæ cum palma virtutū in illam requiē introire.

*Quid sit atrium exterius, de quo ait: Et eduxit me ad atrium exterius, &c. quid per triginta gazophylacia, quid per portas, siue longitudinē intelligamus centū cubitorū.* CAP. XII.

**E**T eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia & pauimentū stratum lapide in atrio per circuitū. Triginta gazophylacia in circuitu pauimenti. Et pauimentū in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinē a facie portæ inferioris, vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus centum cubitos, ad orientē & ad aquilonem. ] Post ædificij prioris, & thalamorum dimensionem, propheta ad atrium exterius educitur, quia videlicet sanctam ingressi scripturam, post explicitam mūdi fabricam, & postquam deum ab operibus suis requieuisse legimus, in subsequētē rerum historiam proficiscimur, quæ extra requiē illius secretum gestæ sunt vel geruntur. Incipit autē sic. Tulit ergo dominus deus hominem & posuit in paradiso voluptatis, &c. Omnis hæc historia quasi atrium exterius est vsque ad Abraham, ab Abraham autem, ad quem primum repromissus est Christus, de semine eius nasciturus, atrium est interius vsque ad templi veri positionem, quod hæc propheta post illud atrium perimitur, id est, vsque ad eiusdem Christi incarnationem, quo in templo suo deus homo humano generi est repropitiatus. Igitur eduxit me, inquit, ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentū stratum lapide in atrio per circuitū, id est, postq; fecit me intelligere quomodo peracto opere suo die septimo requieuit deus, aperuit mihi sensum ut intelligerem ea quæ subsequenter leguntur. & ecce apparuit litera ditissima, & valde operosa, quia spiritalis intelligentiæ gaza, & quali lapidis marmorei varietas in ea cōtinetur. Gazophylacia, inquit, triginta in circuitu pauimenti. Tricenus gazophylaciorum numerus, coniugij castitatem significat, quam in primis hominibus construxit, & dedicauit deus. Quanticunq; post illam coniunctionem casti, & deo digni coniuges in illa scriptura leguntur, gazophylacia fuerunt vel sunt, sensuum spiritualium gazam plurimumq; seruantiā sacramentorum Christi aurum. Verbi gratia. Immisit dominus deus soporem in Adam. Cumq; obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro, ea. Et ædificauit dominus deus costam quam gulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, &c. Hoc verè magnū gazophylacii verissimæ

verissimæ gazzæ seruatorium. Nam sacramentum magnū hoc est, quod seruat hæc litera. Ego Ezechiel, inquit, apostolus, dico in Christo & in ecclesia. Et quomodo super terram variū & pulchrum sternitur ex marmore pauimentum. sic & in isto & in cæteris super vilem literaturam spiritalis intelligentiæ conspicit ornamentum quisquis oculos habet ad videndum. Et pauimentum, inquit, in fronte portarum secundum longitudinem portarum erat inferius. Reuera secundum longitudinem portarū, nam prout temporibus suis à supradicto dei templo, id est, ab incarnatione CHRISTI lōge aberāt sancti patres, qui verbi DEI vel venturi CHRISTI portæ nobis extiterunt, mystica illorum coniugia siue facta, interpretatione veneranda sunt.

Et mensus est latitudinē a facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris, intrinsecus centum cubitos ad orientem & ad aquilonem. Mensura centum cubitorum, remuneratio est honorum æternorum, cuius plenitudinē in euangelio quoque dominus significans Centuplum (inquit) accipiet, & vitam æternam possidebit, id est, pro temporalibus æterna recipiet, quæ remuneratio tam lucrosa, ac si paruo numero centenarius numerus compareretur. Tantam latitudinē a facie mensus est portæ inferioris, id est, a primo Adam, qui secundum tempus à sepedito templo dei longissime absuit. Primo enim huic præceptum positū est huiusmodi. Ex omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Quod profecto præceptum si custodisset, centum retributionis quasi cubitos recepisset, nam pro ligno vno sibi interdicto lignum vitæ quandoq; comederet, & tam corpore quàm anima immortalis esset, quandoq; absq; morte corporis ad beatā immortalitatem, & immortalē angelorum beatitudinem transiret. Et mensus est, inquit, ad orientē & ad aquilonē, id est, remuneratiōne pmissit omnib; bene merētib; siue in prosperitate pacis, siue inter aduersitatē rētationis.

*Quid sit porta respiciens viam aquilonis, quid mensura quinquaginta cubitorum in longitudinem, & XXV. in latitudinem, quid fenestæ, quid vestibulum, & quid ascensus septem graduum.* CAP. XIII.

**P**ORTAM quoque quæ respiciebat viam aquilonis, atrij exterioris mensus est, & mensus est a porta vsque ad portam in via australi, tam in longitudine quàm in latitudine, & thalamos eius tres hinc, tres inde. & frontem eius, & vestibulum eius, secundum mensuram portæ prioris quinquaginta cubitorū, longitudinē eius, & latitudinē x xv. cubitorum. ] Post portam orientalem, qua prospera & bona solent enunciari, venitur ad portam quæ respicit viā aquilonis, qua non dubium est aduersa significari, quia videlicet post lēctionem creatoris mundi, & eius quæ primo homini appolita fuerat felicitatis, historia sequitur miseriarū & magnæ infelicitatis. Homo deceptus à diabolo, de paradiso eiectus est, spiritu mortuus, & carne mortalis, atque vniuersæ posteritati suæ comportans hæreditatem eiusdem geminæ mortis, & deinde multiplicatis hominibus, corruptaq; omni carne, tūc ille mundus diluuiū inundatus perijt. Verū nec sibi mensuris huius diligentissimi diligentia vel benevolentia cessauit, sed secundum mensuram portæ prioris mensus est, tam in longitudine quàm in latitudine, &c. id est, locutus est hominibus, manifestauit illis opera sua, quamuis pro modulo suo secundū exemplum eius bene operarentur, ut & ipsi in thalamos eius requiē ingredi mererētur. Quinquaginta cubitorum mensus est longitudinem, atque latitudinem viginti quinque cubitorum, propositum enim illis remissionis spem, quam possent adipisci per fidei longitudinem, & per charitatis bonis quinq; sensuum operibus exercitatæ latitudinem. Mensus est, inquam, a porta viæ aquilonis, vsque ad portam in via australi, id est, ita ut & malis in prædicto diluuiū mala rediret pro meritis, & bonis bona reseruet. quatenus de semine illorum repararetur orbis. Eorum thalami erant secreta conscientiæ bonæ, tres hinc, & tres inde, tres inquam hinc, id est, ex præfenti, in fide, spe & charitate, inde autem, id est, ex futuro in beata trinitatis visione. ] Fenestæ autem eius & vestibulum & sculptræ secundum mensuram portæ, quæ respiciebat ad orientem, & septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam. Et porta atrij interioris contra portam aquilonis & orientalem, & mensus est a porta vsque ad portam centū cubitos. ] Per fenestras & vestibulum quod erat secundum mensuram portæ quæ respiciebat ad orientem, hoc subtiliter indicatur, quod in introitu virtutum positi, & in authorem respicientes, cuius erat opus creatio mundi, & requies in regno immortalitatis, ad visionem eius essent peruenturi. Porro septem graduū, per quos erat ascensus eius primus est timor, secundus pietas, tertius scientia, quartus fortitudo, quintus consilium, sextus intellectus, septimus sapientia. Eodem gradus Elaias in ipso capite nostro enumerans, descendendo magis, quàm ascendendo numerauit, dicendo spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris domini. Et rectè, quia de cœlestibus ad ima loquebatur, cepit magis à sapientia, & descendit ad timorem. Hic autem quia de terrenis hominibus sermo est, qui de deorum ad superna tendūt, ijdem gradus ascendendo nihilominus rectè numerantur, quia cum scriptum sit, Initium sapientiæ timor domini, constar procul dubio, quia à timore

more ad sapientiam ascenditur, non autem à sapientia ad timorem reditur. Perfectam quippe habet sapientia charitatem. De centum cubitis, vel de numeri huius sacramento, supra dictum est.

*Quid sit via australis siue porta respiciens ad austrum, & quod pro ratione temporum prima atrij exterioris porta orientalis, secunda aquilonaris, tertia dicta sit australis.*

CAP. XIII.

**E**T eduxit me ad viam australem, & ecce porta quæ respiciebat ad austrum. Et mensus est frontem eius & vestibulum eius, iuxta mensuras superiores, & fenestras eius, & vestibula in circuitu. & c. vt supra. Post portam aquilonarem exiit ad viam vel portam australem, qua bona significantur, quia post præcedentis ætatis aduersitatem, & impiorum perditionem hominum, statim prospera nobis occurrunt, scripturæ ordinem prosequentes, cum (verbi gratia) ad Noe loquitur deus. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum & cum semine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam in volucris, quam in iu mentis & pecudibus terræ, cunctisque quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestiis statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam interficietur vltra omnis caro aquis diluuii, neque erit deinceps diluuium dissipans terram, & c. De cunctis portæ huius mensuris, & de gradibus, quibus ad eam ascenditur, idem sentiendum, nam eadem cuncta sunt quæ superius. Et hic quidè dimensionum atrij vel portarum atrij exterioris finis est. Et norandū, in dimensionibus hic esse portarum ordinem, vt prima orientalis, secunda aquilonaris, tertia australis sit, videlicet pro ratione, vel ordine temporum, aut rerum quas hæc tenus scriptura memorauit. Non ita se ordo habet portarum atrij interioris, sed quo illic nomine vltima erit, id est, australis, illo hic prima est, cum dicitur.

*Quod alio ordine prima interioris atrij porta australis dicitur, secunda orientalis, tertia aquilonaris, & quid significant, & quod in vestibulo aquilonaris portæ XVI mense quatuor maiores & duodecim minores sint.*

CAP. XV.

**E**T introduxit me in atrium interius ad portam australem, & mensus est portam iuxta mensuras superiores, thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris, & c. Quæ prima ponitur porta huius atrij interioris, australis dicitur, quæ secunda, orientalis, quæ verò tertia, aquilonaris. Et hoc nimirum iuxta rationem vel ordinem temporū aut rerū quæ gestæ sunt. Nam hoc interius atrium, illa est series patrū, quam continet liber generationis Iesu Christi apud Mattheum. Isti sunt patres, ex quibus Christus secundum carnem verū dei templum, templum non manu factum. Australis porta illic est Abraham, orientalis David, aquilonaris transmigratio Babylonis. In hoc vno temporum ratio deficit quod tamē rerum qualitas exigit, quod prima (vt iam dictum est) australis, secunda dicitur orientalis. Nam secundū quod Abraham tempore prior fuit, & ad hunc primū promissio facta est beati seminis, quod est Christus, porta hæc quæ prima ponit, orientalis rectè dici debuisset videretur. Verū etiam David tempore posterior fuit, & ad hunc posterius promissio facta est dei, dicentis, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam, est tamen altera non parua pars dignitatis, propter quā hic potius porta dici mereatur orientalis. Cuius enim equè vt Abraham, promissionem accipere meruit, eius mysteria pectore sacro, & ore prophetico cecinit Christi filij dei. Hoc Abraham non fecit. Iste super omnes docentes se prudens, & super senes intelligens primus in omni generatione Iesu Christi sacramenta eius, sacramenta natiuitatis, passionis, resurrectionis, ascensionis quoque, & regni eius miranda elegantia decantauit, & verbis penè nudis, in quantum ratio temporis permisit, aut hominum, quales tunc erant, duritia ferre potuit, præeunte auctoritate regali, vt quicquam eloqui auderet de regno dei, & iudicio futuro, de virtutibus futuri seculi, de qualibus Moyses nihil nisi per figuras & ænigmata scripsit. Rectè igitur dicatur hic porta orientalis, duplici gratia, pater Christi filij dei, altera, quia & ipse repromissionem accepit, altera, quia nascituri post multa tempora fideli corde sacramenta concepit, & ore sacro edidit. Hæc si ritè perpendamus, amplius eo delectabimur, quæ euangelista Mattheus hunc & ante & post Abraham in illa generatione nominauit, prius dicendo, Liber generationis Iesu CHRISTI filij David, & post dicendo, Iesse autem genuit David. Aquilonaris porta, vt hic tertia scriberetur, id quoque rerū ordo vel qualitas poposcit, quæ videlicet, iuxta quod Hieremias prædixerat, ab aquilone pandetur omne malū super habitatores terræ, tora aquilonaris, id est, nimirum aduersa erat transmigratio Babylonis. Inde autē eadē transmigratio porta debuit dici, quæ nimirum tunc gratia prophetica profusa populo dei, siue atrio templi dei sese infudit, prophetibus Hieremias, & hoc ipso Ezechiele, Daniele, Aggeo, Zacharia, & Malachia. Sed & ceteri omnes prophete ferè in omnibus quæ loquuntur circa illā Babylonis captiuitatē versantē, non quod illā tantummodo peccatori cōmīnent populo, sed quod illa typus fuerit captiuitatis, qua vniuersaliter omnes homines in huius mūdi Babylone sub spirituali Nabuchodonosor exulamur, vnde non nisi per penitentiam

rentiam, quam omnes prophete concorditer prædicant, & per Christi gratiā liberandi sumus. Vnde rectè in vestibulo portæ huius aquilonaris mensuræ hinc & inde numero sedecim visuntur, quæ sunt scripturæ X V I prophetarum, quorum alij ante, alij post ipsam captiuitatem, alij sub eadem captiuitate prophetauerunt, quorum fidei vel testimonijs, quia totum innititur quod deo dignum offerimus, rectè dictum est, super quas immolabant, & super quas ponant vasa, in quibus immolatur holocaustum & victima. [Et extra portam interiorē gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respicientis ad aquilonem, & facies eorum contra viam australem, vna ex latere portæ orientalis, quæ respiciebat ad viam aquilonis.] Cantores huius atrij lex & prophete sunt, id est, omnis scriptura veteris testamenti libri viginti quatuor, quos sub numero viginti quatuor seniorum Apocalypsis Iohannes inducit, adorantes agnum, & coronas suas, prostratis vultibus offerentes, stantibus coram quatuor animalibus oculatis ante & retro, id est, & in præteritum & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Horum profectio cantorum gazophylacia extra portam interiorē, id est, merces omnis extra præsentem vitā reposita est, & facies eorum, facies inquam vna, id est, intentio consona contra viam australem, ex latere portæ orientalis, tendit enim in verā plenitudinem lucis, in aduentū veri orientis Christi filij dei, quæ videlicet porta respiciebat ad viam aquilonis, vt reuocaret eos quos abduxerat aquilo diabolus, & aberrare fecerat ab oriente veri & æterni solis. Illud tamen prætereundū nō est, quod singula portarū huius, id est, interioris atrij vestibula ad atrium exterius respicere dicuntur, vt videlicet eorum qui ante legem & eorum qui sub lege fuerunt sancti & iusti vna fuisse fides, vna expectatio, vel spes intelligatur.

*Quid sit mysticè, quod portarum interioris atrij ascensus numero graduum differunt scilicet quod illic septem, hic octo gradus sint.*

CAP. XVI.

**N**ec illud prætereundum, quod portarum huius interioris atrij, & portarum exterioris atrij ascensus numero graduum differunt. Nam ad illas septem graduum erat ascensus, ad istas octo gradibus ascendebatur. Denique ante Abraham, quem primam & australem huius atrij portam fuisse diximus, nulla octauæ mentio est, qua resurrectio significatur, sed in se prima finis erat, qua ab operibus suis requieuit deus. Ad Abraham primum octauæ mentio fuit, dicente deo. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Per circumcisionem infantis fides feminis eius, quod est Christus, signabatur, per octauum diem resurrectio, quæ octaua mundi ætate per eundem Christum donanda erat, præfigurabatur. Sed & in euangelio primum eo ipso Abraham fidem resurrectionis astruit ipse Christus, dum dicit Sadduceis resurrectionem non credentibus. De resurrectione mortuorum non legistis quod dictum est, deo dicente vobis. Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob? Non est deus mortuorum, sed viuentium. Et de illo Apostolus dixit. Quia fide obtulit Isaac cum tentaretur, & vniuersū offerrebat, qui susceperat repromissiones, ad quem dictum est. Quia in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & à mortuis suscitare potens est deus. Igitur vbi secundum scripturas augmentum fidei reperitur, rectè ascensionis quoque gradus augentur, & post septem in octauū ascensus perficitur, ob significandum eorū profectū qui ita crediderunt, vel sperauerunt introire in requiē dei, & sabbatizare cū illo ab operibus suis, vt etiam crederent vel expectarent resurrectionem carnis celebrandā octaua ætate mundi, in cuius fidei signū circumcisiōne susceperunt octauæ diei.

*De gazophylacio sacerdotum, qui excubant in custodijs templi, & gazophylacio sacerdotum, qui excubant ad ministerium altaris, & cur sic dictum sit: Isti sunt filii Sadoch, & quid sit altare ante faciem templi.*

CAP. XVII.

**E**T dixit ad me. Hoc est gazophylacium, quod respiciebat viam meridianam sacerdotum, qui excubant in custodijs templi. Porro gazophylacium quod respicit ad viam aquilonis, sacerdotum erit, qui excubant ad ministerium altaris. Notandum quod sacerdotes, quibus custodiæ templi delegatæ sunt, habitant in gazophylacio, quod respicit ad viam meridianam, in qua lux plenissima est. hi autem qui excubant ad ministeriū altaris, in quo offerunt victimæ pro peccato, in gazophylacio sint, quod respicit viam aquilonis eos qui ab aquilone veniunt, & offerunt victimas pro peccatis suis, suscipere & saluare cupientes. Nimirum vtrinque gazophylaciū, vna sancta scriptura est, in qua thesaurus noster est, si verè simus diuites, si in literæ theca aurum spiritus, & sacramentorum Christi pretiosos nouimus possidere lapides. Hoc tale gazophylacium tam ad meridiem quam ad aquilonem patet, quia nimirum si scripturam attendas maxime prophetica, diuitias salutis non minus Iudæorum quam gentium possidet. Qui autē sunt hi sacerdotes? Ait. Isti sunt filij Sadoch, qui accedunt de filijs Leui ad dominum vt ministrent ei. Sadoch iustus interpretatur. Porro iustitiæ principium fides est, per quam & ante circumcisiōnem Abraham iustificatus est. Credidit enim Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiam. Bene

TTe iij ergo

ergo non dixit, isti sunt filij Abraham aut filij Israel, aut certe filij Leui, sed isti sunt filij Sadoch. Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ. neque quia semen sunt Abraham, omnes filij sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij dei. sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Igitur isti quorum gazophylacia hæc sunt, qui iure excubent in custodijs templi, vel ad ministeriũ altaris, isti inquam sunt filij Sadoch, filij iusti dei, vel Christi filij dei. & inde veraciter Abraham filij, quia filij iustitiæ. [Et mensus est atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum.] Hic eodem sensu quo & in exteriori atrio centum cubiti intelligendi sunt. Nam fideles carnis Christi patres, quorũ ex carne, quia templum corporis eius constructum est, idcirco illos atrium interius esse dicimus, pro peregrinatione, qua in terra aliena propter promissionem peregrinati sunt, centuplum acceperunt. Et enim iuxta Apostolum aspicientes in remunerationem nequaquam expectatione sua frustrati sunt. Et altare ante faciem templi. Altare ante faciem templi fides eorumque patrum extitit, quæ digna occurrione constructionem eiusdem templi, id est, incarnationis Christi præuenit, quæ statim in hoc propheta mysticis designatur mensuris, incipiendo sic.

*De gloria dei, quod ipsa eadem per mysterium templi, quæ & in primis visionibus per quatuor facies, hominis, leonis, vituli, & aquilæ præfigurata sit. CAP. XVIII.*

**E**T introduxit me in vestibulũ templi, & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Quæ hæc haec dicta aut significata sunt, spiritus propheticus duorum annorum, quibus hic propheta vaticinari cœpit, visionibus superposuit, & cuius illic humanitatem gloriosam expressit, per quatuor facies, hominis, leonis, vituli, atque aquilæ volantis, eius hic templi ternam diuinitatē, & eadē humanitate longē antiquiorē miris multumque arcanis modis significauit. Nunc demum quam illic semel & iterum viderat gloriam, hic iam tertio replicat sufficientibus testimonijs assertionem fidei suæ roborans, quod is qui homo in terris apparuit, qui passus est, qui resurrexit, & in cœlum ascendit, ipse sit qui cum patre omnia creauit. Ait enim post aliqua. Et duxit me ad portam quæ respiciebat ad viam orientalem, & ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. Et vidi visionem secundũ speciem quam videram quando venit vt disperderet ciuitatem, & species secundum aspectũ, quem videram iuxta fluuiũ Chobar, & cecidi super faciem meam. Igitur gaudentes, & tam cum isto propheta, qui cum dilecto Euangelista confitentis, quia vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre, plenum gratiæ & veritatis, sequamur quantis possumus, quo symmyten suũ ducit iste venerabilis vir.

*Quid vestibulum hinc quinque & inde quinque cubitorum, & quid porta latitudinem habens trium hinc & trium inde cubitorum, quid columnæ in frontibus, vna hinc, & altera inde.*

## CAPVT XIX.

**E**T introduxit me (inquit) in vestibulũ templi. Introduci in vestibulũ templi, catechizari est verbo fidei, addiscere causas necessarias aduentus Christi filij dei, cur sibi met deus humani corporis templũ edificauerit, propter quos. vtrũ propter quosdã, an absq; distinctione personarũ propter ocs homines aduenerit. Hic iã vide qd ille fecerit. Mensus est vestibulũ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde, & latitudinẽ portæ trium cubitorũ hinc, & trium cubitorum inde. Decẽ cubiti quorũ quinque hinc & quinque inde, mediã habent portam, tribus hinc & tribus inde latam cubitis, decalogus est legis, quæ nihil ad perfectum adduxit, & idcirco necessarium fuit, vt porta iustitiæ Christus in mediũ eius se offerret, & quasi vtraque manu defectũ suppleret legis infirmæ, legis impotentis. Hinc Apostolus ait. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filius suum mittens in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleteret in nobis. Igitur vt iustificatio legis impleteret, porta iustitiæ, Christus aduenit, & quasi qui nos dextra leuãque sustentans, cubitos decem præceptorũ legem aliquid posse efficit. Vnde hæc potentia vel facultas illi hominẽ videlicet, quia non homo tantũ, sed deus ipse est. qd qui sex diebus omnia fecit, ipse est, alioquin nec ipse posset. Ait ergo. Quia latitudinẽ portæ tribus cubitis hinc, & tribus inde mensus est, qui sunt cubiti sex, cuius nimirũ latitudinis scriptura testis est, quia sex diebus (vt iã dictũ est) dixit deus fiat, & factum est quicquid vsquam creaturarum est. Si dixit & factum est, per verbum vtriusque factum est. Christus autem dei verbum est. Idcirco potuit, idcirco legẽ imperfectam ad perfectũ adduxit. Et hic nõ propter Iudæorũ tantũ, sed & propter gentiũ salutẽ venit, imò non iustos, sed peccatores vocare venit. Sequitur ergo. [Longitudinẽ autẽ vestibuli viginti cubitorũ, & latitudinẽ vndecim cubitorũ.] Hic numerus, scilicet viginti, in decenario limite binarius est. Ergo longitudo vestibuli cubitorũ viginti, extensionẽ significat gratiæ Christi, cuius aduentus non vsq; ad Iudæos tantũ, sed & vsq; ad saluandas gentes pertingit. Porro vnderarij numerus peccatorum

peccatorum typus est. Omne enim peccatum vnderarium, quia cũ quis peruersa ait, præcepta decalogi trãsit. Magna ergo si ad mysteriũ spectes latitudo vestibuli, magna enim & ampla gratia iusti dei, quæ vniversum mundũ sub peccati onere curuum intra sinus suos recipit. [Et octo gradibus ascendebatur ad eam.] De octo gradibus iam supra dictũ est, nec repetere oportet, nisi forte ex euangelio gradus eisdem suscipiamus, alijs nominibus vt dicamus octo beatitudines. Quarũ prima, beati pauperes spiritu. octaua est, beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. [Et columnæ erant in frontibus, vna hinc & altera inde.] Columnæ in frontibus duæ sunt, vna hinc, quæ vocatur misericordia, altera inde, cui nomen iudiciũ. Hinc misericordiæ, illinc iudiciũ collina stat. Primo namq; aduentu suo Christus dominus misericors venit ad redimendum. secundo veniet ad iudicandum. Hæc omnis est introductio in vestibulum templi, quia videlicet hæc omnia credere & confiteri oportet eum, qui templum ingredi, id est, corpori Christi per baptismum cupit vniri.

*De eo quod ait: Et introduxit me in templũ. Et quid sit latitudinis frontium sex cubiti hinc & sex inde, & quid latitudinis portæ quinque hinc & quinque inde. CAP. XX.*

**E**T introduxit me in templum, & mensus est frontes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde. Latitudo tabernaculi, & latitudo portæ decem cubitorum erat, & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde. Post vestibuli stationẽ in ipsum templum introduci est, data confessione, baptizati in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Nam ex eo quisque sic in illud templum dominici corporis ingressus est, vt & Christum induerit, testante Apostolo, cum dicit. Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sex, inquit, cubitos hinc latitudinis, & sex cubitos latitudinis inde. Hæc est latitudo confessionis, quam debet scire quisquis hoc templum ingredi meruerit. Sex cubitos quo dierum numero creaturæ multitudinem creator vnus explicuit. Sex, inquam, cubitos hinc Apostolus confitetur, cum dicit. Quia in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue æthroni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Sex itidem inde cubitos confitetur cum protinus subiungit. Et ipse caput ecclesiæ qui est principium primogenitus ex mortuis, vt sit in omnibus ipse primatum tenens. quia in ipso complacuit omnem plenitudinẽ habitare, & per eum reconciliare omnia, in ipsum pacificans per sanguinẽ crucis, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Itẽ sunt frontes templi, iste pulcher aspectus, magnumque & luminosum spectaculum in oculis animæ confitentis. Sed hæc ipsa pulchritudo confessionis opera requirit. Sequitur ergo. [Latitudo portæ decem cubitorum erat, & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde.] Tabernaculum interiorẽ domum dicit. Per cuius circuitum latera, id est, tabulæ his trigintatria erant, vt sequens sermo describit. Porro latitudo portæ introitus eiusdem tabernaculi erat, patens decem cubitis, & latera habens, quinque hinc inde cubitis, qui simul sunt viginti cubiti, quæ erat latitudo tabernaculi. Nam continuũ subiungit. [Et mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.] Igitur latitudo portæ decem cubitorum post ea quæ prædicta sunt bonorum est introitus operum, per latitudinem charitatis currentium. de qua totum pendere constat legis decalogus. Fides enim per dilectionem operatur, & idcirco tenis frontium cubitis, statim huius latitudinis porta coram panditur.

*De dispositione oraculi, & quid sit in fronte portæ mensura duorum cubitorum.*

## CAPVT XXI.

**E**T introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos, & portam sex cubitorum, & latitudinem portæ septem cubitorum. Et mensus est longitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi. Et dixit ad me. Hoc est sanctum sanctorum. Oraculum siue sanctum sanctorum in templo, deus est in Christo. Vnde dicit Apostolus. Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Oraculum autem & præ foribus oraculi templum, sicut non duo templa, sed vnũ templum, sic hominem, & in homine deũ, non duos Christos, sed vnum confitemur Christum. De vocibus siue responsis huius oraculi, & de dispositione verbi incarnati, illud sacri corporis templum inhabitantis, non solũ apostoli, sed & ipse Christus iugiter secundũ hominem pependit, vt nihil à semetipso faceret, aut iudicaret, ita vt (verbi gratia) gentẽ suam, vel ciuitatẽ Hierusalem ruituram flere posset, flendo tamen non liberaret. Oraculũ illud, quantæ longitudo, tantæ & latitudinis, tantæ nihilominus erat & altitudinis, quia videlicet Christi domini nostri diuinitas, quantæ antiquitatis, quæ per longitudinem, quantæ maiestatis, quæ per altitudinem, tantæ omnino charitatis est, quæ intelligitur per latitudinem. Porro longitudo templi quadraginta cubitorum, qui numerus semper in labore positus est, labores significat vitæ præsentis, quos in corpore suo dominicus homo

homo longanimiter pertulit. Totū hoc breuiter in fronte portæ designant cubiti duo, dū con-  
ficemur, quæ vnus, idemque Christus deus & homo sit, quæ summa est catholicæ confessionis.

Quid significent latera bis triginta tria, & quid quod erat lateris longitudo sex cubitorum,  
latitudo quatuor cubitorum, & quid quod latera hæc parietem templi non attingebant.

## CAPVT XXII.

**E**T mensus est parietem domus sex cubitorum, & latitudinem lateris quatuor cubitorum  
vndique per circuitum domus. Latera autem lateris ad lateris bis triginta tria, & erant emi-  
nencia quæ ingrederentur per parietem domus in lateribus per circuitum, vt continentur, &  
non attingerent parietem templi. Latera bis triginta tria, dicendo, cum sexaginta sex dicere  
potuerit, amplius placet intellectui, quia videlicet triginta tribus annis templi dominici cor-  
poris, & in illo templo suo deus maiestatis filius dei patris sustinuit in hoc mundo peregrinari.  
Idcirco recte distinguuntur latera bis triginta tria, quia nimirum per tot annos obedientie pa-  
tri seruiuit, vtraque diuina scilicet & humana Christi natura. [Erat autem lateris longitudo sex  
cubitorum, & latitudo quatuor cubitorum.] Illo, id est, senario numero perfectio diuini or-  
perum, quæ operabatur mirabiliter, quemadmodum dicit. Si opera non fecissem in eis, quæ  
nemo alius fecit. isto autem, id est, quaternario quatuor significantur elementa huius mundi, sub  
quibus seruiuit exinanitus in forma serui, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus  
vt homo. Latera hæc non attingebant parietem templi, quia videlicet non permanens ad  
sumpsit labores vitæ præsentis, sed temporales, quos omnino amoueret gloria resurrectionis,  
testante Apostolo, cum dicit. Nunc autem semel in consummationem seculorum ad destitutio-  
nem peccati per hostiam suam apparuit, & quemadmodum statutum est hominibus semel mo-  
ri, post hoc autem iudicium. sic & Christus semel oblatas est, ad multorum exhaurienda pecca-  
ta, secundo apparebit sine peccato expectantibus se per salutem in fide.

Quid sit mystice in hoc templo tristega, id est, tria cœnacula, quid sit per ostium  
ascendere ad superiora & medium, & quid sit illud ostium.

## CAPVT XXIII.

**E**T platea erat in rotundum ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi de-  
ferebat per gyrum, idcirco lateris erat templum in superioribus, & sic de inferioribus a-  
scendebatur ad superiora in medium. Quod dixit, ad superiora in medium, idem est ac si di-  
cat, in medium & superius cœnaculum. Tristega enim erant, de quibus & in templo Salo-  
monis iuxta mysterium diximus & nunc dicimus, quia in hoc diuinitatis templo, in hoc deo  
vel homine Christo tria tabulata sunt. & necesse est, vt quisquis in Christo manere desiderat,  
in quolibet eorum fideliter consistat. Quæ nam sunt tabulata hæc? Perfectio tres bene viuendi  
distinctiones. Tres credentium in Christum ordines, quos & ipse mystice discernens. Duo,  
inquit, in agro, dux molentes in vnum, duo in lecto, vnus assumetur & vnus relinquetur.  
Iridem, isti sunt ordines, quos in isto propheta sub nominibus intelligimus, Iob, Noe, Daniel,  
& cætera, vt ibi legere potes. Dicamus & aliud. Cum de hac, quam in terris agimus vita, ad  
requiem spiritus in futuro peruenerimus, quasi ad superiorem gradum domus tendimus, &  
vbi carne soluti ad requiem spiritus ascenderimus, carnis etiam nostræ receptionem in die  
resurrectionis quasi supremi cœnaculi expectamus ascensum. Quod autem platea erat in  
rotundum ascendens sursum per cochleam & in cœnaculum templi, deferebat per gyrum, &  
idcirco lateris erat templum in superioribus, & sic de inferioribus ascendebatur ad superio-  
ra, & in medium, Puto perspicuum esse lectori, semper angustiora esse quæ deorsum sunt,  
paulatimque dum ad summa contendimus, latiora nobis aperiri viam, & impleri quod  
scriptum est. In tribulatione dilatasti mihi. Per rotundum autem & cochleam ascendimus  
templi cœnaculum. Quæ figura inter omnia schemata à philosophis quoque huius seculi pul-  
chrior approbatur, dum & coelum, & sol, & luna, & astra cætera, & punctum terræ, in corpo-  
ribus quoque humanis oculi quasi altera sidera, & figura capitis quod omnium sensuum re-  
ceptaculum est, teretesque digiti, scæmora, & brachia hanc præferunt rotunditatem. [Et ostium,  
inquit, lateris ad orientem.] Et de hoc ostio in descriptione templi Salomonis scriptum est.  
Ostium lateris mediū in pariete erat domus dexteræ, & per cochleam ascendebant in me-  
diū cœnaculum, & à medio in tertium. De hoc ita diximus. Ostium lateris templi vulnus  
est in latere lanceato dominici corporis, præter quod non est aditus, non est ostium vel ia-  
nua, qua intret quis, vt in quouis ordine coram deo stare possit. Nam ex illo latere, cum lan-  
cea percussus esset, sanguis & aqua profluxit, quo sacramento deletum est peccatum mundi,  
in quo & baptizati sumus in Christo Iesu, dicente Apostolo. Quia quicumque baptizati  
sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Ergo vnum est ostium, vnum baptis-  
ma, per quod in introitu in illud dei templum, quo cum admissus fuerit, cum demum ascendere  
licet,

licet, vel à primo in medium, vel à medio in tertium, prout delectauerit quæque ascensus vir-  
tutum, vel celsitudo meritorum. Aliqua quæ planiora sunt percurramus, vt difficilioribus  
atque vtilioribus immoremur.

Quomodo in domo erant laquearia prima post triginta cubitos, secunda post sexaginta, ter-  
tia post C. & XX. & quomodo mystice intelligendum sit: Et vidi in domo altitu-  
dinem per circuitum, & cætera.

## CAP. XXIII.

**E**T vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera, ad mensuram calami sex cu-  
bitorum spacio. Et latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum, &  
interior domus in lateribus domus. Latera ista eiusmodi intelligenda sunt, de quibus scri-  
ptura libri Regum in descriptione templi Salomonis dicit. Texit quoque domum laquearia  
bus cedrinis. Porro laquearia sunt tabulata quæ supposita trabibus affiguntur clauis, deco-  
remque picturæ suæ solent aspectantibus præmonstrare mirandum. Terna autem erant in tem-  
plo laquearia, prima videlicet post triginta cubitos à pavimento, secunda post cubitos sexa-  
ginta contra summam porticum, tertia post cubitos centum viginti in summitate totius  
domus. Non enim in Palestina, sicut nec in Aegypto culmina in tectis habentur, sed plana po-  
tius tecta domorum, ad sedendum videlicet, vel deambulandum apta construuntur. Vnde  
dicit in Euangelio dominus. Et quod in aure auditis, prædicabitur in tectis. Cæterum spiri-  
tualiter, & nos templum hoc per fidem ingressi, videmus altitudinem per circuitum fundata  
latera, ad mensuram calami sex cubitorum spacio, & latitudinem per parietem lateris forin-  
secus quinque cubitorum. Quæ sunt hæc in altitudine, & per circuitum latera, nisi alta &  
perfecta quæ in templo illo dominici hominis recondita sunt intelligentiæ spiritualis arca-  
na? Vnde bene ad mensuram calami sex cubitorum dicuntur fundata, quia iuxta mensu-  
ram, quam vnique prophetarum siue apostolorum diuisit deus, firmiter & stabili fide sunt  
omnia conscripta. Porro forinsecus latitudo quinque cubitorum, qui numerus carnalibus  
propter quinque corporis sensus magis competit, literalis siue historia scripturarum est  
mediocritas, quæ ardua cœlestium mysteria spectare non valentibus per discretionem est pro-  
ponenda. Interior domus, in lateribus domus, de quibus supra diximus, Euangelica proprie-  
doctrina est, quam & præcipue in hoc templo altitudinem videmus ad mensuram calami sex  
cubitorum, itaque ad mensuram quinque cubitorum, vt sicut iam dictum est, & magis per-  
fecti, qui per senarium, & mediocres qui per quinarium discernendi significantur, numeri ha-  
beant quo vtiliter leuent internorum aciem oculorum. [Et inter gazophylacia latitudinem  
viginti cubitorum in circuitu domus vndique.] Subauditur vidi. Gazophylacia hæc thesauros  
omnes sapientiæ & scientiæ, qui in hoc templo, id est, in Christo sunt absconditi. latitudo au-  
tem inter hæc cubitorum viginti, qui numerus binarius est in decenis, superexcellentiorem  
viam significat geminæ charitatis, dei & proximi, sine qua nihil cætera charismata prodesse  
Apostolus asserit.

Ex eo quod templum humani corporis deus maiestatis sibi met condiderit, quis nobis  
fructus acceperit, secundum id quod ait: Et ædificium quod erat separatum, & c.

## CAPVT XXV.

**E**X eo quod secundum prophetiam visionem, deus maiestatis, templum sibi met humani  
corporis condidit, quis nobis fructus accessit? Quis nisi, quod Apostolus ait, in ipso com-  
placuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacifi-  
cans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris siue quæ in cœlis sunt? Sequitur ergo. [Et  
ædificium quod erat separatum, versumque ad viam respicientem ad mare latitudinis LXX.  
cubitorum. Paries autem ædificij quinque cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius XC.  
cubitorum. Et mensus est domum longitudine C. cubitorum, & quod separatum erat ædifi-  
cium, & paries eius longitudinis C. cubitorum.] Et ædificium, inquit, quod erat separatum.  
Quod illud ædificium? Nimirum beata sanctorum societas angelorum, quos inter & nos gran-  
dis erat separatio, grande dissidium. Idcirco dicitur, ædificium erat separatum. Et continuo sub-  
iungitur. Versumque ad viam respicientem ad mare. Via respiciens ad mare, deus noster Chri-  
stus erat, quippe qui & per prophetas suos prænuntiabat, quod in plenitudine temporis di-  
gnaretur ad nos descendere, & in nostro mari naufragium mortis, atque in exemplum Ionæ  
triduanam sepulturam subire. Ad hanc viam versum illud ædificium separatum. Et continue  
gratiam expectabat sanctorum charitas angelorum à nobis separatorum. expectabat, in-  
quam, quando pacificaret, & coniungeret nos cum illis per sanguinem suum. Illud ædi-  
fium LXX. latitudinis cubitos habebat, qui numerus in decenis septenarius est, &  
idcirco in limite lateri latissimam charitatis requiem, latitudo ista significat, qua iam  
tunc

Luc. 17. tunc & sine nobis in deo suo societas angelica requiescebat. Attamen plurimum perfectioni vel instructioni deerat, quia videlicet ouis centesima perierat, dragma decima perdita fuerat. Ait ergo. Parietes autem aedificij quinq; cubitorum latitudinis per circuitum, & longitudo eius nonaginta cubitorum. Quinarij qui secundae vnitatis, id est, denarij medietas est, nondum plenam, nondum perfectam multiformis sapientiae dei notitiam significat. Nam sciebant quidem iam beati angeli, quantae deus esset potentiae, sed nondum experimento didicerant, quantae idem esset clementiae. Istud perdiscere habebant per ammirabile opus reparationis nostrae. Vnde dicit Apostolus. Et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis, in deo, qui omnia creauit, vt innotescat principibus & potestatibus, in caelestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei. Ergo paries quasi semiplenus, id est, quinq; cubitorum erat, ad integrum, quod per secundam vnitatem, id est, per denarium, intelligitur, nondum peruenerat. Sed & longitudo eius nonaginta cubitorum erat, & ad centum non peruenerat. Numerus quippe centesima oue perdita, diminutus erat. Sed quid fecit ille? Mensus est domum longitudine centum cubitorum, & quod separatum erat aedificium, & parietes eius longitudinis centum cubitorum. [Latitudo autem ante faciem domus, & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubitorum.] Dimensio ista quadra est. Et est sensus. Ouem centesimam ad ouile reportauit, & ouium suarum numerum ad integrum suppleuit. & sicut centenarius numerus quadratus est, decies enim decem, centum efficiunt, ita suum ouile magna quondam parte mutilatum, totum reformauit, atq; repleuit, quasi per quadrum.

De eo quod ait: Et mensus est longitudinem aedificij, & cetera, quid per ea significetur.

CAPVT. XXVI.

E T mensus est longitudinem aedificij contra faciem eius, quod erat separatum ad dorsum, & haec ex vtraque parte centum cubitorum, & templum interius, & vestibula atrij, limina, & fenestras obliquas, & haec in circuitu per tres partes, contra vnusquisque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu. A terra autem, vsq; ad fenestras, & fenestrae clausae super ostia, & vsq; ad domum interiorum, & forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus ad mensuras & fabrefacta Cherubin & palmae, & palma inter Cherubin & Cherub. ] Vbi praedictum templum aedificatum, imo & Iudaica impietate solutum, diuina in triduo potentia resuscitatum est, continuu quod separatum erat aedificium perfectum, & de nonaginta in centum cubitos prouectum est, id est, beata societas angelorum dragmae decimae quae perdita fuerat, & ouis centesimae quae perierat, inuentione redintegrata est. Omnes quippe qui Christi gratiam expectauerant electi ab origine mundi, tunc apertis eiusdem aedificij portis introierunt. & pro inuentione ouis, quam pastor pius proprijs reportabat humeris, totum illud exhilaratum ouile ouium caelestium, gaudiumque fuit commune amicorum congratulantium. Sed erat adhuc locus, nec enim totus ex illis qui aduentum huius gratiae praecesserant, completus erat praeinitus ab initio electorum numerus. Ergo mensus est, inquit, longitudinem aedificij ad dorsum. Quid est ad dorsum, nisi post discessum suum? Denique postquam discessit venerabilis iste vir, mensus est longitudinem centum cubitorum, longitudinem aedificij contra faciem eius, quod erat separatum, id est, postquam in caelum ascendit, dedit dona hominibus plena largitate, quasi centenaria perfectione, propter eos qui adhuc erant inimici non credendo, vel non cognoscendo Christum filium dei. Vestibula atrij, limina, fenestrae obliquae, & haec, id est, eminentia ex vtraque parte, diuersa significant ministeria sanctorum apostolorum, prophetarum, Euangelistarum, doctorum, atque pastorum, quos posuit vel dedit ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in aedificationem corporis Christi, id est, ecclesiae, quae & ipsa est templum dei, quod & hic dicitur templum interius, quod ad dorsum, id est, post ascensum suum (vt iam diximus) mensus est hic saepedictus vir. Haec autem Romanae appellant solaria de coenaculorum parietibus eminentia, siue menia ab eo qui primus inuenit. Caelata erant omnia vel fabrefacta, a pauimento vsq; ad fenestras, & fenestrae clausae, &c. Nihil enim absq; ratione & mensura, in dei templo a deo factum est, a pauimento vsq; ad fenestras, id est, ab infimo electo vsq; ad praedicatores clarissimos, per quos domui dei veritatis infulsit claritas. Quid autem est, quod clausae quoque fenestrae, caelatae dicuntur, aut fabrefactae? Mirum illud quod hodie per totum mundum mirando gaudemus, & gaudendo miramur, quod postquam morte internente, clausa sunt ora beatorum apostolorum Christi, per quos velut fenestras, illuminatus est mundus, dum adhuc parerent, adhuc & vocis officio, scilicet in praedicatione fungerentur, postquam clausae sunt illae fenestrae, pulchrius atque splendidius caelatae atque fabricatae sunt, caelatura virtutum, fabricatura miraculorum. Ibi Cherubin & palmae, id est, quam in scriptis eorum quotidie scrutamur multitudo scientiae, & quas in gestis eorum veneramur, non incruentae martyrij victoriae. Ibi facies hominis iuxta palmam ex hac parte, & facies leonis iuxta palmam ex alia parte, tota enim eorum doctrina haec duo nobis categorizat, quia

quia qui primo aduentu suo venit nobis vt homo mansuetus, in multitudine misericordiae secundo aduentu venturus est tanquam leo terribilis in magna iudicij fortitudine.

Quod ait: Haec est mensura coram domino, videlicet altare ligneum, significans crucis mysterium, & corporis ac sanguinis sacramentum, & quid altitudo eius trium cubitorum, quid significet longitudo eius duorum cubitorum. CAP. XXVII.

A Ltaris lignei trium cubitorum altitudo est, & longitudo eius duorum cubitorum, & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me. Haec est mensura coram domino. ] Nimirum & hoc ad dorsum vir ille mensus est. Altare quippe ligneum, mysterium crucis, mysterium vel sacramentum, substantiam panis & vini accipiens in manibus suis, dicensque post benedictionem, Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus. Altaris huius altitudo trium cubitorum, longitudo duorum cubitorum est. Altitudo trium cubitorum fides est sanctae trinitatis, sine qua nusquam est altare dei. Longitudo duorum cubitorum exentio geminae dilectionis, dei & proximi, sine qua nihil dignum deo potest offerri, qua plurimum indiget quisquis ad hoc altare hostiam viuam sacrificaturus accedit. Anguli eius, longitudo eius, & parietes eius lignei. totum quippe altaris Christi sacramentum de ligno constant viuifica crucis, quia totius sacrificij summa est passio eius, qui pro omni mundo semetipsum super lignum crucis sacrificauit. & haec est, inquit, mensura coram domino, subauditur, sola & vnica. nam Iudaici mensa sacrificij iam non est coram domino. Ne offeratis, inquit, vltra sacrificium frustra. Incensum abominatio est mihi. Item. Nunquid manducabo carnes taurorum aut sanguinem hircorum porabo? subauditur, non. Sed quid? Immola deo sacrificium laudis, & snlta his similia.

Iohan. 13.

Matth. 26.  
Mar. 14.  
Luca 22.  
1. Cor. 11.  
Matth. 22.

Esaie 2.

Quid in templo vel sanctuario duo ostia, & quid ex vtraque parte bina significant ostiola. CAPVT. XXVIII.

E T duo ostia erant in templo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex vtraque parte bina erant ostiola, quae in se inuicem plicabantur, bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. ] Duo templi & sanctuarij ostia, duo sunt testamenta, quorum & aedituus est ipse, cuius est templum, sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit. In his duobus ostijs ex vtraque parte bina sunt ostiola quae in se inuicem plicantur, quod iuxta litteram perspicuum est. Solent enim in maioribus triclinijs bina sibi haerere ostia atque coniungi, vt maior introitus nequaquam duobus & ingentibus, sed & quatuor claudatur minoribus vel aperiat foribus. Iuxta sensum spirituale bina erant ex vtraque parte ostiola quae in se inuicem plicabantur. vt & in historia spiritus habes intelligentiam, & in tropologia historiae veritatem. Quorum vtrunque altero indiget, & si vnum desuerit, perfecta caret scientia. [Et caelata erant in ipsis ostijs templi Cherubin & sculpturae palmarum, sicut & in parietibus quoque expressa erant. Quam ob rem erant grossiora ligna in vestibuli fronte forinsecus. ] Celata, inquit, erant in ipsis ostijs Cherubin & sculpturae palmarum. Quid enim sacra vtriusque testamenti scriptura, nisi scientiae multitudinem, & victoriae continet insignia? Ex illa deum cognoscimus, quem scire summum est vertex scientiae, ex illa summus arma, quibus vtendo non aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates & aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus, feliciter cum palma iustitiae queamus ad coronam victoriae peruenire. Vnde & grossiora, inquit, ligna erant in vestibulo portae forinsecus, vt & firmitatem haberent, & caelaturam possent recipere. Pulchreque iuxta intelligentiam spirituale firmitas & caelata sunt ostia, vt & firmitatem habeant & pulchritudinem, ne quis ad sancta sanctorum similis Oziae possit irrumperere, & sibi sacerdotium vendicare.

Apoc. 3.

Ephe. 4.

Quod ecclesia gentium nihil minus habuerit, & quod Iudaei & Graeci deus nullam distinctionem fecerit. Et hoc recte intelligi in eo quod ait: In facie longitudinis centum cubitos ostij, & cetera. CAPVT. XXIX.

E T eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad aquilonem, & induxit me in Gazophylacium, quod erat contra separatum aedificium, & contra aedem vergentem ad aquilonem. In facie longitudinis centum cubitos ostij aquilonis, & latitudinis quinquaginta cubitos contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratū lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. ] Has maxime partes ille vir ad dorsum mensus est. Haec est enim ecclesia de gentibus, cuius hic mensurae describuntur, quae sub aquilone iacens

Cap. XLII.

VVV frigida.

frigida, nullum caloris aut luminis diuini acceperat beneficium. Postquam vir ille, qui in caelum ascendit, quasi ad dorsum eius accessit, cuius factem, id est, praesentiam in carne non vidit, & credendo in illum iam assumptum Euangelicæ gratiæ gratiæ pariebatur, accedens retro, & tangens simbram vestimenti, per fidem suam saluari meruit. Eduxit me, inquit, in atrium exterius, per viam ducentem ad aquilonem, tunc videlicet, quando Iudæis, qui quasi in meridie erant, repellentibus & blasphemantibus, vsi sunt apostoli auctoritate spiritus sancti, vt dicerent. Vobis quidem oportebat primam loqui verbum dei, sed quoniam repulsi estis illud, & indignos vos iudicatis aeternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus. Posui te in salutem gentibus, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Sic nimirum præcipiendo dominus induxit prophetam, induxit apostolorum chorum in Gazophilacium, quod erat contra separatam aedificium, & contra aedem vergentem ad aquilonem. aperuit enim illis veritatis thesaurum, vt ex scripturis intelligerent vocationem gentium, quod non Iudæorum tantum esset deus, sed & gentium, a quibus eatenus illud sæpe dictum coeleste aedificium erat separatam. In facie longitudinis centum cubitos mensus est ostij aquilonis, & latitudo quinqueaginta cubitos. Quid enim ecclesia gentium minus habuit, vel quam Iudæi & Græci distinctionem deus fecit? Latitudo quinqueaginta cubitorum, largissima est remissio peccatorum, pro qua decertans Apostolus, quod ex fide sit, nõ ex operibus legis, illud maximum in testimonium adduxit, quod Abraham non ex circumcisione, sed ante circumcisionem per fidem iustificatus sit. Longitudo centum cubitorum plena & perfecta est remuneratio futurorum Græco non minus quam Iudæo reposita, iuxta eundem Apostolum. Gloria enim, inquit, & honor, & pax omni operanti bonum, Iudæo primum & Græco. Vbi erat, inquit, porticus iuncta porticui triplici. Porticui triplici, id est, laquearia terna habenti. Nam & postmodum subdit. [Tristega enim erant, & non habebant columnas sicut erant columnæ atriorum.] Assertio est fidei gentium, & admiratio facilitatis eorum, quia veloces fuerunt ad credendum. Porticus erat iuncta porticui triplici, etenim tristega erant, & cum columnas non habebant, sicut erant columnæ atriorum, id est, auditis vel sensus eorum, cito admixtus est apostolicæ fidei, & confessionem velociter suscepit sanctæ & indiuiduæ trinitatis, & tamen patriarchas aut prophetas non habuerunt, quæ fuerunt columnæ Iudæorum.

*De mensuris quingentorum calamorum, per circuitum, vel ad quatuor mundi partes, quomodo scientiam scripturarum significent, post reconciliationem generis humani, per Christum in quatuor mundi partes diffusam.*

CAP. XXX.

**C**umq; compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam orientalem, & mensus est eam vndique per circuitum. Mensus est autem contra ventum orientalem in calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est contra ventum aquilonarem, quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum. Et ad ventum australem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ. Per quatuor ventos mensus est murum eius. Quia prophetam, imò prophetæ ductorem mirabilem virum, & sapientem architectum quantum potuimus in hac visione secuti, & illud, quod per ipsum omnia facta sunt, & illud, quod per ipsum omnia instaurata sunt, beneuola fide confessi sumus, quod ad nostri maxime operis pertinebat propositum. deinceps plura omittentes propter compendium, illa tantum de hac ipsa visione sumemus quæ potiora sunt. Primo dicendum iuxta literalem descriptionem, quia hic murus simul duo milia calamos habebat. Sin autem calamus sex cubitorum erat, & palmi qui sexta pars cubiti est, perspicuum est, murum exteriorem per circuitum habuisse calamos duo milia, qui faciunt cubitos duodecim milia trecentos triginta & tres, & trientem de duobus milibus. Prudens lector & diligens legat librum Iesu filij Naue, & inueniet quomodo in suburbanis hæc mensura teneretur. Cæterum, vt ad mysticum reuertamur sensum, quid post diuisiones templi atriorum siue aedificiorum, tanta significat multiplicitas calamorum, nisi illam quæ post incarnationem Christi, per ipsum facta est reconciliationem generis humani, & quæ per quatuor partes mundi diffusa est scientiam scripturarum? Etenim prius tantum in Iudæa notus erat deus, & illic sacra scriptura quæ per calamum intelligitur in angusto detinebatur. Nunc autem ex quo Christus in caelum ascendit, ecclesia eius in orientem, septentrionem, meridiem, & occidentem, quasi quingentorum & Euangelicorum libris, tractando atque commentando armaria sua mundus impleuit. Quod autem hæc multiplicitas, duodecim milia cum trecentis trigintatribus efficit, & insuper trientem de duobus milibus, illud continet sacramentum, vt singulis apostolis milenarius numerus deputetur, & tamen ad mensuram plenitudinis Christi, & perfecti veniat,

veniat, nisi iungantur ei trecenti & trigintatres cubiti, per quos sanctæ & indiuiduæ trinitatis mysterium demonstratur. Præterea quingentesimus numerus, qui vicinus est quinquagenario, quod ad remissionem pertineat omnium peccatorum, non solum vetus scriptura, sed & saluatoris in Euangelio verba demonstrant, dicentis. Duo debitores erant cuidam scenerato, vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Et murus diuidit inter sanctuarium, & vulgi locum. Ex quo intelligimus, omnem supra templi descriptionem sacerdotum qui sunt filij Sadoch ministerijs delegaram. hunc enim numerum qui tanto spacio dilatetur, & vniuersa circumeat, separare sanctuarium & vulgi locum.

*Quod ait: Vidi visionem secundum speciem quam videram, quando venit vt disperderet, &c.*

CAPVT XXXI.

**E**t duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam orientalem. & ecce gloria dei Israel ingrediebatur per viam orientalem, & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat a maiestate eius. Et vidi visionem secundum speciem quam videram quando venit vt disperderet ciuitatem, & species secundum aspectum quem videram iuxta fluuium Chobar, & cecidit super faciem meam. Ordo tandem fidei necessarius hic perfectus est, dum post cunctas diuisiones superiora longè repetens, & vidi, inquit, visionem secundum speciem quam videram quando venit vt disperderet ciuitatem, & species secundum aspectum quem videram iuxta fluuium Chobar. subauditur anno quinto. Itemq; anno sexto transmigrations regis ioachim. Quinam ille aspectus, vel quæ illæ species fuerunt? Nimirum aspectus hominis, aspectus leonis, aspectus vituli, aspectus aquilæ volantis. Aspectibus vel speciebus illis vera humanitas, vera passio, resurrectio quoque & ascensio significabatur Christi filij dei, quæ omnia corde credere ad iustitiam, & ore confiteri oportet ad salutem. Sed hæc quidem Euangelica doctrina est, & familiaris paruulis quasi lactis alimonia dulcis auditu, & salubris animæ gustu est. Veruntamen ad perfectionem fidei necdum satis est, nisi post lactis poculum proficundo ad solidum perueniat cibum, vt credat & confiteatur, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt. & isto illud posterius esse, quod prius capere potuit, scilicet quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & secundum illas facies hominis, vituli, leonis, atque aquilæ volantis, videndam nobis gloriam suam præbuit. Rectè igitur prioribus prophetiæ suæ annis, illud accepit vel scripsit, quod commodius capere possunt paruuli, & tandem in hac extrema visione pro exercitatione perfectiores habens sensus accepit, vel perfectos habentibus sensus scripsit, quid ante facies illas Christus dei filius fuerit, & tunc demum cecidit super faciem suam, videlicet perfecta adoratione verus adorator adorans in spiritu & veritate.

*De eo quod ait: Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij, &c. quod per hæc in isto quoq; virginalem partum visio prophetica designet.*

CAP. XXXII.

**V**eruntamen quantumvis sodiando in altum de occulto visionis huius thesauro necdum cuncta protulimus quæcumque de Christo deo & domino nostro credere vel confiteri Christiana veritate compellimur. Necdum enim illud vsquam consulta litera nobis respondit, quod per maxime splendet in omni pulchritudine catholice confessionis, quod illa facies hominis quam sæpe dixit, de virgine matre concepta & ædita sit. Sequamur ergo & iuxta vestigia sanctorum patrum, qui hæc loca scrutati sunt, nos quoque scrutantes audiamus atque intelligentes gaudeamus inuenisse nos, quod non fuerit oblitus iste propheta sanctus, confiteri sicut à spiritu sancto doctus erat, venerandum virginis vteri partum. Ait post aliqua. Et conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit dominus ad me. Porta hæc clausa erit, non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram domino, per viam vestibuli portæ ingredietur, & per viam eius egredietur. Hæc profectò cum dicit, congrua sub imagine doctum se asserit, quod homo ille qui deus erat per vterum virginis in hunc mundum introierit. Conuertit me, inquit, ad viam portæ sanctuarij exterioris. Porta sanctuarij quæ est, nisi virgo, per quam primo paruit ianua sanctuarij exterioris, sanctuarij coelestis, quod erat extra nos, extra quod eramus nos? Porro via portæ huius series est generationis, quæ in Euangelio textitur ab Abraham vsque ad Ioseph virum ipsius, de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Hæc porta respiciens ad orientem, & verum in semetipsa suscipiens iustitiæ solem, quod veraciter credimus & confitemur, erat clausa. Nec enim vt conciperet aut pareret, vir illam aperuerat. Et dixit dominus ad me. Porta hæc clausa erit, subauditur, quod nunc est. Clausa est dum concipit, dum pariet nihilominus clausa erit. Nõ aperietur, & vir non transibit per eam. Causa ante partum, clausa

Ca. XLIII.

Roma. 10.

Iohan. 1.

CAP. XLIIII.

Matth. 1.

CLAUSA ERIT & POST PARTUM. Ex eo enim tempore quo angelus loquebatur, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, quod autem naceretur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et quando natus est, virgo permansit aeterna, ad confundendos eos, qui arbitrantur, eam post natiuitatem saluatoris habuisse de Ioseph filios, ex occasione fratrum eius, qui vocantur in Euangelio. Pulchre cum dixisset, Et vir non transibit per eam, continuo subiunxit. Quoniam dominus deus Israel ingressus est per eam. Ac si diceret. Non mireris quod vir non transibit per eam, & tamen pariet filium, quoniam filius quem pariet, dominus deus est Israel. Si is quem parit homo tantum, & non deus esset, necesse erat ut ante partum, imo & ante conceptum vir per eam transiret, nunc autem dominus deus Israel est, qui aliunde veniens ingressus in hunc mundum per eam, & idcirco non mirum, quod talis filius portae clausam, id est, matrem suam seruare potuit incorruptam. Eritque clausa principis, id est, ad opus vel ad honorem principis. Princeps iste magni principatus, qui est in forma dei, ipse sedebit in ea, ipse semetipsum humiliabit formam serui accipiens, ut comedat panem coram domino, id est, ut obediat deo patri suo, quod est illi panem comedere, testante ipso, cum dicit. Meus cibus est, ut faciam voluntatem patris mei. Per viam vestibuli portae ingredietur, & per viam eius egredietur. Notanda diligenter distinctio ingressus atque egressus principis huius. Denique nos omnes, qui portis apertis, id est, membris corruptis nascimur, per quam viam traduce inlente ingredimur, per ipsam & egredimur, vnde & ignobiles, nimiumque plebei sumus. Iste autem princeps nobilis per viam, inquit, vestibuli portae ingredietur, id est, per fidem credulæ virginis concipietur, & per viam non iam vestibuli portae, sed per viam eius egredietur, id est, per integra virginalia, vera de carne caro, verus de matre homo naceretur.

Philipp. 2.

Iohan. 4.

Quomodo legitima quedam ad correctionem prauaricatorum legis edicat auctoritate domini, hac & hac dicentis emissæ, & quod pro ipso numero septenario spiritualis intellegendæ sit legislatio.

CAPVT XXXIII.

POST hæc iam legitima quedam sequuntur, ad correctionem prauaricatorum legis, de quibus sermo sic incipit. [Et adduxit me per viam portae aquilonis in conspectu domus, & vidi, & ecce impleuit gloria domini domum domini, & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me dominus. Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremonijs domus domini, & de cunctis legibus eius, & pones cor tuum in vijs templi, per omnes exitus sanctuarij.] Hoc modo ingressus, nouam legislationem, quasi obliterata iam lege Moyfi superducit, septies emissa auctoritate dicentis domini dei. Hæc dicit dominus deus. Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel, eo quod inducitis filios alienos incircuncisos corde, & incircuncisos carne, ut sint in sanctuario meo. Hæc dicit dominus deus. Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus, qui est in medio filiorum Israel. Hæc dicit dominus deus. Sufficiat vobis principes Israel. Iniquitatem & rapinas intermittite, iudicium & iustitiam facite, separate confinia vestra à populo meo, ait dominus. Hæc dicit dominus deus. In primo mense in vna mensis, lumen vitulum de armento immaculatum, & expiabis sanctuarium. Hæc dicit dominus deus. Porta atrij interioris, quæ respicit ad orientem, erit clausa sex diebus, in quibus opus sit, die autem sabbati aperietur, sed & in die Calendarum aperietur. Hæc dicit dominus deus. Si dederit princeps domum alicui de filijs suis, hæreditas eius filiorum suorum erit, possidebunt eam hæreditariè. Hæc dicit dominus deus. Hic est terminus, in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel, quia Ioseph duplicem funiculum habet. Ista legentes, & diuinæ auctoritatis vices interpositas dinumerantes, quærimus quid ista sibi velint. statimque respondet ipse numerus, legem spiritualem hic proponi spiritualibus, eo quod septem sint gratiæ spiritus sancti. Simul ad memoriam reducimus illud legislatoris Moyfi dictum. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus, ipsum audies. sicut me (dixit) tanquam diceret. Sicut ego homo sum tibi carnali populo Israel legislator vetus, sic ille verus homo erit spirituali populo legislator nouus. Igitur dum quærimus, quid hæc in isto propheta legislatio sibi vult, omnia nobis respondent, quia princeps ille qui iuxta præcedentia lectionis per clausam portam egreditur, legem affert meliorem pro suo principatu, legem nouam, legem vitæ ac spiritus, quæ totum hominem liberare possit à lege peccati ac mortis. Proinde illud quoque nequaquam à mysterio vacare aduertimus, quod in initio propheta dicit, & adduxit me per viam portae aquilonis. Denique iste vir, iste nouus legislator iuxta patriarchæ Iacob vaticinium, expectatio est gentium, quæ ad aquilonem versæ erant, id est, ad diabolum, qui per frigidum designatur aquilonem, quem per longos & vetustos errores securæ fuerant, & ipse Iudæis repellentibus legem huius viri recepturæ erant.

Cap. XLV.

CAP. XLVI.

CAP. XLVII.

Deut. 18.

Gene. 49.

De aquis

De aquis egredientibus & descendentibus à latere dextro, quod significet dona procedentia de non manufacto templo corporis Christi. CAP. XXXIII.

NOTANDUM deinde, quia septimo edicto terra diuiditur, dicens. [Hic est terminus in quo possidebitis terram.] Præmissa vel præeunte terræ & aquarum sanitate, ut rectè in hac distributione terram viuientium debeamus intelligere, sanitas terræ vnde processerit hoc modo propheta describit. [Et conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ ingrediebantur subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem: aquæ autem descendebant in latus templi dextrum, ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam portae aquilonis, & conuertit me ad latere dextro, cum egredieretur vir ad orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus mille cubitos, & transduxit me per aquam vsque ad talos. Rursum mensus est mille, & transduxit me per aquam vsque ad genua. Et mensus est mille, & transduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille torrentem, quem non potui pertransire, quoniam intumuerant aquæ profundæ torrentis, qui non potes transuaderi. Et dixit ad me. Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumque me conuertit ad me. Certè vidisti fili hominis. Et eduxit me, & conuertit ad ripam torrentis. Cumque me conuertit ad me. Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabunt mare & exhibunt, & sanabuntur aquæ. Si ritè attendimus, mundus iste mare mortuum erat. Ad quid autem latus templi dominici, templi non manufacti lancea perforatum est, & ex illo vulnere aqua cum sanguine cucurrit, nisi tolleretur mors huius mundi, quo sanarentur aquæ generis humani? Nec verò solummodo de corpore siue latere visibili aqua profluxit visibilis pro causa patrandæ sanitatis, sed & de diuinitate inuisibili inuisibilis aqua processit, aqua sapientiæ salutaris aqua, id est, gratia spiritus sancti. Idcirco rectè dicitur, ecce aquæ redundantes, à latere dextro, à latere diuino. Porro illud cautè & diligenter discernendum est, quia prius dixit, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris, & deinde, ecce aquæ redundantes à latere dextro. Cum enim templum istud templum dei proprium sit, in quo corporaliter inhabitat omnis plenitudo diuinitatis, quomodo vel vnde descendebat illuc aquæ istæ quæ sunt dona spiritus sancti? Ergo nec iste sermo nos obliuisci patitur, quia deus & homo est vnus, id est, Christus, & in ipso natura hominis accepit, quod in Christo nihilominus dare poterat natura dei. Nunc videamus quo ordine, vel quanto gratiæ inundantis incremento nostras aquas mortuas aqua ista viuauit. Prius tamen non nos prætereat, quia cum dixisset, aquæ autem descendebant in latus templi dextrum ad meridiem altaris, ut deinde diceret, & ecce aquæ redundantes à latere dextro, interposuit dicens, & eduxit me per viam portae aquilonis. Quid est enim, quod ad videndam redundationem aquarum viuientium propheta educitur, per viam portae aquilonis frigidæ, nisi quod in nationes effundenda erat gratia spiritus sancti? Nunc reuertamur ad propolita.

Iohan. 19.

Coloss. 2.

Quid significet quod aqua mensione prima ad talos, secunda, vsque ad genua, tertia, vsque ad renes pertingit: quarta autem, transiri nequit: & quid sit omnes aquas sanari, & pisces magnos multiplicari, & cur sit nomen ciuitatis, dominus ibidem.

CAPVT XXXV.

ET mensus est mille cubitos, & transduxit me per aquam vsque ad talos. Mille mensuris huius cubiti, plenitudinem significant gratiæ largitoris, qui prima mensione omnia tulit peccata mundi, per quam prophetam vsque ad talos transduxit. Nam per talos aquæ tinctos primæ mensuris, extinctio significatur peccati originalis, quia pro illo deus ad serpentem pro muliere dixit. Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Etenim maxime pro peccato originali insidiabatur diabolus serpens antiquus calcaneo mulieris & seminis eius, id est, extremo fini eius, intantum, ut ad ipsum Christum dei filium venire auderet insidiator, nihil tamen nociturus, sicut ipse testatur. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Rursum mensus est mille, & transduxit me per aquam vsque ad genua. Per talos soli apostoli, de quibus propheta. Quam pulchri, inquit, super montes pedes euangelizan- tis pacem. Per genua vniuersi significantur adoratores eiusdem Christi filij dei. Vsque ad hæc genua secundæ mensuris aqua peruenit, quando cum dixisset, Accipite spiritum sanctum, continuo subiunxit, Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Nam de omnibus qui Christo genu curuant, dixit. Tertio mensus est mille, & transduxit me, inquit, per aquam vsque ad renes. Tunc nimirum significatur ad renes, quorum hic propheta typum gerit, per aquam vsque ad renes transduxit, quando iam sedens à dextris dei, spiritum sanctum misit illis, qui eatenus carnales & infirmos virtute induit, forritudine accinxit. Quarto mensurus est, & torrentem faciet, quem, inquit, propheta, non potui pertransire, scilicet in resurrectione, nam

Iohan. 14.

Esaie 32.

Iohan. 30.

VVy ij



Esaiæ 64. nam nec oculus videre nec auris potuit audire, sed nec in cor hominis æstimatio eius potuit  
 1. Cor. 2. ascendere. Tunc ad plenum aquæ nostræ sanatae erunt, & omnis anima quocumq; venerit hic  
 torrens viuet, eruntq; pisces multi saris, omnes videlicet electi, quos in captura pisciū CLIII.  
 post resurrectionem suam dominus significauit. Veruntamen non omnes aquæ sanabuntur.  
 Iohan. 21. Nam & Apostolus loquitur. Omnes quidem resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Recte  
 1. Cor. 15. ergo & hic sequitur. [In littoribus autem eius & in palustribus nō sanabuntur, quia in salinas  
 dabuntur.] Littora maris huius, atq; palustria, dura sunt hominum corda. dura, inquam, velut  
 littorea saxa, per incredulitatis duritiam. Itemq; palustria, id est, cœnosa per concretam om-  
 nium vitiōū sœculentiam. Hæc, inquam, non sanabuntur, quia in salinas dabuntur, id est, estū  
 resurgant, non resurgent in incorruptionis sanitatem, sed ad æternam resurgent mortis pas-  
 sionem. [Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtraq; parte omne lignum pomiferū per  
 Apoc. 22. singulos menses afferens primitiua.] Hæc & cætera, quia penē eadem in Apocalypsi leguntur,  
 & nos ad alia tendentes breuitati studere cupimus, iam hic finem huius lectionis facimus, vi-  
 rum gloriosum magnæ ciuitatis, & templi sui mentorem, siue architectum, atq; principem ex-  
 oratum esse cupientes, vt prædiorum ciuitatis huiusce quæ per quingenta & quatuor milia  
 vndiq; mensus est, aliquam nobis tribuat portionem. Sine dubio centupla illic reposita sunt  
 sanctis, hic sua quælibet pro illo principe relinquentibus. Constat autem, quia dū terrena re-  
 linquuntur, quinq; corporis sensus suis voluptatibus orbantur. Constat autem, quia dū terrena re-  
 linquuntur, vt secundum numerum sensuum, qui hic pro spe futurorum refrenantur, ipsa re-  
 muneratio centenaria quinq; multiplicetur. Super omnem autem beatitudinem illud am-  
 plectendum est, quod sic tandem concluditur. [Et nomen ciuitatis ex illa die, dominus ibidē.]  
 CAP. XLVIII. Quia videlicet quod nunc cognoscimus ex parte, quod nunc videmus per speculum in æni-  
 1. Cor. 13. gmate, tunc cognoscemus, sicut & cogniti sumus, tunc videbimus facie ad faciem, videbimus  
 sicuti est, videbimus deum deorum in Sion.

Commentariorum Libri II. in Ezechielem prophetam finis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
 TRINITATE ET OPERIBVS EIUS, IN DANIE-  
 lem prophetam Commentariorum, Liber I.

De Visionibus Danielis, quomodo regnum dei peregrinantibus sub iugo Babylonis,  
 ciuibus suis pro consolatione septiformiter ostensum sit.

CAPVT I.

**A**PERIENTE Christo, cuius in hoc opere mysteria querimus, iam nunc  
 Danielis volumen introspicimus, & quamuis susceptum cursum maturius finire  
 optemus, hanc tamen scripturæ partem intactam præterire non sustinemus.  
 Grandi enim intus spectaculo detinemur. Quod est illud spectaculū? Imagina-  
 ria regni dei contra regnum diaboli Monomachia, peregrinantibus captiuis sub  
 iugo Babylónico, pro consolatione ciuibus regni dei septiformiter ostensa. Prima est forma,  
 qua statuam magnam atque terribilem nimis, lapis vnicus de monte promicans, sine mani-  
 bus confringit atque comminuit. Secunda, qua missos à rege tres pueros in fornacem arden-  
 tem non tangit neque contristat ignis, & aspectus quarti similitudo est filij dei. Tertia, qua  
 rex magnus atque robustus, magnæ Babylonis suæ quam ædificasset mirator, voce de cælo  
 ruente dementatus, electus est ex hominibus, & scœnum vt bos comedit, atque ab hoc experi-  
 mento confiteri compulsus est, quia altissimus in sempiternum viuit, & regnum eius in ge-  
 nerationem & generationem, & non est qui resistat manui eius, & dicat ei, quare fecisti e-  
 Quarta, qua Babylonis ipsum regnum à rege deo victum est, datumque Moedis & Per-  
 sis, interfectio Balthasar Chaldaeo, cui & Darius Moedus successit. Quinta, orator dei ca-  
 lumniosos rogatores regis hominis mortalis vicit. & misit, inquit, deus meus angelum su-  
 um, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in  
 me. Quod pronuntians rex. Deus, inquit, Danielis, ipse est deus viuens & æternus in secu-  
 la, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in æternum. Sexta, qua cum pu-  
 gnantibus quatuor ventis cœli, & quatuor bestijs ascendentibus de mari, post illas tandem  
 cum nubibus cœli, quasi filius hominis venit, & vsq; ad antiquū dierū peruenit, & in conspectu  
 eius obulerunt eum. Et dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi tribus  
 & linguæ

Daniel. 2. 3.  
 & 4.

& linguæ ipsi seruient. Septima, qua destruendū esse peccati regnum, superueniente regno iu-  
 stitiæ dei, manifestus edocetur oraculo huiusmodi. Septuaginta hebdomades abbreviatæ  
 sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & si-  
 nem accipiat peccati, & deleatur iniquitas, & aducatur iustitia sempiterna, & impleatur vi-  
 sio & propheta, & vngatur sanctus sanctorum. Hic ergo paulisper immoremur, & quanquam  
 nota replicantes, laudem & gloriam regis Christi, siue fastidio prædicemus.

De Nabuchodonosor, quod ciuitatem Hierusalem semel & iterum oppugnando atque  
 captiuando typum gesserit diaboli inimici ecclesiæ Christi. CAP. II.

**I**N primis Babylonis regem, multarum gentium victorem & dominum, tutam aut quietā  
 pro victorijs habere gloriam, præsentia futurorum, & præsentia quoq; mala sinūt. Teneat au-  
 tem typum diaboli, in eo videlicet, quod ciuitatem Hierusalem semel & iterum oppugnando  
 cōculcauit, atque captiuum ex ea duxit populum dei. Semel, inquam, quando (vt hic scriptū  
 est) regnante Ioachim anno tertio regni eius obsedit eam, regemq; Ioachim transfudit, par-  
 temq; vasorum domus domini alportauit, quæ & intulit in domo dei sui, omnesq; viros fortes  
 & bellatores captiuos duxit, suscepto rege Sedechia qui patruus erat Ioachim. Iterum au-  
 tem, quando rebellante eodem Sedechia anno IX. regni eius, venit ipse & omnis exer-  
 citus eius in Hierusalem, & interrupta est ciuitas, comprehenditq; Sedechiam & oculos  
 eius effudit, vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonem. Hierusalem quoque destru-  
 xit, & domum domini succendit Nabuzardan princeps exercitus seruus eius, & reliquam  
 partem populi transfudit in Babylonem, & omnia vasa reliqua in quibus domino ministra-  
 bant. Vtrobique (vt iam dictum est) typum diaboli tenet iste rex Babylonis. Sic nanque diabo-  
 lus ciuitatem sanctam, viuientis dei Hierusalem cœlestem semel & iterum oppugnauit. Semel  
 quando aduersus altissimum superbiendo, socios superbæ suæ angelos demones factos, secum  
 in confusione traxit. Iterum, quando primum hominem deceptum cum omni genere eius, Genes. 2.  
 in istam confusione regionem, imo duplicem corporis & animæ captiuitatem deduxit. Vnde  
 notandum, quod iste Nabuchodonosor prima trāsmigratione, tantummodo partem populi,  
 partemq; vasorum transfudit. secunda vero, & reliquam partem populi, & residua vasa tulit,  
 sed & muros Hierusalem destruxit, & domum domini igne succendit. Sic deniq; prima irru-  
 ptione supernæ ciuitatis Hierusalem partem, id est, quosdam angelos perdidit. secunda vero  
 non quosdam, sed omnes homines, quorum multitudo pro parte electorum, sancta Hierusa-  
 lem, omnes, inquam, in vno parente perdidit, & geennali peccati incendio conflagrauit. Re-  
 stit igitur carnalis Nabuchodonosor nequitiam quasi pro victoria gloriam ducat, visiones vi-  
 det regni alterius, regni dei. quo superueniente non modo Babylonem suam, sed & totum  
 mundum interiturum esse non ignoret. Sic etenim spiritualis Nabuchodonosor diabolus, su-  
 pernae vastator Hierusalem, nunquam de regno suo, de regno peccati & mortis ira securus  
 exiit, quin salutem quodammodo somniaret, quod scire nolebat, scripturis attestantibus,  
 quandoque surrecturum fore contra se regnum, sed dicit in Euangelio suo rex magnus &  
 stabilimentum regni dei. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ  
 possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet. In pace,  
 inquit, sunt ea quæ possidet. Sic nimirum & iste typum gerens, vt iam diximus, eiusdem for-  
 tis, vano tumore dixit, cum iam audisset expositum quod contra se clamaret sanctus & vigil.  
 Nonne hæc est Babylon quam ego ædificauit in domum regni in robore fortitudinis meæ, &  
 in gloria decoris mei? Itaque non idcirco de illo dixit, in pace sunt ea quæ possidet, quod vn-  
 quam verè securus esse poterit, sed quod timidus esset latro, tumore furioso, pacem quæ non  
 erat falso sibi arrogauit.

4. Reg. 24.

4. Reg. 25.

Esaiæ. 24.

Genes. 2.

4. Reg. 24.

4. Reg. 25.

Lucæ. 11.

Daniel. 4.

Quæ vel qualia desiderando Daniel, vir desideriorum dici meruerit, proponens in corde  
 suo ne pollueretur de mensa regis. CAP. III.

**P**orro nunc nobis in memoriam veniat, hūc sanctum Danielem cœlesti testimonio virum  
 desideriorum esse dictum. Qualium enim desideriorum erat vir, nisi qualia conijcere pos-  
 sumus, ex reuelationibus huiusmodi? Dicamus ergo, quia cum vnus deus, vnum sit sanctorū  
 desiderium, duo propter illud eis desideranda sunt. alterum, vt auferatur peccati regnū, quod  
 iam factum est, & sit per primum Christi aduentum. alterum, vt inimicis dei tota insultationis  
 tollatur vox, quod faciendum est per secundum Christi aduentum. Horum desideriorum  
 flammam sancto huic sine dubio tempora illa multum adauxerant. Amabat enim deum, &  
 necesse erat, vt pro illo quem amabat æmularetur contra illud inimicum regno eius, peccati  
 regnum, contra inimicos regni eius peccatores homines, vt diceret illud Dauidicū. Vsq; quo  
 peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur? & his similia. Videbat se exulem,  
 natum

Psal. 97.

natum in hoc mundo, propter originale peccatum, audiebat propter actualia peccata capti- uato dei populo dicere gentes. Vbi est deus eorum? Hinc tyrannidem diaboli, illinc superbiam aspiciat hominis vermis. Nimirum vtrorumq; oderat amicitiam, quia veram solius dei de- siderabat gloriam. Opportunas itaq; pro re & tempore cōsolationis affecutus est, iuxta præ- parationes, quibus cor suum preparabat, dicente Psalmista. Desiderium pauperum exaudiuit dominus, præparationes cordis eorum audiuit auris tua. Præparationes huius luctuosas, scri- ptura hæc statim primo loco indicat. [Proposuit autem Daniel in corde suo, ne pollueretur de- mensa regis, neque de vino potus eius, & rogauit Eunuchorum præpositum, ne contamina- retur.] Ac deinceps. [Pueris autem his dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sa- pientiam. Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum.] Vnde quia vir de- sideriorum eiusmodi erat, & viriliter desiderabat iudicium dei, diuino illum constat præfatio sic meruisse nuncupari. Daniel quippe interpretatur iudicium dei.

Quod providentia dei factum sit, vt non ipse Daniel, sed Nabuchodonosor somniauerit mysterium regni dei, & cur non sit mirandum, quod impio deus secreta sua re- uelauit.

CAP. II. ET noranda diligenter studiofa consolatoris dei providentia. Nabuchodonosor (ingit scri- ptura) somnium vidit, & conterritus est spiritus eius, & somnium fugit ab eo. Præcepit ergo rex vt conuocarentur harioli & magi & malefici & Chaldæi, vt indicarent regi somnia sua, &c.] Non Daniel ipse somniū vidit, sed quod Daniel interpretaretur, Nabuchodonosor vi- dit. & visum memoria tenere non potuit. Quo enim tendebat deus, qui non superbis, sed hu- milibus, imò nō inimicis, sed amicis suis secreta sua reuelare consueuit? Nimirū vt tunc quoq; captiuos suos daret in misericordias, in conspectu eius, qui ceperat eos. Quod & factum est. Nam per occasionem reuelationum, primus ille rex Danielem in sublime exulit, & munera multa & magna ei dedit, & constituit eum principem super omnes provincias Babylonis, & præfectum magistratum super cunctos Babylonis sapientes. Daniel autem postulauit à rege, & constituit super opera provincie Babylonis Sidrach, Misach & Abdenago. Ipse autem Da- niel erat in foribus regis. Nec mirandum propter hoc regem impium ad ea cœlestibus ad- missum fuisse mysterijs, vt diceret. Ecce ego video viros quatuor solutos ambulantes in me- dio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei. cum & propter hoc ipsum Cyri regis Perfarum victorias vaticinari spiritus sanctus non dedignatus sit. Qui dico Cyro, pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Hierusalem, ædifi- caberis, & templo fundaberis. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexte- ram, vt subijciam ante facies eius gentes, & dorsa regum vertam. Ac deinceps. Et vocavi te in nomine meo, assimilaui te, & non cognouisti me. Ego dominus, & nō est amplius. Extra me non est deus. Accinxi te, & non cognouisti me. Igitur quia captiuitas illa non ita vt nunc Ia- dæis ira consummata, de qua Moyses in cantico. Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima, sed paternæ correptionis virga erat, nec istud prætereun- dum est in laudibus clementiæ dei, quod dum corripit, dum flagellat & percutit, pariter cle- mentiæ suæ ianuas aperit, in tantū vt pro benevolentia sua captiuus suis paranda, reges bar- baros, homines ethnicos, alios secretorum suorum reuelationibus admittebat, alios antequam nati sint, tuba illustret prophetica, futuras illis promittendo atque pronunciando victorias.

Quod querebatur Daniel vt periret cum socijs suis. Et de cantico: Super flumina Babylonis illic sedimus, & cætera, quod in persona illorum David cecinit.

CAP. III. ET egressa sententia, sapientes interficiebantur. Querebaturq; Daniel & socij eius vt pe- rirerent.] O dura interrogatio. Idcirco Psalmista dudum spiritu prophetico in persona il- lorum atque similibus dicebat. Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recor- daremur tui Sion. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quare illic fleui- mus? Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos verba cantionum, & qui ab- duxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo canticum domini canta- bimus in terra aliena? Nimirum Danieli & socijs eius primum pro tali causa fletus iste & con- quæstio tam dolenda competeat. Denique sacramentum visionis, quam Nabuchodonosor viderat verbum cantionis erat, hymnus de canticis Sion erat, canticum domini erat. At illi in terra aliena erant, nō modo quod in illa Babylone captiui, sed & quod in hoc m.ūdo exu- les erant, à superna matre sua Hierusalem captiuati in Adam. Quomodo ergo, inquit, can- tabimus canticum domini in terra aliena? O rex, canticū quod interrogas, sacramentū visio- nis quod exquiris interrogatio dura, hoc inquam & cætera cœlorum secreta ac beatorū ar- changelorum cantica cātare vel scire hic nō possumus, nisi paucissimi nostrū pphetæ, quib; deus reuelat,

reuelat, non meritis ipsorum, sed sua gratia. [Cum ergo rem indicasset Arioth Danieli, Daniel ingressus rogauit regem, vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.] Etiam si non quæreretur occidendus ipse & socij eius, tum quia vir desideriorū (vt supra iam diximus) glo- riam dei desiderabat, planè præsens negotium non negligendum duceret, quo deus glorifica- ri poterat. Dixerant enim regi suo Chaldæi. Sermo enim quem tu rex quæris, grauis est, nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis exceptis dijs, quorum non est de- hominibus conuersatio. Sed etenim o serui, non deorum, sed dæmonum, quorum nulla est de- sacramentis cœlestibus cum hominibus collatio, nō reperietur quisquam qui indicet sermo- nem hūc, excepto vno, & vero deo, cuius cum hominibus pijs cōuersatio est familiaris, quem- admodum dicit. quoniam inhabitabo in illis & inambulabo. Igitur nō modo, ne periret cum cæteris sapientibus Babylonis, verū etiam vt res proficeret ad laudem dei. [Ingressus in domum suam Daniel, Ananiæ, Misach, & Azariæ socijs suis indicauit negotium, vt quærent misericordiam à facie dei cœli super sacramento isto. Tunc Danieli per visionem nocte myste- rium reuelatum est, & Daniel benedixit deo cœli, &c.] Bene & in tempore tunc reuelatum est. Iam dudum sic reuelare proposuerat, sed differendo, tempus & locum expectabat. Capti- uos quippe suos, in ira misericordiæ memor, iam commendare atque honestare intendebar. Siluit ergo, donec egressa sententia, sapientes interficerent. vt res tanto gratior veniret, quan- to maiore in periculo subueniret. Et vt ad supra memorati quæstionem psalmi redeamus, quo dicitur ab istis pro dura interrogatio flentibus, quomodo cantabimus canticum domini in terra aliena, prius rex ipse, atque omne Babylonis regnum commotum est, ipsaq; commotio- ne quasi concurrentibus vniuersis populis & gentibus commune auditorium paratum est. quatinus dum inciperent cantores isti, datum sibi per misericordiam in terra aliena cantare can- ticum domini, starent ad audiendum, non modo attentis atque beneuolis, verū & auditores desiderantissimi, collaudatores atque admiratores reuerentia pleni. Aliter sic factum fuisset, si vltro ea nimis cantatione propheticus spiritus salicibus illis cantasset, nimirum margaritas canticorum Sion, torua brutaq; porcorum immunditia conculcassent.

De interpretatione somni quod viderat Nabuchodonosor, & de successione regno- rum, & quod Christus secundum illud somnium lapis comminuit omne regnum.

CAP. VI.

TV rex cogitare cœpisti in stratu tuo, quid esset futurum post hæc, & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt, & cætera.] Verum, inquit, est somnium. Ecce videmus quia verum est somnium, & fidelis interpretatio eius, quia secundum hæc per partum incor- ruptæ virginis suscitabit deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnū eius populo alteri non dabitur, comminuit, & consumit vniuersa regna hæc, regnum Babylonia- rum aureum, quod erat ditissimum. regnum Perfarum, & Mæcedorum argenteum, id est mi- nus opulentum. regnum Macedonum æreum, id est, multa eloquentia sonorum. regnum Ro- manorum ferreum, id est fortissimum, quod comminuit & domat omnia ferrum. Vniuersa, in- quam regna hæc comminuit hoc regnum, & ipsum stabit in æternum futurum de quo loqui- mur. Nam quomodo apostolus cum præmisisset illud Dauidicum. Omnia subiecisti sub pedi- bus eius, futurum ait de quo loquimur, nondum enim videmus illi omnia subiecta, eum au- tem qui modico quàm angeli minoratus est, videmus dominum Iesum propter passionē mor- tis, gloria & honore coronatum. ita & hic præmisso, quod constantissimum est, quia lapis ab- cisus de monte sine manibus, id est Christus sine virili complexu de virgine natus, factus est mons magnus, postquam percussit statuam regnorum mundi huius. Dicamus quia futurum est, quamuis iam ex parte factum sit id de quo loquimur. Nondum enim comminuta atque consumpta videmus vniuersa regna. eum autem qui illa per primum aduentum suum com- minuit, videmus lapidem impleuisse orbem terrarum. Comminuet autem omnia atque con- sumet vsque ad summum per secundum aduentum, & regnum eius stabit in æternum.

Quod martyrum Christi præfiguratio fuerit in eo, quod tres missi sunt in caminum ignis, & species quarti, inquit, similis filio dei, & quod ille hoc videns & deum benedicens,

regnum huius mundi qui ad Christum conuersi sunt typū gesserit. CAP. VII. Nabuchodonosor rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorū sex, & statuam eam in campo Duram provincie Babylonis. Itaque Nabucho- donosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus, & iudices, duces, & tyrānos, & præ- fectos, omnesq; principes regionum, vt conuenirent ad dedicationem statuæ, quam erexerat Nabuchodonosor rex.] Præcedenti reuelatione satis demonstratum fuerat, quia sapientia & fortitudo domini sunt, & ipse mutat tēpora & etates, trāsferit regnū atq; constituit. & vniuersa hæc vno lapide, i. solida Christi filij sui virtute comminuit atq; consumit. Verū ipsa comminutio siue con-

2. Cor. 6. Luca. 26.

Psal. 136.

Hebr. 2. Psal. 3.

CAP. III.

sive consumptio qualia vel quanta per martyrum bella facta sit, fiat, atque facienda sit vsque in finem seculi. quis illic quaesivit aut intellexit? Sequitur ergo ordine recto, & verè mystico in hac visione miranda martyrum Christi praefiguratio, quorum reuera fides lapis est. Christus enim in ipsis est, & in ipsis Christum pugnare nemo qui dubitet. Quo enim modo venerabilis illorum certamen praefigurari potuit peragendum aduersus regnum mundi, aduersus regnum diaboli? Nabuchodonosor, inquit, rex fecit statuam auream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex. Nimirum haec est idololatria bruta, quam erexit rex Babylonis, rex spurcissimus Nero, Romani dedecus imperij, quae videlicet Roma, Babylon erat altera, restante Petro apostolo cum dicit. Salutat vos ecclesia, quae est in Babylone collecta. Erexit inquam, non quod antea idololatria non fuerit, sed quia rebellans lapidi, qui (vt supra dictum est) regna mundi percusserat, eandem idololatriam alius erexit, & edicta primus proposuit, scribens magistratibus, iudicibus, ducibus, tyrannis, & praefectis, omnibusque regnorum principibus, vt conuenirent ad dedicationem statuae, vt coniurarent ad defensionem erroris antiqui, contra nouam doctrinam fidei Christianae. Altitudo cubitorum sexaginta, latitudo cubitorum sex. Senarius hic in singulari ille in deceno limite vniuersitatem significat creaturæ, quia senario numero dierum vniuersa creata sunt. Et signanter hoc vtrobius numero statuam suam ille distendit, in quo nesciente illo significabatur, quod apostolus dicit. Et seruierit creaturæ potius quam creatori. Quid multa? Sidrach, Misach, & Abdenago deos non colentes regis Babylonij, & statuam non adorantes quam erexit, colligati missi sunt in medium camini ignis ardentis. [Et ambulabant in medio flammæ laudantes dominum, & dicentes hymnum domino. Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimaribus suis. Nonne tres viros misimus in medio ignis? Ecce ego video viros quatuor solutos ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio dei.] Sidrach decorus meus. Misach, qui risus. Abdenago, seruientis taceo interpretatur. Item Anania gratia domini. Azarias adiutorium domini, Misael quæ salus dei interpretatur. Tres isti tam numero quam nominibus, tam causa quam passionibus vniuersos significant milites atque belatores regni dei, confessores trinitatis decoros, ridentes, & seruendo racentes, id est, vita innocuos, spe gaudentes, in tribulatione patientes, in quibus gratia domini, cum quibus in ipsis passionibus adiutorium domini, quorum est salus domini, ipse Christus, pro quo & passi sunt, de quo iste mirando intellectu. & species inquit quarti similis filio dei. Ipse nanque & in alio propheta dicit, martyrum suorum vnicae charitati. Noli timere quia redemi te & vocaui te nomine tuo, meus es tu. Cum pertranstieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dominus deus tuus sanctus Israel, saluator tuus. Sed idem videlicet Nabuchodonosor benedictus, inquit, deus eorum, qui misit angelum suum & eruit seruos suos. Ergone priorem sententiam infirmat aut destruit angelum vocando illum, de quo praedixerat, & species quarti similis filio dei? Non vtrique. Nam idem qui natura est filius dei, officio factus est nobis angelus domini, angelus magni consilij. [Contemplabantur inquit viros istos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & saraballa eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos.] Haec omnia de martyribus nostris, de testibus Christi filij dei veraciter praedicemus, quia quamdiu incorrupta atque inuisa persistit in illis fides Christi, nulla fuit in eos potestas poenarum aut mortis, nihil eis nocitum est, & quamlibet visi sint oculis insipientiam mori, non sunt mortui, nam deo suo viuunt, qui dixit, & capillus de capite vestro non peribit. Benedictus deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, ait Nabuchodonosor, idem ipse qui in ignem miserat illos, quia misit angelum suum, & eruit seruos suos. [A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quaecunque locuta fuerit blasphemiam contra deum Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur.] Ecce hodie sic dicit, sic praedicat ipsum Romanum imperium, quod Christi martyres interfecit. Mirabilis verè & in malis deus, quibus sic vtiliter nouit in bono vti. Iste malus sibi, & inutilis, ecce quam bona, quam vtilia toti mundo praefagia cecinit, & de eodem quidem foramine dulcem pariter & amarum, dulcem inquam nobis, & amarum sibi aquam emisit, paulo ante cadens in faciem suam, & adorans deum Danielis, dicensque. Verè deus vester, deus deorum est, & dominus regum, & caetera, quasi pocula fundens dulcedinis. postmodum dicens cultoribus eiusdem dei & domini, amara haec. [Et quis est deus qui eripiat vos de manu mea?] Nunc autem iterum dulcia. [A me ergo positum est hoc decretum, & caetera.] In qua dulcedine itidem perseueraturus non erat. Typum quippe (vt iam dictum est) praeferebat regni huius mundi, quod vnum idemque per alias quidem regalis fastigij personas, dulcia praeconia, per alias autem amaras ructare habebat blasphemias contra maiestatem regni dei. Proinde sequamur ordinem, vsuri quali tandem imagine perficienda signetur hic victoria eiusdem regni dei.

Quod

Quod Nabuchodonosor ex hominibus eiectus est, & foenum vt bos comedit, & quod in hoc praefiguratum sit, quod apostolus ait, Stultam fecit deus sapientiam huius mundi per euangelium Christi. & de victoria regni dei, cuius potestatem ille recepto sensu confessus est.

CAP. VIII.

Go Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. Somnium vididi quod perterruit me, & cogitationes meae in stratu meo, & visiones capitis mei cõruberunt me. Et per me positum est decretum, vt introduceretur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnii indicarent mihi, &c.] Ecce tertio victa est, congregans ad interpretationem somnii quam audierat contra se. arbor magna & fortis succidenda, licet ad interpretationem somnii quam audierat contra se. arbor magna & fortis succidenda, ramis praecisis, & excussis denudanda folijs. Respondit inquam & ait. [Nonne haec est Babylon magna quam ego edificauit domum regni in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei?] Tanquam diceret. Et quis ille vigil & sanctus, cuius ad imperium siue clamorem, sic & sic ab hominibus eijsi possim, ego robustus & fortis, ego gloriosus & decorus aedificator magnae Babylonis? Itaque semel & iterum victus iam dudum & inglorius confessor victoriae coelestis haec dicendo, tertia iam vice ceruicem erexit. Sed enim continuo durum nimis esse perferent, contra stimulum calcitrare, bos petulcus & indomabilis. [Cum enim adhuc esset sermo in ore regis (inquit scriptura) vox de caelo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum transtulit à te, &c. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor. Ex hominibus eiectus est, & foenum vt bos comedit.] Hoc igitur quaerimus, quam & ista res partem significet victoriae, regis dei victoriae regni Christi filij dei, statimque illud occurrit quod apostolus dicit. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Item. Sed quae stulta sunt mundi elegit deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia. Pulchram nimirum & propriae reprobatae sapientiae huius mundi imaginem, tanta, tam magni, tamque superbi regis, demeratio praetulit in eo maxime quod foenum vt bos comedit. Nam & de illo ingente stulto, cuius iste typus est ad beatum Iob dominus dicit. Ecce Behemoth quem feci tibi, foenum quasi bos comedit. Quid nam est foenum bonis huius pabulum, nisi multitudo carnalium, mane videntium, cito florentium, & cito nihilominus flore perditore arescentium? Omnis enim caro vt foenum, & omnis gloria eius tanquam flos foeni. Ortus est sol, & exiccaturum est foenum, & flos eius decidit. Ergo descendente sancto & vigili ad clamorem eius, ex hominibus eiectus Nabuchodonosor, foenum vt bos comedit, quia descendente in hunc mundum virtute & sapientia dei Christo, ad praedicationem eius stulta facta est sapientia huius mundi, sapientia principum huius seculi, & eiecta ex hominibus diuinam rationem recipientibus, solummodo foenum, id est, homines superfluos, & super numerum pullulantes ex carnis vitio deuorare potuit. Sed sequitur post haec. [Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad caelum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, &c.] Num ergo consequens est, vt existimauerunt nonnulli, quos cum sapientes se esse putarent, verè stultos ecclesia dei comprobauit, quod Behemoth ille iam dictus os suum brutumque peccus respiscendo vel poenitendo aperire debeat, in laudes & benedictiones altissimi? Non vtrique, Paratus est enim illi & angelis eius ignis aeternus, sicut habet veritas euangelij. Potest autem longe sanius intelligi, salua & permanente eadem veritate Christi, quod magna pars corporis eius, id est, multi sapientium seculi, quales stultos fecit sapientia dei, respicerent & quotidie respiscunt vsque in finem seculi, iuxta quod & de eodem Behemoth ad supra dictum beatum Iob dominus per alias similitudines dicit. Concordent eum amici, & diuident illum negotiatores. Et continuo. Nunquid implebis ait lagenam pelle eius, aut gurgustium piscium capite eius? Subauditur enim, vt ego, qui vocans piscatores homines, & faciens eos fieri piscatores hominum, lagenam meam primum pelle eius impleo, extremos atque infimos colligendo, & postmodum prudenter mihi aduersarios subdendo, quasi gurgustium piscium capite eius impleo. Haec pro intentione nostra dixisse sit satis, videlicet vt in isto Babylonis rege tertia vice iam victo significatam intelligeremus perfectam victoriam regis caeli confitente ipso, cum iam tertia confessione dicit. [Quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generationem & generationem, & omnes habitatores terrae apud eum in nihilum redacti sunt.]

De euerfione Babylonis qua facta est à Mædis & Persis, quomodo per illam significetur futura in die iudicij destructio totius ciuitatis diaboli. CAP. IX.

Vturum autè est, vt tota destruatut ciuitas diaboli, & sub caelo pereat, quae ciuitati dei viuientis ab initio aduersata est, & vsque in finem seculi aduersari nõ desinit. Sequitur ergo pulchro satis, quia mystico ordine illa quae à Mædis & Persis facta est euerfio Babylonis eius, quae

CAP. V. que cum rege suo Hierusalem illam destruit terrenam, in qua inuocatum est nomen dei viuentis, & populum eius captiuauit. [Balthasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille, & vnusquisque secundum suam aetatem bibebat.] & cetera. Ibi maxime propofiti vel intentionis nostrae figuramus oculum, vbi. [apparuerunt inquit] digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulae regiae, & rex respiciebat articulos manus scribentis. Tunc regis facies commutata est, & cogitationes eius perturbabant eum. & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad se inuicem collidebantur. [Quid enim manus illa innuit? Nimirum qui per lapidem de mote sine manibus in primo, qui proprio nomine suo in secundo, quiq; nomine vigilis & sancti in tertio, idem ipse filius dei Christus per manu scribentem designatur capitulo quarto. Manus enim, id est, dextera patris, semetipsam exercet ad iudicandam impietatem Babylonis spiritualis, ad destruendum inimicum sibi regnum mundi, scribens imo scripta iam dudum habens, quaecumque mala Babylon ista sanctis eius intulit.

Et notandum, quod in medio conuiuij manus illa in nocte apparuit. & iam remulentorum regis, & optimatum eius securitatem visione horribili fortiter conterruit. Sic enim repentina & improuisa dies illa securis, & contemptoribus dei, superuenit ipso attestante, cum dicit. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & dabantur ad nuptias, vsque in diem qua intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes. Igitur cum Balthasar rex grande conuiuium fecisset, & vnusquisque secundum suam biberet aetatem, cum biberet ipse, & optimates eius, vxores & concubinae eius, cum biberent vinum & laudauerunt deos suos, aureos, & argenteos, aereos, ferreos, ligneosque, & lapideos, in eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis scribentis inquam peccatum, iudiciumque, & iram secundum peccata superbiae Babylonis, quia secundum haec erit, qua die filius hominis reuelabitur, & Babylon ciuitas diaboli, ciuitas confusionis, sanguine sanctorum ebria meretricis, eadem eius reuelatione indicabitur. Et illius quidem Babylonis regnum numeratum atque completum, appensum in statera, atque diuisum, datum est hominibus Moedis & Persis, huius autem Babylonis regnum nihilominus per homicidia singula, caeteraque scelera dinumeratum, atque in statera iusta appensum, ac terribili sententia diuisum, dabitur non hominibus, sed demonibus, non Moedis aut Persis, sed malignis spiritibus, non Dario, sed diabolo & angelis eius. Hoc praevidebat Esaias, dicit. Descende, sede in pulvere, virgo filia Babylonis, sede in terra. Non est solium filiae Chaldaeorum, id est, fortium, scilicet malignorum spirituum, quorum recte dicitur filia, quia ferociter illorum superbiam est imitata. Ac deinceps. Et nunc audi haec delicata & habitans confidenter, quae dicis in corde tuo. Ego sum, & praeter me non est amplius. Non sedebo vidua, & ignorabo sterilitate. Venient tibi haec duo subito in die vna, sterilitas & viduitas, &c. In Apocalypsi quoque ipse qui hic per manus scribentem figuratus est, ipse inquam angelus qui descendit de caelo habens potestatem magnam, cuius a gloria terra illuminata est, exclamat in forti voce, dicentes. Cecidit cecidit Babylon magna, & facta est habitatio daemoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immunda, quia de ira fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terrae cum illa fornicati sunt.

De occiso Balthasar, & dato regno eius Moedis & Persis, quomodo per illam invidiam quam pertulit Daniel, maior illi gloria creverit.

CAP. X.

E Adem nocte interfectus est Balthasar rex Chaldaeus, & Darius Moedis successit in regni, annos natus sexaginta duos. Hoc modo impleta est veritas vaticinij, quo dudum regi Nabuchodonosor ita praedixit. Tu ergo es caput aureum, & post te confurget regnum aliud minus te. Illo vaticinio iam futuri regni, benevolentiam captiuus spiritus gratiae propheticae comparauit, amplius autem isto quo nuperrime, id est eadem nocte dixit, diuisum est regnum tuum, & datum est Moedis & Persis. His praecuntibus prophetalis praecognitionis meritis, Daniel in consolationem captiuorum nouo imperio charus acceptusque esse potuit. Hoc subsequens protinus sermo euidenter ostendit. [Placuit inquit] Dario, & constituit supra regnum satrapas centum viginti, & super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat, ut satrapae illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiam. Verum quo regi sapienti complacuit, eodem splendore suo vir splendidus satrapas exussit. Omnes in invidiam sui virtus emerita concitauit. Querebant inquit occasionem, ut inuenirent Danieli ex latere regis, nullamque causam & suspicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis esset, & omnis culpa & suspitio non inuenirentur in eo, &c. Plana cunctis & patere rei ammirabilis historia literaliter, Christi domini & regis, in isto quoque praecone eius speculamur gloriam, ut dignum est. Nam passus quidem invidiam est propter temporalem terrenorum principum gratiam gloriosam, sed ad gloriam eandem peruenerat propter veri dei gloriam per acceptam spiritus prophetici gratiam. Ergo passionis Christi veritatem, victoriae Christi figuram in passione huius contemplerur, in victoria huius praedicemus.

Quo

Quomodo in eo quod in lacu missus est per invidiam principum, & illisus fuit, passionem & victoriam Christi, quem per invidiam occiderunt Iudei, significari. CAP. XI.

Principes & satrapae querebant occasionem, ut inuenirent Danieli ex latere regis. Daniel cuius hoc ipsum nomen interpretatur iudicium dei, typum hoc loco praefert Christi filij dei, cuius nimirum est iudicium dei, quia pater illi iudicium omne dedit. Quis nesciat quod sepe Iohan. 5. nimirum occasionem illi quaesierunt principes, sacerdotes, & seniores Iudaeorum, ut inueniret illi ex latere regis? Regem quippe habebant Caesarem, & ad inuidiam illius dicebant. Non habemus regem nisi Caesarem. Querebant inquam occasionem illi ex latere regis, si quo modo dicere possent, regem se fecit. prohibuit censum dari Caesari. Sed nullam, inquit, causam & suspicionem reperire potuerunt, eo quod fidelis esset, & omnis culpa & suspitio non inueniretur in eo. Verè fidelis erat & verax, & iustitia pugnabat atque iudicabat. Dicebat enim. Reddite Iohan. 19. quae sunt Caesaris Caesari, & quae sunt Dei Deo. Attamen praualuerunt, sententiamque extorsit rex, ut inueniret illi ab inuito rege suo, ut mitteretur Daniel in lacum leonum. Ex hoc idcirco propter illam occasionem, quia Daniel orabat deum suum, quia non attendebat calumniosum quod erat subreptum regi Persarum atque Moedorum decretum, quia cum redderet quae erant regis regi, nihilominus deo curabat reddere quae erant dei. Sic planè principes sacerdotum Iohan. 27. Marc. 15. persuasus turbis tumultuosa vociferatione, Romanis legibus damnationem domini nostri Iesu Christi extorserunt, non quod omnino excusabilem fuisse illum arbitremur. Romani imperij ministrum praesidem Pilatum, tanquam verè contra voluntatem suam coactus fuerit, quae potius cogi voluisse non dubitamus, ut nullam ipse posthac pro iniuste damnato homine criminationem pareretur. Verum quocumque ministro, qualicumque seruiente animo, Romani potestatem imperij quo voluerunt inflexerunt, & innocentem Christum dei filium miserunt in lacum leonum, id est, interemerunt, ut descenderet in infernum. Sed deus meus inquit Iohan. 27. Marc. 15. angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me. Imò huic saluauit brachium suum, quemadmodum dicit. Et saluauit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Adeo saluauit illi brachium suum, conclusit ora leonum spiritualium, ut suscitaret eum a mortuis, solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Hoc autem rex vehementer gauisus est. Quandoque enim Iohan. 27. Marc. 15. audiuisset, audiuit hoc, inquam, patienter Romanum imperium, & aduertit prudenter, quod deus Iesus a mortuis suscitasset, & imperatoribus ipsis credentibus Romanus orbis vehementer gauisus est. Et praecipit inquit Danieli educi de lacu. Mutauit leges, conuertit edicta Romani imperij maiestas, & cum qui cum descendit in lacum aeternitatis fuerat dominus Iesus Christus, praedicari praecipit, quod de lacu mortis esset educus, quod resurrexisset deus & homo semel mortuus, iam vitra in aeternum immortalis Christus, hoc praesenti edicto satis euidenter praesignatur. Pax inquit Darius vobis multiplicetur. A me constitutum est decretum ut in vniverso imperio & regno meo tremiscant & paveant deum Danielis. Ipse enim est deus viuens & aeternus in secula, & regnum eius non dissipabitur, & potestas eius vsque in aeternum. Qui accusauerunt Danieli, ipsi in lacum leonum missi, repente consumpti sunt, quia reuera qui Christum in morte concluderunt, & vitam eius in lacu mortis deduxerunt, ipsi pro hoc in mortem deuenerunt, ipsi ad inferos descenderunt, completo Plalmistae vaticinio, dicens. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Item. Lacum aperuit & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit.

De pugna quatuor ventorum caeli, & de eo quod antiquus dierum sedit, & quod filius hominis venit in nubibus caeli, & de iudicio mundi. CAP. XII.

Anno primo Balthasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo, & somnium scribens breui sermone comprehendit, summamque perstrinxit, ait. Videbam in visione mea nocte, & ecce quatuor venti caeli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant de mari diuersae inter se. Magnum & euidentem in hac visione Christi filij dei eiusdemque filij hominis testimonium, magnum & amplum huius reuelationis spectaculum, quo libentius nihil aspiciant simplices oculi credentium, nihil dulcius audiant beneuolae aures diligentium deum patrem antiquissimum, & dei patris filium, hominem quidem nouum, sed deum nihilominus antiquum. Quatuor, inquit, venti caeli pugnabant in mari magno, & quatuor bestiae grandes ascendebant. Quid bestiae significauerint, vnus de assistentibus satis exposuit. [Haec inquit] bestiae magnae quatuor, quatuor regna confurget de terra. Sed quare venti & quare bestiae? Nimirum venti propter vanitatem, bestiae propter ferocitatem. Vanitas vanitatum inquit Ecclesiastes & omnia vanitas. Mare magnum est hoc saeculum. Quatuor venti ergo caeli in hoc mari magno pugnaverunt, quia quatuor regna saeculi huius, status sui breuitatem non considerantes, in vanum flauerunt, regnum Babyloniorum propter

propter superbiam & luxuriam, alas habenti, leæne assimilatum, regnum Persarum & Mædo-  
rum vno, propter ferocitatem, regnum Græcorum pardo propter leuem sectarum varietatē,  
regnum Romanorum terribili atque mirabili bestie dentes ferreos habenti propter insupe-  
rabilem fortitudinem comparatū. Quid aliud hæc regna bestialia, quam ventifuerunt? Ventū,  
inquam, & venti cœli fuerunt, non tamen cœlum possederunt, quod per superbiam cōtingere  
se putauerunt, sed ne mare quidem diu tenere potuerunt, quod ad horam turbauerunt atque  
pertransierunt. Illis ergo cum ventosa vanitate sua præterlapsis. [Aspiciebam (inquit) donec  
thrōni positi sint, & antiquus dierum sedit.] Nimirum hæc erat dulcis imago regni dei, quod  
expectabat (vt superius iam dictū est) is ipse, qui hæc vidit, cuius cœli, peregrinus huius seculi,  
captius illius Babylonis. vnde & ardentior erat desiderator regni dei, ita vt vir desideriorū  
mereret vocari, & pro consolatione animæ suæ tantas tamq̃ mirificas videre visiones eiusdē  
regni dei. Quid enim dulcius, quid ad consolationem commodius, vt videret, optare inquam  
potuit? Antiquus ait dierū sedit. At ille olim in genere humano sedem non habebat, quia per  
præuocationem primi hominis, regnum peccati & mortis in hunc mundum introierat. Er-  
go sedit, id est, contra regni sui persuasorem diabolū iudicium constituit. Sequitur enim. [Iu-  
diciū sedit & libri aperti sunt.] Hoc quidē de iudicio futuro intelligitur, quia de vltimo re-  
gni diabolici rege Antichristo sic præmissum est. [Considerabam cornua, & ecce cornu aliud  
paruulum ortū est de medio eorum, & tria de cornubus primis euulsa sunt à facie eius, & ecce  
oculi quasi oculi hominis erant, in cornu isto, & os loquens ingentia.] Sed subinde sequitur.  
[Aspiciebam in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat & vsq̃  
ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem &  
honorem & regnum, & omnis populus tribus ac linguæ ipsi seruit.] Hoc primo certē in ad-  
uentu factum esse, certum tenet Christiana fides. Filius hominis iam vsque ad antiquum die-  
rum peruenit, iam in conspectu eius obtulimus eum, quicumque propter peccata nostra ob-  
latum esse credimus, & confitemur eum, & quotidie in sancto altari oblationis eius sacrum ce-  
lebramus mysterium. Iam dedit ei potestatem, & honorem, & regnū. Iam enim propter pas-  
sionem mortis, gloria & honore coronauit eum, & constituit eum super opera manuum sua-  
rum. Nam hoc est quod eum surrexisset à mortuis, dicebat. Data est mihi omnis potestas in  
cœlo & in terra. Et tunc omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruiunt, baptizati in nomine pa-  
tris & filij & spiritus sancti, secundum eius imperium. Quid enim si qui adhuc seruituti eius  
contraducunt? Profecto seruitutem debent, & ab ipso poenam recipient, propter seruilem suam  
timorem, propter suam ceruicofam rebellionem. Sede, inquit, à dexteris meis, donec ponam  
inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et subinde. Dominare in medio inimicorum tuorū.  
Igitur quod dictum est. Aspiciebam donec thrōni positi sunt, & antiquus dierum sedit, itemq̃  
iudiciū sedit, & libri aperti sunt. maiestatem quidem personarū iudicij futuri, & aduentus se-  
cundi, veruntamen ita vt primi quoque aduentus nonnulla consideratio sit, quoidem iudiciū  
cœpit agi, testante ipso iudice, cum dicit. Nunc iudiciū est mundi, nunc princeps huius mun-  
di eijcietur foras. Proinde ad laudem dei, ad gloriam regni dei, quod nunc intra nos est, refer-  
re liber hæc ad primum aduentum Christi filij dei, vt videlicet primo aduentu cœptum fatea-  
mur, quod in secundo consummandum est.

Hebr. 2.  
Matth. 28

Psal. 119.

Iohan. 12.

*Quid sint thrōni positi, quis thrōnus eius, flamma ignis & rotæ eius, ignis accensus, quid  
fluuius igneus egrediens à facie eius, quid iudiciū sedens. CAP. XIII.*

**A**spiciebam (inquit) donec thrōni positi sunt, & antiquus dierum sedit. Aspiciebam, in-  
quam, desiderans atque suspirans desiderio, atque suspirio, quod erat commune omnium  
iustorum, non ignorantium se à regno dei excidisse in Adam, & expectantium vt in nobis re-  
cuperaret ipse regni sui gloriam. Quod & ita factum est. Thrōni positi sunt, & antiquus dierū  
sedit. Thrōnus vnus & plures thrōni, vna ecclesia est & plures sancti, quorum in cordibus ille  
antiquus dierum sedit. deus quippe recens in illis non fuit. Thrōnus eius Abraham, thrōnus  
eius Dauid, thrōnus eius singuli sancti, quorum in cordibus ille per fidem sedit, thrōnis eiusdem  
positis, id est, longa expectatione in occursum regni eius præparatis. Qualis ille sedit? [Vesti-  
mentum eius quasi nix candida, & capilli capitis eius quasi lana munda.] Gloriosa hæc regni  
eius insignia sunt. Nix quippe remissionem peccatorum, lana nuditatis nostræ operimentum  
significat. Inde Psalmista. Lauabis me, & super niuem dealbabor. Item. Beati quorum remissæ  
sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Thrōnus eius flamma ignis, rotæ eius ignis  
accensus. Fluuius igneus rapidusq̃ egrediebatur à facie eius. Licet ignis iræ & flamma hic  
intelligi possit vindictæ futuræ, tamen quoniam fluuius igneus dulciori dignior est adhuc in-  
tellectu, maxime quia sic dictum est, egrediebatur à facie eius. Quid enim non dulce, nō ama-  
bile egreditur aut procedit à facie eius? Ergo fluuius igneus non iniuria, non coacta sententia,  
dicimus quod ipse sit spiritus sanctus, de quo Psalmista Fluminis, inquit, impetus lætificat ciui-  
tatem

Psal. 50.  
Psal. 51.

Psal. 47.

gatem dei. Et in Esaia idem spiritus sanctus. Ecce ego declino in eos vt flumen pacis, & vt torrens  
rens inundans gloriæ gentium. Hic sine dubio fluuius egrediebatur à facie eius, vnde proce-  
dens dicitur hic spiritus sanctus. Igneus autem est & rapidus, quia mentes igneas reddit, & lin-  
guas deserras atque viuidas efficit, quod & restatus est, & ab effectu comprobatur, quando su-  
per discipulos apparuit tanquam ignis, & coeperunt loqui varijs linguis. Linguis rapidis, ita  
vt silentium illis nulla posset indicere potestas seculi. Extunc thrōnus eius, id est, ecclesia eius  
flamma ignis, & rotæ euangeliorum eius ignis accensus. [Milia milium ministrabant ei, & de-  
cies milies centena milia assiste bāt ei.] Hoc & de angelicis spiritibus rectē valet intelligi, quo-  
rum infinita nobis milia ministrant, vel assistunt ei. Verum quia de genere humano negotiū  
est, cuius sibi milia deus in regnum dignatione sua acquisiuit, sic iuuat cōtinuari. Fluuius igneo  
rapidoq̃ egrediente à facie eius, milia milium ministrabant ei, & decies milies centena milia  
assistebant ei, id est, dato spiritu sancto, qui ab ipso procedit, innumerabiles homines, qui prius  
non erant eius, per aquam & per eundem renati spiritum distributis ordinibus seruire coepe-  
runt maiestati eius, alij per actiuam ministrantes ei, alij per contemplatiuam vitam assistentes  
ei. Plures autem in actiuam ministrant, pauciores in contemplatiua assistunt ei. Bene ergo inde  
finita quantitate dictum est, milia milium ministrabant ei, definita verò, & decies milies cen-  
tena milia assiste bāt ei. Iudiciū sedit, & libri aperti sunt. Hoc vtriusq̃ iudicij quasi confinitū  
est, id est, recta vtrunq̃ iudiciū significatione cōtingit. Etenim iudiciū iam sedit sicut præ-  
dictum est, vt princeps huius mundi eijceretur foras. sedebat adhuc, vt idem princeps cum an-  
gelis suis, idem inquam tanquam caput cum omni corpore suo meritas recipiat poenas. Vnde  
sequitur. [Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur. Et  
vidi quoniam interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset igni ad combu-  
rendum, & cætera.] Item libri iam aperti sunt, aperiente agno librum magnum, septem sigil-  
lis signatum, aperiente illo discipulis suis sensum vt intelligerent scripturas. Aperti in quā sunt  
libri, per primum iudiciū, ita tamen, vt qui non videbant viderent, & qui videbāt cœci fie-  
rent. aperienti aut sunt libri, libri conscientiarū, vt iudicetur singuli ex his quæ ibi scripta sunt.

Esaia. 66.

Acto. 2.

Apoca. 5.

Iohan. 12.

Lucæ. 24.

Iohan. 9.

Iohan. 9.

Iohan. 9.

*De veniente filio hominis, quomodo vsque ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei  
potestatem & honorem & regnum CAP. XIII.*

**M**anifeste quidem hæcenus conscriptum est iudiciū diuinum, sed nō dictum est, qua-  
lem per manū siue personam sit agendum. Non enim iudicabit per semetipsum il-  
le antiquus dierum, quia pater non iudicat quenquam. Et si thrōni huic positi sunt, non conse-  
quitur, vt sedeat ad iudicandum, vt cum vestimēto niueo siue candido & capite cano ad pro-  
ferendam sententiam visibiliter atque localiter se siturus expectetur iste antiquus dierum. Itaq̃  
ferendam sententiam visibiliter atque localiter se siturus expectetur iste antiquus dierum. Itaq̃  
nondum dictum est, quæ vel qualis factura sit iudiciū persona. Sed quid sequitur. [Aspiciebam  
ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli, quasi filius hominis veniebat, & vsq̃ ad an-  
tiquum dierum peruenit, & in conspectu eius obrulerunt eum, & dedit ei potestatem, & hono-  
rem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi seruiunt. Potestas eius potestas æterna,  
quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.] Igitur quod in euāgelio suo præ-  
dicat ipse filius hominis, pater non iudicat quenquam, sed omne iudiciū dedit filio, hæc pro-  
phetica visio lucido satis defendit testimonio. Quæ autem causa vel ratio est, vt iudiciū faciat  
hic potius filius hominis quam pater, nisi quia filius hominis est? Sic & ipse cum dixisset, & po-  
testatem dedit ei, iudiciū facere. continuo, quasi quæreres quo iure, quo ordine iustitiæ filius  
iudicet magis quam pater, quia, inquit, filius hominis est. Ac si diceret. Quia persona filij sese  
operosius impendit ad reparationem mundi, in tantum, vt fieret filius hominis. sola quippe  
hæc persona incarnata & passa est pro salute mundi. recte ergo potestatem habet iudiciū fa-  
ciendi, vt sola iudicet personam, quæ sola redemit, id est, vt in iudicio sola spectetur persona filij,  
secundum formam visibilem, formam serui, in qua semetipsam sola exinanauit. Quoniam ad  
alia properamus, & hæc cæteraq̃ à patribus doctissimis pertractata sunt. iam ad septimū pro-  
phetæ huius accedamus præconium, quo regni dei quod expectabat edicere meruit, tempus  
quoque præfinitum.

*Quomodo supputentur septuaginta hebdomades, de quibus dicitur ad prophetam, septua-  
ginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum vt consumetur præuari-  
catio, &c. & imgetur sanctus sanctorum. CAP. XV.*

**I**n anno primo Darij filij Allueri de semine Mædorum, qui imperauit super regnum Chal-  
dæorum (cum inquit Daniel) loquerer & orarem & confiterer peccata mea, & peccata po-  
puli mei Israel, vt prosternerem preces meas in conspectu dei mei pro monte sancto dei mei,  
ad me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, cito volans  
retigit me in tempore sacrificij vespertini, & docuit me, & locus est mihi, dixitq̃ Daniel, nunc  
XXx ij egressus

egressus sum vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarū egressus est sermo, ego autem veni vt indicarem tibi quia vir desideriorum es. Tu autem animaduerte sermonem, & intellige visionem. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & propheta, & vngatur sanctus sanctorum. Scito ergo, & animaduerte ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Hierusalē vsq; ad Christum duces hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt, & rursus ædificabitur platea, & muri in angustia temporū. ] Ezdra narrate didicimus quod Neemias cum esset pincerna regis Artaxerxis, vicesimo anno regni eius, mēse Nisan impetrauerit ab eo restaurari muros Hierusalem, templo multo ante permittente constructo, ipsūq; opus (vt dictum est) in angustia tēporis perfecit adeo, scilicet à finitimis gentibus impugnatus, vt stratores singuli gladio renes accincti, vna manu pugnas, alia murum recuperasse narrentur. Ab hoc ergo tempore vsque ad Christum duces hebdomades septuaginta computa, hoc est annos duodenorum mensium lunarium. CCCCXC. qui sunt anni solares. CCCCXXXV. Siquidem Persæ à præfato vigesimo anno regis Artaxerxis vsque ad mortem Darij, regnauerunt annis. CXXVI. & hinc Macedones vsque ad interitum Cleopatæ annis trecentis. Inde Romani vsque ad septimumdecimum Tyberij Cæsaris annum, monarchiā tenuerunt annis quinquaginta nouem, qui sunt simul (vt diximus) anni. CCCCXXXV. & continentur circulis decem nouenaliibus. XXXV. Dies nouies enim viceni & quini sunt. CCCCXXXV. Et quia singulis circulis embolismi septem accrescunt, multiplicata viginti quinq; per septem. CLXXXV. qui sunt embolismi menses. CCCCXXXV. annorum. Si ergo vis scire, quot annos lunares facere possint, partire cētū septuaginta quinq; per duodecim. Duodecies deni & quaterni. CLXXXVIII. Quatuordecim ergo annos faciunt & remanent menses septem. Hos iunge ad supra scriptos. CCCCXXXV. sunt simul. CCCCXXXIX. Adde & menses superfluos septem, partemq; octauidecimi anni imperij Tyberij Cæsaris quo dominus passus est, & inuenies à tēpore præfinito ad eius vsque passionem, hebdomades septuaginta abbreviatas, hoc est, annos lunares. CCCCXC. Ad eius verò baptismum quando vnctus est sanctus sanctorum descendente super eum spiritu sancto sicut columba, non solum hebdomades septem & sexaginta duas fuisse completas, sed & partem iam septuagesimæ hebdomadis inchoatam. [Et post hebdomades (inquit) septuaginta duas occidetur Christus, & nō erit eius populus, qui eum negaturus est.] Non statim post sexaginta duas hebdomades, sed in fine septuagesimæ occisus est Christus, quam ideo quantum conijcere possumus, segregauit à ceteris, quia de hac erat relaturus. Nam & Christus in illa crucifixus est, & à populo perfido, non modo in passione, verum continuè ex quo à Iohanne prædicari coepit, negatus est. Quod autem sequitur. [Et ciuitatem, & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta delatio.] non ad septuaginta hebdomades pertinet. Prædictū enim fuerat, quod ipse hebdomades ad Christi vsque ducatum pertingerent. Sed scriptura prædicto aduentu & passione ipsius, quid etiam post hanc populo qui eum recipere nollet, esset euerturum ostendit. Ducem enim venturū, Titum dicit, qui quadragesimo anno dominicæ passionis ita cum populo Romano ciuitatem & sanctuarium dissipabit, vt non remaneret lapis super lapidem. Verum his per anticipationem prælibatis, mox ad exponendū hebdomadæ quam omiserat redijt euentum. [Confirmabit autem pactum multis hebdomas vna.] Hoc est ipsa nouissima, in qua vel Iohannes baptista, vel dominus & apostoli prædicando multos ad fidem conuerterunt. [Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium.] Dimidium hebdomadis huius septuagesime quintusdecimus annus Tyberij Cæsaris erat, quando inchoato Christi baptismo, hostiarum purificatio fidelibus paulatim vilescere coepit. Item quod sequitur. [Et in tēpore erit abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseverabit desolatio.] ad sequentia tempora respicit.

*De oratione Danielis, quomodo secundum illam responsum ei sit, cum videatur orasse pro soluenda illa, quæ tunc fuit captiuitate Babylonica, & quasi e contrariis maior enuncietur ei futura Iudeorum vastitas.*

CAP. XVI.

**H**uius prophetiæ veritatem, & historia veterum & nostrorum hodieq; temporum testatur euentus. Verum si solam literā spectes, nunquid huiusmodi responsa Danielis oratio flagitabat? Dixerat enim. [Ego Daniel intellexi in libris numerum annorū, de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetam, vt completerentur desolationis Hierusalē septuaginta anni.] Ac deinde orans. [Auertatur (inquit) obsecro ira tua & furor tuus à ciuitate tua Hierusalem & mōte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorū, Hierusalem & populus tuus in obprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc autē exaudi domine deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuam super sanctuarium

sanctuarium tuum quod deseruum est. Propter te metipsam inclina deus meus aurem tuam, & audi. apert oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatum est nomen tuum.] Ita si solam literā spectes, nihil inuenis præter illam septuaginta annorū Babyloniam captiuitatē, nihil præter ciuitatis & templi manufacti cineres quod deplorat aut recuperari desideret. Verum si ita erat, si hoc tantū in votis habebat, nunquid opportunā pro re consolationē accepit? Nonne potius contraria votis audiuit? Non enim dictum est illi, ædificabitur Hierusalē, & templū renouabitur atq; omnis cultus ceremoniarū, sed quod his valde contrariū est, occidetur, inquit Christus, & nō erit eius populus, qui eum negaturus est, & ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo, & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio, & deficiet hostia & sacrificiū. & in templo erit abominatio desolationis, & vsq; ad consummationē & finem perseverabit desolatio. Igitur cum dicit. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorū, de quo factus est sermo domini ad Hieremiam prophetā, vt completerentur desolationis Hierusalē septuaginta anni, vigilanti lectori illud se spiritu prophético intellexisse insinuat, quod hodie reuelata facie videt Christi ecclesia, scilicet captiuitatē illā, vnius populi Iudaici fuisse imaginē alterius magnæ captiuitatis, quæ vno peccante Adam, vniuerso generi humano accidit, & illos septuaginta captiuitatis annos, tempus omne significasse, quo populus dei peregrinatur in hoc seculo. Quid enim magnum erat intellexisse, quod palam omnibus verba sonabāt Hieremiæ prophetæ? Ergo cum dicit orās, exaudi domine deus noster orationem serui tui, & preces eius, & ostende faciem tuā super sanctuarium tuum, quod deseruit est, &c. cum inquam hæc dicit, sub istis vocibus res maiores intendit, & sic illam captiuitatē solui optat, vt pro maiore sollicitus sit, leniter laturus illud maius templi vel ciuitatis excidium, defectum quoq; hostiæ & sacrificij, perpetuamq; desolationē templi abominabilis, dūmodo fiat quod erat necessariū, vt scilicet consummetur præuaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & vngatur sanctus sanctorū.

*De septuaginta annis captiuitatis quando teste scriptura sacra completi fuerit & quomodo de illis Iosephus sibimet contraria scripserit.* CAP. XVII.

**P**orro cum captiuitas illa Iudaici populi, captiuitatē significet peccati, quæ vniuerso (vt dictum est) generi humano accidit, consequēter eiusdē relaxatio captiuitatis saluationē significat mundi, & vt secundū verba scripturæ huius loquamur, typus fuit consummandæ præuaricationis, finiendi peccati, delendæ iniquitatis, adducendæ iustitiæ sempiternæ, implendæ visionis & prophetiæ, vngendi sancti sanctorū, qui & ipse templū verum, templū nō manufactū, rex & fundator ciuitatis, in qua dignaretur homo nasci. Itaq; de ipsa captiuitatis relaxatione, & templi reedificatione, pauca dicturi, iuxta nostrū tenorē propositi, dicamus primo iuxta literam de ipsi septuaginta annis. Cum coeperint (inquit Hieremias) impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos, & suscitabo super vos verbum meum bonū, & reducam vos ad locū istū, ait dominus. Anno autē primo Cyri regis Persarū, ad implendū sermonē domini quē locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit dominus spiritū Cyri regis Persarū, & transiit vocem in vniuerso regno suo, etiā per scripturā dicēs. Hæc dicit Cyrus rex Persarū. Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cœli, & ipse præcepit mihi, vt ædificarē ei domū in Hierusalē, quæ est in Iudæa, &c. Impedientibus autē Samaritis intermissum est opus vsq; ad annū Darij secundum. Illo anno septuagesimus captiuitatis Hierusalē annus impletus est, vt vult Eusebius, testē adhibens Zachariā prophetā, apud quē secundo anno Darij loquitur angelus. Domine exercituum vsquequo tu nō misereberis Hierusalē, & urbū Iuda, quibus iratus es? Iste septuagesimus annus est. Item quarto Darij anno dicit idē propheta. Cum ieiunaretis, & plāgeretis post hos septuaginta annos, nunquid ieiunium ieiunastis mihi? Sexto Darij anno tēpli edificatio completur, die tertia mensis Adar, qui est quadragesimus sextus annus, ex quo eius fundamenta sub Cyro iacta sunt. Vnde in euangelio dicit Iudæi. Quadragesima & sex annis ædificatū est templum hoc. Coeperūt autē edificare anno secundo Darij, mense sexto, die vicesima quarta, & anno sexto, vt dictū est mente duodecimo, die tertia compleuerūt. Ex quo apparet opus tēpli, & antea nō parua expense peractū. Consentit hic Iosephus in antiquitatū libro, scribēs templum & Hierusalē, & omnem Iudæā septuaginta annis permanisse desolatā. Qui rursus numerando reges Babylonis, si tamen ipse sic scripsit, & non codex fallit mendosus, conferēs annos ab euerfa Hierusalē vsq; ad euerfionē regni Chaldæorū colligit. Scribit enim post Nabuchodonosor, qui teste scriptura sacra, viginti quinq; post euerfam Hierusalē vixit annos, Euilmerodach filiū eius regnasse annis octodecim, post quē Egegar filiū eius. XL. & huic successisse Isador dach mensibus nouē, atq; hoc defuncto ad Balthalar qui Naboon nuncupatus est, transisse imperiū, eiusq; anno decimo septimo à Cyro & Dario regibus captā esse Babyloniā. Hic Darius Danielē pphe-tam assumens ad se, in Mediā duxit, & omni eum honore celebravit. Fiunt autē anni centū, super additis mensibus nouē secundū Iosephū, si tamen (vt dictū est) ipse sic scripsit, & nō mendosus codex

sus codex fallit. Tradunt Hebræi, vt beatus Hieronymus ait, huiuscemodi fabulâ. Post septuagesimum annum, quo Hieremias captiuitatem populi Iudæorum dixerat esse soluendam, de quo & Zacharias in principio voluminis sui loquitur, irritam putâs dei pollicitatione Balthasar, fallumq; promissum, versus in gaudium fecit grande conuiuuium insultans quodammodo Ipei Iudæorum, & vasis templi dei. Sed statim vitio consecuta est. Nunc ad incepta redeamus.

De Cyro rege, quomodo secundum vaticinium Esaiæ prophetæ Christo assimilatus fuerit, maxime, quia populum dei liberauerit, & in patriam remisit. CAP. XVIIII.

**I**uxta mysticos sensus Cyrus rex dominum saluatorem & nomine designat & factis. Hoc non ex nostra coniectura, sed ex manifestis Esaiæ verbis dicimus, quibus ex persona domini dicebat. Assimilauit te, & non cognouisti me. Assimilauit namque eum deus filio suo, quamuis ipse deum se assimilantem minime cognouerit. Sed dicitur. In quo eum assimilauit? Primum in eo, quod Christum suum illum cognominare dignatus est, ita dicendo. Hæc dicit dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subiiciam ante faciem eius gentes, &c. Deinde quod eum Cyrum, quod interpretatur hæres, multo antequam nasceretur, vocandum esse disposuit. Hoc enim vocabulum recte congruit illi, cui dicit idem deus pater. Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. De quo & apostolus ait. Quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula. De quo etiam in carne apparente inimici persequentes dicebant. Hic est hæres, Venite occidamus eum, & nostra erit hereditas. Assimilauit ergo Cyrum dominus deus vni genito suo, deo & domino nostro Iesu Christo, quia sicut ille destructo Chaldæorum regno, populum dei liberauit, ac in patriam remisit, templumq; quod erat in Hierosolymis reedificari præcepit, & hoc ipsum edictum etiam per literas manifestare curauit, vt implerentur verba Hieremias prophetæ, quibus hoc futurum esse prædixerit. ita mediator dei & hominibus, destructo per orbem diaboli regno, electos suos qui erant dispersi ab eius tyrannide reuocatos in suam congregat ciuitatem celestem veram Hierusalem, id est, pacis visionem, & hoc ipsum per literas manifestat, sanctas videlicet in mundum vniuersum mittendo scripturas, quibus si dem sui nominis ac spem salutis, cunctis qui ad regnum suum pertinent, hoc est, electis omnibus prædicat. Nihilominus quod in scriptura sua dixit idem Cyrus. Omnia regna terræ dedit mihi dominus deus cæli, veraciter soli conuenit maiestati eius, qui dixit. Dara est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Cæterum minus verum videtur sonare, quod ille omnia sibi regna terræ à deo tradita dicit, nisi forte intelligendum, quod eo tempore quo hæc scripsit, nullum sui regnum aduersariū habuerit. vel certe victo, destructo, atque exhausto tam robusto, tamq; antiquo Chaldæorum imperio, nullum suo regno in toto orbe resistere posse crediderit. Credendum autem est maxime, ex illa Esaiæ prophetia, hunc Cyrum regem dilexisse filios Israel, eosq; de captiuitate exemptos domum remisisse, ac templum reedificari iussisse domini dei eorum. Audierat quippe, tam Esaiam quam Hieremiam prophetam eorum per spiritum dei de regno suo & Babyloniorum destructione fuisse prælocutum. Nam & spiritualiter ipsum genus exprognationis quo Babyloniam cepit expresserant idem propheta. Quorum Esaias. Qui dico, inquit, profundo, desolare, & flumina tua arefaciam. Porro Hieremias, murus, inquit, Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excellæ igni comburentur. Narrant enim historiam, quia diuiso atque exinanito per plurimos riuos flumine Euphrate, qui per medium Babylonis influebat, per arefactum ac desolatum eius profundum urbem hostis intrauerit. Non ignoramus quæ de hac ciuitatis vel templi ædificatione in libro continentur Ezræ & Neemiæ, cuncta spiritualibus plena mysterijs esse. sed nos propositi itineris longitudine deuocamur, ne diu multum locis singulis immoremur. Pauca ergo contingemus secundum præconia Aggæi & Zachariæ prophetarum, qui illo tempore magno spiritu prophetauerunt. Magni quippe spiritus isti prophetæ fuerunt, vt aduersus tati regis edictum, & Samaritanos, gentesq; cunctas per circuitum ædificationem templi domini impediens, iuberent templum extrui, sicut scriptum est. Itaq; exemplum edicti regis Artaxerxis lectum est coram Reum beeltheem & Samai scriba & consiliarijs eorum, & abierunt festini in Hierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus dei in Hierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum Darij regis Persarum. Prophetauerunt autem Aggæus propheta & Zacharias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa & Hierusalem, in nomine dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & cœperunt ædificare templum dei in Hierusalem, & cum eis prophetæ dei adiuantes eos.

De prophetia Aggæi prophetæ, qui tempore illo quo cum reedificaretur templum gloriæ spiritualis domus domini prophetauerit, & desideratum cunctis gentibus venturum prænucciauerit. CAP. XIX.

**P**rimus eorum Aggæus, dicit. [Et tunc confortare Zorobabel, dicit dominus, & confortare Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ dicit dominus exercituum,

cituum, & facite quoniam ego vobiscum sum dicit dominus exercituum. Verbum quod pepigi vobiscum cum egredere de terra Aegypti, & spiritus meus erit in medio vestrum. Nolite timere, quia hæc dicit dominus exercituum. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, & mouebo omnes gentes, & desideratus veniet cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit dominus exercituum. Meum est argentum, & meum est aurum dicit dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plus quam primæ, dicit dominus exercituum, & in loco isto dabo pacem, dicit dominus exercituum.] Vel hoc solum quod dixit, & veniet desideratus cunctis gentibus, auditorem percellere potest, vt dormitantes oculos aperiat, atq; de terra in cælum subleuet, nec putet de domo illa inanimata & lapidea dictum, & implebo domum istam gloria, & magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ. Primo itaq; sacramentum cerne trinitatis. Ego inquit sum vobiscum, & spiritus meus, & verbum in quo posui testamentum cum egredere de Aegypto. Quod autem dicit, in medio vestrum iuxta illud sentiendum, quod in euangelio scriptum est. Meus est vestrum factus, quem vos nescitis, qui post me venit. Hæc ergo dicit dominus exercituum ad vos, qui videtis domum priorem sic esse quasi non sit. Moui cælum, quando de cælo audita est vox mea. Vos enim vidistis, quod de cælo locutus sum vobis. Moui terram, quando priori populo tradidi testamentum meum, & in auditorio meo caligo, turbo, tenebræq; cernebantur. Moui mare rubrum, quando viam præbui populo transire. Moui aridam scilicet vel Aegyptum, per plagas cultu dei vacans, vel solitudinem per quam quadraginta annis populus circuiuit. Hæc adhuc semel mouebo. Tempore quippe passionis dominicæ fugiente sole, cælum motum est, & tenebræ factæ sunt vsq; in horam nonam super omnem terram. Verè enim postquam venit ille desideratus cunctis gentibus, moræ sunt omnes gentes, & impleta est gloria domus domini. & quanto diis distat à seruo, tanto domus ista melior est cui præest dominus, domo priore cui præfuit seruus. Illustrior quippe sit ecclesia, quæ quondam fuerat synagoga. Veruntamen propius adhuc inherere libet sensui quæ supra tenere incepimus. Diximus enim prioris domus descriptione, id est, Babylonicæ captiuitate, qua & ciuitas Hierusalem destructa, & templum igne succensum est, typum vniuersalis fuisse captiuitatis, qua in Adam vniuersitas captiua est generis humani, à rege Babylonis, à principe huius mundi, à diabolo rege confusionis. Dicamus ergo, imò dicentem audiamus dominum super hoc. Magna erit gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ. Quod vt fiat, veniet inquit desideratus cunctis gentibus. Nimirum ecce videmus, ecce credimus, & confitemur humanam naturam per huius desiderati aduentum supra primæ originis reparatam esse dignitatem. Si domus domini, quæ sumus nos, igne diabolicæ confusionis exusta non fuisset in Adam, deus dei filius nostram non suscepisset naturam, gloria & honore propter passionem mortis coronandam. Si deus nostram, id est humanam, non suscepisset naturam, eadē natura nostra supra dignitatem non ascendisset angelicam. Nunc autē tanto omnem caro nostra super excessit creaturam, vt sanctæ trinitatis confitentes gloriam, hominē, humanam in altitudine admirantes suscipiamus naturam. dei namq; & hominis vtrancq; in vna filij persona confitemur & adoramus substantiam. Igitur magna est gloria domus istius nouissimæ plus quam primæ, maior quippe multo nunc est beatitudo congregationis nostræ, qui tanto duce, tam glorioso congregamur principe, quam si nunquam nos in primo parente conflagrasset diabolicæ flammæ inuidia. Iuxta hunc sensum quo pertinuit dicere, meum est argentum, & meum est aurum? Ad hoc vt respondeamus, quærimus primo, quod argentum, quod vel quale dei sit aurum? Hinc iam Psalmistam prædicantem audimus. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Item. Iudicia domini vera iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum, & lapidem preciosum multum. Ergo diuitias suas exponere volens, quibus gloriosam faceret domum suam, meum est inquit aurum, & meum est argentum, dona sua significans, quæ daturus erat hominibus, quemadmodum de eodem desiderato scriptura loquitur. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Et iam quidem venit iste desideratus, sed primo aduentu eius non adeo commota sunt cælum & terra & mare & arida, neq; apparuit adhuc, aut impleta est magna domus eius gloria. Nunc (inquit Iohannes) filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Sed neq; desideratus adhuc erat cunctis gentibus, quippe à quibus nesciebatur. Igitur quod præmiserat, quoniam ego vobiscum sum, verbum quod pepigi vobiscum, cum egredere de terra Aegypti, & spiritus meus erit in medio vestrum, quibus verbis (vt iam diximus) breuiter expressum est sacramentum trinitatis, ad primum spectat aduentum huius desiderati, per quem factum est, vt spiritualiter egredere de terra Aegypti, baptizati in nomine patris & filij & spiritus sancti. Hoc animaduerso, quæstione non indiget quod sequitur, quia veraciter adhuc vnum modicum est, & ego inquit commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam, illa videlicet commotione quæ in euangelio his verbis exprimitur. Et erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressura gentium, præ confusionem sonitus maris, & fluctuum, ardentibus hominibus, præ timore & expectatione

Iohan. 1.  
Exod. 20.

Aggæi 2.  
Psal. 18.  
Psal. 11.

Psal. 67.  
Eph. 4.  
I. Iohan. 3.

Luce 21.

quæ superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur. Itaq; qui primo venit occultus, secundo adueniet aduentu manifestus, motis cœlo & terra, & mari, & arida, & motis cunctis gentibus, quemadmodum ibidem continuò dicitur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Veniet inquam iam tunc desideratus cunctis gentibus, id est, fidelibus suis electis, & congregatis, ex omnibus gentibus. Tunc apparebit istius domus gloria quæ hic promittitur, & de qua illic continuò sequitur. His autem fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

De prophetia Zacharia sub eodem tempore, quomodo dicat: Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem, &c. & quomodo pro Iesu Christo deus pater increpauerit Satan.

CAPVT XX.

Post hunc, videlicet Aggæum paulo iunior, id est, duobus mensibus tardius prophetare incipiens, Zacharias filius Barachia secundum nomen suum memor domini, & secundum nomen paternum benedictus domini, dicit & ipse cum Aggæo, quod interpretatur festiuitas magna spe & fide in dominum, ciuitatem Hierusalẽ extruam periuadet, vel rege prohibente, vel gentibus, hoc modo memor est domini Iesu sacerdotis magni. [Et ostendit mihi dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram angelo domini, & Satan stabat a dextris eius, ut aduersaretur ei. Et dixit dominus ad Satan. Increpet dominus in te Satan, & increpet dominus in te, qui elegit Hierusalem, &c.] Quomodo Hebræi locum illum edisserant, non magni pendentes, quoniam omnis ludæorum sensus caro est, qui soli literæ carnaliter inhæret. Iesum hic proprio nomine designatum intelligimus, id est saluatorem nostrum. Ipse est enim, quem antequam veniret, multi iusti & prophetae, quorum hic Zacharias vnus est, videre desiderauerunt, & non viderunt. Arramen aliqua sub imagine vidisse, imò præuidisse multum fuit. Ergo lætabundus hic dicit. Et ostendit mihi Iesum sacerdotem magnum videlicet prophetica ostensione, quomodo sanctis prophetis peccata sua vel populi iugentibus pro consolatione magna solitus est illi deus ostendere. Nõ suffecerat dixisse sacerdotem, nisi addidisset magnum, quia videlicet nõ de pluribus sacerdotibus, qui morte prohibentur permanere, sed super omnes est sempiternum habens sacerdotium, eo quod manet in æternum, ad quod dictum est. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Stantem quoque dixit, id est, stabili gradu consistentem, imò vultui dei pro nobis assistentem, & paratum illi ad obediendum usque ad mortem coram angelo domini. id est secundum beneplacitum verbi plena diuinitate corporaliter in se inhabitantis, quod est angelus magni consilij, non quod aliter & aliter sit, aut duas personas recipiamus in filio, sed quod idem atque vnus Christus Iesus, ut deus susceptæ humanitati imperet atque ut homo diuinitati verbi sibi in unitate obtemperet. Et Satan stabat a dextris eius ut aduersaretur ei, subaudiatur, sed non præualuit. Venit enim, inquit, princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam. Eo usque venit & stetit, atque aduersatus est ei, donec faceret eum interimis, sed hoc totum est a dextris eius, id est, ad profectum gloriæ eius. Nã propter hoc deus, & Sathan increpauit, & illum exaltauit, dando illi nomen, quod est super omne nomen. Increpauit inquam illum vnus deus pater & filius & spiritus sanctus. Quapropter sic pulchre dictum est. Et dixit dominus ad Sathan. Dominus de domino dixit, & utique pro domino sacerdote magno dixit. Quid autem increpando Sathan pro domino filio fecit dominus pater, dominus spiritus sanctus? Eiecit illi foras, iuxta illud. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eiecietur foras. Increpando quippe illi dominus, qui elegit Hierusalẽ, per passionem Christi eiecit eum foras tanquam hostem, imò latronem de regno suo, tanquam adulterum de cubiculo suo. Hierusalẽ quippe intellectus illa ciuitas dei & sponsa est, quam Sathan velut latro deprædatus fuerat, velut adulter in primo homine per serpentem commaculauerat. [Nunquid ait non iste est torris erutus ex igne?] Tanquam diceret Sathan. Quo iure dominus me increpet? Quo iure foras eieciat? Impurissime Sathan, nunquid non iste ad quem venire, cui aduersari ausus es, mortuus cum peccatum non fecisset, ad inferna descendit, & velut si torris eruat ex igne, ita semetipsum excussit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat illum ab eo teneri.

Quomodo Iesus indutus erat vestibus sordidis, non suis sordibus, sed alienis, & quomodo ablata sunt ab eo vestimenta sordida, & cidaris munda super caput eius posita.

CAPVT XXI.

Et Iesus erat indutus vestibus sordidis, & stabat ante faciem angeli. Qui respondit & ait ad eos qui stabant coram se, dicens. Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum. Ecce abstuli a te iniquitatem tuam, & indui te muratorijs. Et dixit. Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum muratorijs. Quomodo hic Iesus erat indutus sordidis vestibus? Eo nimirum modo, iuxta quem & alius propheta loquitur. Et ascendit sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti. Non est ei species neque decor. Et vidimus eum, & non erat aspectus, & considerauimus eum despectum & no-

& nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum & percutsum a deo & humiliatum, & cetera. Talis itaque, id est, sordidus indutus vestibus, stabat Iesus ante faciem angeli, scilicet in agonia passionis. Vbi si angelum visitato vocabulo accepimus, nihil im-pedit, imò & magis placet, iuxta veritatem euangelij. Cui enim factus in agonia prolixius oraret, & fieret sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, quod erat sine dubio indutum est sordidis vestimentis infirmitatis, apparuit illi angelus de cœlo confortans eum. Nec mirum. Nam minuit cum (inquit Psalmista) paulo minus ab angelis, videlicet in eo quod semetipsum exinanauit formam serui accipiens. Sed auferre inquit vestimenta sordida ab eo. Dixit hoc angelus in persona dei, subiungens etiam, ponite cidarim mundam super caput eius. Dicamus autem nos quia iam factus est, quia per passionem mortis vestimenta sordida Iesus sacerdos magnus deposuit, id est, conditionem mortalitatis exiit cum peccatis & iniquitatibus omnium nostrum, quas in se suscepit, resurgendo autem a mortuis indutus est muratorijs, & posita est, cidaris munda super caput eius. Vnde & cum Psalmista canimus. Gloria & honore coronasti eum. Et cum apostolo. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

De eo quod dicitur: Ecce ego adducam seruum meum orientem, & cetera.

CAPVT XXII.

Ceterum & quotidie sordida magni sacerdotis huius vestimenta tolluntur, & ipse mutatorijs induitur, quotiescunque corporis eius, quod est ecclesia, peccata lauantur, superductis iustitiæ operibus, iuxta hanc verò rationem quod ille caput, & ecclesia corpus, ille inquam caput, & nos membra sumus, quod hætenus de hoc sacerdote magno dicebatur, de capite intellexerimus, quæ post hæc dicuntur, de corpore intelligamus. [Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui tecum habitant coram te, quia viri portendentes sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt.] Et post aliqua. [Et educet lapidem primum, & exæquabit gratiam gratiæ eius.] Audi inquit Iesu sacerdos magne, imò audi ecclesia, corpus Iesu sacerdotis magni, ge-nus regale & sacerdotale, & audiant amici, qui habitant coram te, id est, apostoli & prophetae verè amici, parati videlicet propter te animas ponere, & idcirco habitantes coram te, ut pugnent moriendo, moriantur pro te pugnando, vnde & viri portendentes, id est, magnorum exemplorum authores, vel magni futurorum præcones sunt. Ecce enim ego adducam seruum meum orientem, id est, Christum filium meum, seruum meum secundum susceptam serui formam, orientem, id est, Christum secundum sempiternæ diuinitatis lumen. Quia ecce lapis quem dedi coram Iesu, super lapidem vnum septem oculi sunt. Nimirum inde dixit orientem, quia septem oculis eorum illuminat orbem. Nam ipse qui seruus propter assumptam hominis naturam, ipse oriens propter mysterij causam præsentem, id est, propter ciuitatis vel templi cœlestis ædificationem, cuius in typum ciuitas illa ædificari incipiebat, cum ista propheta videret visionem. Quæ cum ita sint, perspicuum est, cur deinde dicat, & educet lapidem primum. Etenim nos quotquot superædificamur, lapides viuui dicimur, hic autem non solum lapidis viuus, sed lapis quoque dicitur primarius, ob causam hanc, quia septem oculis est perlucidus, & qui homo fieret ut nobis in fundamento supponeretur, idem in principio erat deus. Sequitur autem. [Et exæquabit gratiam gratiæ eius.] Num ergo æquales illi erimus? Non vti-que, quia nos adoptiuus, ipse autem naturalis dei filius. Nec sic dictum est, & exæquabit gratiam naturæ eius, sed exæquabit gratiam gratiæ eius, ut ex Israel credentes, & gentium populus æqualem gratiam, & par accipiant munus. Nam isti sunt parietes, quos in se vno coniungit hic lapis angularis, lapis primarius.

De candelabro, de quo idem: Ecce inquit candelabrum aureum totum, & cetera, lucernæ eius super illud, quod sit Christus, & quid sint due oliuæ, vna a dextris, & vna a sinistris eius.

CAPVT XXIII.

Et dixit ad me. Quid tu vides? Et dixi. Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius, & septem lucernæ eius super illud, & septem infusoria lucernis, que erant super caput illius, & duæ oliuæ super illud, vna a dextris lampadis, & vna a sinistris eius. Qui paulo ante per lapidem septem oculorum, ipse nunc per candelabrum figuratur aureum, totum septem lucernarum, scilicet Christus, qui septem spiritibus lucens, vniuersam illuminat ecclesiæ suæ domum. De isto candelabro plenius in Exodo diximus, ubi cum totidem lucernis suis a domino per Moysen fieri imperatur. Idcirco nunc ad alia properantes, duas tantum oliuas quæ sunt super illud, vna a dextris lampadis, & vna a sinistris eius, agnoscere cupimus. Has quippe alij Moysen & Heliam, qui cum domino loquebantur in monte, id est, legem & pro-



& prophetas, passionem eius concorditer prædicantes. alij legem & euangelium interpretantur, ut in dextera euangelij sit, in sinistra lex. Ergo non longè quidè ab hoc sensu progredientes, manifestius tamen oliuam vtrancq; discernere cupimus, quibus hinc & inde statibus tantū tamq; lucidū candelabrum, siue candelabri lampas, ritè condecoretur. Apostolus de isto candelabro, id est, Christo, ad Colossenses scribens, ita loquitur. Qui est imago dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso cõdita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante oēs, & omnia in ipso cõstant. Quisquis hæc de illo fideliter sentit, profecto oliuā vberè stantē intuetur à dextris candelabri siue lapadis, quæ veraciter propter bonitatem suā deus pater per verbū suū bonū, hæc omnia creauit. Sequitur apostolus cõtinuò & dicit. Et ipse est caput corporis ecclesie, qui est principij primogenitus ex mortuis vt sit ipse in omnibus primatū tenens, quia in ipso cõplacuit omnē plenitudinem habitare, & per eum reconciliare omnia in ipso pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue quæ in terris sunt. Quisquis itidem hæc de illo non ingrata fide sapit, nimirum oliuam speciosam à sinistris prospicit, à sinistris inquam, quia perfecta sunt hæc in aduersitate tribulationis propter beneuolentiam charitatis, quæ patri obediens miseræ nostræ condescendit. Corā tanto tantæ claritatis candelabro quomodo subsisteret mons magnus, i. princeps tenebrarū? Incepatur ergo repentina inuentione, vt transferat & mittat se in mare. Quis tu mōs magne corā Zorobabel in planitie Zorobabel quippe & ipse Christum significat, ducē magnū, ortum secundum carnem in hac Babylone. Nam & ille sic dictus est, eo quod ortus fuisset in Babylone.

*Quod ait. Exulta satis filia Sion, Ecce rex tuus veniet tibi iustus.*

## CAPVT XXIII.

**CAP. IX.** **E**xulta satis filia Sion, iubilans filia Hierusalem, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinā & super pullū filium asinæ. Et disperdā quadrigam ex Ephraim, & equū de Hierusalem, & dissipabitur arcus belli, & loquetur pacē gentibus. Et potestas eius à mari vsq; ad mare, & à fluminibus vsq; ad fines terræ. Tu quoq; in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos tuos de lacu in quo nō est aqua. Quod Danieli ostensum est, post aurū & argentum, æs quoq; & ferrū, itemq; post quatuor bestias grandes ascendentes de mari, quæ sunt quatuor regna mūdi, ipsum post eadem regna superbi huius seculi, iste quoq; prædicat regnum dei, regnum humilitatis Christi. Supra namq; dixerat. Et conuersus sum & leuaui oculos meos & vidi, & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium, & montes, montes ærei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri, & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij fortes. Deniq; hæc erāt illa quatuor regna mundi egredientia quasi de medio duorum montium, qui erant ærei, id est, insuperabilia arque fortissima, & quæ vt putabatur nulla possent vetustate consumi. In quadriga prima equi rufi erāt cruci & sanguinarij, & Babylonica captiuitate & crudelitate terribiles. In quadriga secunda equi nigri, regnum Mædorum atq; Perfarum, quod bigæ sedens & egrediens per Assueri regis edictum mortem omnium Iudæorum tristi nuncio præferbat. In quadriga tertia, equi albi Macedones, sub quorum rege Antiocho Machabæorum victoriam legimus. In quadriga quarta equi varij fortes, scimus enim Romanorū reges alios in gentem Iudæam esse clementes, vt Caium Cælaem Augustum, & Claudium, alios persecutores atque terribiles, vt Caium Caligulam, Neronem, Vespasianum, & Adrianum. Nunc autem annuncians regnum dei cum dixisset, ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, continuò subiunxit. Ipse pauper & ascendens super asinū, & super pullū filium asinæ. Tanq; diceret. Hi in curribus, & hi in equis, hic autē in nomine domini benedictus veniet nobis. Nam & cū iuxta literalem huius prophetie sensum, sedens super pullū asinæ ingrediens venirent in ciuitatē Hierusalem regnum accepturus, id est, per passionē suā ad seipsum omnia tracturus, turbę cõclamabant illi. Oanna benedictus qui veniet in nomine domini, benedictū regnū quod veniet patris nostri Dauid. Cuius regni effectus vel officij in quo sit, subdendo manifestat. Tu quoq; in sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Quod ita intelligitur. In sanguine passionis tuæ eos qui vincti in carcere tenebantur inferni, in quo non est vlla misericordia, tua clementia liberaſti. Prorinus ad ipsos gratulabundus per apostrophem dicit. Conuertimini ad munitiones vincti spei. Et est sensus. Qui nunc vincti estis, qui solutionē vinculorum in Christi speratis aduentu, conuertimini ad munitionē, quam non aliam debemus accipere, nisi habitationem paradisi, in quam primus cum domino latro ingressus est.

*Quid sit domus Dauid, & quæ Hierusalem, de qua dicit. Et effundam super domum Dauid, & cetera.*

## CAPVT XXV.

**CAP. XII.** **E**ffundam super domum Dauid, & super habitatores Hierusalem spiritū gratiæ & precum, & aspicient ad me quem confixerunt. Et plangent eum quasi vnigenitū, & dolebunt super

super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Ac deinceps. [In illa die erit fons patens domus Dauid, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatae.] Hic spiritus gratiæ & hic fons domus Dauid, ille spiritus & illa aqua est, de qua scripturarum omnium sacrarum saluator noster in euangelio loquitur. Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Porro Hierusalem, super quam effunditur hic spiritus, ipsa est menstruata, cuius in ablutionem patens factus est iste fons domus Dauid, id est, latus lancea apertum est filij dei filij Dauid, vnde hæc aqua lauacri salutaris, cum sacro fluxit sanguine nostræ redemptionis. Et ne solam illam quæ de gentibus est ecclesiam quis putet menstruata debere intelligi propter idololatriæ sordes, quibus polluta fuit, vnus ex illis prioris populi electis Eliaſas propheta sanctus dicit. Et facti sumus vt immundi nos omnes, quasi pannus menstruatae vniuersæ iustitiæ nostræ. Igitur vniuersa ecclesia, à primo vsque ad vltimum electum, ipsa est Hierusalem, adhuc eo tempore quando prophetæ ista loquebantur, menstruata, id est, peccati originalis sanguine polluta, non aliter sancto sanctorū deo, ciuitas aut regnum futura, nisi effunderet dominus super illam spiritum gratiæ, & precum, id est, spiritum remissionis peccatorum, nisi in ablutionem eius patens fieret fons domus Dauid, id est, nisi fuso de latere crucifixi saluatoris sanguine cum aqua conditū fuisset baptisimi salutare sacramentum. Et quidem prius est ad fontis visibile sacramentum accedere, & tunc demum accipere spiritum in remissionem peccatorum, sed quia spiritus idem ablutionis eiusdem arbitri est, & torā de illo fontis visibilis vtilitas pender, rectè prius dictum est, effundam spiritum gratiæ & precum, & deinde erit fons patens domus Dauid. Non ergo nouum aliquid dixit ipse verus Dauid, sed cum veridicis huius & cæterarum scripturarum testimonijs locutus est, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnū dei.

Porro quia Hierusalem illa terrena, spiritum vel fontem istum non erat receptura. Ideo in die illa (inquit) magnus erit planctus in Hierusalem, & cetera. Planctus ille inceptus obſidione Romana vsque in finem perseuerat, quemadmodum Moyses in cantico. Ignis, inquit, succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Et notandum, imò mirabile quod ita dixit, & plangent eum quasi vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Quid enim? O Iudæi, Christus dei filius vobis non complacuit, quia talis erat, quia taliter venit, quia sic & sic operatus est, quia sic & sic locutus est. Nullo modo vobis complacuit, animo vestro non conuenit, alium vultis, alium expectatis. At ille, scilicet deus pater, qui istum misit filium, alterum non habet. Iste filius primogenitus atque vnigenitus illi est. Alterum inquam non habet, primus illi & nouissimus est, alium non mittet. Quid ergo facietis desolatæ? Nimirum vt ait ipse. [Tunc aspicietis ad eum quem confixistis.] Vt inquam ait, nunc spiritus eius graui veritate vera grauitate? Plangetis super eum quasi super vnigenitum, & dolebitis super eum vt doleri solet in morte primogeniti. Quia vobis mortuus est hic primogenitus, quia vobis vos occidistis vnigenitū, post hac saluatorem neq; hunc habituri, neq; alium, quia hic solus est, hic primogenitus, hic vnigenitus est.

*De prophetia qua dictū est. Ecce ego mitto angelū meum, &c. quod & hic à tēplo sumpta parabola de nouo tēplo, & nouo Christi sacerdotio vaticinetur.*

## CAP. XXVI.

**P**ost Zachariam Malachias vltimus in ordine duodecim prophetarum, quem ipsum Hebraei Ezdras sacerdotem fuisse autumant, ita dicit. [Ecce ego mittam angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum suum dominator quæ vos quaeritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit dicit dominus. Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis confians, & quasi herba fullonum. Et sedebit confians & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt domino offerentes sacrificia in iustitia, & cetera.] Et hic à templo quod tunc reaedificabatur, parabola de nouo templo & nouo Christi sacerdotio vaticinetur. Nam de illius templi reprobatione cultibus paulo ante hæc sic loquitur. Ecce ego projiciam vobis brachium, & disperdam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum. Item. Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus exercituum, & vos polluistis illud. Ergo ecce venit, siue & statim veniet ad templum suum, id est, intelligimus, veniet ad ecclesiam suam ad sanctum spiritus sancti sanctuarium, incorrupte virginis vterum, vt exinde sibi edificaret templū verum, iuxta quod & alia scriptura dicit. Sapientia edificauit sibi domū. Et ipse in euangelio dominator dominus, & hic ipse angelus testamenti. Soluite, inquit, templū hoc, & post triduum excitabo illud, dicens de tēplo corporis sui. Hoc ita factū est, & iam venit. Cæterum ò Iudæi qui dicitis, vltimo tēpore venturus est, nondū venit, quomodo vos rerū exitus nō docet veritatē? Quod enim tēplū suū dominator inueniet? Nam vsq; ad fundamenta destructū est. Aut si ab alio extruendū est anteq; Christus aduentet, quid Christi

Cap. XIII.

Iohan. 7.

Iohan. 19.

Esaiæ 64.

Deut. 32.

Mala. III.

Prouer. 9.

Iohan. 2.

quid Christus eorum amplius facturus est, cum ab alio restituta sint omnia: Igitur iam venit dominator dominus quem vos queritis, & angelus testamenti quem vos vultis. sed non talis qualem queritis, non talis venit qualē vultis. Queritis enim dominatorem vrbium, & terreni sceptrigerum imperij, largitorem auri & argenti, qui per mille annorum seculum satisfaciat cupiditatibus vestris & luxurijs. At ille nō talis est, neq; ad hoc venire debuit, sed ad hoc vt quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum sederet conflans & emundaret argentum, & purgaret filios Leui, quod iam fecit, & facere non desinit vsq; ad finem seculi. Sedit enim à dextris dei, de cetero iam igneus & immortalis dominus iudicij, nec mora, postquam illuc ascendit, misit ignem suum, misit velut ignem spiritum sanctum, & emundauit atq; purgauit filios Leui, id est, apostolos suos successores legitimos sacerdotij sui, & colauit eos quasi aurum, videlicet liquefactos amore suo, quo ineffabiliter inflammari sunt, ita vt veraciter quisq; illorum dicere posset. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Extunc placet & placebit deo sacrificium Iuda & Hierusalem, id est, confessionis & pacis, quod est corpus & sanguis Christi filij sui. de quo & Psalmista, reprobatis carnibus taurorum & sanguine hircorum, immola inquit deo sacrificium laudis. Ita placet hoc sacrificium, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui, id est, sicut sancti angeli, qui immortalitatis seculi dies lucidi sunt, & anni æterni. Nam per hoc singulare sacrificium sit, vt simus æquales angelis dei. De secundo aduentu continuo subiungit. **[E]t accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris, & periuuris,**

*Quod hæc de templo manufacto valeant vtiliter intelligi, ad quod tulerunt eum, sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam, & cetera, & quia sacerdotum erat primogenitorum antiquitas, & quia hic est primogenitus.*

CAPVT XXVII.

**V**Alet nihilominus, & in rem plurimum confert, vt cū dicit, & statim veniet ad templum suum, templum intelligamus manu factum, & recordemur in euangelio secundum Lucam sic esse scriptum. Et postquam impleti sunt dies purgationis Mariæ secundū legē Moysi, tulerunt illum in Hierusalem vt sisterent eum domino, sicut scriptum est in lege domini, quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. Itemq; illud nos nō prætereatur, quod cum eiusdem præcepto legis omne primogenitum legis redimeretur quinq; siclis argenti, iste primogenitus virginis redemptus non est, sed tantummodo dederūt hostiam secundum quod dictum est in lege domini, par turturum, aut duos pullos columbarū, quæ non erat redemptio primogeniti, sed oblatio pro ea quæ peperit, vt emundaretur à profluuio sanguinis, non quia peperisset primogenitum, sed simpliciter quia peperisset siue mascululum siue foeminam. Cur hæc dicimus? Videlicet quia sacerdotium antiquitus primogenitorum erat, & hæc erant primogenita, quæ pro edulio lenticulæ vendidit Elau fratri suo Iacob. Verum quia per principes tribus Leui, videlicet Moysem & Aaron facta est quantula salus, vt educerentur filij Israel de illa terra Aegypti, de illa domo seruitutis, & verum nondum erat sacrificium, idcirco legislator, imò legis author & dator deus, non magnopere de illo carnali sacrificio curauit, vt seruaretur iure suo primogenitis, donec veniret iste verum sacrificium filius dei, primogenitus idemq; vnigenitus virginis. Quod sentiens diuinus Euangelista cum dixisset, & peperit filium suum, continuo addidit primogenitū, vt subaudiat prudens lector vel auditor, illum esse cuius esset sacerdotium, quicq; amoto vicario Leuiticæ tribus sacerdotio, nō redēptus assisteret deo patri offerēs semetipsum, iam ex eo sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech. Igitur venit, inquit, ad tēplū suū. i. recipiet sacerdotiū suū, oblatus deo & patri suo, sanctus sanctorum, sacerdotū sacerdos, & purgabit filios Leui, id est, nouos faciet sacerdotes, nō per sortem, sed per fidem, non secundum carnem Leui, sed secundum gratiam spiritus sancti. Nam ne quis putaret reprobato sacerdotio reprobari etiam personam Leui, paulo ante dixit. Et scietis quia misi ad vos mandatum istud, vt esset mandatum meum cum Leui, dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis, & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & æquitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. Itaq; ille quidem in posteris suis pro tempore sanctus est honore sacerdotij, nūc verò hic dominator dominus & angelus testamenti veniens ad templum suum, posteros eius pontifices & phariseos, facto flagello iratus & rigidus eiecit, sacerdotes alios igne spiritus sancti quasi aurū & quasi argentū conflaturus atq; purgaturus sibi. Quare? At. Vos autem recessistis de via & scandalizastis plurimos in lege, irritum fecistis pactum Leui, &c. Non ignorat anima fidelis & eruditæ pietatis, quod sequitur, Si affigit homo deum, quia vos confixistis me in decimis & primitiuis, & vos me configistis gens tota. illud esse, quod propter auaritiā suam hunc dominatorem dominum & angelum testamenti crucifixerunt pontifices & pharisei. Ideo

Luc. 22.

Leuit. 18.

Exod. 13.

Num. 8.

Gene. 27.

Luc. 2.

Psal. 106.

Cap. 2.

ideo dixit, in decimis & in primitiuis vos me configistis. Testatur & hoc ipse in psalmo, cum dicit. Quoniam zelus domus tuæ comedit me. Quod est dicere. Quoniam pro domo tua zelatus sum, eiciendo vendentes & ementes, dicendo. Scriptum est. Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis illam speluncam latronū. idcirco hæc omnia passus sum, quoniam hæc summa est, quia confixerunt me.

*Quod dum ad finem properamus, non omnibus prophetis insistere potuimus, vt singulorum confessionis donaria, quæ ad templum dei non manufactum detulerunt, inspicere venimus.*

CAPVT XXVIII.

**H**A etenus sanctum patriarcharum atq; prophetarum chorum consecuti, ad templū deuenimus, quo sanctus sanctorū Christus sacerdos summus candida pietatis stola redimitus, non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem deo patri astitit pro reconciliandis hominibus. & intuiti sumus, quod quisq; illorum pio studio ac seruenando partem habere in sacrificio eius, secundū psalmum xcv. qui intulatur sic. Quando domus ædificabatur post captiuitatē, canticū David. Etenim illic scriptū est. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Et scimus, quia domus quæ ædificabatur post captiuitatē, domus spei nostræ, domus est sapientiæ, quā illa sibi ædificauit, domus carnis vel corporis quā sibi assumpsit de virgine verbū dei, in qua corporaliter inhabitare plenitudo diuinitatis, post captiuitatē, qua captiui facti sumus in Adam, cuius in typū domus illa manufacta ædificabatur post captiuitatē Babylonicā. Huc vsq; venerabilem antiquorū coetum sanctorū secuti sumus, & contemplati sumus quid confessionis & pulchritudinis, quid sanctimoniae & magnificentia quibus obtulerit, & si non totū perspeximus, gaudendū tamen nobis, qd velut in nocte sublustri, in qua clarus nondū intuitus est, beatę illorū visioni admissi sumus. Verū illud admodū nostrā exiguitatē cōtristat, qd dum properamus, nō omniū singulos licuit cognoscere vultus, vel donaria confessionis ponderare, quæ à singulis offeruntur. Præteriuimus enim nouē ex illis, scilicet Osee, Iohel, Amos, & Abdiam, & Ionam, Micheam, Naum, Abacuc, & Sophoniam, & sanctū Iob, qui non quidē de eadem linea ortus est seminis Abraham, sed ad eandem per omnia cum istis cōtendit regis & sacerdotis Christi testificandam gloriam. Omnes ergo in hoc placatos nobis esse opremus, dum illorū fidem aut dignitatem non negligendam fuisse duximus, sed multitudinis nimis fastidia vitando, imò nostram faciendo inertiam, sessi ad relidendum, quasi ad cornu altaris declinauimus, sinem iam quintæ ætatis huius facientes, & ad cursum sextæ inopē animū parua recreatione reparantes,

Finis libri commentariorum, in Danielem prophetam.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
TRINITATE ET OPERIBVS EIVS, IN VOLVMEN  
quatuor Euangelistarum Commentariorum, Liber Vnus.

*De sexta mundi ætate, qua cunctis præmissis præconibus, venit ipse qui loquebatur rex & sacerdos.*

CAPVT I.

**E**X T A mundi ætate Christus dei filius de virgine nascitur, cunctisq; iam dudum præmissis præconibus, tandem adest ipse qui loquebatur. Ex eo iam tempore, ecce regnum dei intra nos est. rex enim ante nos graditur. rex inquam, & sacerdos ante nos & pro nobis ingreditur, qui & in psalmo loquitur. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicās præceptum eius. Regnum ergo extrunc & sacerdotes domino deo nostro facti sumus. Tanto nobilitatis honore iste cum sit os ex ossibus nostris, & caro de carne nostra, nostrā antiquā ignobilitatem consolatur. Serui quippe oēs eramus, qui omnes de seruo nati fuimus, id est, de Adā, qui peccatū fecit, & idcirco peccati seruus fuit. Hic autem nobilis est, nobiliter de virgine matre creatus, nobilior de deo patre natus. Digna ergo imperare persona generi humano data est, quando (vt iam dictum est) Christus dei filius de virgine natus est.

*Quomodo sexta hæc ætas sexto primæ creationis seculi diei correspondeat.*

CAPVT II.

**R**espondet itaq; sexta hæc ætas seculi, sexto diei creationis secundum spiritum intellectus, qui sextus est rursus à spiritu timoris domini. Illic nanque habes. Faciamus hominē ad imaginē

Psal. 68

Iohan. 1.

Psal. 95

Hebr. 9.

Luc. 17.

Psal. 2.

2. Pet. 2.

Roma. 8.

YYy

imaginē

imaginem & similitudinem nostram, & præsens piscibus maris & volatilibus cœli, vniuersæque creaturæ, omnique reptili quod mouetur in terra. Hic autem habes factum hominem, qui ipse imago est dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia. Ille talis factus est, qui piscibus maris, cæterisque animantibus præest dignitate rationis. hic talis natus est, qui hominibus præemineret maiestate diuinitatis, vel primatu intelligentiæ spiritualis. Vtrobique sextus (vt iam dictum est) à timore spiritus intellectus operatur, dum & ille per intellectum excellens cæteris animantibus vocabula imponit, & hic ad intelligendum scripturas sensum hominibus aperit, quorum nomina in cœlo scripsit. Ille celsus & erectus statura præ cunctis generibus animantium, hic speciosus forma præ filiis hominum. Ille colonus paradisi, hic dominus, imò & plantator paradisi. Verum de huiusmodi dicendum in tertia parte huius operis, quam tertiæ personæ sanctæ trinitatis, spiritui sancto nostra propositio dedicauit. Nunc quod ad præsentem locum attinet prosequamur, id est, regnum regis huius secundum euangelica præconia prædicemus.

*Quanta regis huius nobilitas sit secundum initia quatuor Euangeliorum eiusdem Iesu Christi filij dei.*

CAP. III.

**P**rimus Euangelista Matthæus dicit. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Post hunc Marcus sic incipit. Initium euangelij Iesu Christi filij dei. Deinde in Luca. Gabriel angelus Mariæ percunctanti, quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, respondens ait. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, Ideoque & quod natus erit ex te sanctum, vocabitur filius dei. Deinde Iohannes altius repetens, dicit. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. His perceptis intus fides quæ vultus ingenuos probare atque à plebeis discernere nouit, magnificam sui regis ingenuitatem agnoscit, creditque & confiteretur non ingratis laudibus, quod solus iste humano generi sit homo nobilis quem solum regnare deceat, cuius profiteri seruitutem omni homini, vera & vnica sit libertas. Qualis enim est secundum hæc quæ præscripta sunt huius regis nostri facies? Nimirum cum sic dicitur. Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham probat auditus fidei, quia verus homo est, quippe qui de hominis David atque Abrahamæ semine natus est. At illi non valde erant nobiles, quippe qui in iniquitatibus concepti sunt, & eorum quemque sua in peccatis conceperat mater. Quod ergo illorum ignobile erat, qualiter excellit generatio huius Iesu Christi, singulariter nobilis & inclyta? Nimirum concipiente illum matre sua, non de semine viri, sed de operatione spiritus sancti, quod in Luca fides eadem audiuit, dicente angelo, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ergo longè nobilior iste filius David, filius Abrahamæ, quam omnes patres sui, etiam secundum formam serui. Nunquam enim seruiuit, non saltem in massa seruus fuit, quia non saltem in Adam peccatum fecit, in quo (vt ait Apostolus) omnes peccauerunt. Cæteri, Marcus & Iohannes altius personant, id quod ista nobilitate hominis nobilior est. Marcus dicendo, initium euangelij Iesu Christi filij dei, illam eius nobilitatem confessus est, quæ non ex matre, sed ex patre, non ex carne, sed ex diuinitate est. Attamen minus definit aduersus seruiles blasphemias hæreticæ ignobilitatis. Nam & multi dicuntur & leguntur filij dei, siue homines, siue angeli, filij inquam dei, sed gratia adoptionis, non proprietate naturæ. Quod perpendens Iohannes, litem omnem diremit diffiniendo, hunc filium dei qualis sit, quam dissimiles natura sint illi omnes quicumque nominantur & sunt filij dei. Nam in principio, inquit, erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ecce hic est vultus ingenuus regis nostri, filius hominis sine peccato, filius dei natura, non dono.

*De generatione Iesu Christi filij David, filij Abraham, quod maxime spiritualis sit, vnde & contigit illa linea Ioseph, qui non eum secundum carnem genuit, & posteritas Hiezel & Ioseph ad quartam generationem eradica est, quæ præcones veri dei prophetas occidit.*

CAP. IIII.

**A**periat nunc nobis ipse librum suæ generationis, vt videre queamus, qualis vel qua ratione generatio ipsa conscripta sit, vel cur liber generationis dici debuerit. In Genesi legitur. Hic liber generationis Adam, in die qua creauit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum, masculum & feminam creauit eos. Et benedixit illis, vocauitque nomen eorum, Adam in die qua creati sunt. Hic liber, inquit, generationis Adam, liber terrenus, liber generationis terrenæ, liber generationis in terra scriptæ, iuxta illud. Recedentes à te in terra scribentur. Recesserat enim homo à deo, & recedendo meruerat in terra scribi, dicente deo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in pulucrem reuertaris. Hic autem homo Iesus Christus rex nobilis, rex magnus, homo cœlestis, homo nouus, idcirco natus, idcirco rex datus est, vt

est, vt prouinciales suos in libro vitæ conscriberet, vt ciuium suorum nomina in curia cœlesti notificaret. Igitur hic est liber generationis electæ, generationis Christianæ in cœlo conscriptæ, cui libro longè diuersus est ille liber generationis Adam. Nam in illo confusa est generatio filiorum hominum, & filiorum dei, quia videntes filij dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerunt. Hic autem liber simplicem admittit generationem filiorum dei, fratrum & cohæredum Iesu Christi. Alioquin quæ ratio est, vt generationis linea contingat Ioseph, qui Iesum Christum non genuit? Aut qua ratione tres istos de medio generationis huius eliminavit, Ahaziam, Ioas, & Amasiam? Itaque Euangelista diuinus, quod dignitatē euangelicam condecurit, generationē carnis Iesu Christi minus curauit, quæ paucorum erat, nec eisdē ad salutem sola sufficiebat, sed ad generationē gratiæ intendit, quæ multorum est vel esse potest, & eis ad salutē sola sufficere valet. Quod sua cōmendans autoritate, ipse cuius est hic liber generationis, cū dixisset ad eū quædam mulier, extollēs vocē de turba, beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, vt corrigeret imperfectæ scientiæ confessionē, dixit. Quinimodō, beatus qui audiunt verbū dei & custodiunt illud. Hoc fecit beatus venter qui te Christe portauit, cre didit enim verbo dei, credidit angelo euangelizanti omnipotentiam dei, deditque credulitatis suę responsum festinum, fiat, inquiens, mihi secundū verbum tuum. Idcirco beata est, & hæc beatitudinis eius principalis causā est. Hoc Abraham fecit, qui cū vxorem haberet sterile, credidit deo dicenti. Atque in semine tuo benedicent omnes gentes, & in hac fide sperans & de promissa mercede securus, perpetuā peregrinationem ingressus est. Idcirco beatus & ipse testimonio laudis euangelicæ, qua hic in capite libri sic scriptū est, Iesu Christi filij Abraham. Hoc Hiezel non fecit, quinimodō posteritas eius usque ad quartā generationē, de isto generationis Iesu Christi libro est eradica. Nam & ipsi posteri eius iam dicti Ahazias, Ioas, Amasias, secundum exemplum eius prophetas domini occiderunt, aut prophetare prohibuerunt.

*Quare iunior David, Abrahamæ præpositus sit, dicendo, filij David, filij Abrahamæ, & quomodo idem David prius verbi dei quod Christus est, quam carnis Christi, pater esse meruit.*

CAPVT V.

**Q**uare autem iunior David patri Abrahamæ præpositus est in libro generationis huius, dicendo, filij David, filij Abrahamæ? Nimirum hoc Euangelista pro sua fecit intentione, nam si diligenter aduertas, dū regnū Christi euangelizat, plusquam cæteri Euangelistæ, regalia regis huius conscribit insignia, quod non tacebit nostri quoque studij possibilitas. David autem rex iuerat, & regalis ad eū promissio facta est, dicendo. De fructu ventris tui ponā super sedē tuam. Deinde regni Christi filij sui mysteria factis præsignauerat, dictis cecinerat. De factis eius mysticis passionibus figuratiuis, suo loco pro posse diximus, dicta eius omnis ecclesia concinit, & concinendo regnū Christi constitetur. Verbi gratia. In illo rege David, rex iste Christus loquitur. Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius, prædicans præceptū eius. Item, in eodē de isto filio suo rege nostro persona patris loquitur. Eructauit cor meū verbū bonum, dico ego opera mea regi. Et ad ipsum regē. Accingere, inquit, gladio tuo super femur tuū potentissime. Specie tua & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Et subinde. Populi sub te cadent in corda inimicorū regis, sedes tua deus in seculū seculi. Virga directionis, virga regni tui, & cætera usque ad finē psalmi. Sed & ipse propheta de isto ad patrē dicit. Deus iudicium tuū regi da, & iustitiam tuā filio regis. Quid multa? Cuncta quæ locutus est domino, vel cecinit, mysteria sunt regis huius Iesu Christi filij dei, filij sui, vt rectē beatificet animā eius, mulier quæ usque hodie vocē extollit de vniuersa Iudeorum, paganorū, atque hæreticorū turba, scilicet catholica ecclesia, dicatque. Beata anima regis David, quæ audiuit verbū dei, & custodiuit illud, quæ admissa castæ dei patris copulæ, verbū bonū de corde vel ore eius suscepit, priusque verbi quod est Christus, quæ carnis Christi pater esse meruit. Rectē igitur hic Euangelista regni dei, regē regis patrē, in libro generationis præposuit patri, quæ scriptura solummodo seminis, id est, hominis, enunciat patrem, dicens, Iesu Christi, filij David, filij Abraham.

*Quod in eadē generatione tres isti Abraham, David, & Ioseph, magis insigne sint, & quod ad istos per incrementa ternaria promissio Christi facta sit.* CAP. VI.

**N**ominatus deinde loco vel ordine suo dum dicitur. Iesse autem genuit David regē, tertio tandem repetitur in Ioseph, nominatione insigni, compellatione angelici præconij. Ioseph filij David, noli timere. Verum hæc nominatio magnifica, propria sit beati Ioseph, qui sponsus, custosque esse beatæ virginis, & nati ex ea regis filij dei, filij David, optimo nomine pater dici meruit. Ecce enim in hoc generationis libro tres isti sunt patres insignes Iesu Christi, hominis regis, & dei, & secundum hæc tria ternarium esse aduertimus incrementū promissionis Christi, quæ ad ipsos spiritualiter facta est, scilicet Abraham, David, & Ioseph. Denique homo tantum

intelligitur in promissione quæ ad Abraham hoc modo facta est. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Iam autem rex ea promissione pronunciat, quæ facta est ad David. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Porro beato Ioseph promittitur tanquam deus, dum ei dicitur. Pariet autem filiū, & vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorum. Nam quia saluare à peccatis dei est, neque hoc nisi solus deus potest, dum dicit, ipse enim saluū faciet populū à peccatis eorum, idem atque æquipollens est, ac si dixisset, ipse enim deus est, & idcirco vocabis eum Iesum, id est, saluatore.

Quomodo tres magi secundum eadem incrementa, myrrham, aurum, & thus obtulerint.

CAPVT VII.

Miro autem modo, miro & venerando gratiæ dono, cunctos fidei huius thesauros quos sparsim thesaurizauerāt prædicti patres Iesu Christi, simul gentilibus refudit ortus vel aduentus eiusdem regis. sicut continuò narrat hoc modo hic Euangelista regni dei. Cum ergo natus esset Iesus in Bethleem Iudæ, in diebus Herodis regis, ecce magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? Vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Denique gentiles isti simul hominem, regem, & deum Iesum esse confessi sunt verbis, testati sunt muneribus, dicendo enim, vbi est qui natus est, hominem, dicendo, rex Iudæorum, regem, dicendo vidimus stellam eius, deum esse confessi sunt. Item, a pertis valis suis, offerentes ei munera. auro, regem, thure, deum, myrrha, hominem mortalem esse testati sunt. Hoc inquam mirando simul & venerando gratiæ dono gentilibus vna inspiratione collatum est, quod ternario (vt prædictum est) promissionis incremento, Iudaici populi patribus fuerat præparatum, totiusque fidei Christianæ summam, tam voce, quam muneribus de bono cordis sui thesauro protulerunt.

De turbatione Herodis, qua turbatus est ipse & omnis Hierosolyma cum illo.

CAPVT VIII.

Adiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum eo. Turbatio Herodis & Hierosolymæ de profundo prodijt erroris infiniti, de cæcitate mentis, & tenebris ignorantie inexculabilis. quia eiusmodi ignorantia, scilicet ignorare regnū dei, regnū regis huius, quid vel quale sit, peccatū est, imò poena peccati, quemadmodū sapientia dicit. Hæc cogitauerunt & errauerunt, excaecauit enim illos malitia ipsorum, & nescierunt sacramenta dei. Hic error, hæc ignorantia, à capite descendens, id est, à senioribus, qui videbatur regere populū, simplices atque ideotas non maliciose inuoluerit, ita vt apostoli quoque qui magistrū suum dominum Iesum Christum regē Iudæorum, ex lege & prophetis promissum aduenisse credebant, & gaudebant, nimium carnaliter de regno eius sentiendo errarent, non maliciose, vt iam dictum est, sed simpliciter, donec glorificato eodē Iesu, & accepto eius spiritu, scirent quia regnū eius de hoc mundo non est. Porro scribarū & pharisæorum qui legē & prophetas lectitabant ignorantia, maliciose erat & damnabilis cæcitas, quia futurū Messiam, id est, Christum legentes, non regnum iustitiæ, sed regnum peccati & cupiditatis intelligere volebant, aut poterāt, & interim sub specie religionis cupiditatibus suis studebant. Propterea vehementer illos percudit hæc sententia huius regis. Væ autē vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia clauditis regnū cælorū ante homines, non enim vos intratis, nec introeuntes sinis intrare. Igitur cæli regi nato, rex terræ Herodes turbatus est, vt ipse cæcus, & poenalem habens ignorantiam regni eius, quasi illo rege foret ipse regno deturbandus, quippe qui non erat sceptriger de tribu Iuda, aut dux de femore eius. Audierat enim scriptum illud propheticum. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.

Quomodo vanè timuerit Herodes, dicente propheta, Et tu Bethleem terra Iuda, &c. cum in eodem propheta prædicetur, regnum Christi potentia cælesti nullo terreno regno nociturum.

CAP. IX.

Et congregans omnes principes sacerdotū & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethleem Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetā. Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Quia Christum (vt iam dictum est) audierat nasciturum, nec auferendum esse sceptrum de Iuda, & ducē de femore eius, donec ille veniret. se autem rege, sceptrum de Iuda, & dux de femore eius ablatum erat, quippe qui ex patre Idumæo & ex matre erat Arabica. igitur illud sciscitabatur, vbi Christus nasceretur, insidias machinaturus. Et verum quidem scribæ, & principes sacerdotum de scriptura prophetica protulere iudicium. Sed nunquid solum hoc per prophetam illum fuerat dictum, Christum regem in Bethleem nasciturum? Nonne per prophetam eundem dixerat spiritus sanctus, regis huius ortum, nihil Herodi, imò nihil cuiquam mortalium esse nociturum? Nempe antequam locū expressisset natiuitatis

natiuitatis eius prædicere curauit, & miram innocentiam regni eius. Dixerat enim. Et in nouissimo dierum erit mons domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi, & properabunt gentes multæ. Et concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones. Non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent ultra belligerare, & cætera. Ergo cæco cæci male ducatum præbebant, idcirco ambo in foueā cadebant, dum sciscitaretur Herodes, vbi Christus nasceretur, nesciens sciscitari, quale foret regnum eius, & illi ostendentes locum natiuitatis non viderēt in eadem scriptura pacem & innocentiam regni eius. Quid enim verius eo quod dixit, non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent ultra belligerare? Gens quippe regis huius, gens conuersa ad regē istum, gens tora paruulorum est, nequaquam sumptura gladium, aut belligeratura contra Herodis vel Romani imperij gentem, sed gente aduersa feriente se gladio, semper & in ipsa morte prædicatura pacem. Quomodo paruuli quos continuo tu ô funeste Herodes occidisti, non se defenderunt, non te reperculserunt. sic vnuerſa regis huius gens, dum occidetur, gladium non leuabit, non contra gentem homicidam tui similem belligerabit. Nec verò contrarium huic est, id quod subinde regis huius ciuitati Sion consolator spiritus per eundem prophetam dicit. Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponā æreas, & comminuum populos multos, & interficies domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum domino vnuerſa terræ. Longè aliud cornu, & interfectio dissimilis. Cornu istud non contra homines, sed contra diabolū erigitur. interfectio hæc non hominum, sed vitiorum est. Cornu istud de cælo datū est, dicite militibus suis rege isto. Vos autē sedete in ciuitate, quo aduſq; induamini virtute ex alto. interfectio hæc est, de qua Petro dictū est. Surge Petre occide & macta. Igitur ô Herodes Iatro, filiorū tuorum occisor, illic trepidasti timore, vbi non erat timor.

De eo quod in Osee dictum est, Ex Aegypto vocaui filium meum, quam verè ad Christum pertinuerit, & quam impie Iulianus Euangelistam simpliciter gentiū quasi illudentem calumniatus sit.

CAPVT X.

Qui conſurgens accepit puerū & matrem eius nocte, & recessit in Aegyptum, & erat ibi vsq; ad obitum Herodis, vt adimpleretur quod dictū est à domino per prophetā, dicens. Ex Aegypto vocaui filiū meū. Propheta per quē hoc dictū est, Osee est. Porro textus siue locus vnde hoc breuiter sumptū est testimoniū, sic se habet. Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel, quia puer Israel, & dilexi eū, & ex Aegypto vocaui filiū meū. Igitur præunte, imò exigente auctoritate huius Euangelistæ, veraciter dicamus, quia rex Israel qui pertransijt sicut mane, trāsijt rex alienigena Herodes, puer autem Israel saluator est, tunc temporis infantulus, & puer quem dilexit pater, & dixit. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Rex inquam Israel illius temporis Herodes erat alienigena sicut mane transijt, id est, temporalis cito periturus. Itaque dum dicit angelus Ioseph, surge & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi donec dicam tibi, scilicet vsque ad obitum Herodis. quoniam tunc, id est, post obitum Herodis adimpletū est quod dictū erat à domino per prophetam dicentem, ex Aegypto vocaui filiū meū. hæc quoque dicta prophetica quæ circa testimoniū hoc textus continet eiusdē angeli sint, dicatque. Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel, quia puer Israel, & dilexi eū dicit dñs, vt sit sensus. Iste rex Israel, qui quærebat puerū ad perdendū eū, ecce mortuus est & moriendo pertransijt, sicut mane transijt. Cito namque transijt mane, veruntamen iterum reuertitur, hic autem non reuertetur amplius. Ergo sicut mane transijt, sic iste transiit, imò quia iam ultra non rediturus est, sicut mane redit, iste pertransijt, quia puer meus Israel iste est, quem quærebat ad perdendum eū, & dilexi eum. Nam & iuxta alium prophetam. Ecce puer meus, sulcipiam eum, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Sic olim faciebāt reges Israel. Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum, Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant, subauditur, prophetas occidentes ob defensionem simulachrorum, quemadmodum nunc quærebant occidere puerum dominum prophetarum, abeuntes à facie regis sui Herodis, vocatis eos ad occidendum tot infantes propter eū. Quodque sequitur, & ego quasi nutricius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos. subauditur, ita & nunc. Nam quemadmodum tunc cum peccassent, & fecissent sibi vitulos, dedi locum poenitentiae, & ignoraauerunt quod curarem eos, vt obducto vulnere idololatricæ, pristinam reciperent sanitatem. ita & nunc cum ad hoc venissem clemens pastor, vt morbidam ouem quæ errauerat, humeris meis portarem, ipsi ignoraauerunt, quod curarem eos, imò scire aut intelligere noluerunt, quod venissem ad saluandū eos. Quid deinde? Non reuertetur in terram Aegypti, & Assur, ipse rex eius, quoniam noluerunt conuerti. Et cepit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorū, & populus meus pendebit ad reditū meū. Iugū autem imponetur ei simul, quod non auferetur. Omnino ita & nunc. Quemadmodum enim tunc, quia noluerunt conuerti, cepit gladius in ciuitatibus eorū, & impositū est eis ab Assur capriuitatis iugū, ita & nunc

multo amplius, quia noluerunt conuerti, ceciderunt in ore gladij, & in omnes gentes captiui ducti sunt. Cætera, vt prosequamur, præfens non admittit locus. Hoc tantum animaduertisse contenti sumus, quod impiè Iulianus Augustus in volumine quod aduersum Christianos euomuit, hunc euangelistam calumniatus est, dicens eum, id quod de Israel scriptum est, ad Christum transiisse, vt simplicitati eorum, qui de gentibus crediderant, illuderet. Nam verè hic nemini illudit, sed veritatis testis oculos fidei habentibus, amplum subobscuræ prophetiæ locum, breui versiculo fideliter illustrauit.

*Quam rectè Euangelista dicitur, Ex Aegypto vocauit filium meum, præmisit, Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel, quod latius dici potest de omni regno mundi, quia mane surrexit & cito transijt.*

CAP. XI.

**N**unc reuertamur ad rem, nam de regno regis huius loquebamur, cui & præfens volumen dedicauimus, pro cuius regis ortu rex Herodes turbatus, sciscitatus est locum natiuitatis eius. De hoc ergo regno sermonem reperentibus, illud admodum placere debet, quod de primo aduersario eius dictum est. Sicut mane transijt, pertransijt rex Israel. Dicamus latius ad gloriam & laudem regni dei, quia sicut mane transijt, pertransijt regnum huius mundi. Mane quippe surrexit, mane, id est, festinanter exstructum est à filiis huius seculi, quorum primus erat Cain, qui occiso fratre, festinauit ædificare ciuitatē, & appellare eam ex nomine filij sui primo geniti. Extunc in posterum per successiones suas contentiosè regnauerunt principes illius generationis omnes matutini, omnes festini. & ecce tempore illo, de quo loquimur, regnum illorum fortissimum erat, velut bestia terribilis & fortis nimis, dentes ferreos habēs, comedens atq; comminuens, & reliqua pedibus conculcans. Iam comederat atq; cominuerat, iam sub pedibus eius comminutus mundus iacebat, cū in isto rege humill, de virgine nato, regnum dei quasi vespere silenter surrexit, id est, circa finē seculi. Omnes alterius generationis filij persecutionū, passi à generatione Cain, quasi tota die laborantes, pondusq; diei & æstus portantes, expectauerāt hoc vespertinum regnum dei, manentem hic ciuitatē non habentes, sed futurā inquirentes, & confidentes quod peregrini & hospites sunt super terrā. Hos atq; illos distinguēs spiritus regis huius in psalmo dicit. Vanum est vobis ante lucē surgere, surgite postquam sederitis qui manducatis panē doloris. Cū dederit dilectis suis somnū, ecce hæreditas domini, filij merces fructus ventris. Rex ipse per omnia sic egit. Ante lucē surgere, quia vanū erat, noluit, sed postquā sedit, humiliatus vsq; ad mortē, mortem autē crucis, postq; manducauit panē doloris in passionis tolerantia faciendo voluntatē patris, quā facere cibus erat illi. tunc demū in luce surrexit, tūc demum in gloriā suam intrauit. Ante lucē in quā surgere noluit, in dōcū cognouisset, quia venturi erant, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterū in montem solus ipse. Igitur non solus rex ipse Herodes, sed & omne regnum huius mundi, sicut mane transijt, pertransijt, iuxta illud. Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit. regnum autem dei quod per patientiam construitur, in æternum permanebit.

Daniel. 7.

Hebr. 11. 13.

Psal. 126.

Iohan. 4.

Iohan. 6.

Prover. 20.

*Quod frustra timuerunt reges terræ, quia non dixit Iohannes, arma corripite contra reges, propter Christum, sed pœnitentiam agite, &c.*

CAP. XII.

**I**n diebus autem illis venit Iohannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum, & cætera. Frustra nimirum reges terræ timuerunt, sine causa turbati sunt. Ecce enim qualis magister militum, qualis signifer regis huius, qualis primæ legionis primicerius, pilis camelorum vestitus, & zona pellicia præcinctus. Non dicit, arma corripite, appropinquabit enim regnum Iudæorum. sed pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Non dicit filij regum, & patriarcharum demonstro vobis animosa sumere bella, sed dicit, progenies viperarū, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Non dicit, nolite Cæsari censum dare, sed dicit, facite fructus dignos pœnitentiæ. Nō dicit, iam iugum imperatorum contritum est, sed dicit, iam enim securis ad radices arborum posita est. Non dicit, oliueta Iudaica seruabuntur, & Romana pomeria succedent, sed, absq; distinctione hortorum aut nemorum, omnis, inquit, arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Nunc cæteris omissis, præsentis negotij maxime est differere hoc vnum, pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Quid est regnum cœlorum? Regnum sanctorum, siue eorum qui in cœlis regnabunt. Nam sancti quorum in cœlis est regnum, ipsi quoque cœli dicuntur & sunt, iuxta illud. Cœli enarrant gloriam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiat voces eorum. Istorum cœlorum hætenus longè erat regnum, quippe qui necdum habebant regem suum, sed expectabant promissum. Iuxta fidem (inquit apostolus) defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & confutantes, quia peregrini & hospites sunt super terrā. Qui enim hæc dicit, significat se patriā ingredi. Ergo prius

Psal. 18.

Hebr. 11.

prius longè erat, sed nunc inquit, appropinquabit regnum cœlorum. Quando vel quomodo appropinquabit? Quando rex iste à terra exaltatus fuerit, eadem ipsa exaltatione sua destruet regnum peccati & mortis. quæ (vt idem apostolus ait) regnauit ab Adam vsque ad Moysen, non quod per legem Moysi regnum illud destructum fuerit, sed quod à Moyse peccatum autem Rom. 3. dita contradictione cōtra se conscriptæ legis, quasi tyrānus irritatus amplius in subiectos homines grassari cœperit. Destruet, inquam, rex iste exaltatus à terra regnum peccati, & omnia trahet ad seipsum, resurgensq; à mortuis intrabit in gloriam suam, regni cœlorum rex. Igitur pœnitentiam inquit agite, quia pœnitentiæ agentium est emundari à peccati seruitute, exaltati regis sanguine, & in regnum cœlorum introire. Et ne velitis dicere, patrem habemus Abraham, quia non est hoc regnum habentium patrem Abraham, sed agentium pœnitentiam. Imò non in carne gloriantes, sed pœnitentiam agentes veraciter dicere possunt, patrem habemus Abraham. Nam hoc est quod sequitur. Dico enim vobis, quoniam potens est deus, de lapidibus istis suscitare filios Abraham, subauditur, si modo sciant aut velint pœnitentiam agere. Et enim lapides lapidum cultores gentiles erant.

*Quæ causa fuerit, vt qui peccatum non fecerat, ad baptismum veniret Iohannis, qui in pœnitentiam baptizauit.*

CAP. XIII.

**T**unc venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Iohannes autem prohibebat eum, dicens. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondēs Iohan. 2. autē Iesus, dixit ei. Sine modo. Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Certum tenet rota regalis Christianæ fidei curia, quia rex iste liber homo erat, quia peccatum non fecerat, ac proinde peccati seruus non erat, atque idcirco non egebat pœnitentia. Iohannes autem in pœnitentiam baptizabat. Ego quidem, inquit, vos baptizo in aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Quamobrem igitur ad suscipiendum tale baptismum veniebat? Nimirum quia causa postulabat, quia iustitiæ ratio flagitabat. Erat autem duplex causa. Prima, vt pro omnibus pœnitentiam ipse agendam suscipere, quod & fecit continuo vt baptizatus est. ieiunauit enim x l. diebus & x l. noctibus, & deinde incessanter afflicus est tentationibus, persecutionibus, contumelijs, obprobrijs, flagellis, & tormento vltimæ mortis. Secunda, hæc causa erat, vt nemini estimare liceret se iustum esse & idcirco pœnitentia vel baptismo non indigere, vt nemo detrectaret, quasi iustus suscipere baptismum domini, cum dominus ipse suscepisset baptismum serui. Nam quisquis ita putaret, miles regis huius dici vel esse non posset, regnum cœlorum non introiret.

*Cur in primo aduentu suo rex iste spiritum sicut columbam viderit, secundo autem in igne reuelandus sit: & quod rex iste secundo vnctus fuerit, & de eo quod dictum est: In te mihi complacui.*

CAP. XIII.

**B**aptizatus autem Iesus, conuersum ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum dei descendentem, sicut columbam, & venientem super se. Ecce vox de cœlis, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quare in primo aduentu suo vidit rex iste spiritum dei descendentem sicut columbam, & venientem super se? Nimirum quia veniebat tunc nobis in mansuetudine, in multitudine misericordiæ, quia veniebat in spiritu pietatis, peccatores non condemnare, sed ad pœnitentiam inuitare. Secundo cum venerit, non tunc super eum columba apparebit, sed in igne reuelabitur, ignis in conspectu eius ardebit. Hoc iam secundo rex noster deus noster in homine assumpto oleo lætitiæ vnctus est. Semel nanque vnctus iam fuerat in vtero virginis, quippe qui conceptus est, non ex semine viri, sed ex operatione spiritus sancti. Ergo secundo hic sanctus in baptismo vnctus est, præ participibus suis, id est, præ omnibus sanctis, quos sui participes fecit, vt quod est ipse per naturam, sint per gratiam scilicet filij dei. Sed de hoc aliàs. Nunc instātia prosequamur. Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui. Quando vel quomodo in isto mihi complacuit? Tūc vtique, quando in isto principio cœlum & terram creauit, quando in isto omnia fecit. tunc, inquam, in eo mihi complacui, restante scriptura, cum dicit. Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, & vidit deus lucem quod esset bona. Dixit deus, fiat hoc vel illud, factumq; est ita, & vidit deus quod esset bonum. Itemq; Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Sic in isto mihi complacui, meo ipse iudicio comprobatus, quod operarius & architectus essem bonus & utilis. Hæc idcirco parer oportune dixerit, ne dubiter auditor beneuolus, hunc filium dilectum illud esse verbum, per quod omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Sed & tunc in isto bonus deus sibi complacere veraciter potuit, quando eum, qui deus erat propter charitatem suam hominem fieri, & pro hominibus pati voluit, Nullum enim vnquam opus bonitatis laude dignius fecit.

Rom. 3.

Matth. 2.

Iohan. 2.

Matth. 3.

Marci. 1.

Lucæ. 3.

Iohan. 1.

1. Cor. 3.

Psal. 119.

Genesi.

Iohan. 1.

De tribus tentationibus, quibus rex iste victor vicit, cum ceteri omnes serui fuerint peccati, & idcirco accedentes angeli ministrabant ei.

CAP. XV.

**T**unc Iesus ductus est in desertum spiritu, ut tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Tunc accedens tentator, dixit ei. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant, &c. Quia filius iste rex erat, regis autem legitimi officium est, prima fronte contra hostem congregari, ac dubio militi in semetipso præbere exemplum virtutis, ut cum ita gesserit, tunc demum maiori cum autoritate exercitum cohortari possit. Recte ergo continuo docturus, primam tentationes nostras in semetipsum admisit, & vicit, atque vincendo milites suos vincere voluit. Quare autem triplicem fraudulentum hostis tentationem perferre voluit? Singulas consideremus, cuius generis vnaquæque sit intueamur, iamque se ostendat altitudo rationis in humilitate tentationis. Si filius dei es, dic ut lapides isti panes fiant. Tentatio hæc nimis antiqua est, nam ipsa gula est, per quam primus homo tentatus atque illectus est. Non, inquit, in pane solouit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Sic planè tunc respondere debuerat homo rationalis, Nō in omni vel solo paradisi ligno viuunt homo, sed in præcepto quod à deo propositum est illi bene custodito. Nō sic dixit, magis ad mortuum, quam ad huiusmodi respōsum os suum aperuit. Idcirco ille seruus factus est eius, à quo & superatus est. hic autem legem intendens regalem liber procedebat, cui dicebatur in psalmo. Intende prospere, procede, & regna. Si, inquit, filius dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia angelis suis deus mandauit de te, &c. Tentatio hæc Iudaicæ curiositatis est. Nam Iudæi signa petunt, Et illi quidem tentauerunt deum in cordibus suis, ut peteret escas animabus suis. & male locuti sunt de deo, dixerunt. Nunquid poterit deus parare mensam in deserto, &c. dixeruntque. Est ne deus in nobis, an nō? Hic autem datum homini acceptans præceptum, scriptum est, inquit, Non tentabis dominum deum tuum. Hæc, inquit, omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Tentatio hæc paganæ dementiæ est. Pagani quippe vel gentes propter regna mundi & gloriam eorum, diabolium in simulachris adorauerunt, & ut foris exaltarentur, intus ceciderunt. Hic autem stans in gradu suo, poplite recto, & inflexibilis regis libertatis collo, scriptum est, inquit, subauditur homini. Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruius. Igitur o speciosissime forma præ filiis hominum, te solum regnare decet, regnumque obtinere Iudæorum pariter & gentium, quia tentatus per omnia pro similitudine vicisti, & absque peccato supergressus es tentationes Iudæorum & gentium, quibus vniuersaliter in Adam, quibus particulariter in semetipso tentati & omnes vincti sunt, præter vnum, sicut scriptum est. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Et quia victori regi seruitus debetur à suis lætantibus ministris, tunc, inquit Euangelista, reliquit eum diabolus, & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei.

De prædicatione domini & regis nostri, quam tradito Iohanne incepit, & de testimonio prophetico, ubi inter cetera dictum est, multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis.

CAP. XVI.

**C**um autem audisset Iesus, quod Iohannes traditus esset, secessit in Galilæam, & cetera usque, docens in synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni. Tancquam ad regalla properans insignia, vnum hic Euangelista, eundemque primum Euangelij annum prætermisit, de quo Iohannes plurima scribit. Et recte ab eo hic incipit, quod Iohannes traditus est. nam extrunc publicè rex & dominus iste sua potestate vtens prædicare cœpit. erat enim, inquit, docens eos, sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi. Nec verò solum id impletum esse credimus, quod hic de propheta testimonium sumpsit. Terra Zabulon, & terra Nephtholim, & cetera, usque lux orta est eis. sed & reliqua eiusdem capituli prophetici, quæ propter prolixitatem suppressimus, tanquam ostio patelasto, reliquit intelligenda hic scriba magni regis. vt scias hunc esse, de quo scriptum est illic, & vocabitur nomen eius ammirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo & usque in sempiternum. Pœnitentiam, inquit, agite, appropinquabit enim regnum cœlorum. Iuxta prophetæ præscriptum testimonium agebat, vt multiplicaretur eius imperium, quod est regnum cœlorum, peccatores ad pœnitentiam inuitans, & deinde Simonem Petrum, & Andream fratrem eius, ceterosque apostolos vocans. Nam si quæras, qualiter multiplicandum foret eius imperium, faciam vos, ait, fieri piscatores hominum. Denique sic factum est. Pauci qui tunc regem suum secuti sunt, facti sunt piscatores hominum, & extunc multiplicatur imperium Christi regis magni multitudine gentium, sublati aduersarij & inimica morte, pax erit, & pacis non erit finis.

Quod

Quod Iesus vocatis turbis docuit discipulos suos, quales esse debeant, qui militent regno dei.

CAP. XVII.

**V**idens autem turbas, ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli eius. Et aperiens os suum, docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, & cetera. Loquatur nunc nobis rex, & dominus noster leges regni sui, iam non montis exigui, sed ipsius ascensor cœli, sedens non in vertice montis terreni, sed ad dexteram maiestatis in excelsis, aperiens pro imperij maiestate non sensualiter os suum, sed inuisibiliter thesaurum suum, in quo diuitiæ salutis, id est, sapientia & scientia repositæ sunt. Gloriam quippe regni eius & potentiam loqui gestiens, secundum Euangelistam hunc, qui de illo penè cuncta regalia loquitur, huc usque properauimus, ubi vidēs turbas ascendit in montem, & aperuit regale os suum vt ipse loqueretur ore suo rex, qui loquebatur prius, per suorum ora præconum. Loquebatur, inquam, dignas apertione oris sui sententias. & docebat qui vel quales esse debeant, qui militent regno dei, quo belli ordine, vel qualibus armis promerendum sit, vt sempiterna stipendia percipiant illius regni. Putabant enim carnales filij regni, qui audierant illud repromissum fuisse patribus suis, quod tempore illo Messia imperante diuites sibi forent, atque opulenti, vacaretque superbire in diuitijs. putabant reges & principes terreni imperij auditio nomine huius regis qualis fuerat Herodes, quod sanguinem suum fundere, sibi que vrbes, & vestigalia præripere haberent milites regni dei.

Quales leges & qualia edicta sint huius regis regni dei, vt non sit cur timere debeat propter eum Herodes & ceteri reges mundi, cum sic prænuntiat regni sui militibus.

Beati pauperes spiritu, &amp;c.

CAP. XVIII.

**B**eati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. O amabile regnum dei, o pia & venerabilis conditio, proposita quærentibus regnum dei. Beati, inquit, pauperes spiritu, beati habentes spiritum timoris domini, quia tamen diuites in hoc seculo sunt, vt fuit Abraham, tamen regali purpura vestiti incedant, & crebros de hostibus triumphos ducant, vt fecit Dauid. corde contrito, & humiliato ambulat spiritu, cognoscentes se esse pauperes spiritualibus bonis, mendicantes iugiter, & supplici gemitu stipem postulantes, ab vno & solo diuite rege regni dei. Hoc peruersus ille angelus in cœlo non fecit, arbitrans semetipsum sufficere sibi, & cecidit angelus, & factus est diabolus. Hoc primus ille generis nostri pater Adam in paradiso non fecit, arbitrans proprijs semetipsum diuitijs adornare posse ad similitudinem dei, & idcirco à paradiso excidit, & in infernum cecidit. Miseri ergo superbi omnes tumido spiritu. beati autem pauperes spiritu, quia sic mendicando grandem elemosynam, id est, regnum cœlorum, de manu regis consequuntur. Nam hoc est quod de isto rege, de isto filio regis, vel de iudicio eius Psalmista dicit. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum. Item. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Paupertatis imperandæ ipse, vt regem decet, exemplar est. Nam de illo in propheta tale insigne est. Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator, ipse pauper, & ascendens super asinum & super pullum filium asinæ. Itemque pro illo contra Iudam siue Iudaicum populum conuestio est hæc. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum & compunctum corde, mortificare. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Mites, id est, spiritum pietatis habentes, mansueti atque tractabiles, non opera sua defendentes, sed veritati consentientes peccata sua. Isti beati, quoniam possidebunt terram, quam pro contrario spiritu perdidit immitis atque intractabilis Adam. Manum quippe dei pertractantis atque dicentis, quare hoc fecisti, spinosus ericius immitti responsio exasperauit, dum dixit mulier, serpens decepit me & comedi. dum dixit vir, mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Immites ista se defenderunt, & idcirco miseri, quia terram viuientium perdidērunt. Beati autem mites, qui neque iudicia vel mandata dei reprehendunt, neque semetipsum defendunt, quoniam ipsi possidebunt terram, non istam terram mortuorum atque morientium, quam reges immites armis cruentis sibi subiiciunt, & tamen eam possidere non possunt, sed terram viuientium, in qua est lignum vitæ, quæ reuera fuit lacte & melle. Nihilominus quod hic prædicat militibus, exemplo suo persuadet alibi rex ipse, dum veraciter dicit. Et discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati, inquam, isti, qui tantum à spiritu scientiæ profecerunt, vt sciant tempus istud tempus esse lugentium, vt sciant lugere mortuos suos, id est semetipsum, quia in Adam omnes mortui sunt, & ex eo non est domus in qua non sit mortuus, cum vniuersali originali peccati morte, trahente vnoquoque actualis etiam peccati morticinum proprium. Quis in hac scientia lugent, id est, pœnitentiam agunt, nihilominus beati sunt, quoniam ipsi consolabuntur. ipsi enim sunt, quibus promittitur & datur paracletus,



Super filios autem Israel quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit domus Dauid. Hoc, inquam, factum nouerat, sibiq; simile euenturum erat. Si enim in adulterio simul & homicidio Dauid, sacrum inuenerunt sancti patres exemplar celestis mysterij, cur non in stultitia regis pueri reperisse nos iuuet altitudinis similitudinem diuitiarum sapientiae & scientiae dei? Constat quippe certa & vera patrum eorundem attestacione, quia quod a domo Dauid scilicet sum est regnū Israel, tribus autem Iuda adhæsit regi suo, simile vel par est ei quod accidit uero Dauid Christo, quando a fide eius multitudo seditiosa per multas atque multiloquas hereses scissa est, sola autem uere confessionis ecclesia fabricantibus illis vitulos mendacij ueritatem tenens adhæsit regi suo, & templo dei sui. Itaque quod nunc ait rex iste, rex nouus nondū per passionem mortis gloria & honore coronatus, audistis quia dictum est antiquis. Ego autem dico uobis, & in omnibus angustiam ostendit esse uiam regni sui, magis quā hactenus fuerit, penē idem est ac si dicat. Pater meus posuit super uos iugum graue. ego autem addam super iugum uestrum. Pater quippe deus pronis ad sanguinem hominibus graue iugum imposuit, dicendo, Non occides. graue iugum petulcis arque luxuriosis, dicēdo, Non mœchaberis. graue iugum iurantibus, dicēdo, Non peierabis. graue iugū iracundis, ac propriae uindictae audis, dicēdo, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Hic autem filius eiusdem dei super iugum illorum, addidit dicēdo, Omnis qui irascitur, reus erit. omnis qui uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est. nō iuretis omnino, sit sermo uester, est est, non non, & ego autem dico uobis, non resistere malo. Quid igitur hoc sibi uult, nisi quia rex iste deus est, & iudicij dominus, & quod regno terreno solet obesse, hoc celesti prodest regno eius? Denique reges terræ ab hominibus fiunt, tributisq; egent, & uestigialibus hominum suæ anhelati inopiae subueniunt reges egeni & inopes. huic autem celesti domino & regi ueraciter dicit sapiens terræ rex. Deus meus es tu, quoniam honorum meorū non eges. Proinde homines terreni ut reges fiant, & in domibus regum sint, mollibus uestiantur, id est, placencia loquantur, nam rex iste qui ueraciter dicit hominibus. Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. rex, inquam, iste vnus & solus, non ab hominibus, sed a domino, sed prae dicit illis dura & aspera, per quæ itur ad deum. Nec uero quicquā in hoc est quod uereatur aut uereri debeat prudens magister militum, Nam si is qui uenit reuera deum querere, & regno dei ueraciter militare cupit. nulla terretur austeritate legis militaris, sciens quia rex qui dura hæc proposuit, dicit in sine sermonis. Omnis ergo qui audit uerba mea hæc, & facit ea, assimilabit uirō sapienti, qui ædificauit domum suam supra petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Qui hæc non attendunt, iuxta quod Apostolus ait, Omnes quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi, similes sunt scribis & pharisæis, quos euangelista cōtinuō denotat, cum dicit. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorum & pharisæi. Potestate namq; se priuant, qui eum quippiam ab aliquo accipiunt, illum censent militem bonum, qui autem nō dederint aliquid in ore eorum, sanctificant super eos bellum. Hoc rex iste non faciebat, idcirco sic dictum est. erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi, id est, non sua querendo, contempribilem faciebat docendi auctoritatem, quem admodum illi.

*Quomodo ueraciter dictum sit: Erat enim docens eos sicut potestatem habens, secundum signa quæ fecerat. CAP. XX.*

**A**mplius autem. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ eorū & pharisæi, subauditur, siue boni siue mali. Fuerunt enim in illis scribæ boni, uidelicet, quorum Moyses & Eldras erant optimi. Fuerunt & boni pharisæi, scilicet Aaron, & filij eius, imo quotquot erant sacerdotales aut Leuitici generis. Nam pharisæi clerici dicuntur illius populi. De optimis sumamus comparationem. Non sicut Moyses & Aaron erat iste docens, sed sicut potestatem habens. Verbi gratia. Dixitq; dominus ad Moysen. Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel ut proficiantur. Tu autem eleua uirgam, & extende manū tuam super mare, & diuide illud, ut gradientur filij Israel in medio maris per siccum. Sic & in cæteris quæcunque fecit non penes se potestatem habebat, quippe qui homo & non deus erat, & idcirco necessario ad deum potestatem habentem clamabat. Hic autem sicut potestatem habens cuncta peragebat, quippe, qui non homo tantum, sed deus & homo erat. Consideremus ergo eius opera, quomodo sicut potestatem habens illa faciebat. Descendit illo de monte cum sequeretur eum turbæ multæ, ecce, inquit, leprosus ueniens adorauit eum, dicens. Domine, si uis, potes me mundare. Non dixit, si clames ad deum, potes emundationē mihi obtinere, sed quod magnæ fidei est, si uis ait, potes me mundare. At ille ueraciter potestatem habens, uere eandem potestatem

potestatem gestu quoque corporis significaret, extendens manum tetigit eum, dicens. Volo, Mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Deinde accedens Centurio, potestatem illum habere, ut habebat uerē, egredia fide confessus est. Tantum, inquit, dic uerbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate, habens sub me milites. Et dico huic, uade & uadit. & alio, ueni & uenit. & seruo meo, fac hoc & facit. Denique hac proposita similitudine uir admirandæ fidei, hoc uoluit subintelligi, ut diceret. Tu homo qui & deus es, passiones omnes & uniuersas infirmitates habes potestati tuæ & iudicij tuis militantes, & dicis huic, uade & uadit. dicens, inquam, huic spiritui infirmitatis, recede & recedit. dicens item alio, cum causa & ratio postulat, ueni & uenit, ut scilicet flagelleretur, quem flagellari uolueris, tu qui malis seruitijs nostri bene uti. Itaque potestatem confessus est, & responsum accepit, sicut potestatem habentis pro merito suæ fidei, uade, & sicut credidisti fiat tibi. Sic & cætera quæcunque faciebat, sicut potestatem habens operabatur, & non sicut scribæ & pharisæi. imo nō sicut summi principes Moyses & Aaron, quibus ut aliqua facerēt clamore & oratione opus erat, & idcirco rectē admirabantur turbæ super doctrina eius.

*Quod illud ad potestatem regiam pertinuerit, ut alijs quoque potestatem daret eijciendi immundos spiritus, & curandi omnem infirmitatem, & quorum signa, antiquorum sanctorum, an apostolorum potiora fuerint. CAP. XXI.*

**Q**uia de potestate loqui coepimus, & potestatem regiam domini nostri agnoscere debemus, quod maxime ad hanc rem attinet nō prætereāmus. Et conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorū nomina hæc sunt. Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Philippus, & Bartholomæus, Thomas, & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Iscariotes, qui tradidit eum. Ecce potestatem habens uerē regiam, potestatem habens iure diuinam. Nec uero solummodo potestatem habens, sed potestatem hominibus dare potens. Quid amplius, inquam, hominibus cōtulit deus, in forma dei, quā nunc deus in forma hominis, dominus in forma serui. Conferamus nunc potestatem quam dedit Moysi deus in forma dei, potestati quam dedit hic apostolis deus in forma serui. In quo fuit illa potestas, quam Moysi potens iste dederat. In proijciendo uirgam coram Pharaone, ut draco fieret, & uirgas maleficorum deuoraret. in educendo ranas & cynifes, cynomaniam quoque, & mortem in omne pecus Aegyptiorum. in spargendo fauillam in cœlo, ut fierent ulcera in homines. in extendendo manus in cœlum, ut dominus ignem & grandinem plueret, & ut super omnes fines Aegypti locusta ueniret, & ut per triduum in tota terra Aegypti tenebræ fierent, & ut percussis a domino primogenitis Aegyptiorum eleuaret uirgam super mare, quo diuisio populus transiret. Magna quidem magnæ potestatis opera sunt hæc, ueruntamen prudenter considerandum, quia non adeo uicini salutis humanæ potestas illa operata est. Nam extra ipsam hominis substantiam cuncta peracta sunt. Hic autem & ipse potestatis dominus circa ipsam hominis substantiam operatur, & ipsi quibus potestatem largitur, uidelicet potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & ut curarent omnem languorem & omnem infirmitatem. Vbi maior clementiæ gratia, ubi sine dubio maior uenerandæ potestatis dignitas. Hæc opera potestatis simul & gratiæ sunt, & uiciniore salutis, & idcirco rectē referuata sunt aduentui saluatoris, cuius & propria potestas est, & per quem gratia facta est. Prophetarum tamen nobilissimi Helias & Helisæus quædam huiusmodi opera fecerunt. Nam Helias mortuum resuscitauit, Helisæus quoque & mortuo uitam reddidit, & leproso laucrum quo mundaretur ostendit. Verum hæc ita facta sunt, ut uitæ & salutis per potentem huic perficiendæ sacramenta præsignarent, sicut ipse in Euangelio insinuat, dicens. In ueritate dico uobis, multæ uiduæ erant in diebus Helisæi in Israel, quando clausum est cœlum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptha Sidoniæ ad mulierem uiduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Helisæo propheta, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

*Quomodo iuxta prophetiam dicentem: Audi serue meus Iacob & Israel, quem elegi, & cetera: Iste uerus Iacob & uerus Israel, & quia iste duodecim filios carnaliter, hic duodecim apostolos spiritaliter genuit, quibus hanc potestatem dedit. CAP. XXII.*

**Q**uibus primis potestatem hanc potens iste dedit, XII. apostoli sunt, de quibus & Marcus. Et fecit, inquit, ut essent XII. cum illo, & ut mitterent eos prædicare, & dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et hoc ualde delectat, quod hic homo celestis uerus Iacob & spiritalis Israel in primordio suæ gentis uel generationis XII. spiri-



uales filios genuit, illum Iacob siue Israel in typum sui præcessisse comprobās, qui carnaliter filios X II. patriarchas patres & principes futuræ gentis carnaliter genuit. Hic est enim veraci-  
 ter ille Iacob & ille Israel, cui in Esaia dicebat pater. Et nunc audi serue meus Iacob & Israel,  
 quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundam spiritum  
 meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, &c. Quid enim verius  
 si ad istum respicias, quid, inquam, verius aut certius eo quod ait. effundam spiritum meum su-  
 per semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam? Effudit enim super hoc semen,  
 & super hanc primitiuam stirpem eius spiritum sanctum in suam, & in eodem spiritu benedictio-  
 nem suam, quando apparuerunt illis dispartitæ linguæ tanquam ignis, seditq; super singulos  
 eorum, & experunt loqui varijs linguis, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Quid enim  
 deinde? Et germinabunt, inquit, inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste di-  
 ceret. Domini ego sum, & ille vocabitur in nomine Iacob, & hic scribet manu sua domino, & in  
 nomine dei Israel assimilabitur. Hoc ita verum est, vt assertionem nostram non indigeat, imo vt  
 nesciri non liceat, quia post effusum sanctum benedictionis spiritum, continuo qui pauci fue-  
 rant, germinauerunt quasi salices, id est, multiplicati sunt velociter conuocando atque conuer-  
 tendo omnes gentes, & iste atque iste pro modulo quisq; suo professus est, quid esset, aut quid  
 posset, secundum gratiam quam pro voluntate distribuentis domini ac dei consecutus est. Igitur  
 vt ille Iacob siue Israel X II. filios, sic verus iste Iacob & verus Israel spiritualiter initu suæ  
 gentis duodecim genuit apostolos. Et ille de suis carnalibus, paruuli sunt, ait, quos donauit  
 mihi deus, & iste de suis spiritualibus, Ecce, inquit, ego & pueri quos mihi dedit deus.

Genes. 31.  
 Esaia. 3.  
 Hebr. 1.

Cur inter tales filios ac principes regni dei, Iudam quoque qui ad illud regnum non perti-  
 nebat, ipse omnia sciens admisit. CAP. XXIII.

**S**ed inter istos regis filios & regni dei principes, quid ille Iudas, qui regis eiusdem proditor,  
 & filiorum regis proditor futurus erat? Neque enim ignorans illum rex elegit, quippe qui  
 alio loco dicit. Ego scio quos elegerim. Vt quid ergo talem elegit, & huic tali potestatem cum  
 cæteris dedit? Ac si iam interrogassemus eum, ipse respondit. Vt adimpleatur scriptura, qui  
 manducat meum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Sed nunquid talem non ele-  
 gisset, nisi hoc scriptura prædixisset? Imo nisi talem electurus fuisset, scriptura hoc nõ dixisset.  
 Verbo verò electionis hic nõ absurdè vtimur, cum ipse dicat. Nonne ergo vos duodecim ele-  
 gi, & vnus ex vobis diabolus est? Quare igitur malum sciens inter bonos admisit? Nimirum  
 vt prior ipse faceret, quod postmodum in parabolis, quas primas locutus est nobis, esse facien-  
 dum docet. Cum enim parabolam seminantis, quam primam dixerat, exposuisset, continuo  
 hanc aliam proposuit, dicens. Simile factum est regnum cælorum homini qui seminavit bo-  
 num semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminauit  
 zizania in medio tritici, & abijt, & cætera. Nimirum paterfamilias seminis boni seminator,  
 qui hæc dicit, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum, sinite vtraque  
 crescere vsque ad messem. ipse est rex regni cælorum, id est, præsentis ecclesiæ, vel congrega-  
 tionis sanctorum, in qua bono semini zizania, id est, filijs regni filij nequam, quos inimicus dia-  
 bolus super seminauit, vsque ad messem, id est, vsque ad consummationem seculi permixti sunt.  
 Illos tolerari iubet, cum dicit. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, cum sæpissimè citius  
 efflorescant, & sublimius crescant, ita vt summos honores in ecclesiasticis gradibus apprehen-  
 dant, eo quod nihil noceat bonis permixtio malorum, quos pro tempore inuiti sustinet, quia  
 corrigere nõ possunt. Igitur quod præceptorum erat, rectè & vt præceptorè decebat, prior ipse  
 fecit, admittens Iudam in illo sanctorum numero, quibus potestatem dabat eiciendi spiritus im-  
 mundos, & curandi omnem languorem, omnemq; infirmitatem. vt scias, dona dei peruenire  
 ad illos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit is per quem accipiunt, qualis fuit & Iudas.

Lucæ. 22.  
 Matth. 27.

Sciendum tamen, quia postquam, vt Lucas scribit, intrauit in eum satanas, & abijt, & lo-  
 cutus est cum principibus sacerdotum, & magistratibus, quemadmodum eum traderet illis.  
 Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare, & spopōdit. iam nec in eiciendis spiritibus im-  
 mundis, nec in languoribus aut infirmitatibus curandis illa potestate apostolica vsus est, quip-  
 pe qui sequenti die inter cœnandum per buccellam intinctam proditor designatus continuo  
 exiit, & antequam eum quem tradiderat in crucem suspenderent Iudæi, laqueo se ipse suspen-  
 dit. Nec verò tam segnis patientiæ, veros Christi apostolos fuisse arbitremur, vt postquam ille  
 designatus est, si non exisset, communicare illi potuissent, vt prius. Hęc idcirco dicitur, vt zi-  
 zania, quæ inimicus homo semini bono superfeminauit, non absque discretionem rerum vel tem-  
 porum toleranda esse, vel communionem illorum nihilobesse putemus. Cum adhuc esset Iu-  
 das occultus fur, id est, solus sciret deus Christus, nihil bonis apostolis operat, quod eius comu-  
 nione vel potestate apostolica commiscebatur. At vbi terribilissima eius iniquitas actus prodijt, vt  
 cum inimicis

cum inimicis domini & magistris sui pactum iniret proditoris & homicidij, vbi hoc homini-  
 bus norum fecit homo Christus, nunquid rationi placet, sine culpa potuisse fieri, vt deinceps  
 illi diabolo aliqua homines fideles communionem commiscerentur? Sic nimirum quandiu qui-  
 libet filij nequam quantalibet regno Christi scandala faciant, ira agunt, vt tamen sub nomine  
 Christiano regantur, solusq; quales sint nouerit deus, tolerandi sunt. At vbi manifesto cõuictos  
 actu nominauerit ex nomine quo digni sunt, Christus, qui in ecclesia loquitur, iam nec ratio,  
 nec veritatis regula patitur, vt cum huiusmodi vel cibum sumamus.

1. Cor. 5.

De inimicis regni dei qui dicebant: In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia,  
 quibus ait: Omne regnum diuisum contra se, desolabitur. CAP. XXIII.

**P**rima potestas regis huius erat in eiciendis demonibus, hoc modo inuidiæ flamma per-  
 uos mouit inimicos eius. Oblatus est ei demonium habens, cæcus & mutus, & curauit  
 eum; ita vt loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant. Nunquid hic est fi-  
 lius David? Pharisei autem audientes, dixerunt. Hic non eijcit demones nisi in Beelzebub  
 principe demoniorum. Querimus & scire cupimus, isti inimici regni dei, quales apud se in-  
 tus fuerint, qui foris tales apparuerunt. qui tantum, tamq; horridum blasphemæ putorem,  
 per apertas oris & linguæ portas efflauerunt, contra conscientiam propriam, contra verita-  
 tem de bacchantes, sibi non incognitam. Sciebant enim, quod demonia dominus eiecerit in  
 digito dei, sciebant, inquam, eadem ratione duce, qua & magi coram Pharaone scire potue-  
 runt & dicere, digitus dei est hic. Querimus ergo. Et vnde scire poterimus? Ait. Omne regnum  
 diuisum contra se, desolabitur. Et omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si  
 Saranas Satanam eijcit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Validum  
 quippe argumentum, & quo vehementius, verius, atque constantius apud oratores seculi siue  
 dialecticos nullum est. Sed quid illo conficitur? Hoc nimirum, quod non possit stare regnum  
 Satanæ. Sic enim conclusit. Quomodo ergo stabit regnum eius? Ergo ne stud. in quæstione  
 erat, vtrum staret regnum eius? Nunquid hoc affirmauerant isti aduersarij regni dei? Si non  
 affirmauerant, frustra negat. Frustra, quod absit, contra illos tam validè argumentatur sapiens  
 rex regni dei. Compellimur igitur dicere, illos aduersarios eius tam pessimos, tamq; peruer-  
 sos fuisse, vt in auribus eius & si non vocis strepitu, certæ cogitationis clamore dicerent, stare  
 regnum Satanæ. Sed rem tam grandem vnde poterimus probare? Parum quippe cupiam  
 videatur vt dicamus. Nisi istud in cordibus eorum affirmaret Satan ipse qui eis dominabatur,  
 non econtrario, sic dominus noster argumentaretur. Ergo ad sanctæ & veridicæ scripturæ au-  
 thoritatem confugiamus. In Esaia loquitur spiritus sanctus, nimirum iam dudum audiens bla-  
 phemias, quas ab istis illusoribus erat accepturus. Propter hoc audite verbum domini viri  
 illusores, qui dominamini super populum meum, qui est in Hierusalem. Dixistis enim. Percu-  
 simus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cum transierit,  
 non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio prorecti sumus.  
 Idcirco hæc dicit dominus deus. Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem pro-  
 barum, angularem, preciosum in fundamento fundarum. Qui crediderit, non festinet. Et po-  
 nam iudicium in pōdere, & iustitiam in mensura. Et subuertet grandis spes mendacij, & pro-  
 tectionem aquæ inundabunt. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum  
 inferno non stabit. Flagellum inundans cum transierit, eritis ei in conculcationem. Quando-  
 cunque pertransierit, tollet vos. Tali propheticæ veritatis præeunte testimonio dicere non  
 dubitamus, eos tam fuisse perditos, vt apud deum omni spe diruta, sese ad diabolum diuer-  
 tissent, & per arcana maleficiorum commercia pactum cum illo pepigissent, facturi quicquid  
 tali domino placuisset, vsque ad ipsam regis magni dei interfectionem, dummodo templi di-  
 uitiis & consuetas populi rapinas non perderent. Nam hoc est, quod & in quadam dicitur pa-  
 rabola. Occidamus eum, & nostra erit hæreditas. Cum autem tam terribilè mendacium  
 poruissent spem suam, & mendacio se protegi sperarent, multum contra eandem spem suam fa-  
 ciebat, cum dicerent. In Beelzebub principe demoniorum eijcit demonia. Hæc enim di-  
 cendo facebantur, quia demonibus nulla est fides, nulla concordia, nullus pacti tenor, nulla  
 iurati fœderis custodia. Opportune igitur Iesus sciens cogitationes eorum, omne, inquit, re-  
 gnum diuisum contra se, desolabitur, & cætera. Sciens, inquit, cogitationes eorum. Quas co-  
 gitationes eorum? Non vti que quod dixerunt, in Beelzebub principe demoniorum eijcit de-  
 monia. Nam hæc erant dicta. Sed sciens cogitationes eorum, & audiens dicta eorum, cogita-  
 tiones, inquam, sciens, quibus Satanæ regnum stare sperabant, vnde & fœdus cum morte  
 percusserant, & cum inferno pactum fecerant, & audiens dicta eorum, quibus idem Satanæ  
 regnum facebantur esse diuisum, vt conuinceret eos ex ore ipsorum, quod decepti ac perditii in  
 mendacio spem suam posuissent, talem facere dignatus syllogismum. Omne regnum diuisum  
 contra se, desolabitur. & omnis ciuitas vel domus diuisa contra se, non stabit. Et si Saranas  
 ZZZ ij Satanam

Math. 12.

Exodi. 8.

Esaia. 23.

Math. 23.

Satanam eijcit, aduersus se diuisus est. Quomodo ergo stabit regnum eius? Et continud. Et si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri in quo eijciunt? Nam filij quoque eorum apostoli potestate (vt supra dictum est) sibi tradita iam dæmonia de obsessis corporibus eijcere poterant vel cœperant. Futurum autem erat, vt & de animabus gentium eijcerent, atque de templis, aris, & simulachris abigerent, eisdem aduersarijs videntibus atque inuidentibus, & dicere non valentibus, quod hoc facerent in Beelzebub, eo quod Beelzebub contra semetipsum facere non posset id, in quo maximè regnum suum destrueretur, scilicet idolorum cultus. Quid ergo, inquit, tunc dicetis. Nihil quidem habebitis quod dicatis, & nihilominus tamen persequemini. Quid deinde? Ideo ipsi iudices erunt vestri. Sedebunt enim super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel, quia videlicet cum fecerint quod primum facere oportebit, id est, primū vobis verbum dei locuti sint, vos non credetis. Idcirco vos iudicaturi, itaque iudicantes conuertentur ad gentes. Si autem ego in spiritu dei eijcio dæmonia, igitur peruenit in vos regnum dei. Ac si diceret. Si ora vestra blasphemijs fluentia, continuertis, mentemq; & linguam correxeritis, vt dicatis quod dignum, quod verum est, quia in spiritu dei eijcio dæmonia, igitur peruenit in vos regnum dei, vt liberati à seruitute peccati, sedes & domus efficiamini regni dei. Sed vos non per ignorantiam, sed per inuidiam, non per errorem, sed veritatis odium loquimini sic. Ideo dico vobis, omne verbum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemie non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei. Qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Denique verbum ille contra spiritum dicit, qui veritatem sciens ex scripturis, quæ verique verba sunt spiritus sancti, veritatem eandem in iniustitia vel mendacio detinet, præ furore inuidie vel odij rotans verba aliena contra conscientiam cordis sui. Huic nimirum non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro, non quod vltimum peccatum verè poenitentibus irremissibile sit, sed quod talis ad humilitatem veræ poenitentiae nunquam aspirare dignus sit iudice deo, iudicante ipso, in quæ peccauit, spiritu sancto.

*De primatu Petri apostoli inter illos principes regni dei, & quod cum adhuc nesciret quale foret ipsum regnum dei, cum diceret: Absit à te domine, non erit tibi ita, ipsius regni dei potestatem acceperit.*

CAP. XXV.

**P** Rædicti xii apostoli, potestatem (vt dictum est) acceperant, vt spiritus immundos eijcerent, & omnem languorem, omnemq; infirmitatem euangelizando regnum dei curarēt, omnes equidem, sed inter omnes vnus per primogenitam fidem Petrus hoc promeruerat. Primus hinc dixit, Tu es Christus filius dei viui, vt clauis eiusdem regni dei acciperet, dicente sibi rege ipso, collaudatore probatæ fidei. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui est in caelis. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Et portæ inferi non preualebunt aduersus eam. Et tibi dabo clauis regni caelorum, Pars iuris celestis, & senatoriæ dignitatis quæ subiecta est his verbis, Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis. & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. cæterisq; apostolis communiter contradita est. Dixit enim alibi. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in caelo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in caelo. Itemq; & alibi. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Itaque potestas quidem communis omnium, sed vnum & singulare, vnius est Petri priuilegium, cui prius & singulariter dictum est, tibi dabo clauis regni caelorum. Potestatem, inquam, regni dei acceperunt, sed eiusdem regni scientiam non habebant. quale foret hoc regnum, qua via, vel quali ordine in illud esset ascendendum, tam princeps Petrus, quam cæteri ignorabant. Vnde cum diceret rex ipse, quod oporteret eum ire Hierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occidi, & die tertia resurgere, quod erat profectio in regnum introire, assumens eum Petrus coepit increpare illum, dicens. Absit à te domine, non erit tibi hoc. Statimq; audire meruit. Vade post me Satana, scandalum es mihi, quia non sapias ea, quæ dei sunt, sed quæ hominum. Simpliciter nimis Saranas, id est, aduersarius erat, nimiumq; simplici voluntate communi bono contraibat. De cæteris autem Iacobus & Iohannes filij Zebedei multum eadem errantes ignorantia, magister, inquit, volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt. Da nobis, vt vnus ad dextram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Itaque qui ad hoc vocati erant, vt vniuerso mundo prædicarent regni dei gloriam, quam rudes, quam indocti, quam paruuli, & infantes erant. Idcirco rex ipse, idemq; magister paruulorum eruditor fieri dignatus est, ita vt propter hoc ipsum quod paruuli erant, quibus lacte, & non solido cibo opus erat, in parabolis loquebatur ad eos, quatenus per notarum similitudines rerum ad incognita regni celestis mysteria paulatim nos introduceret,

*De parabolis*

*De parabolis eiusdem regis introductorijs, ad cognoscenda mysteria regni dei, & de eo quod ait: Vobis datum est nosse mysterium regni dei, cæteris autem in parabolis, subiungens: quia videntes non vident, & audientes non audiunt.*

CAPVT XXVI.

**E**T quod maximè in Euangelistæ huius dispositione delectabile est, quot erant apostoli, totidem, id est, duodecim erant introductæ parabolæ. Prima est parabola seminantis, quidam seminat, quædam (inquit) ceciderunt secus viam, & venerunt volucres & comederunt ea. *Matth. 13.* Et reliqua. Sanè quod in illa vel pro illa parabola dicit eis. Vobis datum est nosse mysterium regni dei, illis autem non est datum, vel vt apud Lucam manifestius. Cæteris autem, inquit, in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant, non de illo tempore, quo hæc dicebantur, sentiendum est, sed de illo quo venturus erat spiritus sanctus, & docturus eos omnem veritatem. Quo nimirum intendens ipse, continuò passurus dicit ipsis. Hæc in prouerbis locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbis loquar vobis. *Iohan. 16.* Secunda parabola est hominis, qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & supereminauit zizania in medio tritici, & abiit. Tertia est, quam proposuit, dicens. Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod minimum quidem est omnibus seminibus, cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres caeli veniant & habitent in ramis eius. Quarta hæc est. Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier in farinae satis tribus donec fermentaretur totum. Quinta. Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit homo, abscondit. Sexta. Simile est regnum caelorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas. Septima. Simile est regnum caelorum sagenæ missæ in mari, & ex omni genere piscium congreganti. *Matth. 13.* Octaua. Simile est regnum caelorum regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum coepisset rationem ponere, oblatu est ei vnus, qui debebat decem millia talenta. Nona. Simile est regnum caelorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane, conducere operarios in vineam suam. Decima. Simile est regnum caelorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Nam duas in hoc numero prætermittimus, quas non tam discipulis suis, quam principibus sacerdotum, locutus est inimicis suis, quarum vna hæc est. Homo quidam peregrè proficiscens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero vnum. In his parabolis introducendi studio loquebatur illis, aliquando solis, aliquando simul astantibus, & audientibus turbis. Planè quod in prima dixit. Vobis datum est nosse mysteria regni caelorum, siue regni dei, illis autem non est datum, vel cæteris autem in parabolis, sicut supra dicere coeperamus, tunc adimpletum est, quando principes isti accepto spiritu sancto, spiritu veritatis, omne coeperunt nosse mysterium regni dei, quod occultum erat in lege & prophetis, nos autem populares vel plebei, quibus tanta non collata est gratia, coepimus præeunte fide, ex parabolis istis Euangelicis eadem paulatim percipere mysteria regni dei. Sed quid est quod subiungit, ideo in parabolis loquor eis, vt adimpleatur in eis propheta Esaiæ prophetæ, dicens. Auditum audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & non videbitis? Num idcirco loquebatur in parabolis, vt illi de quibus hoc prophætatum fuerat non perciperent mysteria regni dei? Hoc nempe vt intelligamus, ipse literæ textus vel ordo compellit. Dixerant enim discipuli stantibus in litore turbis. Quare in parabolis loqueris illis? Cui nimirum percunctationi, ne dicam intentioni, siue voluntati, quia vera nec dum via tendere sciebant ad manifestationem regni dei, percunctationi, inquam, satisfacere hoc erat, vt manifestè & non in parabolis, sed actu ipso, & potentia spectanda cunctis iam se ostenderet regem esse regni dei. At ille tali ordine processurus erat rex regni dei, vt intus admitterentur humiles illuminati, superbis relictis foris, vt errarent cæci in plateis. Cum igitur dixisset, vobis datum est nosse mysterium regni dei, terribiliter prore & tempore subiunxit, quia videntes non vident, & audientes non audiunt.

*De virtutibus eius siue miraculis, quod talia sint, vt ex illis manifestentur potestas simul & misericordia regis dei.*

CAP. XXVII.

**V**irtutum opera parabolis prædictis ad idem regni dei consignantia sic Euangelista iste contexit, vt in omnibus & regalis potestas, & misericors gratia, diligenter expectantibus

ZZz iij stantibus

stantibus appareat. Sunt autem numero decem & octo, quæ certis & locis & personis ædita  
 Matth. 8. sunt. Primum est vbi descendente illo de monte, & sequentibus turbis, ecce leprosus ve-  
 niens adorabat eum, dicens. Domine si vis, potes me mundare. Et extendens manum, teti-  
 git eum, dicens. Volo, mundare. Secundum, vbi Centurioni dicenti. Domine non sum di-  
 gnus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, miratus si-  
 dem eius, cum regali imperio dixit. Vade, & sicut credidisti fiat tibi. Tertium, vbi tetigit  
 Ibidem. manum socrus Petri, & dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Quartum, vbi fa-  
 cto motu magno in mari, surgens qui dormiebat rex coeli, terræ, & maris, imperauit ven-  
 Ibidem. tis & mari, & facta est tranquillitas magna. Quintum, vbi dæmonibus rogantibus eun-  
 dem regem potestatem habentem, ac dicentibus, si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum,  
 Ibidem. tales non longa vel familiari responsione dignatus est, ait. Ite. Sextum, vbi paralyticum  
 videns in lecto iacentem & fidem offerentium, cum dixisset, confide filii, remittuntur tibi pec-  
 Matth. 9. cata tua, & pro hoc quidam de scribis murmurarent, dicentes. Hic blasphematur. vt sciat, in-  
 quit, quoniam filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralyti-  
 Ibidem. co. Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Septimum, vbi mulier quæ san-  
 guinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius.  
 At ille conuersus, & videns eam, solito cum imperio dixit. Confide filia, fides tua te saluam  
 Ibidem. fecit. Octauum, vbi dominator vitæ & mortis. recedite, inquit, non est enim mortua puel-  
 la, sed dormit. Et electa turba, tenuit manum eius, & surrexit. Nonum, vbi clamantibus  
 Matth. 12. duobus cæcis, miserere nostri fili David, confessionem approbans regij nominis, secundum si-  
 dem vestram, inquit, fiat vobis. Decimum, vbi obrulerunt ei hominem mutum dæmonem  
 Ibidem. habentem, & eiecit dæmonio, locutus est mutus. Vndecimum vbi dominus sabbati con-  
 uictis aduersarijs, quod liceat sabbatis benefacere, ait homini manum habenti aridam. Ex-  
 tende manum tuam. Et extendit. Duodecimum, vbi oblatum est ei dæmonium habens,  
 cæcus & mutus, & curauit eum ita vt loqueretur & videret, & pro hoc inuidentibus atque  
 blasphemantibus pharisæis, ius suum defendit, quod ipse esset rex regni dei, qui fortem arma-  
 tum alligare venerit, ipsi autem serui eiusdem tyranni in ruina regni eius diuisi forent inuol-  
 uendi. Tertiumdecimum, vbi quinque milia virorum, exceptis mulieribus & paruulis, de  
 Matth. 14. quinque panibus hordeaceis facit & duobus piscibus, propter quod & iuxta alium Euan-  
 Marci. 6. gelistam, rapere volebant eum, & facere regem sibi. Quartumdecimum, vbi discipulis pe-  
 riclitantibus in medio mari, quarta vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, & Petro  
 Matth. 15. dicenti. Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas, ipse ait, veni. Quintumdecim-  
 um, vbi cum dixisset mulieri Chananæ, rex & nobilium filiorum pater ingenuus, non est  
 bonum sumere panem filiorum & mittere canibus, illa respondit. Etiam domine, nam & ca-  
 telli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum, seueritatem imperij vel iu-  
 dicij sui mox in clementiam conuertit, o mulier, inquit, magna est fides tua, fiat tibi sicut  
 Marci. 6. vis. Sextumdecimum, vbi miseratus turbam, eo quod non haberent quod manducarent,  
 Matth. 15. & si dimitteret eos ieiunos, deficeret in via, saturauit de septem panibus & paucis pisciculis IIII.  
 Matth. 17. milia hominum, extra mulieres & paruulos. Septimumdecimum, vbi Petrum & Iacobum  
 & Iohannem fratrem eius ducit in montem excelsum, & transfiguratus est ante eos, & resplen-  
 dit facies eius sicut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt  
 illis Moyse & Helias cum eo loquentes, in quo præsignauit illam, quæ nunc est regni sui glo-  
 riam, contestantibus Moyse & Helia, id est, lege & prophetis, quia rex ipse est iam immorta-  
 Matth. 17. litatis carne regnans semper in splendore diuinitatis. Octauumdecimum, vbi homini  
 prouoluto genibus ante eum, & dicenti. Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & ma-  
 le patitur, respondens ait. O generatio incredula & peruersa, quousque ero vobiscum, usquequo  
 patiar vos? Afferte illum ad me. Et increpauit illum, & exiit ab eo dæmonium. Et hoc, in-  
 quit, genus non eijcitur, nisi per orationem & ieiunium, quod tamen eiecerat ipse potestatem  
 habens non per orationem, neque per ieiunium. Post potentis misericordiæ suæ, siue mise-  
 ricordis potentiæ magna hæc opera, per quæ cunctis regno suo seruientibus maiora intus bo-  
 na spiritualiter præsignabat, vnum ponitur opus terribile, quo eiusdem regni sui hostibus ma-  
 gnitudinem significauit, eius quæ nunc est illis iræ, & vindictæ. Intrauit, inquit, in templū dei,  
 Matth. 21. & eiciebat omnes vendentes & ementes in templo, & mensas nummulariorum & cathedras  
 Iohan. 2. vendentium columbas euerit. Denique hoc non tenuiter attendendum est, in potentia regis,  
 quod cum vno flagello de funiculis, homo tunc vilis, & in tantum vilis, vt postea crucifigere-  
 tur, hoc fecit quod infinitus non potuisset facere exercitus. Tumultus ille quo sic perturbati,  
 funiculus ille quo de templo sic eieci sunt, tempestatem illam præsignauit, qua de regno dei  
 proiecti sunt, longis peccatorum suorum funibus circumdati à sanguine Abel iusti, locum quo-  
 que & gentem tollentibus Romanis, cuius rei tumultum totus orbis audiuit.

Qualiter

Qualiter in fine tollenda sint omnia scandala de regno dei, & quod non vanè pater  
 Augustinus velit intelligi Mattheum in leonis facie.

CAPVT XXVIII.

Nemo ferè qui nesciat, nemo prorsus qui nescire debeat, cuncta hæc cæteraque quotidiana  
 eius facta & dicta, sicut à patribus sanctis sunt expolita, regni dei, id est, ecclesiæ præ-  
 sentis continere mysteria, quod videlicet regnum usque ad finem seculi, ex bonis, malisque per-  
 mixtum secundum edictum, pariter exemplum regis eruditur & perficitur in omni patien-  
 tia. Tandem qualiter de hoc regno tollenda sunt omnia scandala, quod per multiplices apud  
 hunc Euangelistam significabatur parabolas, terribiliter hæc nouissima ante passionem pro-  
 locutio regis indicat. Cum autem, inquit, venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes an-  
 geli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gen-  
 tes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidem à  
 dextris, hœdos autem à sinistris, & cætera. Iam sæpe dictum, & sæpe dicendum est, quia cuncta  
 ferè sic locutus est hic Euangelista, vt vbiq; spectanda nobis proponatur tam vocibus quam  
 sensibus regni cælorum maiestas regia persona regalis domini nostri Iesu Christi potestas. Hoc  
 animaduerso, pater Augustinus, vbi euangelicæ quatuor facies spectandæ proponuntur tam  
 in Apostolo, quam in propheta, non vanè arbitratur, aut intelligi vult, quod facies leonis sit  
 Mattheus, facies autè hominis Marcus, licet alij plures econuerso tradiderint, quod in homi-  
 ne Mattheus, in leone Marcus sit agnoscendus. Nos huius ætatis sextæ finem facientes de  
 septima breuiter quid loquamur, vt iuxta propositum ad laudandam, atque adorandam sancti  
 spiritus gratiam, quandoque lassiperueniamus.

Matth. 25.

August. lib. de consens. euangelist. li. 1. cap. 6. Sup. Ioh. tract. 26. di.

De septima ætate mundi, quod veraciter sabbatum dicatur & sit, id est, requies, & quid  
 sit illa.

CAP. XXIX.

Septima mundi ætas, non pro tempore, vel temporum ordine ætas dicitur, aut septima  
 nuncupatur. Neque enim quomodo quinta quartæ, quomodo sexta quintæ, sic illa huic  
 sextæ temporaliter succedit, sed coniuncta velut ex latere, usque ad finem seculi, usque ad vniuersa-  
 salis diem resurrectionis, cum ea currit. Est autem alterius seculi secretum, in quo electorum  
 animæ depositis corporibus, felici sabbatismo, cum deo requiescunt, quæcunque per sex æta-  
 tes mundi, diuersis meritis operum, differentes quidem mansiones, sed eandem requiem ingre-  
 di meruerunt. Ipsa sabbatum, id est, requies dicitur & est, quia nihil illic operantur, sed operum  
 suorum mercede recepta, quieto deinceps otio seriantur. In huius sabbatismi typum legale il-  
 lud sabbatum circumcisioni datum fuisse rectè intelligitur, vt quicquid de illo carnali sabbato  
 litera legis loquitur, de isto spiritualiter intelligat homo rationalis. in spiritu legis spiritus, in ve-  
 ritate literatus. Exempli gratia. Memento, inquit dominus, vt die sabbati sanctifices. Hoc præ-  
 ceptum in decalogo, tabulis digito dei inscriptis, quartum est. Quod tunc demum veraciter  
 sic intelligis, vt scribentis dei digito dignum sit, vt sanctificare diem sabbati id esse sentias, ac  
 si dictum esset. Memento vt quicquid honi operaris, non pro qualibet transitoria, & vana re,  
 sed pro æterna facias remuneratione. Igitur præsentis vitæ tempus operandi quod bonum  
 est, rationem vel oportunitatem habet. illius autem seculi cuncta longiturnitas quiescentium  
 est, fixamque & immutabilem sabbati legem possidet. In illam requiem deus prior ingressus  
 est, quod & scriptura testatur, cum dicit. Compleuitque deus die septimo, opus suum quod fece-  
 rat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod parrarat. Apostolus autem. Qui enim,  
 inquit, ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus.  
 Festinemus ergo ingredi in illam requiem, & cætera.

Exod. 20.

Gene. 2. Hebr. 2.

Quod reuera Christus post passionis laborem in illa sabbatizauerit, & resurgens ex mor-  
 tuis, iam in octauam introierit.

CAP. XXX.

Amplius autè post passionis, & mortis laborè, in illo sabbato suo, requieuit deus. Deus enim  
 erat in Christo, & quia propter personæ vnitatè congruè deus laborasse dicit, vbi labo-  
 rauit, & usque ad mortè fatigatus est Christus, pulchrè requieuisse deus dicit, vbi exempta cor-  
 pori per crucem sabbatizauit anima, de qua nunq; recessit semel assumpta verbū deus. Tunc  
 ergo deus in sabbato suo requieuit, ab operibus suis, quando deus & homo Christus, &  
 secundum animam in secreto diuinitatis, & secundum corpus in sepulchro terræ requieuit.  
 Delectat valde illa dei dispositio, sex diebus operantis in sudore passionis, & septimo deposita  
 carne quiescentis. Nam sicut Euangelica fideliter narrat historia, primo dierū, id est, die do-  
 minica in ciuitatem Hierusalem passurus introiuit, secundo & tertio micis agnus inter lanistas  
 ZZz iij crude

crudelissimos, iuges insidias pertulit. Quarto à discipulo suo traditus est. quinto testamentum scribens filijs, hæreditatem corporis & sanguinis sui delegavit. sexto moriendo suum omne opus, acri cum labore consummauit. septimo in sepulchro requieuit, & in illa etate quam dicimus septimam, usque ad primam sabbati cum beatis spiritibus sabbatizauit, deinde resurgendo à mortuis, iam in octaua est, id est, in gloria immortalitatis & incorruptionis. Maxime ergo illo respicientes dicamus cum Apostolo, quia qui ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis deus. Etenim illo labore suo, & illa requie sua, requiem nobis acquisiuit deus, & dominus noster Iesus Christus, ut deposita carne, mox in septima requiescamus, donec resurrectione carnis celebrata, iam in octaua regnemus.

Hebr. 4.

Quod ad hunc sabbatismum nos inuitet, dicendo: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.

CAP. XXXI.

**H**æc itaq; septima ætas, septimum respicit diem creationis mundi, sabbatum, id est, requiem domini, septimum à spiritu timoris domini, spiritum possidens sapientiæ quæ ipsa requies est filijs suis. Ad hanc omni auiditate festinant filij sapientiæ, & cum adhuc pro conditione mortalitatis hic laborent, illuc mente transpositi properant, quanta possunt ex parte requiescere. Inuitat enim eos iugiter mater sapientiæ, cum dicit. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Cum autem hæc dicit clamando foris, in plateis dando vocem, intus nihilominus spiritu sancto docet, intus in corde persuadet, ut tædium patientes curarum & solitudinum huius seculi, dulcedine delectentur sanctæ contemplationis. Veniunt ergo ad scholam sapientiæ, iuxta & illud consilium quod offert in psalmo eiusdem sapientiæ spiritus, dicendo. Vacate & videte, quoniam ego sum deus. **Psalm. 45.** In qua schola quanto quisque melius atque efficacius studuit, tanto vicinior arque apparitor factus est huic septimæ, id est, requiei. & cum à scholis egreditur, quanto exercitator est in verbo dei, tanto honorabilior assistit ante faciem regis, & in illo æterno choro beatorum gradum altiore ordinante illo sortitur, testante propheta, cum dicit. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor in firmamento, & qui ad iustitiam erudierint plurimos, quasi stelle in perpetuas æternitates. Proinde veraciter quidem beata actiua, sed beatorum vita contemplatiua, domini quoq; testimonio, qui illa non improbata istam collaudat, Maria, inquiens, optinam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

Matth. 11.

Psalm. 45.

Daniel. 2.

Luca. 10.

FINIS SECUNDÆ PARTIS LIBRI HVIYS, DE sancta trinitate, & operibus eius, respicientes opera filij secundæ personæ trinitatis eiusdem.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI.

Liber Primus.

De gemina resurrectione mortuorum, quarum altera nunc resurgimus in anima accipiendo spiritum sanctum, altera viuificabuntur & mortalia corpora nostra, propter inhabitantem in nobis eundem spiritum sanctum.

CAPVT I.

**O**MNIPOTENTIS iram simul & gratiam Psalmista breui laude conitens, auertente, inquit, te facie turbabuntur, auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Quod enim memoriter tenendum, & suppliciter cõsistendum est, propter peccatum vnius hominis, auertit deus faciem suam, & turbati sumus, abstulit spiritum nostrum & defecimus, & in puluerem nostrum reuertimur. Et hic dupliciter iræ vindicta geminæ mortis pena intelligenda est. Nam quo die comederit ex ligno vitæ, auertit deus faciem suam, & p̄uaricatores turbati. i. in aia mortui sunt, & p̄ter illam mortem auferet illo spiritum eorum, & dicet homini, quia puluis es, & in puluerem reuertentis. Quod iridè fideliter credendum, & cum omni gratiarum actione recolendum est, propter iustitiam vnius hominis Iesu Christi, emisit deus spiritum suum, & creati sumus, & facie terræ renouauit. Et hic

Psalm. 103.

Gene. 3.

Et hic duplicis gratiæ indulgentia geminæ gloria vitæ, vel viuificationis agnoscenda est. Nam qua die vel hora credit homo in Christum, & baptismi eius percipit sacramentum, emittit deus spiritum suum & creatur, ut omni vetustate peccati abolita, iam noua secundum animam creatura sit, & præter hoc facies terræ, id est, terrenum corpus, quod inueterauit & mortuum est propter peccatum, renouabitur in nouissimo die resurrectionis. Hæc duplex gratia recreationis animarum, & renouationis corporum, hæc gemina resurrectio mortuorum, nunc nobis ruminanda atq; tractanda est, in laude & gloriam eiusdem spiritus sancti, dei & domini nostri, cuius emissio per Christum nostras iam animas viuere fecit, & corpora viuificabit. Nam corpus quidem, inquit Apostolus, mortuum est propter peccatum. Spiritus vero viuuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, conuiscabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.

Roma. 8.

Quod nouus homo Christus primum ac præcipuum opus sit sancti spiritus, & idcirco sermonis de operibus eiusdem spiritus sancti principium à conceptione illius hominis rectè debuerit inchoari.

CAPVT II.

**V**erum speculandæ huius gratiæ via recta, legitimusq; ordo, tunc demum nobis seruabitur, si gratiæ principem, & largitorem, dei & hominum mediatorem, hominem Iesum Christum prius cognouerimus. Ipse est secundum hominem, primum ac præcipuum spiritus sancti opus, quo pulchrius aut pretiosius nihil vnquam fecit deus, aut iste dei spiritus. Nouus hic homo, noua hæc creatura est. Forrè dicis. Si Christus noua creatura, si vt Apostolus ait. Et nos in Christo noua sumus creatura, quomodo verum dixit scriptura, quia requieuit siue cessauit deus die septimo ab omni opere suo quod patrarat? Quomodo cessauerat, si hanc nouam creaturam facturus erat? Ad hæc inquam primo sciendum, quia persona quam scriptura illa veterem narrat condidisse creaturam, deus pater est. Persona, inquam, quæ dixit, & dicendo fecit, pater est verbi, quo coeli firmati sunt, pater est generans verbum, per quod omnia facta sunt. De ipsa nihilominus persona sentire litera postulat, quod requieuerit, & cessauerit. Num ergo quia deus pater cessauerit, consequitur, quod spiritus eius cessauerit? Non vtrique, nam est cessauit pater, cuius erat proprium condere rerum naturam, non cessauit spiritus sanctus, cuius est opus proprium meliorare naturam. Sic rectè distinguamus patrem deum & spiritum sanctum deum, vt pater condiderit, spiritus sanctus reformauerit quam voluit creaturam, & vtraque persona per tertiam siue mediam, id est, per filium. Sed pater per filium deum tantum, spiritus sanctus per filium iam hominem factum. Nam sicut nulla creatura facta est nisi per filium deum. sic nulla reformata est, nisi per eundem filium deum hominem factum. Itaque, vt dicere cõperamus, nouus homo Iesus Christus, primum ac præcipuum spiritus sancti est opus, quippe qui de spiritu sancto conceptus est. Igitur vt magnum & euidens habeamus ostium sermonis de creatore, spiritu sancto renouante faciem terræ, ab illa eius emissionem sumemus principium, de qua angelus ad Mariam. Spiritus, ait, sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et hoc quidem faciemus, si prius breuiter faciem eiusdem sancti spiritus in confessione veræ fidei præuenire meruerimus.

1. Tim. 2.

1. Iohan. 2.

2. Cor. 6.

Galat. 6.

Psalm. 32.

Luca. 1.

Quod spiritus sanctus patri & filio consubstantialis deus ac dominus sit, & quod hæc proprie persona sit amor dei, quem qui non habet angelus, est diabolus: qui non habet homo, cum angelo non habente damnatur.

CAP. III.

**S**piritum sanctum credimus & confitemur, verum esse deum & dominum, patri & filio consubstantialem & coæternum, id est, per omnia secundum substantiam quod patrem & filium, non eundem in persona quem patrem & filium. Nam sicut alia patris, & alia filij, sic nihilominus alia est persona spiritus sancti, diuinitas autem & gloria atque maiestas quæ patris & filij, eadem nihilominus est spiritus sancti. Et vt persona filij, & huius spiritus sancti proprietates, alijs quoque discernamus vocabulis, sicut filium verbum patris dicimus siue rationem, non vtrique verbum affectiuum, neque affectatam rationem, sed substantiale verbum, & rationem sempiternam & substantialiter viuentem. sic spiritum sanctum dicimus patris, & filij charitatem, siue amorem, non vtrique accidentalem charitatem, neque aduentitium amorem, sed substantialem charitatem, & æternæ constantiæ amorem. Qui amor quanti sit momenti, imò quantæ sit maiestatis, vt aliquatenus speculari mereamur, conferamus nunc in eodem genere vel specie creaturam eius participem, creaturam quæ eius particeps non est. Certè si de angelica specie duos cõferas, alter diabolus, alter fortè sanctus Gabriel, aut gloriosus Michael est. Si de humano genere, verbi gratia, de apostolico sumas ordine, alter beatus Petrus apostolus, alter Iudas diabolus est. Attamen hoc solum interest, quod hic homo, vel hic angelus, huius amoris est particeps, ille autem homo, vel ille angelus non est eius particeps. Vterq; ex maiestate verbi per quod

per quod factus est, hoc habet, ut sit rationalis, hoc solo, ut dictum est, differunt, quod hic habet, & ille non habet communionem huius amoris. Claret itaque etiam in isto proprietate operationis spiritus sancti, quia videlicet per verbum patris esse sumptum, per spiritum vero sanctum, bene esse sumit creatura rationalis.

*Quod procedens sit spiritus sanctus, & quod filius quidem a deo processisset, hic autem a deo procedere recte dicatur.*

CAP. IIII.

**H**ic deus, hic spiritus sanctus, alias quidem mitti, vel emitti, ut supra meminimus, emittit spiritum tuum, & creabuntur, alias autem procedere dicitur. Parum erat ad maiestatem vel gloriam eius, quod mitti dicebatur, nisi & procedere diceretur. Etenim saepius persona inferior mitti dicitur, & potest non sua voluntate venire vel ire qui mittitur. At vero spiritus sanctus in persona sua dominus, mittente se non minor est, & sua gratia cum mitteretur venire dignatus est. Recte igitur procedere, vel procedens dicitur, ut ipso verbo dominantis personae dignitas pariter & voluntas indicetur. Procedere autem vel procedentem hunc esse, non quilibet auctor, non angelus aut propheta, sed ipse ore proprio deus & dominus noster Iesus Christus primus dixit. Cum venerit, inquit, paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit. Et notandum, quod de seipso loquens praeterito huius verbi tempore usus est, ego enim, inquit, ex deo processit & veni. Itemque alibi. Exiui a patre, & veni in mundum. de isto autem non praeterito, sed praesenti tempore dixit, qui a patre procedit. Etenim aliter ipse a deo processit, nascendo videlicet ante secula, de secreta substantia patris, ut conderet mundum, quod semel factum est, siue assumendo carnem, ut qui inuisibilis erat visibilis fieret, quod iterum semel factum est. Aliter spiritus iste procedit, cum subiectae creaturae gratiam impendit, quod toties fit, quoties vivificat ea, quae mortua erant, & replet ea quae vacua fuerant. Amplius autem atque abundantius in illa beata vita, quam speramus, de divina maiestate aeterna processione procedit, quomodo calor de substantia ignis, quia ut iam dictum est, ipse amor est, imo & torrens voluptatis, qui illic nunquam deficit.

*Quod filius a patre solo processit nascendo, spiritus autem sanctus a patre procedat, & filio, & quod in enuntiando non nihil distantiae sit, cum filius alias absolute pater, alias pater meus dicit.*

CAPVT V.

**S**ed & in hoc differt, quia filius de solo patre processit, videlicet nascendo, ut iam dictum est, hic autem spiritus de patre filioque procedit. Nec enim quia sic dixit filius dei, spiritum veritatis, qui a patre procedit, consequitur, quod non ab ipso etiam procedat filio, cum & hoc praemiseric ipse, quem ego mittam vobis a patre. Longe melius est, quod intelligi voluit, sic distinguendo, quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis, qui a patre procedit. Sciendum quippe, quod in nomine patris, alias quidem vna de tribus personis, alias autem sine distinctione personarum, deus siue diuinitas debeat intelligi. Discretionis huius vis, si Euangelica rite verba perpendas, in promptu est. Nam alias absolute patrem, alias cum possessiuo pronomine, patrem meum, pater meus, patris mei dicit ipse filius dei. Vbi sic patrem nominat procul dubio distinctionem facit personarum, patris & filii, & quae illic de semetipso loquitur, longe superexcellunt formam serui. Exempli gratia. Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Item. Ego veni in nomine patris mei. Et alibi. Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. Vbi autem absolute dicit pater, non vnam personam, sed simul patris & filii & spiritus sancti, vnam vult intelligi diuinitatem, & quae illic de semetipso loquitur humiliora sunt, & formam serui non supereminent. Verbi gratia. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam, sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Item. Confiteor tibi pater domine coeli & terrae. Hoc animaduerso nullum mouet scrupulum, imo fidei confert plurimum, quod ita dixerit. Cum venerit paracletus, & caetera. Quid enim est, quod cum dixisset, quem ego mittam vobis, addidit a patre, nisi ut intelligas quia quod spiritum sanctum mittit dei filius, non est ex humanae naturae paupertate, sed ex diuinae sufficientia naturae? Et quid est quod a patre meo procedit, dixit, nisi quia non ab vna tantum persona, sed absque personarum distinctione a diuina maiestate spiritus sanctus procedit?

*De processione spiritus sancti, quia non de patre solo processerit, sed de patre & filio procedit.*

CAPVT VI.

**I**gitur filius de solo patre generatione processit inenarrabili, hic autem spiritus sanctus, de patre & filio processione procedit nihilominus ineffabili. Habemus tamen in hac nostrae peregrinationis paupertate, quaedam primitias intelligentiae, vnde sciamus, eum non tantum de patre, sed & de filio procedere. Ecce enim scripturam sanctam legimus. Quid autem scripturam

scripturam sanctam nisi verbum dei esse credimus? Plane multa sunt verba digesta calamo prophetarum, sed vnum est dei verbum vniuersitas scripturarum. verbum, inquam, vnum quod velut semen de legitimo viro suo deo fideles animae conceperunt, & ore facundo parientes, signis quibusdam, id est, literis, ut nobis cognoscendum transmitterent, tradiderunt. Cum igitur scripturam sanctam legimus, verbum dei tractamus, filium dei per speculum & in enigmate praeculis habemus. Et reuera, si beneuoli lectores sumus, si beneuoli auditores lectioni assistimus, legendo vel audiendo accendimur, legendo vel audiendo ad amorem dei proficimus. Nonne ergo de scriptura sancta nobis amor dei processit? Quid autem est amor dei, nisi ut supra iam diximus, spiritus dei? Procedit donum ex patre, ut per scripturam intellectam cognoscamus filium patris. procedit nobis amor ex intelligentia scripturae, ut amemus patrem filii, diligamus filium patris. Nonne ergo iam nobis etiam hoc modo spiritus sanctus ex patre filioque processit? Igitur quoniam, dum viuimus, solem illum in sua claritate fulgentem videre non possumus, saltem ex isto speculo colligere licet, quia de patre & filio procedit hic spiritus sanctus. His pro tempore & re, de adoranda maiestate spiritus sancti breuiter dictis, iam nunc in consideratione pulchri operis eius ipso duce pergendum est.

*Quod sacrarium huius spiritus sancti beata Maria dei patris sponsa fuerit, & ex ipsa fructus omnis extiterit, propter quem antiqua ecclesiae virum se fuisse, deus pater asseruit.*

CAPVT VII.

**P**rimoque sciendum, beatam virginem Mariam templum & sacrarium huius dei, & domini nostri spiritus sancti, sponam esse vel fuisse dei patris, atque in ea completam esse causam, cur synagogam, id est, ecclesiam prioris populi, idem deus pater se adamasse, atque in coniugium assumpsisset, tam multis testetur scripturae locis. Verbi gratia, cum in Ezechiele dicit. Quando nata es in die ortus tui, non est praecisus umbilicus tuus, & aqua non es lora in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non peperit oculus meus super te, ut facerem tibi vnum de his miseris tui, sed proiecta es super faciem terrae in abiectione animae tuae in die qua nata es. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi, cum esses in sanguine tuo, viue. Dixi, inquam, tibi cum esses in sanguine tuo, viue. multiplicatam quasi germen agri dedi te, & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundum muliebrem. Vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit, & eras nuda & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te, & ecce tempus tuum, tempus amantium. Et expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam, & iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait dominus deus. Et facta es mihi, & laui te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & vixi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calciaui te hyacinthino, & cinxi te byssino, & indui te subrilibus, & ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum, & dedi in aurem super os tuum, & circulum auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo, & ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multis coloribus. Haec utique dicendo, virum se factum profiteretur synagogae, quam de Aegypto produxerit, conculcaram in sanguine peccati, & fanatici erroris, quo seruierat dijs Aegyptijs atque in monte Sina, cum ea pactum ingressus sit, & legalis scripturae ornamenta dederit. Nam quod pactum inibi cum illa ingressus sit, claret, hoc modo narrante scriptura. Ille vero sumptum sanguinem resperit in populum, & ait. Hic est sanguis foederis quod pepigit dominus vobiscum. Multa eiusmodi sunt in scripturis prophetis, multis in locis, vbi virum siue maritum ecclesiae siue synagogae sese deus esse asseruit. Nunquid laetabunda aut ludicra leuitate, & non cum certa rei pondere, haec loquebatur, omnis sapientiae pater deus, cuius est amor magnus & immensus, hic deus, hic spiritus sanctus? Absit hoc. Actum quippe vir esse intendebat rationalis creaturae humanae, id est, filium sibi ex ea generare, quod & facere iam incipiebat, cum haec & haec diceret. cum Moyse & prophetas mitteret. Electas nimirum, & probatae fidei de illa gente animas, vir deus complexibus suis, complexibus castis spiritualiter deus spiritus sanctus admittebat, & in impetu huius amoris sui, huius spiritus sancti, semen suum de secretis suis, verbum suum de profundo cordis sui incuriebat illis. Susceptum in anima fideli verbum veritatis, ora sibi propheterantia sumpta voce corporea laxabat, fidemque ab auditoribus exigebat. Vnde & apud Esaiam tales animae dicunt. A timore tuo domine concepimus, & peperimus, spiritum salutis tuae fecimus super terram. Rem veritatis non extenuet suspitio affectatae similitudinis. Nam reuera quaecunque sancta, & veridica scriptura nobis, de amore dei, vel amante deo loquitur, tam vera, tamque constantia sunt, ut potius haec nostra carnalia de quibus similitudines ducuntur, illis constantis veritatis quaedam quasi umbræ vel transitoriae imagines sint. Verum quia nobis qui de terra sumus, prius ista terrena in notitiam venerunt, idcirco istae res, illae autem

autem rerum similitudines æstimantur, reuera autem illæ res, istæ verò rerû similitudines sunt quæ & illis permanentibus transeunt.

*De beatitudine virginis Mariæ, & cur anterior ecclesia dei patris, posterior filij dei sponsa rectè intelligi ac dici debeat.*

CAPVT VIII.

**I**gitur, vt iam dicere cœperamus, beata virgo Maria sponsa dei patris erat, & causam pro qua gentis illius ecclesiam ille suam in scripturis coniugem dicebat, in ea perficere, id est, verbum suum quod modo iam dicto per corda & ora prophetarum vocale fecerat, per huius beatæ virginis vterum carnem fieri ante omnia seculâ proposuerat. Hoc factò, futurû erat, vt ipsam verbum caro factum, ipse deus dei filius, homo factus, sponsus vocaretur & esset, atq; ad suscipiendas conscriptiones coniugij eius, omnis ecclesia, non relicto patre (quem solum prius virum suum vocare consueuerat) conueniret. Sic autem beata virgo prioris ecclesiæ pars optima, dei patris sponsa esse meruit, vt exemplar quoq; fuerit iunioris ecclesiæ sponsæ filij dei filij sui. Spiritus enim sanctus qui in vtero vel de vtero eius incarnatione operatus est vnigeniti filij dei, ipse de vtero vel per vterum ecclesiæ, per viuificum lauacrum gratiæ suæ multorum operaturus erat regenerationem filiorum dei. Vnde nobis suo loco plenius dicendû erit. Nec verò ab re ita distinguimus, vt præcedentem ecclesiam patris, sequentis filij sponsam esse dixerimus. Nam quem virum non cognouerat, eius coniunx synagoga dici vel esse non poterat. Constat autem, quia dei filium illius temporis ecclesia non cognoscebat. nam excepto quòd paucissimis per prophetas spiritum reuelabatur, de cætero deus absconditus erat. Ergo quia in publico conuentu, in solenni religionis illius cultu non apparebat, neq; adhuc rex deus huic filio suo nuptias fecerat, nondum actu dei filius sponsus aut maritus erat. Pater autè deus quem solum & eundè vix synagoga nouerat, vir eius erat. & vt pro viro legitimo haberetur vehementi zelo exigebat. Verbi gratia. Saltem, inquit, amodo voca me vir meus, dux virginis meæ tu es. Et multa his similia. Igitur iste vir erat. Tota autem talis viri vtilitas, totus fructus, omnis affectus, totus amor, tota virtus, ac generandi vis, quomodo ubi venit plenitudo tēporis in iam dictâ virginem se contulerit, ipsa quæ experta est melius nouit. nos autè audiuius tantum verba æternæ mandata memoriæ, verba Gabrielis archangeli dicentis.

Iohan. 1.

Hier. 3.

Gala. 4.

*De conceptu beate Mariæ virginis per hunc amorem, id est, spiritum sanctum, dicente angelo, Lucæ primo: Spiritus sanctus superueniet in te, & cætera.*

CAPVT IX.

**S**piritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Verba, inquam, hæc nos audiuius tantum, illa autem & prior audiuit, & auditu credens, continuo quod audierat experiri meruit. Vbi enim bene credula mentem suam & os suum aperuit, vt diceret. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum verbum tuum, mox iuxta dictum angeli hic spiritus sanctus superueniens in eam, per apertas fidei ianuas sese infudit. Quo autem sese infudit? Nimirum prius in sacrarium pudici peccatoris. Deinde in templum sacri & incorrupti vteri. in domum peccatoris, vt prophetissam faceret. in vterum, vt matrem faceret. Nā hæc est prophetissa, de qua gratulabundus loquitur propheta sanctus Elaias. Et accessi ad prophetissam, & concepit & peperit filium. Num autè istum solum ad hanc prophetissam accessisse putamus, aut quomodo accedere potuerit miramur? Imò sanctos omnes prophetas, primumq; Moysen ad hanc prophetissam accessisse non dubitamus. Omnes omnino ad illam conuenerunt. omnium enim & singulorum diuinitate gratiæ, & particulares prophetiæ. in istam prophetissam simul conuenerunt, simul spiritu sancto superueniente concurrerunt. Et beatum se Elaias, imò beatos se omnes prophetas sancti, non imò merito crediderunt, quòd hoc modo ad istam prophetissam accessuros se esse nouerunt, quòd ad istud dei templum, ad istud spiritus sancti sacrarium quippiam verbi boni sese afferre cognouerunt. Neq; enim hæc beata virgo particularem vt singuli illorum verbi gratiam, sed vniuersam isto spiritu sancto superueniente suscepit ex eo verbi dei substantiam. & prophetissa singularis facta est, plenam spiritus sancti gratiam suscipiens, totum dei verbum, deum verum prius mente q̄ ventre suscipiens. Hoc dignè nuntius ille perpendens, talem, tamq; inauditam cunctis seculis præmiserat salutationem. Ave gratia plena, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Ad exponendam eius gratiæ magnitudinem parum fuerat dixisse. Spiritus sanctus superueniet in te, nisi addidisset, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Mirò videlicet atq; ineffabili modo, vt fortitudinem sustinere posset conceptus sui, virtus altissimi obumbravit ei. virtus, inquam, altissimi, id est, idem ipse spiritus sanctus, spiritus amoris obumbravit ei. Quid enim puella fragilis, non modo sexu, sed & conditione mortalitatis suscepit aut concepit, nisi validum verbû deû, validam substantiã verbi, de optima substantia patris dei, quæ tremuit angelicè. Etenim vel aspectû eius, nulla valet ferre creatura, nisi hoc spiritu amoris præuicta sit, testante scriptura

Psal. 47.

scriptura eum dicit. Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Hæc autem virgo non vtruncq; aspectui eius præsentabatur, sed de secretis paternis totum se inferebat illi verbum dei, verbum deus. Opportunè igitur obumbrabit illi virtus altissimi, virtus miraculorum potens, sœmineam substantiam deo verbo conciliare valens.

*Quòd non ita superuenierit spiritus sanctus, vt pro semine sit, nec ipse qui conceptus est dici debeat spiritus sancti filius.*

CAP. X.

**I**deoq; ait, & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Quia spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, atq; hoc modo fiet istud quod concipies & paries filium, quæ virum non cognoscis, ideo sanctum quod nascetur ex te, vocabitur filius dei. Num ergo vocabitur aut erit filius spiritus sancti? Non vtriq;. Neq; enim spiritus sanctus ita superueniet in te, vt pro semine sit, aut vt de substantia sit, eius caro verbi, aut filij quæ concipies. Concipies enim de sancto quidem spiritu, sed non generante sancto spiritu. Conceptus iste spiritus sancti non generatio, sed operatio est. Caro de carne virginis, non de ipsa erit substantia sancti spiritus. Et norandum, quòd non dixerit sanctum vocabitur aut erit, neq; erit dixit, sed vocabitur filius dei quod nascetur ex te. Quod enim virgo concepit iam dudum erat. Et antiqua essentia sanctum erat, filius dei erat. Restabat hoc solum, vt vocaretur quod erat, & ipsa vocatio dum vocatur filius dei, manifestaretur nomen dei, quod nondum notum erat, nõ quo dicitur deus, sed quo pater filij vocatur. Vocabitur, inquam, filius dei, quod iam est, non adoptione gratiæ, sed proprietate naturæ. Item & illud norandum, quòd non dixit, qui nascetur ex te sanctus, sed quod nascetur ex te sanctum. Etenim multi quidem sancti, vel sanctificati dicuntur, vnum autem est sanctum, id est, sanctitas qua sancti omnes sanctificantur. Hoc sanctum est iste sanctus sanctorum, quem non in delicto præuaricationis Adæ conceptum vel natum sanctitas accidens sanctificauit, sed essentialiter sanctum, virgo incorrupta de spiritu sancto concepit. Sic igitur melius atq; præstantius dictum est, vt dici debuit, quod enim nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Sed nec illud vacat, quod vocabuli positionem archangelus variavit. Nam paulo ante, & vocabis nomen eius Iesum. hic autem & vocabitur, inquit, filius dei. Illic vocabis, hic autem vocabitur, dixit. Nihilominus & ad beatum Ioseph, & vocabis, ait, nomen eius Iesum. Etenim nomine Iesu, quo plures æqui uocabantur, liberè ab ipsa vel ab Ioseph vocari potuit, filius autem dei siue filius altissimi, vt vocaretur, referendum erat Euangelicæ prædicationi. Vocabitur ergo, id est, inuocabitur ab omni seculo hoc nomine quod est filius dei, filius altissimi. Ecce hæc est illa noua creatura, ille nouus homo, de quo Apostolus. Primus, ait, homo de terra, terrenus. secundus homo de celo, cœlestis. Item. Factus est primus homo Adam, in animam uiuentem, nouissimus verò, in spiritum viuificantem. Proinde iam ad superiora reuertamur, & in laudem dei patris, qui primum illum per omnipotentiam plasmavit, in laudem spiritus sancti, qui nouissimum istum pulchris digitis composuit, duos homines istos conferentes noua & vetera de thesauro eius proferamus.

Lucæ 1. Math. 2.

1. Cor. 15.

*De plasmatione primi hominis terreni, & conceptione secundi huius cœlestis, quanto ista conceptio illa formatione dignior atque perfectior sit.*

CAPVT XI.

**F**aciamus hominem, ait pater, ad imaginem & similitudinem nostrâ, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestiis, vniuersæq; creaturæ, omninq; reptili, quod mouet in terra. Subinde sequitur, & dicit scriptura. Formauit igitur dominus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Homine illum terrenum cum isto cœlesti homine conferentes, hoc primum in factura illius abesse perspiciamus, quòd terram ipsam, cuius de limo formaret eum, non benedixit deus. Ecce autem in ista cœlestis hominis factura noua, dicit archangelus. imò qui in archangelo loquitur spiritus sanctus. Benedicta tu in mulieribus. Et Psalmista per prophetiam huc adductus gratiã, succinit & dicit. Benedixisti domine terram tuam. Amplius autem & in hoc terra ista præpollet. quia terra domini est. Non enim illic dixit scriptura. Formauit igitur deus hominẽ de limo terræ luæ, sed tantum de limo terræ. hic autè non tantum benedixisti domine terram, sed benedixisti, ait, domine terram tuam, &c. Qualis enim illa, & qualis terra ista? Terra illa nullo modo seminis dei perceptibilis, vt potèe irrationabilis, insensibilis, inanimata, immobilis. Terra autè ista animata, sensibilis, rationalis, & quod optimum est fidelis, & propter fidem spiritus sancti, & seminis dei perceptibilis. Non ergo melior aut sapientior est artifex spiritus sanctus, q̄ deus pater, licet iste nouus Adam, qui de spiritus sancti operatione cõceptus est, melior atq; dignior illo sit veteri Adam, quæ fecit pater, sed melior terra, melior & diuinæ rationi vicinior, à spiritu sancto materia sumpta est. Præterea non eadem hic atq; illic vtriusq; siguli intentio. Illic nempe, intentio patris erat condere naturam, hic intentio spiritus sancti facere gratiã. Igitur vt dicere cœpimus.

Gene. 1.

Ibidem 2.

Lucæ 2. Psal. 84.

AAAa

Faciamus

Faciamus, ait pater, hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Alio iam loco diximus, quia manifeste trinitas loquitur, dicendo, faciamus. Veruntamen proprium erat opus patris, facere proprium opus filij, redimere, proprium spiritus sancti opus, illuminare, & ad similitudinē dei hominē producere. Faciamus ergo, ait, hominē. Dixit hoc, & continuo fecit hominē, veruntamen non vt proposuerat, dicendo, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā, sic subiuncta quoque narratio explicat hominis facturam. Ait enim. Et creauit deus hominē ad imaginē suam, ad imaginē dei creauit illum. Non dixit, Et creauit deus hominē ad imaginē & similitudinē suam, non dixit, ad imaginē & similitudinē dei creauit illum, sed tantum ad imaginē suā creauit, ad imaginē dei creauit. Non ergo sic omnino, vt proposuerat deus facere hominē, narrat eadem scriptura factū esse hominē. Et recte atque prouidē, nam illa vice, illo tempore non peruenit homo vsq; ad illam perfectionem. Factus est ad imaginē dei, quia factus est rationalis, non peruenit ad similitudinē dei, quia non imitatus est donum dei. Sed nunquid vitium eius, propter quod à similitudinē dei longius recessit, antiquum dei consilium vel propositum euacuare debuit? Memor igitur hic spiritus sanctus illius propositi, ecce venit ad partem suam operandam, ad facturam hominis perficiendam, vt perduceret hominē ad similitudinē dei, ad quam non peruenit homo, nisi participatione eius, id est, spiritus sancti. Venit, inquam, ipsa similitudo, ipsa imago dei inuisibilis, & in illa beata virgine obuiauerunt sibi, in illa domo pudici pectoris se osculatae sunt. Nam imago dei, vt Apostolus ait, ipse est filius dei, similitudo autem vtriusque hic est, vnus spiritus patris & filij. Quapropter & illud norandum, quod non dictum sit, faciamus hominē ad similitudinē & imaginē nostram, sed ad imaginē & similitudinē nostram. Filius quippe, sicut non est filius patris, & spiritus sancti, sed solius patris, sic non est imago patris, & spiritus sancti, sed tantum patris, & idcirco non recte sic præposteremus ad similitudinē & imaginē nostram, ad imaginē inquam, nostram, id est, patris & spiritus sancti. Spiritus vero sanctus, sicut est spiritus patris, & filij, sic & similitudo est patris & filij, & idcirco recte sic dictum confirmamus, ad imaginē & similitudinē nostram, similitudinē, inquam, nostram, id est, patris & filij. Conuenerunt igitur in beatam virginem similitudo atque imago dei inuisibilis, & sicut in psalmo canimus. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculare sunt. Veritas quippe & iustitia secundum scripturarum auctoritatem, vera sunt nomina huius imaginis, id est, filij dei. Misericordia & pax pia sunt vocabula, huius similitudinis, id est, spiritus sancti. Itaque quod dictum est, Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, hoc repetitum est, dicendo, iustitia & pax osculatae sunt. Dicendo deinde, veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit, remouit impietatem blasphemiae dicentis, quia Iesus ex Maria initum sumpsit. Etenim vnus, idemque dei filius, secundum carnem quidem de terra ortus est, sed secundum diuinitatem prius de caelo prospexit.

De consideratione operis huius spiritus sancti, cum testimonio prophetico, quod pater deus dicit: Eructauit cor meum verbum bonum, & cetera.

CAPVT XII.

Quomodo autem conuenerunt in illud sacrarium hic spiritus sanctus, & ille filius dei, nisi mittente patre, quemadmodum dicit in Dauid. Eructauit cor meum verbū bonū, dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribae, velociter scribentis. Neque enim tantum modo intelligendū est de creatione mundi, vbi pater verbū bonum eructabat, creando quippe, & dicendo, fiat, praesertim cum in isto confestim addat. Speciosus forma praesertim filij hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, &c. Ergo hic quoque, imò hic maxime in vterum virginis, verbum bonū cor patris eructauit, & dixit ipse opera sua regi. Quomodo? Lingua, inquit, mea, turæ humanæ velociter inscripsit, & sic dixi opera mea regi, vt assumptum hominē nihil lateret, omnium quæcunq; feci, vt sciret facere omnia, quæcunq; ego facere sciuī. Igitur qui dixit olim, faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram, eius spiritus hic facit hominē nouum, quem veraciter ipsam consteatur esse imaginē, in quo plenaria non dubitemus inesse dei similitudinē. Et illic quidē dixit, & praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis, vniuersaq; creaturæ, omnique reptili, quod mouetur in terra, hic autem dicit. Populi sub te cadent in corda inimicorum regis. Sedes tua deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui. Ergo illum praesente iussit piscibus, volucris, & bestiis, videlicet dignitate rationis, istum autem populis, scilicet auctoritate diuinæ maiestatis. Cum enim dixisset, populi sub te cadent in corda inimicorum regis, licet hoc idem sit populi, qui inimici fuerant, te adorabunt, vera adoratione cordis, tamē ne quid deesset, saltem in proprietate vocis, continuo subiunxit, Sedes tua deus in seculum seculi. Deum vtiq; huc appellauit, qui tanto & multo amplius praesente debeat populis, quàm ille piscibus, volucris, & bestiis.

Quod

Quod dictum est: Masculum & foeminam creauit eos: hic autem, ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, quomodo illis, & quomodo illum benedixerit.

CAPVT XIII.

Et illic dictum est, Masculum & foeminam creauit eos, benedixitq; illis deus & ait, Crescite & multiplicamini. Masculum, inquit, & foeminam creauit eos. Multo hic honorificentius cum dixisset, dico ego opera mea regi, speciosus forma praesertim filij hominum, diffusa est gratia in labijs tuis, postmodum ei nuptias preparans, ait, ait, regina à dextris tuis. Veruntamen ad huc secretius in ipso virginis ventris hospicio scire debemus quiddam factum longè pulchrius, longè dulcius, eo quod illic factum, dictumque est, masculum & foeminam creauit eos. Scriptum est enim alibi & de isto. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Quo etiam enim sponsus iste de thalamo suo, nisi de sacro intemeratae virginis vtero processit? Scire ergo debemus, de deo & homine Christo, quia sanctus hic spiritus non quidem masculum & foeminam creauit eos, sed in vno vnus, eiusdemque personae Christo, creatam hominis naturam coniunxit increato dei verbo. Et benedixit eis, & ait. Nimirum & hunc deum & hominē deus benedixit, & oleo benedictionis vnxit, imò & in labijs eius omnimodæ gratiam benedictionis diffusit, quemadmodum dicit. Diffusa est gratia in labijs tuis, propterea benedixit te deus in æternum. Et subinde. Vnxit te o deus deus tuus, oleo lætitiæ praesertim consortibus tuis. Praesertim consortibus, inquam, tuis. Non enim quemadmodum consortes tui, qui postquam in delictis, vel peccatis concepti sunt, deinde per gratiā miseratoris diuinae singuli percipiunt dona benedictionis, non, inquam, sic tu, sed in ipsa conceptione plenitudinē possides totius benedictionis, vt de tua plenitudine accipiant omnes consortes, vel participes tui. Et ad quid illis benedixit? Ad hoc nimirum, vt crescerent & multiplicarentur. Sic enim dixit. Crescite & multiplicamini. Et illa quidem benedictio, quantum quidem ex deo, irrita fieri non potuit. quantum autem ex homine, penitus irrita facta est. ita vt melius nobis esset, si non fuisset nati, si non creuissent homines, & non fuissent multiplicati, nisi subuenisset, benedictionem repetendo auctor benedictionis. Huic autem ad quid deus benedixit? Ad quid illum vnxit oleo lætitiæ praesertim participibus suis? Nimirum, vt & ipse cresceret, & multiplicaretur, cresceret in personā suā, qui erat minor paulo minus ab angelis, proficeretque vsque ad dexteram maiestatis in excelsis, & omnia subicerentur illi, multiplicaretur in filiis suis, imò fratribus suis & coheredibus, filijs dei, filijs adoptionis. Ad hoc benedixit huic benedictione regali, benedictione sacerdotali. Omnes quippe, qui eius benedictione creuerunt & multiplicati sunt, reges sunt, sacerdotes sunt, vnde & gratias agentes dicunt. Et fecisti nos deo nostro regnū, & sacerdotes, & regnabimus super terram. In istis rarum veraciter permanet illud, quod subiungitur benedictionis edictū. Et replete terram & subiicite eam. Subiiciunt enim terrenitatem suam, & dominantur bestiis, id est, bestialibus suis, subditorumque sibi hominum vitijs.

Quod homo vterque & primus ille & secundus iste formatus sit de limo terræ, & quid magis in isto non solum venerabile, sed & mirabile, & quod causa non sit, cur verbum vel hic spiritus sanctus vterum foemineum debeat horrere.

CAPVT XIII.

Formauit igitur dominus deus hominē de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo, subauditur ille primus, in animam viuētem, iste vero nouissimus in spiritum viuificantem. Hoc nimirum tam de isto nouissimo, quàm de illo primo veraciter praedicatur, quod tam istum, quàm illum formauit dominus deus de limo terræ. Ceterum in omni multitudine filiorum hominum non fuit, nec est, nec erit, de quo idipsum eodem modo veraciter praedicari possit. Nam omnes quidem homines formantur de limo terræ, sed longè alio modo, alio ordine, id est, non nouo opere, sed vsu naturæ. Ambos istos formauit dominus deus de limo terræ, sed illum quidem dominus de limo terræ insensibilis & inanimatae, istum autem spiritus sanctus de limo terræ, sed animatae, id est, de humore carnis virginis sua formauit operatione. Et illum quidem absq; patre & matre, istum autem de matre sine patre. Vtraque formatio mirabilis. Veruntamen contra argumentatores haereticæ temeritatis dicentes. quomodo de limo terræ primus homo formari potuit, istam quidem mirabilem, sed illam dicere non dubitamus mirabiliorē. Mirabilis quippe est, de terra inanimata hominē fieri, quàm de carne foeminæ, licet virginea, hominē concipi aut nasci. Ergo ista quidem formatio venerabilior, sed illa mirabilior. Ceterum, si ad magnitudinē dignationis respicias, nihil mirabilius inter omnia quæ facta sunt, siue in caelo, siue in terra, quàm id, quod deus dignatus est concipi vel nasci de foemina. Nec enim adeo miramur, quod omnipotens virgini conceptum vel partum dare potuit. mirari autem multo maxime simul & venerari debemus, quia

AAAA ij

quia tantus hoc voluit, quia foemineum deus dei filius, deus dei spiritus utrum non horruit. Non horruit, inquam, verbū dei, verbum deus, quin foemineae carnis homini, quasi coagulatum se commiseret, non horruit spiritus dei, spiritus deus, quin admotis omnibus digitis suis, corporis humani vasculum de illa substantia studiosus figulus perficeret. Attamen si ad rationem attendas, quae causa erat, ut creaturam suam horreret diuinitas? Tu enim quisquis tale quid perhorrescis, perpende ipsum horrorem tuum, utrum ex sensu, an ex ratione sit. Differt enim utrum ex sensu, an ex ratione sit horror, à quo quippiam patiaris. Deniq; in multis sensus magis horrescit id, quod rationis iudicio precellit. Verbi gratia. Serpentem magis quam lapidem tangere perhorrescis. Sed rursus iudicio serpentem lapidi praefere non dubitabis, videlicet eo quod lapis insensibile & inanimatum, serpens autem animatum & sensibile corpus sit. At verò deus nullis sensibus fungitur, deus dei filius, non sensu, sed ratione agit, imò ipse sempiterna ratio est. Sed si ritè perpendas, horror tuus quem super foeminea natura pateris, magis ex sensu, quam ex ratione descendit. Igitur nihil erat propter quod creaturam suam, id est, naturā foemineam abhorreret dei filius, praesertim quam illi praeparasset, quamq; ab omni corruptione immunem conseruaret hic sanctus dei spiritus, qui, ut iam dictum est, totus in ratione est, & nullis subiacet sensibus impassibilis deus.

Quod dictum est: Speciosus forma praefilijs hominum, & quod primus homo tantū formatus, hic autem & forma & formatus rectè dicatur. CAP. XV.

**T**andem formatum istum ab illo formato discernimus, non tantum in eo, quod istum spiritus sanctus de virginea carne, illum autem formauit dominus deus de limo terrae, verum & ipsa formatiois dictione. Dicimus namq; quia formatus ille, forme tantū, hic autē formatus, & ipsa forma est. Quod ut manifestius fiat, diffinitè oportet dici, quid sit formatum, & quid solummodo forma. Formatum id quod constat ex materia simul & forma, simpliciter verò forma, dicitur forma carens materia. Tale autem nihil est, praeter unum deum. Solus quippe ille est forma carens materia. Neque enim ex vlla consistit materia, quippe qui creatus vel factus non est, vnde & nullis accidentibus subiacet, & incommutabilis est. Cetera formata sunt, id est, ex materia, formāq; consistunt, ut verbi gratia, statua. Consistit enim ex materia forte aerea vel lapidea, & forma, quamcunq; artifex voluit, scilicet hominis, equi, aut ceterorū cuiuslibet generis. Sed nec ipsum aë simpliciter forma est, consistit enim ex materia sua, id est, terra. Terra quoq; formata est, & non simpliciter forma. Dicitur enim terra quod sit grauis & sicca. Hoc ergo formarum & forma differt, q; forma simplex solus deus est, qui formatus non est, formata verò cetera, quorū sine dubio potissimū homo est. Nemini quippe dubiū quia formatus est, & quia materia eius terra est. At verò primus ille Adam homo tantum, hic autem secundus & deus & homo est. Igitur formatus ille vti ante proposuimus formatus tantum, hic autem formatus & ipsa forma, vnde & formosus vel speciosus rectè dicitur, speciosus, inquam, forma praefilijs hominum. Pulcherrimum hoc atq; piissimū huius spiritus sancti opus est, quod interuentu amoris aeterni, qui ipse est, formam domini, formato coniunxit homini, coniunctione sempiterna, coniunctione indissociabili, ita ut forma & formatus vnus sit formosus, vnus personae speciosus deus & homo Iesus Christus.

Quod in eo quoque distantia sit, quia in faciem illius primi inspirauit deus spiraculum vitae, in isto autem totus requiescit spiritus vitae, spiritus gratiae.

## CAPVT XVI.

**E**t inspirauit in faciem eius spiraculum vitae. Hoc de illo simpliciter intelligatur, quia eum formatum esset corpus de limo terrae, tunc demum inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, id est, creatam indidit illi substantiam viuientis animae. Hoc etenim astruit scriptura continuo subiungens, & factus est homo in animam viuientem. Ceterum, de isto dignius atque diuinius intelligi oportet, quia inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, id est, inspirauit in faciem eius spiritum vitae, spiritus sanctus plastes eius, opifex munditiae eius, ut requiesceret in eo statione aeterna permanens. Hic enim erat ille flos eius, illa requies eius, quem ipse sibi prophetica veritate pollicebatur, Esaia dicente. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Quam autem in faciem eius inspirauit hoc spiraculum vitae? Nimirum in substantiam rationalis animae. Neque enim dubium cuiquam licet esse, quin totum hominem, id est, corpus & animam fecerit spiritus sanctus, totum inquam hominem assumpserit verbum dei, verbum deus. Nō iuxta quosdā haereticos, verbū in carne pro anima fuit, neq; iuxta alios nimis brutos animam irrationalē & brutā assumpsit, sed veram carnem & animam rationalem, totū hominem verum,

verum, deus verus assumpsit, quia videlicet totus in anima & corpore perierat homo, & idcirco totum, id est, anima & corpus à redemptore suscipi oportebat. In illam faciem, in illam gloriose animae rationem totus spirauit spiritus iste, creaturamq; creatori, substantiam creatam deo increato condignam sua fecit plenitudine, id est, sapientia maturam, intellectu dilatata, consilio prouidam, fortitudine constantem, scientia disertam, pietate mitem, sancto timore humilē. Non enim verbum deus hoc indigebat, ut spiritu sancto repletur, quippe de quo aequè ut de patre deo procedit idem spiritus sanctus, sed anima creata nostrae inopis naturae creatura cū carne sua hoc opus habebat, ut acciperet hunc spiritum, quem & accepit non ad mensurā, ut testatur Iohannes dicendo. Non enim ad mensuram dat deus spiritum, sed rotam, ut iam dictū est, septiformem spiritus gratiam, vnde & factus est homo in spiritum viuificantem.

De comparatione dictionum, quibus dictum est: Factus est primus homo in animam viuientem, nouissimus in spiritum viuificantem. CAPVT XVII.

**C**onferamus hanc quoq; apostolicæ diffinitionis partem, qua dicit in spiritū viuificantem, cū illa vetustiore qua dictū est in animā viuientem. Veraciter in ista plenitudine diuitiarum, in illa vetustate inopiae est. Cū enim dicit in animam viuientē, subaudiendū est, & non viuificare valentem. Nā reuera noster ille parens sic factus est homo viuens, ut naturaliter possit traducere semen ad propagandā sobolem, verum in potestate non habuit, vel ipsi semini suo dare animā viuētem, vel iam viuenti animae sobolis suae gratiā conferre spiritualē. At verò isto praeturfore suo Iohanne prior, ac per hoc sine dubio sua propria carne antiquior sic factus est, ut nihil secundū animalē hominē generaturus, ab illo in carne generatos prius siue posterius, viuificaret in spiritum, quem admodū idē praecursor eius testatur. & de plenitudine inquit eius, nos omnes accepimus. Nā & antequam homo fieret gratiā prophetalem, & postq; homo factus est, acceperunt prophetae de plenitudine eius in hoc eodē spiritu peccatorū remissionē. Igitur longè minus est in animā viuentē, longè altius in spiritū viuificantē. Quamuis autē & post illū apostoli atq; apostolici viri catholici episcopi atq; orthodoxi presbyteri, predicando, baptizādo viuificent, vnus tamen & solus hic homo factus est in spiritū viuificantem. Neq; enim nos aut priores nostri de plenitudine accepimus apostolorū, sed de ista plenitudine eius, de qua apostoli & prophetae acceperunt. Nihil quippe nobis aut sibi metipsis, sine illo facere potuerūt. Cōcepto sequamur ordine operationem spiritus sancti, in isto homine celesti, formā eius aspiciendo in illo terreno, quam & Apostolus breuiter praestendit, dicendo, qui est forma futuri.

Quod illum quidem deus in paradiso voluptatis posuit: in isto autem, quod est mirabilis, quendam paradysum sanctus spiritus contulit, & fluiuium inde doctrinae euangelicae produxit. CAPVT XVIII.

**P**lantauerat autem dominus deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitq; dominus deus de humo omne lignū pulchrum visu, & ad vescendum suauē, lignum etiam vitae in medio paradysi, lignumq; scientiē boni & mali. Et fluiuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigandum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Reuera & antequam flos iste de virga stirpis Iesse ascenderet, plantauerat idem dominus, idem deus spiritus sanctus, paradysum voluptatis spiritualem, & in eo omne lignum pulchrum visu, & suauē ad vescendū, sed super nullū lignorum omnium potuerat requiescere. Paradysus quippe sanctorum antiquorum patriarcharum & prophetarum erat ecclesia, & in ea pulchrū lignū Abraham, pulchrum lignū Isaac, pulchrū lignum Iacob, pulchra & suauia ligna ceteri patres sancti & iusti, quorū fidei fructus hodie quoq; legentibus ad vescendū, id est, imitandum valde suauis est. Et super taliū flores lignorū aliquando hic spiritus domini residebat, sed, ut iam dictū est, super nullū istorū requiescere poterat. Plantauerat, inquam, dominus huiusmodi paradysum voluptatis ab initio, id est, à primo electo. Primus quippe electus, prima huius paradysi fuit plantatio. Et illum quidem hominem posuit dominus deus in locali paradiso, hunc autē paradysum spiritualem, quod mirabile est, posuit spiritus sanctus in homine isto. At tamen cui mirū hoc videbitur, ritè perpendent amplitudinē animae eius? Nec enim paruae amplitudinis est anima, in qua plenitudo diuinitatis inhabitat. Igitur, ut verius dicam, ipsa talis anima paradysus deliciarum dei facta est, totum intra se plantatū continens paradysum scripturarum, lignū etiam vitae in medio paradysi, id est, ipsam verbī aeterni substantiam in medio suo, lignum quoq; scientiē boni & mali, id est, tentationes ex nobis susceptae infirmitatis. Nam quia per illud lignū primus homo tentatus & victus est, rectè illo infirmitas humana intelligitur, per quam iste tentatus fidelis inuētus est, tentatus inquam per omnia pro similitudine abscq; peccato, ut qui iam nouerat per scientiā, cognosceret etiā experimento figmentū nostrū, sciret quoq; poluit in paradiso, factū scilicet ministrū circuncisionis, ut opera spiritus in illo paternae



legis hortu operaretur. Fluvius qui nobis de paradiso isto egreditur, euangelica doctrina est. Huius doctrinae fluvius quatuor capitibus, id est, quatuor euangelijs nobis distinguitur, siue quatuor sacramentis Christi principalibus, id est, incarnatione, passione, resurrectione, & ascensione eius, quorum fide & confessione, uniuersus per baptismum irrigatur orbis.

*Quomodo istum spiritus sanctus iterata positione in paradiso posuit, & quomodo tentatus iste tentatorem, qui primum hominem viderat, vicit.* CAP. XIX.

**T**VLit ergo dominus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur & custodiret illum. Iam hoc dictu fuerat, quia plantauerat dominus deus paradysum voluptatis ab initio, in quo posuerat hominem quem formauerat. Num ergo bis ille positus fuit in illo paradiso? Non vtiq; terrenus ille homo bis positus fuit, sed hic celestis homo in spiritali paradiso iterata positus est positione spiritus sancti. Cum enim iam illum posuisset, illa quam diximus positione incarnationis, posuit illum idem iste spiritus positione iniunctae praedicationis. Cuius videlicet secundae positionis hic modus est. Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante apertum est coelum & descendit spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Ac deinceps, Iesus autem plenus spiritu sancto, regressus est ab Iordane, & agebatur a spiritu in desertum. Hic positionis modus & secundum praescriptam literam, & secundum rem praesentem, a priore differt. Dictum quippe est prius, quia posuit in paradiso hominem, quem formauerat, & nihil additum est, post vero vbi praemissum est, tulit ergo dominus deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, additum, vt operaretur & custodiret illum. Sic nimirum prima positione, qua posuit hunc celestem hominem sanctus iste spiritus in paradiso suo, prima, inquam, positione incarnationis vsq; ad annum tricesimum tacetur de omni conuentione cuiusquam operis. hac autem iterata positione sic ipse fecit, & dixit. Regressus est in virtute spiritus in Galilaeam, & venit Nazareth, & intrauit secundum consuetudinem suam synagogam, die sabbati, & surrexit legere, & traditus est illi liber Esaiæ prophetae. Et vt reuoluit librum, inuenit locum, vbi scriptum erat, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, & praedicare captiuis remissionem, & caecis visum, dimittere contractos in remissionem, praedicare annum domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est haec scriptura in auribus vestris. Tulit ergo veraciter dominus deus, tulit dominus & deus spiritus sanctus hominem suum, hominem celestem & nouum, & posuit eum in paradiso voluptatis suae, in paradiso ecclesiae, iam non qualemcumq; paradysum, sed paradysum deliciosae habitationis suae, ex eodem tempore, vt operaretur & custodiret illum, operaretur, inquam, secundum columbinam ipsius spiritus sancti simplicitate, custodiret contra serpentinam diaboli calliditatem. Etenim hoc maxime ex aduerso respondet, quod ad illum terrenum hominem, diabolus in serpente dimissus est, super istum celestem hic spiritus sanctus in specie colubae emissus est. Vnde & ille per illum serpentem in tentationem incidit, iste per columbam, id est, per istum spiritum pietatis tentatorem vicit. Cum enim ab isto spiritu actus in desertum homo iste ieiunando quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & nihil manducando, illi hominis gula naturali esurie vapularer, dixit illi diabolus, ille serpens antiquus. Si filius dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Respondit ille, quod haec colubaminitis, hic spiritus sanctus innuit, quod columbina scriptura sancta voce praemonuit. Nō in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit ab ore dei. Sic incontinentis gulae decus, continentiae pulchritudinem superinduit, & sic columba cum serpente miro certamine, simplicitate malitiosum elusit, paulatim deinde ad profectum deducens hominem, donec perfecta obedientia totum conculcarer & contereret caput atq; corpus serpentis. Sed iam ipsam columbam maxime sermo intendat, cui maxime haec nostri opusculi dicata est pars.

*Cur secundo super illum hic spiritus venit, cur per columbam magis quam per aliam speciem illum designare voluit.* CAP. XX.

**P**Rimo quaerimus, quae fuerit causa, vt super istum hominem suum, veniret spiritus sanctus, non quomodocumq; sed sicut columba? Et a quo conuenientius quaerimus q̄ ab eo, qui vidit, & illo viso testimonium perhibuit, quia hic est filius dei. Ait enim, Er ego nesciebam eum. Sed vt manifestaretur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Item, Er ego nesciebam eum. Sed qui misit me baptizare in aqua, ille dixit, Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Ergo Iohannes est quaerebat, & scire volebat, quem secundum faciem non sciebat, & scire volens altis profundi desiderij suspirijs coelum pulsabat, vt sibi manifestaretur ille, quem venisse in spiritu sciebat, in facie non cognoscebat. Neq; enim ille testimonio quaeritando sese ingerebat, Apud se latebat, semetipsum non clarificabat, humilitatis exemplum omnibus praebens, quod Apostolus suus, vtiliter praedicaret, dicens, Nec quisquam sumat sibi honorem, sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Sic & Christus non semetipsum clarificauit

rificauit, vt pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, & caetera. Igitur non vt esset Christus, id est, non vt tunc primam vingeretur, qui in primordio suae conceptionis plenarie fuerat vnctus, sed vt manifestaretur in Israel, qui esset Christus, idcirco super vnctum venit vnctio eius, venit visibili specie, super Christum ipse spiritus eius. Verum itidem per aliam speciem manifestare illum poterat idem spiritus. Quare ergo super ipsum apparuit sicut columba, magis quam sicut ignis aut flamma? Ad quod dicendum, quia illo vel illo tali indicio, quilibet mediocriter vnctus, digne manifestari poterat, id est, in quo non principalis, sed plebeia, in quo particularis dari significaretur gratia, & non ipsa inhabitare gratiae vniuersitas. Hic autem ille manifestandus erat, in quo omnis plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat. Tale igitur pro manifestatione eius dandum erat signum, quali nunquam ante vel post designari decuit quenquam sanctorum. Quid enim columba? Vtique quiddam totum, caput & membra, corpus integrum. Hoc ergo significabat, quia in isto singulariter vncto tota plenitudo diuinitatis corporaliter inhabitat, corporaliter, inquam, id est, sicut integro corpore columba super eum, & in ipso manens apparebat, nulla corporis parte mutilata columba, nulla separiformis spiritus gratiam, magno huic sacerdoti deesse significat, vnde & adoptionis pater, & omnium filiorum dei summus princeps, & magnus est pontifex. Deniq; Matthaeus regno, Lucas maxime intendit eius sacerdotio, cuius videlicet sacerdotis magni generationem sanctam conceptionemq; sancti spiritus operatione celebratam, de qua pro posse diximus, ore sacro vniculus disertus denarrat. Quapropter & illud notandum, quia quod Matthaeus non fecit, hic in generatione scribenda sursum ascendit, totam contextens generationem operatiam, quae ministerij sacerdotalis est. Etenim sacerdotis huius non erat secundum carnem gignere, sed secundum spiritum sanctificare. Itaque cum Matthaeus genituram carnis penes in directum descendendo deduxerit, hic, ne vno quidem gradu carnalis geniturae sursum ascendendo verbum retigerit, sed sic incipiendo, vt putabatur filius Ioseph, continuo subiunxit, Qui fuit Heli, subauditur filius operatius. Nam secundum carnem non Heli, sed Jacob fuerat pater eius. Post hoc initium nusquam vsus verbo, quo vtitur Matthaeus, id est, genuit, non carnalem hominis, sed spiritualem sacerdotis generationem sese intendere satis ostendit.

*De singularum proprietatibus gratiarum, quas omnes in eum contulit, scilicet, sapientiae, intellectus, & caetera.* CAP. XXI.

**A**CTibus subsequenter singularum discernere proprietates gratiarum, operae precium est, scilicet sapientiae, intellectus, consilij, fortitudinis, scientiae, pietatis, timoris. Nimirum illud sapientiae magis proprium est, quod statim in desertum actus ab eodem spiritu, cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, antiquas tentatoris admissi vicit fraudes peccati fugiens, quae summa sapientia est. Habet tamen hic locus non nihil de proprio scientiae, videlicet quod responsa sua de scripturarum thesauro sumit, ac dicit, Scriptum est, quia non pane solo viuit homo, sed in omni verbo dei. Scriptum est, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum. Intellectus est, quod cum traditus esset ei liber Esaiæ prophetae, & inuenisset scriptum, Spiritus domini super me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, praedicare captiuis remissionem, & caecis visum, dimittere contractos in remissionem, hodie, inquit, impleta est haec scriptura in auribus vestris. Cum enim haec dicit, spiritualemente vtrique spiritualiter contritorum sanationem spiritualemente, spiritualiter captiuorum remissionem spiritualemente, spiritualiter caecorum visum spiritualemente, spiritualiter contractorum dimissionem intelligit, atq; intelligi vult. Porro absconditi consilij, quaedam oculos vel aures habentibus signa profert, cum dicit, In veritate dico vobis, multae viduae erant in diebus Heliae in Israel, quando clausum est coelum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sareptha Sidoniorum ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israel sub Heliseo propheta, & nemo eorum mundatus, nisi Naaman Syrus. Haec enim cum dicit, veraciter illud consilij se apud se habere innuit, scilicet vt superbiuibus Iudeis clauso misericordiae caelo, cum sua legalis ac prophetae gratiae pluuia, ad gentes commigrare faciat, & lepra peccati illorum non curata, lepra gentium mundare propter, lauacro septemplexi. i. omnimoda spiritus septiformis gratia. Fortitudo illius moris, supra quae ciuitas illorum erat aedificata, vt praecipitaret eum, ipse transiens per medium illorum ibat, maius vtiq; fortitudinis opus in hoc ipso significat. Quod est illud? Nimirum quia tandem illum post multas persecutiones in infernum praecipitatum esse volentibus, ipse de morte ad vitam, siue per mortem in gloria suam transiens, ecce per medium illorum iuit, per medium illorum persequentium, & non videntium, ad credentes & illuminatas gentes transiuit. Amplius autem fortitudinis erat, quod ex praesentia eius torquebant, & tormenta sua confitebantur demonia, dicentia, Sine, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scimus quis scis, sanctus dei.

At ille increpans non sinebat ea loqui, dicens cuiusmodi illorum. obmutescite & exi. Quante fortitudinis hoc esset initium vel signū, ipse quodam loco sic parē innuit. Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quę possidet. Si autē fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Scientiæ illud erat, quod iam supra tetigimus, quia tam promptē tam conuenienter pro re & tempore, semper vbique sumpta de omnibus scripturis proferebat testimonia, vt mirantes dicerent aduersarij. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Pietatis illud esse nemo qui nesciat, quod intel-  
 Igi vult huiusmodi parabolas, dicendo. Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones. Item, Iratus pater familias, quia fecerat cenam magnam, & omnes qui vocati erant, cœperunt simul excusare, dixit seruo suo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos introduce. Item, Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, & si perdiderit vnā ex illis, nonne dimittit nonaginta nouem in deserto & vadit ad illam quę perierat, donec inueniat illam? Et cum inuenit illam, imponit in humeros suos gaudens. Item, Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescentior ex illis patri. Pater, da mihi portionem substantiæ, quę me cōtingit. Item, Homo quidam erat diues, qui habebat villicū, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius, & reliqua. Hęc denique veneranda pietatis insignia sunt, quod videlicet Samaritanus misericordia motus super illum, qui incidit in latrones, appropinquauit & alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum, & imponens in iumentum suum, duxit in stabulum, curam illius agens. Itemque alibi, Quod misericordia motus, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum, qui per poenitentiam est reuersus, suomet iudicio, iam non dignus vocari filius, & occidit ei vitulū saginatum, dicens. manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuētus est. Quod pastor bonus ouem, quę errauerat requisitam, & inuentam, in humeros suos gaudens imposuit, quod iuxta exemplum villici iniquitatis, quem laudauit dominus, quia prudenter fecisset, nobis agendum censuit. facite, inquit, vobis amicos de cœlo conquiretis, vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Illud tandem sancti & venerandi timoris est, quod non factabundo contemptu mortis sese offert, sed pauens & tædij patientis positus genibus orat. Abba pater, omnia possibilis sunt tibi, transfer calicem hunc a me, eodemque timore reuerendo multū submissus. sed non, inquit, quod ego volo sed quod tu. Amplius autem in eo veri & perfecti est insigne timoris, quod apparuit illi angelus de cœlo confortans eum, & factus in agonia prolixius orabat, & factus est sudor eius, sicut guttę sanguinis decurrentis in terram. Videlicet futuris martyribus, dare illum decebat exemplum vtile, vt non præsumerent de virtute tolerantie, sed solliciti pauerent in humilitate pietatis.

De septem naturalibus columbæ virtutibus, quomodo per singulas illarum singule virtutes vel gratiæ significantur, & quibus modis easdem columbæ virtutes spiritaliter in suis actibus Christus habeat.

CAP. XXII.

igitur totus super illū requieuit septiformis gratiæ spiritus, secundū signū quo id ipsum manifestaretur, id est, secundū columbæ integrū corpus. Quapropter nec illud prætereundum, quia volueris huiusce, scilicet columbę natura fingitur septem suis virtutibus, quadā similitudine congruentibus septem huius spiritus sancti gratiis, quas diximus. Primo, sedet enim super riuos aquarū, vt accipitrē (conspēta eius vmbra) velociter effugiat. Secundo, nihil viuū comedit. Tertio pullos alienos nutrit. Quarto in foraminibus petrę nidificat. Quinto grana candidiora colligit. Sexto, felle caret. Septimo, gemitū pro cantu habet. Deinde in eo, quod iuxta fluuētā residēs accipitrē præcauet, sapientie, in eo quod pullos educat alienos, consilij, in eo quod in foraminibus petrę nidificat, fortitudinis, in eo quod grana candidiora colligit, scientie, in eo quod felle caret, pietatis, in eo quod gemitū pro cantu habet, timoris quædā imago est. Sedit enim iste spiritus sanctus, imo is in quo est spūs sanctus, maxime hic totius plenitudinis eius possessor dominus noster, iuxta plenissima sedit fluuētā scripturarū, cunctas antiqui hostis præuidēs, & potēter præcauens tentationes, quod sapiētie est. Nihil viuū comedit. i. neminem vnquā iustū condēnauit, aut certē neminē malē viuū. i. concupiscentijs, & vitijs militantē sibi mer per acceptionē personarū, incorporauit, quod intellectus est. Alienos pullos nutrit. i. gentes ab actis iudæis nutriendos recipit, qui eramus alieni a testamēto dei, quod incomprehensibilis & inuestigabilis consilij est. In petra nidificat, quo serpens accedere nō possit. i. in vulneribus passionis suę spēs suorum collocat, vnde diabolus rapere nō possit, quod fortitudinis est. Grana candidiora. i. lucidiores de acruo scripturarū, in omni sermone suos sententias congerit, quod scientie est. Felle caret, id est, mala pro malis, vel maledictū pro maledicto, nō reddidit. quietiam pro interfectionibus suis exorauit, dicendo. Pater dimitte illis, nesciūt enim quid faciūt, quod pietatis est. Gemitū pro cantu habuit, id est, gemitibus inenarrabilibus, & vt ait Apostolus. Cum clamore valido & multis lachrymis pro nobis exorans, obediēs fuit vsq; ad mortē, quod timoris est.

Quod

Quod huius rei signum fuerit ipsa columba, quam firmiter teneat ecclesia, videlicet quia hic est qui baptizat.

CAP. XXIII.

Vius tandem rei signum, vel manifestatio, illa talis species erat? Nimirum sacerdotis singularis, & Baptiste vnici domini nostri signū hoc erat, in eo quod baptizat. Sic enim dictum est. Super quem videris spiritū descendentem, sicut columbam, & manentē in eo, hic est qui baptizat. Non dictum est, hic est filius dei, siue hic est Christus, quāuis & hoc veraciter dici potuisset, sed hic est, qui baptizat. Ergo Baptista Iohannes, Baptistam quærebat, baptismū suspirabat, id est, hūc effectū, hanc vtilitatē intendebat, ob quā venisse gaudebat, Christū videre, videndumque indicare sitiebat, vt ille in spiritu sancto baptizaret, id est, peccata mundi tolleretur. Totus quippe mundus in sordibus, omnis homo immūsus erat, & illorum. Non sola gentilitas sanguinis fluxu sordebat, sed & synagogę omnes iustitias, spiritus iste sanctus, per prophetas panno menstruatę similes esse censebat. Quid ergo, inquis, Abraham? An non saltem ille mundus fuerat, dicente scriptura. Credidit Abraham deo, & reputatū est ei ad iustitiā? Non vtiq; iam propter iustitiā illam mūdus fuerat, sed propter iustitiā illam istum emundatorem, pmissione accepta sperare meruerat. Idcirco donec veniret iste qui baptizat, ille & omnis posteritas eius, verbo pmissionis tantūmodo catechizata, fors expectabat. cœlesti ecclesię, nondum in visione dei comunicabat. Quid ipse Iohānes, qui adhuc ex vtero matris suę spiritu sancto repletus est? Quare ergo dicebat, ego a te debeo baptizari? An nō vbi exultauit in vtero matris suę, ad vocem salutationis Marię, poruit mundari eodem quo exultauit gaudio spiritus sancti? Non vtiq; iam propter hoc mundus erat, non iam propter hoc maculā culpę originalis exuerat. Non ille in remissionem peccatorum, sed in prophetiā, imo plus quā prophetiam gratiam illic acceperat spiritum sanctum, igitur suum & vniuersi mundi baptismū, atque Baptistam Iohannes desiderabat, & illi desiderio responsum est. super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem in eo, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et quomodo Simeon ille iustus, expectans consolationē Israel, in quo hic spiritus sanctus erat, responsum ab ipso accepit, non vilurum se mortem, nisi prius videret Christum deum. sic iste neque Simeone, neq; vilo sanctorum in sancto desiderio minor, accepit responsum gratię in se habitantis, quod non prius perficeret cursum suum baptizando in aqua, nisi prius videret istū qui baptizat in spiritu sancto, peccatorum remissionem tribuendo omni mundo.

Quod verē omnes electos baptizat & baptizauerit iste vnus, vnus spiritus sancti gratia, & quod istud tenendū sit contra hereses, & scismata infidelium. CAP. XXIII.

Non autē est dictum solummodo propter cōmūnem, quę tunc erat humani generis indigentia, sed & propter seruandā in futura ecclesia pacis charitatisque custodiā, & sic dictū, & sic tale datū est signū. Deniq; illud cōstās est, & nemini dubiū esse licet, quin sanctos omnes, qui illū per præteritas generationes ab origine mundi expectauerāt, omnes, in quā, vsq; ad illū electū latronē, lauit per semetipsum a peccatis omnibus, in spiritu sancto, in aqua & sanguine profluente de latere suo. Futurum autē erat, vt per ministros gratiæ suę, baptizaret eos, qui credituri erāt, in hoc eodem spiritu sancto, in eundē aquę & sanguinis sacramento. Hic nimirum nō defururę erant lites coruorū rixantium seorsum, ac seorsum baptizantiū, & cōtra alterutros dicentiū. Ego baptizo, ego sanctifico. Ille adulter, ille ebriosus, aut fornicarius, nunquid te baptizare, nunquid te sanctificare poterat? Illius vel illius, qui te baptizauit fides, sine operibus erat mortua, mortuū itaq; tibi dedit baptismā. Bene ergo & oportune pacifica designate columba, dictū est. hic est qui baptizat in spiritu sancto. Adeo nanq; proni ad scissuras futuri erāt, qui baptizarentur. vt nō modo pro bonis aduersus malos, sed & pro bonis aduersus bonos, quasi pro optimis baptizatoribus suis aduersus baptizatores minus bonos inflarētur, atque rixarētur. Sic illi iam facere cœperāt, quibus vas electionis Apostolus dicebat. Significatū est mihi fratres de vobis ab his qui sunt Cloes. quia contentiones sunt inter vos. Hoc autē dico quod vnusquisq; vestrū dicat. Ego sum Paulus, Ego autē Apollo, ego verō Cephe, ego autē Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Bene hic attenderat, quid mallet columba mitis, id est, hic spiritus pietatis, spūs vnitatis, & pacis. vnū designās atq; dicens. Hic est qui baptizat. Ac si diceret. Siue per bonos, siue per malos, siue per summos, siue per infimos, visibiliter operet ecclesia ministros, hic est qui invisibiliter baptizat in spiritu sancto. Verūm de illo domini Christi, & huius spūs sancti baptismō plenius post aliqua dicendū erit. Nunc interim illud dictū sit. quia sanctus iste spiritus vnica & condignā sibi mansionem tandē se adeptū esse, imo se sibi fecisse declarauit. Vbi super hunc propriū hominem suum, in tali specie apparuit, & in eo mansit, nō ad mensurā vt particeps, vel confortibus eius, diuisiua indulgens ei gratiam, sed in eo tota cum diuinitate sua corporaliter inhabitās, & per id quod cœlis apertis super eum descēdit, cœlos credētibus in eū per passionē eius aperiedos esse testificās, q; ex quo peccauit homo, generi humano clausi erāt.

Quod

*Quod dictum est: Iesus autem plenus spiritu sancto regressus est à Iordane, & de eo quod cum de ceteris spiritibus dictum sit: & requiescet super eum, de solo timore ita dicitur: Et replebit eum spiritus timoris domini.* CAP. XXV.

**LUCAS.** IESVS aut plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane. Plenus, inquam, spiritus sancto, nam hoc ipsum columba, sicut iam diximus, significauerat, descendens super eum, & manens in eo. Sed nunquid extunc, & non ante dominus Iesus plenus erat spiritu sancto? Nonne ex utro virginis conceptus fuerat de spiritu sancto? An quando compingebat illud suū sacri corporis templū, foris stabat, & non introiuit, donec perueniret homo ad tricesimū ætatis suæ annū? Imo nec foris stetit, cum sacrum conderet corpus, deus incircumscriptus dei spiritus. nec postquam illud semel condidit, vlla vnquam hora vel momento frigescere, gratia foras exiuit, aut abesse potuit. Quid ergo nunc primū plenus spiritu sancto dicitur, cum à Iordane regreditur? Nimirum quia qui hactenus se continuerat intus, hic procedere coepit spiritus sanctus, de trinitate ad officia corporis, de potestate ad actū, de intima requie, ad exteriori ministeriū, ut per doctrinam diffunderet gratiam in labijs, per miraculorū exhibitionē, moueret manus eius tornatiles, aureas, plenas hyacinthis. Amplius autem ex eo recte plenus spiritu sancto debuit dici, ex quo agere coepit ea, quæ sunt spiritus timoris domini, id est, ieiunando famem pati, perferre fraudes tentatoris, circuire & prædicare regnū dei, atq; pro voluntate vel mandato patris, obediens esse vsq; ad mortem, mortem autē crucis. Scriptum quippe fuerat, & replebit eum spiritus timoris domini. Notandum deniq; in toto ordine septem spirituum, quia cum dictū sit, & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, in istis spiritibus nō mutato verbo requietionis, in septimo tandem mutatur verbū vel modus dictionis, & replebit eum spiritus timoris domini. Si ergo Euangelistam, prophetæ scienter in isto consonuissē non ignoramus, ut quia dixerat ille, & requiescet super eum spiritus timoris domini, iste vim dictionis antiquæ respiciens consonanter dixerit, Iesus aut plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane, mirandū vniuersæ creaturæ preponitur spectaculum, quod scilicet creator hominū, deus illuc vsq; descenderit, vnde peccatori homini ab infernalibus peccatis, & vitijs emergenti initiū ascendendi sumendū sit. Nam initium sapientiæ timor domini. Huc vsque creator descendit, dicente Propheta. Post omnes gradus spirituum domini, & replebit eum spiritus timoris domini. Non erat mirū, quod requiesceret super eum spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, non, inquam, mirum, quia magnificum erat, quia diuinam maiestatem dignitate antiqua dicebant hæc omnia. Quis autem angelorum, aut hominū, non mireretur, dominum vsque ad timorem domini descendisse, deum & dominum coelis ac terris timendū, timoratum factum esse, non partim sed plenariē, & quantum verbo repletionis, aut plenitudinis potuerunt homines in eodem spiritu sancto loquentes significare? Itaque secundum hunc modum digna cum admiratione dictū sit. Iesus aut plenus spiritu sancto, regressus est à Iordane.

*Quod verè sit deus is, quo Iesus plenus dicitur, & quod cuiuscunq; hominis animam implere non nisi dei sit.* CAP. XXVI.

**P**raeterea quia non sola spiritus sancti opera narrare, sed ipsam quoque personā eius prædicare, venerari, & adorare præsentī opere intendimus, audiat Macedonius, aut quisquis alius blasphemiae, in spiritum sanctum reus, dicere ausus fuit, non est deus, aut, inquam, quod dicitur, Iesus spiritu sancto plenus. Quid enim? Non est deus iste, quo plenus est is, qui omnia implet dominus Iesus. Imo ut de illo tali homine, nunc interim taceam, quemlibet angustioris pectoris hominem implere, non nisi dei est. Manifestius dicamus, spiritum hominis substantialiter introire, non nisi dei est. Creatus spiritus, creato spiritui, id est, angelicus spiritus humano spiritui, vel humanus spiritus angelico spiritui infundi non potest. Alter alterius capax, siue alteri alter capabilis non est, Neuter quippe alterutro subtilior est. Vterque enim creatura, vterque rationalis, & immortalis est. Solus deus, natura vel substantia, vtroque subtilior, ac proinde vtrique captabilis est. Sed ecce, nō tantū homines spiritu sancto repletos, quod passim legimus, sed ipsum dominum Iesum, pronuntiat Euangelista, plenum spiritu sancto. Quomodo ergo non videbat, coruus prædictus Macedonius, quia deus est ista columba, iste spiritus sanctus? Sed ille fortè diceret ad hæc. Nonne homo interdū dicitur, & est maligno plenus spiritus? Ad hæc, inquam, dicitur quidē, sed aliter, hic sancto spiritu, aliter ille maligno impletur spiritu. Nam spiritus malignus, nō ipsi humani spiritus substantiæ, substantialiter infunditur, sed per occultos irrepens meatus, perq; cauernas corporis receptus, animā in suis obsidet sedibus, eamq; tartareis disrutiis flagris, inquantū fuerit permissus. Sic febris, sic etiā portiois feror nimius animū subuertit, vimq; rationis enecat, non tamen ipsam animæ substantiā, aut febris, aut per corpus digerēda cōpleuit vinositas. At verò hic spiritus sanctus animæ substantiam substantialiter ingreditur, eamq; ineffabiliter & dilatando cōplet, & cōplendo dilatat, in ea substantialiter

substantialiter inhabitat, atque inambulat, quæ merces, quæ gloria sanctis in futuro reposita est. Nam in præsentī paucissimorum, est sentiscere saltem ad horam, vel momentum, substantialem eius actū, præter hominem istum solum & singularem, de quo vnice dictū est hic. Super quē Iohanna. videris spiritum descendentem & manentem in eo. Hoc planè quod diximus, vel ex ipsis eiusdem spiritus sancti vocabulis, comprobari promptū est, scilicet ex eo quod dicitur, spiritus sapientiæ, spiritus intellectus, spiritus consiliij, spiritus fortitudinis, spiritus scientiæ, spiritus pietatis, spiritus timoris domini. Nam vbi putas sapientiā, vel intellectus, nisi in anima, vbi consiliū, vbi fortitudo, vbi scientia, vbi pietas, aut timor dñi, nisi in anima vel mente inhabitat? Igitur hic solus in creatus spūs, humano siue angelico spūi substantialiter capabilis est, & vel ex hoc solo conuincitur Macedonius, omnīq; eiusmodi coruus, quia talis hæc colūba, tantus iste spūs scūs deus est.

*Quod nos omnes vbi Iesus plenus dicitur ad hauriendum inuitemur, & quod duo data sint huius spiritus, & quodnam horum antiqui patres prius, & quod posterius. Itemq; nos quod prius, quod posterius acceperimus.* CAP. XXVII.

**S**ane cum hic spiritu sancto plenus dicitur, eodem dicto nos ad hauriendum inuitamur. Itē Iohanna. cum dicit ille alius testis pleni huius, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, nos ad accipiendum, nos ad hauriendum prouocatur. Hic vnus est, à quo, in quo, & per quem gratiam, & veritatem haurimus, spiritum gratiæ, & spiritū veritatis accepimus. Cum enim dixisset, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, continuo subiunxit. Et gratiam pro gratia, quia lex per Moysen data, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et nos quidem atq; illi, qui hæc dicunt, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, nos, inquam, & qui post, & illi qui ante passionem huius pleni hauserunt eadem data, sed ordine præpostero accepimus. Quot enim, vel quæ sunt huius spiritus data, nisi duo, alterum in remissionem peccatorum, aliterum in diuisiones gratiarum? Hæc, inquam, eadem, sed non eodem ordine, nos atque illi accepimus. Nam illi prius diuisiones gratiarum, & post remissionem peccatorum, nos prius remissionem peccatorū, & deinde accepimus diuisiones gratiarū. Omnes enim vsq; ad Iohannē, prius diuisiones gratiarum acceperunt, imo & prius mortui sunt, quam acciperent remissionem peccatorum. Hanc enim diu expectatam in sola tantē Christi passione acceperunt. Fide fortes, miraculorū potentes, prophetica gratia pollentes fuerunt, & tamen omnes apud inferos detinebantur, propter originale peccatū. Fulus est sanguis Christi, atq; cum sanguine aqua pariter de latere eius cucurrit, & quia fidē habuerant, eorum omnīū peccata lauit. Ipsi quoq; apud stoli prius eiusmodi gratias partim acceperunt, ut scilicet infirmos curarēt, spiritus immundos eiecērēt, & post passionē Christi, remissionem peccatorum, ut in regnum coelorum introirēt. At verò nos omnes, qui post eandē Christi passionem ad fidem venimus, prius in remissionem peccatorū baptizamus, & tunc demū eiusmodi gratias accipimus ab eodē spiritu sancto, diuidēte singulis prout vult. Nam quod super Cornelium, & super cæteros, qui pariter audiebāt verbū non dū baptizatos in remissionem peccatorū manifestatum fuit hoc datum, cecidit enim spiritus sanctus super eos, qui & erant loquentes linguis, & magnificantes deum, necessaria tunc temporis huius spiritus sancti aduocatione factum est. Dicebant enim atq; dicturi erāt illi qui ex circuncisione crediderant. Quare introisti ad viros præputiū habētes? Ut ergo super incircuncisis carne, ad fidem Christi recipiendis autoritas non deesset, aduocatum se opportunè hic exhibuit deus, cui homo contradicere non posset, hic spiritus quem caro prohibere nō auderet, ut in magna tutela constans Petrus diceret. Si ergo eandem gratiam dedit illis deus, si aut & nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem prohibere deum? Aliās ferè nulquam post glorificationem domini Iesu, hunc spiritum sanctum inuenimus prius datum esse in diuisiones gratiarum, quam in remissionem peccatorum.

*De processione spiritus sancti contra eos qui dixerūt, eū à solo patre, & nō à filio procedere, & quod illa processio qua remittuntur peccata de filij persona procedat.* CAP. XXVIII.

**Q**uia propter quoniam duæ sunt personæ patris & filij, de quibus procedit hic spūs sanctus, sic duo, ut iam dictū est, data sunt eiusdem spiritus, non improbabilius dici arbitramur, quia qua de patre procedit processio, distribuitur operatio eius in diuisiones gratiarū, processione qua pcedit de filio, datur idē spūs in remissione peccatorū. Etenim patriarē ac prophetæ nunquid corā hominibus consistebāt dei filij? At tamen accipiebāt diuersa dona charismatū, nō quia cognouissent filij, aut credidissent in eum, sed ut cognoscerēt eum, & credētes expectarent venturū. Hoc ipsum quod prophetæ erāt, & venturū præsciebāt dei filij, nō vtriq; ex patris & filij, sed ex solius patris, vel dei præeunte confessione percipiebāt. At verò vbi dei filius semetipsum hominē exhibuit hominibus, & qui sacculus auro dei, id est, plenitudine plenus erat huius spiritus sancti, scissus ex tormento passionis, illinc extūc processisse vel pcedere hunc eundē spiritū sanctū in remissionem peccatorū, nullus ambigit, nemo diffidit, nullus dubitat nisi infidelis. Processit tūc ad mortuos, qui tenebant in infernalibus claustris, hereditario ex Adam

Adam peccati vinculo compediti. sanctorumque omnem iustitiam, eatenus panno menstruatae comparabilem usque ad purum & perfectum lauit, procedit extunc ad viuos quosquor in eadem morte eiusdem filij dei baptizantur, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Igitur aduersus errorem eorum, qui dixerunt, hunc spiritum sanctum non a patre & filio, sed a sola persona patris procedere, illud constanter dicendum est, quia quod a patre procedit spiritus sanctus gratiarum diuisio, quod a filio procedit peccatorum remissio est. Porro vtrum horum melius donum, vtrum vtilius siue felicius sit, non dubium habentes cum Psalmista dicimus. Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum recta sunt peccata. Non dixit. Beati prophetiam habentes, quorum vtrique vnus & praecipuus ipse iam erat, sed dixit. Beati quorum remissae sunt iniquitates, quorum vniuersitas vna est omnium electorum ecclesia, de quibus vnus esse cupiens vel sperans, dicebat alio loco. Alperges me domine hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuem dealabor.

*Quomodo is qui plenus est spiritu sancto in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter, aliquid nescire dicatur, & quod modus sciendi triplex habeatur. CAP. XXIX.*

**V**Num adhuc in hoc temate est, quod quaeramus. Si plenus spiritu sancto Iesus, si tota in eo colimba manet, si in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quomodo quippiam nescire, aut quippiam non posse se ipse facere? Dicit enim. De die autem illa vel hora nemo scit, neque angeli in caelo, neque filius, nisi pater solus. Et apud Iohannem. Amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Item. Non possum ego a me facere quicquam, sicut audio, iudico. Primum de die illa quaerimus, cur vel quomodo dixerit, nemo scit, neque angeli, neque filius, nisi pater solus. Si enim hic in solo patre vniam tantum personam intelligimus, & proinde neque filium neque hunc spiritum sanctum de die illa scire arbitramur. profecto patris & filij & spiritus sancti vnitatem in diuinitate, aequalitatem in maiestate non tenemus. Et vbi erit quod filio per os Petri apostoli vniuersa dicit ecclesia. Domine tu omnia nostis. Vbi erit quod de hoc spiritu sancto Paulus apostolus dicit. Spiritus omnia scrutatur, etiam profunda dei. Ergo fideliter ac reuerentius suscipiendum est quod dicitur, de die autem illa nemo scit, neque angeli, neque filius. Et quidem fideliter dicimus, neque filius scit, id esse, non vos scire facit. Sed aduersus contentiones Arrianas non hoc satisfacit. Nam neque pater nos scire facit. Igitur vt firmius atque sanius teneamus quod dixit, consulamus intentionem dicentis, si vult & illud quaeramus, modus sciendi vtrum simplex aut multiplex sit. Hoc iam citius occurrit, quia multiplex est. Dicimus enim scire quod intelligimus, scire quod non improbamus, scire quod experti sumus. Modi isti in deo plurimum differunt, si ritè aduertis. Primo videlicet modo, vnus deus pater, & filius, & spiritus sanctus, semper omnia scit. Secundo modo, bona semper scit, mala semper nescit. Tertio modo, quaedam bona, siue quaedam mala aliquando scit, aliquando nescit. Bona, cum verbi gratia ad Abraham dicit. Nunc cognoui, quod timeas deum, & non peperceris vnigenito filio tuo propter me. Nam quod erat in Abraham, id est, timore domini, nunc se cognouisse perhibuit, eo nimirum quo prius non cognouerat modo, scilicet experimento. Mala vero cum eidem exempli gratia ad Abraham dicit. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæorum multiplicatus, & peccatum eorum aggravatum est nimis, descendam, & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint, aut non est ita, vt sciam. Nam quod erat malum, & pessimum scire volebat, eo quo prius nesciebat modo, id est, experimento. Quod & factum est. Illo nempe protinus sciuit modo, quia quos scelere solebant furere in viros, eodem furentes in ipsum, dicebant Loth. Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc vt cognoscamus eos. Cum itaque tres sint modi scientiae, vel cognitionis dei, vt iam sciamus iuxta quem modum dixerit, de die autem illa nemo scit, neque angeli in caelo, neque filius, nisi pater solus, quaeramus intentionem dicentis, & ipsa quoque cito quaerentibus occurrit, quia nimirum pro inculcando nobis metu illius diei vel aduentus sui, & consummationis seculi hoc dixit. Dixerat enim. Et tunc plangent omnes tribus terrae, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli, cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos, cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis caelorum usque ad terminos eorum. Igitur in hoc dicto eius, de die autem illa nemo scit, neque angeli, neque filius, nisi pater solus, hunc esse sensum fideliter accipimus, ac si diceret. Dies autem illa tantae erit irae, tantae calamitatis & miseriae, tantae tribulationis & angustiae, quantum nemo vnquam vlllo potest, potuit, poterit experimento praescire, neque angeli caelorum in illa lucis & tenebrarum, id est, bonorum & malorum angelorum terribili diuisione, neque filius in toto suae passionis vel mortis agone. Perpicuum quippe est, quod filium, id est, seipsum secundum quod homo est, pro omni posuerit homine, quia non dixit, neque angeli in caelo, neque homines in terra, sed neque angeli in caelo, inquit, neque filius. Relinquitur ergo quod ait, nisi solus pater, id est, ac si dixisset, nisi solus deus vnus pater, & filius, & spiritus

& spiritus sanctus, praesertim quia non dixit pater meus, in quo vtrique vna necessario persona intelligeretur. Erille scilicet deus magnitudinem siue amaritudinem illius diei, non experimento scit, quippe cum sit deus impassibilis, sed sic penes se notitiam habet, vt non possit vlli creaturae aliter nisi solo actu & re ipsa notum fieri, quid angustiarum illic futurum sit, vbi quem admodum ad beatum Iob loquitur ipse deus, videntibus cunctis illa bestia praecipitabitur, & cum sublatu fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Nam reuera si nos aut angeli mortales tunc essemus, vel post resurrectionem vlllo modo mori possemus, solo visu exanimis efficeremur, videntes tartarum apertum, ignemque aeternum, paratum diabolo & angelis eius, in quem & nos praecipitandi eramus, si non per solam gratiam praesenti fuisset.

*Quanta potentia sit, quod filium non posse facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, ipse dicit. CAP. XXX.*

**R**estat vt de eo quaeramus quod ait, non potest filius facere quicquam, & non possum ego a meipso facere quicquam. Nam hoc nihilominus plenitudini de qua loquebat repugnare videbatur, nisi rectè & vt dignum est intelligatur. Primum ergo in isto quoque ex praecedentibus dictis, vel factis intentionem dicentis colligamus, quae huiusmodi sunt. Surge, inquit, tolle grabbatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo, & sustulit grabbatum suum, & ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo Iudaei, illi qui sanus factus fuerat. Sabbatum est, non licet tibi tollere grabbatum tuum. Ac deinceps, propterea persequebantur Iudaei Iesum, quia haec faciebat in sabbato. Iesus autem respondit illis. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Et subinde. Amen amen dico vobis, non potest filius a seipso facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, & caetera. Qua puras intentione hic dixit. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor, nisi vt doceret se esse dominum etiam sabbati? Pater meus, inquit, quia dominus est sabbati, vsque modo operatur in sabbatis, non minus quam prima vel secunda sabbati, dans pluuiam super terram, & producens foenum iumentis, producens ventos de thesauris suis, & solem suum faciens oriri, & nemo ex vobis dicit, quare ille sabbatum non custodit? Et forte, si quid habetis rationis, idcirco illum censetis sabbati lege non teneri, quia bene omnia facit, & nihil male potest operari. Ergo is iure non tenetur lege sabbati, quia non potest male operari. Ad haec, inquam, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam. Quid est hoc dicere, nisi constanter asserere, filium dei aequè vt patrem deum esse inconuertibilem? Quid enim est, quempiam a seipso quicquam facere, nisi seorsum extra deum, absque imperio vel voluntate dei quicquam facere? Quid, inquam, hoc est nisi peccatum facere, aut peccare? Nempe diabolus a seipso primus fecit, quando primus peccatum fecit, & peccauit. imitantur autem illum quicumque peccant, & a semetipsis faciunt, relicto consortio vel autoritate dei. Nihilominus & a semetipsis faciunt, quando loquuntur extra deum, loquentes mendacium, dicentes malum bonum, & bonum malum, & idiplum defendentes. Linguam, autem, non firmam magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster dominus est? Sed non potest, inquit, filius a seipso facere quicquam. Ergo inconuertibilis est filius, quae conuertibilem esse dicebat Arrius haereticus. Nam non potest a seipso facere quicquam, & hoc illi impossibile est per naturam. Et si angeli sancti firmati sunt post ruinam illius, qui a seipso fecit, etiam amplius non possunt a seipsis facere quicquam, non hoc habuerunt per naturam, sed acceperunt per gratiam. Hic filius hoc semper habuit, & habet per naturam, & idcirco certus de stabili iure suo, pater meus, inquit, vsque modo operatur, & ego operor. quia videlicet quemadmodum ille, ita & ego inconuertibiliter omnia bene facio, non a meipso quicquam faciens, nisi quae video patrem facientem. Itaque quod dixit hic, se non posse, plenitudini eius, de qua loquebamur non modo non repugnat, verum etiam validius plenitudinis atque fortitudinis eius argumentum est.

*Quomodo secundum ordinem gratiarum eiusdem spiritus sancti operetur in ecclesia sua Christus, operibus distinctus a passione sua vsque in fine seculi. CAP. XXXI.*

**N**unc in altu fidei vela pandenda sunt. Etenim quae de isto pleno siue de plenitudine eius haec tenus manant, & vsque in finem seculi manare non desinunt, septem huius septiformis flumina ipso aspirante permeare cupimus, eodem quo ordine spiritus, eosdem a Christi dominum passione usque ad vltimum iudicij diem, in hoc mundo vniuersali, magis operari ex ipsis operibus aduertere possumus. Ordo ipse a nobis susceptus, iste est. In ipsa humilitatis CHRISTI passione diaboli calliditas superata est, iuxta illud, & prudentia eius percussit superbum, & in sacramentis eiusdem passionis quibus regeneramur, vel regenerati sumus, sanctum sapientiae spiritum praedicabimus. In eo quod per eandem Christi passionem velum templi scissum est, imo velamen vultus Moysi, quod positum est super cor Iudaeorum, a cordibus credentium sublatum est, vt aperto sensu scripturas intelligerent, maxime apostoli, qui erant homines idiotae, & sine literis, sanctum intellectus spiritum constitebimus. In eo quod caecitas contigit in Israel, donec plenitudo gentium subintraret, veterisque culturae templum exterminio datum est, ne


currentis euangelij quadrigas stantes impedirent eius lapides, sanctus nobis consilij spiritus glorificandus est. In praelijs martyrum, quibus diabolus victus est, & de templis, vel de lubris, atque simulachris gentium non valentibus aduersarijs resistere, aut contradicere electus est, sanctus nobis fortitudinis spiritus, qui in ipsis loquebatur collaudatus est. In sanctis patribus atque doctoribus nostris, qui scripturas sanctas fideliter tractando exposuerunt, ita ut in ipsis veraciter impletum sit illud propheticum, pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. sanctus nobis scientiae spiritus digna cum gratiarum actione venerandus est. In eo quod postquam plenitudo gentium subintrauerit, tunc auferetur velamen, & reliquiae conuertentur ex israel, sanctus nobis pietatis spiritus confitendus est. In eo quod ad iudicando s viuos & mortuos venturus est, ut procedant qui bona egerant, in resurrectionem vitae, qui vero male egerunt, in resurrectionem iudicij, sanctus nobis timoris domini spiritus predicandus est. Et quidem sepre primae creationis diebus, totidemque sequentibus mundi aetatibus insistentes, ad eosdem respiciebamus spiritus, quod secundum ipsos operaretur deus pater, deus filius, sed illic tanquam in imagine, hic autem in re ipsam nobis adesse intuemur personam dei sancti spiritus. Ipse quoque ordo differt. Nam in illis a timore ad sapientiam ascendeuimus, hic autem a sapientia ad timorem descendimus, habentes in fine seculi, quod semper timeamus, quamlibet perfecti simus, quamuis apud homines iam apprehendisse videamur. Etenim quis sapiens aut inrelligens, quis consultus aut foris, quis scientiarum, aut pietatis thesaurus possidens, castum sibi cor se habere gloriabitur, vbi virtutes caelorum mouebuntur, vbi timebunt angeli, & territi purgabuntur? Magnus ergo ibi timoris domini spiritus. Igitur per haec septiformis gratiae flumina nauigaturi, duces ipsam atque rectorem spiritum sanctum inuocamus, ut ipso cursum regente ad optatum finem, cum fructu laetitiae mereamur peruenire. Amen.

FINIS LIBRI PRIMII

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI. Liber Secundus, De Sapientia.

De spiritu sapientiae, quod per hunc obediendo & patiendosemetipsum deo obtulerit Christus. CAP. I.

Hebr. 9.



Spiritus sanctum, per quem, ut Apostolus ait, Christus semetipsum obtulit deo hostiam viuentem, ut suo sanguine emundaret conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum deo viuenti, spiritum sapientiae dicimus, sapientiae, inquam, quam nemo principum huius seculi cognouit. Si enim cognouissent, ait idem, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Cum autem spiritum sapientiae dicimus, vel audimus, effectorem siue largitorem subintelligimus. Sed & ipse, quam efficit hic spiritus definitio sapientiae, si conuertitur, dicere non dubitamus sensum esse quendam, quo a nobis ipsa sapientiae substantia sentitur, quae est secundum diuinam naturam ipse Christus, dei filius, verbum dei, verbum deus. Qui cum secundum diuinam, ut iam dictum est, naturam ipsa sit sapientia, secundum humanam naturam in eo requiescere hic sapientiae spiritus, & ipse sapiens esse dicitur, quia videlicet anima eius habitantis in ipsa, substantialis sapientiae sensum habet plenarium praecunctis sapientiae participibus. Illi sapientiae sensum, maxime ex obedientia, vel patientia eius, ex processu siue fructu obedientiae vel patientiae eius cognoscere vel inquirere nunc debemus. Et hoc ipso adiuuante facturi, nunc prius faciem eiusdem sapientiae, a facie sapientiae filiorum huius seculi discernere conemur.

1. Cor. 2. Sapientia quid.

Quod in contrarium differant sapientia, quam hic spiritus sanctus efficit, & sapientia huius mundi, & inuicem aduersari non desinant vsq; in fine seculi. CAP. II.

Sapientia quam hic spiritus sanctus efficit, vnde & spiritus sapientiae dicitur, hoc maxime differt a sapientia seculi, quod illa peruertit ac destruit, haec autem rectum tenet atque custodit in homine ordinem primae conditionis. Recolite enim haec, imo nunquam obliuiscitur, quod illa scire, vel reminisci dedignatur, scilicet quod dixerit deus. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, ut praesit piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis, omnique reptili. Ac deinceps, eadem scriptura referente, formauit hominem de limo terrae. Haec ista recolens, semperque memoria tenens, ita seruat eundem conditionis ordinem, ut animam sursum subleuet ad imaginem dei, corpus vero humillet in terram, cuius de limo deus illud formauit. quatenus

tenus deo spiritus hominis subditus sit, corpus vero spiritui. E contra, seculi huius sapientia sic eundem ordinem peruertit, ut dictum est, & destruit, ut inflatum sensum hominis faciat immeremorem dei, corpus autem in magno habeat, seu facultates corporis qualia sunt diuitiae, principatus, & claritudo generis, sicque deo rebellis spiritus hominis, spiritui vero dominetur vilior portio carnis. Ab hac parte iudicium rationis, nec philosophos huius mundi fecerit, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, etenim seruerunt creaturae potius, quam creatori, vnde & tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficeret corpora sua in semetipsis. Illa ergo sapientia multum peruerso ordine quasi manibus ambulans, pedes sursum attollit, & caput per terram trahit. haec autem recte incedens pedibus terram premit, facie caelo intendit. Tam diuersis imo contrarijs vultibus nunquam pax aut concordia conuenire potuit, sed semper inuicem aduersantur, & aduersari non desinunt vsque in fine seculi. Est autem summa illius iactantia, pares homines etiam cum iniuria potuisse supergredi, summa huius laus, subueniendo paribus aut etiam minoribus, iniuriam non solum non facere, verum etiam aequanimitate pati. Summum vtriusque certamen, in passione Christi filij dei, sic vniuerso spectatum est orbi, ut tam nobiliter nusquam hic spiritus sapientiae, per patientiam uicerit, nusquam tam ignobiliter sapientia seculi stulta conuicta sit. Hinc ergo ut proposuimus spectaculum iam nunc ingrediamur. In eo primum sapientiae virtute nouus hic Adae exercuit, quod peccatum non fecit, a quo verus ille non abstinuit, deinde in eo quod omni obediens se subdidit maiori, quod ille non fecit. Maiorem autem dicimus hominem assumpro deum, qui illum assumpsit, maiorem, inquam, diuinitate impassibile, humanitate passibili, quem admodum dicit. Si diligeretis me, gauderetis vtiq; quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Maiorem denique patrem cum dicit, & meum non addit, non vanam tantum personam, sed vnum inrelligimus deum patrem omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis, id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum. Haec, inquam, maiori, iste nouus homo, iste in vna eademque persona deus & homo, vnus Christus omni obedientia subdidit se, in eo scilicet quod cum peccatum non fecisset, & idcirco morti nihil deberet, mori nihilominus voluit, propter mandatum eiusdem maioris, quem admodum dicit. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Mori autem non qualicumque voluit morte, sed morte crucis, quod & Apostolus dignè magnificans, cum dixisset. Factus est pro nobis obediens vsque ad mortem, addidit, mortem autem crucis. Considerauit enim ut vere sapiens, quod non paruocum fructu deberet mori, sicut quasi pro conditione loquebatur iam dudum de illo in propheta hic idem sapientiae spiritus. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaeuum, & voluntas domini in manu eius dirigitur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur. In scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos, & caetera. Hoc ille verus homo non fecit. Noluit se subdere maiori, noluit obediens esse vsque ad abstinentiam, abstinentiam autem vnus ligni. Quanto melior est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Vera & humano generi valde necessaria sapientis obedientia, sapientis atque obedientis patientia, sola valens ad insipientiae atque inobedientiae illius rollenda nobis opprobria. Haec sapientia, vel hic spiritus sapientiae, generis humani ora laxauit, & linguam disertam fecit, ita ut confidenter dicamus, quotquot credimus in istum sapientem Christum filium dei, pater vetus Adam pater carnis nostrae insipiens peccauit, & non est, nos autem iniquitate eius porrauimus, sed eidem pater noster dominus Christus, nouus Adae, pater fidei nostrae iustitiam fecit, & hic iam in mundo non est, Quare ergo iustitiae eius haereditatem non toleremus, qui ab illo patre haereditatem iniustitiae porrabamus.

De beato Iob, quod in illo praecesserit huius sapientiae, id est, patientiae Christus typus. CAPVT. III.

Res magna & grandis sermone dicenda, sed non absque certo praesidio scripturarum, non absque fida statione rerum praecedentium, quatinus in gradu suo firmiter stet sermo fidelior, & non pro incerta multitudine dictorum suomet ipse lassetur fastidio. Gaudemus ergo nunc, eo ipso, quod longe superius quodam loco condolebamus, scilicet quod cum futurae ueritatis, id est, Christi filij dei, venerandas imagines siue figuras, in patriarchis, regibus, & prophetis, per ordinem contemplantur, beatum Iob exemplar patientiae praereriimus, quem patrum venerabilium autoritas non tacuit in typum praecessisse eiusdem domini Christi & ecclesiae eius. Hoc, inquam, nunc gaudemus, hic enim non parum habet locum commemoratio eius. Siquidem sapientiae spiritus, de quo nunc loquimur, qui in huius sapientis Christi patientia plenarie requieuit, eiusdem futurae requie suae figuram in illius patientia praeclearo certamine expressit. Igitur quoniam & rei, de qua loquimur magna maiestate ac splendida reuerberamur, hoc quasi speculum soli ad moueamus, ut tolerabilius atque certiore intuitu hunc sanctum sapientiae spiritum, in Christo operantem, sequi valeamus.

Quomodo sathan vbi exemplar huius sapientie Job tentandum expectabat, circuibat terram, & perambulabat eam. Hic autem vbi Christum fecit occidi, foras missus est.

CAPVT IIII.

**E**xemplar sapientie huius, quæ (vt Apostolus ait) gentibus stultitia est, sed enim quod stultum est dei, sapientius est hominibus. Huius, inquam, sapientie exemplar in eo est, quod egressus sathan a facie domini, percussit Iob vulnere pessimo, a planta pedis, vsque ad verticem eius. Qui testa saniem radebat sedes in sterquilinio. Nepe huius pessimum intentabat Sathan in Iob, id est, dolentem subauditur pro nobis dominum Iesum, quando iuxta sapientis illius testimonium dicebant impij, quorum vtique corda possidebat sathan, morte turpissima condemnemus eum. Et illum quidem percussit simplicitati atque rectitudini innocentis ac timoris deum inuidens, istum autem percuti fecit, tormenta quæ ex eius presentia patiebatur ferre non sustinens, quod multoties confessus est. Verbi gratia, cum diceret per os hominis, cui tota immiserat legionem. Quid mihi & tibi Iesu fili dei summi? Adiuuro te per deum, ne me torqueas. Amplius enim sathan in isto vrgebatur, magis in isto quam in illo ad iudicium disceptationemq; vocabatur. Illic etenim interrogatus a domino dicente. Vnde venis, responderat semel & iterum, circuiui terram & perambulauit eam, non exiiebatur iudicium, non erat qui diceret, nunc iudicium sit mundi, nunc eijceris foras o circuitor mundi & perambulator terræ sathan. Non, inquam, erat qui hæc diceret, & idcirco gloriabatur, quod nullo fortiore superueniente vacaret sibi victori circuire terram, & perambulare eam. Hic autem erat qui diceret. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Igitur cum hic dolens qui quondam diues & vt verè rex sedebat, circumstante angelorum exercitu extra portam eiectus morte esset turpissima percussus, quasi leprosus reputatus reuera sedebat Iob in sterquilinio sanie coopertus, nam dominus posuerat in eo iniquitates omnium nostrum. Verum easdem iniquitates nostras, omnemq; corruptionem, & ipsam mortalitatem nostram per virtutem resurrectionis erasurus erat, & idcirco rectè dictum est, quia Iob testa saniem radebat. Testa quippe prius molle lutum, potest autem igne coquente solidum factum, caro est Christi prius passibilis atque mortalis, vt pote nostrum lutum, post autem per ignem passionis, sic in resurrectione solidata, vt morte aut vlla corruptione iam nõ soluat in æternũ. Hoc secundum rem veram in isto factum est, de quo loquimur spiritu sapientie, secundum sensum autem, vel sapientiam huius seculi stultitia videbatur. Sed esto, Quoniam, inquit Apostolus, nõ potuit mundus per sapientiam cognoscere deum, placuit deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes. Nam reuera nisi ad istam, quam dicunt stultitiam deus descendisset, deũ mundus vanè sapiens non cognouisset.

Quod omnes electi maledixerunt quantum potuerunt eidem diei vel nocti, quam maledixit Iob: solus autem Christus, quia peccatum non fecit, efficaciter maledicere, id est, damnare potuerit.

CAP. V.

**P**ost hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est. Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras, non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Dies natiuitatis vel nox, quam maledicere sapientis erat, peccatum fuit primi hominis, dies, inquam, ironicè, verè autem nox. Nam illo tanquam in die nobis aperiendi promittebantur oculi, dicente deceptore, comedite, & eritis sicut dij, sed vbi creditum est illi, paries inimicitiarum inter nos & deum consurrexit, & ita in nocte, id est, non visuri deum male fuimus concepti. Et illum quidem diem, imo illam noctem, Iob ille maledixit quantum potuit, & quisquis alius ab origine mundi peccatum illud diaboli damnauit, & iustitiam dei suspirauit, sed nullius eorum maledictio satis efficaciter illud danare potuit. Causas eiusdem impossibilitatis postmodum ita subiungit. Quare non in vulua mortuus sum? Egressus ex vtero, non statim perij? Cur exceptus genibus? Cur lactatus vberibus? Absit enim nos credere, quod tantus vir, tanta spiritus scientia præditus, tanta interim iudicis attestazione laudatus, abortiuum se optet interisse, sed sicut etiam per remunerationem cognoscitur, intus habet testè suæ fortitudinis, intus pensanda sunt eius pondera locutionis. Quatuor quippe modis peccatum perpetratur in corde, quatuor consummatur in opere. In corde nanque suggestionem, delectationem, consensum, & defensionis audacia perperatur. Fit enim suggestio per aduersarium, delectatio per carnem, consensus per spiritum, defensionis audacia, per elationem. Culpa enim, quæ terrere mentem debuit, extollit, & deijciendo eleuat, sed grauius eleuando supplantat. Vnde & illam primi hominis rectitudinem, antiquus hostis his quatuor ictibus fregit. Nam serpens suauis, Eua delectata est, Adam consensit, qui etiam requisitus, culpam confiteri noluit per audaciam. Planè & nos in illa vulua non mortui sumus, & egressi ex vtero illo non statim perimus, imo eidem excepti genibus, eidem lactati vberibus.

Nam

Nam in illo Adam omnes peccauerunt, inquit Apostolus. Igitur peccati illius diem siue noctem, neque prædictus Iob, neque electorũ quisquam satis efficaciter maledicere, id est, danare potuit, quia vt de actualibus raceam peccatis eorum, quibus non omnino caruerunt, omnes illud idem de Adam contraxerunt originale peccatum. Hic vnus efficaciter maledicere, id est, damnare potuit, quemadmodum & Apostolus dicit. Nam quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens, de peccato damnauit peccatum in carne.

Quomodo dixerit vel dicat Christus pro cuncto genere humano, peccat dies, in qua natus sum, & cætera.

CAP. VI.

**P**roinde dicat hic vnus homo, dicat hic vnus pro cuncto genere humano. Pereat dies in qua natus sum, & nox, in qua dictum est, conceptus est homo. Sed nunquid iste in illo peccati die natus est, & in illa nocte infelicitatis conceptus est? Natus planè in illo die, & conceptus est in illa nocte. Veruntamen longe aliter nouus hic, atque aliter nouus ille homo. Nam ille prædicto modo natus vel conceptus est, vt qui homo erat & bene erat, peccator fieret & male existeret. hic autem ita conceptus & natus est, vt qui deus erat, & impassibilis atq; immortalis erat, homo fieret, & passibilis atq; mortalis existeret. Et vterq; quidem in die vel nocte peccati, sed ille vt fieret peccatũ, hic autem quia factum fuerat peccatum. Ille praua suggestionem deceptus, & propriæ substantiæ corruptione natus, id est, degeneratus est. Hic autem voluntate patris & sua de virgine conceptus, & alienæ substantiæ assumptione homo factus. Ille diabolo natus ad culpam simul & pœnam. Hic deo natus est sine culpa, ad culpæ pœnam istic sapientie locus est, istic sapientie spiritus quid dicat vel innuat, attendendum est. Ecce enim homo Christus, homo iustus, hominibus peccatoribus multum debet. Confortetur manus dissolutæ, & roboretur genua peccatorum debilia, quia videlicet si fide & pietate eruditi, si sapientes caudidici vel iuris periti sint, habent quo constringant iudicem suum. Dicat enim. Ego propter vestrum peccati diem natus, propter vestram iniquitatis noctem conceptus, & qui dominus deus immortalis eram, homo mortalis factus sum. Dicant ad hæc peccatores fideles, peccatores poenitentes. Et si quidem multum tibi debemus nos deus Christe, quia homo factus es, at tu econtra multum nobis debes homo Christe, quia propter nos in deum assumptus es. Nam nisi fuisset peccatorum, causa cur tu assumi in deum deberes, nulla fuisset. Confortentur, inquam, nec enim id solum attendere debent, quod tantæ dignitatis dominus propter tam indigna seruiliũ personarũ delicta, tantis affectus est iniurijs & ipsa morte, morte autem crucis. Verum id quoque, quod nisi peccasset serui, nec assumpra fuisset in dominũ deum natura seruilis. Nec enim dominus ille pro seruis contumacibus siue sceleratis plus iniuriarum, quam gloriæ pro eisdem suscepit. Nam pro quibus in cruce pependit, pro eisdem vt interpellat, sedet nunc a dextris dei. Hic accepta ratione veritatis, a quocunq; illam acceperit, siue a Iudæo, siue a Gentili, vim pati gaudet rex regni dei, vt regnum ipsum diripiant volenti, quibus & quasi ratione victus, aperiat os suũ & dicat eis. Pereat vobis dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Quod est dicere. Dies peccati, qui secundum falsitatem serpentis dicentis, comedite & aperiatur oculi vestri, & eritis sicut dij, purabatur dies, reuera autem nunc nox est, in qua die vel nocte, id est, propter quam diem vel nocte, ego qui deus erã, homo natus sum, peccat vobis. Quomodo peccat? Non requirat eum deus desuper, & non illustretur lumine. Hæc vestra beatitudo sit, quam & in psalmo propheta dicit suspiras. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & cætera. Nam hoc est non requiri diem illum, & non illustrari lumine, quod est remissas iniquitates & peccata recta esse. In hanc nimirum largitatem os suum tunc semel aperuit, in æternum non clausurus illud, quando dixit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.

Quod Iudæi qui prius lucebant, excacati sint in passione eius, & quod ei contra illos dicere conueniat. Obscurentur stelle in caligine noctis illius.

CAP. VII.

**O**bscurent eum tenebræ & vmbra mortis, occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine. Noctem illam tenebrosus turbo possideat, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus. Sit nox illa solitaria, nec laude digna. Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan. Obtenebrentur stellæ caligine eius. Obscurent eum, inquit, tenebræ & vmbra mortis, subauditur in reprobis. Nam in electis dies ille vel nox illa perijt. Nimirum in hoc quoq; os suum aperuit, data sibi potestate iudicium faciendi, vt eundem diem peccati damnet in reprobis, quem destruxit in electis. Vnde & cum dixisset, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, continuo subiunxit. Qui vero non crediderit, condemnabitur. Hæc & cætera quæ sequuntur relinquimus, quoniam multa sunt, & in beati Gregorij præexpositionibus, luce clariora redduntur, & tantummodo pauca ex multitudine decerpimus secundum intentionem, qua nunc in laudibus spiritus sapientie mentem extendere cupimus. Obscurentur, inquit, stellæ caligine eius. Stellæ hoc loco tales intelligendæ sunt, quales &

BBBb iij in Apo.

**Apoc. 12.** In Apocalypsi intelligimus, ubi scriptum est. Et cauda draconis trahebat tertiam partem stellarum cœli, & misit eas in terram. Stellas nanque in terram trahere, est eos qui videntur studio vitæ cœlestis inhærere, ex amore terreno iniquitate aperti erroris inuoluere. Tales profecto tunc Iudæi fuerunt, qui cum putarentur scripturarum lucem habere, seque arbitrarentur stellas esse, secundum promissionem, quæ facta est ad Abraham dicendo. Suspice cœlum & numera stellas si pores, sic erit semen tuum. cauda draconis antiqui colligati, tracti sunt in terram, quando in iracundia terræ loquentes, dixerunt. Interficiamus eum, ne forte veniant Romani, & tollant nostrum & locum & gentem. Has ergo stellas intuens, obscurantur, inquit, stellæ, caligine eius. Quomodo hoc dixit? Nimirum non tam voce, quam factu mirabili, ubi crucifixo illo à sexta hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Hæc etenim signo dicebatur eis, quod lucem perderent, relinquendi in tenebris, in profundo ignorantie veritatis. Vnde Apostolus, Nolo enim, inquit, vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobismetipsis sapietes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel. Et subinde, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit?

*Quod crux Christi illa fuerat statera, in qua suspirans ille, vitinam, inquit, appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & cetera.*

CAP. VIII.

**Psal. 74.** **I**ste viæ inuestigabilis sapientiæ dei erant misericordia & veritas, siue misericordia & iudicium, & hoc agebat in illa passione Christi hic spiritus sapientiæ, quatinus misericordia super exaltaret iudicium, nemine cognoscente principum tenebrarum, aut principum huius seculi, qui illum crucifixerunt. Hoc, inquam, agebat hic spiritus sapientiæ, quatinus librata equitatis statera, plus peccatorum de humano genere sumptum appareret, quam culpa meruisset, atque ita mutari iam sententiam antiquæ damnationis, ratio iusta postularet, rationabilis iustitia non negaret. Hoc suspirans in illo beato Iob eiusdem sapientiæ spiritus, pro nobis omnibus dicebat. Vitinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam parior in statera, quasi harena maris hæc grauior appareret. Quomodo autem hoc fieri posset? Quomodo calamitas humani generis peccatis eius grauior appareret, nisi vt plures fierent damnati, quam rei, plures puniti, quam autores siue hæredes peccati? Hoc ergo mira & laudabili arte spiritus sapientiæ agebat. In eo quod Christus ad mortem tradebatur, qui peccatum non fecerat, ibi erat crux, statera patris, habens disposita hinc in lance iudicij peccata mundi, inde in lance misericordiæ calamitatem generis humani. Vicit pondere calamitas in lance misericordiæ, lancemque sustollens iudicij, peccata decussit in profundum maris. Cur hoc? Videlicet quia plures erant damnati, quam rei, plures, inquam, puniti, quam qui merebantur puniri. Vnus abundabat in numero damnatorum, vnus supererat Christus, damnatus non reus, punitus, & causam non habens cur puniretur. Huius dolentis passio, torius generis humani doloribus iustus iniuste superaddita præponderauit, quasi massa harenaria, grauiorque fuit calamitas mundi, quam eiusdem peccata. ac proinde misericorditer quidem nostra, id est, damnatorum suscepta est causa, sed iuste mutata, qua fueramus damnati sententia. Laus igitur huic sapientiæ spiritui, cuius tali artificio factum est, vt iuste hostis vniuersos perderet, dum admittitur ad vnum, qui morti nihil deberet.

*Quomodo in illo homine hæc sapientia derisa sit à filiis stultitiæ, & quod pro illo dictum sit, qui deridetur ab inimico suo sicut ego.*

CAP. IX.

**Prouerb. 1.** **I**nterea deridetur tanta sapientia, deridetur, inquam, à filiis stultitiæ, sibi inuicem applaudentibus, velut qui astute & effica ceter insidiari fuerint sanguini, abscondendo contra insonantem tendiculas, atque alterutrum dicentibus. Deglutiamus eum sicut infernum viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum, omnem preciosam substantiam reperiemus. Derisores eorum legimus, audiuius. Expuerunt in faciem eius, colaphis eum cæciderunt, palmas ei in faciem dederunt, harundine nihilominus caput eius percusserunt, & genu flexo salutantes, dixerunt, Aue rex Iudæorum. Sed & cum iam crucifixissent eum, amplius illudebant dicentes, Vah qui destruit templum dei, & in triduo reedificat illud. Salua te ipsum. Item, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. Hoc modo deridebant eum stulti filii stultorum. Sed ecce iam in isto dicebat, iste consolator spiritus sapientiæ pro illo. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit deum & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitum parata ad tempus statutum. Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Nimirum interroga lumentia, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi. Loquere terræ, & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Quis ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis uiuentis & spiritus vniuersæ carnis hominis? Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporem? In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consiliū & intelligentiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet, & si incluserit hominē, nemo est qui aperiat. Si continerit aquas, omnia siccabunt. Et si emisit eas, subuertent terrā. Apud ipsum est fortitudo & sapientia, ipse nouit & decipiet, & eū qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. Baltheum regū dissoluet & præcinget fune renes eorum. Ducit sacerdotes in gloriosos & optimates supplantat. Comutans labium veracium, & doctrinam senum auferens. Effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant, releuans. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucē vmbra mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit. Qui immutat eorum principum populū terræ, & decipit eos, vt frustra incedant per inuium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios. Nimirum prophetica hæc esse innuit, dum cœtinuū subiungit. Ecce omnia, & vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula. Prophetica, inquam, hæc esse, & quæ ventura erant oculis suis præsentia testatur, per prophetiæ spiritum facta esse. In illo enim ea quæ secutura erant, videbat assistentia, cui nec futura veniunt, nec præterita discedunt.

**Quod in typum eius, qui deridendus erat à consanguineo sibi populo Iudaico, derisus ab amicis suis fuerit Iob, & quod de Christo veraciter dictum sit, lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.**

CAP. X.

**I**gitur quod dicebat hic in typum eius percussus & sedens in sterquilinio iudicium damnationis erat in illos stultitiæ filios, qui verè sapientem, & summè sapientem deridebant modo supradicto. Qui, inquit, deridetur ab amico suo, sicut ego. Quid enim est sicut ego, nisi ac si diceret, cuius ego, derisus ab amicis meis, typum præfero? Nam ego ab amicis meis derideor, ille deridetur, id est, sine dubio deridendus est ab amico suo, à consanguineo suo Iudaico populo, cui & loquitur in psalmo. Quoniam si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem vitæ. Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos, in domo dei ambulauimus cum consensu. Nam ille populus mira stultitia eum maledicebat, cum quo dulces cibos capiebat, id est, eum in cruce pendente deridebat, quem in templo sacrificiorum ceremonijs figurabat. Et quemadmodum istum Iob amici eius sedentem in sterquilinio deridebant, quem sedentem quasi regem circumstante exercitu venerari soliti fuerant, sic scribæ & pharisæi mortentem illum deridebant, quem vt verè regem magnam, regem regum in prophetis lectitando prædicabant. Sed enim quomodo amici illi, eleuantes oculos suos non cognouerunt, quod ipse esset Iob, sic isti non cognouerunt, imò cognoscere noluerunt, quod hic esset Christus, qui repromissus fuerat ad patres eorum, noluerunt, inquam, cognoscere eleuantes, id est, eleuatos oculos in superbiam habentes. Itaque qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit, ait, deū & exaudiet eum. Deridetur enim iusti simplicitas. Ac si dicat. En ego derisus ab amicis meis, inuoco deum, & nondum exaudiet me, nondum, inquam, exaudiet, vt pro hac derisione in regnum suum cœlestē suscipiat me. Alius est qui deridebitur ab amico suo sicut ego, & in ipsa derisione inuocabit deū & exaudiet eum, vt pro ipsa derisione gloria & honore coronet eum. Tunc ille dicit. In tribulatione mea inuocaui dominum, & exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Sicut enim nunc mea infirmitas, sic & tunc illius iusti deridebitur simplicitas, quod sicut ouis ad occisionem ducatur, & sicut agnus coram tonnidente se, sic non aperiat os suum, & reputabitur pro stultitia. Sed enim hoc stultum eius sapientius est hominibus. Quid enim? Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum. Etenim hic iustus, cuius simplicitas deridetur, ille est, de quo in propheta loquitur deus. Propter Sion non tacebo, propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur. Lampas ista lucens distis vel doctrinis, splendens miraculis, contempta est apud cogitationes diuitum, apud superbiam tenebrarum, quæ lucem illam comprehendere non potuerunt. Quare? Quia non lucebat quomodo volebant, non splendebat quomodo splendere volebant suum Messiam, scilicet ad præsentem & vanam hominum gloriam. Talem enim non expectabant Christum, qualem istum viderunt, sed qualem splendore maligno splendentes suscepturi sunt Antichristum. Idcirco contempta est lampas ista apud cogitationes eorum, maxime ubi per mortem crucis lucem eius se extinxisse putauerunt. At illa parata erat & parata est ad tempus statutum, quo in tempore fiet illis quod scriptum est. Domine exaltet manus tua vt non videant, videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret. Illud tempus suum, quo super candellabrum cœli ponenda erat lampas ista prospiciens, derisores tenebrarum patiebatur, dum extingui putaretur, verè lampas sapientiæ pro sua quoque tacturnitate, iuxta illud, Sapiens tacebit vsque ad tempus.

CAPVT XI.

**E**rgo ne diuites erant illi, quorum apud cogitationes lapas ista contemnebatur? An diuitum & non magis pauperum sensu erat contemnere splendida facta, lucida dicta lapadis huius? Planè diuites, sed non de suo, diuites rapto, diuites ex alieno, ita vt cum dictum sit, apud cogitationes diuitum idem improprium intelligas, ac si dictum fuisset, apud cogitationes prædonum. Sequitur enim. Abundant enim tabernacula prædonum, & audacter prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Denique isti erant prædones dei, prædones vniuersi iustique proximi sui. Nam quæ prædones dei fuerint, testatur ipse deus, dum in Osee de synagoga illorum, querelam depromens dicit. Et hæc nesciuit, quia ego dedi eis instrumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo, & liberabo lanam meam & linum meum quæ operiebant ignominiam eius. Porro quod proximorum quoque prædones fuerint, testatur in Esaia, cum dicit. Vos enim depastis vineam meam, rapina pauperis in domibus vestris, item. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis, vsque ad terminum loci. Et his similia. Ergo cum dixisset. Apud cogitationes diuitum, quasi quæres vnde vel quomodo ditati sunt, abundant, inquit, tabernacula prædonum. Quare autem non dixit domus, sed tabernacula prædonum? Videlicet vt acrius percuteret ingratitudinem illorum, mala pro bonis deo reddentium. Hac etenim dictione nos ad historiam mittit paupertatis & fugæ illorum, quando fugientes de terra Aegypti, de domo seruitutis, vbi propter venditionem fratris sui Ioseph, iusta captiuitate serui erant, in tabernaculis habitabant, ne passum quidem pedis de villa terra habentes, nisi quod eiecit deus a facie eorum gætes, & forte diuisit eis terram eorum. Dedit, inquam, illis regiones gentium, & labores populorum possederunt. Abundant ergo, inquit, tabernacula prædonum, id est, de tabernaculis ad diuitias, dono quidem dei perueniunt, sed eisdem diuitiis tanquam dei prædones abusi sunt. In quo? Audacter, ait, prouocant deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Et quidem pro hoc ipse in persona sua conqueri poterat, dicendo. Popule meus, quid feci tibi, aut in quo contristavi te? Responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti, quia eduxi te per desertum quadraginta annos, & manna cibavi te, & introduxi te in terram saram bonam? Quid ultra debui facere tibi, & non feci? Hæc, inquam, & his similia poterat ipse conqueri in propria persona sua, sed taciturnitatem habens vsque ad tempus, quod sapientis erat, expectabat donec istam querelam, de prophetis arreptam per os omnium gentium depromeret idem sapientie spiritus, adiungendo. Parasti crucem saluatori tuo.

Quæ iumenta & quæ volatilia cæli, quæ terra & qui pisces maris docuerint, indicauerint, responderint, quod illa lampas ad tempus statutum parata sit.

CAPVT XII.

**N**imirum, ait, interroga iumenta, & docebunt te, & volatilia cæli, & indicabunt tibi. Loquere terræ & respondebit tibi, & narrabunt pisces maris. Magna & vera huius spiritus sapientie laus, quia non tantum (vt alibi scriptum est) aperuit os muti, & linguas infantium fecit disertas, sed iumentis quoque & volatilibus cæli & piscibus maris, docendi, indicandi, atque narrandi authoritatem dedit. Quæ etenim iumenta ista, quæ volatilia cæli, qui pisces isti, nisi homines quondam bruti, qui non habebant notitiam dei? Nam alij quidem iumenta terræ, alij volatilia cæli, alij pisces maris, pro diuersis artibus siue officijs, omnes autem pro hac parte muti eramus atque bruti. nunc autem hic sapientie spiritus os nostrum aperuit, & linguas nostras disertas fecit, quatenus diuites imò prædones illos, qui lampadem istam in cogitationibus suis contempserunt, docere possimus, & indicare illis atque enarrare, quod iste contemptus eorum cæcitas sit, narrare, inquam, & conuincere, si non vt conuertantur, at saltem vt confundantur, & inuidia torqueantur, iuxta illud. Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Quis, inquit, ignorat, quod omnia hæc manus domini fecerit, in cuius manu anima omnis viuens, & spiritus vniuersæ carnis hominis? Imò quis ignorat, quod is, cuius manus hæc fecit, dominus est? Fecit autem hæc ipse, qui cum esset lampas (vt iam dictum est) apud cogitationes diuitum contemnebatur, fecit, inquam, in tempore statuto ad quod parabatur, nam in tempore suo cum ascendisset super coclos, sedissetque ad dexteram patris, respexit magnificè atque emisit dispersitas linguas tanquam ignem, imò verè ignem spiritus sancti, qui & super singulos discipulorum sedit, cuius erat signum illa species ignis, quæ visibiliter apparuit. Ille ignis inuisibilis de paucis apostolis excandescens, omnem terram illuminauit, prædictaque iumenta terræ, volatilia cæli, & pisces maris sic illustrauit, vt sciant & docere, indicare, atque enarrare possint magnalia dei, hominibus siue hominum filijs, id est, Iudejs, & Iudeorum magistris gloriantibus, quod soli homines, vel filij hominum sint. Igitur iste dominus est, cuius manus hæc fecit. dñs, inquam, cuius in manu est anima omnis viuens, & spiritus vniuersæ carnis, hominis omnino cuius tanta potestas est, vt de

vt de lapidibus homines facere possit. Propter quod dicit. Dara est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes docere omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Sed ecce aliud dicunt, & aliud sentiunt, impropere nobis quasi iumentis homines illi, homines stulti. Non, inquit, dominus est ille, qui hæc fecit vobis, non ille cuius hæc mutatio est filius est, aut dextera excellit. Magus erat, seductor fuit, non erat verus filius dei. Ad hæc dicimus. Omnia iumenta terræ, omnia volatilia cæli, omnes pisces maris, quorum hic sapientie spiritus, aures aperuit, fauces sanauit. Nonne auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporè? Quod est dicere. Nonne ipsi scimus, quod experti sumus, aut certius aliquid ab homine audire possumus, quam quod interius spiritu sancto reuelate quasi gustando didicimus? Scimus enim quia ex fide huius spiritus accepimus, & qui iumenta eramus, ecce homines, imò dii sumus, & mente in cælis conuersamur, pluresque ex nobis sic ex illa lampade inflammati sunt, vt ad conspectum eorum, demones abeant & fugiant de obfessis corporibus.

Cur cum dixisset: In antiquis est sapientia, &c. subiunxit: Apud ipsum est sapientia, &c. cetera.

CAP. XIII.

**I**n antiquis est sapientia, & multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam. Quomodo auris verba diiudicat, & fauces comedentis saporè, sic certissima rationis discretionem non isti, qui prius erant quasi iumenta diiudicant, quod amplius in isto, vel apud istum sit præ omnibus sanctis vel iustis antiquioribus Abraham, Isaac & Iacob, Moysè & Dauid, & prophetis omnibus. Nam in illis antiquis, in illis qui multo ante tempore fuerunt, sapientia atque prudentia est, videlicet a quibus vel per quos sapientie vel prudentie thesauros omnes continens, sancta scriptura condita est. Verum aliter in illis, aliter apud istum sapientia est. Nam in illis participatione, apud istum est tota sui met vniuersitate. Amplius autem & in hoc differunt, quod in illis sapientia tantum, apud istum autem sapientia simul & fortitudo est. Etenim illi quod sapiebant, ad effectum perducere non potuerunt, iste autem sapientiam actu perduxit, vsque ad victoriam, destruendo mortem, & reparando vitam. Adde quod apud istum consilium quoque & intelligentia est. Consilio diaboli calliditate infatuauit, intelligentia secreta scripturarum siue omnia mysteria dei, non solum obtinuit ipse aut penetravit, verum & alijs quibus voluit, & prout voluit, aperuit. Amplius autem & in occultis iudicijs terribilia perpende experimenta eius, quia apud eum est spiritus sapientie & fortitudinis. Si destruxerit, nemo est qui ædificet. & si conluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur. & si emisit eas, subuertent terram. O derisores, o stulti diuites, lampadis huius contemptores, quid insultatis, capita vestra mouentes, atque dicentes. Vah, qui destruit templum dei, & in triduo reedificat illud? Nemo si destruxerit, nemo est qui ædificet, nemo est qui lapidem super lapidem reponat. Si incluserit vos Romana obsidione, quod vtrique faciet, nemo est qui aperiat, vt vobis siue ab oriente, siue ab occidente, siue a desertis montibus, locus effugiendi pateat. Sed vos puratis, quod nulla sit fortitudo eius propter crucem, & clauos quos videtis in manibus eius. Stulti & cæci brachia crucis cornua sunt in manibus eius, & distante loca fortitudinis sapientia, quæ similiter apud ipsum est, ibi abscondita est fortitudo eius, abscondita, inquam, ad tempus videlicet, donec quoque lancea perfodiat latus eius, & exinde currat perpetuus sanguis & aquæ fluuius. Quare? Nimirum, quia si continuerit aquas, omnia siccabuntur, et si emisit eas, subuertent terram. Si enim integro corpore, si non aperto latere sacrilegas manus, aut linguas vestras euadere voluisset, atque hoc modo visibiles aquas baptismi, inuisibiles continuisset aquas gratie spiritus sancti. Si, inquam, hoc fecisset, omnia vt erant sicca permansissent. Quia verò mori atque lanceari maluit, ecce aquas illas emisit, & terram, id est, peccata subuertit. Idcirco sapientiam & fortitudinem, quæ apud ipsum est abscondere voluit, cum diceretis quasi sapientiam non habenti, propheta nobis, quis est qui te percussit, cum diceretis quasi fortitudinem non habenti. Vah qui destruit templum dei.

In quo fortitudo apud eum contra Iudaicam superbiam, in quo sapientia contra malitiam extiterit, quorum & baltheum soluit, & doctrinam sustulit.

CAPVT XIII.

**D**ixi ergo, & iterum dico, apud ipsum est fortitudo, & sapientia. In quo sapientia ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem. In quo fortitudo: Baltheum regum dissoluet, & præcinget fune renes eorum. Ducefacerdotes inglorios, & optimates supplantat. Nonne ipse nouit & vestram o scribæ & pharisæi decipientem synagogam, & eum qui a vobis deceptus est, miserum populum, quado finxitis ei ad decipiendum importunum fauorem, dicendo. & venient Romani & tollent nostrum & locum & gentem? Nouit itaque sapientia eius, & tales consiliarios in stultum finem adducit.

Nam



**Iob 6.** Nam iuxta quod alibi dictū est, qui timent pruīnam, irruet super eos nix, quia quod vanum erat, cū simulatione timuistis, quod verū erat timere vos fecit, vt veraciter veniret Romani, & tollerent vestrū & locum & gentē, nō quia dimisistis, sed quia non dimisistis eū sic. Ita nimirum sapientia eius, consiliarios in stultū finē, & iudices in stuporē adduxit, ita fortitudo eius baltheū regum, i. vestrā dō superbi confidentiā dissoluit, & renes vestros, captiuitatis fune p̄cīnxit, duxit sacerdotes inglorios, i. Annā & Caiphā, & ceteros sacerdotes eiusmodi, quippe quorū super vultus, sterco solennitatū ipsorū proiecit, atq; hoc modo optimates supplantauit, auferēdo ab illis regnū dei, & dando gēti facienti fructus eius. Cōmutans labiū veracium, & doctrinā senum auferens, subauditur, sapientia apud ipsum est. Nam quia veritatē recipere noluerunt, miscuit illis spiritū erroris, & vertiginis, vt qui veraces esse debuerant, mendaciter scripturas ad suos libitū torqueant, labiis male cōmutatis, & hoc modo senibus, id est eis, quibus primis credita sunt eloquia dei, docendī auctoritatē abstulit. Effundit despectiōnē super principes, & eos qui oppressi fuerant eleuans, subauditur, fortitudo apud ipsum est. Principes quippe Iudaicæ perfidiæ contemptibiles fecit, in toto orbe, & eos qui oppressi fuerant peccatorum pondere, siue dæmoniaca seruitute, scilicet gentiles, quia fidem eius receperūt, reuelauit, magna liberatricis gratiæ libertate. Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbra mortis, subauditur, apud ipsum sapientia est. Hoc enim lampas ista fecit, eo ipso, in quo apud cogitationes diuitū contemnebatur. Nam per humilitatem suæ passionis, profunda nostra reuelauit de ignorantia tenebris, & produxit in lucem notitiæ dei, nos qui sedebamus in vmbra mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuerfas in integrum restituit, subauditur, apud ipsum fortitudo est. Hoc etenim & veræ & magnæ fortitudinis est, magni & terribilis iudicij est, quod cum multiplicasset gentes, dicendo primis hominibus, Crescite & multiplicamini, perdidit eas, peccantibus eisdem parentibus primis. Omnes quippe gentes vniuersos illorum posteros, eadem sententia perditionis inuoluit. Sed ecce dum patitur, dum moritur, & lampas tam splendida apud cogitationes diuitum quasi extincta contemnitur, eadem passione vel morte sua quas subuerterat in integrum restituit, in integrum (inquam) vt ne vnus quidem desit ex omnibus quos ad vitam destinauerat, cum diceret. Crescite & multiplicamini. Qui immutat cor principum terræ, & deceptos, vt frustra incedant per inuium, palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios, subauditur, apud ipsum sapientia est. Quomodo enim mutauit cor principum populi terræ, & deceptos, nisi sicut in propheta dictum est. Excaeca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis, & corde suo intelligat, & conuertatur, & sanem eum? Itaq; quod extunc frustra incedunt per inuium, quod palpant quasi in tenebris, & non in luce, quod errant quasi ebrii, totum hoc magna est materia laudis, huic spiritui sapientiæ, de quo & miranda veritate dictum est, quod eos deceptis, & quasi ebrios errare fecit.

*Quomodo vbi apud cogitationes diuitum contemnebatur, apud deum patrem erat reuerendus, dicendo: Vocabis me, & ego respondebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi.*

CAPVT XV.

**Hebr. 5.** Interea quo in schemate contemnebatur apud cogitationes diuitum derisorum, in eodem hic sapientia spiritus hominem in conspectu patris constituerat reuerendum, & pro sua reuerentia exaudiendum, agendo causam pauperum, id est, humilium secundum verba, quæ apud eundem beatum Iob postmodum subiecta sunt. **Iob 13.** Voca me, & ego respondebo tibi, aut certe tu responde mihi, Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea, atq; delicta ostēde mihi. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicū tuum? &c. Hæc namq; cum ille diceret, vocacionem illam atque responsionem suspirabat, qua perditus homo per obedientiam patientis ac morientis Christi, rursus requisitus est. Rursus, inquam, dudum enim semel requisitus, & vocatus fuerat, scriptura dicente. Vocauitq; dominus deus Adam & dixit ei. Vbi es? Vocantem autem deo, tunc homo non respondit, sed ait. Vocem tuam audiui in paradiso & timui, eo qd nudus essem, & abscondi me. Item. Quis enim, inquit, indicauit tibi quod nudus esses, nisi quia ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitq; Adam. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Hoc cōtinē erat vocanti respondere? Nempe cum diceret dominus deus, vbi es? vocabat hominem ad cor suum, vt poenitens responderet. Heu in præuaricatione sum. Ex hoc quidem bonum erat, vt saltem vocanti responderet, melius autem, vt prior ipse loqueretur, deus autem responderet, quantas haberet iniquitates. Illud nō fecit, non locutus est, sed deum quasi dormire toto meridie permisit. vnde & culpans illū scriptura dicit. Et cum audissent vocem domini dei deambulatis in paradiso ad auram post meridiem, &c. Itaq; non locutus est homo, nec deo fecit negotium respondendi, vnde & ingrato silentio, quietus tandem quasi post meridiem somno satiatus surrexit, & indignans, quod non fuisset vocatus, prior ipse hominē vocauit. Proinde vt dicere cœpimus, bonū erat vt vocati deo responderet

responderet homo, melius si prius loqueretur, & peccata sua narraret homo. optimū verd si præceptum dei nunq; fuisset præuaricatus homo. Igitur in persona generis humani vir sanctus, rursus vocari ambiens hominē, illumq; desiderans hominē, qui vocatus responderet sapienter, imo loqueretur prior, aut certe quod optimū est in semetipsum perfecte obediens esset, & tunc deum pro cæteris loquendo interpelleret, ita dicebat. Voca me, & respondebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata. Id nūc agebatur, eo nūc intēdebat totū præoccupatū habēs hominē hic sapientiæ spiritus, cū ab illis stultitiæ filiis derideat, sicut homo nō audiens, & nō habens in ore suo redargutiones. Cū deo sapienter & serio disputabat, & idcirco ad respondendū derisoribus illis, interim vacuū tempus nō habebat. Veracem omnino & non vanam faciebat spem generis humani, quia dictum fuerat, voca me, & respondebo tibi, aut certe loquar, & tu responde mihi. Ille primus qui vocabatur, abscondit se à facie domini dei, in medio ligni paradisi, & nil boni respondit. hic secundus homo vocatus absbat ante faciem domini dei, in medio ligni crucis, & respondebat perfectam atq; omnimodā obedientiam patri, imo loquar, & tu responde mihi, quantas haberemus nos iniquitates & peccata, & scelera atq; delicta nostra ostenderet ei.

*Quidam melius sit, vocari hominem à deo, & respondere illi, aut loqui hominem, & deum respondere, & quantæ eius iniquitates & peccata sint.*

CAPVT XVI.

**C**onferamus nunc vtrūq; & videamus quid melius sit, vocari scilicet hominem à deo, & respondere illi, an loqui hominem, & respondere deum homini, quantæ eius iniquitates & peccata sint. Dixit enim voca me, & ego respondebo tibi, & continuo bonā propositionem, sapientissimē in melius corrigens, atq; perficiens, aut certe, inquit, loquar, & tu responde mihi. Quid? Quantas habeo iniquitates, & peccata. Hoc ergo quaeramus, quo fructu melius sit, vel ad sapientiam magis atineat, vt loquatur homo, & deus respondeat illi, quam vt vocet hominem deus, & homo respondeat illi, quantæ iniquitates & peccata eius sint. Si ritē perpendimus, meritum rei reprehensibile est, eo vsq; differre confessionem peccati, donec dicat iudex deus, quid fecisti? Etiam si vocatus siue discussus respondeat homo, quantæ iniquitates vel peccata sua sint, & dicat, peccavi, patientiam habe in me, siue indulge mihi, quod Adam fecisse non legitur, nec fecit filius eius fratricida Cain, etiam si (inquam) veritatem respondeat vocatus in ius, quod fecit Dauid, iam tamen reprehensibile est, quod vsq; ad eiusmodi vocationem dei differat homo confessionē peccati sui. Cæterim, præoccupare faciem domini dei, & anteq; vocē vtronea cōfessione loqui sapiens consiliū, quo nullū melius homo peccator reperire possit. Quare videlicet quæ vocatus homo vt respondeat deo, oportet illū respondere iudiciū, vocatus autē siue inuocatus deus ad respondendū loquente prius homine, & illo priore suas iniquitates narrante, locū habet deus vt loquatur misericordiā, dicatq; interroganti hominē, quantas habeo iniquitates & peccata? dicat, inquit, Nulla. Nā deleui vt nubē iniquitates tuas, & quasi nebula peccata tua. Longē igitur melius est, prius hominē loqui. Et idcirco rectē cū dixisset. Voca me, & respondebo tibi, continuo quasi quod minus erat festina correctione supplens, aut certe, inquit, loquar, & tu responde mihi. Ecce per Christū, qui, vt iā dictū est, longē ab eo dissimilis, qui absconditus in medio ligni paradisi, etiā cū vocaretur, sapienter quippiam nō respondit, astitit palam, in medio ligni crucis, & vltro causam nostrā perorauit. ecce, inquit, per illū, & per eundē spiritū sapientiæ eius edocti, priores locuti sumus, quantas habemus iniquitates & peccata, & respondit nobis deus. ecce iā nulla. Vbi nam sic sumus elocuti, & ille sic nobis respondit? Nimirum in baptisinate, eiusdē Christi domini nostri. Sed de hoc aliā. Nūc instantia prosequamur,

*Quam iuste, quam fortiter pro omni mundo orauerit, caput pro membris, dicendo: Cur faciem tuam abscondis, & cetera. quomodo veram sapientiam ista ipsius ancilla comitata sit eloquentia.*

CAPVT XVII.

**A**deo conspicuā sese presenti loco exhibet vera sapientia, vt nullū paratior ad comitatū eius excurrat secularis eloquentia, quæ ferē in omnibus scripturis sanctis vltro sapientiæ sic obsequitur, vt solā veritatē querētes, dictorū quoq; pulchritudine vel vocū elegantia iure delectemur. Nā ecce quā dicit perfectissimā atq; absolutissimā, argumentationē in hac scriptura, quæ vtrūq; cunctis rhetoribus, Græcis siue Latinis antiquior est, pulchra & suavis oratio, quinque partibus perscripta, scilicet propositione, ratione, rationis confirmatione, exornatione, complexione. Proponit namque fidelis orator pro nobis omnibus, cum dicit. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicū tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Protinus rationem infert huiusmodi. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Rationis confirmationem annectit continuo, cum dicit. Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes

omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Adiungit prorsus exornationē ambrosiosissimam, exornationem non verbis phaleratam, sed humilitatis nimiae suavi veritate, & vera suavitate instructissimam, atque idcirco prævalidam ad occupandas aures, ad flectendam iustitiam, atque ad concutiendam eius misericordiam, cum qua graues inimicitiae nobis erant.

**Iob 14.** Homo, inquit, natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu qui solus es? Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est. Constituisi terminos eius qui præterire non poterunt. Tandem complexione eleganti vritur, cum dicit. Recede ergo paululum ab eo ut qui escat, donec optata veniat, sicut mercenarij dies eius. Magna & vehemens argumentatoris huius, id est, spiritus sapientiae concertatio, & quantum in se erat valēs confringere deum ad respondendum, quantas haberet homo iniquitates & peccata. Si tanti oratores antiqui, veteres sancti, quorum hic sermo erat, libera fronte in auditorio coelesti assisterēt, & nullis peccatorum maculis cooperti, aut contaminati fuissent, hoc vnum idem maximum intererat, & assidentis iudici deo misericordiae voces retardabat, quia maculatas antiquo probro personas iustitia repellerebat. Ecce autem vnus aderat, atque pro omnibus assistebat, homo reuerendus, & pro reuerentia dignè exaudiendus, in quē nihil querelae haberet iustus naturae nostrae iudex deus, imò apud quem magnae vicissitudinis debitor teneretur deus. Peccatum quippe, neque originale contraxerat, neque actuale commiserat, & tamen peccati poenam, id est, mortem propter præceptum eius, obedienter subibat. Dicebat igitur. Responde mihi, quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea atque delicta ostende mihi. Quid ad hæc deus responderet? Nunquid illi respondere poterat, quod vllas haberet hic homo iniquitates, aut peccata in propria persona, & non potius iustificationes & merita? Proinde iam illum arguere deum decebat, ut diceret. Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? Quod si ille responderet, nō ego à te faciem meam abscondo, neque arbitror te inimicum, imò filium meum charissimum, sicut restitutus sum voce ad te delapsa, à magnifica gloria, & dixi. Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Habebat iste vocem utique constantē, causamque legitimam, ut diceret veraciter, quod vni ex minimis meis, imò omnibus meis fecisti, mihi fecisti. Nam verè eius erant, omnes iusti siue electi, qui eum expectauerant ab origine mundi, & omnibus illis abscondebat deus faciem suam, interposito pariete inimicitiarum, arbitratis eos inimicos suos propter peccatū, quod peccauit communis omnium pater Adam. Erant etenim illi quoque natura filij iræ, sicut & ceteri. Cur ergo, inquit, faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum? In quo? Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Scribis enim, imò scriptas apud te retines contra me amaritudines, quas hoc modo homini elocutus es. Quia audisti vocem vxoris tuæ, & de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, comedisti, maledicta terra in opere tuo. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluere reuertaris. Eiusmodi amaritudines extunc scribis contra me, simulque consumere me vis peccatis adolescentiae meae. Si quidem tam pro originali, quam pro actualibus peccatis, quæ adolescentiae leuitate commissa sunt, de quibus Psalmista, Delicta, inquit, iuuetutis meae, & ignorantias meas ne memineris, hætenus vnumquęque consumere vis. Deinde posuisti in neruo pedē meum, funibus peccatorum suorum confringēs vnumquęque, ut non quæcunq; velit illa faciat, ut condelectetur nonnunq; legi dei secundum interiorem hominem, videat autem aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captiuum se ducentem in lege peccati, quæ est in membris suis.

*Quod iuste exauditus sit pro sua reuerentia, secundum quod & Apostolus ait: Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis IESV CHRISTI in plures abundauit.*

CAPVT XVIII.

**H**Aec, cæteraque iam dicta, vel his similia cum clamore intimo, clamore, ut ait Apostolus, valido & multis lachrymis perorando, per hunc sapientiae spiritum, victoriam obtinuit in iudicio, secundum rationem æquitatis, quam perpendens idem Apostolus ita dicit. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Et subinde. Si enim in vnus delicto mors regnauit per vnū, multo magis abundantia gratiae donationis & iustitiae, accipientes in vita regnabunt, per vnum Iesum Christum. Item. Sicut per vnus delictum omnes homines in condemnationem, sic &

sic & per vnus iustitiam omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Quid aliud responderet, aut censeret pater æquus, deus iustus? Quid enim æquius, quid rationabilius? Aut nunquid illa summæ maiestatis altitudo minus prompta esse deberet ad gratiam clementiae, quam fuisset ad iram iustitiae? Per vnum quippe hominem, in hunc mundum peccatum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Sic prompta iustitia iudicantis extitit, ut vno peccante, nos omnes, qui necdum fueramus nati, suscipere mus hæreditatem peccati, hæreditatem mortis. Fatemur iustam fuisse vindictam, veram & irreprehensibilem iustitiam. Non enim aliud iure possiderēt filij, nisi quod à parentibus thesaurizatum fuit. Sed ecce generis nostri pater alius, nō in carne, sed in spiritu. Gratiæ huic spiritui sapientiae vnico, multiplici, subtili, mobili, diferto, certo, suauis, benigno, stabili, quæ subtilitate, mobilitate atque acumine suo modū inuenit, quo nos illi veteri natos, regeneraret huic homini nouo. Num ergo minus, ut iam dictum est, larga esse poterat diuinitas ad iustificandum per gratiam clementiae, quā fuerat ad condemnandum per iram iustitiae? Igitur nō perturbato aut confuso ordine veteris iudicij, sed remota causa per quam subintrauerat iudicium mortis, prolatum est responsum vitæ & pacis, totusque paries inimicitiarum solutus est.

*De eo quod ait Luca vigesimo tertio: Pater, in manus tuas commendo spiritum meum, sciens se resurrecturum, & hinc es illud: Lignum si præcisum fuerit, habet spem.*

CAPVT XIX.

**T**unc iste nouus Adam obdormiuit, atque obdormiens dixit. Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Certus hoc dixit, certus, inquam, & securus, quod commendatum vel depositum suum cum grandi esset lucro cito recepturus, sicut & factum est. Nam quia sic tradidit spiritum suum, ecce omnibus filiis suis, omnibus filiis regenerationis suæ, acquisiuit paraclerum spiritum sanctum, & ipse recepit suum. Alias autem, nisi spiritum suum, spiritum vitæ suæ hic homo tradidisset, spiritus paracleris in eo ipso, quod paracleris est, scilicet in dando remissionem peccatorum, non venisset. Proinde & dicebat. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, paracleris non veniet ad vos. Si autem abiero, mitram eum ad vos. Itaque quemadmodum illi veteri Adæ dormienti statim, costa de latere subducta, & in coniugem illi ædificata vel formata est, ut posteritas propagaretur, sic isti nouo Adæ, iam in morte soporato, de patefacto eius latere, sanguinis & aquæ sacramentum productum est, & exinde statim ecclesia reformata, de qua multi per orbem terrarum filij nascuntur. Nam quod optime nouit, & nosse debet fides Christiana, statim vniuersa priscorum electorum, quantacunq; ab origine mundi collecta fuerat, apud inferos redemptionem suam expectans, illo sanguine & illa aqua emundata, regenerata atque huic viro copulata est, & exinde quorū singulatum de cunctis gentibus baptizantur, tot filij de isto viro, & de ista eius coniuge nascuntur. Nec verò cum sic obdormiret, quam cito euigilaturus esset, ignorabat, quam cito spiritum suum quem in manu patris tradebat, cum tanto peractæ obedientiae fructu resumpturus esset. Nam & antea cum dixisset de hac dormitione sua, ecce ascendimus Hierosolimam, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, & flagellabitur, & conpuetur, & postquam flagellauerint, occidit eum. continuo subiunxit. Et tertia die resurget. Idcirco qui supra scilicet sanctus Iob post illa quæ supra dicta sunt, continuo dicit in eum. Lignum habet spem, si præcisum fuerit rursus virefcit, & rami eius pullulant. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est. Quod est enim hoc lignum, nisi is ipse qui cum præcideretur, dicebat, quia si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Itaque si præcisum fuerit, rursus virefcit, subauditur, tertia die velocitate resurrectionis. Hoc idcirco, quia nihil vnquam habuit ariditatis, id est, homo erat absque omni corruptione peccati, imò quia non solum homo, sed & deus erat, cuius viror nunquam deficit. Cæterum, de homine, qui homo tantum, & non deus est, qui in peccatis nascitur antiquæ præuicationis, & idcirco comparari vel coæquari non potest huic ram viridi ligno, continuo subiungit. Homo verò cum mortuus fuerit, atque nudatus & consumptus, ubi quæso est? Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuefactus arefcit, sic homo cum dormierit non resurget. Donec atteratur cælum, non euigilabit, nec conserget de somno suo. Est ergo hic homo lignum vitæ semper virens spiritu sapientiae, quod ut nobis fructificaret & in præsentem vitam animarum, & in futuro resurrectionem corporum, quando atteretur cælum præcidi se permittit, non dubitans, quod continuo post triduum reuifesceret, euacuata in semetipso præcisione eius, quam solam pertulerat mortis corporis.

Qualiter hic sapientia sacramentum dum fieret, absconditum fuerit ab oculis omnium viuentium, & quomodo Iudaei derisores eiusdem sapientiae inexcusabiles sint.

CAPVT XX.

**H**oc opus huius sapientiae spiritus sacramentum tunc interim dum fieret, erat absconditum, ut nemo sciret usque ad tempus statutum. Vnde & idem beatus Iob in parabola sua sic inter caetera loquitur. Vnde ergo sapientia veniet, & quis est locus intelligentiae? Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Volucres quoque caeli lateret. Perditio & mors dixerunt. Auribus nostris audiuius famam eius. Ab oculis, inquit, omnium viuentium. Veraciter ab oculis omnium viuentium. Nam nemo omnium hominum, qui tunc in carne viuebant, nouerat, quid ageretur per crucis Christi patibulum, nec saltem quisquam apostolorum. Vnde & subiunctum est. Volucres quoque caeli lateret. Volucres quippe in hoc loco in bonum accipiendi sunt, videlicet de qualibus dictum est. Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum, & creuit, & factum est in arborem magnam, & volucres caeli requieuerunt in ramis eius. Prae cunctis eiusmodi volucris apostoli sublimius euolauerunt. veruntamen & ipsos latuit tunc, dum fieret hoc sapientiae mysterium. Perditio & mors dixerunt. Auribus nostris audiuius famam eius, id est, maligni spiritus, qui perditionis & mortis inuentores extiterunt, quid contra se ageretur praevidere non potuerunt. quippe, qui ab initio radijs sapientiae suos oculos occluserunt, & lumini eius rebelles extiterunt. Caeterum mortuorum communi morte nonnulli hoc scire potuerunt, maxime autem patriarchae & prophetae quorum nouissimus Iohannes nuper sublatus fuerat de coetu viuentium, qui utique sacramentum hoc cum viuentes praecinuerint, mortui iam non ignorabant, sed desiderio magno expectabant assuturum. Proinde recte non dictum est tantum, abscondita est ab oculis omnium, sed cum determinatione omnium viuentium, id est, tunc temporis in carne commanentium. Quid igitur? Num excusabiles fuisse consequitur derisores illos, qui illum crucifixi erant, & crucifixum deriserunt, quia sua voluntate abscondita erat haec sapientia ab oculis omnium viuentium? Non utique. Sequitur enim. Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus, tunc vidit illi, & enarrauit, & praeparauit, & inuestigauit, & dixit homini. Ecce timor domini ipsa est sapientia, & recedere a malo intelligentia. Cui nam homini priusquam apud quem hoc sapientiae sacramentum conditum, & cum conderetur derisum atque contemptum est, cui, inquam, homini priusquam huic deus ponendo legem pluuijs, & viam procellis sonantibus, dixit. Ecce timor domini, ipsa est sapientia? Legem quippe pluuijs ponere fuit, & viam sonantibus procellis, praedicatoribus indicare, ut viuendo implerent, quod loquendo suaderet festinabant, quatenus praedicatorum non contempta, quasi procella sonans expeditiori via curreret. Hanc legem primo Moysi, & prophetis, deinde apostolis deus posuit. Totum hoc primitum apud Iudaeos, nam illis primum legalia siue prophetica eloquia dei credita sunt, & illis primum sicut oportuit, praedicatorum est Christi Euangelium. Vtrobique illi primo dictum est. Ecce timor domini ipsa est sapientia, hoc enim consonanter tam prophetica quam euangelica categorizat scriptura. At ille proteruus dominum non timuit, semper illi ab initio rebellis extitit, maxime vero illo tempore, quo haec facta sunt, quando impleuerunt mensuram patrum suorum, persequendo & occidendo Christum, cuius prophetas absque timore domini occiderant patres eorum. Non igitur excusabiles sunt, quia videlicet non idcirco non timuerunt dominum, quia abscondita erat sapientia ab oculis eorum. sed idcirco abscondita est, ut nunquam inuenirent eam, quia non timuerunt dominum. Nam e contrario, qui timuerunt dominum ipsi reuelatum est, & quantum essent homines idiotae ac sine literis, ipsi scierunt sacramenta dei, iuxta confessionem dicentis. Confiteor tibi pater, domine caeli & terrae, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Quomodo dicat deum dixisse homini: Ecce timor domini ipsa est sapientia, cum alius sit sapientiae, alius timoris spiritus, & quod ex eo quoque quia hoc deus dixit homini, Iudaei & omnes stulti inexcusabiles sint.

CAP. XXI.

**S**ed quomodo septem spirituum numero atque ordini notissimo, qui & praesenti opere a nobis susceptus est, dictum hoc non repugnat aut discrepat. ecce timor domini ipsa est sapientia? Si enim timor domini ipsa est sapientia, quomodo non minoris, sed eiusdem autoritatis alia scriptura quae dicit, Et regesceat super eum spiritus domini, spiritus sapientiae & intellectus, &c. alium timoris, atque alium sapientiae spiritum computat, amboque ab inuicem loco vel gradu septimo disternunt? Ad hanc inquisitionem ecce tertia nobis succurrit scriptura, dictione reuerata, quasi vtriusque mediatrix, videlicet ea quae dicit. Initium sapientiae timor domini. Cum enim sic dicit, duarum quas praediximus tubarum, siue organorum spiritus sancti consonantiam pariter astruit, quia videlicet timor domini initium sapientiae est. Initium autem sapientiae, sapientia est, licet nondum perfecta, quomodo aurora siue diluculum iam dies est, licet nondum plena, Est igitur timor domini sapientia, id est, initium vel primus gradus sapientiae.

Iob 28.

Matth. 13.

Iob 23.

Roma. 3.  
Psal. 119.  
Prouer. 1 & 9  
Eccl. 1.

Matth. 11.

Iob 28.  
Esai. 11.

Psal. 119.

Sapientia. Sic & pietas sapientia, id est, secundus gradus sapientiae. & scientia sapientia, id est, tertius gradus sapientiae. & fortitudo sapientia, id est, quartus gradus sapientiae. & consilium sapientia, id est, quintus gradus sapientiae. & intellectus sapientia, id est, sextus gradus sapientiae. Septimo autem gradu cum dicitur sapientia, plena intelligitur atque perfecta, cuius officium est cessando ab actibus, & vacando contemplationi praecipue iam bona futura, bona aeterna, iuxta illud. Maria optimam partem elegit, quae non auferetur ab ea, quae videlicet pars, non alia est quam ipsa sapientia, in propria specie videnda. Proinde cum dixisset, abscondita est ab oculis omnium viuentium sapientia, ne quis desperaret, aut absconditione eius reprehenderet. Ecce, inquit, timor domini ipsa est sapientia, & haec dicendo quasi ostium aperuit, primumque gradum ostendit quo paruulus ad sapientiam superbis absconditam ascendere incipiat. Iam illuc accesserant illi viuentes qui sese a stultis, & peccatoribus male viuentibus & dominum crucifigentibus, segregauerant. s. apostoli, & ille quoque B. Ioseph ab Arimathia vir bonus & iustus, de quo Euangelium refert, quia non consenserat consilio & actibus eorum. Huic plane sapientia erat timuisse dominum. & in hoc primo gradu audisse sapientiam, dicentem. Fili mi si te laetauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, veni nobiscum, insidiamur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut in infernum viuentem, & integrum quasi descendente in lacum. omnem pretiosam substantiam inueniemus, implebimus domos nostras spolijs, forte mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum, sili mi ne ambules cum eis. Prohibe pedem tuum a lemitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant ut effundant sanguinem. Veruntamen ab istorum quoque viuentium. s. apostolorum, & illius B. Ioseph oculis, adhuc abscondita erat sapientia, nesciebant Christi mysteria, ignorabant quae vel quanta foret crucis & mortis eius utilitas. Quia vero timedo dominum, & non acquiescendo, laetantibus se peccatoribus, qui in foribus sapientiae steterunt, ideo sursum vocari & ascendere ad sapientiam meruerunt. id est, accipere ad cognoscenda dei sacramenta hinc de qua loquimur sanctum sapientiae spiritum.

Quod dicit: Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, aut ad praecceptum tuum eleuabitur aquila.

CAPVT XXII.

**S**ecundum haec recte illud intelligitur, quod eidem Iob respondens de turbine dominus, de eiusmodi volucris caeli, post multa dicit. Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Aut ad praecceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum? In petris manet, & in praeruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus. Inde contemplatur escam, & de longe oculi eius prospiciunt. Pulli eius lambent sanguinem, & vbicumque cadaver fuerit, statim adest. Nunquid ait, per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad austrum? Quia per annos singulos pennam veterem accipiter noua nascente proiciat, ac sine intermissione plumescat, penae nullus ignorat. Non autem hic illud plumae tempus dicitur, quo in nido vestitur. quia tunc nimirum adhuc pullus ad austrum alas expandere non valet, sed illa annua pluma describitur quae laxata vetere penae renouatur. Equidem domesticis accipitribus, quo melius plumescere debeant minuta ac tepentia loca requiruntur, agrestibus vero moris est, ut flante austro alas expandat, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem, ventis tepore concalescant. Cum ergo ventus deest, alis contra radijs solis expansis, atque ita percussis, tepentem sibi auram faciunt, licetque apertis porris vel veteres exiliunt vel nouae succrescunt. Quid est ergo accipiter in austro plumescere, nisi quod vniuersis sanctorum tactus flatu sancti spiritus conalescit, & vsum vetustae conuersationis abiiciens, noui hominis formam sumit? Hoc maxime iam dictis contigit apostolis, qui cum essent vetustae volucres, id est homines, propter carnalem sensum tardiores, & propter hoc eos haec sapientia lateret. ad hoc referuari meruerunt, timedo dominum, ut flante austro plumescerent, id est, adueniente super eos spiritu sancto, nouis gratiarum pennis subleuati, caelestis sapientiae secreta perspicerent. Porro quod sequitur. Nunquid ad praecceptum tuum eleuabitur aquila, &c. cum de ceteris valeat intelligi, maxime de Iohanne intelligendum auctoritas ecclesiastica tradidit, qui sublimius volando terram deseruit, & super omnes caelos mente iuit, quippe qui per subtilem intelligentiam, interna mysteria verbi videndo penetravit, & scribendo claro testimonio declamauit.

Quod cum dicimus eo respectu absconditam ab oculis omnium viuentium sapientiam, iure tamen beatam quae tunc viuebat excipimus Mariam, & quod eadem sapientia quae in principio dictum est: Gene. 1. Fiat lux, nunc dixerit apostolis: Accipite spiritum sanctum.

CAPVT XXIII.

**E**rat ergo in hoc mundo solus, qui sciret sapientiam tunc temporis, Christus ipse dei sapientia. Nam sicut iam dictum est, ab oculis omnium viuentium abscondita erat sapientia, & volucres quoque caeli latebat. Et quomodo in illo antiquo principio, cum creasset deus caelum & terram, terra erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi. sic & in isto nouo creaturae nouae principio, totus mundus a sapientiae cognitione inanis & vacuus erat, & tenebrae ignorantiae erant super faciem cordis

Luca 10.

Luca 22.

Prouer. 1.

Iob 23.

Iob 28.  
Gene. 1

cordis totius generis humani. Veruntamen beatam dei genitricem tunc viuentem confiden-  
ter excipimus, quia nequaquam ab oculis eius hæc sapientia se absconderat. Prophetissa enim  
hæc erat. prophetissa inquam, nulli prophetarum comparanda, cuius in sacrarium pectoris  
spiritus sanctus prophetias omnes conuexerat. Hac itaque sola excepta, omnis terra erat in-  
anis & vacua, & tenebræ, ut iam dictum est, ignorantie erant super faciem abyssi, super om-  
nem animam totius generis humani. Porro hæc sapientia secundum substantiam illa erat, que  
dudum in Salomone dicebat. Dominus possedit me ab initio vitarum suarum, antequam quic-  
quid faceret à principio, ab æterno ordinata sum. Et subiinde. Quando appendebat fundamen-  
ta terræ, cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies ludens coram eo o-  
mni tempore, ludens in orbe terrarum, & deliciae meae cum filiis hominum. Delectet igitur  
cunctos vtriusque ludii spectatores beneuolos, quia & illic in initio veteris creaturæ dixit. Fias  
lux, & facta est lux, diuisitque lucem & tenebras, & hic in initio nouæ creaturæ lucem inue-  
xit inferis, ut viderent lucem veram, deum verum, qui hætenus sedebat in tenebris omnes  
electi ab origine mundi, imò transirent de regione tenebrarum, ad patriam æternæ clarita-  
tis, essentque ibi lux, videndo substantiam veræ lucis. lux, inquam, diuisa à tenebris inferni, & nos  
qui viuimus, essemus lux diuisa à tenebris huius mundi, dicente Apostolo. Fuitis aliquando  
tenebræ, nunc autem lux in domino. Nam & viuus lucem intulit dicendo postquam resurrexit,  
accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & extunc impleuit a-  
postolus suis quod promiserat, dicendo, vos estis lux mundi. Verobiqui scilicet & in illo veteris,  
& in isto nouæ creaturæ opere, sapientia hæc satis amabiliter coram domino lusit.

*Quomodo eadem sapientia lusit hic & illic, & quod lusit illic bene coram domino,  
sed hic melius, ubi sic illudit coram deo, ut illuderet diabolo.*

CAPVT XIII.

**Q**uem tandem ludum nos homines pulchriorem esse vel fuisse censebimus, quo magis  
iure delectamur? Nempe hunc ludum postremum magis probamus, & hoc ludo ma-  
gis delectamur, magis enim hic pertinet ad nos, & totus factus est propter nos. Et ut vera di-  
scerere vtamur, illic cœlum & terram creando bene quidem lusit coram domino, sed hic no-  
uos cœlos & nouam terram creando sic lusit coram domino, ut illuderet diabolo. De qua vi-  
delicet illusione dicebat ipse dominus ad beatum Iob. In oculis eius, quasi hamo capiet eum,  
& in ludibus perforabit nares eius. An extrahere poteris Leuiathan hamo, & tunc ligabis lin-  
guam eius? Nunquid pones circulum in naribus eius, & armilla perforabis maxillam eius? Nun-  
quid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet pactum tecum, & ac-  
cipies eum seruum sempiternum? Nunquid illudes ei quasi aui, & ligabis eum ancillis tuis?  
Concident eum amici, diuident illum negotiatores? Nunquid implebis sagenas pelle eius, &  
gurgustium piscium capite eius? Nam ad singula subaudiendum est, ut ego. Hoc planè pro-  
pter nos homines factum est, nam illud prius sapientie opus, tam propter angelos, quam pro-  
pter nos homines. Nobis quippe Leuiathan infestus erat, quod nomen eandem infestationem  
diaboli significat. Leuiathan quippe additamentum eorum dicitur. Quorum videlicet nisi ho-  
minum, quibus semel culpam præuaricationis intulit, & hanc vsque ad mortem æternam quo-  
tidie pessimis suggestionibus extendit. Quibus dum reatum foenore multiplicat, poenæ pro-  
culdubio sine cessatione coaceruat. Potest quoque Leuiathan etiam per irrisionem vocari. Pri-  
mo quippe homini persuasione callida, diuinitatem se additurum perhibuit, sed immortalita-  
tem tulit. Additamentum igitur hominum per irrisionem dici potuit, quibus dum hoc quod  
non erant se addere sponduerunt, etiam hoc quod erant fallendo subtraxit. Quomodo isti hic sapi-  
entiae spiritus illudit? In oculis, inquit, quasi hamo capiet eum. Quis nesciat quod in hamo esca osten-  
ditur, aculeus occultatur? Esca enim præuocat, ut aculeus pugnat. Dominus itaque noster ad hu-  
mani generis redemptionem veniens, velut quendam de se in necem diaboli hamum fecit. Assump-  
sit enim corpus, ut in eo quasi escam suam mortem carnis appeteret, quam mortem dum in illo iniuste ap-  
petit, nos quos quasi iniuste tenebat, amisit. In hamo ergo eius incarnationis captus est, quia dum  
in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo diuinitatis. Ibi quippe inerat humanitas quæ  
a se deuoratore duceret, ibi diuinitas, quæ perforaret. Ibi aperta infirmitas, quæ prouocaret,  
ibi occulta virtus quæ raptoris faucem transfigeret. In hamo igitur captus est, quia inde interijt,  
unde deuorauit. Et quidem filium dei incarnatum nouerat, sed redemptionis nostræ ordinem nescie-  
bat. Sciebat enim quod pro redemptione nostra incarnatus dei filius fuerat, sed omnino quod idem  
redemptor noster illum moriendo transfigeret, nesciebat. Unde & bene dicitur. In oculis eius quasi  
hamo capiet eum. In oculis quippe habere dicimur, quod coram nobis positum videmus. Antiquus  
vero hostis, humani generis redemptorem ante se positum vidit, quem cognoscendo con-  
fessus, confitendo perimuit, dicens. Quid nobis & tibi fili dei? Venisti ante tempus torquere  
nos. In oculis itaque suis hamo caprus est, quia & nouit & momordit.

*De illo*

*De illo illuso per passionis Christi mysterium quam veraciter dictum sit: Nunquid  
feriet tecum pactum, aut accipies eum seruum sempiternum?*

CAPVT XXV.

**H**æc & cætera quæ supra posita sunt, si rectè spectator attendat, sicut notæ auctoritatis  
beati Gregorij demonstrat expositio præluceat, nihil hoc ludo sapientie coram domino  
pulchrius, nihil hac illusione spiritus sapientie delectabilius. Vnum illic dictum est, quod li-  
bentius ad præsens reuocamus spectaculum, scilicet quod ait. Nunquid feriet tecum pactum,  
& accipies eum seruum sempiternum. Hoc enim tam magnificè dictum, tam mirificè est gestum,  
ut si alius spectator beneuolus, non sarietur oculus visu, nec auris auditu, quomodo enim dictum  
est. Nunquid feriet tecum pactum, aut accipies eum seruum sempiternum, subauditur, ut ego, nisi  
ac si diceretur, nunquid sic illo vteris tanquam iurato tibi seruo, seruo sempiterno? Nam voluntate  
quidem aduersatur, unde & graeco vocabulo dicitur Sathanas, id est, aduersarius, actu autem  
est seruus sempiternus, & sic feruit tanquam sit fidelis, ita cooperatur & bonis proficit, tanquam  
adiuare vellet spiritum domini, & sic vigilantia eius procedit, tanquam maturet consilium da-  
re & ostendere illi. Quomodo autem vel quando factum est, ut vteretur deus actu diaboli tan-  
quam iurato seruito, tanquam fidelis ministerio? Imò quando quippiam egit diabolus quod  
non proficeret deo, unde non accresceret amplius laus & gloria domino deo? Ex quo cecidit  
de cœlo superbus hic angelus, & ad laudem vel gloriam iusti iudicis dei, factus est diabolus,  
quicquid inquam egit vel agere voluit, totum ad obsequium & honorem dei proficit, & pro-  
ficere non desinit vsque in finem seculi. Unde & initio ministerij eius deo quidem operosi, sibi  
autem inutilis & damnosi, dictum est illi. Super pectus tuum gradieris. Quod est dicere. Sicut hoc  
reptile, cuius calliditate abulus es, super pectus tuum graditur, & seipsum in terram premit, sic tu  
diabole, cum sis rationalis spiritus, rationale tuum graui semper fatuitate onerabis, & quocum-  
que te vteris, semper intentionem tuam deorsum conteres, & factis premes contrarijs. Verbi  
gratia. Inuidendo euacuasti meritum hominis, sed hoc factio gratie dei locum aperuisti, cui ani-  
mulus inuidebis, dum homo seipso tanto sicut aliorum, quanta gratia dei, cuiuscumque creaturæ me-  
ritis est maior. Abhinc vsque in finem, dum deo volens aduersaris, deo nolens cooperaris, &  
ita circulum habens in naribus tuis, super pectus tuum gradieris, quia miro ordine & mala  
intendis & bona agis, dum persequendo efficis hoc ipsum quod ut destruas persequeris, dum  
quasi malleolus, aurum dei nequiter affligis, & affligendo ad gloriam extendis. Cuncta hæc  
subtilissimè pendentes vir sapiens dicit. Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in lu-  
rore suo confirmauerunt sibi tormenta sua. Ac si diceret. Tantus illorum furor est ex inuidia  
propter successus bonorum, ut temperare sibi met nequeant, quin agant quod ad maius sibi  
proueniat tormentum. Unde si quæras, quid habeat diabolus, cur tantoperè agat ea, quibus  
factis amplius doleat, suæque voluntati nocens, alienæ virtuti plurimum proficiat, ecce iam  
habes, quia furor causa est. Nam tam de illo quam de satellitibus eius malignis spiritibus, in lu-  
rore suo, inquit, confirmauerunt sibi tormenta sua. Mirum hoc tibi fortasse videatur, si nunquam  
audisti, quod homo quoque per furorem occiderit semetipsum. Spectemus nunc ut coepimus  
circa Christum huiusce furoris eius fatuitatem, & huius de quo loquimur spiritus sapientie lau-  
dem. Dicebant pharisæi, & illis dicentibus, dicebat utique diabolus, qui loquebatur in eis. Vi-  
detis quia nihil proficimus? Ecce mundus totus post eum abiit. Item. Quid facimus, quia hic  
homo multa signa facit? Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum. Ab illo ergo die cogi-  
tauerunt ut interficerent eum. Dum hæc dicerentur, dum hæc agerentur, intendebat utique  
possessor eorum diabolus, ne mundus iret post eum, ne omnes crederent in eum, sed hoc ip-  
sum intendens egit, quod erat contrarium, ut scilicet mundus totus iret post eum, ut omnes  
credere in eum. Seruiuit ergo tanquam seruus sempiternus, seruiuit tanquam iurati custos  
pacti vigilantissimus, domino suo regnum, sibi autem eodem seruitio confirmans tormentum.  
Non postulabat deus holocaustum, & pro peccato, id est, vitulos, aut certe pingues agnos, sed  
vno opus erat agno in sacrificium pro toto mundo. Nec huic negotio defuit malus seruus, in-  
sistens seruitio necessario, intravit enim in Iudam Scarioth, & egit, ut traderetur ad victimam  
hic agnus melior, in illa nocte qua comedebatur ille paschæ veteris agnus per singulas do-  
mos. Intendebat deus vel dei sapientia facere irritam venditionem, qua semetipsum primus  
homo vendiderat, transgrediens præceptum, vana sibi diuinitatis spe proposita, adiuuit &  
hanc intentionem bonam, seruus hic nequam, agendo ut venderet hunc hominem traditor,  
qui vendidit illum ius nullum habebat. Intendebat diuinitas huic homini dare regnum, &  
subijcere potestati eius omnia regna mundi, adiuuit & in hoc seruus iste agendo, ut per lu-  
riosum iocum purpura vestiretur, sceptro, id est, calamo donaretur, coronaretur, & regio no-  
mine saluaretur. Quodque non minus miremur, quia cogitabat dominus ponere in eo ini-  
quitates omnium nostrum, spinea erat corona, ne posset negare seruus illudor quin iste dominus  
CCCC iij omnium

Gregorius.

Iob 40.

Gene. 3.

Eccle. 39.

Iohan. 12.

Ibidem 11.

Iohan. 13.

Esaiæ 55.

omnium spinas portauerit peccatorum nostrorum. Omnibus his modis illudendo, sive ligandam praeuit linguam suam, nec dicere potest factam sibi vim aut iniustitiam in eo quod hic regna mundi ad se traxerit, quippe qui licet per iocum nequissimum, regalia tamen insignia circumdedit illi. Depolcebat ordo salutis nostrae, ut quia per lignum facta fuerat culpa, per lignum quoque fieret iustitia, & nihilominus in hoc mali huius serui nequitia seruauit agendo ut in ligno suspenderetur homo, qui culpae non subiacuerat. Decebat, ut mundaret possidentis gratia, quos abluerat redimentis poena, egit hic seruus ut eius, iam mortui larus aperiretur lancea, vnde statim exiuit sanguis & aqua. Quis vniuersum hunc ludum digne queat admirari, quo hic spiritus sapientiae generis humani illusori sic potenter euectis, sic sapienter illustris? Quis proinde dicti huius magnificentiam, nunquid feriet tecum pactum, & accipies eum seruū semper iterum, digne aestimare possit. O igitur altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius.

*Quomodo ad eiusdem sapientiae rationem spectet, quod idem dominus habens potestatem vitae & mortis, non ante tertium diem resurgere voluit ex mortuis.*

CAPVT XXVI.

**A**D eandem sapientiae pulchram rationem, rationabilemque pulchritudinem, illud quoque permaxime spectat, quod idem dominus, vitae & mortis habens potestatem, non ante tertium diem resurgere voluit. Cur ita factum sit vel fieri debuisset, aut decreuerit, dicere molimur, licet & hoc ut caetera nostro sensu longe altius sit. Ternarius numerus qui apud seculares philosophos quoque insignis habetur, pro eo quod imparium & eorum qui praeter unitatem nullam aliam recipiunt sectionem primus est numerorum, apud nos longe amplius praecleari nominis, imo primae ac diuinae est auctoritatis, tam propter ipsam essentiam sanctae indiuiduae trinitatis, quam pro eo quod saluator noster tertia die resurrexit a mortuis. Et proinde tertia dies, ad idem ipsum sanctae trinitatis sacramentum respicit. Idcirco namque dominus noster non ante tertiam diem resurrexit, quia congruum fuit, ut propitiationem sanctae trinitatis, triduaena nobis obtineret mors carnis Christi. Alioqui cur sub trina missione baptizamus in nomine patris & filij & spiritus sancti, complantati facti, similitudini mortis eius, nisi quia eandem mortem suam, quam antea baptismum suum appellauerat, triduo pertulit, & ipse in nomine & in obedientia patris & filij & spiritus sancti? Siquidem & pater filio sicut & ipse filius testatur, calicem passionis dedit, & ipse filius animam suam in sua potestate propinavit, sicut ipse ait. Potestatem habeo ponendi animam meam. Et spiritus sanctus illi propinari fecit, sicut Apostolus ait. quia Christus per spiritum sanctum semetipsum obtulit. Congruum ergo mors domini triduaena extitit, quam sancta trinitas disposuit, quamque ad obtinendam humano generi propitiationem eiusdem sanctae trinitatis, nostra in illo sola pertulit natura. Non solum autem, sed & tota vita eius annorum suorum numero sanctae trinitati famulatum exhibere, & eius praeepto se obedire inuit, Nam in triginta tribus annis, quibus super terram ambulauit, ternarius est repetitus hac sola differentia, quod vnus ternarius ut triginta sint in decem limitem confurgit, alius ut simplex sit, in singulari limite consistit. Cuius in typum Isaac quoque ad immolandum, ternario dierum numero ductus est. Nam de Geraris, ubi tunc habitabat Abraham usque ad montem Moriam, id est, sedem templi iter dierum tritum est (ut ait Hieronymus) & consequenter illic die tertio peruenit, sicut historia refert, & venit in locum quem dixit ei deus die tertia. Sed ut ad inceptum redeam, mira velocitas, mirabilis ille saluatricis gratiae cursus & recursus, ut in triduo trium temporum seculi peccata deleat, omnes qui ante legem fuerant, omnes qui sub lege erant, cunctos qui sub gratia venturi erant, vna Christi morte pariter saluaret, pro singulis temporibus singulos dies eiusdem mortis appendens. Tantam eius velocitatem spiritus sanctus innuebat cum prophetam imperans dicebat. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina praedari. De hoc & illud in Canticis. Reuertere, similis esto dilecte mi capreae hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Accelerauit enim inferni spolia detrahere, festinauitque praedari, reuersusque ut caprea, aut ceruorum hinnulus, id est, patriarcharum filius, ad saluandum velocissimus apparuit super montes Bethel, id est, visus est apostolis, ut eorum tristitia cito in gaudium verteret, qui sunt montes Bethel. i. domus dei, quae est ecclesia, principes summis virtutibus eminentes. Accelerauit inquam, inferni spolia detrahere, id est, electos omnes iure victoris educere. Quae enim mora fieret ad detrahendum, aut quae difficultas ad discernendum? Sol erat iste, illi autem qui querebantur tanquam specularia. Illorum fides speculum erat, reddendo solis aspectu radium satis idoneum, sed ideo non splenderat hactenus. quia soli obiectus medius obstabat paries inimicitiarum, scilicet originale peccatum. At illi in carne sua mortis Christi parietem soluerat ac diruerat, qui illa specularia animarum, verum solem expectantium, umbra tegebat aduersa. Quae ergo mora fieret, ut diruto pariete, & descendente ad inferos vero sole, non statim reluceret illa vascula lucis exceptoria. i. electorum animae? Statim ut illuc descendit hic sol, id est, anima Christi praepotens & insita sibi verbi omnipotentis diuini

Iohan. 19.  
Iob 40.  
Roma. 11.

Luca. 12.  
Iohan. 19.  
Iohan. 10.  
Hebr. 9.

Gene. 22.

Esai. 8.  
Cant. 6.

eis diuinitate coruscans, illi resplenderunt, & tenebrarum principes dissipati sunt sicut fumus, & sicut fluit cera a facie ignis, & iusti exeuntes de tenebris, & in paradilum recepti epulari coeperunt, & exultare in conspectu dei, latrone simul epulante, cui dixerat dominus in cruce pendens. Hodie mecum eris in paradiso. Totoque sabbato requieuit ab omni opere suo dominus Christus cum illis & pascebatur dilectus in liliis, donec aspiraret tertia dies, & inclinaretur umbrae. Die igitur tertia, propitia nobis facta diuinitatis trinitate, cito mortem quam gustauerat reiecit a se, sicut significauerat, quando in cruce, nostram salutem sitiens, & ideo se veraciter sitive dicens, cum oblatum sibi gustasset acetum, noluit bibere. Mortis enim acetum paululum gustabat, quam cito, id est, tertia die reiecit, nec ultra bibiturus erat. Resurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur.

*Quomodo ad sapientiam pertinuerit, quod resurgens, non statim peremptoribus suis insultauit, nec dilectoribus suis repente apparuit.*

CAP. XXVII.

**P**ostquam inimicos illudit, ad amicos respexit, eisque post tristitia nebulas serenae ac luminis suae victoriae radium refudit, ordine vel modo, quo per hunc sapientiae spiritum fieri condecuit, non continuo peremptoribus suis manifestus effragans insultauit, aut meritas vindictae poenas exegit, quod facere interdum minus prudentium hominum est, eorum qui victoriae temperare, vel gloriae modum tenere nesciunt. Expectabat enim propalanda gloriae suae ordinem dignum, videlicet non mutatus spiritu sancto, sed idem qui fuerat, idem permanens, qui dixerat. Ego gloriae meae non quaero, est qui quaerat & iudicet. Non est moris vel disciplinae eius contentiosa inuestigatio seu insultatio festinatam rapere gloriae victoriae de hostibus, nisi forte ad tempus hoc vilitas exigat, scilicet pro instructione vel confirmatione illorum, qui credunt vel credituri sunt, ut de aliquantis impijs ita caeteris metuenda poena sumatur, quatenus non lateat conscientiam viuentium victoris Christi filij dei esse iudicium. Semel hoc faciendum est, ut rideat sapientia in interitu paruulorum stultitiam diligentium, & subannet, cum eis quod timebant acciderit, tunc utique quando fiet, quod necessario faciendum est, vniuersale iudicium. Interim ad sapientiam sciamus pertinere, ut permitti thesaurizent sibi iram in die irae, quia vocauit (ait) & renouistis, extendi manus meas, & non fuit, qui aspiceret. Permisit ergo nunc quoque sapienter patiens, & patienter sapiens inimicos suos principes sacerdotum & pharisaeos dissimulare quod fuerat factum, & in conscientia repositum sacrilegium, permisit illos data pecunia coemere sibi mendacium, ut dicerent milites, venerunt discipuli eius nocte, nobis dormientibus, & furati sunt eum. Ad amicos, ut dictum est, eius conuersio, nec ipsa repentina, sed paulatim procedens ordine decentissimo, ut scilicet prius mentium quam corporum illorum oculis praesentaretur. Penae naturalis hic est manifestatio eius modus, ut a nullo vnquam bene & vtiliter visus aut videndus sit exterius, a quo non prius per fidem aut dilectionem visus fuerit interius. Egredietur quatinus primum corda illorum ad respiciendum illum acutis multarum commemorationum saeculis excitarentur, & tunc demum rediuuunt corpus suum exhiberet oculis extrinsecus, cum imaginem eius hiantibus animis artetius versarent intrinsecus. Prima huic bono digna iudicaria est notae pietatis & peruulgatae dilectionis foemina quondam peccatrix Maria, quae nimirum crucem & cuncta poenarum eius insignia memori mente gestabat, & vel talem videre sitiens, quale sepulchri locus susceperat, eo non inuento flebat, discipulisque recedentibus ipsa non recedebat, sed ploras foris susceperat, eo non inuento flebat, discipulisque recedentibus ipsa non recedebat, sed ploras foris susceperat. Prima ergo haec digna aestimata est, quae flentibus oculis gaudium videret, gaudium tristibus apostolis annuntiaret. Post hanc Petrus, cuius utique tristitia praegrandis apostolis maior, imo & duplex erat. Tristis enim, quia haec dominus passus fuerat, tristis erat, quia patientem dominum, ipse cer negauerat. Sine dubio ex quo respiciete in seum domino egressus foras fleuit amare, non desijt dolere & tristis esse, & idcirco prius huic quam caeteris apostolis dignum iudicauit se ostendere. Sic enim habemus in euangelio, quia prius de isto dictum est. Surrexit dominus verum & apparuit Petro. Subsecuta est euestigio protinus boni nuncij cogeminatio, quia narrauerunt duo discipuli quomodo sibi euntibus Emaus, & loquentibus ad inuicem de illo se ianxerit, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Quid puras interea, quam praesens mentibus eorum imago eius esse potuerit, dum sederent intus loquentes de illo, eiulatu simul & laetissimo adhuc gaudio attoniti, clausis foribus, ne quis verba illorum audiret, aut superueniret de inimicis, & penae naturaliter domino Iesu inuidentibus ludaeis. Itaque bene praeparatis animis tempus erat, ut se cognoscendus comuniter omnium offerret oculis. Stetit ergo in medio illorum, & dixit eis. Pax vobis, Ita modestum, ita temperatum hominem suum deducebat sapientia haec, de qua verissime dictum est, quia attingit a line usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter.

*Quod prius peccatrici quam apostolis, prius Petro, qui eum negauerat quam Iohanni, quem diligebat, Christus apparuit.*

CAP. XXVIII.

**E**t praesenti loco & aliud, in quo pulchritudinem dispositionis eius, iure mirantes spiritus sapientiae laudibus immoremur. Nam veraciter sapiens vel sapientiae laude dignus est, qui CCCc iij habito

Psal. 67.  
Luca. 23.  
Gene. 1.

Math. 27.  
Rom. 6.

Iohan. 8.

Proverb. 1.

Ibidem.

Math. 8.

Iohan. 10.

Luca. 22.

Luca. 24.

Luca. 24.

Iohan. 20.

Sapient. 2.

habito secum proposito bono, sic omnia contemperat atque disponit, ut nihil sit quod non eidem proposito conducatur atque expediat. Quid autem hic homo nouus, vel quid in hoc homine nouo, sanctus sapientiae spiritus proposuerat, nisi peccatoribus & infirmis validam spem praebere, peccatoribus & aegrotis constantis fidutiae, vel fidentis constantiae arma porrigere cum quibus praesumerent regno caelorum vim facere, & violenter illud diripere? Hoc nempe propositum sibi fuisse, ipse testis est cum dicit. Non egent, qui sani sunt medico, sed qui male habent, non veni vocare iustos, sed peccatores. Cum igitur, qui pro peccatoribus mori dignatus fuerat, surgens ex mortuis, prius Mariam peccatrici, quam apostolis, prius Petro negatori sui nominis apparuit, quam dilecto suo Iohanni, qui cum matre eius iuxta morientis crucem stetit ac persistit, veraciter cum spiritu sapientiae negocium peregit, sapienter propositi sui finem asperxit. Quantum enim hoc idem propositum eius conducit? Omnes peccatores, cunctae peccatrices quae fidem habent, hoc exemplo reduces animos attollunt non dubijs effectibus expertum habentes, quia perforata est maxilla Leuiathan, sicut promittebat dominus. nunquid inquit, armilla perforabis maxillam eius. Nec vero in hoc tantum sapientiae laus est, quod ad corroborandam peccatorum spem peccatrici foeminae, & negatori apostolo primum dignatus est apparere, verum & in eo, quod eos quibus multam apud se gratiam reposerat, quos ante secula praescierat & praedestinauerat, Mariam dico & Petrum, in tantis tamque diuersis peccatorum voraginibus mergi permiserat. Quantus enim fructus, quanta exinde prouenit utilitas? Dicamus primum de peccatrice Maria. Certè Iudaeis pro eruditione omnium saeculorum dicere habebat, Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Et subinde, Nolite mirari hoc, quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem eius, & procedent, qui bona egerunt, in resurrectionem vitae, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Haec, inquam, dicere habebat, cum diceret de se homo tanta tamque magnifica, praesentibus utique experimentis opus erat, & idcirco certis quoque personis ad experimenta capiendae opus habebat. Oportebat quendam electorum res corporaliter mori pro gloria domini dei, ut videlicet per resuscitationem eius glorificaretur filius dei, vocando illum de monumento, & hoc modo verum se dixisse probando, quia omnes qui in monumento sunt, audient vocem eius & procedent. Permissus est itaque Lazarus amicus mori, non ad mortem, sed sicut iam dictum est, pro gloria dei. Oportebat nihilominus quempiam electorum spiritualiter mori itidem pro gloria dei, ut scilicet per conuersionem eius glorificaretur filius dei, dimittendo illi peccata multa, & hoc modo verum se dixisse probando, quia mortui audient vocem filij dei, & qui audierint, uiuent. Permissa est itaque haec mulier dilecti Lazari soror, iam dilecta mori in peccatis, & esse famosa peccatrix, non ad mortem siue ad interitum aeternum, sed ut iam dictum, pro gloria dei, pro testimonio iusti, & iustificantis nos dei & hominis Iesu Christi filij dei. Haec de Maria. Porro de Petro quod lapsus est, quod negare permixtus est, nihilominus in dispositione huius spiritus sapientiae pium & pulchrum est. Princeps quippe apostolorum Petrus destinatus fuerat, & huic specialiter magna post Christum potestas data, vel iam data erat, dicente CHRISTO filio dei viui, quem confessus fuerat. Beatus es Simon Bar Iona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, & portae inferi non praeualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Item, Simon Iohannis diligis me plus his? Pasce agnos meos, pasce oues meas. Tali & tanta praecunte euangelicae veritatis auctoritate, Christianissimi imperatores post multa tempora, omnesque ecclesiarum principes hoc censuerunt, & lege perpetua firmauerunt, ut sicut Imperatori omnes praefecti vel iudices, sic beato Petro & secundum dignitatem eius excellenti Romano Pontifici caeteri subiecti sint ecclesiarum pontifices. Magnus honor, grandis celsitudo. At autem ipse eiusdem honoris siue celsitudinis auctor. Qui maior est vestrum, erit sicut minor, & qui praecessor est, sicut ministrator. Item, Maiores illos siue ministros magno ad clementiam informat studio, quod manifestè colligis ex factis eius humillimis, ex dictis eius parabolis. Quando autem vel quomodo sciret homo positus in celsitudine honoris, in magna conscientia sanctitatis descendere paruis, condolare miseris? Solus quippe deus natura humilis, natura misericors, & miserator est, imo ipsa humilitas, ipsa misericordia est. Homo qui libet humilis siue misericors, non nisi ex accidenti est. Oportebat igitur praedestinato atque vocato ad tantam celsitudinem Petro Apostolo causam subesse, & magnitudinem honoris eius praesire, vnde illi humilitatis atque compassionis scientia iugiter posset accedere. Idcirco tibi permissus est, idcirco usque ad triplicandam negationem derelictus est, pulchro & spectabili ordine sapientiae, ut rectè miremur omnes eiusdem sapientiae periti spectatores, omnes apertos discretionis oculos habentes. Et hoc animaduertentes omnino expedire credimus eis qui praesunt, tam propter semetipsos, quam propter eos, quibus praesunt, quatenus ad humilitatem vel compassionem eruditi sint, per magnam & memorabile praerogatiua infirmitatis experimentum.

Aliter

Aliter quippe infirmitates subditorum, aut vix aut nullo modo supportare sciunt. Idcirco quondam per os Annae prophetissae, cecinit hic idem sanctus sapientiae spiritus dicens. Domini enim sunt cardines terrae, & posuit super eos orbem. Vbi autem dicimus super cardines terrae, Hebraei sermonis proprietate (ut ait beatus Hieronymus) habet super afflictos terrae. Et afflicti terrae qui sunt, nisi humiles & contriti corde? Super illos planè qui huiusmodi sunt, dominus orbem posuit, quia super eos, qui praeritam infirmitatem memoriter tenentes humilis apud se conscientiae sunt, dominus ecclesiam suam collocauit, quia videlicet tanto clementius, tanto compatentius eundem orbem portare possunt, quanto amplius clementis atque compatentis dei gratia se indignisse meminerunt. Et haec igitur ad laudem spiritus sapientiae dicta sunt, quia mirum sapienter, id est, ad magnam generationem, & generationum utilitatem, quos multum dilexerat salus omnium Christus, Mariam dico & Petrum, & antequam resurgeret à mortuis in barathrum mortis ruere permisit, & vbi resurrexit in gaudium vitae suae, primos participes asciuit.

Qualiter huic domino, sicut beato Iob addiderit deus cuncta duplicia, quae eius fuerant.

## CAPVT XXIX.

Quo tandem sine, tantum tamque bonum sapientiae studium in homine isto remuneratum est? Psalmista cum dixisset. Minuisti eum paulominus ab angelis, continuo subiunxit. Gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum, omnia subiecisti sub pedibus eius. Apostolus quoque cum dixisset. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, continuo subiunxit. Propter quod deus illum exaltauit, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Iam his cum propheticis atque apostolicis praerogatiuis, ut à proposita beati Iob allegorica vel figuratiua speculatione sermo non recedat, dicamus, quia addidit dominus omnia quaecunque fuerant Iob duplicia. Quid enim noster iste Iob, quid inquam deus Christus, quid homo Christus habuerat? Diligenter utrobique possessiones eius appendamus, quas ante passionem suam habuerat, & non dubium erit, quin cuncta recepit duplicia. Quid deus Christus habuerat? Nouem ordines angelorum. Et enim cum in forma dei esset & nondum se exinanisset formam serui accipiens, claritatem habebat deus apud deum, diuinis obsequijs adoratus, deus & rex angelorum. Sed ecce, quia semetipsum exinanuit formam serui accipiens, & haec passus est, quae praedicta sunt, deus & rex est angelorum pariter & hominum. Ergo duplicia deo Christo reddita sunt. Quid porro homo Christus habuerat antequam pateretur, vel quid amisit vbi passus est & mortuus? Vnam utique & simplicem suae carnis vitam, neque enim anima eius morti obnoxia fuit, ut erat anima omnis hominis propter peccatum primi parentis. Parum dictum est, Etenim neque secundum carnem, neque animam mori debuit, quippe qui peccatum, neque originale contraxit, neque actuale admisit. Nullam itaque mortem debens, vnam tantum, id est, carnis suae vitam expendit. Sed ecce in corpore suo, quod est ecclesia, duplicia, id est, corporis & animae vitam recepit, mortem quippe animarum moriendo deuicit, & vitam corporum nobis resurgendo reparauit.

Quomodo ad mysterium Christi pertineat, quod Iob cuncta quidem duplicia, verumtamen filiorum non duplicem, sed tantum simplicem recepit numerum. CAP. XXX.

Sed considerandum, quia cum de caeteris palam constet, quod illi beato viro reddita sint duplicia, de filijs non adeo perspicuum est aut verum. Nam fuerunt ei totidem quot prius scilicet septem filij & tres filiae. Potest quidem rectè sic dici & sic existimari, quia mortui fuerant filij eius, non equae ut iumenta & pecora eius, quae carne simul & spiritu interierant, & idcirco filij quoque duplices additi sunt, quia videlicet in resurrectione viginti erunt. Verumtamen hic in terra, hic in vita sua, vbi caetera possedit duplicia, secundum numerum filiorum recepit tantum simplicia, & hoc quoque in domino Christo magna mysterij pulchritudine non vacat. Neque enim plures passione sua redemit, quam olim fuerant praedeterminati ad vitam, quosque tunc iussit deus nasci, quando creatis primis hominibus benedicens, ait. Crescite & multiplicamini. Nam caeterorum ut nascerentur, peccatum causa exitit. Etenim pro poena peccati multiplicatas conceptum mulieri accessit, dicente eodem domino. Multiplicabo ærumnas tuas & concipias post peccatum, quam praedeterminati fuerant in benedictione data ante peccatum. Igitur Iob caetera quidem duplicia, sed in filijs simplicia recepit in vita sua, quia Christus dominus duplicia quidem, ut supra dictum est, beatitudinis praemia, sed simplicem electorum numerum per passionem suam redemit, quantus cum ad vitam praedeterminatus esset, in Adam perierat. Nam hoc est quod Apostolus ait. Et sicut omnes in Adā moriuntur, ita & in Christo omnes viuificantur. Omnes & omnes dicit, nec tamē omnes hoīes, sed solos ad vitam praedeterminatos vult intelligi.

RUPER TI

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
OPERIBVS SPIRITVS SANCTI.

Liber Tertius, De Sapia.

Quod in illa passione hæc sapientia duo nobis condiderit sacramenta, quorum alterum baptisma, alterum est viuifica corporis & sanguinis Christi mensa. CAP. I.

**B**X operibus opificem sanctum sapientiæ spiritum cognoscere, & sicut deum glorificare studentes, præcedente volumine circa passionē noui hominis Iesu Christi filij dei versati sumus. nunc de sacramentis, per quæ secundum imaginem eiusdem noui hominis renouamur, quæque nobis de fonte passionis eius profudit idem sapientiæ spiritus, dicere incipimus. Sunt autem duo hæc sacramenta maxima, baptisma scilicet, & viuifica corporis & sanguinis eius mensa, quæ sine dubio nostræ salutis tam necessaria sunt, vt absque his nulli hominum ad vitam vel regnum dei aditus pateat. Ait enim, Amen amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest videre regnum dei. Item, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hæc nimirum sacramenta & cunctus ordo, vel actus horum, quam recte ascribantur spiritui sapientiæ, nõ nisi qui eodem spiritu, vel eadem sapientia fuerit edoctus, meretur aduertere. Sapientes & prudentes huius seculi nescierunt, imo tanquam iustitiam ridendam existimauerunt. Proinde ipsi potius stulti facti sunt, stulta facta est sapientia illorum, non parum, sed multum. videlicet intantum, vt canibus & porcis assimilati sint, dicaturque aduersus eos paruulis quibus hæc mysteria reuelata sunt. Nolite sanctum dare canibus, nolite mittere margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas, & conuersi elidant vos. Sacramenta hæc sancta sunt. Sacramenta hæc margaritæ nostræ sunt. illi autem qui deriserunt vel derident hæc, cum sibi sapientes videantur, canes sunt, porci sunt. Nos igitur paruuli sumus, & hæc nobis reuelantem sapientiæ spiritum in his ipsis sicut deum glorificemus, & gratias agamus. Ac primum in hoc volumine de baptismo dicamus.

Iohan. 3.  
Iohan. 6.

Roma. 4.  
1. Cor. 1. & 3.

Matth. 7.

De baptismo, quod interpretatur tinctio, quod per illud qui eramus nati peccato, renascamur deo. CAP. II.

**B**aptisma Græcè, Latine tinctio interpretatur. Idcirco autem tinctio dicitur, quia ibi homo spiritu gratiæ, in melius immutatur, & longè aliud quam erat, efficitur. Igitur baptisma, cum dicimus, qui cum sumus Latini, tinctionem dicere poteramus, in græca voce sine nomine, maiestatem atque dignitatem singularem significari eius cogitemus, scilicet eiusmodi tinctionem, cui nulla tinctio comparetur, qua cum caro sola visibiliter tingatur, amplius spiritus hominis inuisibiliter tingitur, ita vt sicut iam dictum est, totus homo immuretur, & longè aliud quam erat, efficiatur. Nam filius iræ erat, filius gratiæ efficitur, filius mortis & perditionis erat, filius vitæ & acquisitionis efficitur, filius geennæ erat, filius regni dei efficitur. Inimicus dei orat, reconciliatur, & filius dei efficitur. Magna & mira tinctio, magna & efficacis mirabilis. Idcirco Græcè, baptisma dicimus, & peregrino nomine singulari tinctionis huius excellentiam significamus, & vulgi sensibus insinuare conamur.

Quæ vel quanta distantia sit baptismi Iohannis & Christi. CAP. III.

**A**equiuocum tamen illud habemus, quia videlicet tam de tinctione Iohannis, quam de tinctione Christi hoc nomen, id est, baptisma prædicamus. Acquiuocè, inquam, sic dicimus, quia nimirum quod scire debemus, vtriusque tinctionis siue baptismatis ratio vel definitio nõ eadem est. Nam baptisma Iohannis, baptisma serui, baptisma Christi, baptisma domini est. Baptisma Iohannis in aqua, baptisma Christi in aqua & in spiritu sancto. Baptisma Iohannis in poenitentia, baptisma Christi in remissionē peccatorum. Baptismo Iohannis Christus manifestat, baptismo suo Christus, i. passione sua est glorificatus. Nam de baptismo suo Iohannes loquitur. Et ego nesciebam eum, sed vt manifestaret in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Christus autē Iohannis baptismo baptizatus, de suo baptismo loquitur. Ego baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur. Iohannis tandē baptismo populus parabat baptismati Christi, Christi baptismo populus regno dei fit idoneus. Proculdubio, qui baptismo Iohannis baptizati sunt, dicētis, in eum qui post ipsum venturus erat vt crederet, & ante passionē Christi ex hac vita migrauerūt, baptizato Christo in passione sua à peccatis suis quauis gradibus absoluti sunt, & cū illo in paradysum introierūt, cū illo regnū dei viderunt. Quia autē spreuerūt consiliū dei in semet ipsis nõ baptizati baptismi Iohannis, & emigrauerūt ab hac

Iohan. 1.

Lucæ. 12.

ab hac luce, ante iam dictum baptisma passionis Christi, nequaquam illis profuit antiquū circumcissionis remedium, nec enim profuit illis passio Christi, nec de inferno educti sunt, quia nõ erāt de illis, de quibus Christus dicebat. & pro eis sanctifico me ipsum. Nihilominus & hoc sciendum, quia qui baptizati baptismi Iohannis in hac luce permanerunt, vsque dum glorificatio Iesu prædicaretur baptismatis eius euangelis, si non receperunt eum, si non baptismi eius baptizari necessarium duxerunt, nihil profuit illis, quod Iohannis baptismate baptizati sunt. Quod sciens apostolus Paulus, cum inuenisset quosdam discipulos, & interrogasset eos, si spiritum sanctum accepistis, credentes? Itemque. In quo ergo baptizati estis? subauditur, si neque si spiritus sanctus est audistis, illis respondentibus, in Iohannis baptismate, dixit. Iohannes quidem baptizauit aqua populum dicens. in eum, qui post ipsum venturus esset vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit super eos spiritus sanctus. Quantum vel quàm longe minus illud erat baptisma serui, in quo neque si spiritus sanctus est audiebatur, isto baptismate domini, in quo spiritus sanctus in peccatorum remissionem datur? Igitur vtriusque rei nomen quidem commune est, vtriusque enim baptisma dicitur, sed secundum nomen ratio diuersa est.

De eo quod dicit Apostolus: Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, & quod Iohannes apostolus: quia tres sunt, inquit, qui testimonium dant in terra, & cetera. CAP. IIII.

**C**uius sacramenti, id est, baptismi Christi ratio nõ coniecturæ humanæ verbis discutenda, sed diuinæ autoritatis est scripturis ailiganda, Paulus apostolus dicit. Quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Iohannes autem, Quia tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Et tres, qui testimonium dant in celo, pater, & verbum, & spiritus sanctus. Vtriusque sermonis autoritas, proculdubio diuina est, quia nimirum neuter horum, qui hæc loquuntur ab homine vel per hominem accipit aut didicit, sed per reuelationē Iesu Christi. Et alter quidē vnde baptisma processerit, & quid nobis operetur, alter astruit quibus vel quantis testibus id quod in illo agitur, vt ratum sit, defendatur. In morte, inquit, eius baptizati sumus, consepulti cum illo per baptismum in mortem. Nimirum per reuelationem Iesu Christi didicerat hic, quod ab homine vel per hominem doceri non poterat, scilicet quid intendens spiritus sapientiæ sic eiusdem Christi mortem disposuerat, vt prius spiritum emitteret, & tunc demum perforato latere eius sanguis & aqua exiret. Sic enim scriptum est, Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, sed vnus militum lancea eius aperuit, & continuo exiuit sanguis & aqua. Quid enim agebatur, nisi vt in morte eius baptizaremur nos omnes, quia immundi eramus? Quid inquam, agebat hic omnium artifex sapientiæ spiritus, nisi artificium struebat ad deludendum humanæ substantiæ possessorem iniquum diabolum, quatenus illi moreremur, & alteri renasceremur? Testes enim, testes filio dei, pro nobis aduersus illum componebantur, quos ille alius numerans, quia tres sunt, ait, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. Spiritus utique quæ emisit, aqua & sanguis quem lanceæ ictus elicuit. Tres testes hi sunt. Vt quid enim, vel quam ob causam spiritus sanctus cum spiritu vel anima hominis habitas in habitaculo carnis extrusus est, quantum fieri potuit per iniuriam mortis, & vt quid lancea perforatum est latus innocentis, & eiusmodi fluuius exiuit, nisi vt cum eisde aqua & sanguine veniret ad nos irrefragabili æquitate iudicij? Testes ergo pro nobis hi sunt, quia non hi sumus eius cuius eramus, quia mortui sumus illi, cui viuebamus, vbi tribus istis aspersioibus mortui huius scilicet spiritu, aqua, & sanguine, aspersi sumus.

Quomodo rectè vtamur testibus illis, vt meritò fiat nobis quod dictum est: Filius non portabit iniquitatem patris. CAP. V.

**D**iligenter causam nostram perpendamus, vt scire possimus, quàm rationabiliter, quàm vero & recto iudicij ordine testibus istis vtamur. Quæ enim causa nostra erat? Vtque peccatum primi parentis nostri veteris Adæ. Fatemur enim, quia omnes in illo peccauimus, & in illo omnes mortui sumus. Verum in eadem damnatione loca misericordiæ suæ iustitia prouidit deus, quo modo si vellemus, rei non teneremur. Nam si ad patrem alium, ad hominē nouū, qui nõ peccauit, transiugiat filius peccatoris veteris hominis, ecce scriptum est, & completur illi, quia filius non porrabit iniquitatem patris. Cæterū si in vetustate illius permaneat, porrabit iniquitatem veteris patris, sicut itidē scriptū est. Qui reddis peccata patrum in filios, in tertia & quartam generationē. Ergo discreta & iusta circa nos est iusti dei celsura, quia neminē nõ volentē, neminē à peccatore antiquo dissentientē conuolui patitur in illa peccatrice massa. Tantummodo

Iohan. 17.

Actu. 19.

Rom. 6.

1. Iohan. 5.

Roma. 6.

Iohan. 19.

1. Iohan. 5.

Ezech. 18.  
Deute. 5.





matris hæc aqua per spiritum sanctum fit in cuius sacramentis debeat receptus contineri vsq; ad diem cuiusdam natiuitatis, id est, vsque ad finem vitæ præsentis, quando nascatur ad videndum regnũ dei. Quo contra de illis, qui sciunt eundem veterem, sciendo hæreses & schismata, dicit Psalmista. Alienati sunt peccatores à vultu, errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa. Et quasi quoque, sicut Adam per serpentem decepti sunt abortiui, cõtinuõ subiungit. Furor illis secundum similitudinem serpentis, &c. Sic aqua hæc vterus est, vnde secundum Christi sententiam renati sumus, ex eodem nimirum actu secundum Apostoli Christi sententiam seipichrũ est, in quo Christo consepulti sumus, & vnde Christo conlurreximus, quia nimirum, moriendo in illum vterũ introitur, & qui moriendo introiuit, resurgendo renascitur. Quomodo? Preueniente hoc spiritu, & testificante, quoniam Christus est veritas, homo peccator, & mendax accedit, & semetipsum acculat. semetipsum, inquam, id est, veterem hominẽ, veterem Adam, siue vetustatem, quam contraxit ex Adam, condemnat, & morti adiudicat. Dicit enim. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Tunc signata passiois Christi, signaculum crucis Christi, in fronte sua suscipit. & quia patronum habet hũc spiritum, quia veram humilitatem, & humilem loquitur veritatem, secundum spiritum, tantũ illi videlicet signatum esse signaculo crucis, passiois, & mortis Christi, est, ac si ipse crucifixus, passus, & mortuus sit. Christus enim non pro se, sed pro homine peccatore. non propter sua, sed propter peccatis hominis peccata crucifixus, passus, & mortuus est. Tunc trina mersione mergitur in aquam, & triduanam valet illi, Iesu Christi sepulchram. Eleuatur de fonte, & ecce qui mortuus fuerat, prima cum Christo resurrexit resurrectione.

Psal. 17.

Psal. 60.

*De duobus spiritibus datis, & quando vnde spiritus paracletus dici coeperit, & quod datum vel primum vel præcipuum sit.*

CAP. X.

**C**elebrato hoc mysterio, quotacumq; sit hora diei, siue mane, siue hora tertia, siue sexta siue nona, siue vespera, id est, quotacumq; sit hominis ætas, siue pueritia, siue adulescẽtia, siue iuuentus, siue senectus, siue ætas decrepita, nouus homo est, & puer domini, noua creatura est, & filius dei. Verum patrem suum cui natus est, necdum vidit, hæreditatem necdum capit, quæ sibi teste hoc spiritu sanguine Christi conscripta est. Qui ergo testis in baptismo factus est spiritus, idem sit & tutor pupilli, vbi per impositionem manuum sacriq; chrismatis vnctione secundam, qui renatus est, gratiã accipit. Extunc iste spiritus nouo iam nomine nuncupatur diciturq; paracletus. Paracletus græcè, latinè consolator interpretatur. Nouum hoc nomen est, neq; spiritus sanctus, antequam conderetur hoc sacramentum, isto vsquam nomine nuncupatur. Vbi hoc sacramentum condebat, vbi Christus patiebatur, ipsa nocte qua tradebatur, hunc spiritum promittens, isto primũ nomine illum nuncupauit, dicens. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia implebit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mitã eum ad vos. Tanquam diceret, Veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam, id est, vt ego per passionem mortis ex hoc mundo ad patrem transeam. quia nisi pro vobis passus fuero, spiritus sanctus nõ veniet ad vos, illo aduentu quo est consolatio, id est, peccatorum remissio. Nam hæc est communis omnium electorum consolatio, quod per Christi fidem, spiritũ hunc acceperunt in remissionem peccatorum, & pro hoc non immerito beatos sese arbitrantur, dicente Psalmista, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum testata sunt peccata. Apostoli paracletus istum, id est, datum huius spiritus in remissionem peccatorum, ipsa quidẽ die dominicæ resurrectionis acceperunt insufflante domino ac dicente. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. sed secundam gratiam eiusdem spiritus non ante diem quinquagesimum adepti sunt. Primo dato, remissionem peccatorũ acceperunt, secundo fortes, & zelo bono feruentes, scientes, atq; sapientes, eloquentes, & miraculorum potentes effecti sunt. Sine dubio paracletus, id est, consolationis vel gaudij causa præcipua in primo dato est. At enim ipse dominus, Veruntamen in hoc nolite gaudere, quod spiritus vobis subijciuntur, sed in hoc gaudere, quod nomina vestra scripta sunt in cœlis. Deniq; primo dato spiritus, per baptismum scribuntur in cœlo nomina electorũ, & inde est gaudendũ. secundo dato subijciuntur spiritus &c. Huiusmodi charismata dantur, imo diuiduntur singulis prout spiritus vult, & inde nõ adeo est gaudendũ. Nam huius gratiæ ante Christi aduentum plurima patriarchæ & prophætæ dona consecuti sunt, & ipsi Apostoli ante Christi passionem demonia elecerunt, & non erat illis gaudendum, nisi fieret vt per Christi passionem primam & præcipuam consolationem, primum præcipuã & paracleti huius datũ, id est, remissionem acciperent peccatorũ. Quo facto iure gauisum est cor eorũ, iuxta promissum dicentis. Iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Penẽ naturale omnibus suis, effecti disciplina huius paracleti, vt de hac prima gratia gaudeant, & exultent, scilicet quod per baptismum peccati vetustatem deposuerint, præsertim si gratiam eandem custodierint, nouis criminibus

Iohan. 16.

Psal. 11.

Iohan. 20.

Luca. 10.

Iohan. 16.

criminibus non admittis. de secunda verò gratia non gaudeant, sed nec diuulgari velint, nisi forte pro gloria dei, vt edificetur ecclesia dei. Hinc est quod nemo ferẽ, qui nõ se Christianũ vel catholicum velit haberi, cum sapientem siue scientem, vel virtutem cõtra demones habentẽ, laudabiliter velit taceri. His igitur breuiter dictis, de primo teste .i. de spiritu dei, spiritu adoptionis filiorũ testimoniu reddente spiritui nostro, q; sumus filij dei, videamus de testib; reliq;.

*Quod testis secundus sit sanguis, & auctoritas, siue vtilitas testimonij eius quanta sit, & quomodo adsit in sacramento baptismi.*

CAP. XI.

**S**ecundus post spiritum testis in baptismo Christi sanguis. Hic quidẽ ait. Tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis. At in Euangelio Post emissionem spiritus non dictum est, exiuit aqua & sanguis, sed exiuit sanguis & aqua. Ergo secundus testis est sanguis, sicut dignitate ita & ordine literæ. Sic autẽ in causa hac testis iste dat testimoniu, quomodo in testamento magnum precium pro re cara siue necessaria, coram arbitris atque auditoribus legitimis appenium siue datum. Verbi gratia, Homo ille rex euangelicus, de quo illic scriptum est. Simile est regnum cœlorũ homini regi, qui fecit nuptias filio suo. idcirco sponsam non amaram defendit, & nuptias fecit filio suo, quia sponsam eandẽ acquisiuit filius idem sanguis meus occisus est, & istam sponsam suo sanguine acquisiuit, tamen vtrunq; poterat dici, quia videret, pro aqua dicitur filio regi sponsa ista, & prophetæ & apostoli occisi sunt, & ipse filius regis occisus fuit, sed nunc viuunt. Idcirco autem tacitum est hoc in parabola, vel taceri debuit, quod occisus fuerit regis filius faciendo nuptias, vel certe vt faceret nuptias, quia videlicet, istud omnem faciendam consuetudinem, imo naturam nuptiarum exuperat. Si enim qui sponsam quærit, moriatur pro eadem sponsa, iam non erit qui ducat, vel nuptias faciat. Sanguis igitur sic in hoc sacramento dat testimoniu, quomodo in magno magnæ rei negotio, causam confirmat notum & grande precium. Nam verè sanguis filij dei magnum est precium, non modò quia sanguis sanctus, vel quia homo ille sanctus sanctorũ est, verum, quia homo quod det amplius vel carius sanguine suo, nihil habet. Propterea dicit, Maiorem hac dilectiõne nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Et Iohannes ait, In hoc cognouimus charitatem dei, quoniam ille pro nobis animam suam posuit. Animam pro sanguine, & sanguinem pro anima vicissim poni reperimus. quia nimirum, vt phisici quoq; perhibent, vita hominis, imo & omnis animalis in sanguine est. Proinde & in Genesi scriptũ est, Carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarũ vestrarum requiram de manu cunctorũ bestiarum, & de manu hominis. Veruntamen in isto vtraque, scilicet anima & sanguis per se intelligenda sunt. Nam quod verè mirandum est, & prius animam posuit, & deinde iam exanimis supra naturam mortuorum corporum, sanguinem de latere suo, & cum sanguine aquam sudit. sanguinem vt nos redimeret, aquam vt nos lauaret. Neque enim idcirco sanguine suo redimere voluit nos, vt immunda vasa possideret, sed vt nos à peccatis nostris lauaret, & mundos in sanctificatione & honore possideret. Sanguinem ergo redemptionis precium, & aquam sudit sanctificationis lauacrum. Veruntamen & hoc legimus, quia sanguine lauit nos. Nam Iohãnes Apostolus dicit, Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Dicamus igitur fideliter, quia quæ de latere eius fluxit aqua, lauit nos, sed de socio sanguine, aqua virtutem hæc obtinuit, vt posset lauare nos. Nam sine sanguine aqua prodesse nõ poterat. sine sanguine, inquam, testamentũ ratum fieri, aut hæreditas regni dei nobis delegari non valebat. Vnde Apostolus Vbi enim, inquit, testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondũ valet, dum viuunt qui testatus est. Vnde nec primum sine sanguine dedicatum est. Est ergo sanguis aquæ causa, id est, idoneam efficiens aquam ad concipiendum spiritum, ad conferendam remissionem peccatorũ. Hoc medio conciliatur atq; inferior spiritus superior. Et illic quidem vtrunq; scilicet sanguis & aqua visibiliter concurrunt. nam qui vidit testimoniu perhibuit, sed neutrum quenquam mortuorũ aut viuorum visibiliter tinxit. hic autẽ vbi singuli credentium baptizantur, vnum tantum, id est, aqua visibiliter adest, & visibiliter atq; sensibilibiter tingit. nam sanguis neq; visibiliter adest, neq; visibiliter elemento aquæ sese coniungit aut infundit. Inuisibiliter adest ille sanguis in conspectu fidei, cui nulla præiudicat localitas aut vetustas, siue longuitas temporis. nam ipsa sine dubio illic est, & illuc vbi sanguis ille fusus est, hominem reducit interiorem, dum dicitur illi. Credis in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius, qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus? &c. In hoc verbo passiois, & crucis Christi, dũ dicit, credo. sine dubio adest ille sanguis, & inuisibiliter quidem, tam secundũ inuisibilem animæ, quàm secundum visibilem corporis substantiam lauat, & à cunctis emundat peccatis. Si enim sanguis

Iohan. 5.

Iohan. 19.

Math. 22.

Acto. 20.

Iohan. 15.

Iohan. 3.

Genes. 9.

Apo. 1.

Hebr. 9.

Iohan. 22.

Hebr.9. hircorum & taurorum, inquit Apostolus, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quâto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immacularum deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruandû deo viuenti, &c. De tertio teste, scilicet aqua, nunc dicendum est.

*De tertio teste, scilicet aqua, quod sicut spiritus dei ferebatur super aquas, ita nunc ueraciter dicamus, quia spūs ut nouā faciat creaturā, fertur super aquas. CAP. XII.*

**A**qua illa quæ cum sanguine de mortui Christi latere fluxit, noua creatura fuit, & ad hoc creata est, ut alteri recreatiōis mundi principiu existere. Alteri, inquit, principiu, nam primæ creationis mundi principiu, & creandarum prima fuit materia specieru. Etenim confusa tunc erat aquarum substantia, & sub aquis latebāt omnia, quando dicte deo, fiat lux &c. ferebatur spiritus eius super aquas. Hoc sanè interest, quod tunc aquas illas creauerat deus de nihilo, hanc aut aqua non de nihilo, sed de hominis Iesu Christi creauit corpore iam mortuo. Alterum ergo principiu aqua illa fuit, imo est. Et illo quidem principio sic superferebatur aquis spiritus dei, ut diceret, fiat lux, & facta est lux. quam angelicam creaturam rectè intelligimus, in isto aut principio sic superferri dignatus est aquis idem spiritus, ut itidem diceret, fiat lux, & facta est lux, quam lucē dei uisionem, hominibus redditam confitemur. Quod uerè magnus & laudabilis artifex hic sapientiæ spiritus, qui nobis ut absq; ulla contradictione noua essemus creatura, atq; idcirco non pertinemus ad præuaricatorem veterem Adam, adinuenit alteri principiu, adinuenit artis modū, quo ad illud nos reduceret principiu, & de veteri faceret hominem nouum. Ista est sapientia, quam nemo principum huius mundi cognouit. Si enim cognouissent, nunquā dominum gloriæ crucifixissent. Nimirum ipsa calliditas principu tenebrarum hoc præscire non potuit. Sciebant ipsum esse Christu filium dei, sed hoc nullatenus scire uel estimare potuerunt, quod alteri nobis tale principiu adinuenire posset sapientia dei, quo nos defendēs reprehendi non possit iustitia dei. Quid enim? Quantum & quam admirabile est hoc inuentu? Hoc artificiu & tunc quando conditū est, fallacem diaboli sapienter fessit, & deinceps omnes deos, imo non deos, sed dæmonia gentiu, Iouem, Herculem, Iunonem, Mineruam, cætereque portenta dæmonum, omnes quoque cultores eorū, omnes sapientes infatuatos huius seculi, reges & imperatores orbis sapienter elusit, fortiter uicit. Quomodo Christus in contemptibili forma serui, occultam contegens formam dei, fortem armatum in eo ipso quod contemnebatur, uicit, & de atrio suo foras misit. sic aqua ista in sua uili substantia pretiosam contegens gratiam spiritus sancti, & sanguis Christi dæmonum culturam destruxit, templa dæmonu in templa Christi, cultores & filios diaboli in ueros adoratores & filios dei conuertit.

*Quam clementer spiritus sapientia pauperibus prospexerit, ut aquam quæ cunctis res accessibilis est, ianuam faceret regni dei, &c. CAP. XIII.*

**E**t uide, dum parti aduersæ sic illudic, suis pauperibus quam clementer spiritus sapientiæ prospicit. Nā ecce aqua regni dei ianua facta est. Quam aut accessibilis est talis aditus regni dei. Quis tam pauper est census, ut urnā huius elementi cōparare nequeat suis sumptibus? Nam siue de lacu, siue de flumine, siue de magno mari, siue de paruo fonte sumpta limpha, pro hac intentione, pro hac fide, & sacrata sancti nominis inuocatiōe illa est aqua, quæ de illo fluxit sacro Christi latere. Ergo & secundum hoc mysteriu, rectè dictū intelligitur illud propheticum. *Omnes sitientes uenite ad aquas, & qui non habetis argentu proparate, emite, & comedite. Venite, emite absq; argento, & absq; ulla cōmutatione uini & lac. Nam sicut absq; ulla cōmutatione uinum & lac propositu est omnibus de fonte scripturarū, sic absq; auro uel argento, absq; ulla rerum omnium dispendio, propositum est omnibus hoc regenerantis aquæ sacramentū copiosum. Sed forte aliquis instante persecutore, aliquis confessor Christi prepeditus ab aliquo diaboli satellite, tempus aut locum non habet, ut possit cum hydria saltem de proximo fluuio quippiā haurire, quod ministro salutis huius offerat, & in cōfessione Christi super ipsum fundat. Multi enim persecutiōis articulo preoccupati, sine aquæ baptismosupplicij affecti, pro Christi nomine cōfirmati & consummati sunt. Quid ergo? Nunquid hi baptizati non sunt? Imo tōto in maiore gratiæ præ illis, qui in pace ecclesiæ moriuntur, affecti sunt. quanto grauiori dispendio morti & sanguini Christi communicauerūt. Nam in baptismo cōmunis tantū similitudo mortis est, sicut ait apostolus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus, in martyrio aut ipsa mors. Quod si martyriū baptismus non esset, nunquā dominus de passione sua dixisset, quod iam supra dictū est. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor usq; dum perficiat. Verum exceptis his, quos eiusmodi articular non intercipit, nulli spūs sanctus extra fontes occurrit, totamque remissionē peccatorū inter aquas cōtinet, nec vitra extēdit.*

*Iterum de tribustestibus, spiritu, sanguine, & aqua, quod sine utrolibet non sit ratum testimonium in terra. CAP. XIII.*

Tres

**T**res igitur testes sunt isti, spiritus, aqua, & sanguis, quorum sine utrolibet non est testimonium ratu in terra, id est, in præsentia ecclesiæ. Nam nisi dicat quis, dominus Iesus in quo dictū est testimoniu spiritus, nemo enim dicit, dominus Iesus nisi in spiritu sancto, & nisi dicat, quia hic est qui uenit per aqua & sanguinem Iesus Christus, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine, & hæc dicens, baptizetur aqua elementari, non est in terra recipiendus, non est ecclesiasticæ cōmunioni admittendus, uerpo legitimis & necessarijs caris testibus. Vnus aut duo testes in isto negotio non sufficiunt. Vnum solummodo testem illi discipuli habebāt, quibus cum dixisset Paulus, si spiritū sanctū accepistis credentes, dixerūt. Sed neq; si sanctus est spiritus adiuimus. Vnum inquit, testē, scilicet aqua solum habebant. Nam in Iohannis baptismate, sicut neq; si spiritus sanctus esset, audierāt, ita nec sanguinis testimoniu acceperāt. Neq; enim Iohannes uerbo crucis quod nondū erat cathecizare, aut sanguinē, qui necdū fusus fuerat, predicare poterat, Vnum igitur testē, scilicet aquam habebant, & idcirco nisi baptizarentur adhuc, neq; in terra, neq; in celo recipiendi erant. Duos testes habent, scilicet aqua & sanguinem, & tertiu, id est, spiritum non habent, quicunq; apud hæreticos baptizantur. Neq; enim hæretici quicunq; fidem domini Iesu aliqua blasphemia diminuūt uel dilacerant, ueraciter dicūt, dominus Iesus, & idcirco nequaquā in spiritu sancto loquuntur. Quamuis ergo in eum, qui pro nobis crucifixus est, cathecizentur, & baptizentur, aquæ quidē & sanguinis testimoniu habere uidentur, sed spiritus testimoniu non habere comprobatur. Veruntamen si baptizati sunt in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, multæ siquidem hæreses in isto nomine baptizantur, qui ab eis ad catholicam ecclesiam confugiunt, non repetitur lauacrum carnis, sed tantū per impositionem manuum reconciliari tertiu testem, id est, spiritū accipiunt. Rursus qui spiritus & sanguinis habent testimoniu dicendo, dominus Iesus, & credendo, quia ille pro nobis sanguinem suum fudit, non eos pigeat quamlibet iusti sibi uideantur, tertij testis, scilicet aquæ quærere testimoniu. Nam siue Iudæus in lege iustificatus, siue philosophus in uirtutū studijs collaudatus, dicat, dominus Iesus, & hic pro omni mūdo est passus, sed aqua baptizari in remissionē peccatorū dedignēt, tanqu sit iustus, nullo modo in terra recipit, nullatenus hic ecclesiastica frui cōmunionē permittitur.

*Quomodo gratia baptismi & si actu noua uoluntate, tamen & proposito dei uetus sit.*

CAPVT XV.

**N**ec uerò quasi noua licet hanc traditionem contemni, quia & si actu noua est, uoluntate uetus eius, & proposito dei. Nam ut Iudæo paucis respondeā, qui penè naturaliter hoc sacramentum aspernatur, & odit, nunquid primū à Christi euangelio, nunquid primū à Christo dicente, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest uidere regnū dei, testimoniu habet autoritatis huius sacramentum? Nonne & longè ante hæc iustitia testificata est, à lege & prophetis? A lege factis mysticis. A prophetis testificata est dictis manifestis. Primum uerba prophetica recolentes dicamus, non iam Nicodemo. Tu es magister in Israel, & hæc ignoras, sed culibet didascalo Iudæorum, tu es cæcus cæcorū dux, qui hæc ignoras, Nam ecce in Ezechiel loquitur deus. Sanctificabo nomen meum magnum inter gentes, ut sciant gentes, quia ego dominus, cum sanctificatus fuero in uobis corā eis. Tollam quippe uos de gentibus, & congregabo uos de uniuersis terris, & adducam uos in terram uestram. Et effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mundabo uos. Et dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestri. Et faciam ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini. Et habitabit in terra quam dedi patribus uestris. Quid aliud in euangelio suo, deus homo factus facit, quam quod in isto Propheta deus homo futurus promissit? Nam ecce si quærebatur, quid in isto propheta dixerit, sanctificabo nomen meum magnum, & cum sanctificatus fuero, effundā super uos aquam mundam, & spiritum nouu ponam in medio uestri. si, inquit, quærebatur, quando istud factū sit, ecce ad illud baptismū peruenies, de quo dicebat. baptismus habeo baptizari, & quomodo coartor usq; dum perficiatur, id est, continuu capiendus, & ad passionem suā duendus, ipse loquitur. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Hæc dixit, & continuu sanctificans se ipsum, id est, offerens per spiritum sanctū semetipsum immaculatum deo uiuenti. istam de qua loquimur aquam mundam super nos effudit, & spiritū nouum, spiritū sanctum posuit in medio uestri, tollensque nos de gentibus. Gentes enim eramus ad simulachra muta prout ducebatur euntes, abstulit cor lapideu de carne nostra, quia lapides eramus, lapidea colentes idola, & dando nobis cor carneum, suscitauit de lapidibus filios Abraham. Ex tunc habitamus in terra quam dedit patribus uestris, quia renati ex ista aqua & ex isto spiritu, incepimus uidere regnū dei. In Esaiā quoque cum reprobalet iustificatio Iudæorū dicendo, ne offeratis ultra sacrificiū frustra, incensum abominatio est mihi. Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non feram. Iniqui sunt cæterus uestri, Calendas uestras & solenitates uestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboraui sustinēs. Et cum extenderitis

DDDD ij deritis

deritis manus vestras, auertam oculos meos a vobis, & cum multiplicaueritis orationem non exaudiam, manus enim vestrae sanguine plene sunt, continuo quid malit dicens. Levamini, inquit, mundi estote. Item, Si abluerit dominus sordē filiorū Sion, & sanguinem Hierusalē lauaverit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et ne quis de iustitia præsūmens hoc lauacro se egerē nō aestimet, sicut pannus menstruatæ, inquit, omnis iustitiæ nostræ. Et in Zacharia. In illa die erit fons patens domus David & habitantibus Hierusalē in ablutionē peccatoris & menstruatæ. Pauca sunt hæc de pluribus dictis pphetis. A lege autē testificata est hæc iustitia dei, cum in multis, tum maxime in eo quod post immolationē agni fugitibus filijs Israel, aperuit deus mare, & ingressus est Pharaō quoq; cum curribus suis & equibus in mare, & reduxit super eos dñs aquas maris. filij autē Israel ambulauerūt per siccū in medio eius. Verūm quanta cunq; proferant exēpla siue testimonia de scripturis, perseverāt in malo. isti nō tam Iudæi, siue Israelitæ, quā Philistim similes illis qui primi fuerūt hostes fugientis Israel ad mare rubrū, de quibus scriptura dicit. Cum emisisset Pharaō populū, non eos duxit deus per viam terræ Philistim, quæ vicina est, reputās ne forte peccinere eum, si videret aduersum se bella consergere.

De tribus, qui testimonium dant in caelo, & cur non dixerit: Pater & filius, sed pater &

**D**ebus, & quomodo verbū homini assumpto testimonij perhibuit. CAP. XVI.  
De tribus testibus testimonij in terra dantibus pro posse diximus, superest, vt & de tribus testimonij in caelo dantibus breuiter dicamus. Nam & tres sunt, inq; qui testimonij dāt in caelo Pater, verbū & spiritus sanctus. Primo quaeritur cur nō dixerit quod magis vitarū est, pater & filius, sed pater & verbū & spiritus sanctus. Ad quod dicendū, quia non solū tres illi vel tres isti testes testimonij dant, q; sumus nati ex deo, sicut proposuerat, dicēdo. omne quod natū est ex deo, vincit mundū, & sicut in fine capitulū, qui credit (inquit) in filiū dei, habet testimonij dei in se. Verūm & ipsi, imo principaliter ipsi Iesu testimonij dāt, quia ipse est Christus, vel quia Christus est veritas. Ne ergo occasio porrigeret hæreticis, dicturis duos esse filios, alterū filiū dei, & alterū filiū hominis, de illo homine, qui pepēdit in cruce & mortuus est, testificationes conferēs, noluit dicere, quia testimonij dāt ei pater & filius, cū ipse in veraq; substantia dei & hominis, vnus sit dei filius, sed pater & verbum (inquit) & spiritus sanctus. Nam reuera non filius filio, sed verbum assumpto homini testimonij dat, q; ipse qui negatus & reprobatas est, ipse in qua, sit Christus, ipse sit veritas, id est, nō altera Christi persona, alteri Christi personæ, sed altera Christi substantia, alteri Christi substantiæ, hoc testimonij dat. Quomodo testimonij dat hoc verbum? Vt multa præter eam, quæ nostram excedunt infantia, in eo nimirum testimonij dat, q; quæcunq; locutus est hic homo, vera sunt, & omnia vnū verū verbum. Et hoc est legitimū testimonij. Dicit enim lex cognoscendi prophetæ, & nō prophetæ signum. Quod si tacita cogitatione responderis, quomodo possum intelligere verbū quod

nō est locutus dominus, hoc habebis signū. Quod in nomine domini propheta ille prædixerit, & nō euenerit, hoc dominus nō locutus est, sed per tumore animi sui propheta confinxit, & idcirco nō timebis eum. Hoc nimirū propter istum prophetā, imo prophetarū dominū dictū est. Promiserat enim dicens. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me suscitabit dominus deus tuus, &c. Hac ergo præcunte legis propositione assumptionē ipse de quo propositum fuerat, nobis porrigit, dicens. Cœlum & terra transibunt, verba autē mea nō transibunt. Porro aduersus inimicos eius Iudæos vel istud sufficit, quia dixit de illis. Et cadēt in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, vtiq; ita factū est. Igitur secundum verbū testimonij Iesus est Christus, Iesus vtiq; vt putabat filius Ioseph, & nō alius Christus est. Quomodo autē pater dat huic testimonij? Primitū dicendo hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Deinde semper illū audiendo in faciendis operibus magnis, quæ nemo alius fecit, maxime vero ipsum resuscitando a mortuis. Si enim dicendo se esse Christū, mentiretur, diuinorū operū testimonij nō illū comitaretur, resurrectio carnis eius quod magnum est testimonij, nō consequeretur. Nihilominus spiritus sanctus testimonij dat huic, q; sit Christus, vel quod sit filius dei, quia videlicet quemadmodū dixit. Cum venerit paraclētus, quem ego mittam vobis a patre spiritū veritatis, qui a patre procedit, ille testimonij perhibebit de me, & vos testimonij perhibebitis, sic factū est & sit, & sit vtiq; in finem seculi. Hi tres testimonij dant in caelo, id est, inuisibiliter. Nam ante dicti testes, scilicet spiritus, aqua, & sanguis, dederūt testimonij in terra, id est, visibiliter. Spiritus enim visibiliter, id est, sumpta colūbæ corporea specie, super illū apparuit, affirmans q; hoc signo cognosci iusserat, scilicet qui baptizati, sanguinē & aquā visibiliter de lacere suo iam mortuus fuisset, qd nō fecisset, si nō esset Christus filij dei. Nūc ad nostra redeamus.

Quomodo non satis sit, vt tres nobis testimonij dent in terra, nisi & tres testimonij dant in caelo, & quomodo hi tres non vnus, sed vnum sint. CAP. XVII.

**P**ostquā nos qui dicimus dominus Iesus baptismo eius baptizati sumus, tribus vtiq; testibus in terra, in p̄senti ecclesia cōmendamus, sed nondū satis est. Ait enim, Nō omnis qui dicit

dicit mihi, domine domine, intrabit in regnū cœlorū. Et Apostolus Iacobus. Fides (inquit) sine operibus mortua est. Igitur sicut tres sunt qui testimonij dant in terra, vt in cōmunionē ecclesiæ suscipiamur. sic tres sunt q; testimonij dāt in caelo, vt in regnū cœlorū introeam. Tres isti testes sunt, pater, & verbum, & spiritus sanctus. Cuius rei dant testimonij? Nimirū dilectionis, per quā fides operatur, scilicet q; fidem habentes, dilectionē quoq; habemus nominis huius. & idcirco in regni cœlorum gloriam intrare digni habeamur, sicut scriptum est. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuū. Quam autē honorificum sit talij personarum frui testimonij corā cunctis cœlorū virtutibus, nisi experti scire non possumus. Et hi tres vnus sunt. Non hi tres vnus, sed hi tres (inquit) vnū sunt. Quod idē est ac si dixisset. Hæc tres personæ vna substantia sunt. Ita & ipse Christus aduersus Iudæos, & contra Arrianos nihilominus & contra patripassianos, ego (inquit) & pater vnū sumus. Nam ego & pater cū dicit duos in personis, quod negant patripassiani, id est, Sabelliani sumus cū dicit, vnus in substantia, testatur, quod negat Arriani. Ita & hic ait. Hi tres vnus sunt, id est, hi tres in personis, vnus in substantia sunt. Restat vt iuxta propositum de septimo teste loquamur.

De septimo, quod est dominici corporis & sanguinis sacramentum, quod nobis non tantum testimonij, sed ipsum sit vita testamentum, & quod traditio eius a passione domini habuerit initium. CAPVT XVIII.

**S**eptimus testis nobis secundū præsens negociū dominici corporis & sanguinis est sacramentum. Huius nimirū sacramenti virtus, nō vtiq; testimonij, sed ipsum est vitæ & salutis nostræ testamentū. Ait enim. Hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur, hic calix noui testamenti in meo sanguine qui pro vobis fundet. Hoc testimonij vt superius diximus, testimonio, quod aduersus nos habebat diabolum, quadā oppositione propria oppositū est, quia videlicet corā cibi vetiti culpā, cibis & potus gratiæ est corā serpētis venenū, sancti spiritus antidotus est. Et hoc vtiq; sacramentū ab eadē domini nostri Iesu Christi passione habet, venæ suæ principium. Sciendū quippe, quia cū de isto multa locutus fuerit ante suā passionē, nūq; tamen traditionē eius dedit, anteq; ad ipsam venisset passionē. Iam enim erat venditus (vt Apostolus ait) ipsa nocte qua tradebatur, accepit panē gratias agēs, fregit & dixit. Accipite & manducate, hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur, &c. Cur hoc nisi quia nō aliunde viuificum hoc mysterij, sed ex ipsa condebat dominici passione? Idcirco subinde idē Apostolus dicit. Quotiescunq; enim manducabitis panē hunc, & calicē bibetis, mortē domini annuntiabitis donec veniat. Pulcher & rationabilis ordo salutis, vt prius supradictorū testij scilicet spiritus, sanguinis & aquæ sacramentum baptizati, maculam veteris cibi lauaremus, & tunc demum eidem edulio mortis contrarium hunc cibum, & hunc potum salutis perpetuæ perciperemus.

Quod in typum horum duum sacramentorum olim prior populus & mare transierit, & panem de caelo atque aquam de Petra consecutus sit, & quomodo Apostolus eandem escam spirituales eos manducaſſe, & eundem potum spirituales bibiſſe dixerit. CAPVT XIX.

**I**n Typum horum duum sacramentorum, olim prior populus, & mare transiuit, & in deserto panē de caelo māducauit, aquā de petra bibit. Vndē & Apostolus. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & oēs mare transierunt, & oēs in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari. Et omnes eandē escam spirituales manducauerunt, & omnes eundem potū spirituales biberūt. Bibebant autē de spiritali conſequentē eos petra. Petra autē erat Christus. Et post pauca. Hæc autē (inquit) omnia in figura cōtingebant illis. In figura cū dicit, subaudiendū necessario est horū quæ reuelata suo tēpore, gratia & veritas per Iesum Christū fecit vel dedit. Proinde cū eandem escā & eundem potū dicit, & nō addit aliquid, vt verbi gratia dicat. Quā nos manducamus vel quē nos bibimus, nūc de mensa Christi nūllatenus dissonat dictio eius Christo dicenti. Amen amē dico vobis, nō Moyſes dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dat vobis panē de caelo verū. Dixerāt enim Iudæi. Quod tu facis signū, vt videamus & credamus tibi? Quid operaris? Patres nostri manducauerunt in deserto manna, sicut scriptū est. Panē de caelo dedit eis manducare. Negauit protinus veritas dicens. Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panē de caelo, sed pater meus dat vobis panē de caelo verum. Tanq; diceret. Hunc panē de quo propheta dicit, panē cœli dedit eis, panē angelorū māducauit homo. verē dico vobis nō Moyſes præterito tēpore vobis dedit, aut dare potuit, sed pater meus præſenti tēpore dat. Itaq; cū dicit A. p. eandē escā spirituales manducauerūt, & eundē potū spirituales biberūt, & nō additur quā vel quē, nos hoc reuelatæ gratiæ tēpore sumimus, nō contrarius est sententiæ Christi, sed sicut alio tendit ita & relationes pronominum, eandem & eundem alio ducit. Intendit enim præſumptionem nobis securitatis auferre, ne putemus nos securos esse debere, quali quomodocunq; viuamus post baptismum, & mensæ

*Ibidem.* & mensæ Christi participationem, sine dubio debeamus regnū dei videre, vitā æternā habere. Hoc intendens dicit in figura nostri illud contigisse, quod illi omnes mare transierunt, & ovis magna manducauerunt, & omnes aquam de petra biberunt, & tamen non omnes illam re-promissionis terram introierunt, sed non in pluribus eorum (inquit) beneplacitū est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Sic etenim non omnes qui hunc panem manducant, & hunc calicem bibunt, cuius ille panis & illa aqua figura fuit, ingredientur in illam verē re-promissionis & viuientium terram, cuius illa terra sine dubio figuram prætulit. Igitur eandem escam & eundem potū cum dicit, subaudiendū est mali, quam vel quem boni, eandem sine dubio & eundem Chore, quam vel quem Caleph & Iosue, eandem eundemque Dathan & Abiron, quam vel quem Moyse & Aaron. Quod si quaeritur, quomodo ergo esca spiritualis, & potus spiritualis erat, facile respon-detur, quia non alio, sed eodē modo quo & petra spiritualis vel Christus erat. Sicut enim dixit spiri-tualem escam & spiritualem potū, sic dixit de spiritali petra. Petra autem erat Christus. Constat verō, quia sic petram spirituale, vel petram Christū dixit, ac si diceret, spiritalis petrae figuratiuam, Christi significatiuam. Ita ergo & spiritualem escam & spirituale potum dixit, ac si diceret, Escam figuratiuam escæ spiritualis, potum significatiuum potus spiritualis.

*1. Cor. 10.* Quomodo illis æquē ut nobis hoc sacramentū necessarium fuerit, & quomodo qui mortui erant, huius participes esse vel fieri potuerint, & quod hoc sacramentum efficiat, ut nobis qui nondum eramus, proficiat mors Christi. CAPVT XX.

**I**Taq; tam vnum quā alterum sacramentum, illis æquē ut nobis erat necessarium, quia videlicet neutrum in re, sed vtrumque in umbra vel figura acceperant. Nec verō magis per illam figurā siue umbra consummati vel sanctificati esse poterant, quā antiquiores Abraham, Isaac & Iacob, vel posteriores, Samuel & Dauid, qui neque illud mare transierunt, neque illud manna manducauerunt. Diximus autem, & sepe dicere, imō semper ita sentire debemus, quia quando patiente vel moriente Christo, sanguinemque & aquam fundente de latere suo, baptisimi eius conditum est sacramentum, tunc omnes eodem sanguine & eadem aqua mundati sunt, baptizato illo per omnibus vel sanctificato, sicut dixerat. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coartor vsque dum perficiatur, Et alibi, Ego pro eis sanctifico me ipsum. De alio sacra-mento quid dicemus? Quo qui mortui erant, participes facti sunt, vel fieri potuerunt cibi & potus eius? Verē rem mirabilem satis dignē admirari non possumus. Nam quia mortui venire non poterant ad manducandum hunc panem angelorum, iuit ad eos ipse, ut quo modo à mortuis manducari poterat, manducaretur panis angelorū, vita viuientium, resurrectio mor-tuorum. Dissipati erant mortui, etenim animæ quidem ad inferos descenderant, corpora verō in ventrem terræ recondita fuerant. Dissipari ergo voluit & ipse panis vitæ, & anima quidem cum verbo deo descendit ad inferos ad animas eorum, corpus verō non sine potentia verbi eiusdem vbique præsentis, in ventrem terræ ad corpora eorum. Tale remedium illis inuenit, quo modo sapiens, quomodo sapientia dei aliquo modo viuentibus & nobis victuris, qui nondum eramus, prouidendū erat, quia nimirū ad nos eo modo non erat ultra descensurus. Resurgens enim ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Querendum illi erat, imō iam scire illum nobis expediebat, quo pacto nos illū dum viuimus, in animas & corpora nostra transumere possemus, quia sicut iam dictū est, postquam mortui essemus, fieri nō poterat quod semel factū est, ut scilicet rursus moreretur, & anima eius nostris in inferno animabus, corpus eius nostris in terra corporibus cōiungeretur. Ergo & nobis tam sapienter quā misericorditer idē in alia specie remedium prouidit, quomodo sapiens, quomodo sapientia dei. Fecit enim nobis sacramentū, per quod & corpus eius in nostra corpora, & vita corporis eius, id est, verbum deus in nostras animas infunderetur, & ipse rament integer permaneret & viuus.

*Roma. 6.* Quomodo hoc sacramentum Christus tradiderit, & quibus essentia modis corpus & sanguis Christi sit. CAPVT XXI.

**Q**uomodo? Cœnantibus autem (inquit Euangelista) accepit panem & benedixit & fra-git, & dedit discipulis suis dicens, Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et acci-piens calicē gratias egit, & dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunderetur in remissionē peccatorū. Sicut de sanguine dixit qui pro vobis effunderetur, sic de corpore dixit, & apud Lucā scriptū quoque est, quod pro vobis traderetur. *Lucæ 22.* Cœnantibus, inquit, videlicet cœnam illā typicā, per quā hæcenus præfigurata fuerat hæc cœna veritatis, eo ritu quē lex ita præscribit. Decima die mensis huius, tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendū agnum, assumet vicinū suū, qui iunctus est domui eius iuxta numerū animarū, quæ sufficere possint ad esum agni, &c. Illa figura tunc in presentiarū erat implenda re veritatis, veritate rei presentis. *Lucæ 22.* Propterea in Luca dicit. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc nō manducabo illud, donec impleatur in regno dei. Hæc dicens & illud

illud vetus paschā sacramento noui paschæ mox impleri dixit, & cogitationi vel expecta-tioni illorum respondit, quia interrogare soliti erant dicentes, quando veniet regnū dei, aliter quā res foret utpote carnaliter adhuc sentientes de regno dei. Cœnantibus itaque, id est, seden-tibus adhuc in cœna, qua manducauerant carnes agni, carnes paschæ veteris, accepit panem & benedixit. Panem communē accepit, sed benedicendo longē in aliud quā fuerat, transmu-tauit, ut veraciter diceret sic. Hoc est corpus meum, quod pro vobis traderetur. Item vini sub-stantiam accepit, sed itidem gratias agendo vel benedicendo sic in aliud verit, ut diceret ve-ritas, quæ non mentitur. Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunderetur. Hoc (inquit) id est, hic panis est corpus meum, siue caro mea. Nam & alibi dicit, Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Sed non videtur oculis carnis, nō sentitur gustu oris, quod panis ille caro Christi factus sit, quod vinum illud in sanguinem versum sit. Nimirum si vide-retur color, aut sentiretur sapor carnis & sanguinis humani, homini non plus salutis, sed pluri-mum afferret horroris. Sic ergo est corpus vel caro & sanguis Christi, quomodo esse vel ad v-sum nostrum conuenit, & ad salutem nostram suscit. Quomodo vel quibus essentia modis? Nimirum nomine, re, atque effectu. Nomine videlicet esse intelligimus, in eo quod dicit, hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. Sicut nusquam ita nec in isto, imō maxime, nec in isto nomen domini vanum accipere debemus. Si enim in cunctis sanctificationibus, quæ per mi-nistros domini, ad inuocationis nominis eius aguntur, nequaquam nomen domini in vanū ac-cipere audeamus, quanto magis in ista sanctificatione, in qua nomen corporis & sanguinis sui ore proprio posuit dominus, nequaquam in vanum idiplum, nomen accipere debemus? Re-quoque corpus Christi & sanguinem esse intelligemus, in eo quod ait, quod corpus tradetur, qui sanguis effunderetur. Effectu esse intelligimus in eo, quod cū dixisset, quod tradetur, qui ef-funderetur, addidit, pro vobis in remissionem peccatorum. Itaque sicut illa specie qua pependit in cruce sanctus sanctorum est, & in illa specie præteritis omnibus electis remissionem peccato-rum operatus est, sic in ista specie panis & vini nihilominus sanctus sanctorum est, & omnibus electis, qui post eandem passionem ad fidem eius veniunt, idem illum efficere, id est, remissio-nem peccatorum, & vitam æternam conferre non dubium est. Nam & alibi dicit, Qui mandu-car carnem meam, & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Et protinus addit, Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. *Matth. 26.* *Marc. 13.* *Lucæ 22.* *Ibidem.* *Iohan. 6.*

Quid sacramentum, & quid res sacramenti sint, & quod sit verē corpus & sanguis Christi. CAPVT XXII.

**E**st igitur (sicut & pater Augustinus ait) in sacramento isto, quod digni & indigni acci-piunt res sacramenti, quam non nisi digni accipere possunt, sed nō sicut dicta eius, à non-nullis æstimata sunt. Putauerunt enim illum dixisse, quod non sit corpus aut sanguis Christi, quod indignis quisque percipit, atque secundum tanti doctoris sensum non corpus aut san-guinem Christi, sed tantum figuram vel signum esse corporis & sanguinis Christi, id quod vi-sibiliter sumimus de mensa domini. Hoc ille non dixit, imō hoc ille non sensit. Neque enim Christo contrarius esse consuevit. Loquitur autem Christus, & per semetipsum dicens, Hoc est corpus meum, hic est sanguis meus. & per Apostolum suum, cuius experimentum habemus, quia in eo loquitur Christus dicens. Itaque quicumque manducauerit panem domini, & cali-cem domini biberit indignē, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum ho-mo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignē, iudicium sibi manducat & bibit. Nō dixit, qui manducat & bibit indignē panem, manducat simplicem vel communem, & vinum bibit, quale prius erat nondum celebrata consecratione, sed reus erit corporis & sanguinis domini, sed iudicium, inquit, sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus domini. Quapropter non iam de contentiosa cuiusquam dissertatione, sed de Aposto-lica veritate sensum petamus, quo prædictus doctor, sacramentum, remque sacramenti distin-xit. Rem sacramenti, Christus ipse mysterium suæ dixit esse passionis, ut ante iam diximus, qui tenens in manibus hoc visibile sacramentum, cum dixisset, hoc est corpus meum, addidit quod traderetur, cum dixisset, hic est sanguis meus, addidit, qui effunderetur. At ille qui indignē accedit, non communicat Christi passionibus, nō contingit ore mentis, quod percipit ore cor-poris, vidē & hoc ipsum est quod indignus existit. Ergo corpus quidem & sanguis Christi est hoc visibile sacramentum, quod ore percipit, neque enim indignitas eius, dignitatem tantæ con-secrationis euacuare potuit, sed re sacramenti non attingit, quia mente & fide per dilectionem operante, passionem Christi non respicit. Idcirco nec effectum consequitur eiusdem sacramenti, in eo scilicet, ut pro se traditum sit hoc corpus, & fusus iste sanguis, id est, in remissionem pec-catorum sibi, ut habeat vitam æternam, & resuscitetur in nouissimo die, in resurrectionē vitæ, sed consequitur id quod huic effectui contrarium est, ut videlicet sit reus & corporis sangui-nis domini, ut iudicium sibi manducauerit & biberit.

Quod sit

Quod sit dandum indignis, & quod multum intersit, quomodo vel vnde quisq; estimetur indignus.

## CAPVT XXIII.

**P**roinde, vt Apostolus ait, probet seipsum homo, & sic de illo pane edat & de calice bibat, quia videlicet tantæ dignitatis sacramentū indignis & nō probatis dandū non est. Cum autē hæc dicimus, mouentur pleriq; nos quoq; molesto experti sumus experimento, quos vel culpa remordet, vel certè humilitas Christiana informat, vt indignos tanto mysterio iudicent semetipsos. Verū si dictionem nō nostram, sed Apostolicam perpendant diligentius, non est cur moueantur, quasi temeraria contra ipsos iudicia constituamus. Dissert enim indignitatis huius dicitio vel modus, multumq; interest, quomodo vel à quo, quisq; indignus existimet. Est enim cum seipsum quisq; indignum confiteatur, & cum ab alio indignus existimetur aut pronuntietur. Porro semetipsum laudabiliter indignū confitetur, quisquis veraciter & vt dignum est, dignitatem perpendit sacramenti huius. Quis enim, si rectè iudicet, castū cor se habere gloriabitur? De hac parte Apostolus dicit. Quod si nosmetipsos diiudicauerimus, non vtiq; iudicauerimur. E contra derestabiliter indignus iudicatur, quisquis vel in aliquo scelere notus, aliquantibus testibus, siue toti ecclesie causam dedit, vt indignus existimetur. Cum igitur nostro iudicio indigni sumus, non tum sancta iure nobis negantur, cū autem ab alijs indigni pronunciamur, maximè, vbi non dubia indignitatis causa profertur, iure repellimur, ne iudicium nobis manducemus & bibamus. Sed iam ad incepta reuertamur.

Quomodo iste cibus, quem de suo Christus dedit, illi sit oppositus, quem de alieno serpens primus hominibus persuasit.

## CAP. XXIII.

**A**ccipite (inquit) & comedite, hoc est corpus meū. Et alibi. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, in me manet & ego in eo. Cum hæc dicit agnus dei, oportune nobis ad memoriam recurrit illud, quod dixit serpens, imò per serpentem diabolus hostis humani generis. Accipite & comedite, & eritis sicut dii. Optimæ & spectabiles valde propositiones. Ille serpens erat, iste agnus est. Ille verus peccator, iste antiquus creator. Ille per terrā repliit, iste de cælo venit. Ille spiritu diaboli falsum sibilans, iste spiritu dei verū euangelizans. Ille peccati portitor, iste iustitiæ doctor. Ille mortis artifex, iste vitæ opifex. Ille de ligno nō suo raptor obtulit, iste de corpore & sanguine suo largitor dedit. Ille quod nō habebat mendaciter promisit, eritis (inquit) sicut dii. Iste quod habebat, quod semper naturaliter habet, fideliter dedit, vt simus dii, dū manet ipse in nobis. Illi tandē nefandissimè creditū est plusq; deo. Credat econtrario huic deo, si non plus, at saltē quantum creditū est illi diabolo. Creditū est enim, quod illi pomo inesset quod nō videbatur, scilicet vis deos efficiendi, credatur huic sacramento inesse qd non videtur, videlicet veritas carnis & sanguinis, valens efficere nos concorporales vnigenito filio dei. Hoc enim ratio vel ordo iustitiæ exposcit. Accipite ergo (inquit) & comedite. Prius accipite, & deinde comedite. Accipere enim est fideliter credere, cum gratiarum actione diligere, compatiens affectu corpori huius traditionē & sanguinis huius effusionem respicere. Hoc fieri non potest, nisi prius reiciatur id quod ab illo male acceptum est. Illud igitur mendacium execrantes, hanc veritatem accipite, approbate, amplectimini, & contra cibum mortis, panem comedite vitæ æternæ, & calicem bibite salutis perpetuæ.

Cur vtrumq; ad salutem necessarium sit, & prius baptizari, & deinde hoc sacramento participari.

## CAPVT XXV.

**Q**uid (inquit) opus erat, postq; baptismum accepimus in remissionem peccatorū, sumere cibum in remissionē peccatorum? Imò vtrolibet horum accepto sacramentorū, quid alterum ad salutē erat necessarium? Dixit enim. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Porro iam ante dixerat. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meū, habet vitā æternam. In vtroq; sic posuit vitæ & salutis cōditionē, vt in neutro alterutrum fecerit mentionē. Quod si ita dixisset, qui baptizatus fuerit, & carnem meam manducauerit, ac sanguinem meū biberit, saluus erit, siue qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, post acceptā baptismatis gratiam, habet vitā æternā, minus superesset ad querendū. Nunc verò plus esse quod queratur, scilicet & quomodo dicat. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Cū ante dixerit. Nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitā in vobis. & quare ratione secundū modū originalis culpæ, vtrumq; remediū necessarium sit. Hic ita facilius de primo respōdet, quia videlicet qd ait, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, tale est, ac si dicat, certus medicus de homine semiuivuo plagis plurimis à latronibus conuulserato, si se in stabulum meum deferri permiserit, saluus erit. Dabo enim illi cibum & potum tantæ virtutis, vt integram continuò sospitatem recuperare possit. Sic nempe cū dicit, qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, subaudiendū est, corpus enim meū in escam, & sanguinē meum in potum dabo, siue iam parauit illi, vnde refectus sine dubio saluus sit. Nūc ergo quod super est si queritur, cur non

cur non vnumquodlibet horum, sed vtrumq; sacramentū ad salutem necessarium sit homini, respondere licebit. Videlicet quia peccatū ab homine duplex cōmissum est. Alterū siquidem superbix, alterū sicut gulæ. Superbiuit enim prius in mente appetendo similitudinē dei, quod maxime liquet ex serpente promissione dicentis, eritis sicut dii. Neq; enim similitudinē dei pro mercede præuaricationis illis spōdissit, nisi prius illos hoc ipsum ambire pensasset. Deinde & gulæ ambo succubuerunt, quod & scriptura manifestius denotando exprimit, cū de muliere dicit. Vidit igitur mulier quod bonū esset lignū ad vescendū, & pulchrū oculis aspectūq; delectabile, & tulit de fructu eius & comedit, deditq; viro suo. Igitur quia congeminatū fuit peccatum, rectè congeminatū est & sacramentū. Et alterū quidem superbix malū per humilitatis bonum, in altero gulæ vitii per melioris alimenti curatur antidotum. Quid pulchrius oculos atollenti ad istam curæ nos dispositionem misericordiq; simul & iustitiæ dei? Neq; enim sic deus misero misertus est homini, vt hominis superbi congruam exigere satisfactionem negligeret. Ecce qui regnantis in cælo dei similitudinē appetiuit, pendens in ligno filij dei, similitudinem per baptismū suscipit. Ibi contempnit maiestatem, hic adorat crucē. Illud superbix fuit, hoc humilitatis. In illa superbia diabolus hominē inueniens, cibū vitii obtulit, & eritis, inquit, sicut dii, in hac humilitate deus hominē inueniens cibū potiq; offert corporis & sanguinis sui, & manebitis, inquit, in me, & ego in vobis. Et notandum, qd non eidem verbis deceptoris vsus est, dicentis. Eritis sicut dii, nec omnino sic dicere debuit, qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meū, erit sicut deus, vel erit similis altissimo, sed in me manet, inquit, & ego in eo. Quis enim est vel esse potest sicut deus, id est, sine illius ope vel gratia esse deus. Sed & de his alio in opere plenius diximus, idcirco nunc plura dicere superfedemus.

Quod hæc prima resurrectio sit animarum, & quod in eis qui in hac partem habent secunda mors non habeat potestatem.

## CAPVT XXVI.

**E**cce hæc est resurrectio prima, baptizari scilicet in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & sic manducare corpus, & bibere sanguinem domini. Vnde & in Apocalypsi Iohannes dicit. Beati qui lauant stolas suas, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Item. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In hac secunda mors non habet potestatem. Et post pauca. Inferus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc mors secunda est. Sunt ergo sicut duæ mortes, altera animæ, & altera carnis. Sic duæ resurrectiones, prima animæ & secunda carnis. Sciendum quoque, qd mors animæ experimento quidem secunda est, sicut paulo ante dictum est. Inferus & mors missi sunt in stagnum ignis, quæ mors secunda est, sed actu prima est. Prius enim homo anima, quam carne mortuus est. Dixit enim deus. In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini. Prius ergo anima quam carne mortuus est homo, morte videlicet peccati, quæ animam separat à deo. Nam morte quæ animam separat à corpore post annos, DCCC. & XXX. mortuus est. Prima ergo hæc est resurrectio, baptizari, & corpore ac sanguine Christi participari. Sic enim anima resurgit, & iam viuit. Resurgit autem in nouissimo die carnis resurrectione. Idcirco dominus cum diceret. Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, præfenti tempore dicit, habet vitam æternam, futuro autem, & ego resuscitabo eum in nouissimo die, & subaudiendum est, resurrectione vitæ, vt in ea secunda mors nō habeat potestatem. Nam generali resurrectione carnis omnes resurgēt. Nimirum prima resurrectio voluntatis, secunda necessitatis est. Idcirco cū diceret, de prima resurrectione loquens, venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, in voluntate positam, significans hanc primam resurrectionem, & qui audierint, inquit, viuent. Nemo enim à morte peccati resurgit, nisi volens. Item cū diceret, de secunda resurrectione loquens, nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius, illam resurrectionem in necessitate esse pronuntians, & procedent, ait, qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij. Deniq; qui procedent in resurrectionem iudicij, mallent non procedere, aut nō resurgere, imò omnino mallent non esse, quam esse.

Cur adhuc carne moriamur, cum quæ causa mortis extiterit præuaricatio paterna, in sacramento deleatur.

## CAPVT XXVII.

**E**t nunc quidem gaudemus scientes, & dicentes cū Apostolo, quia corpus quidem mortuum, sed & de ipso corpore mortuo siue morituro consolati nos, nō incerta ratio fidei, iuxta quā prius dicit. Quod si spiritus eius, qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis, qui suscitauit Iesum à mortuis, cōuiuificabit & mortalia corpora vestra, ppter inhabitantē spiritū eius in vobis. Nō dixit, suscitabit mortalia corpora vestra, qd de illis nihilominus rectè diceret, & qd ad vocē eius procedēt in resurrectionē iudicij, sed cōuiuificabit inq; subauditur, Iesu Christo quem suscitauit à mortuis, à mortuis,

mortuis, quod eorum tantum est, qui procedunt in resurrectionem vitæ, propter hoc ipsum quod spiritus eius habitat in ipsis. Nunc ergo, vt iam dictum est, gaudemus quidem hæc sci- entes, sed in ipso gaudio est, cur procidamus ante deum, & ploremus coram domino qui fecit nos, quia defecimus in ira eius, & in furore eius turbati sumus. Etenim interim dñi in isto mor- tali corpore grauati ingemiscimus, forte dicat quis. Quoniam in Christo renati, culpam terre- ni parentis euasimus, cur adhuc eiusdem culpæ poenam portamus? Cur adhuc morimur? Cur non absq; mortis molestia meliorem ad vitam transmigramus? Cur expoliamur, & non ma- gis superestimur? Nam quod a nobis est, vt Apostolus quoque ait, nolumus expoliari, sed su- peruestiri. Ad hæc ingemiscimus dicere possumus. Non per solam misericordiam, sed per so- ciam quoq; misericordie iustitiam, requisiti sumus. Imò quod nihilominus magna cum reue- rentia cogitandum est, non per solam iustitiam, sed & per circumuolantem nos misericordiam in primis parentibus nostris mortales facti, & de paradiso eiecti fuimus. Sciendum quippe est, quia licet eadem causa, non tamen eadem manu qua in anima morte percussus fuimus, in cor- pore quoq; mortalitati additi sumus. Etenim mors animæ nobis a diabolo adinuenta est, mor- talitas corporis a prouida dei sapientia, vel sapiente prouidentia nobis imposta est. Si enim post peccatum viuere vita corporis, & immortales esse permitti fuisset, dæmonibus similes essemus. quia nobis æquæ vt illis misera æternitas, vel æterna esset miseria. Idcirco nobis bene prouidens deus dixit. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malū. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & uiuat in æternum, &c. Hæc forte cuiquam grandem videntur sonare iram, sed eruditam habentibus discretionē, magnam profectō spirant clementiam. Item quod dixerat. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā, de qua sumptus es, qa puluis es, & in puluere reuerteris, nō tā baculus iræ q̄ virga disciplinæ est. Quam videlicet disciplinæ virgam Psalmista spiritu sancto prædocete con- siderans, dicit in persona noui hominis Iesu Christi, imò ipse nouus homo nostrum caput dicit, pro omnibus membris suis. Et disciplina tua correxit me in sinē, & disciplina tua ipsa me do- cebit. Quid enim hæc disciplina mortalitatis, nisi superbiam terræ & cineris corrigit? Quid nos docet, nisi humiliari sub potenti manu dei? Idcirco Psalmista per concessionem dicit. Mane si- cut herba transeat, mane floreat & trāseat, vespere decidat, induret, & areseat. Et est sensus. Ho- mo statim ex quo natus est mortalis atque passibilis, sicut herba mane viridis & pulchra cito transeat, id est, deficiat. Quomodo? In iuuentutis maturo positus vigendo floreat, & post ab ipso iuuentutis statu in vespem senectutis transeat, & in illo vespere positus moriendo, deci- dat, deinde induret, id est, rigidum cadauer fiat, deinde areseat, id est, aridus puluis existat. Nō, inquit, hoc oro, vt homo statim ex quo natus est, immortalis & impassibilis fiat, sed potius con- cedo diuinæ sententiæ, vt sic transeat. Sed heu, quā indociles sumus ad hanc partem, vt humiles simus, vt coram creatore nostro dimisso capite ambulemus. Mane sicut herba transi- mus, & in ipso transitu quasi quercus aut abietes sumus, collum erigimus, & de longinquo sta- tu præsumimus. Quid faceremus, si nō quotidie decedentē nostrī generis herbā videremus, si nō quotidie ceruices conditionis nostræ in lutū redigerentur? Bene ergo creator noster in eo ipso quod irā sonare videt dicēdo, ne sumat de ligno vitæ, & uiuat in æternū, nobis prouidit, ne esset sicut iā supra dictū est, nostra æquæ vt dæmonū æterna miseria, vel misera æternitas, essetq; saltē temporalis miseria siue misera tēporalitas, vt quandoq; fieret vel fieri posset, quod intēdebat ho- mo. I. æterna beatitudo, siue beata æternitas. Igitur qa non eadē manu in corpore mortales facti, qua & in anima mortales sumus, diabolo enim inuictore, homo sibi mortē animæ cōsciuit, deus autē ad corrigendā hominis superbiam, disciplinā mortalitatis corpori imposuit, rectē & per sacramentum gratiæ Christi culpa diluitur, & tamen hæc pars poenæ non relaxatur.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

OPERIBVS SPIRITVS SANCTI.

Liber Quartus, De Intellectu.

De spiritu intellectus, quando vel qualibus hominibus datus: qualibus experimento in Pe- tro Apostolo sit declaratus.

CAPVT I.

**G**LORIFICATO domino Iesu, & in ipsa eius glorificatione conditis salu- tis nostræ sacramentis, de quibus in laudem & gloriam spiritus sapientiæ præ- cedenti volumine diximus, datus est continuus spiritus, & in ipso dato eius pri- mus actu confestim enituit is, qui a spiritu sapientiæ secundus est, spiritus intel- lectus. Tunc enim aperuit illis sensum, vt intelligerēt scripturas. Quibus autē vel qualibus intelligentiam scripturarū dedit? Vtq; non oratoribus, sed piscatoribus, non pha-  
Lucæ 29.

aut pharisæis, sed hominibus idiotis, & sine literis. Tanta istis copia sensum aperuit, vt omnem sciret veritatē, eruditi nō ab homine neq; per hominē. Primum, intellectus hoc accepimus ex- perimentū. Viri fratres ait Petrus, oportet impleri scripturā, quā prædixit spiritus sanctus per os David de Iuda, qui fuit dux eorū qui cōprehenderunt Iesum, qui connumeratus erat in no- bis, & sortitus est sortē ministerij huius. Quam scripturā? Fiat, inquit, habitatio eorum deserta, & non sit qui inhabitat in ea, & episcopatū eius accipiat alter. Duo nempe testimonia coniun- xit, & alterum quidem singulariter de Psalmo centesimo octauo, Et episcopatū eius accipiat al- ter, alterum verò pluraliter de sexagesimo octauo, Fiat habitatio eorū deserta. Proposuerat au- tem tantū quidem de vno singulariter, oportet, inquit, impleri scripturā quam prædixit spi- ritus sanctus de Iuda, sed & hic addidit pluraliter, qui fuit dux eorū qui cōprehenderunt Ie- sum. Quid igitur nisi exortam in cordibus Apostolorū intellectus lucē, hoc dicto sentimus; lu- dam quippe & infelices Iudæos, sicut eodē scelere inuolutos, sic & simili poenæ significat addi- ctos. Quomodo? Videlicet quatenus quod vni Iudæ contingebat, vt episcopatū eius accipiat alter, idem & Iudæis contingeret, vt episcopalis eorum habitatio deserta fieret, verumq; epi- scopatum, verum & æternum sacerdotium populus alter, populus gentium acciperet.

Quod & si qua die resurrexit Christus, aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, multum tamen defuerit vsq; dum venit super eos spiritus sanctus. CAP. II.

**S**ed quantum erat adhuc illis sensus huiusmodi in intelligendis scripturis, ante illū quē pro- missum expectabant aduentū spiritus sancti? Tantus nimirum, quanta est claritas auroræ comparata meridiano soli. Nā & adhuc carnaliter sentientes de regno Christi interrogauerunt eī, dicentes. Domine, si in tempore hoc restitues regnū Israel? Iam sicut idē Lucas memorat, a- peruerat illis sensum, vt intelligerent scripturas. Iam sicut Iohannes refert, insufflauerat, dicens. Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. attamen de regno Christi cui redempti fuerant, adhuc sentiebant, non secundū scripturas, & erat illis opus adhuc acci- pere spiritum sanctum, vt omnia sentirent secundum scripturas. Idcirco dicebat. Quia Iohan- nes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabimini spiritu sancto, accipietis, ait virtutem superuenietis in vos spiritus sancti, & eritis mihi testes in Hierusalē, & in omni Iudæa & Sama- ria, & vsq; ad vltimū terræ. Vnum spūs sancti datū acceperat. In remissionē peccatorū, dicēte vt prædiximus domino. Accipite spiritū sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. sed geminato in baptisate spiritus sancti dato opus erat, quemadmodum & Iohannes præ- uidens, ipse inquit vos baptizabit spiritu sancto & igni. Cum ergo his quibus iam dederat spi- ritum sanctum dicit, vos autem baptizabimini spiritu sancto, ac deinceps, accipietis, ait, virtutē superuenientis spiritus sancti in vos, idē est ac si dicat. Baptizauit vos spiritu sancto, baptizabo vos igni, vt videlicet excocta omni cupiditate regni terreni, quale desiderat Israel carnalis, & fortes sitis ad contemptrum totius mundi in maligno politū, & acuti ad intelligenda mysteria regni dei, regni quietis, & pacati, regni sempiterni.

Quod proprium spiritus intellectus sit opus, hominem diuinitus non humano magisterio docere, quomodo illo die Apostolos docuit, qui erant homines idiotæ, & sine literis.

CAPVT III.

**Q**uid multa? Venit dies quinquagesimus, quoto die ab immolatione agni quondā data fuerat lex, & in illo die spiritu intelligentiæ repleuit eos idē, qui obscuritatē literæ de- derat deus, vt quicquid terrenū hominibus terrenis sonuerat litera legis, verbi gratia, terram fluentem lac & mel, & montes de quibus æris metalla sodiuntur, ipsi coelestes effecti, imò & coe- li (de ipsis enim Psalmista prædixit, Coeli enarrant gloriā dei) spiritualiter intelligerēt, & dein- cept terrā pedibus calcarent, mente in coelis habitaret. Ipsum eiisdē intelligentiæ donum, sua quoq; significauit specie ignis, qui apparuit, sicut scriptū est, quia apparuerunt illis dispersitæ linguæ, tanq̄ ignis. Quid enim est intellectus siue intelligentia in ordine dūtaxat vel numero septem spiritūū, de quibus nobis sermo est, nisi facultas gratiæ, qua sine magisterio humano in- tus audiuntur, & vero sensu percipiuntur verba diuina? Nam & si cū ab homine, vel per homi- nē audientes, & sentientes rectē intelligere dicimur, multū tamen interest, vbi nō ab homine, neq; per hominē, sed occulta inspiratione docemur, quæ vera & propria est vis huius spiritus in- tellectus, iuxta quā & Psalmista. Audiā, inquit, qd loquatur in me dominus deus. Dū ergo ad- ueniente spiritu dispersitæ linguæ apparuerūt tanq̄ ignis, vnde gratiā quam illis distribuebat per eiusmodi speciem, spiritus sanctus significauit? Nec verò solūmodo dei linguā, hominibus in- telligibilem fecit, sed & linguas omnū gentium cum eodē signo in ora illorū contulit, vt multas haberet vias, quibus dabatur illis intellectus sermonū dei, & exiret in omnes gentes per qua- tuor partes mundi deū nescientis. Factumq; est, quod dominus ante promiserat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Nā hoc, inquit Euangelista, dixit de spiritu, quē accepturi erāt credentes in eū, Nimirū qui spiritus foris ostēdebat speciem  
Acto. 2.  
Psal. 84.  
Iohan. 7.  
IIIEE ignis

**Pfalm. 35.** ignis illuminantis, ipse intus erat fons aquæ in vitam æternam salientis. Vnde **Pfalmista**, vim  
**Pfalm. 35.** vtramq; respiciens veraciter dicit. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus  
**Gene. 2.** lumen. Legimus in illa plantatione terreni paradisi, quia fons ascendebat de terra irrigans vni-  
**Pfalm. 1.** uersam superficiem terræ. Ac deinceps. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis, ad irrigan-  
**Pfalm. 1.** dum paradysum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Ecce nouæ creaturæ plantabatur para-  
**Pfalm. 1.** disus de vnus & solius ligni vitæ virgultis siue radicibus, id est, vnus mediatoris dei & homi-  
**Pfalm. 1.** num, hominis Iesu Christi virtutibus, & fide, quem & **Pfalmista** commendans loquitur. Et erit  
**Pfalm. 1.** tanq; lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tem-  
**Pfalm. 1.** pore suo. Secus decursus aquarum plantatum est hoc lignum, quia secundum plenitudinẽ om-  
**Pfalm. 1.** nium gratiarum semper viuens, ad omnia valens carnis naturæ insitum est dei verbũ, deus  
**Pfalm. 1.** verbum, & hic talis homo nouæ plantationis est initium, germen sanctũ, vitæ lignum. Primæ  
**Pfalm. 1.** huius emissiones **Apostoli** erant, plantatio eius, paradysus radicũ eius discipuli illi, credentes illi,  
**Pfalm. 1.** adhuc pauci erant. Quando hic spiritus datus intellectu adimpleuit corda eorũ, & omnĩ ge-  
**Pfalm. 1.** nera linguarũ nasci fecit in ora eorum. reuera tunc fons de terra paradisiaca ascendit, tunc flu-  
**Pfalm. 1.** uius vniuersam terræ superficiem irrigaturus de paradiso egressus est. Nam sicut fluuius qui de  
**Pfalm. 1.** paradiso illo egrediebatur, inde diuiditur in quatuor capita, id est, principalia flumina. sic de illa  
**Pfalm. 1.** Apostolica ecclesia, scientia dei egressa est, quæ & diuisa est in quatuor Euangeliã, quæ prima  
**Pfalm. 1.** nobis sunt necessariæ doctrinæ flumina. Sed iam acta ipsa profequamur, & secundũ scripturæ  
**Pfalm. 1.** cursum huius spiritus intelligentiæ experimenta capiamus.

*De prophetiæ Iohel testimonio, quàm perfectè, quàm oportunè pro tempore & re illud*

*Petrus edixit qui erat sine literis.*

CAPVT IIII.

**Acto. 1.** **Stupentibus** quibuldam & mirantibus adinuicem atq; dicentibus, nonne ecce omnes isti  
**Acto. 1.** qui loquuntur, Galilæi sunt, alijs autem irridendo dicentibus, quia musto pleni sunt isti, stans  
**Acto. 1.** Petrus cum vndecim eleuauit vocem suam, & locutus est. Viri Iudæi, & qui habitatis Hieru-  
**Acto. 1.** salem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos aesti-  
**Acto. 1.** matis, hi ebrii sunt, cum sit hora diei tertia, sed hoc est quod prædictum est per prophetã Iohel.  
**Acto. 1.** Et erit in nouissimis diebus dicit dominus, Effundam de spiritu meo super omnẽ carnem,  
**Acto. 1.** & prophetabuntur filij vestri & filix vestra, & cætera. Ecce quale quantumq; est in isto, de quo  
**Acto. 1.** loquimur spiritu intelligentiæ perlustrari. Homo idiota, & sine literis volutem propheticum  
**Acto. 1.** celeri mente reuoluit, clausum & signatum literatis, congruumq; secundum tempus & rem te-  
**Acto. 1.** stimonium, certa voce, nõ dubio sensu, coram cunctis publicè recitauit. Et vide quàm potenter,  
**Acto. 1.** quàm efficaciter penè totũ prophetam hætenus obscurum scire volentibus explanauit. Præ-  
**Acto. 1.** miserat enim **Propheta**, dicens. Residuum erucae comedit locusta, & residuum locustæ comedit  
**Acto. 1.** bruceus, & residuum bruci comedit rubigo, expurgisimini ebrii & flete & vlulate omnes qui  
**Acto. 1.** bibitis vinũ in dulcedine, quia perijt ab ore vestro, & c. deinde intulerat. Et erit post hæc. Effun-  
**Acto. 1.** dam spiritũ meũ super omnẽ carnẽ, & prophetabũt filij vestri, & filix vestra, & c. Nimirũ hoc no-  
**Acto. 1.** bis intelligibile fecit sermo **Apostoli**, quod latebat in istis prophetæ literis, scilicet post euer-  
**Acto. 1.** sionem prioris populi effusum iri spiritum sanctũ super seruos & ancillas dei, id est, super cen-  
**Acto. 1.** tum & viginti credentium nomina, quod tunc in illo cœnaculo factum fuerat, qui numerus,  
**Acto. 1.** id est, centũ viginti ab vno vsq; ad quindecim, paulatim per incrementa surgens, quindecim  
**Acto. 1.** graduum numerum efficit, qui in psalterio mysticè continentur. Nam illius euersio populi per  
**Acto. 1.** quatuor hæc facta est, erucae, locustam, brucũ, & rubiginẽ, id est, per quatuor regna hæc, Ba-  
**Acto. 1.** bylonicum, Persicum, Macedonicum, atq; Romanum. Quid post hæc futurum esset, latebat in  
**Acto. 1.** eisdem prophetæ literis, sed ecce literã spiritus intelligentiæ Petro manifestauit, Petrus miran-  
**Acto. 1.** tium auribus patenter edixit. Nec verò opus erat, vt de singulis explanãdo pertractaret, quid  
**Acto. 1.** intendendo, scilicet per **Prophetam** dominus dixisset. Effundam spiritũ meũ super omnẽ car-  
**Acto. 1.** nem, & prophetabũt filij vestri & filix vestra, senes vestri somnia somniabũt, & iuuenes vestri  
**Acto. 1.** visiones videbunt. Palãm quidem omnibus hoc factum erat, quamobrem & stupebãt omnes,  
**Acto. 1.** alij quidem mirantes, alij autem etiam irridentes, eosq; musto plenos esse dicentes.

*Quomodo hanc prophetiam exposuit: Et dabo prodigia in caelo sursum, & signa in terra  
 deorsum, sanguinem, & ignem, & vaporem sumi.*

CAP. V.

**Acto. 2.** **Paucis** quædã tractatu vel expositione indigent, scilicet hæc. Et dabo prodigia in caelo sur-  
**Acto. 2.** sum, & signa in terra deorsum, sanguinẽ, & vaporem sumi. Sol cœuertetur in tenebras, & luna  
**Acto. 2.** in sanguinẽ, anteq; veniat dies domini magnus & horribilis. Hæc ergo mirabiliter edoctus, lau-  
**Acto. 2.** dabiliter docere incipit sic. Viri Israelitæ audite verba hæc. Iesum Nazarenũ viuũ approbatũ a  
**Acto. 2.** deo in vobis, virtutibus, & prodigijs, & signis, quæ fecit per illũ deus in medio vestri, sicut vos  
**Acto. 2.** scitis, hunc definito cõsilio, & præscientia dei traditũ per manus iniquorũ affligentes interemistis.  
**Acto. 2.** Tunc enim iã interemptus esset, cũ iam spiritũ emisisset, de latere eius supra naturã mortuorũ  
**Acto. 2.** corporũ, sanguis & aqua exiuit. Sanguis ille prodigiũ fuit alijs mortis in mortẽ, alijs vitæ in vitã.  
**Acto. 2.** Sic olim

**Acto. 2.** Sic olim cum emitteret dominus signa & prodigia in medio tui Aegyptæ, in Pharaonem & **Pfalm. 134.**  
**Acto. 2.** in omnes seruos eius, sanguis agni alijs mortis, alijs vitæ prodigium fuit. Signati quippe illo  
**Acto. 2.** sanguine postes impetrabiles fuerunt exterminatori signum sanguinis eiudẽ videnti, nõ li-  
**Acto. 2.** gnati autem postes Aegyptiorum accessibiles illi fuerunt, vt fiducialiter irrueret, & primoge-  
**Acto. 2.** nita tolleret de domibus singulis. Ita & nunc. Qui sanguinem huius agni recipiunt in vtrumq;  
**Acto. 2.** postem, scilicet corporis & mentis, euadunt exterminantis diaboli manum accepta remissione  
**Acto. 2.** peccatorum, qui autem non recipiunt, proculdubio peribunt. Quem deus, inquit, suscitauit  
**Acto. 2.** solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. **Dauid** enim dicit in  
**Acto. 2.** eum. Providebam dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne commo-  
**Acto. 2.** uear, & c. Quàm cito ad regale atq; propheticum confugit testimonium velociter doctus, & in  
**Acto. 2.** arte perfectus piscator hominum? Vix resurrectionis assertionem labijs emiserat, & quia res ma-  
**Acto. 2.** gna erat, magnumq; negotium asserere hominem resurrexisse apud auditores eosdem, qui il-  
**Acto. 2.** lum crucifixæ erant, metuens ne forte vulneratis auribus sese auerterent, & beneuolentiam præ-  
**Acto. 2.** bere desisterent, velociter magnũ & euident, copiosum & rei competens de magna persona  
**Acto. 2.** testimonium arripuit, quod contemnere vel paruipendere non deberent. Qualis ergo de cœ-  
**Acto. 2.** naculo illo descendit, quantum mutatus ab illo, qui dudum cum diceret dominus. Ecce ascen-  
**Acto. 2.** dimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur ad crucifigendum, assumens illum seorsum  
**Acto. 2.** dixit, ablit à te domine, non erit tibi istud? Etenim illic audire meruit, vade retrosatanas, non  
**Acto. 2.** enim sapis ea quæ dei sunt, hic autem & psalmos memoriter tenebat, & mysteria intelligebat  
**Acto. 2.** psalmodum. Quodq; valde laudabile est, vna eademq; testimonij præoccupatione, & præsen-  
**Acto. 2.** tium auditorũ beneuolentiam retinuit, & omni mundo viam ostiumq; aperuit, ad intelligen-  
**Acto. 2.** dum quod psalmodum voces non in **Dauid**, sed in **Christi** personam depromptæ sint. Et ne cui-  
**Acto. 2.** quam dubitatis quippiam in hoc superstit, continuo promptus, & alacriter firmissima assu-  
**Acto. 2.** mptione taliter occurrit. Viri fratres liceat audenter dicere ad vos de patriarcha **Dauid**, quo-  
**Acto. 2.** niam & defunctus & sepultus est, sepulchrum eius est apud nos vsq; in hodiernũ diem. Moxq;  
**Acto. 2.** concludit sic. **Propheta** igitur cum esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi **Deus**, de fructu  
**Acto. 2.** lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione **Christi**, quia neque  
**Acto. 2.** derelictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Mira ars, mira facultas hominis  
**Acto. 2.** idiotæ, vt iam dictũ est, & sine literis, quia piscator vt homines piscaretur, fortissimi syllogismi  
**Acto. 2.** hamum acutum proiecit. Ecce & alium. Noc enim, inquit, **Dauid** ascendit in cœlum. Hoc  
**Acto. 2.** proposito, confestim assumit hoc modo. Dicit autem ipse, Dixit dominus domino meo, sede à  
**Acto. 2.** dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. His duobus datis, quibus  
**Acto. 2.** indubitanter oportet concedi, protinus infert concludendo, & dicit. Certissimè ergo sciat om-  
**Acto. 2.** nis domus **Israël**, quia & dominum eum & **Christum** deus fecit hunc **Iesum** quem vos crucifi-  
**Acto. 2.** xistis. Ita mirabiliter spiritu intelligentiæ exacutus, & **petra** iustitiæ in sermone elimatus, ille  
**Acto. 2.** dudum literarum inscius homo piscator, hominũ tanq; piscium ora transfixit vno argumen-  
**Acto. 2.** tozæ orationis, vt non possent efugere ad gurgites humanæ disputationis, sualq; conscientias  
**Acto. 2.** abscondere veritati. Sed inceptum ordinem profequamur.

*De prodigio ignis, quod illud intellexerit fuisse aduentum spiritus sancti in linguis igneis.*

CAPVT VI.

**Acto. 2.** **De** prophetis tribus prodigijs in terra datis, scilicet sanguine, igne, & vapore sumi, vnũ  
**Acto. 2.** id est, prodigium sanguinis exposuit dicendo. Iesum Nazarenum virum approbatum  
**Acto. 2.** a deo in vobis, hunc definito consilio & præscientia dei traditum per manus iniquorum affli-  
**Acto. 2.** genes interemistis, & c. Secundum erat prodigium ignis, quod vt exponeret, ita dixit. Dextera  
**Acto. 2.** igitur dei exaltatus, & promissione spiritus sancti accepta à patre effudit hoc donum quod vos  
**Acto. 2.** videtis & auditis. Videtis videlicet in linguis igneis, auditis in sermone nostro. Quem enim  
**Acto. 2.** effudit, nisi spiritum sanctum? Accepit enim vt homo, effudit vt deus. Et non quidem ipsam  
**Acto. 2.** potuerunt videre substantiam spiritus sancti, cum sit natura inuisibilis, sed ignem viderunt, di-  
**Acto. 2.** sperritas linguas tanq; ignem videre potuerunt humani oculi, sedentem supra singulos eorũ.  
**Acto. 2.** Ergo ignis prodigium fuit, dispartitio linguarũ prodigium fuit, imò linguarũ vniuersitas in ore  
**Acto. 2.** apostolorũ prodigiũ fuit. Sed & sonus ipse, qui factus est repente de cœlo tanq; aduentantis spi-  
**Acto. 2.** ritus vehementis prodigiũ fuit. Cuius rei prodigiũ? Nimirũ soni illius, qui in omnem ter-  
**Acto. 2.** ram exiturus erat, cœlis illis quos nunc firmare veniebat enarrantibus gloriam dei, & firma-  
**Acto. 2.** mento cõstantissimæ fidei illorum annuntiãte opera manũ eius cum magifico verbi toni-  
**Acto. 2.** tru, & miraculorum choruscationibus. Sic enim mox futurum erat, isto spiritu per os illorum  
**Acto. 2.** intonante **Christi** præconia, vt ad poenitentiam cõmoueretur & contremisceret terra, & funda-  
**Acto. 2.** menta montium, id est, corda superbiorũ conturbarentur, & commouerentur, quoniam iratus  
**Acto. 2.** est eis, nisi poenitentiam egerint. Ignis species multo maxime prodigiũ fuit, in eo videlicet quod  
**Acto. 2.** substantia ignis ardens & lucens est. Significabatur enim per istas eius qualitates, q; **Apostolus**  
**Acto. 2.** EEE ij **Christi**

Christi spiritus sanctus & per zelum ardentes, & per intellectum lucentes effecerit. Porro di-  
spertitarum formulæ linguarum, diuisiones significabant gratiarum. Huius prodigij præfens erat  
effectus, vnde & omnes mirabantur, quia cum essent qui loquebantur Galilæi. audiuius, in-  
quunt, vnusquisque linguam nostram in qua nati sumus, audiuius eos loquentes nostris linguis  
magnalia dei. Adhuc aliquid magnam tali prodigio significabatur, scilicet quod omnium gentium  
linguis ecclesia loqueretur, quod in omnes gentes fides Christi dilataretur, quod omnis lingua con-  
fiteretur ei, cui prius vna gens confitebatur, quia notus eatenus erat tantum in Iudæis deus.

*De vapore fumi, quod tertium in illis prophetæ dictis, & quod in eo præsignatum est,  
quod in illo vapore fumi, id est, poenitentia, vbi primum celebratum est ecclesie  
baptisma, crediderunt tria milia hominum.*

**T**ertium prodigium iam oportebat exponi, scilicet vaporẽ fumi. Verum hoc prius agen-  
dum erat, vt fieret in ipsis quod per vaporẽ fumi decuerat in propheta significari, vt scili-  
cet compungerentur, & lachrymofa prece consilium flagitarent suæ salutis. Paululum ergo il-  
lo conticescente siue adhuc loquente compuncti sunt, ait corde, & dixerunt ad Petrum & ad  
reliquos apostolos. Quid faciemus viri fratres? His ita compunctis & sic dicentibus, iam opus  
non erat vt verbis exponeretur sensus huius prodigij, id est, vaporis fumi, iam enim nimis fu-  
migabant, & sensum vocis experimento capiebant. Fumigare namque est compungi, & de pec-  
catis flere. Psalmista quoque attestante, qui cum dixisset. Commota est, & contremuit terra, &  
fundamenta montium concurbata sunt, quoniam iratus est eis. subiunxit, dicens. Ascendit fu-  
mus in ira eius. Hic ipse pauor fumi, id est, hæc ipsa illorum compunctio prodigium fuit in eo  
maximè, quod subiunctum est. Qui ergo receperunt sermonem eius, baptizati sunt, & appositæ  
sunt in illa die animæ circiter tria milia. Nam vbi primum ecclesie celebratum est baptisma,  
non sine magno prodigio tria milia colliguntur animarum, diuina nimirum præsignante pro-  
uidencia, quod ad fidem trinitatis de toto orbe colligenda esset multitudo credentium. Po-  
test tamen sicut in igne illuminatio fidelium, ita & in vapore fumi cæcitas intelligi Iudæorum,  
siue vno eodemque vapore fumi sicut compunctio poenitentia, ita & execratio signari non poenitentia.

*Quæ vel qualiter prodigia in celo data intelligi voluit, quando sol in tenebras, & luna  
in sanguinem conuersa sit.*

CAPVT VIII.

**P**ost signa quæ in terra data sunt non intacta relinquere libet, illa quoque prodigia quæ in  
celo data sunt. Sicut enim idem Propheta dixit, sol conuerteretur in tenebras, & luna in  
sanguinem, ita factum est. Nam in passione domini sol obtenebratus est, licet luna in sangui-  
nem versa, palam hominibus apparere non potuerit. Quod & si litera deficit, manet tamen fun-  
damentum prophetice veritatis, quia verè malum, huius prodigium solis obtenebratio exten-  
dit, & quod per sanguineum lune aspectum daretur intelligi, si palam hominibus in sanguinẽ  
versa parere potuisset infelici generationi accidit, quod fortassis Petrus exponere deuitans,  
hoc tantum pro tempore dixisse contentus est. Saluamini à generatione ista praua. Quid enim  
significabat obtenebratio solis prodigij, nisi illa quæ tunc facta est, & extunc permanet cæcita-  
tem Iudæorum? Nam quia solem iustitiæ sibi met extinguebant, rectè in obtenebratione solis  
huius prodigium suæ cæcitatæ aspiciunt. Porro lune globus in illa obtenebratione quomodo  
docuere se habuerit, luna illis in sanguinem versa est. Luna inquam, id est, pascha suum prodigij  
gloioso scelere totum Christi sanguine cruentatum est. Faciebant enim pascha secundum lune  
cursum decimoquarto die ad vespere, quando luna plenissima est, comedebant agnum se-  
cundum legis mandatum. Idcirco per lunam rectè intelligimus pascha Iudæorum. Constat autè  
quia quando pascha illud celebrabant, qua vespere suum agnũ comederant, eadem dominum  
nostrum, verum dei agnũ comprehenderunt, & tota nocte derisum, mane tradiderunt Pilato,  
multum insistentes vt suspenderetur in ligno, crucifige, crucifige clamantes. sanguis eius super  
nos, & super filios nostros. Igitur quia suum pascha, suum plenilunium sanguine Christi infelices ho-  
micide cruentauerunt, rectè dicamus, quia luna eorum in sanguinẽ versa est. Extrunc enim pascha  
illorum sabbata & neomenias eorum, & omnes festiuitates illorum odiuit anima dei, dicens. ma-  
nus enim vestræ plenæ sanguine sunt. Nec verò illud vacat, quod propheta idem cũ pro-  
nuntiaffet quinq; hæc prodigia, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi, solem conuertendũ in  
tenebras, & lunam in sanguinẽ, continuo subiunxit, anteq; veniat dies domini magnus & hor-  
ribilis. Quod tale est, quale illud quod in euangelio de semetipso dominus ipse dicit. Nã sicut  
fulgur coruscans de celo, in ea quæ sub celo sunt fulget, ita erit filius hominis in die sua. Pri-  
mum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Quod, inquam, prodigi-  
um illa prædicebantur fieri anteq; veniret dies domini magnus & horribilis, idem est, ad si  
diceretur, primum oportet illum multa pati, & à generatione praua reprobari, antequam in ma-  
iestate sua sicut fulgur de celo coruscans veniat ad iudicandos viuos & mortuos magnus &  
horribilis.

terribilis. Hoc nimirum Petrus præfente spiritu intelligentie illustratus non ignorans, pruden-  
ter pro tempore dicere contentus est. saluamini à generatione ista praua. subauditur, ne & vo-  
bis pariter in tenebras sol, & in sanguinem conuertatur luna.

*Quam verum proinde sit, quod veritas Petro dixerit: Quod ego facio tu nescis modo, scies  
autem postea, & quod alibi dictum est, quia abscondisti hæc à sapientibus, & pruden-  
tibus, & reuelasti ea paruulis.*

CAP. IX.

**V**erum ergo veritas dixit Petro, quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Ad hu-  
ius veritatis firmamentum pertinent ea quæ nunc à nobis commemorata sunt, & cætera.  
quæ deinceps. Petrus decertando pro fide & testimonio resurrectionis Iesu Christi perorasse  
legitur in conspectu plebis & principum, & sacerdotum, testificans in hoc impleta esse quæ lo-  
cutus est deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum, & hunc esse prophetam de quo  
Moyses dixit, quia prophetam vobis suscitabit dominus deus vester, de fratribus vestris tan-  
quam me, ipsum audietis, & hunc esse lapidem quem reprobauerunt ædificantes. à vobis, in-  
quam me, ipsum audietis, & hunc esse lapidem quem reprobauerunt ædificantes. à vobis, in-  
quit, ædificantibus, qui factus est in caput anguli, & non est in alio altquo salus, nec enim no-  
men aliud est sub celo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. De hoc eodem la-  
pide, & in epistola sua latius secundum Esaiam, dicit. Ad quem accedentes lapidem viuum, ab  
hominibus quidem reprobatum, à deo autem electum & honorificatum, & ipsi tanquam lapi-  
des viui superædificamini in domos spirituales, sacerdotium sanctum, offerre spirituales ho-  
stias acceptabiles deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura. Ecce pono in  
Sion lapidem summum, angularem, electum, pretiosum, & qui crediderit in eum, non con-  
funderur, & cætera. Verum nihilominus cæteris quoque simul apostolis dixit eadem ve-  
ritas. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit  
omnia. Nam quod ad laudem spiritus sancti dicimus, quod ad laudem spiritus intellectus, nunc  
prædicamus in illa hora, qua sicut iam supra dictum est, apparuerunt apostolis dispartite lin-  
guæ, sed itaque supra singulos eorum ignis dominus, scripturas omnes & prophetas intellectu in-  
teriore periderunt, qui nec saltem literas didicerant per hominis magisterium, & illa pene-  
trauerunt arcana, quæ clausa erant, clauim scientiæ gestantibus scribis & pharisæis, sapienti-  
bus & legisperitis, completo quod itidem dicit. Confiteor tibi pater domine cœli & terræ,  
quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Quis enim homo  
aperuerat illis mysteria psalmodi? Scripturam est autem de illis, qui vt sæpe dictum est, sine lite-  
ris erant. Dimissi uenerunt ad suos, videlicet, Petrus & Iohannes, & annuntiauerunt eis quan-  
ta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Qui cum audissent, vnanimiter leuaue-  
runt vocem ad dominum, & dixerunt. Domine, tu qui fecisti cœlum & terram, & mare, & om-  
nia quæ in eis sunt, qui spiritus sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti. Quare fremue-  
runt gentes, & populi meditari sunt inania. Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt  
in vnum, aduersus dominum & aduersus Christum eius. conuenerunt enim verè in ciuitate ista  
aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxiisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum gen-  
tibus & populis Israel facere manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri, & cætera. Igi-  
tur non ab homine, neque per hominem docti, sed spiritu sancto, spiritu intellectus thesaurum  
illis scripturarum aperiente mirabiliter eruditi, iure à nobis omnes suscipiuntur, & audiuntur  
tanquam os dei qui fuerunt illic. & nefarium nobis est dubitare, in aliquo de omnibus quæ  
cunq; scripserunt hi, quibus ignis ille cor intelligens, & linguam eruditam dedit, & tam super-  
stos, quam super patriarchas & prophetas ad quos per eundem spiritum nullo mediante ho-  
mine sermo dei factus est, collocauerim retinemus fundamentum nostræ fidei. Cæteros omnes  
qui ibi non fuerunt, vel qui non eodem modo ita didicerunt sic legimus. vt quicquid dicunt,  
non idcirco credamus quia ipsi ita senserunt, sed quia dicta sua horum testimonijs, vel aliqua  
probabili ratione firmare potuerunt. Nam isti sunt quibus tunc reuelatum est, quando ab ho-  
mine vel per hominem doceri non poterant, imò quibus illud spiritu sancto reuelatum est,  
quod homines docere, aut scire non valebant. Idcirco sic in Psalmo scriptum est. Nunquid Si-  
on dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus? Dominus narrabit  
in scripturis populorum, & principum horum, qui fuerunt in ea. Interrogando illam ciuita-  
tem dei, de qua gloriosa dicta sunt, cuius fundamenta in montibus sanctis, scilicet prophe-  
tis & apostolis istis, & dicendo, ò Sion nunquid homo, magnificentius negauit, quam si  
enuntiando dixisset, nunquam dicit homo. Negando ergo dicamus & nos quia reuera nisi  
dominus ipse narrasset in scripturis populorum, & principum horum qui fuerunt in ea, nun-  
quam diceret, aut dicere vel capere posset homo, tam miram tamque altam scientiam quæ nunc  
legitur & scitur, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus. Hoc nempe tam mirum  
tamque altum est, quam illud omnia per verbum facta sunt, & verbum caro factum est, quod  
vtique tam altum est, vt nunquam dicere homo potuisset, nisi dominus ipse in scripturis  
narrasset.



narrasset, nisi dominus per semetipsum, non per hominem, sed per spiritum sanctum sanctas condendo scripturas, cuius vel quorum sibi complacuit ore dixisset. Istæ scripturæ illæ sunt, in quibus passim diuinam auctoritatem inuenis, verbi gratia cum dicitur, locutus est vel dixit dominus ad Moysen. Locutus est dominus, vel factum est verbum domini ad illum vel illi prophetam. Istæ scripturæ nihilominus illorum sunt, de quibus nunc dicebamur, quia apparuerunt illis dispersitæ linguæ tanquam ignis, sed ita supra singulos eorum, & repleti sunt omnes spiritu sancto, & coeperunt loqui linguis varijs, prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Dicuntur autem in illo psalmo scripturæ populorum, quia non ut Platonis literæ verbis grandisonæ, sensibus pauperculæ, paucis intelligibiles sunt, vel in angulis susurrant, sed cunctis populis propolite sunt, & palam omni mundo loquuntur de salute omnium gentium, quæ in vna gente conditæ sunt, in qua & prius absconditæ fuerunt. Istis igitur scripturis populorum scripturis principum, scilicet prophetarum atque apostolorum, ita per omnia credimus, ut dubitare quicquam de illis arbitremur nefarium, & à fide Christi alienum. Sunt autem de apostolis, quorum scripta habentur hi, Petrus & Iohannes & Iacobus, Mattheus, & Iudas Iacobus. Euangelium Marci ex ore Petri Apostoli, & euangelium Lucae ex Apostolica fide scriptum esse fertur Pauli, qui videlicet Paulus non erat illic, neque enim vocatus erat adhuc ubi spiritus sanctus super Christi discipulos venit, sed non minus per spiritum sanctum accepit aut minus habuit à summis Apostolis, unde & nobis aliquid suo loco dicendum venit. Nam post commemorationem Petri, non minus suauem attingemus memoriam dilecti Iesu Christi, Iohannis Apostoli.

*Quod discipulo quem diligebat Iesus, magna huius spiritus intellectus gratia data sit, & quod velut Ioseph vnam partem extra fratres suos accepit, quem tamen non ut Petrum cæteris Apostolis præferri voluit.*

CAP. X.

Iohannes Apostolus & Euangelista ex verbis suis cognoscitur, non prauam accepisse gratiam intellectus, quia frequens in ecclesia est, & ante oēs loquitur, unde & non vanè dicimus, quia in medio Ecclesiæ aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientiæ & intellectus. Secundum gratiam qua diligebat eum Iesus, qua & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, domine, quis est qui tradet te, magnitudinè accepit intellectus, siue sapientiæ intellectus, ut scripturas intelligeret, sapientiæ, ut mirabili facultate propria conscriberet. Nō quidē tunc in actu hoc donū accepit quando supra pectus eius recubuit, sed in tunc accessum habebat, ut postmodum de pectore illo acciperet, in quo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi. Siquidē postea eū dicit, tunc ergo introiit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum, & vidit, & credidit, continuò tam de Petro quàm de semetipso subiungit. Nondum enim sciebant scripturas, quia oporteret eum à mortuis resurgere. Tunc & ipse mensuram propriam accepit, quando hic spiritus sanctus venit, quando & unicuique cæterorum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, secundum beneplacitum spiritus huius diuidētis lingulis, prout vult. Verum quo more Iacob patriarcha filium Ioseph dilexit, & non contentus illum in sorte vel funiculo distributionis fratribus suis coæquari, do tibi, inquit, partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo, sic istum discipulū dominus Iesus cæteris arctius diligens, & non cōtentus illi in hac parte gratiæ scilicet in spiritu intelligentiæ, cæteris coæqualem esse Apostolis, aperuit illi ruisus secreta cœli, ut videret visiones admirabiles, quas & digressit in libro qui intitularur Apocalypsis, in quo tot penè sacramenta, quot verba sunt, scriberetque illud altū & hominibus inenarrabile verbi dei, dei incarnati mysteriū. Diligebat enim eum, in quo tamē nec illud prætereundum, quia cū tali amoris priuilegio, diligere eum, non tamen huic sed Petro specialiter dixit, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Sic nimirum Ioseph plus cæteris filijs suis prædictus pater Iacob dilexit, non tamen huic, sed Iudæ benedictionem regalē dedit, non auferetur (inquiens) sceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus est, &c. Quare? Videlicet, quia in dandis benedictionibus non suam, sed dei voluntatem facere debuit, non carnis affectū, sed spiritus instinctum sequi, dignum fuit. Hoc illi penè simile est. Siquidem dominus noster cū omnes discipulos, & præcipue Petrum amore spiritus vel mentis diligeret, hunc Iohannē quodam cordis amore, velut homo hominē diligens, non tamen cæteris in Apostolatu præferre noluit, quippe qui in omnibus diuinā voluntatem attendens, quodā loco dicit, Quia descendi de cœlo, non ut faciam voluntatē meam, sed voluntatē eius qui misit me. Igitur in ordine vel dignitate Apostolatus beatus ille Simon Bar Iona, cui primo non caro & sanguis, sed pater qui in cœlis reuelauit, primatū gerere, & clauas regni cœlorum accipere meruit, hic autē discipulus velut ille dilectus Ioseph, partē non paruam extra fratres suos consecutus est de thesauro patris de spiritu intellectus, qui verè iucunditatē & exultationem super eum thesaurizauit. Ad hanc partem accedens, quid viderit nō præteriuimus, maxime enim ad istam spectat, de qua nunc agimus, gratiam intellectus.

De libra

*De libro quem vidit in dextera sedentis super thronum, quod ubi agnus illum aperuit, sibi partem suam iste accepit, & quid ei fuerit accipere librum de manu angeli, & deuorare illum, accipere sibi datum calamū & metiri templū.*

CAPVT XI.

Vidi (inquit) in dextera sedentis super thronum librum scriptū intus & foris, signatū sigillis septem. Er post pauca, Er vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalū, & in medio seniorum agnū stantem tanquam occisum, habentem cornua septem, & oculos septē, qui seipsum spiritus dei, missi in omnem terram. Er venit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Item post aliqua, Er vocem quam audiui de cœlo iterum loquentem mecum & dicentē, Vade accipe librum apertum de manu angeli stantis supra mare & supra terram. Er abij ad angelum dicens ei, ut daret mihi librum. Et dixit mihi, Accipe & deuora illum. Er accipi librum de manu angeli, & deuoravi eum, & erat in ore meo, tanquam mel dulce, & cum deuorassum eum, amaricatus est venter meus. Er dixit mihi, Oportet te iterum prophetare populis, & linguis, & regibus multis. Er datus est mihi calamus virgæ, &c. Hoc est quod paulo ante dicebamus, quia quemadmodum partem vnā extra fratres suos ille filius accrescens Ioseph, ita extra condiscipulos suos dilectus iste discipulus, egregiam per reuelationem intelligentiæ partem adeptus est. Quis est enim liber iste in dextera sedentis supra thronū, scriptus intus & foris, signatus sigillis septem, nisi idem qui in Esaia, & scienti literas, & nescienti irrefrabilis est, cuius tamen etiam illic ita prædicatur apertio, in die illa audient surdi verba libri? Liber iste sancta scriptura est, liber scriptus intus & foris, quippe cuius vnitas concors vetus testamentum, quasi exterius, & nouum continet interius. Liber signatus septem sigillis, id est, vel omni latens mysteriorum plenitudine textus, vel spiritus septiformis dispositione conscriptus. Huius libri signacula verus agnus dei Christus habens cornua septem & oculos septem, id est, septiformem spiritum propter eminentiam potestatis cornubus, propter illuminationē gratiæ, oculis comparatum, agnus tanquam occisus, id est, qui occisus quidem fuit, sed nunc est viuus, tunc apparuit quando resurgens à mortuis, & apparens discipulis suis, sicut iam diximus supra, aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, amplius autem quando ascenso cœlo dedit dona hominibus, dedit spiritum sanctum intellectus intus linguis igneis, foris rutilantibus. Ibi nimirum Iohannes iste partem suam inter fratres suos accepit, libri enim aperti sacramenta reuelata facie tam ipse quàm & cæteri intellexerunt Apostoli. Er in primo quidem sigillo decus ecclesiæ primitiæ per equum album, in sequentibus tribus equis, rufo, nigro, & pallio, triformis contra eam bellum paganorum, falsorum fratrum, & hæreticorum. In quinto gloriam sub hoc bello coronatorum subtrahere altare dei clamantium. In sexto, mala illa quæ tempore Antichristi ventura sunt. In septimo, & per illud quod factum est, quasi media hora silentium, æternæ quietis intellexerunt initium, quæ omnia plenius à doctoribus nostris explanata sunt. Omnes omnino scripturas in Christo impleri intellexerunt, & hæc communis fuit fors omnium Apostolorum. omnem enim veritatem docuit illos ille spiritus veritatis, non modo de præterito, sed & annunciauit eis quæ ventura sunt. Extra illos fratres suos, ut adhuc acciperet partem vnā, partem magnam, sic dictum est ei, vade & accipe librum apertum de manu angeli, datusque est illi calamus similis virgæ, cum hoc dicto, surge & metire templum dei. Er in accipiendo librum dictum est ei, oportet te iterum prophetare populis & gentibus & linguis & regibus multis, & in accipiendo calamum dictum est illi, Surge & metire templum dei, hoc vel illud, ut iam dictum est, ita & fecit. Postmodum quippe de exilio reuocatus, & vna voce rursus euangelium prædicauit & calamo scripsit, metiendo templum dei & altare, & adorantes in eo, quia videlicet in verbo euangelij, corda singulorum, qui per fidem sunt templum dei, in quibus Christus ipse per eandem fidem inhabitans, altare est, quasi metiendo determinantur. Ibi enim quantum singuli proficiant, quantumque regulæ diuinæ concordent, inueniunt. Er norandum, quod non nisi præmonitus voce loquentis secum & viuua voce confurgeret, & calamo inferuieret. Misso namque illo in exilium à Domitiano, qui secundus post Neronem Christianorum persecutor extitit, irruerant in ecclesia hæretici, quasi in destituta pastore ouilia lupi. Martion Cherintus & Hebion, cæterique Antichristi, qui Christum ante Mariam negantes, simplicitatem euangelicæ fidei peruersa macularunt doctrina. Er inde compulsus ab omnibus penè tunc Asiæ episcopis, & indicto omnibus ieiunio, dominum precatus, ac sancti spiritus gratia inebriatus, euangelium suum scripsit, quo omnes hæreticorum tenebras patet factæ subito veritatis luce dispulit. Quod compulsus est ab omnibus penè tunc

EEe iij episcopis

Eccle. 15.  
Iohan. 13.  
Ibidē 21.

Iohā. 10.

Ephē. 4.  
Gene. 48.

Matt. 16.

Gene. 49.

Iohan. 6.  
Matt. 16.

Apoc. 7.

Esaia. 29.

Lucā. 24.

Apoc. 10.

Apoc. 11.

episcopis Asiae, hoc nimirum erat vocem de caelo, id est, de ecclesia dei, audire loquentem secum, & dicentem, vade & accipe librum. Quod idem ieiunium omnibus indicit, & praecatus est dominum, hoc erat dicere ad angelum. Da mihi librum, siue da mihi calamum.

*Quam vtiliter nobis vel omni ecclesiae Christi calamum accepit, id est, gratiam scribendi mysteria Christi, vnde & merito, tam in visione Ezechielis, quam in sua Apocalypsi debuit per aquilam volantem signari.* CAP. XII.

**A**ccipit librum, sumpsit calamum, & intellectu oculi sic librum & legendo deuorauit, & deuorando legit, vt secreta aeterni principij naturam, diuinam verbi sempiterni substantiam, praecunctis mortalibus altius degustaret. sic calamum duxit scribendo, & per scripturam refundendo quod deuorauerat, vt audaces omnium haereticorum oculos eodem calamo confoderet. Quis enim haereticus, aut quae vnquam fuit haereticae velanae species, cuius oculum nequam, corpusque totum tenebrosum, veritatis radius ex euangelico eius ore non perlodiat atque diuerberet? Totus in deo, totus in verbo dei sermo est. vnde & de ore eius, tota Christianae fidei schola pendet, vt quicquid dum garrula haereticis infesta est, quaerere oportet ipse consultus maturae reuerentiae magister enunciet. Itemque dissoluat. Vnde quia nobis altissima vidit, & in sole diuinitatis oculum fixit, recte animaduersum est, eum tam apud Ezechielis visionem quam & apud suam ipsius Apocalypsim per aquilam volantem significari. Etenim vbi librum supradictum aperiri vidit, aperiente agno dei, ibidem paulo ante dicit. Et in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. Et animal primum simile vitulo. Et caetera. Vltimum semetipsum designauit, dicendo. & quartum animal simile aquilae volanti, quia videlicet nouissimus suum hic euangelium scripsit. Quamuis amplius placeat vnum eundemque Christum deifilium per haec quatuor animalia significari, quippe qui & homo natus est, & velut vitulus sacrificatus est, & vt leo surrexit, & tanquam aquila super astra volauit, nihilominus tamen & hic aquila recte dicitur, qui diuinitatem illam, qua in coelum homo Christus ascendere potuit, irreuerberatis oculis altius contemplari meruit. Scriptum est enim. Vbi cunq; fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilae. Si ergo illos dixit aquilas qui illuc assumuntur, vbi diuinitatis claritatem facie ad faciem, & sicut est, mereantur videre, quanto magis iste recte aquila dicitur, qui adhuc in carne positus, potuit in illum solem aperire oculos figere.

*De eo quod dictum est ei: Et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel.* CAP. XIII.

**E**t faciet (inquit) amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et est sensus. Cum perceperis, oblectaberis diuini dulcedine eloquij, sed amaritudinem senties, cum praedicare & operari ceperis quod intellexeris. Quare? Quia videlicet non omnes homines oblectat verbum dei cum sit naturaliter dulce, quia non solummodo de gaudijs celorum agit, sed & de flammis gehennae. Vnde & Ezechiel de hoc eodem libro dicit, quod hic Iohannes tacuit, quia scriptae erant in eo lamentationes, & carmen, & vae. Cuncta enim series veteris & noui testamenti poenitentiam pro peccatis agendam, quod est lamentari, regnum caeleste quaerendum, vbi est carmen, & fletus infernalis, vbi est vae, praemonet esse fugiendos. Verum homines voluptatum amatores, propter scripturam lamentationum & vae totum librum oderunt, & idcirco ventrem illum, qui illum deuorauit, amaricari faciunt. Neque enim hoc solum Iohanni dictum est, vel de solo Iohanne sentiendum est, quod post dulcedinem tanquam melis in ore, venter illius amaricatus fuerit. Nimirum quicumque de manu angeli huius, angeli magni consilij librum hunc accepit, & saltem vnam ex eo deuorans pagellam, manifestam per vocem praedicationis rictum fecit, vix aut nunquam effugere potuit, quin pareretur quippiam de occurso, seu rufi, seu nigri, seu pallentis equi. Quod vt apertius dictum sit, vix ququam aliquando imo nunquam de superno munere verum scripturae sanctae intellectum accipiens, secundum eundem veritatis intellectum, contra vanitates & insanias falsas declamauit, qui non aut aperta persecutione inimicorum dei, aut intestina detractione fallorum fratrum, qui nomine tenus sunt Christiani, aut haereticorum impugnatione, qui exierunt ex nobis, sed non erant ex nobis, quippiam patitur amaritudinis. Maxime autem inter suos eius modi molestiam patitur quisquis librum istum deuorauit. Non enim mentitur qui dixit, Amen amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua. Econtra qui spiritum huius mundi accepit, quemcunq; philosophia huius mundi, vel tenuiter imbuit, ille ad diem festum ascendit, quia tempus eius semper paratum est, & ille quasi matutinis insistit cantilenis, vt mane comedat, & iuter mane comedentes memoria sui sit. De talium sapientia dicitur in Esaiâ sub specie meretricis. Sume cytharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Bene cane, frequenta canticum vt memoria tui sit.

Exilem

Exilem valde mercedem cum improposito meretrici taxauit dicendo, vt memoria tui sit. Nam idcirco meretrix, idcirco obliuioni tradita est, quia canit, non vt dei, sed vt sui memoria sit. Ex huius quidem cantilena nunc interrim, & in ventre suo dulcis est, tanquam mel, fauus enim distillans labia meretricis, sed post modum in sel aspidum conuertetur ei. Libri autem saepediti intelligentia nunc quidem cum sit in ore dulcis, tanquam mel pro spe gaudiij sempiterni, etiam si persecutionis amaritudo desit, pro re tamē praesentis exilij ventrem amaricari facit. Vnde & dicit, Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo. Item, Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Vae mihi.

*De Mattheo publicano, quomodo ipse cibus pane vita & intellectus, magnum usque hodie Christo faciat conuiuium in domo sua.* CAP. XIII.

**P**ost Iohannem scribendi quidem ordine, sed non etiam euangelicae scripturae prior qualitate. Mattheus publicanus, & ipse vitae atque intellectus pane cibatur, & eodem intellectu magnum in domo sua domino Iesu facit conuiuium, magna verè secundum nomen suum gratia donatus. Huiusmodi conuiuij diuinitus prouisum fuit illud praefagium, quod sicut manifestus ait Lucas, vocatus cum sederet ad cheloneum, & sequens dominum, fecit ei conuiuium magnum in domo sua. Conuiuium ergo fecit ei, & magnum nimirum, quali conuiuium regis. Nam sicut alias iam plenius diximus, apud istum euangelistam rex genere & actibus Christus ostenditur, cum iam a principio vel initio suo dicit liber generationis Iesu Christi filij Dauid, & deinde natum mox regem Iudaeorum à Magis adorari describit totumque textum suae narrationis regalibus gestis ac regijs contextens parabolis, sic tandem finit, vt dicat apud eum rex iste iam coronatus resurrectionis gloria, data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Totam ferè conseriptionis eius si rite perpendis, spirare cognosces mysteria regni dei. Nec mirum publicanus quippe fuerat de publico regni peccati seruitio, ad libertatem regni dei, regni iustitiae vocatum se esse meminerat. Bene ergo vt non ingratus magno libertatis suae regi regni eius legibus inferuiuit, intendens regnum eius, quod à carnalibus Iudaeis carnaliter expectabatur ostendere quale sit. Hoc animaduertens pater Augustinus, Marcum quidem tam in prophetica quam in euangelica quatuor animalium visione per faciem hominis. hunc autem, scilicet Mattheum per faciem leonis intelligi mauult. Nam de Luca, quod per faciem vituli, & de Iohanne, quod per faciem aquilae volantis significetur apud omnes doctores, vna & indiuisa sententia est. De istis quadrigis nostri Aminadab, quod interpretatur populi mei spontaneus, propter quas nescientem synagogam conturbauit anima sua, plura longè superius, scilicet in propheta Ezechiele diximus. Proinde iam nunc ad reliqua proficiscamur.

*De Iacobo fratre domini, quod & ipse in isto intelligentiae spiritu calamum tinxerit.* CAP. XV.

**I**acobus frater domini, qui & ab hominibus propter eminentem sanctitatem appellatus est iustus, ipse quoque calamum tinxit in isto intelligentiae spiritu. Scripsit enim illam, quae canonicarum septem epistolarum prima est. Dixit de hoc Iacobo Paulus Apostolus, Iacobus & Cephas & Iohannes, qui videbantur columnae esse, dexteram dederunt mihi, & Barnabae societatis, vt nos in gentes, illi autem in circuncisione erant, quia in circuncisionem ordinatus erat Apostolus, curauit eos, qui ex circuncisione erant, sicut praesentes colloquendo docere, sic & absentes per epistolam consolari, instruere, increpare & corrigere. Et dispersis quidem, qui persecutionem passi sunt propter iustitiam, quae occiso à Iudaeis Stephano, magna facta est in ecclesia, quae erat Hierosolymis, epistolam scripsit, sed non solum his, verum etiam illis, qui praecipua fidei Christi necdum operibus adimplere curabant, nec non & eis, qui etiam fidei exortes durabant, qui & ipsam in credentibus quantum valere persequi, ac perturbare certabant. Ergo in hoc non parum laudabiliter adimpletum est, quod de isto spiritu veritas dixit, Iohannes. 16. quia cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me, & caetera. Nam magis de vicino videlicet cum esset Hierosolymorum pontifex iste non tantum verbo, sed & scripto illos de peccato suo redarguit diuites, quorum ex adipe prodijt iniquitas eorum, vt occiderent dominum dum dicit. Agite nunc diuites, plorate, ululantes in miserijs quae aduenient vobis. Thesaurizatis vobis iram in nouissimis diebus. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra. In die occisionis adduxistis, occidistis iustum & non restitit vobis. Deinde rursus ad eos conuertitur, qui talium improbitate fuerant oppressi, cohortans eos ad patientiam. Patientes igitur estote (inquit) fratres vsque ad aduentum domini, & caetera. Nec vero illud praetermittendum quod oportune satis, de fide & operibus disputat, dicens, quoniam fides sine operibus mortua est, siue ociosa est. Nam quoniam Paulus Apostolus praedicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis, qui sic dictum acceperunt, vt putarent si semel

si semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur & facinorose, flagitioseque viverent, saluos esse per fidem, eundem sensum illius quomodo sit intelligendus, exposuit, id eoque Abraham magis exemplo vsus est, vacuam esse fidem, si non bene operaretur, quoniam Abraham exemplo etiam Paulus Apostolus vsus est, ut probaret, iustificari hominem sine operibus. Cum enim bona opera commemorat Abraham, quae eius fidem comitata sunt, satis ostendit, Apostolum Paulum non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut nemo arbitretur, meritis priorum bonorum operum se peruenisse ad donum iustificationis, quae est in fide.

*De Iuda fratre Iacobi, quod ipse magnam intelligentiae facultatem breui calamo comprehendit.*  
CAP. XVI.

**I**udas Apostolus frater Iacobi, quem in euangelio Mattheus & Marcus Thaddaeum appellat, scribit contra eosdem fidei corruptores, quos & Petrus & Iohannes in suis damnatis epistolis. Iste quoque breui calamo, sed multam intellectus facultatem comprehendit. Verbi gratia cum dicit. Vae illis qui in via Cain ambulauerunt, & errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Chore perierunt. Hae enim cum dicit, breuiter quidem, sed lucide, Cain exemplum asserit fuisse omnium, qui propter inuidiam meliorum nomen sibi doctorum quo honorificentur, assumunt. Balaam vero illorum, qui pro amore terrestrium commodorum, veritatem quam ipsi norunt, impugnant. Chore autem, qui viuus ad inferna descendit, eorum qui cunctis appetitu indebiti primatus, se ab unitate sanctae ecclesiae secerunt, scientesque & prouidentes quantum mali gerant, ad scelerum tamen tartara descendunt. Sed habet haec eadem epistola incerta, & de Apocryphis sumpta testimonia. Etenim quod ait, dum Michael archangelus cum diabolo disputans, altercatur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiae, sed dixit, imperet tibi dominus, quando inquam, de Moyse corpore contentione cum diabolo Michael habuerit, incertum habemus. Item quod ait, prophetauit autem de his septimus ab Adam Enoch, dicens, Ecce venit dominus in sanctis milibus suis, facere iudicium contra omnes, arguere omnes impios, de Apocryphorum libro scriptum est. Proinde primis quidem temporibus a plerisque haec epistola rejiciebatur, sed auctoritate iam vetustate & vsu meruit inter sanctas scripturas computari, maxime, quia tale testimonium de Apocryphis Iudas sumpsit, quod non Apocryphum aut dubium, sed vera luce & lucida esset veritate perspicuum. Quis enim fidelium nesciat aut dubitet, venturum esse dominum in sanctis milibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impietate egerunt, & de omnibus duris verbis, quae locuti sunt contra eum omnes impii. Porro quod ait, dum Michael archangelus cum diabolo disputans, altercatur de Moyse corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiae, si assumptum videri potest, quomodo & illud ab Apostolo, ubi Corinthios a fide resurrectionis abducos, sua ipsorum sententia, quam ais inepta conuincere studens, ita dicit. Alioquin quid facient, qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Ut quid & baptizantur pro illis? Neque enim, quia tali contra illos argumento vsus est, consequens est, Apostolum approbare, ut pro mortuis viui baptizarentur, sed ut coram oculis ipsorum inconsideratam leuitatem constitueret, qua semetipsos omni vento doctrinae circumferri nesciebant, factum assumpsit, quo suamet ipsi verba impugnabant, dum resurrectionem mortuorum non esse dicentes, viuos pro mortuis baptizabant. Nimirum ita etiam non quia dixit hic, dum Michael archangelus, cum diabolo disputans, altercatur, & caetera, consequens est, eum approbasse opinionem, quae de scripturis non haberet auctoritatem, sed ex suo ore illos voluisse concludere, quod contra quempiam, maxime autem contra deum non deberent blasphemiam siue indisciplinam esse fundere offensionem. Si enim ut ipsi tenebant Michael archangelus, diabolo sibi aduersanti, blasphemiam dicere noluit, sed modesto sermone illum coercuit, multo magis hominibus omnium blasphemiam cauenda est, & maxime ut dictum est, ne verbo indisciplinato maiestatem creatoris offendant.

*De Paulo Apostolo, quomodo vel qua intentione gradum suum defendit, videlicet, quod quannus non fuerit illic, nihilominus tamen Apostolicam intelligentie gratiam acceperit.*  
CAP. XVII.

**P**aulus vas electionis, magnus & inclytus, veritatis caudicus, nomen sibi & locum in hoc ordine siue officio magno certamine vendicat, stans atque perorans iugiter in omni auditorio, in omni ecclesia, in omni caeli & terrae praetorio. Verbi gratia cum dicit ad Corinthios. Utinam sustineretis modicum quid insipientiae meae, sed & supportate me. Et subinde, Nam si is qui venit, alium Christum praedicat, quem non praedicauimus, aut alium Christum accipitis, aut aliud euangelium quod non

quod non receperitis, recte pateremini. Existimo enim, me nihil minus fecisse a magnis Apostolis. Et post vehementissimum acerrime orationis cursum, tandem decentissime, quasi respirans factus sum (inquit) insipientis, subauditur merita mea narrando, vos me coegistis. Ego enim debui a vobis commedari. Nihil enim minus feci ab his, qui sunt supra modum. Apostoli, tametsi nihil sum. Signa vero Apostolatus mei facta sunt super vos in omni patientia, signis, prodigijs, & virtutibus. Quid est enim, quod minus habuistis praeter ceteris ecclesijs? Item ad Galathas Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum a mortuis. Et subinde. Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quia non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Hoc modo ingressus toto suae conuersionis atque processionis ordine validissime confirmat, & quod non ab homine, neque per hominem euangelium acceperit, & quod priores Apostoli nihil illi ad correctionem siue supplementum eiusdem euangelij conferre potuerunt. Mihi enim, qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt. Et subinde, Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quoniam reprehensibilis erat, &c. Ita cum multis literarum suarum locis, cum vero in titulis siue praescriptionibus, Apostolatum suum defendit, ita ut epistolarum suarum ferè nulla sit, cuius in capite non splendeat auctoritas Apostolici nominis, praeter illam quam ad Hebraeos, quorum Apostolus non erat, scripsit. Non ita in caeterorum Apostolorum literis. Nam praeter Apostolum Petrum, nullus saltem in capite mentionem fecit huius nominis. Cur hoc? Videlicet quia caeteri omnes, ita erant Apostoli, ut defensione non egerent Apostolatus sui, quippe qui ab ipso domino inter homines commorante vocati, & singuli per nomina sua designati fuerant Apostoli, & super quos spiritus sanctus in die pentecostes venit, a quibus, vel per quos initium fuerat euangelicae praedicationis, Paulus illic non erat, non in illo cenaculo, quando spiritus sanctus venit, sed in synagoga Sathanae erat, quippe qui & persecutus est huius viae quascunque potuit personas. Hoc scientes aemuli, & euangelicae veritatis corruptores pseudo Apostoli, auctoritati eius, & ad subuersionem fundamenti bene positi, sapienti architecto detrahebant, dicentes, non est Apostolus, non vidit dominum, non est audiendus. Haec dicendo, plurimos eorum quos conuertebat, illi subuertebant. Non suae famae diminutionem, sed credentium Paulus dolebat subuersionem. Idcirco nonnunquam, quasi stomachatur, & legitima defensione vrens, non sum (inquit) liber, non sum Apostolus, nonne Iesum dominum nostrum vidi? Nonne opus meum vos estis in domino? Et si alij non sum Apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signaculum Apostolatus mei, vos estis in domino, Et his similia. Alijs autem de propria conscientia satis humiliter confitetur, quod ab aemulo detrahente ventilatum suscipere non dignatur. Ait enim, Nouissimè autem opus tanquam abortiuo visus est mihi. Ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Gratia autem dei sum id quod sum, & gratia dei in me vacua non fuit, sed abundantius omnibus illis laboraui. Non autem ego, sed gratia dei mecum. Item, Qui prius fui blasphemus (inquit) & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini nostri cum fide & dilectione quae est in Christo Iesu. Et continuo, Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Iesus Christus omnem patientiam, ad confirmationem eorum, qui credituri sunt in vitam aeternam. His ita se habentibus, de veritate Apostolatus eius, quod & pro dignitate gratiae dei donatum se proficitur, & pro indignitate eius quae praecesserat incredulitatis immeritum se confitetur. Omnium horum quae dicta sunt, maximum vel praecipuum illud esse arbitremur, quod de hoc eodem Apostolatu ad Galathas loquitur Paulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem. Et subinde, Notum enim vobis facio fratres euangelium quod euangelizatum est a me, quoniam non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi.

*Quod iste quidem non fuerit sine literis. Nam in litera legis eruditus fuerat ad pedes Gamalichis, sed spiritualem sensum legis, vel euangelium Christi, non ab homine, neque per hominem acceperit, sed per reuelationem Iesu Christi.* CAP. XVIII.

**H**oc enim est quod in apostolis primis hominibus idiotis & sine literis miramur, quod in isto spiritu sancto, spiritu intellectus praedicamus. Itemque in Moyse & in prophetis ad laudem eiusdem spiritus veneramur, quia quam ab hominibus, vel per hominem non didicerant aut dicere poterant, solius diuinitatis reuelatione sine mora didicerunt veritatis notitiam. Hic tamen non homo idiora, aut sine literis fuerat, sed quemadmodum ait ipse vir laicus, natus a Tharso Ciliciae, nutritus in illa Hierosolymorum ciuitate, secus pedes Gamalichis, eruditus iuxta veritatem paterna legis, emulor legis, sicut & vos omnes (inquit) estis hodie. Ergo non nihil

non nihil intererat, quia videlicet illi homines idiotæ & sine literis, hic autem ad pedes Gamalielis, hominis sapientis & literati, iuxta veritatem paternæ legis, eruditus fuerat. Sed quæ iuxta veritatem paternæ legis, secus pedes illius hominis erudiri potuerat? Nimirum iuxta veteris testamenti, iuxta veritatem non spiritus viuificantis, sed literæ occidentis. Verbi gratia. Erudiri potuerat scriptum esse, quoniã Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnũ de libera, & eum qui de ancilla secundũ carnem natum esse, eum autem qui de libera, per re-promissionem. Verum hæc duo testamẽta esse, vnum quidem à monte Syna in feruitum generans quæ est Agar, alterum autem de fursum de Hierusalem libera, quæ est mater omnium nostrũ. hæc, inquam, sic esse, secus pedes illius hominis erudiri non poterat. Igitur tam scientes siue dociles, quàm & beneuoli credamus huic Apostolo gentium, Apostolo nostro dicenti, quia euangelium quod euangelizatum est à me, non est secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Notandum quippe, quod non dixit literam siue literaturam legis, quam scio, non ab homine accepi neque didici, sed euangelium (inquit) quod euangelizatum est à me, non ab homine accepi neque didici. Literam quippe legis, sicut iam dictum est, literam occidentem, per hominem, id est, secus pedes Gamalielis acceperat & didicerat, occidendus per illam, sicut occisus est Vrius Etheus, per scripturã David quam portabat, nisi sola eum in ipso itinere præuenisset viuificantis spiritus gratia. Adhuc quippe spirans minarum, & cædis in discipulos domini, accesserat ad principem sacerdotum, & petierat ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, vt si quos huius viæ inuenisset viros, aut mulieres, victos perduceret Hierusalem. Et cum iter faceret, quid erga eum egerit gratia dei, totus orbis audiuit, gentes & reges audierunt, corã quibus nomen Iesu portauit istud vas electionis. Ipse quoque coram quodam rege hoc ipsum portans, & enarrãs, die, inquit, media in via vidi rex de cœlo supra splendorem solis circum fulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant. Omnesque nos cum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi hebraica lingua. Saule, Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare. Quo interim ab homine, vel quem per hominem, euangelium accepi aut didici? Non enim dictum est, erat euangelium legens, sed erat tribus diebus, & tribus noctibus non videns. Non dixit Ananias, dominus Iesus misit me, vt te informen euangelio, sed dominus misit me, inquit, vt videas, & implearis spiritu sancto. Non dictum est, legit cum discipulis, qui erant Damasci tempore multo, sed dictum est, fuit cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot, & cõtinuò ingressus in synagogis prædicabat Iesum, quoniam hic est filius dei. Stupẽtibus autem omnibus qui audiebant & dicentibus. nõne hic est, qui expugnabat in Hierusalem eos, qui inuocabant nomen istud, & huc ad hoc venit, vt victos illos duceret ad principes sacerdotũ, ille multò magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Profectò sic conualescere tyronem euangelicum, & sic Iudæos confundere, nequaquam fieri poterat absque præcura fide, siue magna scientiæ & veritatis plenitudine. Nec verò hæc mutatio dextere excelsi, sine magno & competenti signo contigerat illi. Nam vbi dixit Ananias, dominus misit me, vt videas, & implearis spiritu sancto, confestim ceciderunt ab oculis eius tanquã squamæ, & visum recepit. Quid illæ ab oculis eius cadentes squamæ significauerint, ipse intellexerat, qui dixit. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum diem, ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet nõ reuelatum, quoniam in Christo euacuatur. Sed vsque in hodiernum diem cum legitur, Moyses velamen est positum super cor eorum. Nos verò omnes reuelata facie gloriã domini contemplantas in eandem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquã à domini spiritu. Nimirum velamen incredulitatis, quod fuerat positum super cor eius, id est, Iudæicæ cecitatis perfidia, domino Iesu de cœlo inclamante, transierat ad oculos exterius, & exinde ceciderat cum squamis illis velamen illud significantibus. Itaque resurrexerat homo splendidus, tam in corpore exterius, quàm in corde interius illuminatus. Lux erat in mente, splendor lucis radiabat in ore. Abstulerat ab oculis suis velamen literæ occidentis, & profundebat splendorem spiritus viuificantis. Hoc non potuerunt ferre filij Israel, non potuerunt sustinere carnales Iudæi. Confundebantur enim illo conualescente reuelata facie, vnde & consilium fecerunt, inquit scriptura, vt interficerent eum, sed notæ factæ sunt Saulo insidiæ eorum.

Quod prouidẽ ibi sit hic Benjamin adolescentulus, scilicet in illo gradu, del privilegio Apostolici principatus, dicatque veraciter. Gratia dei sum id quod sum. CAP. XIX.

Philip. 3. Ibi igitur Benjamin adolescentulus, id est, ibi Paulus de tribu Benjamin, sicut ipsemet in epistola sua testatur, & inde adolescentulus, quia postremo vocatus, quia sua met confessio ne Apostolorum minimus. Vbi? Nimirum in illo ordine, in illa mensura atque privilegio Apostolico, vbi ascendens Christus in altum, & captiuam ducens captiuitatem, dedit dona hominibus,

nibus, vbi præuenerunt principes, scilicet iam dicti Apostoli, coniuncti psallentibus, id est, corde, voce & opere consentibus. Atque iuuenulari nouæ vitæ, lætitiã tympanizantibus, & ita in ecclesijs domino benedicientibus, vbi apparuerunt fontes Israel, fontes & flumina aquæ viuæ, id est, charismata spiritus sancti, qui datus est. Ibi inquit, id est, in illo principatu, siue in illis fontibus Benjamin adolescentulus, non dubius aut incertus Apostolus, licet adolescentulus, licet nouissimus. Nec verò vt cuiusque ibi, sed in mentis excessu, scilicet in stupore mentis omnium dicentium, nõne hic est, qui ad hoc huc venerat, vt expugnaret nomen istud, siue in stupore mentis suæ, quando à domino in via percussus, stupidus factus est. siue postea quando raptus fuit vsque ad tertium cœlum & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Ibi 2. Cor. 12. est, & gratia dei, inquit, sum id quod sum. Pulchra & decora adolescentuli huius confessio, sua uis & gloriosa nouissimi vel minimi Apostolorum professio. Nõne tibi videretur idem posse dicere veraciter primi Apostoli, siue primogeniti Apostolorum? Quis enim Apostolorum siue cuiuslibet ordinis sanctorum, aut electorum aliunde quàm ex gratia dei est id, quod est? Cur ergo in depressionem siue minorationem sui, dixit, gratia dei sum id quod sum? Præmiserat ibidem enim dicens, nouissimè autem omnium tanquã abortiuo visus est & mihi, ego enim sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiam dei. Hoc præmisso statim subiunxit, gratia autem dei sum id quod sum. Dicimus igitur, quia & priores quidem Apostoli, gratia dei sunt id quod sunt, sed iste differenter gratia dei est id quod est. Differunt enim ab huius uocatione ceterorum uocatio Apostolorum. Ceteri namque Apostoli, tunc crediderunt, & tunc uocantem dominum Iesum relictis omnibus securi sunt, quando ille homo vilis erat hominibus, & in tantum vilis vt postea crucifigeretur. Istum autem rem quando uocauit dominus Iesus, iam fulgebat in cœlo sedens ad dexterã maiestatis in excelsis, tanro fulgore maiestatis, vt eum quem uocabat, cæcum faceret, atque sua claritate lumẽ corporeum extingueret hominis infirmi, & veri luminis virtutem ferre non sustinentis. Adde Iohan. 1. quod illi quando vel antequam uocarentur, innocenti & simplici negotio dediti erant plerique, Matth. 9. scilicet retia mittentes in mare, in capturam piscium, solum denique Matthæum publicanum Lucæ. 5. fuisse legimus, & de theloneo uocatum, hic autem persecutor & blasphemus fuit & iniurius, & tunc quando uocatus est, petras accepit literas à principe sacerdotum & victos ducturus discipulos domini pergebat Damascum. Quid multa? Toris animis, toto spiritu minax & sæuus dominum Iesum persequeretur, & eodem impetu, eodem corripietis domini clamore, quo Saulus prostratus est, vt Paulus resurgeret, si complacuisse victori, vt hostem suũ in mortem æternam fulminaret, nemo iure reprehenderet. Denique ius belli, & lex uictoriae est, vt fortior de hoste suo victor sese vindiceret. Sed vitæ miranda uictoriae gratia reseruat est, vt uiueret & uiuens seruiret. cum sicut iam dictum est, funditus occidi iure potuisset. Veraciter igitur dicat, gratia dei sum id quod sum, quia reuera nõ simpliciter, non communi more sanctorum omnium, sed multum differenter gratia dei est id quod est. Huius rei in omni uita sua non immemor, in prima quoque fronte eius, quam ad Romanos scripsit epistolę tangit breuiter cum dicit. Paulus seruus Iesu Christi. Seruum se uocat, quia videlicet de bello uictum, gratia uictoriae seruatum se esse nouerat. Seruus namque proprie dicitur, qui uictus in bello, cum iure possit occidi pro sola uictoriae uoluntate reseruat, & proinde proprius eius à quo uita donatus est.

Quod uerè gratia dei in eo non fuerit uacua, quod maxime ex epistola eius ad Romanos legentes experimur, quam pro consuetudine illorum quibus loquitur, quasi quinq; distinxerit actibus.

CAP. XX.

ET gratia eius, inquit, in me uacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. Non ego autem sed gratia dei mecum. Verè dicamus & nos, experti quippe sumus, & quotidie legentes experimur, quia gratia eius o sancte Paule in te uacua nõ fuit. Non adeò de abundantia laborum tuorum, quibus in illa gratia eius laborasti, præsentis loco agimus, sed intellectum tuum considerantes, nunc dicimus quia gratia eius in te isto munere uacua non fuit. Possemus multa colligere de thesauro sapientiæ & intellectus, quem thesaurizauit in istud vas electionis suę sanctus domini Iesu Christi spiritus. sed hoc longum nimis esset, & longè superius vbi de lege siue de testamento ueteri loquebamur, sparsim hoc ipsum pro posse fecimus. Nunc ut parum quid de hac parte gratiæ dicamus, vnam tantum, id est, eam quæ ad Romanos scripta est epistolam sumamus uerè copiosam thesam sapientiæ & intellectus, & secundũ intelligentiam eius gratiam ueritatis, & ueritatem gratiæ dei, nos quoque intelligere studeamus. Primum est ut eandem epistolam, siue epistolæ negotium actibus quinq; distinctum esse cognoscamus, videlicet secundum legem siue morem sapientium, quibus loquebatur. Nam apud eos cautum erat in nugis secularibus, ut quilibet earum rerum quibus mores instruebatur, aut etiam reprehendebatur quinq; non excederet actus. Vnde & apud Flaccum pueri legimus. Neue minor, neu sit quinto productior actu Fabula, quæ posci uolet, & spectanda re-

Rom. 3.4. 5. 6. 7. 8. 10. 11. **P**oni. Estigitur primus actus cœquatio Iudæi & Græci, quod scilicet omnes peccauerunt, & egeant gloria dei. Secundus commendatio gratiæ, vel fidei Christi, quod videlicet omnes per vnum hominem iure debeant iustificari. Tertius concertatio, quod non debeamus iterum peccare liberati à lege peccati & mortis. Quartus, Demonstratio quid lex ante manifestationem gratiæ potuerit aut non potuerit. Quintus commonitio gentium, quod non debeant insultare Iudæis, quod, inquam, non debeant rami oleastri in bonam oliuam inserti aduersus naturales ramos, quia fracti sunt, gloriari. Nam deinceps quod residuum est epistolæ, de communibus rebus, id est, de moribus agit. Nunc ergo duce eodem spiritu intellectus ingrediamur, & eosdem diligentius actus distinguamus.

*De primo actu, quo Iudæum & Græcum cœquat, eo quod omnes peccauerunt, & egeant gloria dei.*

CAP. XXI.

Rom. 1. **P**ræmissa salutatione magnifica gratiæ, & pacis dei patris nostri, omnibus qui sunt Romæ dilectis dei, vocatis sanctis, & captata beneuolentia, cum attentione ab eo quod ait. Primum quidem gratias ago deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, vsque ad id quod dicit. iustus autem ex fide viuere, continuo ingressus, primo quàm sapienter, quàm acerrime Gentilium peccata percutit, & deinde exilem Iudæorum iustitiam sub peccato concludit. Etenim causa quidem poscebat, ut Iudæum prius argueret, eumque contra suam ipsius faciem statueret, quia videlicet ex Iudæo omnis controuersia erat. Ille enim gloriabundus in carne Abraham, Gentilem prouocans, quasi litem in iudicio proponebat, eumque Euangelica indignum iudicabat gratia, nisi quia per misericordiam illum in hospitium siue incolatum generis Israelitici susceperet dei sui pia & omnibus consulens largitas. Sibi debitum, sibi proprium vendicabat Iudæus conuersus Christi euangelium, eratque, ut iam dictum est, ab ipso litis principium. Cum ergo secundum causam, ut iam dictum est, prius Iudæum deberet ostendere sub peccato esse, maluit tamen Gentilem prius percutere seuera & terribili valde peccatorum eius recitatione dicendo. Quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum in immunditiam, ut contumelijs afficiant corpora sua, &c. Cur hoc? Si à Iudæo gentium salutem odiente lis posita fuerat, dicente, nos sumus populus dei, nos circuncisi ex gente Abraham, nobis Christus promissus est, ad quos etiam ipse se venisse testatus est, dicens. Non veni nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, cum vos canes potius quàm homines appellauerit, cur Gentilem potius, quàm Iudæum, tam acerrime tetigit, præteritamque eius conuersationem, tanta fœditate resperam, corâ facie statuit? Videlicet, quia Gentilis patientior ad hæc audienda erat, quippe qui & vltroque sua confitebatur peccata, & confitendo ad Christi gratiam confugebat. Iudæus autem in carne iustorum patriarcharum gloriabundus, & de sua carnali præsumens iustitia, impatiens ad iniustitiæ accusationem siue peccati confessionem exitebat. Itaque ut sapiens orator, prius auditorem qui patientior est vehementissime redarguit, & deinde ad eum qui impatiens est ligandum atque concludendum argumentosa orationis vincula contrahit, eodemque illum nodo constringit. Quomodo? Qui cum iustitiam dei cognouissent, inquit, non intellexerunt, quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui illa faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Nam cuncta quæ ante dixerat, & hoc ipsum quod postremo dixit, quoniam qui talia agunt, & qui facientibus consentiunt, digni sunt morte, oportebat concedere Iudæum, & libenter cedere tanquam in aduersarium. At iste sapienter & caute vniuersaliter, & absque distinctione Iudæi & Græci dixit, quoniam qui talia agunt, digni sunt morte. & continuo subiunxit, Propter quod inexcusabilis es o homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas. Eadem enim agis quæ iudicas. Tanquam diceret, Quoniam neque Iudæi neque Græci, sed qui talia agunt digni sunt morte, quoniam, inquam, non pro eo quod vel Iudæus vel Græcus est, sed pro eo quod talia agit, quisque dignus est morte, ergo inexcusabilis es o homo omnis, etiam o Iudæe qui iudicas. Eadem enim agis quæ iudicas. Et continuo, Scimus enim, ait, quia iudicium dei est secundum veritatem in eos qui talia agunt. Secundum veritatem, inquit, id est, non secundum personarum acceptionem. Nam siue Iudæi siue Græci personam accipere, non est secundum veritatem iudicare. Nec verò poterat seipsum Iudæus excutere, ut non concederet dicenti, eadem enim agis quæ iudicas, neque enim alia contra Gentilem iudicare poterat, quàm quæ in semetipso videbat, teste conscientia. Quod si contentiose contra suam ipsius conscientiam defendere semetipsum veller, conuincerent eum tot testes, quot sunt apud illum prophetæ, & ipse Moyses. Nam apud illos peccata hæc eadem Iudæorum leguntur, quæ & gentium. Seruierunt enim gentes creaturæ potius quàm creatori, & mutauerunt gloriam in corruptibilis

corruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, seruierunt & Iudæi operibus manuum artificis, & mutauerunt gloriam eius in similitudinem vituli comedentis fœcun. Nec modò certioribus de Gentili, quàm de Iudæo, scire poterat authoribus idem Apostolicus, quod traditus fuisset Iudæus in desideria cordis sui, in immunditiam, ut naturalem usum in eum qui est contra naturam immutaret. Dicit enim Elaias, Audite verbum domini principes Sodomorum, percipite auribus legem dei mei populus Gomorrhæ. Sed & alia testatur scriptura, optimos quosque ephœborum, apud eos videlicet Iudæos, in Iapanaribus positos fuisse. Poterat multa contra illos de scripturis testimonia conscribere, sed vnum sufficiens esse iudicauit. Scriptum est enim, inquit, quia non est iustus quisquam. Non est intelligens, non est requirens deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum, &c. Et ne nesciret Iudæus, hæc sibi vel pro se dicta esse, scimus autem, inquit, quoniam quæcumque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo.

*De secundo actu, quo ait, quod omnes per vnum hominem vere debeant iustificari, non aliunde, sed ex fide qua iustificatus est Abraham cum esset Gentilis.*

CAP. XXII.

Rom. 3. **A**ctum est itaque primo actu, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse, & gloriatio Iudæi exclusa est. Agitur subsequenti actu, omnes tam Iudæos quàm Græcos per fidem Iesu Christi iustificari, & non aliunde, sed ex eadem fide patrem Abraham iustificatum fuisse, cum esset Gentilis, iustificatum, inquam, per fidem sine operibus legis, imò & antecessit, quod maximum erat in operibus legis, opus circuncisionis. Quid enim scriptura dicit? Credidit Abraham deo, & reputatum illi est ad iustitiam. Quid putas credidit, non quod in brachio eius benedicerent omnes gentes? Quod autem illud semen nisi Christus esse? Ergo talis quæ reputata est Abraham ad iustitiam, fides Christi est. Quomodo, inquit, reputata est in translatione, an in præputio? Non in circuncisione, sed in præputio. Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ, fidei quæ est in præputio, congruum videlicet signaculum accepit secundum rem fidei, ut quia de semine crederat, non in alia quàm in ea corporis parte per quam semen trajectur signum haberet circuncisionis. Hoc signaculum tamdiu ad iustitiam valuit, donec veniret res, id est, semen ipsum cuius in promissione credens signaculus est pater fidelis. Hoc itaque tantum interest, quod ille venturum credidit, nos iam venisse credimus. & idcirco est, & nulli dubium est, quia per eandem nos atque illi fidem iustificamur. Proinde dicit, Iustificati igitur ex fide pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum Iesum Christum. Et ne cui dubium sit, iure omnes per vnum hominem debere iustificari, post multa ad huius sententiæ rationem pertinentia, sic tandem concludit. Igitur sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per vnius hominis obedientiam iusti constituentur multi. Non ergo iniuria, sed iure fortis armatus eicitur, & vasa eius diripiuntur, quia si iustum fuit, ut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituerentur multi, nihilominus iustum est, ut per vnius obedientiam iusti constituentur multi.

*De tertio actu, quo id defendit quod non debeamus iterum peccare quasi liberi, eo quod nos à lege peccati & mortis Christus liberauerit.*

CAP. XXIII.

Rom. 6. **T**ertio actu id agitur, ut iam nobis non peccandum esse sciamus, ne nobis solum Christi fidem, siue oris confessionem sufficere arbitremur, quomodocumque viuamus. Qui enim mortuus sumus, inquit peccato, quomodo viuemus in illo? Et vide quàm pulchra, quàm valida similitudine, ab illa seruuili vita, imò seruitute mortua compefcit nos, An ignoratis, inquit, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Similitudo nanque dominicæ mortis (ut alijs iam locis meminimus) sacramentum est baptismatis, in quo vetus homo per mirum gratiæ regenerantis artificium priori domino, id est, peccato moritur, & nouo homini Christo confurgens libertatis & iustitiæ titulos accipit, ut iam non sit eius cuius fuerat, iam non sit ipse qui fuerat. Vnde & subinde dicit. Quia vetus homo noster semel crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati, ut ultra iam non seruiamus peccato. Stultum ergo, imò & perfidiosum est, postquam mortui sumus peccato, iterum viuere in illo. Id enim est redemptorem, & libertatis siue relinquere dominum, & ad pristinæ captiuitatis pro exigua mercede refugere tyrannum. Neque enim, si velint, iterum possunt certa redemptione redimi, id est, rebaptizari. Vnde in epistola ad Hebræos cum dixisset, quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiorem feramur,

FFFF ij ita sub-

ita subiunxit. Non rursus iacentes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad deum, baptismatum doctrinae, impositionis quoque manuum, & resurrectionis mortuorum, & iudicij aeterni. Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum coeleste & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam, crucifigentes rursus sibi bimer filium dei, & ostentui habentes. Renouari quippe ad poenitentiam dixit, & rursus crucifigere sibi meritis filium dei, id est, nouos fieri per poenitentiam iterumque baptizari. Nam qui iterum volunt baptizari rursus quantum in ipsis est crucifigunt, & ostentui habent filium dei.

Hebr. 10. Iuxta hunc sensum & illud accipitur, quod item dicit. Voluntarie enim peccantibus post acceptam notitiam veritatis iam non relinquitur hostia pro peccatis. Sed & hic ubi dixerat. an ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, &c. ita dixit, Sciens quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem viuuit, viuuit deo. Ita & vos existimate, mortuos quidem peccato, viuutes autem deo. Haec enim omnia cum dicit. terret nos vt metuamus post baptismum ad vicia relabi, quia non possumus rebaptizari. Non poenitentiam aut remissionem peccatorum, sed secundum excludit baptismum. In hoc actu consistit, & decernat, dicendo. non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius, & carera vsque ad id quod ait. nunc ergo soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur ita vt seruimus in nouitate spiritus, & non in vetustate literae. Constat ergo eum non hoc sensu dixisse superius. arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus, vt credentes in Christum saluos nos esse putemus, quomodo cumque viuamus.

De quarto actu, quo demonstrare contendit, quid ante Christi aduentum lex contulerit, & quid conferre non potuerit.

CAP. XXIII.

Quarto actu demonstrare intendit quid lex contulerit, & quid conferre non potuerit, Quid ergo dicemus, inquit? Lex peccatum est? Absit. Dixerat enim, cum esse in carne passiones peccatorum quae per legem erant, operabatur in membris nostris. Itemque nunc ergo soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur, legem per quam peccatorum passiones erant, non aliam designans, quam legem Moysi, quae mortem inferebat, per quam peccatorum passiones notae erant, & augebantur, quia videlicet solet ardentius desiderari quod lege prohibetur. Ne ergo calumniae locum dedisse videretur tanquam legis aduersarius, quid, inquit, dicemus? Dicemus aut dixisse videbimur, quia lex peccatum est? Absit. Sed quid dicemus, aut quid diximus? Hoc nimirum, quia peccatum non cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam ne sciebam nisi lex diceret, non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mortuum erat. Hoc erat esse vel dici legem mortis quod peccatum cognouisse per legem & peccatum, per mandatum accepisse occasionem operandi in me omnem concupiscentiam, atque auxisse in me culpam praeparationis per notitiam sui. Neque enim ipse eadem quae peccatum prohibebat a seruitute peccati liberare poterat. Hoc nimirum quia tardius lector perspicit in vniuersitate generis humani, semetipsum cum Apostolo respiciens vnusquisque, exempli gratia dicit. Ego autem vivebam sine lege aliquando, subauditur, & tunc peccatum in me mortuum erat. Etenim tamdiu vnusquisque nostrum sine lege vixit, quamdiu vel pro aetate, vel pro ignorantia vacuus fuit a timore domini. Tunc nimirum peccatum mortuum erat, quia repugnator non consergebat, quomodo aqua interdum per planum segnius fluit, vbi cuiuslibet obicis contradictio nulla obstitit. Sed cum venisset, inquit, mandatum, peccatum reuixit. Hoc veraciter quisque militum dei, qui contra peccatum sumpsit arma mandatorum legis domini, pugnamdo repertus est, vt dicere possit, quia cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Nam quotus quisque est, qui a verusta conuersatione sese conuertens statim pacem habuit, & non perperus est pugnam peccati quasi reclamantis insaniam tyranni? Idcirco veraciter interea dicit. Quod enim operor non intelligo, id est, non gratum duco. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio. Et subinde, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuum me ducentem in lege peccati, quae est in membris meis. Talis cerrator laborans in spe, & sperans in labore, dicit. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et continuo sibi respondet, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Ab hoc itaque exemplo, liquet quid lex contulerit, quid conferre non potuerit. Namque in vno homine res eadem est, quae & in vniuerso genere humano. Qualis eram ego cum sine lege vel timore domini viuerem, aliquando talis erat status mundi cum necdum data esset scripta lex. Item qualis nunc condelector legi dei secundum interiorem hominem, video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, &c. talis mundus accepta lege infirmabatur, & quamlibet pugnantis sive resistens,

sistens, a peccato victore & per Adam tenebatur. Item qualis homo quadam pace, & quiete suimet fruitur per adiuuantem gratiam dei ab impugnatione vitiatorum liberatus. ita vt viuens iam non sit in carne, id est, in carnis passionibus, talis est hic tertius mundi status, quo peccati regnum destruxit dei filius. Vnde dicit postmodum hic idem Apostolus, Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum mittens in similitudine carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Hoc tamen in paucis impletur, vt, scilicet licet in carne viuentes, tamen extra carnem sint, ambulando secundum spiritum, in illis videlicet, qui non solum illicita, sed & quae licito possidere vel facere poterant, dimittunt, exemplo Apostolorum. Et si nondum tota peccati poena sublata est, nihilominus tamen peccatum per aduentum Christi damnatum, & regnum peccati destructum est, & quod superest de peccati poena, per secundum eiusdem aduentum certissime destruendum est. Hoc est quod subinde dicit. Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum, id est, certissime moriturum est propter peccatum, spiritus vero viuuit propter iustificationem. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christum a mortuis conuiuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis, &c. Quod donec fiat, interim patientia opus est, adiuuante consolatione, quam & inferens dicit. Existimo enim, quod non sunt condignae passionis huius temporis, ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturae reuelationem gloriae filiorum dei expectabat. Et reliqua vsque ad id quod ait, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate dei, quae est in Iesu Christo domino nostro.

De quinto actu, quo oleasterum contra fractos oliuae ramos naturales, id est, Gentiles contra Iudaeum docet non debere gloriari sive extolli.

CAP. XXV.

Vinto tandem actu ad principalem causam redit, & Gentilem (cuius contra factum Iudaicum partem magis ruetur, quemadmodum dicit. Quamdiu quidem sum ego gentium ministerium meum honorificabo) docet aduersus Iudaeum non extolli, sed magis humiliari & compari, praemisso suimet exemplo, cum dicit. Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, ex quorum partibus Christus secundum carnem, qui est benedictus in secula, amen. Sane quod dixit, Optabam ego anathema esse a Christo pro fratribus meis, eiusdem est ponderis, cuius & illud quod Moyses ait, Obsecro domine, peccatum populus iste peccatum magnum feceruntque sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro quem scripsi. Et notandum, quod non opto, sed optabam, inquit, quia videlicet omnis voti vel cuiuscumque boni nimirum citius corrigi expedit. Sic & praedictus Moyses semel quidem dixit, aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro tuo quem scripsisti, sed deo non approbatae dicere, qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo, tu autem vade, & duc populum istum quo locutus sum tibi, non inuenitur quod addiderit ultra taliter loqui. Sic ingressus Apostolus, nunc quidem commendat altitudinem terribilis iudicij dei, verbi gratia, dum dicit, O homo tu quis es, qui respicias deo. & deinceps, quod si volens deus ostendere iram, & nota facere potentiam suam, sustinuit in multa patientia, vasa irae apta ad interitum, vt ostenderet diuitias gloriae suae in vasa misericordiae quae praeparauit in gloria, quos & vocauit, nos non solum ex Iudaeis, sed etiam ex gentibus, nunc autem eisdem vocatos ex gentibus, & humiliantur vtili ferit pauore, cum dicit. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, infertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuae factus es, noli gloriari aduersum ramos. Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radicem te. Noli autem sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis, non pepercit, ne forte nec tibi parcat, &c. Actus iste sic terminatur, O altitudo diuitiarum sapientiae, & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria & imperium in secula seculorum. Quod reliquum est epistolae, mores instruit, & sanctae religionis ornatu componit, obsecro vos, inquiens fratres per misericordiam dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, deo placentem, rationabile obsequium vestrum.

Quod haec pauca de multis sufficiant ad experiendum, quia vas electionis magna intellectus gratia completum fuerit, & quod licet prophetas & Apostolos idem spiritus docuerit, non nihil tamen inter sit.

CAP. XXVI.

Non praesentis erat propositi, totos huius tantae tamque diuinae epistolae thesauros perscrutari, sed illud ex qualitate eius experiri, quia vere Apostolus iste vas est electionis, &

verè spiritus sanctus in eo vel super eum sapientiæ iucunditatem, & intellectus de quo loque-  
 bamur exultationem thesaurizauit. Illud tamen non pretereundum, cum idem prophetas at-  
 que Apostolos spiritus intelligentiæ docuerit (pariter nanq; hi atque illi, non ab homine, neq;  
 per hominem, sed spiritu sancto illuminante, sunt docti) multum tamen interest inter hos atq;  
 illos, nõ quidem sensuum qualitate, sed dictionis siue sermonis. Nam de illis veraciter dictum  
 sit, tenebrosa aqua in nubibus aeris, quia obscurè scripserunt, & scripta sua quasi sub signaculo  
 clauerunt, sicut vni eorum dictum est, liga testimonium, signa legem in discipulis meis, istis  
 autem veritas dicit, Vos estis lux mundi. Quomodo enim lux mundi, nisi illuminando vt co-  
 gnosceret mundus ea, quæ obscura erant, id est, clausa in lege & in prophetis? Quamuis enim  
 subiunxerit, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, nihilominus  
 tamen propter lumen doctrinæ dixit, Vos estis lux mundi, & neque accendunt lucernam, &  
 ponunt eam sub modio, sed super candelabrum vt luceat omnibus qui in domo sunt. Nam &  
 cum dixisset, Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorifi-  
 cent patrem vestrum, qui in cælis est, continuo subiunxit, Nolite putare quod venerim solu-  
 re legem aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Quomodo adimpleuerit, vnde sci-  
 mus nisi ex istis quibus dixit, vos estis lux mundi? Nam hæc potior pars luminis, & hic melior  
 effectus huius lucis, quo illuminatur tenebrosa aqua, quæ erat in nubibus aeris, id est, oc-  
 culta scientia, quæ erat in lege & prophetis. Hoc omnes faciunt isti, quibus dixit, vos estis lux  
 mundi. & hic exempli gratia, Paulus apostolus cum in præscripta actione dicit, Nunquid  
 Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad æmulationem vos adducam in nõ gentem,  
 in gentem insipientem, in iram vos mittam. Hæc enim cum dicit, penè totum Deuteronomij  
 canticum luce sua demonstrat, quid Christus veniendo adimpleuerit, vbi sic scriptum est. Et  
 ego prouocabo eos, in eo qui non est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus  
 est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Et continuo sequitur, Elaias autem au-  
 det, & dicit, Inuentus sum a non querentibus me, palam apparui his qui me non interrogabāt.  
 Ad Israel autem, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicen-  
 tem mihi. Et hæc vtiq; dicendo amplum prophetiæ locum illustrat, & ostendit quid propheta  
 deplorauerit, ipsi autem, inquiens, ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum san-  
 cti eius, vsque ad id quod ait, ciuitas sancta tua deserta facta est Sion, facta est Hierusalem de-  
 solata, domus sanctificationis nostræ, & gloriæ nostræ, vbi laudauerūt te patres nostri, facta est  
 in exultationem ignis, & omnia desiderabilia nostra versa sunt in ruinas. Hoc igitur non modicè  
 cum interest, quod illi quidem intellexerunt, hi autem sacramentum magnum pietatis & in-  
 tellexerunt, & illorum intellectum apparuerunt. illi, inquam, intellexerunt, non etiã annun-  
 tiauerunt, hi autem annuntiauerunt opera dei, & facta eius intellexerunt.

Psal. 17.

Matth. 5.

Rom. 10.  
Deur. 32.

Esaia. 67.

Psal. 67.

Libri de Intellectu finis.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE  
 OPERIBVS SPIRITVS SANCTI.

Liber Quintus, de Consilio.

De spiritu consilij, quod verè iuxta Psalmistam deus in consilijs super filios homi-  
 num terribilis sit.

CAP. I.

**Q**uartus à spiritu sapientiæ spiritus consilij iam nunc tota nobis mente, & renoua-  
 ta intentione adeundus est. Istic enim ipso nomine secretum, atque profunditas  
 significatur, quam & Apostolus magnopere admirans, cum dixisset, O altitudo  
 diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius,  
 & inuestigabiles viæ eius, continuo subiunxit, Quis enim cognouit sensum do-  
 minic? Aut quis consiliarius eius fuit? Agebat autem de mysterio illo, mysterio magnæ cæcita-  
 tis Israelitiæ, ita vt diceret, Nolo enim vos fratres ignorare mysterium hoc, vt non sitis vo-  
 bilipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret,  
 & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertet capti-  
 uitatem à Iacob, & cætera. Iure ergo super hoc admirans exclamabat, quia verè istud ex ad-  
 mirabili & arcano tremendo diuinitatis consilio procedebat. Nam & ante hunc super eodem  
 mysterio

Rom. 11.

Esaia. 59.

mysterio propheta in psalmo vehementer admirans, cum dixisset, Quam terribilia sunt ope-  
 ra tua domine, in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui. Omnis terra adoret  
 te & psallat tibi, psalmum dicat nomini tuo. repente sic in clamorem prorumpit. Venite &  
 videte opera dei, terribilis in consilijs super filios hominum. In eo planè terribilia sunt opera  
 tua domine, quod illi qui prius fuerunt tibi populus peculiaris, deserti à spiritu veritatis, & fa-  
 cti inimici tui mentiti sunt tibi, quod tamen non nocuit, sed ad honorem tuum profecit. men-  
 titi sunt, inquam, in multitudine virtutis tuæ, id est, in multis miraculis tuis, dicentes. In prin-  
 cipe dæmoniorum eiecit dæmonia. & corpus eius nocte sublatum est à discipulis. & econ-  
 tra illis merentibus, Omnis terra adoret te deus, Omnes gentes veritatè loquantur tibi deus.

Psal. 47.

Luce 11.  
Matth. 23.  
Psal. 67.

De secreto eiusdem consilij dei, quod discretè abscondatur à sapientibus & prudentibus  
 & reueletur paruulis.

CAPVT II.

**I**nuitati igitur huius clamore dicentis. Venite & videte opera dei, terribilis in consilijs su-  
 per filios hominum. quomodo veniendum sit scimus, scilicet submissò corde, & humili spi-  
 ritu. Consilium quippe est & iuxta morem consilij, non passim quibusque, sed certis personis  
 communicatur, vt aure apposta quippiam eorum percipiant, quæ publicè gesta siue geren-  
 da, seorsum & secreto disposuit opere super filios hominum terribilis deus. Dixit enim ipse con-  
 silij angelus, qui actu impleuit, & implet quod in eodem consilio disponebatur. Confiteor tibi  
 pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea  
 paruulis. Quare? Videlicet quia sapientes & prudentes, qui à semetipsis sunt sapientes, & co-  
 ram semetipsis prudentes, maleuoli, inquieti, & contentiosi, ac proinde indociles sunt. Et opti-  
 me nouimus, quia maleuolos atque contentiosos nemo sapiens ad suum consilium admittit.  
 Econtra paruuli, id est, humiles eo ipso quod humiles sunt, domino deo suo libenter acquie-  
 scunt, & ad omne quod loquitur, beneuolentiam cum taciturnitate præstant, summum arbi-  
 trantes scelus obstrepere, & melioris reprehendere sententiam, sicut scriptum est. Quoniam  
 quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Rationa-  
 biliter itaque secreta sua deus ab eiusmodi sapientibus & prudentibus abscondit, nec magis  
 illis sua mysteria, quam porcis margaritas committere dignum iudicauit, istis autem ea reue-  
 lauit. Proinde nosmetipsos ad paruitatem eorum applicantes audire & intelligere desideramus,  
 qualibus de rebus consilium domini est.

Psal. 45.

Matth. 11.

1. Reg. 15.

Quod secundum scripturas oporteat bifariam distingui, quia consilio aliter deus pro-  
 pter homines, aliter homines vtuntur propter deum.

CAPVT III.

**H**ic iam scire oportet, consilium cuius de sancta scriptura tenorem vel vsum accipimus,  
 bifariam distingui, quam secundum vtranque distinctionem sanctum spiritum veraciter  
 dicimus spiritum consilij. Primum est, quo deus ipse propter homines ad gloriam suam vt  
 dignatur. Secundum, quo homines propter deum ad gloriam ipsius & suam salutem sapien-  
 ter vtuntur. Vtitur enim deus propter homines consilio, dum quædam dudum habita pro ra-  
 tione temporis deserit, qualia fuerunt decreta priora Mosaicæ legis. verbi gratia, circuncisio  
 carnis, & cultus sabbati, cæteraque huiusmodi. Hæc enim deus ab hominibus accepit, & iuste  
 deo exhibebant homines sancti. nunc autem neque deus ab homine accipit, neque deo iam  
 exhibet homo sensatus aut fidelis. Nimirum, quod & cum consilio deus hæc dudum admiserit,  
 & nihilominus hæc eadem cum consilio nunc reiecerit. postmodum nobis pro posse cum ipsi-  
 us auxilio dicendum erit. Vtuntur homines consilio propter gloriam dei, dum non contenti  
 abstinere ab illicitis, licita quoque respuunt, vt expeditius deo vacare possint. Verbi gratia,  
 secundum quod Apostolus dicit, De virginibus præceptum domini non habeo, consilium au-  
 tem do, tanquam misericordiam consecutus à deo, vt sim fidelis. Existimo ergo hoc bonū esse  
 propter instantem necessitatem, quoniam bonū est homini sic esse. Item iuxta illud, Si vis per-  
 fectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo,  
 & veni sequere me. Et de hoc quoque suo loco dicemus. Nunc ad priorem, eandemq; maxi-  
 mam partem accedamus, qua Iudæi cum sabbatis & cunctis ceremonijs suis relinquuntur, &  
 gentes cum fide sua mirabiliter in gratiam assumuntur.

1. Cor. 7.

Matth. 19.

De illa maxima parte consilij, qua Iudæi cum ceremonijs suis relictæ, & gentiles cum sua  
 sunt fide recepti.

CAPVT IIII.

**S**icut & vos, inquit Apostolus, aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordia,  
 sam consecuti estis, propter illorum incredulitatem, ita & isti nunc non crediderunt in  
 vestram

Roma. 11.

FFFF iij

vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Hæc cum dixisset, exclamauit, dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Multum exclamauit, & exclamatio hæc audita est vniuerso orbi. Et quam ob rem sic exclamauit? Quare non magis plano sermone prosecutus est, quod cœperat loqui? Sed quid cœperat loqui? Eo consilio vel intentione conclusisse deum omnia in incredulitate, vt omnium misereatur, & hinc esse quoddam olim Iudæis credentibus nos gentes non credidimus, nunc autem nobis credentibus Iudæi non crediderunt in nostram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur, quod & per Euangelicam historiam pulchro & venerabili mysterio significatur. Venit, inquit, quidam de archisynagogis nomine Iairus, & videns eum, præcidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum dicens, Quoniam filia mea in extremis est, veni impone manum super eam, vt salua sit & viuat, & reliqua. Hæc puella quando mortua est, annorum duodecim erat, & mulier illa, quæ accessit retro, dum iret & tetigit simbriam vestimenti eius, annis duodecim in profluvio sanguinis fuerat. Itaque quando nata est hæc puella, tunc illa mulier sanguine suo fluere cœperat, & quando illa mulier à profluvio sanguinis sui sanata est, tunc puella hæc mortua est, per manum domini resuscitanda. Hoc, inquam, mysterio res illa significata est. Quando enim synagoga in Abraham, Isaac, & Iacob nata siue vocata est, tunc gentilitas idololatriæ sordibus quali sanguine suo fluere incipiebat, & quando gentilitas eadem ad Christum conuersa est, tunc synagoga morte infidelitatis mortua est, circa finem seculi, cum plenitudo gentium subintrauerit, ipsa quoque salua futura. Hoc est quod Apostolus ait sermone præscripto. Sicut enim & vos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, vt & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit enim deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Magna res, alta & profunda res, & maior, quæ vt verbis consequi vel explanari possit sufficienter. Idcirco confessim exclamauit dicens, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, & ipsa exclamatione dormitantes excitare voluit, vt vigilantes atque oculos aperientes ad lumen spiritus sancti, quæramus aliqui quantum possumus, quod inuenitur à paucis, & à nemine totum sicut est valet comprehendere, cur deus tantopere studuerit, misericordiam ædificare in nobis, & neminem nisi per consecutionem misericordiam saluum esse voluerit.

Marc. 5.

Gene. 1.

Ibidem 3.

Roma. 9.

Malac. 1.

*De eadem re, & quod tota ferè vis consilij diuini eo tendit, vt omnis à nobis auferatur occasio superbiendi, & non audeat dicere figmentum ei, qui se fixit, quare me fecisti sic.*

CAPVT V.

**Q**uid est, omnia deum in incredulitate conclusisse vt omnium misereatur, nisi prouidisse deum, vt nemo aliter quam per misericordiam saluetur, & sic omnes à maligno superbia gladio liberentur? Hoc enim expediebat miseræ conditioni nostræ, vt omnis nobis occasio superbiendi tolleretur, quia per superbiam cecidit angelus, & factus est diabolus, quia per superbiam nihilominus cecidit homo ad imaginem dei conditus, & factus est diaboli seruus. Præcauens igitur in futurum deus, & obstruere volens omne os, vt non gloriaretur omnis caro coram illo, reppulit plebem in carne Abrahamæ gloriantem, veruntamen non plebem suam præsciuit. Sic enim Apostolus dicit, Nunquid reppulit deus populum suum? Absit. Nam ego Israelita sum, ex semine Abrahamæ, de tribu Benjamin. Non reppulit deus plebem suam quam præsciuit. Et præmissis responso diuino, dicentis, Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curuauerunt genua ante Baal, sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Dicamus ergo quod amplius, quod mirabilius est, eo quod dicebamus deum cum consilio agentem reppulisse Israel in carne Abrahamæ gloriantem, quia permisit nasci plebem de carne Abrahamæ, qualem merito repelleret, & iuxta prophetam vocaret non plebem suam, id est, non pertinentem ad illam benedictionem, qua primis hominibus benedicens dixit, Crescite & multiplicamini, sed ad illam vindicis iræ sententiam, qua dixit mulieri post peccatum, multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos. Nunquid hoc tempore primum, quando Christus venit, de carne Abrahamæ nasci cœperunt, qui non pertinerent ad illum quem præsciuit & prædestinauit deus plebis suæ numerum? Nonne & Rebecca ex vno concubitu habente Isaac patris nostri, inquit idem Apostolus, cum nondum nati fuissent aut aliquid egissent boni aut mali, vt secundum electionem gratiæ propositum maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Tam cito post Abraham ex vnicò Abrahamæ vnigenito Saræ, qui per repromissionem natus fuerat, tam recenti, tamque nouitio semine eiusdem Abrahamæ natus est is, qui non pertinet ad illam quam præsciuit deus plebem suam, & cū non nisi

nisi duos generaret, tantus vir nequaquam ambos electos aut dilectos generare potuit. Non ergo quo tempore Christus venit, tunc primum deus nouum inique consilium, vt ex carne Abrahamæ nasci permitteret eos, qui non pertinerent ad electorum numerum, sed hoc antiquum eius erat consilium, præcauentis in futurum, prouidentis electis suis modis omnibus, vt non incidant ultra in diaboli iudicium. Verum isto tempore, id ipsum consilium magis reuelatum est. Nam econtra plebem suam quam præsciuit, ex omni plebe sua nasci facit, & suscitatur filios Abrahamæ de lapidibus istis. Reuelatum, inquam, est consilium illud, nam etsi comprehendere non potest, tamen non omnino ignorari potest, dicente eodem Apostolo. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret. Vtrobique sua potestate non iniuste vitur, utpote nulli quicquam debens, quia in Adam omnes peccauimus. Si ergo irreuerenter discutias, dicens, quid adhuc quæritur, voluntati enim eius quis resistit? quia cui vult miseretur, & quem vult indurat, & subaudi velis, nullis causis existentibus, nihil tibi de consilio suo spiritus sanctus reuelare dignatur, sed dicit continuò, O homo tu quis es, qui respondes deo? Nunquid dicit figmentum ei, qui se fixit, vt quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Ita remoto sapiente & prudente, cui propter superbiam merito hæc absconduntur, ad paruulum se inclinans, volens, inquit, deus ostendere iram, & notam facere potestatem suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ, præterea in interitum, & cætera.

Roma 11.

Roma. 9.

Hiere. 18.

Eccle. 38.

*De eo quod sicut in actibus Apostolorum scriptum est, non fuit consilij, non visum est spiritui sancto, imponere gentibus iugum legis ceremoniarum grauiusimum.*

CAPVT VI.

**I**terante itaque vel intrare incipiente gentium plenitudine, non fuit consilij, non placuit sancto spiritui grauiusimum ceremoniarum iugum imponere, quæ prius legis erant, sicut in actibus Apostolorum scriptum est. Et quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, quia nisi circumcidamini secundum morem Moyli, non potestis salui fieri. Item Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderant, dicentes, quia oportet circumcidi eos, præcipere quoque seruire legem Moyli. Conueneruntque apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos. Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus in nobis elegit deus per os meum audire gentes verbum Euangelij & credere. Et qui nouit corda deus testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, sed de purificans corda eorum, & cætera. Illi conuentui sanctus spiritus interfuit, & ipse magnam illam conquisitionem bene nobis consulendo terminauit. Quapropter eiusdem spiritus auctoritatem conuentus idem magnifice factis hoc modo deprompsit. Visum enim est spiritui sancto & nobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria, vt abstinere vos ab immolatis simulachrorum & sanguine & suffocato & fornicatione, à quibus custodientes vos bene ageris. Valere. Liberati ergo sumus authore spiritu sancto, spiritu consilij, vt non imponeretur iugum illud ceruicibus nostris. Quare? Nimirum, quia grauiusimum erat quemadmodum Petrus ibidem dicit. Nunc ergo quid tentatis deum, imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neque patres nostri, neque nos portare potuimus. Verum hoc ad causam parum erat, quod iugum imporbile fuit, nisi addas quod itidem dicunt, quia nihil ad perfectum adduxit, quodque & alibi Apostolus ait. Munera & hostiæ quæ offerebantur, non poterant iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis & in potibus, & varijs baptismatibus & iustitijs carnis, vsque ad tempus correctionis impositis. Sed & hoc parum est scire, quod non potuerint vel non possint perfectum facere, nisi & hoc addas ad scientiam, quod nec perfectionis initium possit habere, quisquis putauerit se absque illis posse peruenire ad perfectionem iustitiæ. Nam de eo quod omnium sanctissimum tunc temporis fuerat, id est, de signo circumcisionis idem Paulus terribiliter clamat. Stare, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo. Qui in lege iustificamini, à gratia excidistis. Concedimus gaudentes, & indubitanter credimus, quia in Paulo Christus loquitur. quia in prædicto apostolorum conuentu locutus est spiritus sanctus. Et ipsa quidem loquentis in isto & in illis vel sola sufficit auctoritas, veruntamen quoniam & ratio delectat, non præteribimus rationabiliter ostendere circumcisionis & omnium ceremoniarum legem debuisse cessare veniente gratia. Et de circumcisione primum dicemus, licet alijs iam locis plenius de ea dixerimus.

Act. 15.

Hebr. 7.

Ibidem 9.

Galat. 5.

*Quod veni-*



Quod Veniente gratia Evangelij, rationabiliter circuncisionis & omnium ceremoniarum carnalium lex cessare debuerit.

CAP. VII.

**C**ircuncisionis causa fides erat futuri seminis, quod est Christus. Quid enim Abraham credidit, hæredem non habens, vxore vsque ad suam & ipsius senectutem sterili, nisi quia in femine eius benedicerentur omnes gentes, quodq; foret semen eius sicut stellæ cœli? Hoc ille dicenti deo credidit, non considerans corpus suum emortuum, cum ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sare, & huius fidei signum circuncidendo accepit. Hoc ipsum & Apostolus confirmat, signum, inquit, accepit signaculum iustitiæ fidei. Ergo circuncisionis causa fides erat futuri seminis, id est, Christi. etenim circuncidi erat futuri Christi expectatione profiteri, & ad hoc (vt veniente Christo per fidem, cuius illud signum erat, recuperaretur eis illa, quam in Adam perdidimus omnes, possessio paradisi) valebat, si tamen legem seruarent mandatorum, quæ in tabulis scripsit digitus dei, quemadmodum & sæpè dictus Apostolus temporis illius Iudæo dicit. Circuncisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator es legis, circuncisio tua præputium facta est. Ecce autem quod expectabatur semen, id est, Christus venit, & hoc omnis spiritus confitetur, qui ex deo est, quia ille in carne venit. Hoc nemo potest dissimulare, quamuis pertinaciter velit, quia ille in sole posuit tabernaculum suum, vt latere non possit, sicut sol conspicuus in arce cœli non potest abscondi, quia cœli quoque enarrauerunt, & non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorū. Circuncisio igitur in carne, quo signo expectationem venturi profitebatur, cessare debuit in aduentu eius. Nam exinde quis circunciditur ipso circuncisionis caractere, negat venisse illud promissum semen Abraham, & ita negat eum qui venit benedictus in nomine domini, qui de Maria virgine natus est in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, qui passus est sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus, & tertia die resurrexit, extra quem in alio aliquo non est salus, neque enim est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Verissime itaque Apostolus. Si circuncidamini, inquit, Christus vobis nihil proderit, quia si circunciditur, Christum negauit. Circuncidendo se Iudæi negant illum, qui venit in nomine patris sui. alius venit in nomine suo, illum suscipient. Proinde præeunte autoritate spiritus sancti, cui visum est, vt supra diximus, non imponere nobis quicquam oneris, nihil excipiendo, ne saltem onus circuncisionis, ratione quoq; firmum tenemus, quod non debeamus circuncidi.

Quod sabbata, ceterasque festiuitates Iudæorum oderit anima domini, vt in prophetia dicit, & idcirco rectè visum sit spiritui sancto, vt non imponerentur.

CAPVT VIII.

**P**ro de onere sabbati, altarumque festiuitatum, cur visum sit spiritui sancto, vt non imponeretur nobis, illa vel sola causa sufficit, quia & iusto odio iam dudum illas odit anima domini. Sic etenim in Esaia dicit. Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non feram. Ini qui sunt coctus vestri. Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta. Quare? Manus enim, inquit, vestrae plenæ sunt sanguine. Ergo ne & nos pariter cum sabbatis & solennitatibus illis veniamus in odium animæ domini, bene visum est spiritui sancto, & consilium eius nos approbamus, vt abdicemus stercora vel dedecora eiusmodi, quæ prius pro lucro erant, antequam polluerentur sanguine CHRISTI, quo manus suas iniquas ille coctus impleuit. Sed nunquid, aiunt, stare non debet quod deus statuit, & immobile esse præceptum quod posuit? Fateamur quia debet, neque enim deus quasi homo est vt mentiat, aut vt filius hominis vt mutetur. Ad hæc illi literæ amici. Scriptum est, inquit, quia compleuit deus die septimo opus suum quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere quod pararat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat. Coartare igitur nos cupiunt, vt non disteamur stare debere, semperque legitimum esse sabbatum suum. Verum interim negare nequeunt, quoniam deus de quo Moyses hoc narrat, quia benedixit diei septimo & sanctificauit illum, ipse sit quia in Esaia dicit. Neomenias & sabbatum & festiuitates alias non feram, Calendas vestras & solennitates vestras odiuit anima mea. Quid igitur consequitur, nisi differentia esse sabbata, alterum quidem placitum, alterum autem animæ dei odiosum? Nimirum aut istud, aut quod in nos criminabantur, deum qui immutabilis est muratum, sibi que factum esse contrarium fatebuntur. Verum hoc dicere non audent, & illud videre non sustinent, quod duo sabbata sint, vnum carnale, quod deus secundum tempus vel vsque ad tempus correctio nis imposuerit, & vnum spirituale quod statuit in æternum, & in seculum seculi, cuius in tabulis quoque lapideis præceptum posuit, & non præteribit, sugiunt igitur aueris, & illa habentes passionem

passionem quæ significabatur, quando fugiebant timentes claritatem non velatam vultus Moysi. Quicquid enim de splendore spiritus obiecerimus illis, vrit & cruciat oculos inuidenti populi, solaque illis litera placet, maxime vbicumque gloriam Christi velare potest. Nos autem sicut duo ex lege & prophetis sabbata cognouimus, ita & cur illis sub figura carnalis sabbati, spirituale sabbatum absconderit, & cur à nobis vnum tantum & nudum spirituale sabbatum exigat, nosse debemus.

Quod deo alia cum Iudæis fuerit, alia cum nobis gentibus ratio sit, & quod ferè cunctæ festiuitates illorum causas terrenas habuerint.

CAPVT IX.

**D**icamus igitur, quia nimirum alia deo fuit cum Iudæis, alia cum nobis gentibus ratio est. Neque enim Christus dei filius in hunc mundum adueniens, & nos gentes ad suam inuitans fidem, terrena præmia proposuit, non terras quas non habebamus dedit, nihil omnino carnale, sed cuncta spiritualia bona proposuit aut præstitit. Illis terras proprias non habentibus, imò & in Aegypto seruentibus, atque pro peccato, quo fratrem suum Ioseph vendiderant, indignis accipere repromissiones, quas patribus eorum promiserat, deus terram dedit satis bonam, terram localem, locumque terrestrem. dedit, inquam, regiones gentium, & labores populorum possederunt. Nec verò tales erant, qui vel spiritualibus atque inuisibilibus bonis ad iustitiam allicerentur, vel spiritualibus atque inuisibilibus malis ab iniustitia detererentur. Idcirco in tota lege quæ illis de Aegypto exeuntibus scripta est, nusquam promissiones paradisi, aut comminationes audiuntur inferni, sed pulchræ atque canore promissiones terræ optimæ, terræ lacte & melle manantis, duræ atque formidabiles carni, comminationes bellorum & famis, malarum bestiarum & captiuitatis. Nobis, imò tam nobis, quam illis, quocumque verus agnus dei, suo sanguine redemit, & ad fidem suam vocauit, sola cœlestia vel spiritualia bona proposuit. nec enim terram, sed cœlum sequentibus se dedit, vel expectare iussit, ideoque carnalia nulla, sed tantum spiritualia festa, nulla terrena, sed tantum cœlestia sabbata nos sibi debere indicauit, teste spiritu sancto, spiritu consilij, qui nobis in illo quem prædiximus apostolorum conuentu bene consuluit. Debuerint carnalia festa, carnalia sabbata, carnaliter Iudæi, quibus carnalia bona, terrena præmia, pro legis obseruatione quando scribebatur, deus proposuit. Tendebant ad diuitias huius seculi, ad possessiones agrorum aut vinearum, cunctasque facultates huius mundi, & ideo rectè respicere iussi sunt ad literalem festiuitatem creationis mundi, vt septimo die sabbatizarent, quia deus septimo die requieuit, quia diei septimo benedixit, eumque sanctificauit. Plena luna, contrito iugo seruitutis, exierunt de terra Aegypti, liberati à seruitute, non peccati, sed hominis, non diaboli, sed Pharaonis carni, & idcirco rectè illis vctigali celebritate luna illis festiua fuerit atque solennis, quia buccinauerunt in Neomenia tuba, & hæc illis computata sit insignis dies suæ solennitatis. Habitaerunt in tabernaculis, educti de illa domo seruitutis, & idcirco magnam habuerunt mense septimo festiuitatem tabernaculorum, habitantes in vmbraculis, & in illo schemate recolentes & concelebantes magna quidem, sed terrena atque temporalia beneficia dei. Nobis (vt iam dictum est) nihil tale, sed cuncta cœlestia bona præstitit Euangelium Christi, & idcirco debitores sumus festorum cœlestium & spiritualium sabbatorum gratiæ saluatoris, qui nos à spirituali Pharaone liberauit, & à seruitute peccati redemit, atque per passionem & crucem suam in terra viuentium introduxit & cœlorum nobis prædia contulit. Igitur quia non in figura huius mundi quæ præterit, sed in spe resurrectionis, cuius princeps est ipse, nobis gaudendum esse persuasit. non septima die qua deum requieuisse, carnali sensu somniant amatores mundi, otio torpere debemus cum illis, sed prima die, quæ & ipsa octaua est, qua ille in spem & in salutem nostram resurrexit, vacare orationi, & audiendo verbo dei, illud summa cura prouidentes, vt tam in illo quam cæteris diebus feriatu semper sumus à serui opere peccati.

Quod præter solennitatem pentecostes, terrenas cunctæ illorum festiuitates causas habuerint, nostræ autem causæ vel promissiones Euangelij cœlestes sint.

CAPVT X.

**V**na erat illius populi festiuitas, vna, inquam, ex tribus solennitatibus maioribus, quæ dicitur pentecoste, id est, quinquagesima, quæ & vocatur festiuitas hebdomadarum, eo quod septima ab immolatione agni completa hebdomada sequenti die, qui erat quinquagesimus, celebratur, de qua rectè concedi oporteat, quod causam habuerit magis sacram, magis spiritualem, magisque diuinam. Nam magna quidem beneficia dei fuerunt, quod à Pharaonis dominatione liberauit deus populum illum, quod introduxit eos in terram pro qua iurauit patribus eorum, sed maximum atque optimum fuit, quod pepigit foedus cum eis, vt esset deus ipsorum, legemque dedit in tabulis, scriptam digito dei. Cetera bona quidem, sed terrena atque transitoria fuerunt.

hoc bo.

hoc bonum & optimum, quia sempiternum. Veruntamen hoc in eodem bono minus lucet, & in comparatione perfectionis, subobscuro est, quia scripturae legis in eodem monte non viuificantem spiritum, sed solum occidentem literam professi sunt. Nec vero deus professionem spiritus eiusdem ab illis inibi exegit, aut exigere debuit, quibus non spiritualia, sed tantum terrena, quibus non regnum caelorum, sed terram Chanaan proponebat in praemium inuendi foederis vel suscipiendae legis. Ergo sola quidem (vt iam dictum est) solennitas pentecostes veri boni causam aliqua ex parte habebat, ceterae omnes ignobiliores de terra ducebant originem, modisq; omnibus populum illum, sensu puerum testabantur, mundi amator. Apud discipulos Euangelicae gratiae, tale quid omnino illicitum est, gaudere scilicet vel diem festum ducere propter successus temporales. Nimirum cum sit disciplinae Christianae, contemnere praesentia & amare futura, atq; in contritione mundi leuare capita, id est, exhibere corda nostra, quomodo consequens esset suscipere nos festa Iudaica, quae non nisi praesentia temporalium bonorum respiciunt gaudia. Proinde cum praedicto spiritus sancti consilio, cui sic visum est in illo Apostolorum conuentu, vt nihil horum nobis imponeretur consideret ea contemnimus tanquam iugum seruitutis, cum simus liberi & adoptionis filii, quemadmodum Apostolus dicit, Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Item. Quanto tempore haeres paruulus est, nihil differt a seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & auctoribus est vsq; ad praesinitum tempus a patre, ita & nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. Itemq; post alia qua. State ergo & nolite iterum iugo seruitutis contineri.

Acto. 15.

Roma. 8.

Galat. 4.

Galat. 5.

*Quod multo magis nec hostijs legibus in seruire debuerimus, eo quod nec aliquando illas deus se quae si se vel iussisse, per prophetas testificetur. CAP. XI.*

**Q**uid tandem de hostijs & muneribus dicemus, nisi quod verum est, quia multo magis nec illis seruire debuimus? Etenim circumcisionis, & festorum dierum fuerit aliquando venerabilis traditio, videlicet, quia circumcisionem deus Abrahamae & semini eius dedit, & ipsum sacra scriptura sabbatismo qualicunq; sabbatizasse non tacuit, dicendo, quia septimo die requieuit. Verum de immolandi carnibus taurorum, de sanguine hircorum & arietum, quae vnquam apud sapientes fuit vel esse potuit gloriatio, cum neget deus haec incepta fuisse sua voluntate vel praeecepto? Loquitur enim in Hieremia, Holocaustomara vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non praeecepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomaram & victimarum, sed hoc verbum praeecepi eis, dicens. Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vos eritis mihi populus, & ambulante in omni via quam mandaui vobis, vt bene sit vobis. Hoc verum deus in isto dixit. Nam & in Exodo sic scriptum est, quia cunctos quidem sermones hos locutus est dominus. Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis. Non habebis deos alienos coram me, &c. vsq; ad id quod ait. Si serueris dijs eorum, tibi certe erunt in scandalum. Altare autem aedificauit Moyses ad radices montis, misitq; iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, imò laueruntq; victimas pacificas domino, vitulos duodecim, & non est scriptum, quod dominus locutus fuerit aut iusserit. In Esaia quoq; idem dominus dicit. Holocaustum arietum & adipem pinguium & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui, cum ventretis ante conspectum meum, quis quaesiuit haec de manibus vestris? Amplius autem in Dauid, quem & prophetica gratia, & regia ad loquendum roborabat authoritas, idem deus eadem sacrificia reprobatur. Non (inquit) accipiam de domo tua vitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et subinde. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Igitur holocausta vel sacrificia illa, non tam iusta fuere, qm̄ permilla, & idcirco facilius illa contemnimus, praesertim quia sic visum est spiritui sancto, sicut supra iam diximus. Nec vero hoc solum dicimus aut intelligimus, qd per consilium nobis illa sanctus amouerit spiritus, imò quod amplius est illud dicere non dubitamus, quia per consilia illa sibi olim fieri permisit deus, ne scilicet populus carnalis & lubricus, dum a consuetis in Aegypto sacrificijs, omnino arceretur, ploraret vt puer sub paedagogo nimium se uero, ludis omnibus abactus, citiusq; fugiens in Aegyptum reuenteretur, vel deos sibi quaereret, apud quos consuetas carnes immolare sibi licitum foret. Cum autem in eodem Moysse legitur quippiam deus disposuisse de sacrificijs eiusmodi, non est contrarium eis quae loquitur in prophetis iam dictis, quia videlicet longe aliud est illa quaesisse de manibus eorum, aliud eorum quae immolare consueuerant ordinasse ritum, vt qui verum nondum habebant, nec habere poterant sacerdotem aut sacrificium, saltem vmbrae eius praerferrent illo ritu significante affurum.

Genes. 1.

Hiere. 7.

Exod. 20.

Esaia 1.

Psal. 49.

Acto. 15.

*Quod bene spiritui sancto visum sit iudicando non debere nos super talibus inquietari tantum, vt abstineamus nos a contaminationibus siue immolatis simulachrorum, & fornicatione, & suffocatione, & sanguine.*

CAPVT XII.

Rationem

**R**ationem itaque non omnino ignorantes, cur ita spiritui sancto visum sit, & cur ab illa circumfusione, & seruanda carnaliter lege Moysi nos prohibuerit, exceptionem amplectimur liberalem, quam fecerunt cum illo nobis bene consulti & bene consulentes apostoli, dicendo atque iudicando, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad dominum, simulque conscribendo ad eos, hoc tantum vt abstineant se a contaminationibus, siue, vt infra scriptum est, ab immolatis sacrificiorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Hoc pro illa parte quaestiois dictum atque scriptum est, quae sic posita fuerat, dicendo, quia oportet circumcidere eos, siue nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Porro de illa parte quae sic mota fuerat, vt scriptum est, ibi praecipere quoque seruare legem Moysi, non necessarium iudicare aut scribere arbitantes. Moyses enim (inquiunt) a temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus, qui eum praedicent in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur. Tanquam dicerent. Pro circumfusione, quae ante Moysen data est, patribus nostris necessario iudicemus & scribamus, nam hoc bene iudicato bene perspecto aut demonstrato, quae vel in quo sit vera circumfusiō, perspicuum erit eis, quomodo seruare debeant posterius datam legem Moysi. Hoc intendentes, verumq; Iudaismum, atque perfectam circumfusione aspicientes, quae non in manifesto, siue in carne, sed in spiritu existit, abstineant se (aiunt) a contaminationibus simulachrorum, a fornicatione, a suffocatis, & sanguine. Qui enim haec dicit, manifeste confirmant circumfusione illam in carne, non solum iustitiae fidei, vt apostolus Paulus ait, sed & moralis iustitiae fuisse signum. Et quidem antequam veniret semen quod repromissum erat, id est, Christus, necessarium erat, vt supra diximus circumcidi carne, vt signo venturi seminis fidem se habere profiterentur, ita tamen, vt & circumfusione non carerent in spiritu, vt scilicet neque a deo spiritualiter, in corpore suo carnaliter fornicarentur, secundum quod iam dictus Apostolus. Circumfusiō, inquit, prodest, si legem obserues. Idem enim ac si diceret. Circumfusiō signum castitatis & fidei tunc demum prodest, si non forniceris fornicatione spiritus a deo recedentis, fornicatione corporis carnem corrumpentis. At vbi venit semen illud, circumcidi mur, & circumcidi debemus tantum in spiritu, id est, abstinere a fornicationibus, quia circumfusiō, inquit, nihil est, & praepitium nihil est, sed obseruatio mandatorum dei. Veram igitur circumfusione praedicantes, atque scribentes, sine qua reuera saluari non possumus, bene iudicauerunt, necessario abstinere nos ab immolatis simulachrorum, quod est circumcidi spiritu, vt scilicet anima nostra deo vero per fidem copulata, iam post idola non fornicetur. abstinere nihilominus nos a fornicatione, scilicet carnis, qua corpus corrumpitur, & velut incircuncisum atque immundum merito iudicatur. Vtriusq; fornicationis siue incircuncisus causa esse solet nimia atq; sordida voracitas, quam intendentes, a suffocatis, inquiunt, & sanguine. Nempe a forbitone cruoris, horror est nimis voracitatis, atq; sordissimae ingluuiei. Itemq; suffocare, id est, strangulare pecus ad deuorandum beluarum atq; ferarum est, quas insania ventris inordinata & irrationabiliter ad inuadendum, ad deuorandum impellit. Gulam itaque siue ingluuiem ventris, vnde vtraq; solet nasci fornicatio, sicut scriptum est, sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere, breui quidem, sed acuta circumciderunt dictione, dicendo, a suffocatis & sanguine, id est, ab omni turpi & inordinata deuoratione.

Acto. 15.

Ephes. 2. Colos. 2.

Roma. 4.

Roma. 2.

Exod. 32. 1. Cor. 10.

*Quanta alibi seueritate fornicationem, & idolothya singulis suis persequuntur scriptis.*

CAPVT XIII.

**S**uauius quidem & cum spiritu mansuetudinis de illo sancti spiritus consilio, vel de illo consilio spiritui sancto processit hoc dictum siue scriptum, vt non fornicemur, & vt ab immolatis simulachrorum abstineamus, sed huic mansuetudini non obtemperantibus virga parata est. Dicit enim vnus ex illo conuentu nostrae charitatis, & mansuetudinis Apostolus. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert, nolite accipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Item qd alius cum dixisset, quid vultis in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis, continuo, quia causa postulat, virga exerens. Omnino, inquit, auditor inter vos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita vt uxorem patris aliquis habeat. Er vos inflati estis, & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum, qui hoc opus fecit. Hac increpatione praemissa, confestim dicendo percutit, & percutiendo dicit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicaui eum, vt praesens, quisic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis & meo spiritu cum virtute domini Iesu tradere huiusmodi satanae. Et hanc ipsam virgae percussione non de furore, sed de consilio procedere satis indicans, tradere huiusmodi satanae, continuo subiunxit, in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Nam & hoc est de antiquo consilio sapientiae dicentis. Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius a morte. Illo suae percussione exemplo sanctam esse volens disciplinae seueritatem, scripsi vobis, inquit, ne commisceamini fornicarijs. Et exponens quid dixerit, & determinans de quibus

2. Iohan. 5.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

Prover. 23.

GGGg

quibus

1. Cor. 3. quibus fornicarijs scripserit, continuo dicit. Non utiq; fornicarijs huius mundi, sed si is, inquit, qui frater appellatur, sit fornicator, aut avarus, aut idolorum cultor, aut maledicus, aut ebriolus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Non igitur leuiter accipiendum quod in illo conuentu, in illo sancti spiritus consilio tam suauiter dictum aut scriptum est, quippe cum non soli qui illa faciunt, sed & inter quos facta sunt, virga percutiantur apostolica, si non separentur, si non luctum & ipsi habeant, & seuerissimæ poenitentiae fornicatores subiiciant. Et de fornicatione quidem vnus idemque omnibus sensus est. quia inquinat, & munda conscientia nullatenus admitti potest. De his autem quæ idolis immolantur, diuersitas sensuum quæstionem mouerat eidem Apostolo, vt diceret. Scimus quia nihil est idolum in mundo. Item, Scimus quia omnes scientiam habemus. Sed scientia inflat, charitas verò ædificat. Itemque post multa. Quid ergo dico, quod idolis immolatum sit aliquid, aut quod idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes, demonijs immolant, & non deo. Tandemque quæstionem siue litem eandem certa discretione dirimens. si quis, ait, vos vocat infidelium & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, hoc immolatum est idolis, nolite manducare propter illum qui indicauit & propter conscientiam. Conscientiam autem dico non tuam, sed alterius, subauditur ne in errore inducatur, quia videlicet quamuis ab idoli deuotione tua conscientia sit libera, cauendū tamen est tibi, ne puret alter quod uenerationis causa edas idolis immolata. Nam hoc intendens, & ad caute lam hanc instruens, superius dicebat. Si enim quis viderit eum, qui habet scientiam in idolo recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducandum idolo rhyta & peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Et continuo bonum & salutare suo cum exemplo satis temperanter consilium porrigens, quapropter, inquit, si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

*Quomodo quasi per consilium Petrus ceremonias Iudaicas seruari oportere indicauerit vel simulauerit, & quomodo per verius consilium illi Paulus in faciem restiterit, nec tamen sibi contrarius fuerit, vbi Timotheum circumcidit, & purificatus Iudaico more in templum cum oblationibus intravit.*

CAPVT XIII.

**I**N retea dū adhuc recēs innotuisset istud spiritus sancti consiliū de nō curandis mortuis mortuorum ceremonijs Iudæorum, nitebantur homines pijs, scilicet apostoli suum eidem consilio dei sociare vel permiscere consilium, in tantum, vt Petrus (qui ante alios vel pro alijs omnibus locutus fuerat, ea quæ supra dicta sunt) adduceretur in simulationem, non autē hoc ipsum, quod spiritui sancto visum fuisse dixerat, actu sequi palam. Sed arguit eum idem spiritus consilij per os alterius, per fortitudinem humilem, fortēque humilitatem Apostoli nouitij, Apostolorum minimi Pauli, sicut idem ad Galatas scribens, ait. Cum autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim, quam venirent quidam ab Iacobo, cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahēbat & segregabat se timens eos, qui ex circumcisione erant, & simulationi eius consenserunt Iudæi ceteri, ita vt Barnabas duceretur ab eis in eandem simulationem. Sed cum vidissem, quod non rectē ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus. Si tu cum Iudæis sis gentiliter, & non Iudaicè viuīs, quomodo gentes cogis Iudaizare? Ita principi Apostolorum in faciem restitit nouissimus Apostolorum, magna libertate spiritus domini vtens, ad cōfirmandum illud, de quo hactenus loquebamur eiusdem spiritus consilium. At idem & Timotheum circumcidit, propter Iudæos, inquit scriptura, qui erant in illis locis, sciebant enim omnes quod pater eius gentilis esset. Itemque assumptis viris quibus impenderat, vt raderent capita sua, postera die purificatus cum illis intravit in templum annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio. Ergo ne ipse fecit quod in Petro redarguit, aut quod ipse faceret, in maiore redarguere debuit. Non utique neque ipse fecit, quod in P E T R O redarguit, neque enim gentes Iudaizare coegit, quod solum vel maximum in Petro redarguit. Dixit enim, Si tu cum Iudæis sis, gentiliter & non Iudaicè viuīs, quomodo gentes cogis Iudaizare? Ipse gentes Iudaizare non coegit, sed in semetipso Iudaismum pro necessitate pertulit, factus Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrifaceret, quippe qui sicut quodam loco testatur, optabat anathema esse à Christo pro eisdem fratribus suis. Non, inquam, Gentes Iudaizare coegit, quod factum in Petro redarguit. Nam & illi qui dixerant ei, sunt nobis viri quatuor vortum habentes super se, his assumptis sanctifica te cum illis, & cætera, continuo subiunxerunt. De his autem qui crediderunt ex gentibus, nos scripsimus, iudicantes vt abstineant se ab idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Vera igitur & iusta reprehensio, qua Petri simulationem arguerat, & non parū ad cōfirmationē consilij dei sic reprehendendo contulerat.

De ex-

*De excidio Hierosolymorum & euerfione templi, & dispersione Iudæorum, quod cum consilio dei acta sit.*

CAPVT XV.

**S**ED quantula confirmatio fuit comparatione maioris? Maior enim multitudo confirmatio successit. Quæ nam illa exiit? Excidium miseræ ciuitatis, euerfio atq; incendium templi augustissimi, tantum, tamq; ruinosum ciuitatis, & templi excidiū, vt non remaneret lapis super lapidem, qui non destrueretur, tanta vniuersæ patriæ clades, totiusq; gentis cædes, vt caderent in ore gladij, & captiui ducerentur in omnes gentes. Legat, qui vult, miserabilem illius excidij tragœdiam à Iosepho conscriptam, & scire poterit, non alio nisi deo auctore Iudaicæ gloriæ cecidisse superbiam, ob confirmandam atq; fulciendam euangelicæ humilitatis gratiam. Nam si ciuitas illa in gloria pristina perstitisset, si gens illa in templo suo consuetis hostijs insisteret permissa fuisset, quanto putas scandalo credentibus in C H R I S T O exiitisset? Igitur sicut veraciter dictum est, illi autem profeti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermonē confirmante, sequētib; signis. sic & nos parua mutatione de vicina re vel rei eiusdē maxima parte indubitanter dicamus. Verè spiritui sancto visum est, & verum Apostoli spiritus sancti consilium contulerunt ad consolationem gentiū, domino I E S V, & eodem spiritu eius cooperante, & consilium confirmante, sequente ruina ciuitatis, & templi, atq; dispersione Iudæorū. Nam ad idem consilium reuera & illud pertinere, quod non omnes Iudæi fame & gladio Romanorū in illa famosa obsidione, atq; horrendo excidio interierūt, sed aliqui superstites fuerunt, qui captiui ducti in omnes gentes eadem captiuitate, vel dispersione sua præclarum in toto orbe veritati euangelicæ perhiberent testimonium, secundum illum Psalmi quinquagesimo octauo versiculum. Dominus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos, ne quādo obliuiscantur populi mei, disperge illos in virtute tua. Illum quippe Psalmum orat Christus, in illo Psalmo loquitur Christus, verus Dauid, id est, manu fortis siue desiderabilis, quem vsq; ad mortem per seculum. Saul, id est, populus ille inuidus, secundum eiusdem Psalmi titulum. In finem ne corrumpas ipsi Dauid, in tituli inscriptione, quando misit Saul ad custodiendam domum eius, vt interficeret eū. Et est prædicti versiculi sensus. Consideranti mihi super inimicos meos Iudæos ostendit deus, vt pro eis orem ita. Domine ne occidas eos, id est, ne penitus à terra euellas eos. Quare? Videlicet, ne quando populi ad confitendum conuersi obliuiscantur mei, quod pro eis natus & passioni additus fuerim, & sic eos redemerim. Et hoc idem est, ac si dicat. Idcirco Iudæi tua gratia viuere permittantur, vt etiam eorum testimonio fides meorum certior habeatur. Aliter enim Psalmi & totum vetus testamentum multis quasi signēta viderentur. Ne igitur occidas eos. Sed quid? Disperge illos, subaudit vbiq; terrarū, in virtute tua, id est, in potentia tua. Notandū itaq; Iudæorum dispersionē, per diuini consilij factā esse dispensationē, idcirco, vt nō tantum in vno loco, sed in omni terra fidem gentiū confirmarent, dū eum à parentibus suis crucifixum fuisse assererēt, & scripturas in quibus nobis promissus fuerat, sese habere non denegarent, imō tanq; captarij nostri scripturas eandem in vsum nostrum circumpotarent.

*Quod nobis propter deum consilio vti, sit facere aliquid vltra quā ille præceperit: quod quicumq; non faciunt, sic rectē dicant: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.*

CAPVT XVI.

**D**iximus parumper in laudem spiritus consilij, quia deus propter homines consilio vti dignatus est. superest iuxta propositum vt dicamus, qualiter propter deum consilio vtantur vel vti debeant homines perfectionis amatores. Vti autē consilio id esse dicimus, quod non contenti facere, quod præceptum est, vltra sese extendunt ad illud, quod præcepto maius & amplius est, quæ nimirum res gratiam maiorem, remunerationemq; copiosorem habet. Deniq; sola præcepti executio seruorum est, & non magnam meretur gratiam, secundum illā domini sententiam euangelicam. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite. Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Quem enim, aut qualem intendens seruo, dicebat. nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Nimirum quia seruum arantem aut pascentem, cui reuerso, de agro non dixisset dominus suus statim, transi, recumbe, sed para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem, & bibam, & post hæc manducabis & bibes. Vtriq; seruus ille Iudaicus erat populus, qui acceperat spiritum seruitutis in timore, arans in agro, & pascens, id est, coniugio inseruiens, & priuquam comederet ipse aut biberet, parans domino suo quod cœnaret, id est, decimas dans omnium, & primitias offerens sicut præceperat lex. Nunquid ergo gratiam habet, inquit, seruo illi, quia fecit, quæ ei imperauerat? Non puto. Debitor enim seruus erat, præceptum vt seruus acceperat, vt pote colonus terræ, quam dominus suus acquisierat, quemadmodum dicit. Terra enim mea est, & vos coloni mei estis. Itaq; hac similitudine assumpta protinus sic intulit. Sic & vos, cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, subaudit, & nō amplius, dicite. Serui inutiles sumus, quod debuimus

GGG ij facere

Lucæ 21.

Mar. 16.

Lucæ 17.

facere fecimus. Cum, inquit, feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, & nihil amplius, & vos temporis huius discipuli, & auditores euangelij, si permaneritis in agro, id est, in seculo, dediti vel astricti coniugio, vendentes atq; ementes, possidentes atq; vrentes hoc mundo, quamlibet præcepta faciatis, non mœchando, non furando, & tale quid non faciendo, iam quidem euasistis poenam, sed nondum meruistis gratiam. Inuites enim estis, quia nihil pro amore vel gratia domini nostri, supra debitum seruitutis pensum adijcere vultis. Perfecto testificamini, quia nisi timeretis torturam & compedes, nec illud faceretis, quod præceptum est. Igitur, ut dicere cœperamus, vti consilio propter deum, amicorum est, eorū qui non contenti facere quod præceptū est, ultra sese extendunt ad aliud quod præcepto maius & amplius est, amantes gratiam domini, bonis omnibus præoptantes hilarem atq; serenam sibi videre faciem domini sui. Sunt autem præcepta decem, quæ sic verior translatio distinxit. Non habebis deos alienos coram me. Non facies tibi sculpsile, neq; omnem similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis neq; coles ea. Non assumes nomen domini dei tui inuani. Memento, ut diem sabbati sanctifices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Non occides. Non mœchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces. Nunc de cuiuscq; tenore præcepti, & de superadijcienda liberalitate consilij pro posse dicemus.

**Exod. 20.** *De primo præcepto, & superadijciendo consilio. CAPVT XVII.*  
**N**on, inquit, habebis deos alienos coram me. Secundum hoc præceptum tota serui iustitia est non coluisse Baal, nec seruuisse Astaror, nō inuicem fuisse Beelphegor, vel quempiam huiusmodi, quod veræ diuinitati aduersum sit, non posuisse in templo dei. Qui autē seruilem modum excedere gestit, non solum significatum vocum istarum, id est, deorum alienorum, sed & nominis huius quod est deus etymologiam attendit, ut videlicet non solum secundum præceptum deos alienos coram deo suo non habeat, sed & nullum alium præter solum & verum deum timeat. Deus enim Græcè dicitur theos, quod interpretatur timor. Idcirco autem creator tali nomine nuncupatur, quia timēdus est, & hoc ab omni rationali creatura iure exigitur ut timeatur. Igitur ultra præceptum hoc tunc acceptatur consilium, quando seruus bonus & amore vel gratia dignus solum proponit sibi, deum esse timendum, nullum aliū timere, non flectitur à iustitia, constans propter deum verum ac dominum, amicitie gratia cū qua sic ille suos alloquitur. Dico autem vobis amicis meis, ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in geennam. Ita dico vobis, hunc timete.

**Exod. 20.** *De secundo præcepto, & superaddendo consilio. CAP. XVIII.*  
**N**on facies tibi sculpsile, neq; omnem similitudinē, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra, non adorabis, neq; coles ea. Et per hoc præceptum illud à seruo exigitur, ut illius vnus vel vnici dei, coram quo non debet deos alienos habere, neq; in cœlo, neq; in terra, neq; in mari, vllam suspicetur similitudinem existere. Hoc, inquam, ab illo exigitur, ut sciat deum verum, nulla forma circumscriptū esse, quod humaniformij putauerunt, dicentes Deum velut hominem membris suis secundum humanā formam circumscriptum esse, aut determinatum, grande sibi in animo suo pingentes Idolum, vel iuxta visionem Danielis, senem venerabilem, vel antiquum dierum. Quorum in corde siue errore quantum puras simulabatur simulachrum, cum audirent, dicentem. Cœlū mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. A quibus si quæreretur illud quod scriptum est, quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit, nimirum quid respondere, aut quid secundū eandem phantasiā animo suo præpingere potuerunt. Hoc ergo, ut dictū est, à seruo per præceptum exigitur, ut deum illocalem atq; incircumscriptum fateatur, ut nullam creaturam deo similem esse vel fieri posse suspicetur, ne contra se experiatur dictum, quod subiunctum est. Ego enim sum dominus deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filiis, in tertiam & quartam generationem, &c. Qui enim tale sibi pinxit idolum, magnam dei fortis, dei zelotis thesaurizat iram, ut pote consequenter male de dei filio sentiens, ut verbi gratia Arrius, qui deum dei filium patri consubstantialē dici vel credi non sustinens, dicebat ad creaturæ similitudinem respiciens, & creatorem increatum creaturæ volens esse consimilem. Consubstantialē est, quod ex aliquo est, aut ex participatione, aut decursione, aut ex plantatione. Ex plantatione quidem sicut ex radice germen, ex decursione vero sicut rami, sicut, ex participatione autem, sicut ex massa aurea duo annuli vel tres. Secundum autem nullum horum, inquit, est filius dei. Propterea ergo dicebat, in fide consubstantialitatis non esse consentiendū. Ne cum isto seruus malam accipiat plagam, oportet ut nullam creatori similem faciat creaturam. Quod si amicus esse gestit, post hoc præceptum ad consilium quoq; totum animum extendit, ut videlicet eo non

eo non contentus sit, quod non ita de deo sentit, sed & quantum potest pro salute aliorum entens ostendat pulchro dogmate, quia non secundum corporeas consubstantialē dicitur passiones, neq; secundum diuisionem, neq; secundum quandam decisionem. non enim posse naturam sine materia intelligibilem incorporare, & corporalem quandā sustinere passionem, sed sacris quibusdam atq; ineffabilibus rationibus magis esse intelligendum.

*De tertio præcepto, & superadijciendo consilio. CAP. XIX.*  
**N**on assumes nomen domini dei tui in vanum. Hoc necessario seruus audit, & obaudit, si non vult plagis seruilibus male discutiari, aut periri. Quid est enim assumere in vanū nomen domini dei sui, nisi peierare nomē domini dei sui, aut in rebus vilibus, aut ludicris, coelis & terris reuerendū nomen habere ostentui? Non ergo assumere nomen domini dei in vanū, necessarium atq; legitimū est præceptum, quod qui custodierit seruus, poenam euadit, quanta sub hac intentione valet intelligi. Nec enim habebit dominus infontem eum, qui assumpsit nomen domini DEI frustra. Quod si ingenuitatem desiderat amici, consilium est ut omnino non iuret. Dicit enim in euangelio suo dominus illic, & angelus magni cōsilij. Audistis quia dictum est antiquis, non peierabis. Reddes autem domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, non iurare omnino, neq; per cœlū, quia tronus dei est, neq; per terram, quia scabellū pedū eius est, neq; per Hierosolymā, quia ciuitas est magni regis. Neq; per caput tuū iuraueris, quia non potes vnū capillum album facere aut nigrū. Sit autem sermo vester, est, est. nō, non. Quod autē his abundantius est, à malo est. Non præceptū hoc esse, sed id quod supra præceptū est, id est, consilium ex eo fieri compellimur, quia legem sanctam, iustam & bonā euangelio, vel euangelium legi contrarium esse non putamus, imò istud vel suspicari ut nephas deuiramus. Dixit autem lex. Si quis commendauerit amico pecuniam, aut vas in custodiam, & ab eo qui sulceperat furto ablata fuerint. si inuenitur fur, duplum reddet. Si later dominum domus, applicabitur ad deos, & iurabit quod non extenderit manum in rem proximi sui ad perpetrandam fraudem. Item. Si quis commendauerit proximo suo asinū, bouem, ouem, & omne iumentū ad custodiam, & mortuum fuerit, aut debilitatum, aut captum ab hostibus, nullusq; hoc viderit, iusiurandū erit in medio, q; nō extenderit manū ad rem proximi sui, suscipietq; dominus iuramentū, & ille reddere non cogetur. Igitur cū de præcepto & consilio agere cœperimus, & hoc modis omnibus cauendū sit, ne legi euangelij contrariū esse suspicemur, tertium nobis idē permissum sese obrulit. Diligenter perpendamus tria hæc, quæ posita sunt, scilicet non peierabis, non iurare omnino, applicabitur ad deos & iurabit, siue iusiurandū erit in medio, quod nō extenderit manū ad rem proximi sui, & inueniemus non peierare præceptū, non iurare omnino consilij, iurare aut verū deierare esse permissum. Itaq; qui peierat, male facit. qui autē nō iurat omnino, benefacit, magis eligens commodatū reddere, quod furto fuerit sublatum, q; proferre iusiurandū, propter illud quod dictū est. redimentes tempus quoniam dies mali sunt. Qui autem iurat, & verum deierat, nec bene nec male fecit, id est, nec quia iurauit, poenam, nec quia deierauit verum, gratiam acquirit. Et ut breuiter trium horū distancias colligamus, qui peierat, poenam, qui verum deierat, veniam, qui non iurat omnino, gratiam meretur & gloriam.

*De quarto præcepto, & superadijciendo consilio. CAP. XX.*  
**M**emento ut diem sabbati sanctifices. Hoc præceptum legitimum est, & in eo legitime seruatur, ut quod operatur seruus cum bene operatur, nō suam, sed domini sui gloriam quaerat, non presentem ab ore conseruorum suorum sibi laudem exquirat, vanaq; gloriam suo nomini constituere proponat, sed scripturam dicentem attendat, videant opera vestra bona, non ut vos videamini, sed ut glorificent patrem vestrum, qui est in cœlis. Hoc reuera meminisse est sabbati sanctificandi, id est, hoc intendere seruū, ut bene operando mereatur introire in requiem domini sui. Nam illius sabbati meminisse, cuius meminit hodieq; Iudæus, iam non pro præcepto habemus, imo contra præceptū, & contra voluntatem domini esse fatemur, quia videlicet sabbatū illud iam ex illo magno die sabbati, quo instante crucifixerunt dominum, pollutū est à seruis malignis, sanguine domini sui, & sicut alio iam loco diximus, Elia te stante, extunc omne sabbatū, & omne festū illorū profundo odio odit anima domini. Hoc ergo præceptū est, memento ut diem sabbati sanctifices, id est, ut bene operando sinē totum operis illic constituas, vbi sancta & vera est requies. Consilium autē hoc est, ut nūc etiam sabbatizes, id est, ut actiua excedens vitam, contemplationi vaces, quæ pars tanto melior est, quantum fidelis seruo dulcis amicitia præpoller, testate ipso, cū dicit. Martha, Martha sollicita es, & turbaris et ga plurima. Porro vnū est necessarium. Maria optimā partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Marthæ seruitiū non reprehendit, sed Marthæ partē prætulit, tanq; bono id quod optimū sit. Ad hunc sabbatissimum in psalmo quoq; perfectiores inuitans. Vacate, inquit, & videte, quoniam ego sum deus. Quod si ex præcepto, & non magis ex consilio diceret. consequeretur neminē diligenti à domino, qui istud non fecisset. Nunc autem scriptum est. Iesus autem intuitus eū dilexit eum. GGGg iij Quem

Marc. 10. Quem? Nimirum adolescentem diuitem, cui cum protinus dixisset, vni tibi deest, vade quae  
cunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelis, & veni, sequere me. ille con-  
tristatus in verbo, abiit moerens, erat enim habens possessiones multas. Non igitur preceptum  
est, sed consilium, propter quod & sic apud Mattheum sub conditione dicitur, & in arbitrio vel  
Matt. 19. voluntate eius relinquitur. Si vis perfectus esse. Nam si non velit ad istam perfectionem aspirare, non  
quidem diligere meretur ut amicus, aut tanquam filius, qui acceptauerit consilium. diligitur tamen in or-  
dine suo tanquam fidelis seruus, qui actualiter bene vtens seculo impleuerit preceptum.

De quinto precepto, & superadijciendo consilio. CAP. XXI.

Exod. 20. **H**onora patrem tuum & matrem. Magnum preceptum, & magna obseruatione dignum,  
magnaq; & pulchra remuneratione compenlandum, quam continuo proponens sermo  
bene audienti, vt sis, inquit, longaeuus super terram, quam dominus deus tuus dabit tibi. Su-  
per hoc preceptum maius atque excellentius est consilium, non habere patrem aut matrem  
propter deum. Et hoc quidem consilium palam praedicat maiestas euangelij, sed nec ipsa om-  
nino tacuit humilitas legis. Ait enim. Qui dixit patri suo, & matri suae, nescio vos, & fratribus  
Deut. 33. suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum ser-  
uauerunt, iudicia tua o Jacob, & legem tuam o Israel. At vero pharisaei meram consilij boni ve-  
ritatem adulterantes, docebant filios de substantia patrum rapinam faciendo patrem & ma-  
trem inhonorare, dicentes, id esse cuius filiorum legitime dicere patri & matri, nescio vos, inui-  
tis illis altare dei muneribus cumulare, gazophylaciumq; replere, quod ipsorum proficeret aua-  
ritiae. Tales hypocritas consilium sanctae legis cauponantes, id est, quasi vinum bonum aqua  
mixta corrumpentes, redarguebat, cum diceret. Quare & vos transgredimini mandatum dei  
propter traditionem vestram? Nam deus dixit. Honora patrem & matrem. Et qui maledixe-  
rit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumq; dixerit patri vel matri, mu-  
nus quodcunq; est ex me tibi proderit, subauditur verum patrem deum, & veram matrem  
suam synagogam sacerdotalem atque Leuiticam honorauit, & ita rapinam patris & matris  
asserendo vobis in domum domini patrem & matrem suam inhonorauit, & honore debito pri-  
uauit. Proinde continuo subiungit. Et non honorificauit patrem suum & matrem suam. Et ir-  
ritum fecistis mandatum dei propter traditionem vestram. Igitur preceptum est, patrem & ma-  
trem honorare, consilium autem patrem & matrem nescire, non modo contrario quo pater  
& mater inhonorentur, sed modo rationabili & iusto, quo deus cunctos affectus excellens pa-  
tri & matri iure praefertur. Neque enim genitores inhonorantur, vbi solus creator illis praefertur.  
Qualiter hoc fiat, suo ipse exemplo deus indicat, parentes homines habere dignatus. Na  
loquente illo ad turbas, cum dixisset ei quidam. Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quae-  
rentes loqui tibi, respondens, dixit. Quae est mater mea, & qui sunt fratres mei? Extens denique ma-  
num in discipulos dixit. Ecce mater mea, & fratres mei, & cetera. Euangelizabat enim cum haec  
diceret, praecipitur ut homo perfectionis amator propter euangelium patrem & matrem  
relinquat, & renunciet omnibus quae possidet. Equidem hoc facere consilium est, vt iam dixi-  
mus, sed cum tempus aut res postulat, tanquam preceptum ex debito peragendum est, vt vi-  
delicet ignorentur pater aut mater, quando quis & patri & matri obtemperare, & Christianus  
esse non potest. Na in tali causa, non tam consilio potenti precepto agens, nolite, inquit, ar-  
bitrari quia venerim pacem mittere in terram. Non veni pacem mittere, sed gladium. Veni  
enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum ad-  
uersus socrum suam, & inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem aut matrem plusquam me,  
non est me dignus. Et notandum, quod cum ceteras affirmates dixerit, filium aduersus patrem,  
& filiam aduersus matrem, & nurum aduersus socrum, non dixerit virum aduersus uxorem, siue vxo-  
rem aduersus virum, ne videlicet euangelica puritas occasione siue auctoritatem adulterij dare  
videretur. Vnde Apostolus. His autem qui matrimonio iuncti sunt, praecipio, non ego sed do-  
minus, uxorem a viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo recon-  
ciliari. Et vir uxorem non dimittat. Sed idem continuo dicit. Na ceteris ego dico, non dominus.  
Quibus ceteris? Nimirum fidelibus permixtis cum infidelibus. Quid enim dico ego, non dominus?  
Si quis frater uxorem habet infidelis, & haec consentit habitare cum eo, subauditur non detrahenda  
nomini Christiano, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consen-  
tit habitare cum ea, non dimittat virum. Ergo non tam domini preceptum, quam Apostoli  
consilium est. Nam hoc, inquit, ego dico non dominus. Amplius autem consilium esse liquet ex  
eo, quod subiungit. Quod si infidelis discedit, discedat. Non est enim seruituti subiectus frater aut  
soror in eiusmodi. Quod vtrique non dixisset, si preceptum esset domini, manere siue eum cum in-  
fideli. Sed vt reuertamur ad rem, parentes infideles nescire, preceptum est. fideles autem  
propter perfectionis amorem nescire, consilium est. Item verum interdum permissum est. Dicit enim  
lex. Mulier si quippiam vouerit, & te constrinxerit iuramento, quae est in domo patris sui, &  
in aetate adhuc puellari, si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit  
animam

animam suam, & tacerit, voti rea erit. Quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit.  
Sin autem statim vt audierit pater, contradixerit. & vota, & iuramenta eius irrita erunt, nec  
obnoxia tenebuntur sponsoni, eo quod contradixerit pater. Denique permissio est, irritum du-  
cere votum, propter patris contradictionem. Arbitramur enim melius esse, etiam patre contradicente,  
tenere propositum, & tendere ad perfectionem, plerum cum si irritum duxerit quod uouit, propterea  
quia pater contradixit, non aliud possit sperare praemium, nisi quod obnoxia non tenebit sponsoni.

De sexto precepto, & superadijciendo consilio. CAP. XXII.

Non occides. Preceptum subauditione indiget, quatenus iudex siue potestas, quae gladium  
portat, non prauaricari existimetur, cum illum occiderit qui iure occidendus erat. siue pro-  
pinquus occisi, cum illum ex permissione legis vindicat. Itaque cum dicitur. non occides, subau-  
diendum est, accipiendo gladium qui tibi datus non est. Dominus enim, inquit, Christus. Qui  
acceperit gladium, gladio peribunt, illo nimirum gladio de quo Psalmista, De gladio, inquit,  
maligno eripe me. Porro ultra hoc preceptum perfectionis est consilium, non resistere malo.  
Sed si quis, ait, te percusserit in dextram maxillam tuam, praebere illi & alteram. Item, Diligite  
inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, vt sitis filij patris vestri, qui in caelis est. Nam  
quod dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Itemq; Oculum  
pro oculo, & dentem pro dente, neq; preceptum, neq; consilium est, sed tantummodo permis-  
sum. Ceterum vera & beneficentia innocentia, in tantum abhorret sanguinem, vt non re-  
sistere malo, & inimicum quoq; diligere tanquam preceptum audiat & praedicet.

De septimo precepto, & superadijciendo consilio. CAP. XXIII.

Non moechaberis. Preceptum hoc olim laxius fecerat permissio legis. nunc autem for-  
tius, & arctius stringit seueritas Euangelij. Moyses enim mandauit dari libellum repudij.  
Christus autem dico vobis ait, quia quicumq; dimiserit uxorem suam, nisi ob fornicationem, &  
aliam duxerit, moechatur. Et qui dimissam duxerit, moechatur. Quae rebus quoq; quid ergo  
Moyse mandauit dari libellum repudij, Quoniam Moyses, ait, ad duritiam cordis vestri per-  
misi vobis, dimittere uxores vestras. Ab initio autem non fuit sic. Itaque preceptum est, non moe-  
chari, consilium autem supra hoc preceptum, coniugio penitus abstinere, sicut pro difficultate  
vel necessitate coniugij dicentibus discipulis, si ita est causa hominis cum uxore sua, non expe-  
dit nubere, respondens dixit, Non omnes capiunt istud, sed quibus datum est, Statimq; cum  
dixisset, & sunt eunuchi, qui seipso castrauerunt propter regnum caelorum. Qui, inquit, potest  
capere capiat. Hoc sciens Apostolus, De virginibus autem, inquit, preceptum domini non ha-  
bent, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a domino, vt sim fidelis.

De octauo precepto, & superadijciendo consilio. CAP. XXIII.

Non furtum facies. Secundum hoc preceptum Apostolus cum dixisset. Qui furabatur, Exodi. 20.  
iam non furetur, statim consilium subiunxit, Magis, inquiens, labore operando mani- Ephes. 4.  
bus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti. Veruntamen consilium  
hoc parum distat a fortitudine precepti. Cum enim dicit, Laboret operando manibus suis quod  
bonum est, subaudiri vult, si manducare velit. Nam & alibi dicit, Qui non vult operari, nec  
manducet. Item dicendo, tribuat necessitatem patienti, subaudiri vult, si velit & sibi in necessi-  
tibus subueniri. Nam beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Magnum  
verum & factum vtile, misericordiae consilium, quod cum propinquieribus impensum fuerit, vsque  
ad externos, & quod maius est, vsq; ad inimicos sese extendit, iuxta illud sapientis dictum, Si elu-  
serit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, potum da illi. Cum enim ita fecerit, certum est, illum mi-  
sericordiam consequi. Si enim sceneratur domino, qui miseretur pauperi, quanto magis qui ini-  
micum cibis, & potum dat illi, & ita in bono malum vincit?

De nono precepto, & superadijciendo consilio. CAP. XXV.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Supra hoc preceptum magnum Exodi. 20.  
& laude dignum est, pro tempore & re falsum pati, cum possis resellere testimonium,  
iuxta illud domini nostri exemplum. Nouissimè venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit,  
Possum destruere templum dei, & post triduum reaedificare illud. Cum tunc dicerent, & princeps  
quoq; sacerdotum surgens irgeret. nihil, inquiens, respondes ad ista, quae isti aduersus te testifi-  
cantur? Iesus autem (ait Euangelista) tacebat. Item cum accusaretur a principibus sacerdotum, & se-  
nioribus, & Pilatus instaret, dicens, non audis quanta aduersum te dicunt testimonia, non re-  
spondis ei vllis verbis, ita vt miraretur praeses vehementer. Quare? Quia si vobis dixerim, inquit,  
non crederis mihi. Si autem interrogauero, non respondebitis mihi, neq; dimittetis. Cui ergo pla-  
cet exemplum huius insufferenda temeritate falsi testimonij, placeat & respectus rationis, vt vi-  
delicet si sperare licet, falsitate vera posse responsione corrigi, respondeat, & respondendo lucret  
(vt nonnunquam factum est) animas obloquentium, si non omnium, at saltem aliquorum, ex illis, qui audiret  
sanguine, non scilicet, aut ex deliberatione, sed falso testimonio induci. Sic enim Hieremias, cum  
GCCG iij testificarentur

restificarentur aduersus eum sacerdotes & prophete ad principes, & ad omnem populum, dicentes iudicium mortis est viro huic, quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris, non tacuit, sed ait. Dominus misit me, vt prophetarem. Et subinde, Veruntamen scitote, & cognoscite, quoniam si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra volumetipfos, & contra ciuitatem istam, & habitatores eius. In veritate enim misit me dominus. E contra Naboth lezraelites, quia non per errorem vel subitam animorum perturbationem, sed per malitiosam lezabelis & optimatum siue maiorum natu deliberationem, submisit testibus viris diabolicis accusabatur siue iudicabatur, tacuisse & nihil respondisse legitur, recte nimirum & sapienter. Frustra namque effunderet sermonem, vbi non erat auditus. Qui igitur non solum preceptum seruat, vt falsum testimonium non loquatur, sed & consilium approbat, vt falso impugnatus testimonio patientiam amplectatur. Sic exemplo domini tacendum sibi sciat, vt non tantum in suum sanguinem per errorem forte peccaturos decipi suo silentio permittat.

De decimo precepto, & superadijciendo consilio, & quomodo difficile sit huic precepto aliquid superaddi.

CAP. XXVI.

**N**on concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quae illius sunt. Praecepti huius decimi, quasi quadam ferrea securi, cunctarum praeruaricationum radix amputatur, siue extirpatur, radix enim omnium malorum cupiditas. Et notandum, quia septem quasi percussionibus, quo numero plerumque vniuersitas designatur, vniuersa cupiditas percutitur, dum septenaria prohibitione inhihetur. Nam cum sufficere posset vt diceret, non concupisces, etiam si nihil addidisset, maluit septenariam facere prohibitionem. Primo, non concupisces domum proximi tui. Secundo, non desiderabis vxorem eius. Tertio, non seruum. Quarto, non ancillam. Quinto, non bouem. Sexto, non asinum. Septimo, nec omnia quae illius sunt. Omnium igitur quae in mundo sunt dilectio damnata est, quoniam omne quod est in mundo (inquit apostolus Iohannes) concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitae. Huius praeccepti transgressor, iam tunc quisque addicitur, cum in voluntate habet moechari, aut furari, siue aliquid quippiam talium praeruaricationum perpetrare, etiam si voluntatem ipsam nequeat actu adimplere. Et quid dicemus de superadijciendo consilio, quando vix, aut fere nullus perfectus inuenitur in adimplendo praeccepto isto? Quis enim gloriabitur, castum se habere cor? Audenter dico, plures esse vel fuisse, qui acceperunt consilium, quam qui perfecte adimpleuerunt mandatum. Plures enim, id est, aliquos non dubitamus dicere vel dixisse, cupio dissolui, & esse cum Christo, qui autem gloriatur castum se habere cor, nullus aut rarissimus est. Hoc itaque tantum dixisse libeat, praecceptum esse, non concupiscere, consilium autem, cupere dissolui, & esse cum Christo.

Quam verum veritas dixerit: Non veni legem soluere, sed adimplere.

CAPVT XXVII.

**V**erum igitur veritas dixit, tam veraciter quam grauius Christus locutus est, Nolite putare quia veni soluere legem aut prophetas. Non veni soluere, sed adimplere. Verum, inquam, & matura grauitate ponderatum verbum locutus est, nimirum concilius libimet huius spiritus sancti, spiritus consilij, quem daturus erat, per quem (sicut diximus) & multo melius, multo abundantius, quam dicere potuimus, legem implere habebat. Quibus autem & quam obrem sic dixit & sic locutus est? Dixit nimirum praesentibus discipulis suis, Christum, siue secundum linguam ipsorum Messiam, venisse, & hunc illum esse credentibus atque gaudentibus, locutus est aduersarijs suis, scribis & pharisaeis de proximo audituris, sibi quae insidias atque calumniam structuris, tanquam aduersario legis. Istis carnale Christi regnum, carnali sensu expectantibus, illis inuidiae spiritu pro eodem rege torquendis & frustra quaesituris, quomodo doctrinam eius quasi iuste calumniarentur. Et de illis quidem manifestum est, quam verum, quam constanter praclusi sint tali promissione, praesertim quia dicta compleuit rerum veritate, quia neminem docuit legem soluere aut prophetas, docendo potius, vt quod minus iusserat infirma lex, superadijcerent spontanea sui consilij electione. Porro de discipulis eius carnale regnum eius fore opinantibus, quid aliud dicamus, nisi quia putabant eum legem & prophetas velle dissoluere? Cum enim putarent, in regno eius fore licitum occidere, & gentium spolia detrahere, aureamque & gemmatam Hierusalem extruere, quid aliud expectabant, quam sine lege viuere, & sub nomine regni dei, regnum concupiscentiae? Tales quidem inuenit, & tales vocauit, sed longe alios fecit, isto dato spiritu sancto, spiritu consilij.

FINIS COMMENTARIORVM QVINTI LIBRI, scilicet de Consilio.

RVPERTI

De spiritu fortitudinis, quam pulchre septem spirituum medius sit, & quod ceteri magis in otio, hic autem magis in actu sit.

CAP. I.



**V**ARTVS idemque medius septem spirituum dei, & velut in quodam sedens principatu, praedicatur spiritus fortitudinis. Et recte, Nam inter caetera spiritus sancti opera, opus fortitudinis magnum & mirificum est. Denique & agnus dei vt Apoc. 1. fortiosus, habens cornua septem, & oculos septem, propter cornu istud, fortissimo & bestiarum regis similatur leoni, cum dicitur in Apocalypsi de ipso quem Genes. 49. videbat Iohannes agnum in medio throni. Ecce vicit leo de tribu Iuda radix Dauid. Et in antiquissima propheta, spiritus idem, ob causam eandem dicit, Catulus leonis Iuda, ad praedam filii mi ascendisti. Pulchre ergo medius spirituum positus est, spiritus fortitudinis, vt pro ipso Iob. 12. quoque loco vel ordine, pari iure obtineat praerogoniam cum primo, scilicet cum spiritu sapientiae, dicente beato Iob. Apud ipsum est sapientia & fortitudo. Denique per sapientiam illo in loco recte caeteri omnes, praeter spiritum fortitudinis, spiritus intelliguntur, quia videlicet spiritus intellectus, & spiritus consilij, spiritus scientiae, & pietatis, & spiritus timoris domini, spiritui sapientiae magis cooperantur, videlicet vt intus & in otio satis & plenius exerceatur, spiritus autem fortitudinis magis est in actu, & foris operatur siue praerliatur, & praerliando sancta illis otia componit.

De spiritu fortitudinis primum in Christo, deinde & in apostolis, sanctisque praedicatoribus considerando, deinde in ecclesiae rectoribus, iuxta illud Salomonis: Tria sunt quae bene gradiuntur, Leo fortissimus bestiarum, Gallus, &c.

CAP. II.

**H**uius igitur, id est, spiritus fortitudinis, magnalia quae praedicemus, primum in ipso consideremus Christo, deinde in apostolis siue apostolicis viris Christi praedicatoribus, deinde & in sanctis ecclesiae Christi rectoribus, secundum illam sapientissimi sententiam Salomonis. Tria sunt quae bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter. Leo fortissimus bestiarum, ad nullum pauebit occursum, Gallus succinctus lumbos, & Aries, nec est rex, qui resistat ei, & qui stultus apparuit, postquam leuatus est in sublime. Si enim intellexisset, ori imposuisset manum. Denique leo fortissimus bestiarum deus est, fortissimus spirituum, deus inquam, & homo Christus, de quo verissime dictum est, ad nullius pauebit occursum. Ipse enim dixit, cum ex portate, & non ex debita necessitate poneret animam suam, Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam. Sed & ante hoc, de eodem sibi occursum nihil pauescens, dixerat. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi eijctur foras. Gallus autem, qui Ioh. 14. diuidit, & canendo annunciat noctis horas, gallus inquam, succinctus lumbos, praedicator est, Ibi dem. 14. qui per noctem praesentis seculi, dormire nos profundo securitatis somno non sinit, lucē instare negociosam annunciat, id est, diem iudicij, suum in retea castigans corpus & in seruitutem rediens, ne forte, in quiens, cum alijs praedicauerim, ipse reprobus efficiat. Cantus eius huiusmodi 1. Cor. 9. est, Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur Rom. 13. arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, & his similia. Porro aries quisque praelatus est, qui Praelatus aries est. non quidem foris praedicator, sed intus rationalibus ouibus praest, easque ducit ac reducit ad caulas, & non est, inquit, rex qui resistat ei, nec enim regem gladius timet, vt sui obliuiscatur propoliti, quin etiam si rex resistit, eumque gladio percusserit, melius viuunt, & oues illas viuendo ex plo melius ducit. Qui autem stultus apparuit in sublime elatus, Antichristus erit. Qui feliciter quidem, sed non vt caetera illa bene, graditur. Nam faciet quidem & prosperabit, sed non bono fine prosperabitur, & idcirco non bene graditur. Quantus in illo leone fortissimo, in illo gallo succincto, & in illo ariete cornuto, claruit iste spiritus fortitudinis? Leo ille & per semetipsum leonem diaboli vicit, & per gallum, & per arietem, nunc siue cum gallo & ariete illo, bestiam illam quam vidit Daniel, superauit, bestiam terribilem atque mirabilem & forte nimis dentes ferreos habentem magnos, Dan. 7. comedentem atque comminuentem, & reliqua pedibus conculcantem. Non enim parum spectaculi habet, quae non adulescere, sed iam usque ad plenam adultam & roborato Romano imperio, silere & sub eo toto tremante mundo spiritus iste, spiritus fortitudinis tantummodo, gallum contra leges eius canentem, & arietem, praeter duo geminae charitatis cornua nihil armorum gerentem immisit, & furor eius irrationabiliter, & sine modo debacchantem deuicit, & conculcatrix orbis terrarum bestiam pedibus eorum conculcanda subtrauit. Haec sunt magnalia spiritus fortitudinis, de quibus aliquid dicturi ipso adiuuante, primum de leone iam dicto dicamus, quod agedo, rem tantam gallo & arietem possibile fecerit.

De leone,

*De leone, qui & agnus, quomodo iuxta Apocalypsim Iohannis, diabolum moriendo vincit atque ligauit primus, & post illum gallus accinctus, & aries iam dictus, id est, apostoli Christi, & martyres eius, quorum primus est Stephanus. CAP. III.*

**L**eo, qui & agnus, prædictæ fessorem atque agitatore[m] bestie diabolum moriendo inuasit atque ligauit, secundum quod Iohannes in Apocalypsi dicit. Et vidi angelum descendentem de cælo, habentem clauim abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem, serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas, & alligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consumantur mille anni. Post hæc oportet eum solui breui tempore. Angelus quippe descendens de cælo, dominum Iesum Christum accipimus, qui magni consilij angelus nuncupatur, quicquid mortalium visitans regionem, fortior alligare voluit fortem, vt vasa eius quæ dudum vasa iræ fuerant, vasa misericordiæ perficeret, hoc peragens opere, quod ante promiserat prædicatione. Nemo, inquit, potest domum fortis intrare & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, id est, diabolum. Quæ enim erat domus, vel quod fortis huius atrium, nisi mundus, & maxime Romanum imperiũ, cuius stipatus sarcelitico, fretulq; obsequio, cubabat in cordibus hominum, defensas ab in delubris gentium? Porro clauis abyssi, diuinorũ est profunditas iudiciorum. Iudicia enim dei, abyssi multa. Hunc ergo, scilicet diabolum fortis ille angelus catenis alligauit, in eo videlicet, quod potestatem eius a seducendis hominibus, qui ad vitam præordinati erant, cohibendo refrenauit. Mille autem anni pro annis omnibus huius seculi intelligi possunt, vt perfecto numero ipsa subintelligatur temporis plenitudo. Mille narius quippe numerus denarij numeri quadratum solidum reddit. Decem quippe decies ducta, facit centum, quæ iam figura quadrata, sed nondum plena est. Vt autem in altitudinem surgat & solida fiat, rursum, centum decies multiplicatur, & mille sunt. Nec aliter illud melius intelligitur quod in psalmo legitur, Memor fuit in seculũ testamenti sui, verbi, quod mandauit in mille generationes, quàm id esse in omnes generationes. Et misit, inquit, illum in abyssum. Vtique diabolus misit in abyssum, quo nomine significata est multitudo innumerabilis impiorum, quorum in malignitatem aduersum ecclesiam dei multum profunda sunt corda, non quia sibi diabolus ante non erat, sed ideo illuc missus dicitur, quia exclusus a credentibus plus cepit impios possidere. Plus namq; possidetur a diabolo, qui nõ solum a deo alienatus est, verum etiã gratis odit seruientes deo. Clausisse quoq; & signasse super eum dicitur, quia clausis, imo destructis idolorum templis, compressit responsa fallaciæ eius, & pleraq; in quibus colebatur, templa in ecclesias conuertit, signata & sanctificata cruce atque inuocatione nominis sui, quod super nos inuocatur. Itaq; per hunc principem fortitudinis, capto atq; ligato fessore diabolo, continuo super bestiam quæ prædiximus, quæ erat equitatus siue subsellium eius, irruit exercitus præliatorum eius, apostoli eius, martyres, qui erant gallus supradictus & aries. De quibus dicturi, a quo rectius quàm a protomartyre incipimus? Is autem Stephanus dictus est, mirando vere, atq; venerando diuinitatis prælagio, cuius in arcano cõsilio fortitudinis huius signifer, beata fuerat sorte prædestinatus. Stephanus quippe coronatus interpretatur. Coronandus autem non solus erat, sed primus, nam omnes animæ iustæ, quæ illum sequuntur, contineat fortium vocabulũ, quod diuino (vt diximus) prælagio, propriũ erat illius. Dicamus igitur.

*De beato Stephano, qui dictus est plenus gratia & fortitudine, qui vltro vsus in populo eadem fortitudine dixit actũ illud propheticũ. Ecce ego, mitte me. CAP. IIIII.*

**S**tephannus plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum & Cyrenensium & Alexandrinorum, & eorum qui erant in Cilicia & Asia disputantes cum Stephano, & nõ poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Verum est quod veritas dixit, quod in agonia sua Christus locutus est, protinus tradendus, imo cum traderetur inter sceleratos reputandus. Et cum venerit paraclætus, spiritus veritatis, ille arguet mundum de peccato & de iustitia & de iudicio. Iam credo, o beate beatorũ signifer Stephane, cum hæc diceret, voces tuas auscultabat, voces sp̃s fortitudinis & gratiæ, quæ te implere habebat, iam audiebat. Tu enim mundũ primus arguisti, per te primum mundũ arguit sp̃s veritatis. Audiebat voces, & quos recepturus eras iam numerauerat lapides, tuumq; meditabat eadẽ nocte sanguinẽ, dum factus in agonia plixius oraret, essetq; sudor eius sicut guttũ sanguinis decurrẽtis in terrã. Nunquid tur conscientie vel p̃cientiæ eius abesse poterat cum diceret, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occiditis & crucifigitis, & ex illis flagellabitis in synagogis vestris. Et subinde, Hierusalẽ Hierusalẽ, quæ occidis pphetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. Imo vt altius repetã, quãdo videte & audiete ppheta dicebat, quẽ mittã, & quẽ ibit nobis? & ecce, inquit, ego, mitte me, tu eras in præparatione dñi super soliu sedẽtis, & sp̃s illius quẽ in te futura erat fortitudinis

fortitudinis & gratiæ suscitauit prophetam, vt diceret. Ecce ego, mitte me. Quis enim hominum, vel per quem hominum deus te iussit ire, & mundum de peccato & de iustitia & de iudicio tam fortiter arguere? Legimus quippe dixisse apostolos. Non est æquum derelinquere nos verbum dei, & ministrare mensis, & deinde scriptum est, quia elegerunt Stephanũ, virum plenum fide & spiritu sancto, & non legimus, quia miserunt apostoli Stephanum, vt apostolica gratia vel fortitudine testificaretur in populo. Sed quid Stephanus (inquit scriptura) plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo. Ergo beate vir, sedente domino super solium & eleuatum, id est, coronato propter passionem mortis filio hominis, & eleuato ad paternæ dexteræ confessum, dicente illo quem militam, & quis ibit nobis? quasi conquereretur & diceret, omnes occidunt & neminem viuere sinunt eorum, quos misimus ab origine mundi, tu quodammodo dixisti, Ecce ego, mitte me. Vltro enim & iniussus non dubitasti domino Iesu sedenti vel stanti a dextris virtutis dei testimonium perhibere.

*De illa fortitudine siue sapientia & spiritu qui loquebatur, cui non poterant resistere disputantes cum eo, & quoniam sapienter accusatores vicit, dicentes se audisse verba blasphemie in Moysen, & deum, & locum sanctum. CAP. V.*

**Q**uæ tandem gratia, qua fortitudine Stephanus plenus erat? Nimirum gratia sapientiæ & fortitudinis spiritus, siue spiritu fortitudinis. Sic enim continuo subiunctum est. Et non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Deniq; quæcunq; ab illo dicta vel acta sunt, sapientiæ & fortitudinis sunt. Videamus ordine rerum siue gestorum. Tunc, inquit, scriptura, submisserunt viros, qui dicerent, se audisse eum dicentem verba blasphemie in Moysen & deum, falsos vtiq; testes, vt subiunctum est, qui dicerent. Homo iste nõ cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legem. Ille autem cunctis videntibus, faciem habes tanquam faciem angeli, & interrogatus a principe sacerdotum dicente, si hæc ita se habent, sic ait. Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Mesopotamia, prius quam moraretur in Carran, & dixit ad illum. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Sic ingressus magna sapientiæ gratia, falsos primo confutauit testes contra se positos, in eo quod dixerant, audisse se eum dicentem verba blasphemie in Moysen & deum, & deinde magno nihilominus fortitudinis impetu contriuit torũ illud contra se collectum concilium vanum, concilium malignantium. Quid enim sibi vult, quod sic inchoauit. Deus gloriæ apparuit, inuitato hætenus quamuis verissimo vtens testimonio, cum dicere posset. Deus apparuit patri nostro Abraham? Ergo tam breuiter quàm sapienter dissoluit accusationem blasphemie, deum gloriæ nominans deum, qui apparuit Abraham. Dixerant enim non solum in Moysen, sed & in deum. Maior blasphemie pars in deum redundare videbatur, & idcirco prius illam diluit, deum gloriæ confitens eum, qui apparuit Abraham, subiungens nota omnipotentissimi diuinitatis & diuinæ veritatis beneficia, quia videlicet repromisit dare illi terram in possessionem, in qua nunc vos habitatis, inquit, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium, &c. Alteram compositæ blasphemie partem, quæ redundabat in Moysen, continuo veritatis & sui defensor, gloriola restificatione destruit, dicens. Eodem tempore natus est Moyses & fuit gratus deo, &c. vsq; ad id quod ait. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israel. Prophetam suscitabit vobis deus de fratribus vestris tanquam me, ipsum autem dicit. Hic est qui fuit in ecclesia, in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Syna, & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare vobis. Cuncta hæc, quæ dixit in Moysen, defendunt aduersus falsos testes puram conscientiam, vnde & vt dignum est de sancto dei famulo sentientem. Et vide, quanta sapientiæ vi maculam sibi iniecit in illa viperarum genimina refundit. Cum enim dixisset, Qui accepit verba vitæ dare vobis, continuo subiunxit. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, &c. vsque ad illud propheticum testimonium. Nunquid victimas aut hostias obtulistis mihi annis XL. in deserto domus Israel, & suscepistis tabernaculũ Moloch, & sidus dei vestri Rempha, figuras quas fecistis adorare eas, vt transferamini vos trans Babylonem. His dictis, quibus supradicta repulsa est calũnia blasphemie, tam in deum, quàm in Moysen, supererat, vt & aliquid pro eo diceret quod falsi testes addiderat, dicendo aduersus locum sanctum. Audiuius enim, inquit, cum dicentẽ, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istũ, & mutabit traditiones, quas tradidit nobis Moyses. Quod vtiq; si dixisset, verum dixisset, & cum veritate locutus fuisset, quæ prædixerat, dicens. Nõ remanebit lapis super lapidẽ, quam veritatem etiam isto tacente, lapides isti clamare habebant. Quæ autem blasphemia fuisset tale quippiam dixisse in illos sanctos lapides? Ait ergo. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, & cætera. vsque ad id quod ait. Sed non excelsus in manu factus habitat, sicut propheta dicit. Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit dominus, aut quis locus requietionis meæ est? Nonne

Acto. 6.

Acto. 6.

Acto. 7.

Genes. 1.

Exodi. 1.

Matth. 14.

Lucæ. 19.

Acto. 7.

Esaiæ. 66.

Nonne

Deut. 9. Nonne manus mea fecit hæc omnia? Ac si diceret. Qualis blasphemia est dixisse, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, cum deus in eo non inhabitet, testate propheta, quia non in manu factis excelsus habitat: Non enim blasphemia recte dici potest, nisi quod contra excelsum, aut contra id dicitur in quo excelsus habitat. Sed Salomon, dicitis, domum istam illi edificauit. Nonne manus mea (inquit per prophetam) fecit hæc omnia? Si cælum & terra transibunt, & hæc omnia quæ manus mea fecit, quanto magis domus ista, quam manus Salomonis edificauit, præsertim cum iam dudum igne Babylónico conflagrata fuerit? Norandum præterea, quia cum dixisset, tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, continuo subiunxit. Sicut disposuit loquens ad Moysen, ut faceret illud secundum formam, quam viderat. Hoc namque dicto ad illam caluiniæ partem respicit, quia cum dixissent. Audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum, addiderant, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et verè mira arte sapientiæ vel gratiæ, qua plenus erat, non solum non negauit se dixisse vel dicere debuisse, quoniam Iesus Nazarenus immutaret traditiones quas tradidit Moyses, sed etiam rationem penè reddidit, propter quam traditiones illas immutari oporteret, hanc videlicet, quia non erant istæ traditiones dei, traditiones quas Moyses tradidit, sed traditiæ fuerant secundum formam siue figuram futurarum traditionum dei, quas Moyses deo præmonstrante vidit, oculo intellectu, oculo propheta. Et hoc non sine autoritate dixit, sed ipsius Moysi, imo dei, qui ad Moysen dixit. Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte præmonstratum est. Ergo aut dixit, aut dicere debuit, quod non se dixisse negauit, scilicet quia Iesus Nazarenus immutaret traditiones quas Moyses tradidit, id est, quod iam cessare haberent exemplaria vel vmbrae cælestium, cælestibus ipsis per Iesum Nazarenum declaratis.

Quanta fortitudine incredulos increpat, dicendo: Dura ceruice, & incircumcisi cordibus & auribus, & cætera pro quibus tamen inuicta charitate, moriens orabat.

## CAPVT VI.

Præmissio quod erat sapientiæ, cui resistere nemo poterat, vel gratiæ qua plenus erat deus, sensus à crimine blasphemiae, quod sibi obiectum fuerat, & bene usus defensione legitima, audiamus nunc illud quod fortitudinis est, qua nihilominus plenum fuisse illum, sacra prædicat autoritas. Dura, inquit, ceruice, & incircumcisi auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri, ita & vos vsque ad id, qui accepistis legem in dispositione angelorum & non custodistis. Veræ fortitudinis hoc, veræ, inquam, non impatientiæ temerariæ vel furoris inconsulti, sed iusti zeli, & iustæ atque rationabiliter zelatis fortitudinis hoc est. Neque enim in hoc eodem dicto proprii cordis motum, sed verum diuini vocis sequitur testimonium. Primus enim dominus ipse dicit. Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Deinde & Moyses ait, Circumcidite igitur præputium cordis vestri, & ceruicem vestram ne induretis amplius. Et in propheta dominus dicit, Patres eorum præuaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc, & filij dura facie & indomabili corde sunt. Item, Omnis quippe domus Israel atrita fronte est, & duro corde. Ergo falsis imperitus testibus vbi se mira sapientia defendit, mira nihilominus fortitudine reos imperitum crimen intentans, cui necessaria testimonia non desint, dura, inquam, ceruice & incircumcisi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis, sicut patres vestri & vos. Semper, inquam, id est, ex quo de Aegypto egredientes cum scriberentur tabulae digito dei, spiritu dei, dixistis ad Aaron. Fac nobis deos qui præcedant nos, Moysi enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti nescimus quid acciderit. Porro vera fortitudo nunquam sine charitate est, & tunc verè in spiritu fortitudinis res agitur, quando fortissimæ charitatis societate ipsa fortitudo vallatur. Cum igitur illi ex increpatione nequiores effecti disseccarentur cordibus suis, & striderent dentibus in eum, cum eijceres extra ciuitatem lapidarent eum, positus ille genibus, clamauit voce magna, dicens. Domine ne statuas illis hoc peccatum. O verè fortis, qui non aduersus homines, sed aduersus hominum malitiam consurrexit. Verè constans & fortis, quem tot lapides depellere non potuerunt ab arce charitatis, in quo dilectio fortis fuit ut mors, imo & plus quam mors. Plus enim apud animam morientis eodem momento valuit fortitudo dilectionis, quam fortitudo mortis. Non saltem dixit videat deus & iudicet, vel tale quippiam quod dicere iure potuisset, sed positus genibus dixit, imo clamauit voce magna. Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Illud fuisse iustitiæ debitum, istud erat spontaneum charitatis officium. Fortis ergo vtrouique, fortis atque dulcis in parte vtriusque. Illic fortiter redarguendo seuiens, hic fortiter moriendo patiens. Secure igitur laus in sine vtraque canitur triumphatori, quia & mortem quam saluator pro se crucifigentibus, hanc iste pro se lapidantibus primus obtulit saluatori. Sequuntur autem illum omnes animæ iustæ professionem habentes eiusdem militiæ, coronam ambientes eiusdem victoriæ.

De

De Petro apostolo qualem inuenit, & qualem illum fecerit iste spiritus fortitudinis, & quomodo ante passionem domini ambulauit super aquas, & timens cepit mergi, post resurrectionem vero eius tunica succinctus, mittens se in mare ad ipsum peruenit, & quid ista portenderint.

## CAP. VII.

Diximus de tyronem, quem manifestum spiritus sanctus, spiritus fortitudinis armavit, de magistris militiæ Petro & Paulo quid dicemus, quos in ipsum caput bestiæ supra memoratæ, dixerit armatos idem spiritus fortitudinis. Nam ut primùm de Petro loquamur, scimus qualem hunc spiritus iste inuenit, qualem fecerit. Antequam glorificato domino Iesu, datus esset iste spiritus, hic nec saltem militiæ nomen agnouerat, militaria Christi signa ne dicam ferre, sed necdum atrectare, aut oculis suis aspiciere præualebat. Testis est illa negatio trina, vbi Petrus mendax, & Christus inuictus est veritas, dicente, non qualicumque persona, sed ancilla ostentaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Negauit Petrus, & ramentum gladius aut hasta non apparebat in manu ancillæ illius. Dixerat autem paulo ante, certans cum domino, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Victor itaque in certamine & palmam veritatis obtinens ille qui dixerat. Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec me ter neges, postmodum quasi alludens ad illam confidentiam immaturam, dicit eidem Petro sic, Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, exiendes manus tuas, & alius te cingat & ducet quo tu non vis. Hoc autem (inquit Euangelista) dixit, significans quomodo clarificaturus esset deum. Quando enim Petrus erat iunior, & semetipsum cingebat. Nimirum quando rudis & laboriosorum certaminum inexpertus, de sua nimium conscientia vel virtute præsumebat dicens, Tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire, & etiam si oportuerit me mori tecum non te negabo, quando educebat gladium, & percussit fortiter, amputauit auriculam serui principis sacerdotum. Tunc Petrus iunior erat, nondum enim multum in sapientia profecerat, quippe qui nesciens, cuius sit solius cingere militem, semetipsum cingebat, dum tam magna tamque fortia de semetipso promittebat. Seniuit autem, quando accepto isto spiritu sancto, spiritus fortitudinis sapiens effectus est. Extunc enim manus suas extendit ad eum, qui cingere nouit, conscientus atque expertus propriæ infirmitatis, & alius eum cinxit, sanctus enim iste spiritus eum fortem fecit, & duxit quo non volebat duci, scilicet ad passionem mortis, quam naturali horrore refugit sensus carnis, quamlibet spiritus præptus sit. Quando hæc dominus Petro dicebat vtrouque tam in illo significauerat. Dudum enim cum nauicula, in qua erant discipuli, in medio mariæ & aretur fluctibus, erat enim ventus contrarius, & ipse quarta vigilia noctis veniret ad eos, ambulans super mare, diceretque illis turbatis & clamantibus præ timore, ego sum, nolite timere, respondens Petrus dixit. Domine si tu es, iube me venire ad te super aquas. At ipse ait, Veni, & cætera vsque ad id quod ait illi, modicæ fidei quare dubitasti. Nimirum in illa modica fide qua dubitauit, & idcirco cepit mergi, illa qua dominum negaturus erat infirmitas præfigurata est. Siquidem ventus ille contrarius, quem dominus non pauescens, ambulabat super aquas, illum præsignauit occursum principis huius mundi, de quo dominus idem certus, quod in se non haberet quicquam, suas tribulationes & seditiones Iudaicas superaturus erat. Ambulans ergo Petrus quoque super aquas, vidit ventum validum & timuit, atque idcirco cepit mergi, quia sic futurum erat, ut de fide sua præsumens, dicendo, Quare non possum te sequi modo, animam meam pono pro te, continuo propter vocem vnus mulierculæ timeret & negaret, quod profecto erat mergi in profundum maris. Sed extendens manum Iesus, apprehendit eum mergi incipientem, quia respiciens (ut Euangelista testatur) in eum, vocauit ad stertum non parum negatione eadem periclitantem. Verum vbi saluator aquas eas dē superauit, & omnem libimet sedauit tempestatem, resurgendo à mortuis, iterum Petrus in mare se misit, tunica succinctus & nequaquam periclitatus est. Scriptum est enim, Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli venerunt nauigio, non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis, trahentes rete piscium. Subinde sequitur, quod paulo ante præmissimus. Amen amen dico tibi, inquit, cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas, & cætera. Igitur quæ in mari præfigurata fuerant, eadem veritas ore proprio confirmabat, quod scilicet Petrus, qui de sua virtute præsumens quodammodo semetipsum cinxerat, dicendo, animam meam pono pro te, & fratrem negando totum penè submersus est. idem alio cingente, id est, spiritu sancto mentem eius confirmante, cunctarum tribulationum aquas omnes superaturus esset.

De Paulo apostolo, quam infirmus, imo quam freneticus fuerit, & qualem illum fecerit iste spiritus fortitudinis.

## CAP. VIII.

At verò Paulus non vtrouque infirmus, sed male fortium, id est freneticorum, maximus fuerat, de qualibus Psalmo medicus percussus acriter Et irruerunt, inquit, in me fortes, HHHh subauditur,

Iohan. 18.  
Matth. 26.  
Iohan. 21.

Matth. 14.

Iohan. 13.

Luce. 22.  
Iohan. 21.

Psal. 18.



subauditur, verè infirmi, & falso fortes, id est, de iustitiæ suæ sanitate præsumentes, verumq; medicum percutientes atq; crucifigentes. Talium infirmorum atq; freneticorum iste vnus fuerat, quando medicum eundem persequatur in membris eius, quem in cælo sedentem in capite tangere non potuit. Deuastabat enim ecclesiã, per domos intrans & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Sed mutauit fortitudinem, imò crudelitatis insaniam mutauit in verã veræ fortitudinis sanitate. Quis dinumeret vniuersa, quæ per eum fecit iste spiritus fortitudinis operat? Vbi proiectus est in terram Saulus & resurrexit Paulus, acceptoq; ibi cibo confortatus est, continuò ingressus in synagogas prædicabat Iesum, cunctisq; admirantibus repentinam eius mutationem, multò magis conualecebat, & confundebar Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Exiit vbiq; fortiter fecit, vbiq; vicit, & gratias, inquit, ago ei qui me confortauit. Vnde rectè animaduertimur est, hæc in eum ad beatum Iob domini dicta debere intelligi. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerotam ad arandum loro tuo, aut confringet glebas vallium post te. Nunquid habebis fiducia in multa fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes ei, quòd reddat sementem tibi, & aream tuam congreget? Nam potest quidè per hunc Rhinocerotam, populum superbiæ singularis intelligi, de quo dominus per prophetã. Libera me, inquit, de ore leonis, & à cornibus vnicornium humilitatem meam, sed hoc melius patet eum ille ex hoc populo ad mediũ ducitur, antea Saulus in superbia primus, & postmodum Paulus in humilitate præcipuus. Hic in nare cornu gestabat, cum se placiturũ deo de crudelitate confidebat. Hunc Rhinocerotam omnis venator extimuit, quia seuitiam eius omnis prædicatore expauit. Sed ad capiendum illum virgo sinum suum expandit, quia videlicet cum pergeret Damascum, incarnata dei sapientia sese illi manifestauit. Dicitur enim Rhinoceros, qui & Monoceros nominatur, tantæ tamq; indomitæ esse fortitudinis, vt nulla venantium virtute capiatur aliquatenus, sed virgo puella ei proponitur, cui sinum aperienti mirum in modum omni ferocitate postposita, caput deponit, licet decepta fera repente velut eneruis reperitur & capitur. Nunquid ergo, ait, volet Rhinoceros seruire tibi, subauditur vt mihi, aut morabitur ad præsepe tuum, videlicet vt iste à me per Ananiam ad baptisimatis religatus est sacramentũ? Nunquid alligabis eum ad arandum loro tuo, id est, ad prædicandum constringes præcepto tuo, ita, scilicet vt dicat. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Aut confringet glebas vallium, id est, impedimenta humilium, post te subauditur sicut post me, verbi gratia, dum dicit. Si circumcidamini Christus vobis nihil proderit: Qui enim in humilium mente fidelium legis duritiam redarguendo contriuit, quid aliud quàm in valle post me glebas regit? Nunquid fiducia habebis in multa fortitudine eius, subauditur vt ego, qui longè ad gætes mitto eum, vt portet nomen meũ coram regibus aut gentibus? Et derelinques ei labores tuos, subauditur vt ego, qui hoc facio, vt dicat, suppleo ea quæ defuerunt passionum Christi in carne mea, nimirum septies afflictus, quemadmodum ipse dicit. Ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragiũ perituli: Nunquid credes ei, quòd reddat sementem tibi, id est, fructiferam prædicationẽ, & aream tuam congreget, id est, ecclesiæ latitudinẽ in ynam fidẽ amplifiet? Subauditur, nõ credes. Nam & Ananias, Domine, inquit, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis, & cetera. Non enim credebat, quòd Aream domini cõgregaturus esset, qui illam hæctenus elationis cornu ventilauerat.

De duobus illis principibus fortissimis, quomodo concorditer Romam illam pro crudelitate bestiam, pro errore asinam, contra hereditariã germanorũ Romuli & Remi discordiã adierint, & ad vnius fidei concordia perduxerint. CAP. IX.

Magna igitur hæc in isto mutatio dexteræ excelsi, magnum & mirificũ in ambobus scilicet, Petro & Paulo experimentum huius spiritus fortitudinis, quorum alterũ falso fortem, alterum verè timidum, ambos autem veraciter sic sanauit infirmos, & sic suã fortitudine armauit, vt irent in illam Romam mundi dominam, tropicẽ Babyloniã dictam, magnam & terribilem bestiam, comedentem, vt superius iam dictum est, dentibus ferreis, atq; cõmnuentem, & reliqua pedibus conculcantem. Veruntamen pro parte illorum, qui credituri erãt, errantes per stultam simplicitatem, vel simplicem stultitiã, dicamus veraciter illam fuisse asinã, & tunc dominum Iesum duos misisse discipulos, vt eandem soluerent asinam, siue caput asinæ, id est, principẽ gentilitatis, quando istos veritatis prædicatores ad illã misit Romam. Alligata enim erat vinculo diabolice seruitutis, & dicturi erant, qui seruitio eius abutebant. Quid facitis soluente asinã? Dominus autẽ. Si quis, ait, vobis aliquid dixerit, dicite, quia dominus opus habet. Venerunt duo isti hoc propositum habentes, vt quamuis cum gladijs & diuersis poenis diceretur eis, quid facitis, non cessarent, non desisterent fortes, fortissimi vinculi solutores, dicentes. Dominus hac opus habet, domino necessaria est. Quid autẽ pulchrius hac duorũ oppositio- ne fratrum spiritualium, contra duos fratres, qui vrbem illam fundauerunt? Duo nanq; fratres Romulus

Romulus & Remus illam fundauerunt malo nimirũ auspicio, vt nunquã deesset ciuilibus discordia, vt noua semper in illa recrudescerent bella ciuilia. Nam vt nobis author ait, Fraterno primu maduerunt sanguine muri. Romulus quippe Remum interfecit per impatientiam conforti. Vnde idem dicit, Omnisq; potestas impatiens confortis erit. Pulchro igitur nimirum spectaculo contra germanos discordes missi sunt hi duo spiritu fratres spirituali germanitate concordēs. Vt super vetera discordiæ fundamenta, nouũ concordiæ fundamentũ Christum ponerent, nouamq; magno regi deo ciuitatem strueret cum sui profusione sanguinis, quæ pro magna firmitate Apostolicę fidei veraciter dici meruit iustitię sedes, fidei domus, aula pudoris, cum antea fuisset superbiæ solium, auaritiæ profundum, vorago sanguinis, & puteus homicidiorũ.

De Nerone diabolice crudelitatis satellite, & quòd nihil profuit seffori eius satana, quòd istos occidit vno eodemq; die, sed tamen (vt aiunt quidam) vno anno intercurrente. CAP. X.

Iam multitudinem gentium isti Christianæ pietatis principes vicerant, ac bene prostratis, victoriæ Christi titulos inscripserant, eum tandem in illam arcem inclytam impetum fecerunt, præfidente Nerone, totius crudelitatis quodam proprio satellite, cuius crudelitatem simulq; insuetam impuritatem toto mundo iam sciente, quidam sapiens adhuc admirans, nec solũ admirans, sed etiam quia potens fuisset, indignans desolebat, ita dicens.

Nouimus quantas dederit ruinas	Quos premunt septem gelidi triones.
Vrbe flammata, patribusq; cæsis,	Quos nothus sicco violentus æstu
Fratre qui quondam ferus interempto	Torret, ardentes recoquens arenas.
Matris effuso maduit cruore,	Heu grauem fortem, quotiens iniquus
Corpus & visu gelidum pererrans,	Additur sæuo gladius veneno.
Ora non tinxit lachrymis, sed esse	Item, Quamuis se tyrro superbus ostro
Censor extincti potuit decoris.	Comeret, & niueis lapillis,
Hic tamen sceptru populos regebat	Inuisus tamen omnibus vigebat
Quos videt condens radios sub vndas	Luxuriæ Nero læuientis.
Phœbus, extremo veniens ab ortu,	

Nam luxuriæ quàm læuientis fuerit, quanta impuritatis, & crudelitatis flagitia siue scelera commiserit, historiæ plurimę referunt, ad præsentem autem locum hoc tantũ dixisse attinet, quia tali persecutore nomini Christiano gloriari licet, quia non quiuis, vel qualiscunq; sed rotius obsecenitatis nothus magister, hoc nomen persequendo habitanti in se spiritui immundo contrarium esse testatus est. Itaq; tali hominione Romano orbi principante, vexillum pietatis isti Apostolorum principes magnæ vrbi intulerunt. Quid faceret aut proficeret draco ille serpens antiquus, qui est diabolus & satanas, qui tunc in illa vrbe cubabat, & super talis imperatoris impuram cervicem incumbere? Ligauerat enim illum, vt superius iam dictũ est, angelus ille, qui descendere de cælo, habens clauim abyssi, & carenam magnam in manu sua. Nihil ergo valuit contra protectorem eorum spiritum fortitudinis, sed pro illo læuientis, vt pote toto nequitie afflatus spiritu Nero, corpora tantũ occidit. Sed quid hoc satanæ profuit? Nunquid morte illorum spiritus iste immortalis exstingui potuit? Non vtique, sed magis in plures abundauit gratias. Non sic in Petro Christus iterum crucifixus, aut in Paulo in quo loquebatur, sic est gladio cæsus, vt postea non loqueretur. Imo magis conualuit fermo dei, cum illorum morte putaretur extinctus. Sic Samson fortissimus, cum proiecisset de manu mandibulam asini, in qua percussisset mille viros, stituit quidem, sed non defecit. Aperuit enim dominus molarem dentem in maxilla, & egressæ sunt aquæ ex eo. Quibus haustis refocillauit spiritũ, & vires recepit. Nunquid enim verus Samson Christus dominus, istos deseruit morietes, aut in ipsa morte proiecit, vt desereret mortuos, per quos viuente pugnavit & vicit? Nam fuerant isti, quasi mandibula asini, id est, non secundum carnem valde nobiles, aut inclyti, maxime Petrus qui non imperator aut senator, sed piscator fuit. Non vtique deseruit, aut proiecit, verũtamen occidi permisit, atq; prosterni, sed sic prostratis sepulchra eorum viuas aquas emanauerunt, corpora eorum miraculorum gratiam profuderunt, & hoc fidem Christi, ne deficeret refecit, atq; in plures abundare copias fidelium fecit. Et alter quidem eorum cruci affixus pependit, alter gladio cecidit. Petrus affigendus cruci humiliter fortis, & fortiter humilis dixit, Quoniam dominus meus Iesus Christus de cælo ad terram descendit, recta cruce sublimatus est, girate crucem meam, quia non sum dignus ita crucifigi sicut dominus meus. At illi verterunt crucem, & pedes eius sursum, manus verò fixerunt deorsum. Super hoc quidam fidelis & in fide laudabilis, metricè canens, ita dixit. Figitur ergo manus subter sola verius in cacumen. Hoc mente maior quo minor figura, Nouerat ex humili, cœlum citius solere adiri. Deiecit ora spiritũ daturus. Paulus gladio ferendus, & horam illam sustinens, dicit eodem spiritu confortatus. Ego enim iam delibor, & tempus meæ resolutionis instat. Bonum certamen certavi, cursum con-

HHHh ij summaui,

summaui, fidem seruauit. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. Et subinde, Dominus mihi assistit, & confortauit me, vt per prædicationem adimpleatur, & audiant omnes Gentes, quia liberatus sum de ore leonis. Creditur ambos vno eodemq; vniusc; eiusdemq; diei anno in clyto cœlos decorasse martyrio, non tamen defuncti, qui putent eodem quidem die, sed non eodẽ martyrium compleuisse anno. Vnde idem qui supra, Vnus vtrunque dies pleno tamen inno- uatus anno, vidit superba morte laureatum. Et subinde, Vt teres orbis iter flexi retro percu- currit anni, diemq; eundem sol reduxit ortus, euomit in iugulum Pauli Nero feruidum furo- rem, iubet feriri gentium magistrum.

**Q**uod in cæteris Apostolis idem prædicandus sit spiritus fortitudinis. *CAP. XI.*  
Adem in cæteris quoq; Apostolis mutatio dextræ excelli, idemq; prædicandum est opus spiritus sancti, spiritus fortitudinis. Omnes quippe ante aduentum eius infirmi erant, & per aduentum eius fortes facti sunt. Vbi enim ministri comprehenderunt Iesum, relicto eo o- Iohan. 16. mnes fugerunt, sicut prædixerat illis. Modo, inquit, creditis: Ecce venit hora, & iam venit, vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solum relinquatis. Ergo infirmi erant, & isto confor- Lucæ. 24. ratore opus habebant. Propterea dicebat continuo, ascensus in cœlum, Ego mittam pro- missum patris mei in vos. Vos autem sedete in ciuitate, quo ad usq; induamini virtute exalto. Venit ista virtus, & induit eos, & sic fortes reddidit, vt terror nemo incuteret illis. Scriptum est enim, Et conuocantes Apostolos cælis denuntiauerunt, ne omnino loquerentur in nomine Acto. 5. Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni ha- biti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Vera ergo erant virtute induti in fortitudine gau- Iohan. 16. dentes, in gaudio fortes, de quo itidem dixerat eis, Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor- vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hanc illis collarã fortitudinem, siue firmi- ratem, per istũ fortitudinis spiritum Propheta longè ante præuidens, cœli, inquit, enarrant glo- riam dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentũ. Cœlos dixit eos, qui prius terra erãt. firmamentum nuncupauit eos, qui prius infirmi fuerant. Et rectè, Sic enim confirmati, omnem Psal. 18. terram prædicatione intonando, & miraculis fulgurando attonitam reddiderunt. nam sicut subiunctum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. An- dreas Achaiam, Mathæus Aethyopiam, Thomas & Bartholomæus Indiam, cæteriq; Apo- stolorum, cæteras partes orbis terrarum præliaturi, cum vexillo crucis inuaserunt, & victoris Christi titulos victi diaboli partibus inferentes, suum libenter sanguinem superaddiderunt, & vbiq; terrarum ecclesiam suo sanguine plantauerunt.

*De Iohanne Apostolo, quod & ipse calicem domini bibit, licet in pace vitam finiuit.*

**P**ost Neronem secundã in Christianos persecutionem Domitianus exciuit. Ab isto dile- ctus domini Iesu, Iohannes in feruentis olei dolium missus est, sed amatoris sui, se prote- gente gratia illæsus exiuit, vt scilicet vitam in pace finiret iuxta veritatẽ dicentis. Sic eum vo- lo manere, donec veniam. Dixerat autem iam dudum huic, & fratri eius Iacobo idem domi- nus Iesus, Calicem quidem meum bibetis, sedere autem mecum non est meum dare vobis. Num ergo sententiæ suæ, sapiëntia oblita est, quando dixit, sic eum volo manere donec veniam, & hac Iohan. 12. voluntate fixa seruauit eum, vt præsentem in pace finiret vitam? Nam Iacobus quidem frater Marc. 10. eius, calicem eius bibere potuit, & primus omnium Apostolorum in Iudæa bibit, occisus gla- dio perfidi Herodis, Hic autem post omnes Apostolos in pace obdormiuit, gratias agens, & di- Acto. 12. cens. Inuitatus ad conuiuũ tuum, venio gratias agens, quia me dignatus es domine Iesu Chri- ste, ad tuas epulas inuitare, sciens quod ex toto corde meo desiderabam te. Descenderat au- tem in foueam dicturus orationem hanc, & postea inuenta est illa fouea plena, nihil aliud ha- bens in se, nisi manna. Num igitur suæ (vt iam dictum est) sententiæ dominus oblitus est, qua dixerat, Calicem meum bibetis? Non vtiq; nam & iste calicem domini bibit, non solũ quia in feruentis olei dolium missus, & propter insuperabilem euangelizandi constantiã in Padmos insulam deputatus est, verum etiam quia quod maximè prædicandum, quodq; maximo præ- conio dignum est, vbi beatæ virginis & genitricis animam gladius pertransiuit, ibi & anima vulnerata est huius dilecti. Alijs nanq; discipulis fuga dilapsis, iste cum illa matre stetit iuxta crucem domini, viditq; illũ proprijs oculis bibere calicem passionis. Quod si complacuit patri, qui filio suo calicem illum dedit, si ita visum est filio, qui calicem illum bibit, vt censeret illum in hoc ipso bibisse calicem suum, quod in illa tali hora proximus assistit, quis est, qui reprehendere possit? Neq; enim sic studiosus quisquam est, vt paruifaciat quod dixerat Symeon matri eius, & tuam ipsius animã gladius pertransibit, pro eo quod visura erat, quando vniuersitas visce- rum eius, in illo filio suo crucifigeretur. Stabat autem (vt iam dictum est) cum ea iuxta crucem iste quoq; dilectus, & siquidem credis, ipse quoq; mente vulnerabatur. Quapropter, vt iam credi- mus, non caret omnino magni huius honore præconij, quod & ipse biberit calicem domini.

*De gloriosis*

*De gloriosis martyribus, martyrumque bellis atque victorijs, quod nunquam tanto vel tali conflictu pugnauerunt Abel atque Cain, licet & ante Christi aduentum semper discordes fuerint.*

*CAP. XIII.*

**P**ost insignes ducum, id est, Apostolorum triumphos, victoriosa sequuntur bella martyriũ, magna ira diaboli, magna fortitudine spiritus sancti, magna strage corporum, magna glorificatione animarũ. Nunquam tantis animis, tantis & talibus armis conuenerant in cam- pum pugnaturi hinc Abel, & inde Cain. hinc ciuitas dei, inde ciuitas diaboli, hinc sancta Hie- rusalem, inde Babylonia meretrix. Et quidem antiquis inimicitijs olim quoq; pugnauerant, multosq; & memorabiles in alterutrum impetus fecerant. sed alio genere armorum, alijs cau- sis bellorum, alia specie victoriarum. Etenim quando pater beati seminis, pater fidelis Abra- ham cum trecentis decẽ & octo vernaculis suis reges quatuor victores insecutus vicit, quan- do Moyses dux populi domini Seon regem Amorraorum, & Og regem Basan occidit, & filios Israel vultus est, de Madianitis, quando Iosue tot gentes, tot Chanaanorum reges interfe- cit, quando tot iudices pugnauerunt contra gentes, & totiens liberauerunt filios Israel, quan- do Dauid Phylisteum percussit, & tantis deinde bellis hostes Israel contriuit. tũ quoq; ciuitas dei contra ciuitatem diaboli, & generatio fidei, pugnabat quidem contra generationem pec- cari, sed alijs, vt dictum est, armis, alio genere belli, alia specie triumphi. Hic iam noua bella ele- git dominus, vbi princeps ipse cum ascenderet ad præliandum, ad mittendum foras fortẽ ar- matum principem huius mundi diabolum, dixit Petro. Conuerte gladium tuum in vaginã. Putabat Petrus illo, de quo iam dictum est, verueto more sibi esse pugnandum, & ob hoc pau- lo ante dixisse dominum eundem. Sed nunc qui habet sacculũ tollat similiter & peram, & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladium. Terreno adhuc sensu occupati, cum hoc audissent, dixerunt, Domine ecce duo gladij hic. At ille non talem gladium quærebat, & id cir- co statim dixit eis, Satis est. Tanquam diceret, Tali gladio satis hætenus sub lege vel permissu legis pugnatum est. nunc iam istum gladium recondite in vaginã, & alium gladium, scilicet dei verbum, de quo scriptum est. Accingere gladio tuo semper scemur tuum potentissimè, qui non habet, emat vendita tunica, id est, postposita omni facultate terrena, vt liber expeditus magnum non contra homines, sed contra hominum vitia, manu forti gladium euaginare va- leat. Qua voce, quali sermone, hæc tam mira, tamq; magnifica loquemur prælia? Supra nos est hoc bellum, altius est, quã vt sermo noster consequi valeat hoc genus bellorum. Audia- mus potius, quid de huiusmodi prælio spiritus dicat.

*De martyrum persecutionibus iuxta illud de Apocalypsi, Et draco stetit ante mulierem que erat paritura, vt cum peperisset deuoraret filium eius.*

*CAP. XIII.*

**E**t signum magnũ apparuit in cœlo, Mulier amicta sole, & sub pedibus eius luna, & in ca- pite eius corona stellarum duodecim, & in vtero habens, & clamabat parturiens, & cru- ciatur, vt pariat. Et visum est aliud signum in cœlo. Et ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem, &c. Mulier nempe ista sancta ecclesia est, mulier quondam nuda nu- ditate illa, quam in primis parentibus per peccatum accidisse sancta scriptura denorat. nunc autem amicta non amictu qualicumq; sed amicta sole, id est, Christo sole vero, sole iustitiæ. Omnes enim, inquit Apostolus, qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et luna sub pedibus, id est, mutabilitas bonorum temporalium in contemptu eius. Non ita hætenus, Pro temporali- bus enim bonis, pro terra enim non viuorum sed morientium, videlicet pro terra Chanaan hætenus ecclesia gladio materiali pugnauerat. Non ergo prius fuerat luna sub pedibus eius, Nunc autem ecclesia perfecta, siue vt perfecta sit, omni mundo abrenuntiare, imò & proprium corpus, vel animam suam odisse iubetur. & ecce nimirum luna sub pedibus eius, & in capite eius corona duodecim stellarum. In capite eius, id est, in initio eius, corona stellarũ duodecim, decus est Apostolorum duodecim. Siue Christum intelligas, siue ipsum primordium eiusdem nascentis ecclesiæ capitis nomine designatum, duodenario caput eius ornatũ est numero Apo- stolorum. Et in vtero habens, & clamabat parturiens, & cruciatur vt pariat. Clamor eius vtiq; bellum contra ipsam exciuit quod subiectum est. Imo clamare illi veraciter pugnare, ho- stemq; prouocare fuit. Quid enim erat, mulierem in vtero habere, & clamare parturientem, & cruciari vt pareret, nisi habere in corde bonum dei verbum, de spiritu amoris dei cõceptum, & prædicare per magnum charitatis affectum, & nimium sollicitari pro generatione filiorũ spi- ritualium. Neq; enim solus hoc Paulus dicere potuit. Filii mei quos iterũ parturio, donec in Galat. 4. vobis Christus reformetur. Vniuersi ordinis prædicatorũ quoscunq; spiritus sanctus misit, qui ordo verè mater ecclesia est, vniuersi ordinis eorum intentio talis est, talis affectus, vt spirituales parere filios, & Christũ formare valeant in suis auditoribus. Idcirco quia charitate Christi vr- gente, tacere nõ potuerunt, quemadmodum mulier in vtero habens, dum cruciatur vt pariat, tacere non potest. iratus est diabolus, & contra illam confurrexit in bellum. Sequitur ergo, Et

HHHh iij ecce

ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum, & misit eas in terram. Et draco stetit ante mulierem, quae erat paritura, ut cum peperisset, deuoraret filium eius. Diabolus enim seruitia cruentus, malitia inuidiosus, contra ecclesiam potentia regni terreni armatus est. In septem capitibus omnes reges eius, in decem cornibus omnia regna mundi intelligimus, de quibus quasi cornibus suis superbit elatus. Nam & in euangelio ad ipsum dei filium audeat, & dicit, ostendens illi omnia regna mundi, & gloriam eorum. Tibi dabo potestatem hanc uniuersam, & gloriam eorum, quia mihi tradita sunt, & cui uolo, do illa. Tu ergo si adoraueris me, erunt omnia tua. Cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, quia uidelicet innumeram partem angelorum uel hominum, dolo fallente, quasi cauda deiecit. Cauda eius est pars caeca, pars immunda, suique uelamine contegens immunda ne pateant. Stetit ante mulierem, ut cum peperisset, deuoraret filium eius. Insihiabatur matri ecclesiae diabolus iam tunc, cum haec sacramenta cernerentur. Christum, id est, fidem Christi quam illa praedicabat, extinguere contendens in cordibus credentium. At illa peperit puerum masculum, semper enim licet aduersante dracone peperit ecclesia Christum. Parit inquam masculum, id est, fortem, ut uidelicet eum, qui foeminam uicerat, vincat diabolum. Nam quis alius filius, quis alius masculus regis gentes, non inter mortuos permanit, aut caro eius corruptionem uidit, sed cito resurrexit, & in caelis ascendit, & sedet a dextris dei. Nisi sic factum fuisset, rufus iste draco, id est, homicida diabolus, memoria eius quata nunc apud nos est, delere potuisset. Idcirco ipse in psalmo resurgere festinans cum dixisset. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber, &c. continuo subsiuit. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici fuscitabunt, & consitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis misericordiam tuam in sepulchro, & ueritatem tuam in perditione? Tanquam diceret, Per resurrectionem meam facies mirabilia mortuis, spiritualiter eos resuscitando per medicos tuos, & ad cognitionem tuam deducendo, atque iustificando, quod non fieret me manente in sepulchro & in perditione, ut inimici exoptant. Hoc est, quod sub illis interrogationibus dixit. Ergo quasi quaereretur, quare filium mulieris huius draco non deuorauit, qui ad deuorandum stetit, subsiuit causa est, quia raptus est filius eius ad deum & ad thronum, id est, quia Christus resurrexit a mortuis, & ascendit ad patrem, & sedet a dextris eius. Postmodum subdit, Et iratus est draco in mulierem, & abiit facere praelium cum reliquis de semine eius. Hoc est praelium, quod nunc miramur, quod praesenti loco in laude & gloria spiritus sancti, spiritus fortitudinis, predicare intendimus.

Matth. 4.  
Luc. 4.

Psal. 2.

Psal. 57.

De praelys martyrum secundum mysticam similitudinem belli Gedeonis, & de eo quod sequitur in Apocalypsi: Et factum est praelium magnum in caelo: Michael & angeli eius praeliabantur cum dracone. CAP. XV.

**O**laudabilem reliquorum exercitum, qui de semine mulieris huius sunt ueluerunt. Praedicando pugnauerunt, patiendo uicerunt, moriendo triumphauerunt. Foris draco praeliabatur, deintus superabat, foris frangebat uasa siustilia, deintus aurea radiabat uictoria. Corporaliter moriendo uinci uidebantur, spiritualiter uictores coronabantur. Sic futurum quondam praesignabatur, duce Gedeon pugnante mirabiliter aduersus agmina Madianitarum. Dimisit ille trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasque uacuas ac lampadas in medio lagenarum. Itum est ad praelium, contractisque lagenis, lampades emicuerunt, quarum coruscante luce, hostes territi in fugam uersi sunt. In tubis clamor praedicationis, in lampadibus claritas miraculorum, in lagenis designata est fragilitas corporum. Consonauerunt tubis, dum praedicauerunt, confregerunt lagenas, dum corpora sua propter deum ad supplicia traderunt, resplenderunt lampadibus, dum post solutionem corporum miraculis coruscauerunt. Tota itaque pugna caelestis, tota uictoria spiritualis. Idcirco continuo post fugam mulieris in similitudinem subiungitur. Et factum est praelium magnum in caelo, Michael & angeli eius praeliabantur cum dracone. Et draco pugnat, & angeli eius, & non ualuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in caelo. Nam quia spiritualiter per administratorios spiritus, uictoria contra diabolum in caelo, id est, ecclesia peragitur, Michael, quod interpretatur, quis sicut deus, & angeli eius praeliari dicuntur, quia uero praelium ipsum sanctorum martyrum est, propter quos administratorij uel auxiliatores sancti angeli mittuntur, continuo subditur. Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Istis itaque scilicet beatis martyribus uisibiliter in oculis insipientium morientibus, & illis uidelicet beatis angelis inuisibiliter propugnantis. Locus liber factus est in caelo. Locus & religio parata est in ecclesia deo uiuo & uero, ut in pluribus templis sacrificaretur iam deo

Iudic. 9.

Apoc. 12.

iam deo uero, quam antea in delubris sacrificabatur diabolo. Ait ergo. Et proiectus est draco ille serpens antiquus, qui uocatur diabolus & sathanas, qui seducit uniuersum orbem, proiectus est in terram, & angeli eius cum eo missi sunt. Nimirum quod hic in terram proiectus dicitur, ad illud pertinet, quod rex ipse martyrum continuo passurus, dicebat. Nunc princeps mundi eiecitur foras. Etenim ubi ille passus est, potestate quidem principem mundi siue draconem istum continuo foras misit, de omnibus sanctis siue electis quoscunque praesciuit & destinauit, ab origine mundi, ueruntamen actu tunc eum de illis tantum foras misit, quos in se credentes habebat, siue mortuos siue uiuos, in eodem tempore suae passionis. De illis ita foras missus est, ut ne saltem nondum erant, sperare adhuc audebat, quod uinceret, ne uocantem sequerentur, & hac spe praeliabatur iracundus, & uehementer iratus. Unde & continuo dicitur. Uae terrae & mari, quia descendit diabolus ad uos, habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Magnum quippe uae illis imminet, quos nequissimus hostis iratus possidet, tanquam terram comedens, atque conculcans, & tanquam mare corubans, & iram quam habet ex eo, quod de spiritualibus expulsus est, in eos quos arctius includit, uindicans. Nam terra ista, illa est, de qua olim serpenti dicebatur. Terram comedens cunctis diebus. In hac terra praeliantibus, ut iam dictum est, Michael & angelis eius, & martyribus sanctis morientibus, & moriendo uicentibus, sub pedibus eorum conterritur, sicut scriptum est. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & caetera.

Iohan. 16.

Gene. 5.

Psal. 90.

De eisdem triumphatoribus innumerabilibus, iuxta illud: Post haec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. CAP. XVI.

**Q**uis horum triumphatorum multitudinem dinumerare potest? Scriptum est enim. Post haec uidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmae in manibus eorum. Et clamabant uoce magna, dicentes. Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Denique uictores isti tam fortes, tam incliti, palmas habentes in manibus, & amicti stolis albis, etiam omnes electi recte intelliguntur per baptismum stolis amicti, & per crucis triumphum palmis adornati, maxime tamen hi sunt, de quibus loco supra memorato iam dictum est. Et ipsi uicerunt eum propter sanguinem, & uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem. Itemque alio loco. Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Arbitramur enim praeter illam stolam primam, quam omnes in baptismo accipimus, quae uniuersalis & omnium regeneratorum una est, esse & proprias singulorum stolas, iuxta huius quoque scripturae locum, alium byssinas. byssinum enim, inquit, iustificationis sanctorum sunt. Huiusmodi stolas praeliantes isti de tribulatione magna uenerunt lauerunt in sanguine agni, quicunque post iustificationem byssinum, post pulchrum honorum operum ornatum, meruerunt sanguinem suum fundere pro testimonio eiusdem agni Christi filij dei. Fuerunt tamen quam plurimi, qui nondum eiusmodi stolis adornati cucurrerunt ad confessionem sancti nominis, & adhuc recenti baptismo nitentes, nullis operum praeculti ornatibus, inducunt gloriam martyrij. De talium si de quidam ita cecinit, Prima petit campum dubia sub sorte duelli Pugnatura fides, agrestis turbida cultu, Nuda humeros, inronsa comas exerta lacertos. Naque repetens laudis calor ad noua ferens Praelia, nec telis meminit, nec tegmine cingi. Pectore sed fides valido, mebrisque reiectis, Prouocat insani frangenda pericula belli. Igitur omnes quidem uictores sunt, & palmae in manibus eorum, qui ad regnum dei perueniunt, quia non nisi hostem eiusdem regni uincendo perueniunt, sed longe caeteris praeminent hi, qui dupliciter uicerunt, & resistendo peccatis, siue suggestionibus serpentis antiqui, quae omnium electorum communis uictoria est, & non diligendo animas suas usque ad mortem, qui specialis beatorum martyrum triumphus est. Etenim superest istis illud, hodieque canticum in caelo, id est, in ecclesia, uoce magna dicentium. Nunc facta est salus, & uirtus, & regnum dei nostri, & potestas Christi eius, quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum dei nostri die ac nocte. Sequitur enim. Et ipsi uicerunt illum propter sanguinem agni, & propter uerbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.

Apoc. 7.

Apoc. 7.

Apoc. 19.

Prudentius in Psycho.

Apoc. 12.

De eisdem cum domino & rege suo uenturis, & de beato Laurentio, quod cum praeterire non patiamur. CAP. XVII.

**E**cce nunc pugnatorum istorum triumphalem celebramus laetitiam, sed nondum uidemus ipsam triumphum illorum gloriam. Sed ecce apparebit dominus quem expectamus, & quamuis moram faciat, expectantes non deficiamus, quia ueniens ueniet, & cum eo sanctorum istorum milia, habens in formore suo scriptum. Rex regum & dominus dominantium. Veniet cum pompa triumphi sui, caelis tremantibus, cunctisque motis caelorum uirtutibus, praecurrentibus huiusce belli HHHh iij insignibus,

Apoc. 19.



De eo quod ait: Ego me obtuli in sacrificium deo in odorem suauitatis, quia sacrificium est deo spiritus contribulatus. CAPVT XXI.

**N**ec verò satis ad piam martyris huius venerationem, solum hunc eius audire vel pronuntiare clamorem, nisi intimo sensu percipiamus eiusdem pium suauemque odorem. Dicebat enim. Ego me obtuli sacrificium deo, in odorem suauitatis, quia sacrificiū est deo spiritus contribulatus. Quis autem nouit quid sit spiritus contribulatus? Quis hoc nouit? Quis sapiens, & hoc intelligit? Verè nemo, nisi qui accipit, Absconditus thesaurus est contribulatio spiritus, nec facile à quouis inuenitur. Absconditus est omnino sapientibus & magnis, vix tandem reuelatur paruulis. Qui tandem illum inuenit, merito gratulatur & dicit. Tribulationem & dolorem inueni. Etenim non parua aut exigua inuentio est. Nam certum & aptum facit locum inuocandi nomen domini. Vnde cum dixisset. Tribulationem & dolorem inueni, statim subiunxit. & nomen domini inuocauit, vt subaudias, quia tunc oportune debuit inuocari eodem spiritu alibi testificante, quia iuxta est dominus his qui tribulato sunt corde. Inuentio ergo tribulationis & doloris inuocandi nomen domini oportunitatem sic facit, & tempore idoneum tanq̃ bonum & non contemptibile sacrificium, idcirco cum dixisset. Ego me obtuli sacrificium deo, in odorem suauitatis, statim subiunxit, quia sacrificium est deo spiritus contribulatus, quod idem est, ac si diceret, quia tribulationem & dolorem inueni. Qui igitur clamorē audiuiimus, eundemq̃ mirantes effertimus, si odorē quoq̃ sentimus sacrificij quod incensum est, id est, contribulati spiritus, tunc demum victorem fortissimum dignè collaudamus, consulem cœli, hæredem paradisi, decus Romani imperij, dignèq̃ appendimus aurum dei, gemmam filij dei, opusificium spiritus sancti, in quo tu rectissime glorificeris, quem prædicamus ô spiritus fortitudinis.

Finis commentariorum libri Sexti, scilicet de Fortitudine.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

OPERIBVS SPIRITVS SANCTI.

Liber Septimus, de Scientia, Liber vnus.

De sancto scientie spiritu, quomodo vel propter quid maxime in euangelio Christi fuerit necessarius. CAPVT I.

**P**ost illa, de quibus præcedenti volumine diximus, prælia martyrum successerunt in ecclesia Christi, sanctorum & verorum studia philosophorum, id est, doctorum habentium, qui post spiritum fortitudinis per descensum scribitur, sanctum scientie spiritum. Hoc nimirum euangelicæ fidei idcirco fuit necessarium, quia diabolus quia duersus illam earens aperte pugnauerat, non solum leo, sed & draco est. Leo quia aperte sæuit, draco quia occultè decipit. Quam diu rugiens aperta persecutione sæuebat per Neronem, aliosq̃ similes illi sarellites suos compellens ad negandū nomen Christianum, tandiu quod leonis est agebat, & tandiu à simplicibus quoq̃ multam scientiam non habentibus cognosci, quod diabolus esset, & deitari siue expugnari non quasi in incertum poterat, ad dimicandum contra illum penè solo spiritu fortitudinis opus erat. At vbi inclinatis iam ad fidē Christi principibus seculi, in quibus velut armis suis confidebat, de templis vel delubris idolorum foras proiectus ille fortis, totus ad dolos conuersus est sub nomine Christiano, per phantasmata hæresum decipiendo Christianos, tunc utiq̃ maxime cepit agere quod draconis est, & talis nō nisi à prudentibus & scientiā habentibus, facile agnosci vel conuinci potuit, q̃ idē diabolus esset sibilans vt draco, qui fuerat prius rugiens vt leo. Hoc igit̃ euangelicę expediterat fidei, vt post spiritū fortitudinis, ordine suo sp̃s sciētij subueniret in periculis.

Que nam scientie & sapientie sit distantia, quia alius scientia, alius sapientia spiritus numeratur. CAPVT II.

**H**ic iam clarè distinguendum est quid scientia, & quid sit sapientia, quidue ab inuicè differant, quoniam nonnihil interesse constat, tam ex isto spiritū numero, vbi alius sapientie, alius prædicatur spiritus scientie, q̃ ex alijs quoq̃ locis scripture, verbī gratia cū dicitur. diuinitie salutis sapientia & scientia, & cū de Christo Apostolus dicit. Quia in ipso sunt oēs thesauri sapientie & scientie absconditi. Dicimus ergo, quia scientia omnium bonarū & licitarum artium est notitia, sapientia verò vnus tantum rei, id est dei, si tamen res dici potest, non sine timore sancto dilectio siue reuerētia. At quoq̃ Ethnicorum quidā, sapientiā primā esse carere stultitia. Dicimus deinde rerū quantamcunq̃ notitiā habentes, deū autē in notitia habere, nō probantes abusiue

abusiuè dici sapientes, quia reuera stulti sunt. Sic enim de illis, qui circa creaturā philosophando, creatorē cognouerunt, sed non glorificauerunt, Apostolus dicit. Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quapropter homo si est sapiens, est & sciens, sed non cōuertitur, vt dicas. Si est sciens, est & sapiens, quemadmodum si est rationale, est & animal. sed non conuertitur vt dicas. Si est animal, est & rationale. Nam reuera quemadmodū ab animali remoto rationali, quicquid relinquitur brutū est. sic à scientia, remota sapientia quæ est dei notitia, quicquid relinquitur stultum est. Nam vt manifestius fiat, vtamur nunc diuisionibus, & intra latissimum vocis huius, id est, scientie significatum, castam sapientiam contineri demonstremus.

Quomodo scientie generale nomen subdividatur vsq̃ ad philosophiam, & quod sit altera inanis, altera vera & sana philosophia. CAPVT III.

**S**cientia alia literalis, alia illiteralis est. Nā literalis quæ literis addiscit, vt sunt oēs artes quæ libris continentur. Illiteralis verò quæ literis non addiscitur, vt est sculproria, siue fabrilis, & talis quilibet, quod rectè quidē scientia dicitur, sed nō legendo percipitur. Rursus literalis scientia, alia liberalis, alia illiberalis. Literalis & illiberalis est medicinæ ars, quam philosophi nō profitentur, quamuis & medici arti suæ liberalitatē plurimū attribuant, dicentes. q̃ idcirco inter septem artes liberales nō numeretur, quia de omnibus vel per omnes ipsa cōstat, ita scilicet, vt medicus nemo veraciter dici vel esse possit, nisi omnū artium liberalium peritus sit. Porro literalis & liberalis sententia philosophia dicitur, cuius in Logica quidem tres, scilicet, Grammatica, Dialectica, Rhetorica. In Physica verò quatuor numerantur partes. Arithmetica, Geometria, Musica, Astronomia. Hucusq̃ seculares magistri artium scientiā per subdivisiones deduxerunt. Porro ecclesiastici adhuc quod optimum optimèq̃ sciendum est, philosophiam subdividerunt, aliam dicentes philosophiam inanem, id est, non secundū deum, alā sanam & verā, id est, secundū deum. Nam Apostolus ad Colos. dicit. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam, secundū traditionem hominū, secundū elementa mundi, & nō secundū Christū. Quod dixerat per philosophiā, hoc repetiuit, dicēdo, inanē fallaciā, ipsamq̃ philosophiam, vel inanem fallaciā aperuit, cur sic dixisset, subiungendo. secundū traditionē hominū, secundū elementa mundi, & non secundū Christū. Est ergo alia philosophia huic opposita, quæ est non secundū traditionem hominū, sed secundū Christum, non inanis aut fallax, sed grauis & vera. Quomodo autē agatur vel exerceatur philosophia secundū Christū, apostolicæ & euangelicæ, imò & propheticæ literę doceat, in quibus, quicquid vtile est septē artium liberaliū inuenit, quisquis scientiā veraciter possidet ad famulatū veritatis quæ Christus est, grauisimè ac decentissime distributū. Erat igitur philosophia, id est, literalis & liberalis scientia, aliter quidem secundum elementa mundi vel traditionē hominum, & aliter secundum Christum. Iuxta modum illum inanis siue fallax philosophia rectè dicitur, iuxta modū istum puro nomine, scientia, vel philosophia, siue cum adiectione philosophia sana, vel scientia dei nominatur.

De temperato nomine philosophia, cur sit positum siue complacitum, & de vanis philosophis, qui dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, & de eo quod dictum est: Perdam sapientiam sapientium. CAPVT IIII.

**I**nterpretatur autem philosophia, sapientie amor. Hoc nimirum nomine prudentiores scientiam artium liberalium rectius nominauerunt, nam aliqui sapientiam illam & semetipso sapientes nuncupare voluerunt. Visum est diligentioribus, hoc esse nimium, videlicet quia multi talium artium, scientiam habentium, nihilominus ita vixerant, vt etiam apud homines, veram & cœlestem sapientiam nescientes, sapientium vocabulo indigni merito iudicarentur. Idcirco noluerunt dicere sapientiam, quia non omnes ad quos peruenit hæc scientia sapientes, id est, stulticia carentes efficit, simul quia vicinū arrogantie videbatur, semetipso nominare sapientes, quod vitium à sapientibus alienum est. Sed rursus si scientiam dicerent, nihil hoc nomine studium suum, studio liberalium artium magis honorarēt, quàm cæterarum artium facultates, quæ liberales non sunt, & tamen (vt supra iam dictum est) sub nomine scientie, tanquam sub genere habendæ sunt. Temperato igitur vocabulo, bene talium scientiā philosophiā, id est, sapientie amorem, & semetipso philosophos, id est, sapientie amatores dicere maluerunt, at tamen & hoc facientes, honestius quidem, sed nihilominus sapientes se esse dicebant, quia sapientes se haberi volebant, atq̃ ita dicentes (ait Apostolus) stulti facti sunt. Quare? Videlicet quia per talis philosophie vel scientie viam, ad veræ sapientie diuersorium, id est, ad glorificandum deum, ad gratias agendas deo peruenire non curabant. Nam inde culpans eos idem dicit. Reuelatur enim ira dei de cœlo super omnē impietate & iniustitiam hominū eorū, qui veritatem dei in iniustitia detinent, quia quod notum est dei, manifestum est in illis. Deus enim illis reuelauit. Inuisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, &c. Non ergo studia condemnat vel scholas grammaticorū, dialecticorū, rhetorū, arithmetorū, geometricorū, musicorū, astronomorū, sed hæc in eis culpatur, q̃ non quaesierunt

Roma. 1.

Colos. 2.

Roma. 1.

ex eis

ex eis sapientiae fructum, propter quae artes istae à deo datae sunt, id est, in notitia habere deum & glorificare sicut deum. Sciendum praeterea locis plerisque sapientiam pro scientia scribi, vel dici more vulgari, exempli gratia, cum in actibus Apostolorum Stephanus dicit. Et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum. Et ad Corinthios Apostolus loquitur. Scriptum est enim. Perdam sapientiam sapientium. Et subinde. Nonne stultam fecit deus sapientiam huius mundi? Nam quia in dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam deum, placuit deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Et paulo post. Sed quae stulta sunt mundi, elegit deus, ut confundat sapientes. Verum ita loquens, non suo ipsius sensu vel iudicio sapientia vel sapientes dicit, quippe qui ad Romanos ait, dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, sed superciliosam aestimationem illorum, quasi sibi sapientes videbantur, acerbius percutit.

Quod omnia de quibus recte praedicatur, dei dona sint, & idcirco spiritus sanctus.

## CAPVT V.

**S**ic ergo scientia sapientiaque differunt, ut maius & minus, quia plura scientiae quam sapientiae nomine significamus, & nomen scientiae quam sapientiae generalius est. Quod autem omnia quae sub isto genere, id est, scientia diuidendo distingimus dona dei sint, & idcirco spiritus sanctus recte spiritus scientiae praedicatur, exemplis comprobare ex abundantia est. Veruntamen singula singulorum breuiter exempla ponamus. Illiteralem & illiberalem scientiam donum dei esse docemur, cum in Exodo legimus. Ecce vocauit dominus ex nomine Beseleel filium Huri, filij Hur, de tribu Iuda, impleuitque eum spiritu dei, sapientia & intelligentia & scientia omni doctrina ad excogitandum & faciendum opus in auro & argento & aere, sculpendisque lapidibus, & opere carpentario. Quicquid fabre adinueniri potest, dedit in corde eius. Olib quoque filium Achisamech, de tribu Dan. Ambos erudiuit sapientia, ut faciant opera abietarij polymitarij ac plumarij, de hyacintho ac purpura, coccocque his tincto & bysso. Vtrumque hic positum est, sapientia scilicet, & scientia, nec non etiam intelligentia, videlicet quia impletus spiritu dei Beseleel, eorum operum quae per artis scientiam foris faciebat, rationes diuinas intus sentiebat. Item literalem & illiberalem scientiam qualis est medicinae ars, donum dei docet illa sapientis sententia. Honora medicum, non est enim medicina, nisi à deo. Literalem & liberalem, quae est philosophia donum dei esse vel ex eo constat, quia in Daniele scriptum est. Pueris autem his, videlicet Ananiae, Misaeli, Azariae, dedit deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientias, Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum, & steterunt in conspectu regis, & omne verbum sapientiae & intellectus quod sciscitatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos, qui erant in vniuerso regno eius.

Quod illud Apostoli dictum: Scientia inflat, charitas vero aedificat, male intelligentibus nomen scientiae suspectum facit.

## CAP. VI.

**M**agna & pulchra haec sancti spiritus gratia, simplicioribus hodieque suspecta est, maxime pro eo quod Apostolus ad Corinthios loquens, dicit de ea. De his autem quae idolis immolantur scimus, quoniam omnes scientiam habemus. Scientia inflat, charitas vero aedificat. Penè hoc solum audierunt, & hoc solum meminere, quod dixit, scientia inflat, non quae rentes, aut quae res scientes, aut quid dixerit, vel cur addiderit, charitas vero aedificat. Tanquam opposita sint haec & simul stare non possint, scientia & charitas, & tanquam opponendo dixerit, scientia inflat, charitas vero aedificat, sic negligenda, imò contemnenda illis videtur scientia, & tunc demum veraciter se arbitrantur dicere. Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis, cum à scientia studijs toto se animo auerterint. Nam scientia inflat, inquit, ait Apostolus Christi. At ille non sic dixit, non sic dictum suum intelligi voluit, neque scientiae charitatem opponere, sed apponere voluit. Nam scientia subauditur sine charitate inflat, charitas vero subauditur cum scientia aedificat. Denique sic recte componuntur, simulque in sancta scriptura gradiuntur, charitas & scientia, quomodo sapientia & scientia. Nam charitas ipsa est vera sapientia. Haec nimirum sine scientia aliquantulum aedificat, cum scientia plurimum aedificat, scientia vero sine charitate inflat. Alioqui ipse qui haec loquitur semetipsum, quod absit, inflatum esse praedicat. Dicturus enim scientia inflat praemisit, scimus, quoniam omnes scientiam habemus. Ad hoc ergo tendit, ut scientiam habentes sapientes Corinthij, charitatem quoque habeant, id est, infirmos fratres non scandalizent manducando idolothyrum argumentando nihilo esse immolatum, eo quod nihil sit idolum, nihil enim substantiale ligno aut lapidi siue aeramento accessit, ut fieret idolum, sed accidenti ab artificis manu effigie est figuratum. Haec profecto scientia inflat, dum charitatem non habens, de eo quod conscientia fratrum cum sit infirma, polluitur, non curat. Itaque suspectam facere aut contemptibilem non debet viri ecclesiastici conscientiam, id quod ab isto dictum est, scientia inflat, sed potius honorabilis ut verè est primum ex eo iudicetur, quod eam spiritus sanctus inter

inter septem principalia dona sua numerat, deinde ex eo quod apud Danielem, sic illam auctoritas diuina commendat. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellae in perpetuas aeternitates.

Quod idcirco scientia in euangelio Christi maxime necessaria fuerit, qui proiectus in terram serpens, misit ex ore suo post mulierem aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine, & de impij Arrij dogmate.

## CAPVT VII.

**I**gitur, ut supra dicemus, post praemia martyrum celebrata spiritu fortitudinis, oportune sanctus scientiae spiritus in opus suum successit. Ille namque draco serpens antiquus, qui de caelo praesumptae diuinitatis proiectus erat in terram pugnantibus illis, ut iam non coleretur in templis, nec ei sacrificaretur cultibus publicis, per ora malignorum, qualis fuit Arrius qui blasphemias in dei filium sibilare coepit, ut populum simplicem nihilominus traheret ad se, non valentem, aut scientem vitare venenum mortis in pulchritudine sermonis. Hoc est quod in Apocalypsi magnifice praemonstratum fuerat, signo illo verè magno, verè mirabili. Et postquam vidit draco, quod proiectus est in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum. Et subinde, Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine. Quod erat istud flumen pessimum, ex ore draconis emissum, postquam pugnatè Michaele & angelis eius, proiectus est in terram, nisi doctrina haereticorum loquacium, & loquacitate fluentium, qui tunc maxime fluere coeperunt, ubi summi imperatores ad fidem Christi conuersi cum angelis sanctis & ecclesia dei legibus pugnantes & edictis, diabolum propulerant de sedibus pristinis, de templis veteribus, & aris. Os nimirum draconis, praedictus Arrius exiit, de quo flumen illud putidum tali fluxu erupisse legimus in ecclesiasticis historijs. Alij quidem dicunt filium eruauationem, alij verò propositionem, alij coingentum. Quas impietates, nec audire possumus, licet innumeras mortes nobis minentur haeretici. Nos autem quoniam dicimus, & sapimus, & docuimus, & docemus, quia filius non est ingentus nec ingenti pars vllio modo, neque ex alio subiecto, sed quoniam voluntate & consilio subsistit ante tempora, & ante secula plenus deus, vniogenitus, conuertibilis, & antequam generaretur aut crearetur non erat, aut praedestinareretur aut fundaretur, ingentus enim non erat, persecutionem parimur, quia dixit. Principium habet filius. Deus autem sine principio est. Et quia diximus, ex non asstantibus est, sic autem diximus, secundum quod nec pars dei est, nec ex aliquo subiecto, propterea persecutionem patimur. Haec haeresis aqua erat putida, & nondum magnum flumen, ubi ab illo suo fonte, ab illo draconis ore profluebat. Verum uti videmus flumen quodlibet, ab oru suo angusto prius alueo fluere, procedendo autem crescere, multisque accurrentibus aquis siue fluuiois in immensum exumescere, sic paulatim serpens vires accepit, & ita immensum creuit impiissima haeresis, concurrentibus multis multorum linguis magniloquis, ybertate eloquentiae fluentibus, & argumentantibus contra simplicitatem euangelicæ fidei, donec per mundum penè vniuersum exundaret flumen magnum, flumen naufragiosum, ut non esset dubium, quin de ore draconis antiqui esset emissum. Sed adiuuit, inquit, terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbit flumen quod misit draco de ore suo. Quomodo adiuuit terra mulierem, vel quomodo absorbit flumen? Nimirum currentibus epistolis Christiani imperij congregata est ad mulieris illius auxilium, ad catholicæ ecclesiae periclitantis adiutorium illa sancta & famolissima Synodus Nicena trecentorum decem & octo episcoporum, & cum eis tanquam ducibus & principibus ad bella domini, plurimi boni & optimi ex diuersis gentibus conuenerunt, alij quidem ad intelligendum & dicendum nimis idonei, omnique scientia vel eruditione, quamcunque hunc sanctum scientiae spiritum suggerere vel dare deceit disciplinatis, simulque vitae virtute praecleari, per quos & mortuos Christus suscitauit, & viuos curauit, & alia miracula innumera operatus est. Ibi profecto terra mulierem adiuuit, ibi flumen illud absorbit, nam impij Arrij dogma, ceteraque haeresum pestes cum illo vel ex illo dogmate pullulantes, condemnauit, mirantibus adhuc seculis, quod eodem episcoporum numero illic pro veritate spiritus sanctus dimicauit, quo & quondam pater Abraham vernaculos domus suae armatos super victores reges educens, in fide sua triumphauit. Sed quid deinde? Et iratus est, inquit, draco in mulierem, & adiecit facere praellum cum reliquis qui sunt de semine eius, qui custodiunt mandata dei, & habent testimonium Iesu. Non enim quieuit draco diabolus, postquam sic absorptum fuit flumen illud hereticum, & postquam digna perditione interierat Arrius, sed vires acerbissime reparauit leuitate Constantij, & superbia crudeliter vsus Valentis impijssimi. Illorum potestatibus armatus, & iratus in mulierem adiecit facere praellum cum reliquis de semine eius, nec enim minus per istos saeuit, quam per Decium aut per Neronem exuierat manifestis & publicis persecutionibus.

**H**uiusce praelij fatigatione anhelantes, quotquot erant de semine eius coeperunt aestuare, & desiderio bono viuos scientiae fontes sitire, statimque animaduertent ad se pertinere, & maxime pro re huiusmodi dictum esse illud a spiritu sancto per os prophetae. Omnes sitientes, venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Venite emite absque argento, & absque villa commutatione vinum & lac. Venerunt ergo sitientes, sitierunt venientes, & sederunt iuxta plenissima fluentia scripturarum, sicut columbae quae lacte sunt locatae, id est, simplicem ac beneuolum habentes oculum, qui multum valet ad consequendam veritatem scripturarum, ad intelligendum illum quo loquuntur illae dei sensum. Nam contra haereticos pugnaces, idcirco cum verba raperent, male tenebant scripturae sensum, quia malignum habebant inuidiae oculum, suamque & non dei querebant gloriam, tumidi, contentiosi, loquaces, elati, diabolicamque aduersus deum & proximum spirantes superbiam in sublimitate sermonis. Idcirco haereses & schismata fecerunt, inflatum habentes spiritum, nimium falsi & fallaces, qui verba veritatis dialecticae, imò sophisticae vanitatis, vinculis se ligare posse putauerunt. Nam reuera dialecticae ars veritatem non persequitur, nec verbo dei necit vinculum, sed potius veritatem sequitur, & verbum dei verum, fidei argumentationibus comprobatur, si quis legitime vtatur illa. Procellum sanctae scripturae diligenter aspiciat dialecticae simul & rhetoricae studiosus pariter & beneuolus, & videbit quod eam tanquam dominam, famulae istae profsequuntur. Itaque quotquot erant de semine mulieris huius, & castitatem matris ecclesiae, quo affectu filios decebat defendere, meditabantur, accedentes ad aquas, vnde & vtiliter sanctam intellexerunt scripturam, propter hoc ipsum, quod non suam sed dei querebant gloriam, matremque suam tam vitam quam morte sua defendere cupiebant. Nam haec est via vel norma siue cognitio discendi, quam in praeliato prophetae capitulo demonstrans ipse deus scientiarum dominus dicit. Audite audientes me, & comedite bonum & delectabitur in crassitudine anima vestra. Inclinate aurem vestram & venite ad me, audite & viuet anima vestra, dicendo, Audite audientes me, nondum expresserat modum auditionis necessariae, & ideo subiunxit. Inclinate aurem vestram, & venite ad me, & continuo quod praemiserat. Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Hoc ipsum repetiuit dicens. Audite me, & viuet anima vestra. Denique inclinate aurem, hoc est, humiliatate mentem. Nam qui humilitate inclinatur, ipse doceri meretur, iuxta illud. Et qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius.

Esa. 55.

Esa. 55.

Quomodo tunc fatigatus Iesus sederit super puteum, & sitientibus dederit aquam viuam.

CAPVT IX.

**V**enerunt itaque sitientes isti ad aquas iam dudum sedente domino Iesu super puteum, & postulante dari sibi bibere a muliere Samaritana, quia fatigatus erat. Et quis eum fatigauerat? Primò Iudaeus qui illum crucifixerat, deinde haereticus, qui nunc illum blasphemaue- rat. Er quidem de fatigatione crucis vel mortis iam in semetipso conualuerat, quia resurrexerat, sed fatigatione blasphemiae adhuc in quibusdam membris suis, in quibusdam fidelibus suis, qui tribulabantur, laborabat. Fatigatus ergo super puteum inferioris aquae, super profundum mundanae scientiae sedens, bibere volebat, grata vicissitudine viuam daturus aquam scientiae suae, ad aquam sitientes inuitabat. Grata quippe vicissitudo haec erat, vt fideles, qui liberalium facultates habebant artium, bene vtendo illis, contra haereticos eisdem artibus male vtentes, veritatem defenderent, quod erat potare Iesum fatigatum & sitientem, atque hoc facientibus daret ipse aquam viuam, magis ac magis aperiendo illis sensum ad veritatem scripturarum intelligendam. Factumque est hoc modo amicum, pulchrumque commercium. Ipsi quam de philosophiae hauserant puteis postulanti domino porrexerunt aquam, de qua ipse dicebat. Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum, & acceperunt ab eo, vt iam dictum est, aquam viuam, de qua qui biberit (ait idem) non sitiet vnquam. Attamen talium quoque quis prior dedit illi & retribuetur ei? Nullus vtique, nam sicut iam superius dictum est, prophetica & omnis licita scientia donum ipsius est, sed ipse bonis suis muneribus bene vtentibus maiora dare dona solitus est. Amplius autem & hoc postmodum erit non praetereundum, quia quos ecclesiasticae fidei defensores habere, quorum lingua contra haereticos vel ad erudiendam ecclesiam suam vt dignaretur ipse egit, ipse prouidit, vt prius artibus liberalibus instruerentur, & in maris periculum ad pugnandum descensuri in nauibus, prius quasi circa littora leuioribus ludis exercebantur. Sic etenim acceperunt, sic aquam viuam biberunt, vt fieret in eis fons, & foris diuiderentur fontes eorum, & in plateis aquas suas diuiderent, id est, vt non solum aliorum scripta legerent & intelligerent, sed & ab alijs vtiliter legenda ipsi scriberent.

Iohan. 4.

Iohan. 4.

Roma. 11.

Quod

Quod maxime & tunc ingresse sunt septem artes liberales in Ecclesiasticum dominum suae triclinium, & quod multum intersit, vtum verba rebus, an res verbis exornentur.

CAPVT X.

**I**ngressae sunt ergo septem artes liberales tanquam famulae in sacrum & reuerendum dominum suae sapientiae triclinium, & quasi de triujs licentiosis ad districtum & seuerum verbi dei magistrum dispositae, & assidere iussae sunt. Vagabantur enim prius per circuitum lasciuiae, garrulae, & verbosae puellulae, nihil operantes, sed curiosae agentes solummodo, vbi negotiosae magis esse videbantur, circa creaturam discutiendam cursitantes, ipsum autem creatorem negligentes. Missae sunt ergo in opus, vt non iam quod superfluum erat de creatura mundi sabularentur, sed serio fideliterque quod expediebat de creatore loquerentur, bonumque ad honorem eius sermonem opere splendido texentes operarent, id est, vt non iam res verbis, sed verba rebus ornarentur. Hoc etenim sermo de creatura rebusque vanis, & interdum mendacibus disputantiis, a sermone disert de creatore vel vita aeterna tractantium, quibus ibi res inopes & macilentae conquisitis vnde cumque verbosum lucis adornantur, hic verba quantumcumque sonora & lucida maiestate rerum vel sensuum superantur & decorantur. Vnde illi scholae per prophetam tropologicè dicitur. Sume citharam circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita. Bene canes, frequenta canticum, vt memoria tui sit. Hinc autem in Canticis dixit ipse Christus. Fauus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Item. Ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Et rectè illa meretrix, ista autem dicitur amica sapientis, quia videlicet illa spectatoribus siue auditoribus passim placere, & semetipsam commendare gestit, ista autem non semetipsam, aut creaturam aliquam pulchram, siue appetendam, sed solum deum pulchrum & omni affectu appetendum demonstrare intendit, & omnino non suam, sed dei gloriam querit. Quid autem dicimus, artes istas in scholam illam tunc esse intromissas? Potius dici poterat cum prius nescirentur, introisse extunc inus apparuisse illas. Nam qui scienter scrutati sunt scripturas, ita inuenerunt, ita experti sunt, & satis admirati, non solum, quod illic essent, verum etiam, quod ita dominam sapientiae luce & maiestate subopertae laterent, vt non facile conspici posset, quod illic essent. penè quomodo lucente sole super terram, luna noua, itemque luna decrepita, stellae quoque circa eandem caeli regionem latent, nec vulgo videntur quod ibi sint. Luna quippe & stellae sole absente, & per alterum hemisphaerium gyrate in altero lucent, in eodem autem hemisphaerio cum sole lucere non valent. Nimirum sic penè liberalis scientiae artes in sancta scriptura cum sapientia dei quamuis simul assint, niteri vulgo non possunt, cum in alijs rationibus, per se plurimum lucidè parere & splendere conseruerint. Maxime autem idcirco non parent cum ibi sint, quia videlicet sic illis sancta scriptura vtitur, vt tamen non dicat qualiter eisdem vtendum sit. Per singulas artes ire, & pauculis quod dictum est exemplis comprobare non pigeat.

Esaie 23.

Cantic. 2.

De prima illarum grammatica & partibus eius, quod ita illis vtatur sancta scriptura, vt ne fabulam quidem praetereat, & quod prius habuerit ea, quae se Graeci auctores inuenisse gloriantur.

CAPVT XI.

**P**rima liberalium artium grammatica, id est, loquendi peritia sic adest, primumque affuit in sancta scriptura siue sapientia dei, vt primordia eiusdem artis, id est, literas communes quas librarij sequerentur, quarum disciplina velut quaedam grammaticae artis infantia est, Hebraeos cum lege domini per Moysen accepisse non dubium sit. Diuisiones quoque grammaticae artis, quae a quibusdam triginta dinumerantur, id est, partes orationis octo, vocem articulatam, syllabam, pedes, accentus, posituram, notam, orthographiam, analogiam, etymologiam, glossam, differentiam, barbarismum, solocismum, vitia, metaplasmum, schemata, tropos, prolam, metra, fabulas, historiam, describere ac distinguere praesentis negotij non est. verum tamen haec in illa contineri vel obseruari vsque adeo verum est, vt fabulam quoque non praetereat. Fabulas autem grammatici a fando nominauerunt, quia non sunt res factae, sed tantum loquendo fictae, quae ideo sunt induta, vt ficto mutorum animalium, vel etiam eorum quae animam non habent, inter se colloquio, imago quaedam vitae hominum nosceretur. Hac ita ille filius Hierobaal in libro Iudicum vtitur. Audite me viri Sychem, ita vt audiat vos deus. Ierunt ligna vt vngerent super se regem. Dixeruntque oliuae. Impera nobis. Quae respondit. Nunquid possum deferere pinguedinem meam, qua & dii vtuntur, & homines. & venire, vt inter ligna promouear. Dixeruntque ligna, ad arboris ficum. Veni & super nos regnum accipe, &c. Et in Paralipomenon, cum misisset Amasias rex Iuda ad regem Israel, dicens. Veni videamus nos mutuo, ille remisit nuncios, dicens. Carduus qui est in Libano, misit ad cedrum Libani, dicens. Da filiam tuam filio meo vxore. Et ecce bestiae quae erant in sylua transierunt, & conculcauerunt carduum. Schemata quoque quod nomen graecum, nos habitum, vel formam, vel figuram rectè nominamus, quia per haec quodammodo vestitur & ornatur oratio, cognoscere licet in sancta scriptura passim reperiri.

Iudic. 9.

2. Para. 25.

III q vt est

vt est illud in Psalmo. Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion. Hoc schema prolepsis, id est, præoccupatio siue præsumptio dicitur, quando ea quæ sequi debent anteponuntur. Ante enim posuit eius, dicendo, Fundamenta eius. & postea, cuius, id est, domini subiungendo, diligit dominus. Sic & cætera schemata siue schematis species, in sancta scriptura sparsim inveniuntur. Et quidè gloriantur Græci talium se figurarum siue troporum fuisse reperi- tores, sed cū sancta scriptura cæteris scripturis omnibus nō solū autoritate, quia diuina est, vel utilitate, quia ad vitā ducit æternam, sed & antiquitate præmineat, nō solū vana, sed & falsa hæc eorū gloriatio est. Nihilominus & metra, quæ ab eo dicuntur quæ certis pedū mensuris atq; spa- tijs terminentur, eadē sancta scriptura non ignorauit. Psalteriū enim lyrici composuere pedes & sancti Iob penē totum volumen hexametris constar versibus, dactylo, spondeoq; currentibus.

De rhetorica vel partibus rhetoricæ, quod istis omnibus bene vtatur sacra scriptura pro re & tempore.

C A P V T XII.

**R**hetorica, id est, benedicēdi scientiam quisquis vnq; apertis alicubi vidit oculis, vt faciem eius veraciter internoscere possit, ipse ad eandem de qua loquimur scripturā accedentes, nisi forte dormitet, aut malevolentia nubilo cecutiatur, dicere non fallitur, quia maxime illic est. Primæ partis eius, id est, inuentionis hic exempla breuiter colligamus. Sunt enim rhetoricæ partes quinque, scilicet inuentio, dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio. Inuentionem ergo hic suspicientes primam dicamus istorum, de quibus nunc loquimur troporum verorum qui sanctam conscribendo scripturā causas dei cū hominibus perorant, præcellentē verissimamq; esse inuentionē, quia videlicet quod inuenerūt vt eloquerentur, aut pronuntiarent, nō vt rhetores, forensis aut ciuilis exercitij de corde vel ingenio proprio, sed de spiritu sancto inuenerūt, quem admodum & Petrus Apostolus ait. Hoc primū intelligentes, quæ omnis prophetica scriptura propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Porro hanc scilicet inuentionē rhetores in lex partibus consumi siue versari dicunt, quæ sunt, exordij, narratio, diuisio, confirmatio, confutatio, conclusio. Exordij, inquit, est principij orationis per quod animus auditoris vel iudicis constituitur, vel apparatur ad audiendū. Narratio est rerū gestarum aut proinde vt gestarum expositio. Diuisio est, per quā aperimus quid conueniat, quid in controuersia est, & per quam exponimus quibus de rebus acturi sumus. Confirmatio est nostrorū argumentorū expositio cū asseueratione. Confutatio est contrariorū locorū disputatio. Conclusio est artificiosus terminus orationis. Harū partium primā scilicet exordij in duo diuidunt, in principij & insinuationem. Principium esse aiunt, cū statim apertis rationibus auditoris animū nobis idoneum reddimus ad audiendū, id est, attentū, docile, & beneuolū. Insinuationē verō, cū pro qua litate causæ alienatū à nobis sentientes auditoris animū, occulte per dissimulationē omnia illa conficimus, vt ad eandē commoditatē in dicendi opere venire possimus. Rursus aiunt, quia si honestū genus causæ erit, licebit vti vel nō vti principio. Quam autē sanctus scripturæ author spiritus suscipit, vel à se audiri causam cupit inhonestam? Recte igitur ab oratoribus istis reprehendi non debeat. licuerit ei vti vel non vti principijs. Nam neq; Moyses principio vsus est, sed statim à narratione inceptit, dicens. In principio creauit deus cælū & terram, neq; Iosue, neq; Iudicum, aut Regum libri principijs vsi sunt, sed idem à narratione incoeperunt. Non autē casu, aut incitua, nam vbi visum est expedire, nemo melius Moyse nouit aut valuit principio vti, non solum quo possit homines aliquos, sed & ipsos cælos attendit, iplamq; terram facere attentam, audiamq; ad audiendum, cū dicit. Audite cæli quæ loquar, audiat terra verba oris mei. Sed & patriarcha Iacob itidem facere oportune nouit, vbi dicit. Congregamini, & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum. Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis diebus nonissimis. Planè hoc principium est, attentos, dociles, beneuolos ad audiendum filios facere gestientis. Alias autē & in lege, & in prophetis per singula penē capitula, idē & ad hoc ipsum valens est principium, quod dicitur. Locutus est dominus ad Moysen dicens. Hæc dicit dominus exercituum. Porro insinuatione, quæ altera exordij species est, qua tunc vtendum esse dicunt, quando auditoris animus alienatus, siue offensus est, siue audiēdo defessus est, Mulier Thecutes apud regem David, cuius animum à filio suo Ablalon dira causæ qualitas alienauerat, vtitur hoc modo. Heu mulier vidua ego sum. Mortuus est vir meus, & ancillæ tuæ erant duo filij. Qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusq; erat qui eos prohibere posset. Es percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce confurgens vniuersa cognatio aduersus ancillam tuam, dicit. Trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus illum pro anima fratris sui quem interfecit & deleamus hereditatem eius, & cætera. Sed quid hinc vel inde exempla queramus, cum ipsa ore proprio incarnata sapientia hac vti dignata sit? Ait enim. Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister, dic. Duo debitores erāt cuidam sceneratori. Vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit

1. Petri 1.

Gene. 1.

Deut. 32.

Gene. 49.

Exod. 33.

1. Re. 17.

Lucæ 7.

donauit vtrifq;. Quis ergo eum plus diligit, &c. Et multa secundum eundem modum atq; pro- velle dicentis præmissio vel non præmissio principio. Narratio omnis in sancta scriptura, q̄ est breuis, & quā dilucida? Arbitramur, & certè non fallimur, quia scriptorum omnium se- cularium, quantumuis accurata narratio comparatione eius fluxa, laciniola, atq; miserè ob- scura est. Sic breuis, sic est lucida, vt miro & penè ineffabili modo, auditorem semper oblectet, semper nouum teneat. Quodq; non minus mirandum, sic facilis est, vt quiuis imitari se posse confidat. Sic grauis, vt nullus modum eius assequi præualeat, vt proinde illud Flacci rectissime dicas. Vt sibi quiuis, Speret idem, sudet multū frustra; labore, Ausus idem. Et alibi. Ante ca- put scaberet viuos & roderet vngues, Sæpe stilum versans, iterum quæ digna legifunt, Scri- pturus. Diuisione quomodo vtatur sanctus scripturæ cōditor spiritus, cum multa dare ex- empla magnifica valeamus, vnum tantum, & hoc ipsum de prælibato euangelij loco ponimus. Dixerat intra se ille Simon. Hic si esset propheta, sciret vtriq; quæ & qualis esset mulier, quæ tan- git eum, quia peccatrix est. Hoc nimirum inter Simonem dominumq; conueniebat, quia pec- catrix erat. Nam dominus libensangebatur, Simon tactum illum reprehendebat tacitus. Di- uisione ergo vsus est, quia omisso quod peccatrix erat, suscepit ad defendendum quod range- bat. Vides, inquit, hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti. Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit, &c. Fit autem defensio per confirmationem & confutationem. Per confirmationem videlicet suæ, per confutationem par- tis aduersariæ. Harum exempla, ne longius abeamus, eodem ex loco sumamus. Propositioni- bus quippe ter binis altrinsecus per oppositionem continuo commissis, hinc penitentis ve- ram iustitiam, quæ ex fide & dilectione est, confirmat. inde falsam reprehendens iustitiam con- futat. Aquam, inquit, pedibus meis non dedisti, hæc autem lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculum mihi non dedisti, hæc autem, ex quo intrauit, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxit, hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Quarta demum oppositio, quanta mansuetudine, vel temperantia reprehendentis inuidiā augere de- clinat? Ait enim. Propter quod dico tibi. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mul- tum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit, deniq; idem est, ac si diceret. Tu autem qui vt tibi videris, minus habes quod dimittatur, minus diligit. Et est sensus. Huic multum diligen- ti, multa remissione peccata remittuntur, tibi autem minus diligenti peccata tua minus remit- tuntur. Conclusio tandem, quæ est artificiosus orationis terminus, non tam artificiose, quā sapienter & iuste vtitur, cum dicit. Fides tua te saluam fecit, vade in pacem. In confirma- tione & confutatione pro magno habent illi, argumentationibus vti, & difficillimum æstimant expolire & expedite pronuciare, quod inuenerunt. Hæc, inquit, res facit, vt neque diutius quā satis est in eisdem locis commoremur, nec eodem identidem reuoluamur, neque inchoa- tam argumentationem relinquamus, neq; incommode ad aliam deinceps transeamus. Abso- lutissimam atque perfectissimam argumentationem esse dicunt, quæ in quinque partes distri- buta est, propositionem, rationem, confirmationem, exornationē, complexionem. Istud quoque in scriptura sua, neque ignorauit, neque aspernatus est spiritus dei, quod si diligenter attendis, non paucis educet exemplis. Siquidē manifestiora quā plura sunt, sed nos vbi forte minus parer hæc facultas, inde nunc breuiter aliqua dare exempla cupimus. Propositio est ille Psalms octauus versiculus. Domine deus noster, quā admirabile est nomen tuum in vni- uersa terra. In illo propheta summarim ostendit, quid sit quod probare intendit. Ratio est, quā sub duobus versiculis, hoc modo annectit. Quoniam eleuata est magnificentia tua super cæ- los. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimi- cum & vltorem. Istis etenim verum esse demonstrat, id quod intendit, scilicet ex eo admirabile esse nomē domini, quia Christus magnificē eleuatus est, & in cælum ascendit. Et deinde ex ore apostolorum qui erant quasi infantes, id est, homines idiotæ & sine literis, perfecit laudē euan- gelicæ fidei, siue prædicationis. Rationis confirmatio est id quod subiungit. Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorū, lunam & stellas quæ tu fundasti. Hic enim versiculus bre- uiter confirmationem quam exposuit, scilicet non adeo mirum siue incredibile esse, quod ex ore infantium, dominas laudem perfecit, quoniam qui infantes, siue lactentes fuerant, acce- pro spiritu sancto, facti sunt cæli, in quorum fide, luna & stellæ, id est, ecclesia, & quicq; electi po- tuere fundari. Exornatio est, quæ sequentibus cōtinetur versiculis. Quid est homo quod me- mor es eius, aut silius hominis quoniam vilitas eū? Minuisti eum paulo minus ab angelis, glo- ria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia sub- iecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insuper & pecora campi, Volucres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Istis etenim versiculis insigniter honorauit, & collocupletauit rem copioso ornatu pietatis, admirando magnitudinem dignationis, quomo- do hominem tam longè inuidia diaboli ab æternitate deiectū tantopere requisierit. Com- plexio est versus prior repetitus. Domine dominus noster, quā admirabile est nomen tuum

Flaccus.

Lucæ 7.

Psalms. 8.



in vniuersa terra. Isto etenim concludendo, breuiter recolligit partes argumentationis. Et hæc quidem perfecta quinque partium argumentatio confirmantis est. Confirmat enim, admirabile esse in vniuersa terra nomen domini. Sequenti vero Psalmo ab eo versu quo dicit, Exurge domine non confortetur homo, vsq; ad eum, quo ait, Exurge domine deus exalteret manus tua, item, si rite perpendas, perfecta quinque partium confirmantis argumentatio est. Constat enim inimicum hominem peccati, filium perditionis, vt ait Apostolus, Qui extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur. Cæterum est, vbi vel vnde breuior, id est, vna à duabus ablatiis partibus fiant argumentationes, scilicet vbi breuior est dicenda res, quæ facile memorie commendatur. Tunc enim exornatio prætermittenda est, si parum locuples ad amplificandum, & exornandum res esse videretur. Sin autem res & tenuis & humilis est, tunc & exornatio & complexio prætermittenda sunt. Istæ verò tanta copia in scripturis nostris inueniuntur, vt vlla dare exempla superfluum putemus, præsertim cum iuxta propositum satis dictum sit, & nos ad alia properemus. Porro tria genera causarum, scilicet demonstratiuum, deliberatiuum, iudiciale. isti quoque oratores siue inuectores nostri receperunt. Neque enim parumper agunt de alicuius, imò quam plurimum certarum personarum laude vel vituperatione, quæ partes demonstratiui generis sunt. verbi gratia, quando laudatur deus, vel vituperatur diabolus. Item, non parum aut raro resonant iustitiam & diuisionem, quæ partes deliberatiui generis sunt, videlicet suadendo bonum, dissuadendo malum. Item, præsepe accusationem tractant, atque defensionem, quæ partes iudicialis generis sunt, accusando videlicet iniustum, defendendo iustum. vt exempli gratia, in Apostolo cum accusatur iniustitia vnus hominis, per quam peccatores constituti sunt multi, & defenditur iustitia vnus hominis, per quam iusti constituuntur multi. Has quoque quas dicunt constitutiones, coniecturalem legitimam, iudiciale, nullus vnquam secularium sic iustis, sic sapienter egit, aut agere potuit, quomodo in sanctis de quibus loquimur scripturis, agitur. Nam coniecturalis est, cum de facto controuersia est, hoc modo. Commendauit aliquis proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiam, & forte mortuum est, aut debilitatum, aut caprum ab hostibus, sed nullus hoc vidit. Quid ergo fiet? Iusturandum, inquit, erit in medio, quod non extenderit manum ad rem proximi sui, suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. Et multa similia. Legitima verò est, cum à scripto, aut à scriptis aliquid controuersie nascitur, hoc modo. Putabant Iudæi se fideliter adimplere diuinam scripturam sanctæ legis, offerendo incensum, & manducando carnes sacrificij. Sed quid? Holocaustomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes, quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocaustomatum & victimarum. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis deus, & vobis eritis populus, & cætera. Verum multo maxime Apostolus ad Hebræos scribens, in hac constitutione consistit, voluntatem scriptoris, imò dei cum scripto siue litera, cui solus Iudæus innititur, conferens, aut literæ præferens, satius intelligibiliter atque probabiliter voluntatem prædicti scriptoris exponens. Iudicialis est, cum factum conuenit, id est, factum esse non negatur, sed iure, an iniuria sit, queritur. Huius autem partes duæ sunt, quarum vna absoluta, altera assumptiua nominatur. Absoluta in iudicijs domini omnino damnatur. Dicitur enim absoluta, cum id ipsum quod factum est, recte factum esse dicitur, ita vt aliud nihil foris assumat. Porro à domino nihil quod recte factum sit, quasi non recte factum queritur. Damnabilis ergo est apud ipsum hæc pars, veniamque non meretur, & ea est huiusmodi. Quæ est, inquit Samuel, hæc vox gregum, quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? Ac deinceps. Quare ergo non audisti vocem domini, sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis domini? Et ait Saul. Imò audisti vocem domini, & ambulavi in via per quam misit me dominus, & adduxi Agag regem Amalech, & Amalech interfeci, & cætera. Altera pars est assumptiua, quæ apud deum in iudicijs eius, partim suscipitur, partim damnatur. Sunt enim partes quatuor, concessio, remotio criminis, translatio criminis, comparatio. Concessio criminis apud illum non solum suscipitur, verum penè sola hæc, vel maxime hæc suscipitur. Concessio namque est, cum reus postulat sibi ignosci. Denique omnes apud illum sumus rei, & hæc omnis pacis nostre via est, & maxime iustus est, qui maxime concedit, & maxime sibi postulat ignosci, iuxta illud. Iustus in principio accusator est sui. Sunt autem huius concessionis partes duæ, altera deprecatio, altera purgatio. Deprecatio est, cum se, & consulto fecisse & peccasse reus confitetur, & tamen postulat, vt sui miseretur. vt exempli gratia David. Tibi soli, inquit, peccaui, & malum coram te feci. Purgatio est, cum consulto negat reus se fecisse, id est, aut per imprudentiam, aut per fortunam, quam nos rectius euentum dicimus, aut per necessitatem. Per imprudentiam hoc modo. Venit deus ad Abimelech, per somnium nocte, & ait illi, En morieris propter mulierem quam tulisti, habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat eam. Et ait. Domine, num gentem iustam & ignorantem interficies? &c. Per casum verò siue per euentum, quod illi per fortunam dicunt, hoc modo. Iratusque Moyses contra filios Aaron qui remanserant, ait. Cur non comedisti hostiam pro peccato in loco sancto, quæ

Psal. 2.

Roma. 5.

Exod. 22.

Hier. 7.

1. Reg. 15.

Psal. 50.

Gene. 20.

Leuit. 10.

quæ sancta sanctorum est? Respondit Aaron. Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram domino. Mihi autem accidit, quod vides. Quomodo potui comedere eam, aut placere domino in ceremonijs mente lugubri? Per necessitatem hoc modo. Cur leprose vestimenta tua scidisti? Heu filia mi, inquit, decepisti me, & ipsa decepta es. Aperui enim os meum ad dominum, & aliud facere non potero. Nam per necessitatem voti, quia os suum aperuit, dicit. Quicumque prius fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram domino, per necessitatem, inquam, voti purgatur, & excusatur, quousque occidit offerendo, & in Catalogo sanctorum qui per fidem vicerunt regna, meretur computari. Item David sanctificatum panem dante Achimelech sacerdote, suscepit, & comedit, & quia propter necessitatem hoc fecit, purgatur & excusatur, cum dominus dicit. Non legitis, quid fecerit David quando elurijt, & qui cum eo erant, quomodo intrauit in domum dei & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus? Et subinde. Si autem sciretis quid est, misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes. Itaque concessio partemque concessionis, deprecatio & purgatio suscipiuntur in iudicijs dei. Comparatio quoque criminis hoc modo. Tu Paule qui dixisti, Si circumcidamini Christus vobis nihil prodest, Cur Timotheum circumcidisti, itemque assumptis viris purificatus cum illis, intraisti in templum annuncians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoque eorum oblatio? Propter vitandum, inquit, periculum maioris criminis, videlicet, quia audierant de me, quod discessionem docerem à Moysè, quod falsum erat, quia cum Moysè sum in spiritu & veritate, sed hoc demonstrari non poterat ratione, demonstravi non sine aliqua criminis similitudine. Translatio vel remotio criminis, quæ duæ sunt, ex quatuor partibus assumptiuarum, quæ pars erat altera iudicialis constitutionis, sapientibus vbiq; vitanda est in iudicio dei, quia videlicet ex ipsis est origo, vel incrementum peccati. Dixit enim deus ad Adam. Quis indicauit tibi, quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comeditisti? Et ille. Mulier, inquit, quam dedisti sociam mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Hæc ille dicens, crimen à se transferre voluit. Translatio namque criminis est, cum fecisse nos non negamus, sed aliorum peccatis coactos fecisse dicimus. Item, Dixit dominus deus ad mulierem. Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens cepit me, & comedi. Hæc dicens crimen non à se amouere, sed culpam ipsam, id est, criminis causam voluit. Remotio namque criminis dicitur, cum à nobis non crimen, sed causam ipsam amouemus, & vel in hominem transferimus, vel in rem quæpiam conferimus. Sed qualem in personam, mulier crimen transtulit, si tamen persona meretur dici? In serpentem siue spiritualem, id est, diabolium, siue terrestrem, id est, colubrum. Qualem in rem? In serpentis deceptionem. Verum hæc translatio non purgat, sed contaminat, non absoluit, sed inuoluit. Qualem enim fuit decipientis pollicitatio serpentis? Nequaquam, inquit, morte morie minis, scit enim deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & critis sicut dii. Dicit mulier, serpentem non solum suasisse, sed & talem quoque rationem ostendisse, cur deberet comedere. Nonne crimen auget, criminis tali remotione? Recte igitur dixerimus, translationem siue remotionem criminis, nequaquam de sancta scriptura queri, vel inter nos & deum constitui, sed & comparisonem vix, concessionem autem semper, & maxime deprecationem, quæ vna & melior est ex duabus partibus concessionis.

De dialectica, quod ipsa quoque in scriptura sancta sit, & maxime in principio Geneleos, vbi genera & species ipsius nominibus profertur, differentiaque, & accidentia & syllogistica vix non negligitur.

CAP. XIII.

Porro dialecticam, nunquid ostentari, aut liberius offerri decebat coram sanctarum scripturarum opifice dei sapientia? Attamen & ipsa illic est, & coram illa domina sua mandati operis partes exequens, vigilantior assidet, & veritatem inuestigat. Nunquid super hoc, quisquam dialecticæ artis alumnus sanctæ scripturæ parietes, vel primam ianuam ingressus dubitat? Primum hoc asserere licet, quia genus, & differentia, species, & proprium, atque accidens, quæ sapientes feculi pro magnis atque arduis habent, quasi prima huius scripturæ incipientis elementa sunt. Sic enim scriptum est. Germinat terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum. Item, Protulit terra herbam virentem, & afferentem seminem iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque semen secundum speciem suam. Et infra, Creauitque deus cetera grandia, & omnem animam viuentem, atque morabilem, quam produxerat aqua in speciebus suis, & omne volatile secundum genus suum. Et subinde. Producat terra animam viuentem in genere suo, & omne reptile in genere suo. Genera ista & species istæ sine dubio sunt, de quibus apud philosophos sermo est, quod & genus describentes assignauerunt, genus esse dicentes quod de pluribus differentiis specie in eo quod quod sit predicatur. Specie quoque assignantes dixerunt, quia

Iudic. 11.

Matth. 12.

Galat. 2.

Actu. 16.

Gene. 1.

species est, quæ ponitur sub assignato genere, & de qua genus in eo quod quid sit prædicatur. Siue ita, species est quod de pluribus differentiis numero in eo quod quid sit prædicatur. Sed hæc quidem inquit, assignatio specialissima, &c. Dicamus ergo quod in ipsa sanctæ scripturæ litera, & simplices quod mulceat, & sapientes, aut philosophos, quod exerceat. Arbitramur enim non minus ad hanc scripturam, quam ad eam quæ est apud Aristotelem prædicamentorum doctrinam, esse necessarium, quid sit genus, & quid differentia, quid species, & quid proprium, & quid accidens. Cum enim dicit lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, & habens vnumquodq; semen secundum speciem suam. lignum utiq; genus esse constituit, & cum dicit pomiferum siue faciens fructum, differentiam ponit, quæ addita generi, scilicet ligno, speciem ligni, id est, arborem constituit. Lignum namq; tanquam genus per differentias oppositas diuidit, dicendo pomiferum siue faciens fructum, & addendo, & habens vnumquodq; semen, siue cuius semen in ipso sit. Aliud namq; est facere fructum, aliud habere semine tantum. Eadem diuisione Psalmista in laudibus dei, dixit. Ligna fructifera & omnes cedri, nisi quod speciem pro differentia posuit, id est, cedrum pro non fructifero ligno. lignum itaq; duntaxat fructiferum arborem, nam lignum non fructiferum arbor dici non consuevit. Vnde nostris temporibus quidam claræ memoriæ, excellentisq; ingenij satis eleganter luisse fertur, iacens in lectulo. At enim, Ligneus est lectus, nulla tamē arbore lectus. Soluere qui poterit, soluat, & eius erit. Verū enim dixit, quia videlicet lectulus de ligno quidē erat, sed de fructifero ligno nō erat, & idcirco veraciter de nulla arbore lectus erat, quia nimirum sicut iam dictum est, non quodlibet lignum, sed lignum fructiferum arbor est. Lignum itaq; genus est, etenim de pluribus differentiis specie prædicatur, scilicet de ligno fructifero siue faciente fructum, & de ligno infructifero siue non afferente fructum, sed semen tantum. Et hoc animatum quidem corpus, sed nondum sensibile est, vel esse dicitur. Porro animati pariter, & sensibilis corporis, id est, animalis, siue animæ viuētis, subinde distinguuntur differentiæ ac species, dum dicitur, Producant aquæ reptilia animæ viuētis, & volatile super terram, &c. Cum enim primum dicitur, producant aquæ reptilia animæ viuētis, & postmodum subditur, producat terra animam viuētem, multo melius, multo rectius secundū hanc scripturam dignissimam, genera ac species siue differentie subordinantur, quam ordinauerit Porphyrius, qui cum subdividendo usq; ad constitutionē animalis deuenisset, continuo animal per differentias rationalis atq; irrationalis, itemq; mortalis & immortalis subdivisit. hæc autem sacratissima series lectionis sic diuidit, ut animalis aliud sit quod aqua, aliud quod terra producit. Et primum quidē eius quod aqua producit, tres differentias subdividit, siue tres species constituit, subdividendo, vel dicendo, volatile super terram, sub firmamento cœli, &, creauitq; deus cete grandia, & omnem animam viuētem atq; morabilem quam produxerant aquæ. Volatile namq; in hoc à cæteris quæ produxerant aquæ, differt, quod super terrā exiit, & nunc volat sub firmamento cœli, cete autem grandia, cum in aquis remanserint, in hoc differunt, quod per foetum veniunt, nam plurima veniunt per ouum. De hac tertia differentia venientium per ouum, cum dicit, in species suas, subaudiendum est subalternas, quæ nimirum dinumerari non possunt. Deinde verò eius animæ viuētis, quam terra producit, dum sic loquitur, producat terra animam viuētem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundum species suas, & deinde faciamus, inquit deus, hominem ad imaginem & similitudinem nostram, illa est diuisio animalis, qua illud Porphyrius diuidit, terreni quippe animalis, aliud est rationale, aliud irrationale iuxta veritatem siue efficientiam potentissimam huius dictionis dei. Rationalitas quippe hominis in eo est, quod ait. Faciamus hominem ad imaginem, siue creauit deus hominem ad imaginem suam. Cæteram subdivisionem rationalis, qua illud in mortale, & in immortale diuidit, scriptura ista non tradidit. Neq; enim aut angelos, qui sunt immortales, animalia dicere consuevit, aut solem & lunam, stellæq; animalia immortalia, aut vilo modo esse animalia, vel animas habere credidit, aut concessit. Libet nunc secundum seriem sacræ huius lectionis à genere generalissimo, id est, à substantia usque ad speciem specialissimam, id est, hominem progredi ordine, quo ipsa nos ducit. Substantia, inquit, est quiddam, & ipsa genus, sub hac corpus est. Nos autem secundū verba scripturæ huius dicimus, quia sub hac est hinc terra, & inde cœlum. Nam in principio creauit deus cœlum & terram. Terra autem est omnis corporea substantia, id est, corpus videlicet omne, quod corporeis oculis cōspicitur. Nam cœlum patria est spirituum, quo licet corpora nostra transferenda speremus, præcessit enim cum carne sua Christus, tamen corpus non est, quia corporeis mortalium oculis non videtur. Ergo sub substantia, corpus, sub corpore, palpabile corpus, sub palpabili, solidum siue immobile corpus, sub solido, animatum corpus, sub animato corpore, animal, sub animali, terrenum siue terrestre animal, sub terrestri, rationale animal. Solidum atque immobile corpus, sub corpore palpabili constituitur, nam & aqua corpus quidem palpabile, sed non solidum aut immobile est. Et hoc, scilicet solidum corpus arida est, quæ iam proprie dicitur terra, dicente deo. Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt in locum

locum vnum, & appareat arida. Et continuo, Factumq; est ita. Et vocauit deus aridā terram. Quo usque scriptura hæc nos duxit, scilicet usque ad rationale animal, id est, hominem processimus diuisionem rationalis relinquentes, quæ, quia ab hac scriptura, sicut supra dictum est, nō traditur, à lectoribus eius iure relinquuntur. Itaq; homo terrestris animalis species est, & eius differentia insigniter exprimitur, cum dicitur. Et creauit deus hominem ad imaginem suam, ad imaginem dei creauit illum. Porro cum dicitur, Formatis igitur dominus deus de humo cum cœtis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam. Et subinde, Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius, non solum differentia, sed & proprium hominis ut edatur competenter exigitur, quia videlicet debuit scire scriptor, cum hæc diceret, quid proprium sit hominis, in quo maxime discernitur, & non inuenitur similis eius. Dicimus ergo hic oportune, causa exigente, quia solus homo disciplinæ perceptibilis est, & solus bipes, ita ut capite sublimi, rectaq; statura, cœlum spectet, & quod visibilis est, & quia quod secundum huius scripturæ auctoritatem recte dicimus, solus inter cuncta animalia, non solum mentem rationalem, sed & linguam ad loquendum habet. Vltimum eorum quæ posuerunt, accidens est. Accidens autem homini maximum, & de quo sanctæ scripturæ auctoritas sancto spiritui, maxima & nō indigna cura, peccatum est, & mors poena peccati. De hoc enim omnis scriptura diuinitus inspirata summopere concertat, quod verè accidens sit, contestans quod deus hominē reſtū fecerit, quod deus mortem non fecerit. Et hoc ex eo, quem nunc tetigimus scripturæ loco defendit veritas, cum dicit, Erat autem uterq; nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescerant. Et subinde, Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrū oculis, aspectuq; delectabile. & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; viro suo. Qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Cumq; cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et infra, Multiplicabo, inquit, ærumnas tuas, & conceptus tuos. Ad virū aut, In sudore, inquit, vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuertēris. Itaq; si non fabulas Gentilium aut hæreticorū, sed veritatem scripturæ attendas, malum non ex substantiali aliqua essentia, sed ex accidenti est, id est, non duo principia, boni & mali erant vel sunt, ut bona à bono, & mala à malo principe subsistant. Constat enim ex hoc vel ex his maxime locis, malum omne, id est, tam mortem animæ, de qua dictum est, in quocunq; enim die comederitis ex eo, morte moriemini, quam mortem corporis, omnemq; dolores, quorum prior est, de quo dicitur, In dolore partes filios tuos, vltimamq; poenam, siue dolorem corporis, id est, mortem eius, de qua dixit, Quia puluis es, & in puluerem reuertēris, constat, inquam, cuncta hæc homini accidisse, præeunte accidente maximo, id est, peccato. Prius enim condita erat substantia, prius, inquam, formauerat dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauerat in faciem eius spiraculum vitæ, & posuerat eum in paradiso voluptatis, quem plantauerat, & erat uterq; nudus, Adam scilicet & vxor eius, & non erubescerant, quia videlicet causa cur erubescerent nondum accesserat. Itaq; malum non substantiale quid, sed accidentale siue actuale est, & penitus nulla est creatura, siue visibilis siue invisibilis, quæ possit mala intelligi per naturam. Magnum verè & negotiosum accidens, circa quod vel propter quod studet, & occupatur, quicunq; verè est sapiens, à cuius discussione nemo vacat, nisi insipiens, & hic est omnis quæ à deo est sapientiæ finis, studere & satagere, quantum huiusmodi accidens subiecto abesse possit. Etenim propter hoc venit de cœlo, & incarnata est, & magnam scholam, id est, sanctam ecclesiam serio instituit in hoc mundo ipsa sapientia dei. Cæterum de accidentibus leuissimis, verbi gratia, dormitionis, siue coruinæ, aut Aethiopicæ nigredinis, seu cuiuslibet coloris, agere vel disputare, non est occupati animi, & circa necessarium vitæ negotium solliciti, neque ad ista descendere, vacat sanctæ illi philosophiæ quæ de cœlo venit. Sapientibus huius seculi, qui apud deum stulti sunt, ista relinquit. Qui nimirum, quia magnum illud accidens, id est, peccatum vel poenam peccati cognoscere dedignati sunt, eodem contempitu, quo cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, idcirco tam inopem, tamq; angustam accidentis definitionem dederunt. Accidens, inquit, est, quod adest, & abest præter subiecti corruptionem. Denique tali definitione nequaquam illud accidens comprehendunt, quod subiectum, id est, hominem omnino corrumpit, imo destruit, ita ut reuertatur in puluerem, & ut sicut Psalmista deplorando concedit, concedendo deplorat. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat, vespere decidat, induret, & arefeat. Sanè omnium accidentium vniuersam multitudinem à creatore sancta scriptura vel creator ipse à semetipso remouet, cum dicit ad Moysen, Ego sum qui sum. Sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Propterea cum de accidentibus homines tractant, qui accidentibus miseris subiacent, & idcirco non sunt, quia permutantur & nunquā in eodem statu permanent, nunquā creatorē in verba sua constringere præsumant, quāuis & de illo in sancta scriptura pleraq; dici vel prædicari audiat significatā quantitātē, qualitātē, relationē, vbi, quando, sitū, habitū, facere, pati. Etenim magnus dicit deus, siue immēsus, nō q̄ aliquādo fuerit paruus siue mensuræ

Psal. 148.

Genes. 1.

Genes. 2.

Genes. 2.

Genes. 3.

Genes. 2.

Rom. 1.

Genes. 1.

Psal. 89.

Exodi. 3.

Iob. 14.

mensuræ alicuius, & bonus, non quod potuerit esse aliud quam bonus. pater filij vel filius patris, non quod aliquando vel hic non pater, vel hic non fuerit filius. & in loco esse dicitur, non quod de loco ad locum transeat, cum sit incircumscriptus. & hodie genuisse dicitur, cum nunquam fuerit quando non esset vel hic pater, vel hic non fuerit filius. & sedere dicitur, non quod sicut Humaniformij putat, forma talis sit, ut vel extendatur, vel complicetur. & indutus vestimēto dicitur, qui cum corpus non sit, sine dubio nec pannis constringitur. sed & requiescere, vel requiescisse scribitur, qui semper fuit & est quietus. & patiens esse, qui nullis subiaceret passionibus, sed hoc ipsum semper est, quod semper fuit, & nunquam mutatur, quippe qui non formatus est, sed tantum forma carens est materia, unde & nullis subiaceret accidentibus. Huius artis utilitas & virtus, tota ostenditur in syllogismis, quorum conclusio plurimum lectorem adiuvat, ad veritatem inuestigandam, tantum, ut absit illi error decipiendi aduersarium per sophismata fallarum conclusionū. Quis autem omnium secularium, ita ut hæc sancta scriptura fortiter ac suauiter nouit aut potuit nodosum texere aut stringere syllogismū? Ne longius abeamus, hic in isto capite libri sic propositum est. In principio creauit deus cœlum & terram. Hic sine dubio deus est subiectum, creauit cœlum & terram, est prædicatum. Tunc autem propositioni concedendum est, quando prædicatum subiecto coherere perspicuum est. Concedit ergo fides, etenim non ad infideles, sed ad fideles, & contra infideles huic scripturæ sermo est. Assumptio sequitur continuū, cum dicit. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi, & spiritus dei ferebatur super aquas, &c. Quid hac assumptione spectabilius, ubi scriptor illud quod assumatur, sic proponit, ut simul ostendat rem, id est, illā quæ in creando assumptio nem materię informis, quomodo creator qui de nihilo creauerat ad operandum, ad faciendas & distinguendas formas illā assumpserit. Sequitur enim, Dixitque deus. Fiat lux, &c. Tandemque sic concludit, Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Plena est diuinę scripturę pagina, tam perfectis syllogismis, quorum breuitate maxime rhetores delectantur.

*De Arithmetica, quod ibi sit, & quod multa mysteria numerorum ratione colligantur.*

## CAPVT XIII.

**A**rithmetica, id est, numerorum ratio, in multis sanctarum scripturarum locis, quantum mysterium habeat, elucet. Non enim frustra in laudibus dei dictum est. Omnia in mensura, & numero, & pondere fecisti. Senarius namque, qui partibus suis perfectus est, perfectionem mundi quadam numeri sui significatione declarat. Similiter & XL. dies quibus Moyse & Helias, & ipse Dominus ieiunauerunt, sine numerorū cognitione non intelligitur. Sic & alij in scripturis sacris existunt numeri, quorum figuras non nisi huius artis scientiæque periti soluere possumus. Datum est etiam nobis ex parte aliqua, sub numerorum consistere disciplina, quando horas per eam discimus, quando de mensium curriculo disputamus, quando spatium anni redeuntis agnoscimus. Per numerum quidem, ne confundamur, instruimur. Tolle numerum in rebus omnibus, & omnia pereunt. Adime seculo computam, & cuncta ignorantia cæca complectitur. Nec differre potest à cæteris animalibus, qui calculi nescit rationem.

*De Geometria, quod multa secundum illam disciplinam in scripturis inueniantur.*

## CAPVT XV.

**G**eometricę disciplinę multa sunt in scripturis sacris vocabula, scilicet digitus, palmus, cubitus, pes, passus, stadium, militare, & cætera talia. Veruntamen hæc disciplina magna ex parte curiositatis vitio denotatur, & pro parte illa nusquam in sacris verbis dei rationibus recipitur. Primum quippe ab Aegyptiis reperta dicitur, quod vnde Nilo, & omnibus possessionibus eius limo obductis, initium terrę diuidendę per lineas & mensuras nomē arti dedit, qui deinde longius acumen sapientium profecti, & maris & cœli & aëris spatia metiuntur. Nam prouocati studio, sic cœperunt post terrę dimensionem & cœli spatia quærere, quanto interuallo Luna à terris, à luna Sol ipse distaret, & vsq; ad verticem cœli quanta se mensura distenderet, sicque interualla ipsa cœli, orbisque ambitum per numerum stadiorum ratione probabili distinxerunt. Sed quia ex terrę dimensionem hæc disciplina cœpit, ex initio sui & nomen seruauit. Nam Geometria de terra & de mensura nuncupata est. Terra enim Græcè Ge vocatur, metra mensura. Sed quid hæc ad veram utilitatem? Quo nobis scire vel opinari, quantis à terra stadijs subleuatus sit globus lunę aut solis, quanto superet magnitudinem terrę magnitudo solis, quotiē terra ipsa tendatur stadijs. Hæc ergo pars cura vel studio vere sapientię digna nō fuit. Cæterum & pro parte hæc eadem disciplina apud eandem scripturam fuit acceptabilis, scilicet, in construendo quippiam ad præceptū nomini cōmodē & rationalibus mensuris. Exempli gratia, Fac tibi arcam (inquit) de lignis leuigatis, mansuetulas in arca facies & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eam. Trecentorum cubitorū erit longitudo arcę, quinquaginta cubitorū latitudo, & triginta cubitorū altitudo illius. Rationalis quippe dimensio est, exceptis profundioribus que nos latent mysterijs, ubi latitudo sexta est longitudo dinis,

dinis, & altitudo decima est portio eiusdem longitudinis. Quinquaginta namque sexta est pars trecentorum, & triginta decima est pars trecentorum. Habetque hæc figura similitudinē quādam humani corporis, quia videlicet corpus hominis prostratum vel supinatum in longitudine sexies latitudinem sui, & decies habet altitudinem sui. Multa itidem in compositione tabernaculi, multa in constructione templi vtiliter considerantur, quæ præter structurę ipsius rationabilem modū aliquid innuunt, unde diligentis animus lectoris vtiliter magis ædificetur.

*De Musica, quod & ipsa valde familiaris sit scripturę sanctę. CAP. XVI.*

**M**USICA vero nunquid peregrina est ab ista, de qua loquimur, scriptura sancta? Imo familiaris valde apud eam, & consecratis vernacula, atque præ alijs officialis magisque est necessaria. Huius repertorem Moyse dicit fuisse Tubal, qui fuit de stirpe Cain ante diluuiū. Verum ad famularū sapientię, ad adiutorium siue cooperationē cœlestis doctrinę, per præcipuum prophetarū David, hanc spiritus sanctus introduxit. Grandē quippe impendebat negotium atque certamen verbo dei, scilicet iuuenilem petulantiam mundi lasciuientis terrere atque coercere metu inferni, nimumque carnales amatores presentis seculi excitare in amorem regni dei, nudo sermone & nominibus proprijs, quod scriptor legis nō fecit Moyse. Nusquam enim verbis, palam lex, regnum dei repromisit, aut pœnas cōminata est inferni, excepto duntaxat quod in cantico Deuteronomij, Ignis (inquit) succensus est in furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima. sed præuicatoribus, ista quidem comminabatur, famem, gladium, pestilentiam, & malas bestias. obedientibus autem, terram lacte & melle manantem, terram de cuius montibus æris metalla foderent promittebat. Per os prophetę & regis huius, orare primum cœpit spiritus sanctus gemitibus inenarrabilibus, claro sermone res exprimens, ut homo de inferno erueretur, & regnum dei consequeretur. ideoque ad rem tantam, tamque necessariā rudes eatenus auditores attenti dociles ac beneuoli redderentur, sonora adhibuit instrumenta cum hymnifona vocis melodia, sonum tubę, psalterium, & citharam, cordasque & organum, cymbala bene sonantia, cantans domino misericordiam & iudicium, non ignorans numerum ipsum, in quo vis musicę cōsistit, quem & Pythagoras apud Græcos postea reperisse fertur ex malleorum sonitu. Nec mirū, cum & longē ante David, mira & venerabili ratione, Abraham & misericordiam & iudicium domino cantauerit, non voce organica neque instrumentis, sed tantum proportionabilibus numeris, in quibus vis musicę consistit. Dixerat enim dominus, Si inuenero in Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittā omni loco propter eos. Tunc ille ingressus colloquium & in humilitatis suę magnitudine habens fiduciam, quid (inquit) si minus quinquaginta iustus quinque fuerint? Delebis propter quadraginta quinque vrbem vniuersam. Ac deinceps, Sinaurem quadraginta inuenti fuerint, quid facies? Quid si ibi inuenti fuerint xx? Quid si ibi inuenti fuerint xx. Quid si ibi inuenti fuerint xx? Er dominus ad singula respondens, non delebo (inquit) si inuenero ibi XL. non percutiam propter XL. nō faciam si inuenero ibi xx. non interficiam propter xx. non delebo propter x. Nunquid casu Abraham ralter numeros diminuebat, & non potius filios suos misericordiam & iudiciū domino cantare docebat. Sic namque diuisit, sic diminuit proportionabiliter, ut nullam earū proportionum, quæ musicos reddunt sonos omitteret. Denique XL. ad XL. epogdo, id est, sesquioctaua proportionem tonum efficiunt. XL. ad xx. collati epitritum, id est, sesquitercium efficiunt, & diatesseron reddunt. xx. ad xx. Ennolion, id est, sesquialterum faciunt, & sonū diatēpente reddunt. xx. ad xx. dupli sunt, & maximam symphoniam diapason efficiunt. xx. ad xx. tripli sunt & diapason cum diatēpente reddunt. XL. vero ad x. quadrupli sunt, & bis diapason efficiunt. Cum itaque nulla proportionum mulicarum in istis desit numeris, nō est arbitrandum quod homo tantus, præsertim cum deo loquens, casu, sine ratione, & quomodo in buccam uenerunt, ita eos decerperit. Plurima hinc dici poterant, sed hoc præsentis propositi non est, & nos ad finem tendimus.

*De Astronomia, quod ipsa quoque ibi sit, & que astronomiæ & astrologiæ distantia sit.*

## CAPVT XVII.

**A**stronomiæ quoque notitia sanctę scripturę nō deesse constat, præsertim cum iam à principio dicat. Dixit quoque deus, sicut luminaria in firmamento, & diuidant diē & noctem, & sint in signa & tempora & dies & annos. Et Ecclesiastes loquitur, Oritur sol & occidit & ad locū suum reuertitur, ibique renascens, gyrat per meridiem, & hęcitur ad aquilonem. Dicimus autē astronomiæ, non astrologiæ notitiam vel disciplinā. nam differat aliquid inter vtrunque. Nam astronomia considerat cœli conuersionē, ortus, obitus, motusque siderū continet, vel qua ex causa ita vocetur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est. Naturalis dum exequitur solis & lunę cursum, vel stellarū certas temporum stationes. Superstitiosa vero illa est, quam mathematici sequuntur, qui in stellis auguriantur, quique etiam XII. cœli signa, per singula animæ vel corporis mēbra disponunt, syderumque cursu naturas hominū & mores predicare conantur.

conantur. Astronomicam ergo rationem de scriptura sancta accipimus, & maxime circa lunæ cursum, propter obseruandæ legitimæ pascæ terminum, id est, primi mensis diem decimum quartum, nam Hebræi solos lunares ex lege nouerunt & obseruant menfes, iuxta naturalem lunæ cursum, tricenis vndericenisq; diebus communium annorum menfes duodenos explicant, & tertio vel secundo anno, prout ratio exigit, decimum tertium in fine anni mensis embolismum triginta dierum apponentes. Sed de his hæcenus satis dictum sit. Nunc ad superiora reuertamur.

*De beato Hieronymo, magno scientiæ viro, & quantum illustrium virorum gratiam habentium scripserit catalogum.* CAP. XVIII.

**I**gitur cum dicimus, doctoribus nostris, bono erga fidem catholicam zelo concitatis, cum feruentius sanctæ scripturæ studijs incumbere, tunc artes liberales ad cooperandū eidem scripturæ fuisse intromissas, animaduertimus rectius & verius nos dicere, tunc eas illic fuisse inuentas, sed præclaritate sapientiæ eatenus non comparuisse illas, maxime autem propter infirmitatem oculorum, quibus terrenæ sapientiæ puluis inciderat. Hoc enim quidam de præcipuis illorum beatus Hieronymus fatetur, cum dicit. Cum ante annos plurimos domo, parentibus, sorore, cognatis, & quod his maius est, consuetudine lautioris cibi, propter cœlorum regna me castrassem, & Hierosolymā militaturus pergerem, bibliotheca, quam Romæ cum summo studio ac labore confeceram, carere non poteram. Itaque miser ego lecturus Tullium ieiunabam, & post nocturnum vigilijs, post lachrymas, quas mihi præteritorum recordatio peccatorū, ex imis visceribus eruebat, Plato sumebatur in manibus. Si quando autem in memetipsum reuersus prophetas legere tentassem, sermo horrebat incultus, quia lumē cæcis oculis videre non poteram, quod tamen non oculorum culpam putabam, sed solis. Sed gratias veræ & summæ luci, quia cito clarificatis & sanatis iste oculis, solem, id est, lucidum sanctæ scripturæ sermonem perficere potuit, & iam dudum à magistris secularibus sufficienter edoctus, quemadmodū dicit Victorinus & Donatus grammaticus magistri præceptoresq; mei Romæ insignes habentur, omnium librorum veteris testamenti Christo volente, studioq; spirituali desudante, veritatē consecutus est. Literis nanque græcis ac latinis atq; hebraicis doctus, cuncta hebræorum volumina, quæ in canone continentur, ex veteri testamento, vera ædificatione in latinā linguam vertit, eaq; commentatus est, & nobis tantum in translatione dominicæ scripturæ præstitit, vt ad hebræorum fontem non egeamus accedere, quando nos facundia suæ multa cognoscitur claritate faciassit. Inter cætera autem studij sui opuscula, suis vniuersa præfationibus prænotata, à beato Petro sumens exordiū, C. x x x v. illustrium virorum vitas vsq; ad Theodosij x i i i i annum ex ordine digessit, omnescq; qui de scripturis sanctis aliquid memoriæ tradiderunt breuiter descripsit, imitatus Tranquillum, græcumq; Apollonium, se quoq; in calce voluminis, quasi abortiuum minimumq; omnium Christianorum ponens.

*De beato Augustino, quod in illo verè laudabilis sit hic sanctus scientiæ spiritus, & quantum huius gratiæ donum se accepisse humiliter fateatur.* CAP. XIX.

**E**t multum quidem est in illis, quo iure laudetur hic sanctus scientiæ spiritus, sed nos ad finem properantes, vnam tantum ex eis contingimus, in quo iste spiritus manifestè operatus est, quod se dignum fuit ad laudē suam ad ecclesiæ suæ defensionem, catholicæ fidei, perpetuamq; munitionem. Iste est Augustinus, columna & firmamentum veritatis, & verè colūna nubis, in qua thronum suum posuit sapientia dei, cuius ex ore distillare non cessauit pluuia facturarum, imo fluere impetus fluminis contra flumen illud hæreticorum, quod vt superius diximus, post mulierem, id est, ecclesiam de ore suo draco diabolus emisit. Et hunc quidem dei dispensatio, antequam vocaret in admirabile lumen suum, permisit adolescentem errare in tenebris Manicheorum, sed in eodem errore mirabili gratia nescientem, circūuolabat spiritus iste, magnum suggerens donum scientiæ, quod postea bene expenderet ad commodum ecclesiæ Christi, in suo tempore. Etenim quantum ingenij donum assecutus sit, ipse iudicat, vbi cum humili confessione domino inter cætera sic dicit. Et quid mihi proderat, quod annos natus sermē x x. cum in manus meas venissent Aristotelica quædam, quas appellat decem categorias, quarum nomina cum eas rhetor Carthagenensis, magister meus, buccis tipo crepātibus commemoraret, & alij qui docti habebantur, tanquam in nescio quid magnum & diuinū suspensus inhiabam, legi ea solus & intellexi. Quas cum contulisset cum eis, qui se dicebant vix eas magistris eruditissimis, non loquentibus tantum, sed multa in puluere depingentibus intellexisse, nihil inde aliud dicere potuerunt, quam ego solus apud meipsum legēs cognoueram. Ac deinceps, Et quid mihi proderat, quod omnes libros artium, quas liberales vocant, tunc nequissimus cupiditatum seruus, per meipsum legi, & intellexi quoscunq; legere potui, & gaudebā in eis, & nesciebam vnde esset quicquid ibi verum & certum esset. Dorsum enim habebam ad lumē, & ad ea quæ illumināt faciē, vnde ipsa faciēs mea qua illuminata cernebam, nō illuminabatur.

Quicquid

Quicquid de arte loquendi aut differendi, quicquid de diuisionibus figurarum, & de musicis, & de numeris, sine magna difficultate nullo hominum tradente intellexi. Scis tu domine deus meus, quia & celeritas intelligendi & dispiciendi acumen, Donum tuum est, sed non inde sacrificabam tibi. Itaque mihi non ad vsum, sed ad perniciem magis valebar, quia tam bonā partē substantiæ meæ lategi habere in potestate, & fortitudinem meam non ad te custodiebam, sed profectus sum abs te in longinquam regionem, vt eam dissiparem in meretrices cupiditates. Nam quid mihi proderat bona res, non vtendo bene. Non enim sentiebam, illas artes etiam ab studiosis & ingeniosis difficillimè intelligi, nisi cum eis eadē conabar exponere. Et erat ille excellentissimus in eis, qui me exponentem, non tardius exequeretur. Sed quid mihi proderat hoc putanti, quod tu domine deus veritas, corpus esses lucidum & immensum, & ego frustum de illo corpore. Nimia peruersitas, &c. Hoc est in quo iure sanctum scientiæ spiritum laudamus, quia virū talem, & sic foris præparatū reddidit, & sic intus eo dignatus est vt, vt cōtra omnes hæreses, tota vita sua depugnans voce & literis, tanta scriberet, quanta nemo in vita sua legere sufficit. Vnde & quidā nō inaniter dixisse fertur. Mentitur qui te totū legisse fatetur.

FINIS COMMENTARIORVM LIBRI SEPTIMI, scilicet de scientia.

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE

OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Octauus, de Pietate Liber vnus.

*De sancto pietatis spiritu, quā rectè illi totum quod sumus, quod viuimus, ascribimus, & quod iste sapius in scripturis nomine olei significetur, oleum aut in signum huius gratiæ de meritoria taberna Romæ per totum diem fluxit, quando natus est Christus filius Dei.* CAP. I.



**S**ANCTVM pietatis spiritum, qui deinde ordine sequitur, nos maxime paupe atq; inopes summissa mente adoramus, consuetes illi, quia qui neq; sapientes fuimus, neq; negligentes, neq; consulti, aut consultores, neq; fortes, neq; multā scientiam habentes, nunc viuimus ex hac abundantia gratiæ spiritus pietatis, iuxta quod ait proprium illud habitaculū omnis gratiæ & omnis misericordiæ.

Spiritus domini super me, eo quod vnixerit dominus me. Ad annunciandum mansuetis milit me, vt mederer contritis corde, &c. Ista enim illa est gratia, quæ hodie cum domus dei vocatorum, ex diuersis conditionibus atq; ordinibus venientium multitudine impleta est, premit eiusdem dei & patris oculos, ne videat quales fuerimus, aut recogitet vnde venerimus, & ecce qui eramus insipientes, ambulamus inter sapientes. Qui eramus hebetes, habitauimus inter intelligentes. Qui eramus inconfulti, sedemus inter consiliarios salutis. Qui eramus infirmi, gradimur inter fortes. Qui eramus indocti, gloriamur inter scientes. Qui eramus omnino turpes, ecce conspicimur inter sanctos pulchritudine iustitiæ florentes. Hæc est illa pietas, & hæc sunt illa pietatis opera, propter quæ hūc spiritum sanctum, sancta scriptura sæpius sub nomine olei designat. Impinguasti (inquit) in oleo caput meum. Item, Vt exhilaret faciem in oleo. Et alibi, Et computrescet iugum à facie olei. Bene ergo & venerabiliter, quando in Bethlehẽm Iudæ de beata virgine natus est dominus Iesus Christus, oleo lætitiæ præ omnibus sanctis vnctus, vnde & dicitur Christus. In dieb<sup>9</sup> illis, Romæ, vt historiæ tradunt, fons olei largissimus de taberna meritoria, per totum diem fluxit. Quo signo quid euidentius, quā pietatis & miseratōnis abundantia peccatoribus Christo nacente de cœlo fluxisse declarata est? Quod enim de meritoria taberna, per totū diem Romæ oleum fluxit, hoc significauit, quod de hospita ecclesia, quæ tanquā multis dijs prostituta fuerat, per omne tempus Romani imperij poenitentibus daretur in remissionem peccatorum dulcedo superne consolationis, & vbi regnauerat procacitas turpitudinis superabundaret mansuetudo religionis. Sed iam nūc ordinē prosequentes dicamus, quomodo post abundantiam, vel cum ipsa abundantia scientiæ, de qua præcedenti volumine diximus, hic in ecclesia sua spiritus pietatis euidentius operatus sit, & primo quid ipsa pietas sit.

**P**ietas qua homines pro modulo suo dicuntur pii, pro quāto imitantur deum, qui verè & solus pius est, vera religio est, & cultus dei. Pietas namq; ait beatus August. dei cultus intelligi solet, quam Græci Eusebian vocant. Hæc tamen & erga parentes officiose habere dicitur. More autem vulgi hoc nomen etiā in operibus misericordiæ frequentatur. Quod ideo arbitror euenisse, quia hæc fieri mandat deus, eaq; sibi vel præ sacrificijs placere testatur. Et quia loquendi

Esaiæ. 61. Lucæ. 4.

Psal. 12. 103. Esaiæ. 10.

KKKk

loquendi consuetudine factum est, vt & deus ipse dicatur pius, Quem sanè nullo sui sermonis vlu, Græci Euseben vocant, quamuis Eusebian pro misericordia illorum vulgus etiam vsurper. Vnde & in quibusdam scripturarum locis, vt distinctio certior appareret, non Eusebian, quod ex bono cultu, sed theusebian, quod ex dei cultu compositum resonat, dicere maluerunt.

Matth. 23.

Item, Hic aut finis est adhærere deo. Iam igitur scienti diligere seipsum, cum mandat de proximo diligendo sicut seipsum, quid aliud mandatur, nisi vt ei quantum potest, commendat diligendū deum. Hic dei cultus, hæc vera religio, hæc recta pietas, hæc tantum deo debita seruitus,

De pietate, quod hominem facit mitem, id est, non sua peccata defendentem, sed humilem atque poenitentem.

CAP. III.

**E**Rgo pietas, verus dei cultus, vera religio est, à quo longius aberrauerunt, primūm Iudæi, de quibus Apostolus dicit, quia ignorantes dei iustitiam, & suam quærentes statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti. deinde siue Iudæi siue Græci, qui ex eo immites sunt, quod non sunt pii, id est, præsumentes de operibus vel meritis suis, multumque credentes proprio sensui, quodque valde perniciosum est, non se arbitantes in omnibus indigere gloria dei, nec aliquid se esse posse, nisi gratia dei. Nam reuera pietatis proprium est, vt hominē faciat mitem, id est, non seipsum defendentem aut iustificantem, non deum sed semetipsum accusantē, non sanctę scripturę contradicentem, siue intellectę siue nondum intellectę, propter sui sensus vt fatetur ipse, tarditatem. De huiusmodi mitibus atque mansuetis ipse dominus dicit. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Isti nimirum eo ipso quod pietate mansuescunt, pio deo locum faciunt, & præbent aditum, vt sciat quid facias eis, quemadmodum populo suo cōtaminato in scelere vituli ipse dicit. Iam de pone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Denique quamdiu peccator nitidus, & cum fronte meretricis supinus incedit, quodammodo nescit diuina pietas, quid faciat ei. Vbi aut semetipsum agnoscens, humiliato capite incedere incipit, statim scit quid faciat, & sciens occurrit, sicut illa innuit parabola de filio prodigo & luxurioso, qui in se reuersus, dixit. Pater, peccavi in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Quid enim tūc pater facere sciuit, & quid fecit? Misericordia morus est, & occurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Er quid totum quod factum est quod d filius ille qui perierat, inuētus, quia seipsum inuenit, atque à bono patre receptus est, quod pro inuentione eius vitulum saginatum occidit, & conuiuium fecit, pariterque epulatus est, totum (inquam) illud per hunc pietatis spiritum factum est. Sed nunc locus vel ordo postulat, nō illud respicere, quod vniuersalī gratia gentilitas reuera est ad deum, emundata per baptismū à fordibus Idolorum, sed id quod singulari respectu compunctus, ad poenitentiam reuertitur quisque peccatorum. Si quidem propheta ille, propheta magnus & prophetarū dominus, cum illam parabolam diceret, sic reuersuras & suscipiendas esse gentes prophetabat, vt nihilominus cuiuscunque peccatori post lapsum reuertenti, poenitentiam non esse negandam, insinuaret. Nec verò cum de pietate vel pietatis spiritu proponentes, & hanc esse veram religionē astruentes, poenitentialis remedij sermonem ingredimur, à proposito vsquam digredimur, quia videlicet sicut in sequentibus non tacebimus, poenitentiali humilitate nulla charior deo religio est. Ait enim, Dico vobis, quod ita gaudiū erit in cœlo super vno peccatore poenitentia agente, quam supra nonaginta nouem iustis, qui non indigent poenitentia. Solum namque superbi poenitentia sibi nō indigere videntur, soli humiles peccatores se esse in veritate confitentur. Quapropter & isti sunt mites, qui possidebunt terram, & illi sunt immites, qui non possidebunt terram.

Lucæ. 15.

Quod apud pietatem dei nullum, præter blasphemiam in spiritum sanctum, peccatum irremissibile sit. & quid sit verè dicere contra spiritum sanctum. CAP. IIII.

**P**rimūm igitur dicimus, nullum esse peccatum præter spiritum blasphemie, vel blasphemiam in spiritum sanctum, cui in ecclesia Christi poenitentia vel remissio iure denegetur, teste, imo auctore domino cum dicit. Amen dico vobis, quoniam omnia dimittentur filiis hominum peccata & blasphemie, quibus blasphemauerint. Qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti. Causam cur ita dixerit, euangelista subiungit. Quoniam (inquit) dicebant, Spiritum immundū habet, vel sicut præmisit, quoniam Beelzebub habet, & quia in principe demoniorum eiecit dæmonia. Er sic intelligitur. Quia manifestè intelligens opera dei, cum de virtute negare non possit, stimulatus inuidia calumniatur, & Christum deique verbum, & opera spiritus sancti dicit esse Beelzebub, isti non dimittentur, neque in præsentis seculo, neque in futuro, non quod negemus & ei si poenitentiam agere voluerit, posse dimitti ab eo, qui vult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, sed quod ipsi iudici & largitori veniæ credentes, qui & se semper poenitentiam accepturum, & hanc blasphemiam nusquam dicit esse remittendam, credamus hunc blasphemum exigentibus meritis, sicut nunquam ad remissionem, ita nec ad ipsos dignè poenitentia fructus esse peruenturum, iuxta hoc quod Iohānes euangelista de quibusdam blasphemie suæ merito

Matth. 12.  
Marci. 3.  
Lucæ. 12.

merito excecatis, veracissimè scripsit. Propterea non poterant credere, quia iterū dixit Esaias. Excecavi oculos eorum & indurauit cor eorum, vt non videant oculis & intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Sola ergo blasphemia in spiritum sanctum, qua quisque in similitudinem diaboli & angelorum eius, contra conscientiam suam, maiestatem deitatis oppugnare non trepidat, nō habet remissionem, sed reus erit æterni delicti, præter hoc vnum (vt superius iam dictum est) cuncta remissibilia sunt.

De hæresi Nouati presbyteri, qui in persecutione lapsus negauit posse ab ecclesia remissionē dari, quomodo vel quam Apostoli sententiam malè intellexit. CAP. V.

**P**ORRò Nouatus isto spiritu pietatis nudatus, Romanæ ecclesię presbyter, elatione quadā tumidus, spem penitus salutis eis adimebat, etiam si dignè poenitissent, qui in persecutione lapsi à fide cecidissent. Ab illo exorta est Nouatianorum hæresis dicentium, non negari quidem poenitentiam lapsis eiusmodi, sed remissionem ab ecclesia dari nō posse, tantumque dei iudicio reseruari. Contra hanc crudelitatem atque atrocitatem non minus synodalibus episcoporum decretis memorabile extitit bonæ memorię Constantini imperatoris dictū, qui Nouatianorum episcopum Acelium percunctatus, cum hæc ab illo quæ prædicta sunt audisset, O Aceli (inquit) pone scalam, & solus ascende in cœlum, si potes. Verum sectę illorum suffragari videbatur illud Apostoli dictum. Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cœlestē, & participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt etiam bonum dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibi metipsum filium dei & ostentui habentes. At ille nequaquam poenitentiam aut remissionem peccatorum hoc dicto impugnavit, spemque veniæ præclusit, sed reiterationem baptismi fieri posse negauit. Hac sine dubio intentione, illud cum dixisset ipse literæ textus ostendit. Præmiserat enim. Quapropter intermittentes inchoationis Christi sermonem ad perfectionem feramur, non rursus iacentes fundamenta poenitentia ab operibus mortuis & fidei ad deum, baptismatum doctrinę, impositionis quoque manuum ac resurrectionis mortuorum & iudicij æterni. Et hoc quidem faciemus, si permiserit deus. Quid enim est non rursus iacentes fundamentum poenitentia ab operibus mortuis, & fidei ad deum baptismatum doctrinę, nisi non iterum redeuntē ad initium Christianæ regulę, quod est rursus catechizare, & rursus baptizare? Ceterum de poenitentia suscipienda & remissione danda, testificās penes ecclesiā ius esse Christo auctore dicit ad Corinthios. Cui autem aliquid donastis, & ego. Nam & ego quod donauit, si quid donauit, propter vos in persona Christi. Et ne putes, eum de solo dixisse peccato fornicationis, non ait, cui donastis quod uxorem patris habuit, sed cui aliquid donastis (inquit) eandem volens esse remissionis constantiam, in quacunque re peccati, iuxta illam euangelicam sponsonem domini. Amen dico vobis, quicunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo, & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in cœlo.

De illa sententia Apostoli, quomodo sanè debeat intelligi. Impossibile enim est eos qui semel, & cetera. CAP. VI.

**A**LIAS autem & reuera impossibile est renouari, veruntamen ita vt à sensu illo non recedamus, quo intelligendum supra diximus, illud quod ait, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem in æternū, sed reus erit æterni delicti. Nam quod diximus, manifestè quæpiam intelligere opera dei, & tum stimulante inuidia negare quod intelligit, idem potest esse illuminatum fuisse, gustasse etiam donum cœlestē, & participem factū esse spiritus sancti, gustasse nihilominus bonum dei verbum, virtutesque seculi venturi, & tum prolapsi. Ad hanc nimirum Christi & Apostoli eius concordiam siue consonantiam rectissime confugere potes, si quis aduersarius fortè vehementius te perurgeat. Nam idem Apostolus ait in eadem ad Hebræos epistola. Voluntariè enim peccantibus nobis, post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquatur hostia pro peccatis. Quid est enim voluntariè, nisi ac si dixisset, cum deliberatione? Quid autem est cum deliberatione peccare, nisi manifestè intellecta opera dei velle (vt supra dictum est) negare inuidia stimulante? Idcirco cum dixisset. Voluntariè enim peccantibus nobis, &c. continuo subiunxit. Terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Aduersarios dixit eos, qui voluntariè peccant, quod vtiq; conuenienter dici non potest de his, qui per infirmitatem peccant, aut per ignorantiam. Ergo voluntariè peccare, idem est quod verbum contra spiritum sanctum dicere, id est, manifesta dei opera per inuidiam negare. Quare sic peccantibus eis, qui acceperant notitiam veritatis, iam nō relinquatur hostia pro peccatis? Videlicet, quia impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, cum prolapsi fuerint, renouari. Quare impossibile est eos renouari? Nimirum quia quisquis eiusmodi est, non remittit ei, neque in hoc seculo, neque in futuro, sed reus erit æterni delicti. Quare non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro? Videlicet, quia vt poenitentiam agat, non meretur visitari à spiritu sancto, sed iusto dei iudicio consequitur illum impo-

Iohan. 12.  
Esaiæ. 6.

Hebr. 6.

Ibidem.

2. Cor. 2.

Matth. 18.

Hebr. 9.

mitens cor. Itaq; quod dictum est, impossibile est eos rursus ad poenitentiam renouari, aut hoc erit quod circumstantia volunt, non debere rursus baptizari, aut si non concedit Nouarus, hoc erit dictum de peccato eiusmodi, vt non discrepet Apostolus Christi à Christo dicere. Non remittetur ei, sed reus erit æterni delicti. Sciendū quippe est, quia Paulus hæc dicens, Hebræus loquebatur Hebræis. Vnde & congruè cum dixisset, voluntarie enim peccantibus expressit, & signanter dixit, nobis addens, subauditur, Hebræis, qui testimonium legis habemus, qui excusationem de peccato non habemus. Quapropter intuentum quomodo inceperit, ne incertum aut dubium sit, cuiusmodi peccatū sit, & quod prolapsos dicat, nō posse renouari. Videte, inquit, fratres ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie cognominati, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Hoc ergo (vt prædiximus) sciendum est, quia Hebræus Hebræis loquebatur, & hoc generi suo futurum metuebat, pie sollicitus, quod hodie factum videmus, scilicet quia Iudæi inuidendo increduli sunt, & inuidendo negant eum quem patres ipsorum inuidendo tradiderunt, & per inuidiam negauerunt, & crucifixerunt.

*De domo pietatis, in qua prodigus filius per poenitentiam à pio patre recipitur, & quod sacri canones decernant super lapsis, post poenitentiam acta de criminibus, vt laica communione contenti permaneant.* CAP. VII.

**I**gitur dominus pietatis, quæ in aduentu saluatoris prodigo filio aperta fuit, post luxurias ventrisq; ingluuiem, de pastu porcorum per poenitentiam reuertenti, hodieq; manet aperta poenitentibus singulis, prospiciente eminens pio patre, vt videat de longè si reuertat aliquis, & occurrente singulis ad istam confessionem peccatoris. Pater peccatū in cœlum & coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Sed qualiter ad eum, qui eiusmodi est, dictum illud cōuenit. Citò proferte stolam primam, & induite illum. & date annulū in manu eius, & calciamēta in pedes eius. Nam saluo superiore intellectu, quo per stolam primam sacri baptismatis intelligimus gratiam, prima stola sacerdotalis est gloria, vel cuiuslibet ministerij, quo ad sanctū altare Christo ministratur, dignitas. Porro sacri canones hoc decernūt, vt post actam de criminibus poenitentiam, ad hoc ministerium nequaquā promoueantur, sed laica tantū communione contenti permaneant. Quomodo ergo concedemus eis qui eiusmodi sunt recipere stolam primā, ne videamur cum Nouatianis denegare quibuslibet poenitentiam? Hic nimirum discretione opus erat, qui huiusmodi est. De his, qui sine confessione sua, siue cōuictione legali aut regulari de criminibus detecti sunt, sacri canones & decreta pontificum Romanæ sedis aperte atq; expresse decernūt, vt ad gradus ecclesiasticos nō accedat, & in gradibus ecclesiasticis non maneat, vel ad gradus ecclesiasticos non redeant. Hoc enim, inquit, nos admones apostolus, dicit. Nolite cōmunicare operibus instructiuos tenebrarum. Item, Peccantes corā omnibus argue, vt ceteri metū habeant. Sic Petrus dānauit Symonem, quem tamen ad poenitentiam inuitauit. Sic fornicatorē arguit Paulus, quem tradidit Satanæ, vt tum spiritus saluus fieret in die domini. Et quidē sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit poenitentiam, & tamen in honore suo persistit. & beatus Petrus, quando amarissime lachrymas fudit, vtq; dominū negasse poenituit, & tamen apostolus mansit. Sed non ideo vacua putanda est posterior diligentia, qui vbi nihil saluti detrahebatur, humilitati aliquid addiderūt, quod salus tutius muniretur, experti credo aliquorū fictas poenitentias, per affectatas honorum potētias. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorū experimēta morborum. De his autē, qui detecti vel publicati nō sunt, hæc sana & rationalis eorundē sacrorū canonū vel sanctorum patrum est, Cessat, inquit, vindicta diuina, si conuersio præcurrat humana. A capite itaq; incipientes vsq; in quartū altaris ministrū, hanc formā seruandā cognoscimus, vt quia minorem maior præcedit, sicut honore sic & in crimine. & quem maior sequitur culpa, maior imporetur vindicta, & post poenitentiam credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticū seminare, & fructum illius non colligere? Post dignam satisfactionem credimus posse redire ad honore, propheta dicente. Nunquid qui cadit, nō adiicit, vt resurgat? Et qui auersus est, nō reuertetur? Idem propheta ait, in quacuncq; die cōuersus ingemueris, tūc saluaberis. Vnde & Psalmista, Cor mundū crea in me deus, spiritū rectum innoua in visceribus meis, Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctū tuum ne auferas à me. Dum enim petit, ne à deo proijceretur, prolapsus culpa, alienam rex & propheta simul se rapuisse vxorem tremefactus expauit, propheta iudicante flagitiū suum, & poenitentiam agēs, addidit, redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Si enim se dignū deo per poenitentiam nō fecisset, nequaquā alijs prædicaret. Ait enim, Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. Bene ergo discretione vsa est ecclesiastica sollicitudo, & hæc huius discretiōis summa est, vt hi quorum crimina detecta sunt, illam de qua loquebamur sancti ministerij stolam non recipiant, quorū autem occulta vel occulte commissa, publicam contraxerunt infamiam, rursus induantur ea post dignā poenitentiam

*Quomodo.*

*Quomodo clementissimus pater reuertentem filium stola prima induat, si sacerdotalem illi gloriam canonica neget auctoritas, & quod primam stolam in habitu Monachico conuersus possideat.* CAP. VIII.

**Q**uid igitur faciet clementissimus pater ei, qui reuertitur filio, si non solum est vt dicat, *Lucæ. 15.* peccaui in cœlum & coram te, sed etiam coram hominibus peccaui, & apud homines de peccato suo detectus atq; infamatus est? Potest enim fieri, & læpè factum est, vt non minus compungatur poenitentia is, qui in crimine notus erat, quàm ille, qui peccauit quidem in cœlum & coram patre, sed latuit homines. Quam ergo, vel vnde accipiet stolam pater, qua illū induere possit, stimulantē & viscera eius concutiente spiritu pietatis? O prouidentia patris, o arstitium dei, o diuitias bonitatis. Inuenit in quo tristēm consoletur, reperit in quo deiectū subleuet. prouidit sibi, in quo ignobilem clara nobilitate perornet. Dicimus autem ordinem habitumq; monachicum, quem secundum dicere baptismum sancti patres non dubitauerunt. Episcopus (ait beatus Gregorius) debet missam celebrare in ordinatione presbyteri, & abbas in consecratione monachi, & quatuor orationes super caput eius dicere, vt sicut per quatuor euangelia docetur, ita per quatuor orationes consecretur, & ita vsque in diem tertium velatū habeat caput cum silentio summo, & debita reuerentiā, figuram gestans dominicę passionis. Die autem tertia tollat abbas capitiū de capite eius, vt deposita tristitia veteris peccati, reuelata facie gloriam domini speculetur. Secundo ergo baptizatus est, & emendatus ab omnibus peccatis. Et subinde, Tribus diebus sunt in silentio iuxta apostolos, qui ob merum ludæorum in conclaui residebant, vsque dum die tertio dominus resurgens dicit illis, Pax vobis. Sic abbas det pacem monacho, & capitiū de capite eius auferat. Sed & de ipso schemate monachi, sanctę memorię Bonifacius Papa dicit post aliqua. Credimus, à sacerdotibus ligandi soluendiq; officium dignè administrari, si tamen dignè contigerit eos hoc ministerio sublimari. Quod eū denter affirmat, quisquis statum monachorum habitumq; considerat. Angelus enim Gręcę, Latine nunciū dicitur. Sacerdotes igitur monachi, atq; canonici, qui dei præcepta annunciant, angeli vocantur. Sed vnusquisq; angelicus ordo quanto vicinius deum contēplatur, tãro sublimius dignitate firmatur. Nunquid non Cherubin fex alis velantur? Duæ in capitiō, quo caput tegitur, veris demonstrantur assertionibus. Illud verò quod brachijs extenditur, alas duas esse dicimus, & illud quo corpus conditur alas duas. Sic sex alarum numerus certissime constituitur. Igitur filio prodigo reuertenti, quantumcunq; sit deiectus & infamis, habet & scit clementissimus pater, vnde stolam primam, aut propè primam proferre possit, scilicet habitum sanctę conuersationis, habitum monachicum reuerendum & omnino poenitentialem, atque ideo reuerendum, quia poenitentialem. Quis enim hunc habitum pro eo, quia poenitentialem est nō reuereatur, nisi qui se poenitentia non indigere arbitrat? Porro, qui sic existimat, quod poenitentia opus non habeat, sciat quia propter eum nō venit dominus clementissimus, patris clementissimi filius, sicut quodā loco ipse testatus est. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Stola ergo habitus iste est, non vilis, quam per notissimos atq; orthodoxos viros, quorum sine dubio habitator erat, adinuenit hic spiritus, huius patris spiritus pietatis. *Math. 9.*

*Quod non solum criminosi stolam huiusmodi, id est, monachicam vitam exoptare consueverint, & quod qui istam vitam tanquam peccatoris retrusionem aspernatur, iustum se existimando, malè facit.* CAP. IX.

**N**on autem hoc dicimus, quod solis peccatoribus, id est, eis tantum, qui baptismi gratia criminū magnitudine perdiderunt, huiusmodi stolam pater ille referuauerit, & nulli iustorum exoptanda aut ambienda sit. Nam idem esset ac si diceremus, poenitentiam nō esse necessariam iustis. Quod si dixerimus, scilicet quia poenitentia opus non habeamus, quantumlibet iustus simus, nos aut illi propter quos, vel cum quibus hæc dixerimus, mentimur, contra veritatem facimus, & veritas in nobis non est. Qui enim iustissimus omnium mortalium est, nec ille quantum fati est humiliari, & de peccatis suis poenitere potest. Non ergo hoc dicimus, quod solis peccatoribus repositus sit hic ordo poenitentialis, sed etiam iustis. Peccatori namq; hæc sepe pedicā stola cum acceperit eam, venia & gratia est. iusto cum quasi descendendo sumplerit eam, gratia & gloria est. Nouimus quàm plures iustos, & iustitię columnas in illa poenitentia domo stantes, in qua poenitentes sub eodem habitu recipiuntur, & gaudij conuiuuiū celebratur, qualis fuit Pannoniensis Martinus, & apostolicę sedis præsul B. Gregorius. Augustinus quoq; eiusdē sanctissimi Gregorij discipulus. Alij quàm plurimi viri sanctissimi, iustitia & sanctitate fulgidi, & nihilominus propter preciosam iustitiam, fulgidū monachicę humilitatis habitū nō dedignati. De qualibus idem Gregorius ore aureo dicit. Sciendum est, quia sunt pleriq; iusti, in quorum vita tantū gaudium est, vt eis quælibet peccatorum poenitentia præponi nullatenus possit. Nam multi & nullorum sibi malorū sunt conscij, & tamen in tanti ardoris afflictione se

KKKk ij exercens,

exercent, ac si peccatis omnibus angustentur, &c. Dicamus igitur, quia qui peccator cum sit, aut facinorosus, poenitentialem huius ordinis stolam accipit, benefacit. & qui cum sit iustus & iustitiae testimonium perfecte habens coram deo & hominibus, nihilominus tamen eam accipit, optime facit. Porro, qui idcirco quia iustus est, vel iustum se esse putat, humilitatem istam aspernatur, dicens, quia poenitentialis est, & solis debita reis quaedam reclusio, male fecit. Sed iam ista quae litem quandam redolent, omittentes, citius ad illam pietatis domum reuertamur, coepumque exinde sermonem perficere maturemus.

*De patre clementissimo, cur sic dicitur, & occurrens cecidit super collum eius, & quod verè super collum eius ceciderit pater, qui pro peccatis humiliter incedit. CAP. X.*

**P**ietatem superius veram esse religionem diximus. Haec autem, scilicet vera, & non ficta religio primum intus in corde radicitur, deinde per sermonem, habitumque foras extenditur, quia videlicet ex abundantia cordis os loquitur, & habitus, incessanter hominis enunciat de eo. Huius religionis siue pietatis efficientem causam pulcherrime atque sanctissime, cauto lectori locus iste innuit, ubi sic dicitur. Et accurrens cecidit super collum eius. Nam reuera quocumque videris, aut perfereris confraeto corde ingemiscere, & demisso capite incedere, iuxta disciplinam magistri veri dicentis. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, non vanè dicere poteris, quia cecidit pater super collum eius, & pondere suo confregit atque contriuit cervicem cordis eius, quatenus non valeat erectus ambulare, & interdum nec oculos in caelum levare, sed fixis oculis terram aspiciat, commemorans sibi met, quia pulvis es & in pulverem reuersurus es. Hoc ipsum verbis alijs facturum se promittens dominus, in Osee dicit. Ephraim docta diligere trituram, & ego ascendi super pulchritudinem colli eius, ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi sulcos Iacob. Seminate vobis in veritate iustitiam, & merite in ore misericordiae. Quid enim Ephraim vitula docta diligere trituram, nisi anima lasciuia assueta ferre labores mundi huius, & seruitutem miseram propter explendam luxuriam suam? Talis nimirum fuerat iste filius, qui doctus fuit pascere porcos, & ferre seruitutem indignam, donec reuertetur in se, & dicere. Quanti mercenarii in domo patris mei abundat panibus, ego autem hic fame pereor? Sed ego, inquit, ascendi super pulchritudinem colli eius, ascendam super Ephraim. Qualiter hoc fecerit, vel faciat hic venerabiliter indicat ipse dicens, de patre famulias, quem ipsum esse nemo qui dubitat, quia videns reuertentem filium suum, misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & oscularus est eum. Nam, sicut iam diximus, cecidit super collum, hoc est, multum humiliare peccatoris animum. Quid deinde? Arabit, inquit, Iudas, id est, confitebitur, ille iam propter ipsam confessionem dignus, qui vocetur Iudas. arabit, inquam, confitendo, id est, aperiet terram cordis sui dicendo. Peccaui in caelum & coram te, confringet quoque sibi sulcos Iacob, id est, vitiorum pristinorum supplantator, dicens in contractione cordis sui. Iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis. Tunc & quod sequitur, faciet, id est, seminabit sibi in veritate iustitiam, & metet in ore misericordiae, dicentis. Cito proferte stolam primam, metet eandem, sine iustitiae stolam siue stolae iustitiam.

*Quod super collum Sauli verè pater ceciderit, qui iam Paulus humilis & pius incedens, & discipulum informans, Exerce autem te ipsum, inquit, ad pietatem. CAP. XI.*

**P**aulus apostolus, id quod nunc dicimus magnifice in semetipso expertus, quippe super collum cuius pater iste mirabiliter cecidit, non quia reuertebatur, sed ut reverteretur, quod erat auersus per ignorantiam ad hanc pietatem, qua in illa domo clementissimi patris viuendum est, dilectum discipulum magis ac magis informans dicit. Exerce autem te ipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est. pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est & futurae. Haec verba verè sapientis, verba magni ponderis, & statim digna sunt ponderari. Quod ut compendiosius facere possimus, exemplum duorum ad memoriam reuocemus, Iacob & Esau. Nam alter eorum, scilicet Esau, corporali exercitatio exercitatur, sicut scriptum est. Factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola, alter verò, ad pietatem seipsum exercebat, sicut subiunctum est. Iacob autem simplex habitabat in tabernaculis. Et reuera corporalis exercitatio illi ad modicum utilis fuit. Ad quid modicum? Isaac, inquit scriptura, amabat Esau, eo quod de venationibus eius vesceretur. Hoc verè modicum fuit, quod amabat eum Isaac, non enim ad maximam exinde utilitatem peruenit, sed ad permodicam, sicut scriptum est. Cumque eiulatu magno fletet, motus Isaac dixit. In pinguedine terrae & in rore caeli desuper, erit benedictio tua. Non hoc dicimus, quod pro illa exercitatio corporali ad odium dei peruenerit, de quo scriptum est. Iacob dilexit, Esau autem odio habuit. Nam illud promeruit odio fratris, quod interficere cogitauit, & contemptu patris & matris, quo alienigenis se commiscuit, & alienigenas uxores accepit, sed hoc dicimus, quia corporalis exercitatio, vel amor patris, quo amabatur propter illam exercitatio, parum illi profuit. Ecce pro pietas huic, ut Iacob, quia simplex habitabat in tabernaculis, & pro qua Rebecca eum diligebat verè ad omnia

ad omnia utilis fuit, promissionem habens vitae, quae nunc est & futurae. Nam exinde prouenit, ut volente matre acciperet benedictionem patris, meruitque tam de praesenti quam de futuro benedicti, vel promissiones accipere benedictionis. De praesenti videlicet, ubi cum dixisset pater. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus, continuo sic coepit. Det tibi dominus de rore caeli, & de pinguedine terrae abundantiam frumenti, vini, & olei. De futuro autem, siue de futura vita, & quod ad vitam proficit, ubi continuo subiunxit. Et seruauit tibi populi, & adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuae. Qui maledixerit tibi, maledictus erit. & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. In his verbis nimirum futurae vitae promissionem accepit, id est, promissionem Christi, ut de lumine eius nasceretur Christus, qui est ipse vita futura, vita aeterna. Hoc itaque praecognito duorum exemplo citius intelligimus, quid dixerit Apostolus, & quam verè dixerit, quia corporalis exercitatio ad modicum utilis est, pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est, & futurae. Quod enim in illis duobus praestitum est, in vniuersitate hominum perseverare comprobatur, videlicet, ut hi qui circa corporalia, siue temporalia exercitantur, modicum exinde aut penè nullam utilitatem consequantur. qui autem pietati student, & simpliciter viuunt, in omnibus sibi prospiciunt, ut nihil desit eis eorum quae expediunt animae & corpori, quemadmodum in euangelio suo veritas dicit. Primum quaerite regnum dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacent vobis. Nam quod hoc intendat, ipse manifestus exprimit, dicendo post aliquid. Est autem quaeustus magnus, pietas cum sufficientia. Nihil enim inzulimus in hunc mundum, haud dubium nec auferre quid possumus. Habentes autem alimentum, & quibus tegamur, his contenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli. Et subinde. Tu autem o homo dei haec fuge, sectare verè iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem. Porro inter haec qualiter in alterurum pietas exercenda sit, & a praelatis in subditos, & a subditis in praelatos, ipse docet, cum dicit. Attende tibi & doctrinis, instat in illis. Hoc enim faciens & te ipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. Seniores ne increpaueris, sed obsecra ut patres, iuuenes ut fratres, anus ut matres, iuuenulas ut sorores in omni castitate, & caetera. Hoc verè est praelatorum erga subditos exercitium pietatis. Postea dicit. Qui bene praesunt praesbyteri, duplici honore digni habeantur. maxime qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura. Non infrenabis os hominis trituran. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus praesbyterum accusationem noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Et hoc utique faciendo, subditi semetipsos ad pietatem exercent erga praelatos. Sed & diuites seculi qualiter pro modo suo debeant ad pietatem exerceri, tandem non tacet, cum dicit. Diuitibus huius seculi praecipere, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo & vero, qui praestat nobis omnia abunde ad fructum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futuris, ut apprehendant veram vitam.

*De paterna pietatis vocibus dicitis: Manducemus & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuerat, & reuixit: perierat, & inuentus est. CAP. XII.*

**N**orandum interea, quali vel quanta ratione in ipsa festinatione utatur pietas. Cum enim dixisset, cito proferte stolam primam, & induite illum, & date annulum in manu eius, & calciamenta in pedes, & adducite virulum & occidite, & manducemus & epulemur, continuo quasi quaereretur, quae est ratio tantae tamque promptae largitatis, ita reddidit. Quia filius meus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Magna plane & auditu atque imitatione digna ratio, quae iam dudum vniuersae domui patris huius audita est, cuius habere ignorantiam, cuiuspiam domestico sanctae eius ecclesiae non licet. Nisi enim prius reuixerit qui mortuus fuerat, nisi inuentus fuerit qui perierat, non licet cum annulo perornari, id est, ecclesiae fidelium reconciliari, non licet eum calciari calciamentis in praeparatione euangelij pacis, non licet eum inuitari vel admitti ad conuiuium vituli saginati, id est, ad participationem corporis & sanguinis domini. Vnde autem debeat sciri, quod reuixerit, quod inuentus sit, hoc quoque prudentiam ecclesiae non praeteriuit. Et quid illud est? Nimirum vox confessionis, qualis & hic personat, cum dicit is qui reuertitur, pater peccaui in caelum, & coram te, & iam non sum dignus vocari filius tuus, fac me sicut vnum ex mercenarijs tuis, & in alia lectione mystice subintelligitur, ubi narratur, quomodo & quali ordine quadriduanum mortuum, iamque foetentem Lazarum dominus suscitauit, voce magna clamante domino. Lazare, veni foras, statim prodijt qui erat mortuus, ligatus manus & pedes infirmitas. & tunc demum. Soluite, inquit, eum, & sinite abire. Nimirum sicut hic peccator prius confitetur, & dicit. Pater peccaui in caelum, & coram te, & tunc demum dicitur, cito proferte stolam primam, &c. ita & illic qui fuerat mortuus, prius prodijt, & tunc demum solui iussit, & in utroque facto eadem ratio est, quod idcirco debeat in communionem ecclesiae recipi, quia confessus est, & dignam poenitentiam obtulit.

*Quod non sit hoc totum pietatis officium, manducare aut epulari, aut gaudere, quia reuixit, vel inuentus est, sed etiam ieiunare, orare, & flere, ut inueniatur qui periit, & reuiuifcat qui mortuus est.*

CAPVT XIII.

**N**ec verò totum aut integrum est pietatis officium, manducare, & epulari, atq; gaudere, pro eo, quia qui mortuus erat, reuixit, & qui perierat, inuentus est. Deniq; antequam reuiuifcat qui mortuus est, aut inueniatur, qui periit, maximè hoc pietatis, ieiunare, orare, & flere, ut reuiuifcat, & inueniri possit. Huius rei mysticum exemplum, vidua illa de euangelio, cuius filius vnicus defunctus, per portam ciuitatis efferebatur, cui dixit dominus misericordia motus super eam. Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem qui portabant, reterunt. Et ait. Adolefcent tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus, & cepit loqui. Et dedit illi matrem suam. Vidua namq; mater sancta ecclesia est. vidua, inquam, pro eo, quia vir eius præcruicifixus, & mortuus fuit. & licet resurrexerit, & nunc uiuat, tamè præsentia corporali hic non est, sed ascendit in cœlum, & ad dexteram patris sedet, filius eius est quisq; credentium, ex quo sacramentis eiusdem ecclesie Christo renatus. Moritur autem filius, & per portam ciuitatis effertur, quoties mortiferum crimen admittit, vsq; ad effectum operis, siue manifestum opus. Hic pietate opus, hic matri super mortuo filio flendum, & orandum est. Mors enim peccati, mors cruenta, mors pauenda est. Laborat hic sancta scriptura, vel spiritus scripturæ sanctæ conditor spiritus, ut quoquo modo magnitudinem periculi, & horrendum genus mortis sentire valeamus, id quod homo peccando moritur. Ait enim. Et signum magnū apparuit in cœlo. Et mulier amicta sole, & luna sub pedibus, & in capite eius corona stellarum duodecim. Et in vtero habens & clamabat parturiens, & cruciatur ut pareat. Et subinde. Et draco stetit ante mulierem, quæ erat paritura, ut cum peperisset, filium eius deuoraret. Quamuis enim iuxta quendam altiore sensum, semel hoc factum sit, & fieri non desinit vsq; ad finem seculi. Semel videlicet hoc factum est, quando vniuersa patriarcharum & prophetarum electorumq; omnium ecclesia per Mariam virginem quæ eiusdem ecclesie portio est, Christum in carne peperit, cū magno clamore magni desiderij & diutinae expectationis. Tunc stetit draco ante mulierem, ut cum peperisset, statim deuoraret filium eius, statim quippe in Herode fuit quærente puerum, ut perderet eum, & extrunc persecutus est vsq; quo crucifigeretur, dicens, Quando morietur, & peribit nomen eius. At ille filius masculus idem deus fortis erat, & idcirco raptus est ad deum, & ad thronum eius. resurrexit enim & ascendit in cœlum vsq; ad patris thronum rectoris gentes in virga ferrea, id est, inflexibili iustitia. Tunc, inquam, semel factum est, ut staret draco ante mulierem partientem, deuorare volens filium eius, ita ut periret nomen eius. nunc autem, sicut iam dictum est, sit & fieri non desinit, ut stet ante mulierem ad deuorandum quempiam de filiis eius, in Christum credentibus. Nā quempiam Christo acquirere, vel in quouis Christum formare, si non esset parturire, nō diceret. Apostolus. Filioli mei, quos iterū parturio, donec formetur Christus in vobis. Laborat ergo iste sanctus pietatis spiritus, sensum nobis imprimere faciemq; ostendere crudelis & horrendæ mortis huius, mortis peccati, qua homo à deo viuo separatur, & principi mortis diabolo incorporatur, dū tales ostendit imagines, stantis ante illā, & parati ad deuorandū filium eius. O quantos, quamq; horribiles hiatus oris, & gutturis, q̄ cruentes dentes, q̄ profundum tararum ventris eius, viderat hoc in eodem pietatis spiritu, cū diceret prædictus Apostolus. Timeo enim, ne forte cū venero, non quales volo inueniā vos, & ego inueniā à vobis, qualē non vultis, ne forte cōrentiones, emulaciones, animositates, dissensiones, detractiones, susurraciones, inflationes, seditiones sint inter vos, ne iterum cum venero, humiliet me deus apud vos, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt. Hoc igitur, ut prædiximus, verum & perfectū pietatis opus est, flere & lugere eos, morte eius qui mortuus est, & perditione eius, qui periit, & tūc demum manducare, epulari, & gaudere, cum reuixerit, cum inuentus fuerit.

Lucæ 7.

Apoc. 12.

Psal. 40.

Galat. 5.

1. Cor. 12.

*Quod hodie gaudendum, non solum quidem sit in domo patris, quia qui mortuus fuerat, reuixit filius, sed etiam dolendum, quia frater senior foris stat, & ingredi non vult.*

CAPVT XIII.

**G**ratia tanti patris huius, ecce hodie, tali conuiuio, talibusq; gaudijs intersumus, & ita demum vera pietate epulamur, si de cōuersione peccatoris in domino gaudemus. Verum & illud ad pietatis officij, ut aliquantisper gaudiū diminuat in nobis, duritia fratris nostri qui foris est, quia stat pertinaciter indignatus, & introire non vult, sicut de illo scriptū est. Et cū veniret, & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorū. Et vocauit vnū de seruis, & interrogauit quæ hæc essent. Isq; dixit illi. Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulū saginatum, quia saluū illū recepit. Indignatus est autē, & nolebat introire. Frater ille populus Iudaicus est, ex eo

Lucæ 15.

ex eo nimirum frater populi gentium, quia deus vnus est Iudæorum & gentium, quia quem plasmavit vnus Adam pater omnium est. Dicitur autem & senior frater, quia prior venit ad vnus dei cultū. In agro quoq; fuisse dicit, quia res agrestes, id est, terrenas retributiones operando iustitias, sequebatur legis. De hoc vigilanter intuendum est, quid dictū sit, quia indignatus nolebat introire. Non per ignorantia foris manebat, sed sciendo cognouerat, q̄ pater domi esset, q̄ gauderet super eo qui perierat, & inuentus est. Vocauit enim vnū de seruis, & interrogans quæ hæc essent quæ audierat, certus factus est, & quod verū erat ab illo didicit. Nō ergo arbitremur, Iudæos per ignorantia foris stare, & in euangelicā domum nolle introire, illos maxime qui vnū de seruis vocare possunt, & interrogare, id est, prophetarum voces quæ per omne sabbatū leguntur, audire & sensum aliquo modo percipere. Si enim ignorarent, aut non intelligerent, & nō potius intelligere nollent. si, inquam, per ignorantia, & nō potius per inuidiam foris starent, odientes gentium salutem, nō conueniret talis parabola textus, quo & prius auditur symphonia, & chorus, & ab vno de seruis vocato certius cognoscit, quid intus agatur. Symphonia quippe concors & consona est euangelicæ prædicationi gratiæ, chorus autē gratiarū actio est, & vox laudis quæ in omni terra, & per oēs terras, corporaliter quoq; auditur Iudæis, qui per oēs gentes dispersi sunt, audieribus, & quaqua versum distracti sunt nostros per vicos & vrbes, vrbiumq; plateas festiuitates aspicientibus nostros die ac nocte foris, & intus choros, quibus deū & Christum eius cum spiritu sancto laudamus, visu & auditu percipientibus. Porro vnus de seruis quē ille vocare & à quo interrogare potuit, vnitas est, & vna veritas omnium quas Iudæus recipit, scripturarum veteris testamenti. Duo sunt serui ex quibus res poterat inquiri, quia sunt duo testamenta, vetus, & nouum, ex quibus si vellet Iudæus potuisset perdoceri. At ille vnū tantum vocauit, & ille vnus quod satis est edixit, veritatē omnem expressit. Vbi enim tacet vetus testamentum, reuersionē minoris fratris, & occisionē vituli saginati, id est, conuersionē gentium, & passionē Christi filij dei. Exempli gratia. In exordio sermonis, quo deus Abraham alloquitur, talis est ratio, talis causa, quæ aduocationē præstet, recipiendus gentibus, & supercilium decutiat Iudæorum, quod in nequaquā sine illis saluentur. Egrede, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terrā quā monstrauro tibi, faciamq; te in gentē magnā, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisq; benedictus. Benedicam benedictibus tibi, atq; in te benedicentur oēs cognationes terre. In re promissione quoq; Per memetipsum, inquit, iuravi dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non peperisti filio tuo vnigenito, benedicā tibi, & multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in litore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo oēs gentes terræ, quia obedisti voci meæ. O Iudææ, etiam si tu vniuersus talis sis qualis Abraham exiit, & ita obediens per omnia sicut ille obediuit voci domini, quid aliud exigere potes vel poteris pro mercede tua, q̄ quod Abraham deus promisit, siue re promisit? Et nunquid cœlum, aur paradysum promisit se daturum, vel soli illi quod ex carne eius est semini, si suæ obediret voci? Non vtiq; sed tantum semen quoddam promisit, sem en benedictionis, in quo non solus Iudæus, sed omnes gentes benedicentur. Quod sit illud semen, quis sit modus benedictionis, propheticus omnis ordo contestatur, quia Christus est & remissio peccatorum, quæ per sanguinem eius datur. Igitur ille quidem impiè agit, quia salutem foris odit, sed ille qui inuentus est, qui reuixit intus, ad pietatem eruditur, ut non reddat malum pro malo, sed odientem diligat, inuidenti condoleat, & si nondum adeo perfectus, saltem foris relicto non insultet. Nam hoc est quod Apostolus ait illi. Si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quod si gloriaris, non tu radicē portas, sed radicē te. Dices ergo. Fracti sunt rami, ut ego inserar. Bene. Propter incredulitatem fracti sunt rami, tu autem fide stas. Noli aliter sapere, sed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit, nec forte tibi parcat. Vide ergo bonitatem & seueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt seueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanferis in bonitate. Hoc audire & sic facere pium est. Secundum exemplum ipsius qui hoc docet, ipse enim qui sic persuadet, supra ostendit, sese hoc ipsum facere quod docet. Veritatem, inquit, dico in Christo, non mentior, testimonium mihi perhibete conscientia mea in spiritu sancto, quoniam tristitia mihi est magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, & cætera.

Gene. 12.

Gene. 22.

Roma. 11.

Roma. 9.

*Enturum esse quod dictum est: Pater ergo illius egressus cepit rogare eum, & quomodo dici conueniat illi: Fili tu semper mecum es.*

CAPVT XV.

**F**uturum autem est, ut fiat quod sequitur. Pater ergo illius egressus cepit illū rogare. Nam hoc est, quod loco præmemorato Apostolus ait. Nolo enim vos ignorare fratres mysteriū hoc, ut non sitis vobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet, sicut scriptū est. Veniet ex Sion qui eripiat, & auerrat

Lucæ 15.

Roma. 11.



auerat impietatem ab Iacob. Quod est enim cœcitatē in Israel contigisse, hoc est, fratrem indignatum nolle introire. Porro quod est venire ex Sion, qui eripiat & auerrat impietatem ab Iacob, hoc est, patrem foras egredi, & rogare inuidentem, vt deposita impietate ad conuiuium pietatis introeat. Verba ipsa quibus impietate pater auersurus est, hæc mystica sunt. Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Epulari autē & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Sequentis versiculi sensus perspicuus est, præcedentis autē partim quæstione indiget, partim perspicue patet. Nam quod ait, & omnia mea tua sunt, illud itidē est quod Apostolus ait. Quorū adoptio est filiorū & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorū patres ex quibus Christus secundū carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula, amen. Ergo perspicuum est. Porro quod ait, tu semper mecum es, idcirco quæstione indiget, quia quamdiu foris stat ille filius, & introire non vult, vtiq; cū patre non est. Sed antequam iunior frater iste reuenteretur, anteq̃ conuiuium istud celebraretur, id est, antequam Christus pareretur, cuius hodie carnē manducantes, & sanguinē bibentes, epularur, quod multoties de conspectu patris, & de domo eius exiliens filius ille senior, currebat ad porcorum siliquas, adorans idola, sacrificans Beelphegor, & cætera colens vicinarum gentium dæmonia. Ergo quod ait, tu semper mecum es, aut pro parte dicit eorū qui quamuis pauci de populo illo superant non relinquentes deum patrum suorum, sicut tunc quando dicitū est ad Heliam, reliqui mihi septem milia virorum, qui non curauerunt genua Baal, aut cū grauissima denotacione causa redditur cur illi filio conuiuium nunq̃ fecerit pater, vt cū amicis suis epulareretur. Quod si ita placet, dū dicit, tu semper mecum es, idē est, ac si dicatur. Tu tibi arrogas, quia iustus es. Ego autē non veni facere conuiuium huiusmodi iusto, sed peccatori. Dixerat enim ille, Ecce tot annis seruo tibi, & nunq̃ mandatum tuū præterui, hic autē dissipauit substantiā suā, cum meretricibus viuendo luxuriosus. Itaq; quod ait, tu semper mecum es, sic dictum potest intelligi, non quod ita sit, sed quod ita sit, quippe qui hodieq; cum foris sit solū se esse iactat populum dei, & cū præ inuidiā & infidelitate moriatur, quasi de iustitiā præsumit, quemadmodum Apostolus ait. Querentes suam iustitiam statuere, iustitiæ dei non sunt subiecti.

*Quid in eo intelligendum sit quod ait: Et nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer.*

**A**ntequam auerratur hæc impietas ab Iacob, antequam pietatis regulā audiat vel accipiat ex ore patris ille senior, quid dicit patri suo? Cū præmississet, ecce tot annis seruo tibi, & nunq̃ mandatum tuū præterui, confestim indignanter ac murmurantis animo subiunxit. Er nunq̃ dedisti mihi hœdū, vt cū amicis meis epularer. Sed postq̃ filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suā cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulū saginatum. Etenim iā quidem dictum fuerat, quia pater illius egressus, cepit illum rogare, sed ipsa rogantis verba præcurrunt hæc quæ filius ille dixit, & tunc demum sequuntur illa, cum dicit. Fili tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt, epulari autē & gaudere oportebat, &c. Ergo inuidiam populi Iudaici quæ nunc est, atq; improbā intentionem, qua illum, qui venit in nomine suo, videlicet Antichristū desiderat, hæc fratris verba sonant. Vnde & notandum quod ait, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer, nō dixit agnum siue vitulum, sed hœdū ait nō dedisti mihi, non dixit vt epularer tecum, sed cum amicis meis. Siquidē Antichristus quæ expectat, quemq; in suo nomine venientē, ille populus suscipiet, nō erit agnus, velut ille de quo scriptū est, & sicut agnus corā tondente se, obmutescet, & nō aperiet os suū, sed erit hœdus eorū maximus, qui sedente rege in sede maiestatis suæ, ad sinistram statuendi sunt, cuius in typū caper emissarius iubente domino per Moysen, maledictus & consputus in desertū emittitur. Nā si aliquando per hœdū Christus quoq; intelligitur, hoc pro causa externa fieri cognoscitur, quia videlicet pro innocentia agnus pro peccatis multorū, quæ super se tulit, dicit hœdus. Ergo cū dicit frater ille, nunq̃ dedisti mihi hœdū, fatigatio subintelligit populi Iudaici, suspiciō quod nondū acceperit Antichristū. At idē eum quæ expectat, quæ suscepturus est, nō Antichristū nominat, sed Christū, Quare ergo parabola hæc illi imponit quod murmurat propter hœdū, quodue illū in quo cupit epulari nuncupet hœdū? Videlicet vt arguat populi illius cupiditatē sensumq; terrenū, quia nimirum & si illum voce & labijs nominat Christum, sensu & intentione proficitur se expectare Antichristum. Non enim talem expectat qui mortuos viuificet, sed qui viuentes occidat, non eum qui pacem faciat, sed eum qui bella concitet & humanum sanguinem fundat.

*De hœdo, quod Antichristus sit, cuius aduentu populus ille optat epulari.*

CAPVT XVII.

**D**e illo falso agno & vero hœdo, falso Christo & vero Antichristo post draconem, qui vt superiori libro diximus, mulierem persecutus est, & de ore suo post illam flumen emisit, sic scriptum est. Et steti super arenā maris. Et vidi de mari ascendentē bestiam, habentem capita nouem,

nouem, & cornua decem. Et subinde. Et vnum de capitibus suis, quasi occisum in morte, & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconem, qui dedit potestatem bestię, & adorauerunt bestiam, dicentes. Quis similis bestię, & quis poterit pugnare cum ea? Et datum est ei os loquens magnum & blasphemiam, & data est illi potestas facere menses XLII. &c. Bestia namq; de mari ascendens, vniuersum corpus significat, cuius draco ille, id est, diabolus caput est, videlicet vniuersam multitudinem impiorum. Septem capita eius & decem cornua eius eadem sunt, id est, omnis terreni regni potentia, quia videlicet septem capitibus omnes reges eius, & decem cornibus omne regnū eius figuratur. Nomina blasphemię super capita eius, quia diu appellati sunt reges eius. Vnum de capitibus eius quasi occisum, cuius plaga mortis curata est, Antichristum significat, pertinentem ad terreni regni capita, qui imitatione veri capitis nostri, quasi occisum resurrexisset, & pro Christo qui verē hoc perfecit, suscipiendum se audeat exhibere. Cuius commentū dicitur in Simone mago præcessisse fallaciam, itaque æstimatione quidem seductorum, & simulatione sui agnus erit, reuera autem hœdus, imō & bestia siue cornu bestię, in cuius superbia & crudelitate epularitur, vel epulari vult ille frater inuidus, qui & merito condemnabitur, quia non credidit veritati, suscipiet autem mendacium, ita tamen vt (sicut iam per prophetam dictum est, & Apostolus meminit) reliquię saluę fiant.

**D**e persecutione eiusdem Antichristi, quod magna futura sit. CAP. XVIII. DE persecutione eius videlicet Antichristi, quod verē magna futura sit, dominus grauissima denunciatione asserit, cum in Mattheo dicit. Væ autem prægnantibus & nutriendis in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Erit enim tūc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsq; modo, neq; fiet. Er nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro. Sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi & pseudoprophetę, & dabunt signa magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Hoc ipsum est, quod verbis alijs in Apocalypsi dicitur hoc modo. Et datum est illi bellum facere cum sanctis, & vincere illos, & data est ei potestas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem. Er adorabunt eum omnes qui habitant terram, quorum non sunt nomina scripta in libro vitę, & agni qui occisus est, ab origine mundi. Er subinde. Er fecit signa magna, vt etiam ignem faceret de celo descendere in terram, in conspectu hominum. Er seducit habitantes in terra propter signa quę data sunt illi facere.

*De abundantia pietatis, qua tandem ille frater, id est, omnis Israel saluus fiet.*

CAPVT XIX.

**P**ost tantam impietatis abundantiam, magnificē operabitur spiritus pietatis, dicente patri fratri illi seniori. Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit, perierat, & inuentus est. Hoc enim audiet ille in reliquijs, quæ conuertentur & saluę fient de populo illo, & implebitur illud prophetici, cuius Apostolus memor, Veniet (inquit) ex Sion qui eripiat & auerrat impietatem ab Iacob. Tunc deniq; epulabitur ille senior cū fratre iuniore & cū patre in domo Christi doctus nihil profuisse, quinimō falsum esse quod dixerat. Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum præterui, doctus inquam nihil valuisse sibi quod se semper cū patre fuisse, vel quod omnia quæ patris sunt sua esse confidit, quod non nullo modo verū esse potest, in tantū vt testetur ipsa salus ipse saluator ore proprio, quia salus ex Iudæis est, quinimō etiā pro detrimento cuncta reputari, & arbitrandā esse vt stercora, vbi cunctę sint vel fuerint extra illud cōiuiū, extra veras pietatis delicias. Hoc factō, implebūt illud quod in Ioseph mysticē præfiguratū est, quādo dñs terrę & princeps Aegypti cognitus est à fratribus suis, & epulari sunt eū eo meridie, & ipse bibēs inebriatus est cū illis. Dixitq; eis dē venditoribus suis. Vos cogitastis de me malū, deus autē vertit illud in bonū. Hoc dicit illis non impropere, sed cum indulgentia & gratia, miraculum illius altissimi consilij sui præsentando.

*Quod interea dum ad pietatem exercemur, cauendum sit, ne falsa pietatis imagine fallamur.*

CAPVT XX.

**I**nterea dum pietati studemus, dū ad pietatem exerceri iubemur, simul veritate opus est, vt vera pietas & vera sit veritas, nequādo pietatis falsa imagine fallamur. Est enim remissio quę pieras vult videri, sed profecto longē est à spiritu pietatis, quia videlicet remittendo soluit, parcendo odit, dū per inertiam & mollicie suam, vitia quæ amputari debuerant, nutrirī permittit. Nō sic sancti pietatē prædicāt, vt districtiōnis dignitatē prætermittat. Ab hac suspitione quidā illorum eximius semetipsum eximens, cū dixisset in ipsa correptione prudenter agendū, & ne quid nimis dicens, ne dum nimis cupierit eradere eruginem, si angatur vas, suamq; fragilitatem, semper suspectus sit, memineritq; scriptum, calamum quassatum nō conterendū, continuo subiunxit. In quibus nō dicimus, vt permittat nutrirī vitia, sed prudēter & cū charitate amputet, prout

prout viderit cuiq; expedire. Quod si exempla quærentur, & quis erit Moyse clementior, aut magis pius? Scriptum quippe est. Erat enim Moyse vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. At ille, ubi causa poposcit, districtus esse nouit, & stans in porta castrorū, ait. Si quis est domini, iungatur mihi. Congregatiq; sunt ad eum omnes filij Leui. Quibus ait. Hæc dicit dominus DEVS Israel. Ponat vir gladium super femur suum. Ite & redite, de porta vsq; ad portam per medium castrorum, & vnusquisq; occidat fratrem & amicū & proximum suum. Hoc fecit tanquā districtus, & bono zelo rigidus, veruntamen in ipso districtiōis rigore, suæ mansuetudinis quia mitissimus erat, nequaquam oblitus. Sequitur enim. Facto autem die altero, locutus est Moyse ad populum. Peccastis peccatū maximum, ascendam ad dominum, si quo modo quitero eum deprecari pro scelere vestro. Rursusq; ad dominum ait. Obsecro peccauit populus iste peccatū magnum, feceruntq; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Est igitur veræ pietatis seu veræ mansuetudinis sociæ, semper pro tempore & re discretio rationalis, scilicet ubi vel quādo culpa per aliū cognita est, quam per authorē sui & vniūsq; rei exemplū salutare nobis in Moyse præfultit.

*De euangelico exemplo villici, dicentis: Fodere non valeo, mendicare erubescō, scio quid faciam, &c. qualiter in exercitio pietatis imitandum sit.* CAP. XXI.

**C**AETERUM est ubi vel quando itidem pro tempore & re sola incedere audiā pietas absq; virgæ districtiōis, scilicet dum id quod secretē admissum est, nihilominus secreto & voluntariē prodit humilitas confessionis. Et huius rei nobis exemplum ingerit ipse, in quo totus & semper inhabitat spiritus pietatis laudans prudentiam villici illius, qui hoc modo sibi prouidit. Quid faciam, inquit, quia dominus meus aufert à me villicationem? Fodere non valeo, mendicare erubescō. Et continuō bonum reperens consiliū. Scio, inquit, quid faciam, vt cum amicus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat. Quantum debes domino meo? At ille ait. Centum cados olei. Dixitq; illi. Accipe cautionem tuam, & sede, cito scribe L. &c. Deniq; sicut præcedēs parabola de filio prodigo & fratre eius seniore, qui rediuiuo atq; inuento inuidit, mysterium continet populi gentilis & populi Iudaici, sic sequens ista forma est prælati, cuiuspiam & subditi peccatoris eius dum taxat, cuius peccata præter deum & conscientiam ipsius arbiter nullus sit. Etenim quisquis animabus præfider, nimirum villicus summi domini est, qui si veram & verē humilem prudentiam habet, si verē aliquod iustitiæ initium habet, quotidie iudicat semetipsum in conscientia, vel cognatione sua, iuxta illud. Cogitationes iustorum iudicia. Ponit in mente sua domini sui tribunal, & accusante conscientia, iustus enim in principio accusator est sui, confessio iudicat, timor ligat, ibiq; audit, vel audire sibi videtur dictum domini sui. Quid hoc audio de te? Redde rationem villicationis tuæ. Iam enim non poteris villicare. Qui enim animas custodit, vel custodire debuit, multam & magnam se agnoscit dissipasse substantiam domini sui, si rite perpendat, quomodo seruare debuerit. Hoc perpendens veraciter confitetur, quod amouendus, quod meritō eiciendus sit, si secundum iudicium solum secum agatur. Prouidens ergo sibi, vt misericordiam inueniat, sit misericors ipse subditis, vocans vnumquemq; eorum singillatim, & dicens illi. Quantum debes domino meo? Nam hoc est sollicitum esse de subdito quolibet vel sibi commisso, & priuata atq; secreta commonitione, rogare vt aperiat, quantum debeat deo, id est, nō celet peccata sua, siue cogitationes malas aduenientes cordi suo, iuxta illud. Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas domino. Qui si confessim dixerit, centum cados olei, siue centum choros tritici, id est, si vocem confessionis simpliciter aperuerit, & peccata sua numerauerit, siue magna & multa esse non tacerit, vtitur ille prudentia & arte sua, sede, inquit, cito scribe quinquaginta, sede cito, scribe octoginta, ita tamen vt singulis præscribat ipse dicēs. Accipe cautionem tuam, quod est dicere. Tantummodo tibi caueas, vt de cætero emendes poenitentia austeritatem debitam, leuiorem fac. Verbi gratia, qui septennem siue duodennem poenitentiam debueras, si ad publica tractus fuisses ecclesiæ tribunalia, vno anno siue quadraginta diebus, aut iuxta exemplum Ninuitarum triduo poeniteas, & ego pro te in die iudicij domino meo rationem reddam. Tantum placere debet hæc similitudo villici, qui domino quidem suo villicus iniquitatis, villicus damnosus extitit, sed pro se prudenter egit, & sibi prudenter consuluit, tantum inquam apud spirituales valere debet exemplum villici secularis, vt meritō redarguant semetipsos, & dicant, filij huius seculi prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Hoc enim veritas dixit, & sic debet intelligi. Seculares homines prudentius, vigilantius, atque cupidius commodis temporalibus & transitoria salutis suæ prospiciunt, quam spiritualis propositi viri, circa æternam suam, sollicitudinem studiumq; pietatis adhibeant. Imitemur ergo saltem illos in his quæ sunt ad deum, excitemur saltem exemplo illorum in his quæ pertinent ad vitam æternam.

Finis commentariorum libri Octauī, scilicet de Pietate domini.

RVPERTI

RVPERTI ABBATIS TVITIENSIS DE OPERIBVS SPIRITVS SANCTI

Liber Nonus, de Timore domini, Liber vnus.

De spiritu timoris domini, quod maximum instrumentum sit expectatio iudicij vniuersalis. CAPVT I.



**M**INIMUM quæ nobis ex sancta & veridica scriptura credere & confiteri tradita sunt, finis est vniuersale iudicij, quod verē maximū & præcipuū est, eius qui post spiritum pietatis in descendendo ponitur spiritus timoris domini, instrumentū. Illic enim timor nō modicus est, illic timore nō paruo trepidandū est. Veraciter iterū atq; iterū dixerimus, quia illic timor est, & quæ qui nō trepidat ibi timore, iste sapiens nō est. Tunc enim timebūt angeli, ait dominus, & territi purgabuntur. Vix enim iustus saluabit, etiā si pro merito iustitiæ talis sit, vt rectē vocetur angelus, cuius labia custodierunt scientiā, & qui legē ex ore suo quærentibus, factus est domini exercituū angelus, in nuntius. Bene ergo spiritus timoris dñi dicitur, pro hoc ipso, qd primitus aspirando, nobis insensatis & elatis, & idcirco insensatis, quia elatis, fidem facit corū quæ illic visuri, quæq; audituri sumus, vt credentes & recogitantes timeamus, timentes stultitiā relinquamus, & ad sapientiā fugiamus.

**D**E MAGNO die iudicij eiusdē, quomodo consimilis sit primo dierū seculi. CAPVT II. Les ille, dies magni iudicij, nouissimus erit dierum seculi. Respiciamus nunc ad illū, quem numero primum sancta scriptura diē posuit in exordio sui, quando diuisit deus lucem & tenebras, appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem, factumq; est, ait, vespere & mane dies vnus. Idcirco autē numero primū, quia sicut illic pro posse diximus, alius est dies natura primus, ille autē numero tantū vel ordine creationis primus. Nā qui verē est primus, nō temporalis est, sed æternus, nō de creatura lucēs, sed creaturā illuminans lux. Quod sciēs scriptor noluit dicere, factumq; est vespere & mane dies primus, sed factumq; est, ait, vespere & mane dies vnus. Respiciamus, inquam, ad illū diem, & consideremus admirandā operum dei dispositionem, qui eandē quasi editum terribilē posuit timorem ad custodiendū introitū & exitū scripturæ, siue operum suorū, vt quisquis ad cognoscendū deum ingreditur, & in introitu inueniat cur valde timeat, & in exitu audiat, cur multo maxime contremisecat. Deniq; cū dicitur. Diuisitq; lucē & tenebras, appellauitq; lucē diē, & tenebras noctē, ibi angelos iudicatos, & honorū malorumq; spirituum diuisionē infociabilem atq; immutabilē factam esse intelligimus. & hic angelorū pariter & hominum iudicium immutabile esse faciendū, claris scripturæ vocibus audiuius. Illic angelos apostatas de cælo in istum caliginosum aërem proiectos, hic eosdem angelos & corū sequaces homines impios, non ignoramus, in ignem æternum esse projiciendos.

De septem spiritibus domini, quod qui primus erat in hoc opere, idem sit & finis, scilicet spiritus timoris domini. CAPVT XIII.

**G**RATIAS igitur huic spiritui dñi, spiritui sapientiæ & intellectus, spiritui consilij & fortitudinis, spiritui scientiæ & pietatis, & spiritui timoris domini, quia melius q̄ nos ipsi preparare aut prouidere potuimus, nos abundare voluit, & in veritate experiri fecit, id quod vagienti & esurienti infantulo Israeli spondere dignatur, dilata os tuū & implebo illud, atq; per tam longa spatia recto nos itinere duxit & reduxit, ita vt quod principiū, idem sit finis, & eundo & redeundo vidimus, & videmus omnibus ascendentibus iam in sublimi positus necessariū esse fundamentum timoris domini. Nūc cognoscimus & cognoscere audemus, consultē nos egisse, & bonitate sua hunc spiritū, qui est ipsa bonitas, nostrę paruitati consuluisse. In quo? In eo videlicet, vt de sancta trinitate & operibus eius scribere proponentes septē spiritus dei præ oculis, id est, in intentione haberemus, nō dubitantes bonū deū, quæcunq; fecisset aut faceret, fecisse & facere secundū septiformē potentia huius seculi bonitatis huius sui boni & sancti spiritus. Hac etenim intentione, vt verē simplici oculo & tanq̄ vera lucerna præeunte videmus, in opere dñi cuncta visibilia & inuisibilia creatis, dispositos esse gradus septē dierum, secundū istum septiformē spiritum, à timore vsq; ad sapientiā, vt veraciter scriptura dixerit. Initium sapientiæ timor domini, & deinde lapsu homine, iterum eodem ordine gradus & profectus septē ætarum, secundū eosdē septē spiritus domini, & deinde à passione domini reciproco ordine gradus eosdē à sapientiā vsq; ad timorem domini, & ita secundum eosdem spiritus vbiq; magna & exquisita, mirabiliterq; ordinata opera domini. Sedeamus hic in isto fundamento necessariæ sollicitudinis, & quod reliquum est sermonis tam diutini, perficiamus in timore domini.

De distinguenda significatione timoris. CAPVT IIII.

**P**RIMO dicendum, bifariam diuidi significatum boni timoris, ita duntaxat, vt non quidem aliundē, sed tamen pro diuersis qualitatibus timentium, timor quo timeatur deus alius & alius sit. Est etenim timor seruilis, & timor liberalis. Timor seruilis, siue timor seruorū est, quo

LLLl poena

poena peccati timeretur. Timor liberalis est idem timor filiorum, quo detrimentum gratiæ cauetur. Vtrunq; ab alterutro clarius distinguere conemur. Timor israelis qui poenā habet, incipientium est, id est, eorū qui nunc primū ad deū respicere, & geennæ ignis memores esse incipiunt, & ea memoria aduersus peccatū resistere cōtendunt. Hic non iam sapientia, sed tantum sapientiæ initium est, nec adhuc omnino timor domini, sed timor mortis, nec adhuc recte timor sanctus, sed tantū timor, aut certe timor poenalis, aut anxius dicitur. Porro timor liberalis perfectorum vel ad perfectionē tendentium est, id est, eorum qui post conscientia superiorum gratiarum spontē ad timorē propter cautela sese demittunt. Differt hic ab illo plurimum & multis modis, maximēq; in eo qd illud seruilē atq; poenale perfecta charitas foras mittit, iste autē liberalis & sanctus permanet in seculum seculi. Hoc autem vtriq; commune est, qd vtrq; animam pungit, & quasi sanguinē animæ lachrymas per oculos emittit, diuersis tamen causis agitibus. Nam in illo causa est angustia mentis sollicitæ, ne in geennam mittatur, in isto causa efficiēs est ad desiderium animæ eo qd peregrina sit, & à regno differatur. De timore incipientium, qui & seruilis siue poenalis dicitur, nunc locus & propositi ratio postulat vt loquamur.

*Quod quatuor sint timores, quorum perceptibilis est anima hominis, duo mali, & duo boni.*

CAPVT V.

**T**imor iste vel perturbatio animæ, est veniens ex fide & spiritu dei. Quatuor enim sunt timores, quorū anima hominis perceptibilis est. & idcirco dū de vno proponimus, diffinitione opus est. Duo mali, duo boni sunt timores. Est enim malus timor passio quædā vel perturbatio animi, sed neq; ex fide veniens, neq; ex spiritu dei, quæ improbant etiā seculares philosophi, apud quos lectantur etiā & sapientis quatuor animi passionēs, gaudium, timor, spes, atq; dolor, & e contrario totidē virtutes, temperantia, fortitudo, prudentia, atq; iustitia. Timor ille idcirco malus est, quia perturbat inde animū, vnde perturbari non debuit, scilicet de amittendis opibus seculi, vel de incumbentibus aduersis, quæ oportuerat pro vtilitatis causa fortiter sustineri. Itē timor malus est ex fide quidē, sed nō ex spiritu dei, quo interdū turbatur animus, sed nō se corrigit. Hic iam forte quærat aliquis, quomodo possit esse ex fide, quod nō est ex spiritu dei, cū ipsa fides donū sit spiritus dei? Ad hæc Iacobus apostolus dicit. Tu credis, quoniā vnus est deus, bene facis. Et dæmones credunt, & contremiscunt. Vis autē scire o homo inanis, quia fides sine operibus otiosa est. Idemq; supra dixerat. Fides si nō habeat opus, mortua est in se metipsa. Est ergo timor malus ex fide quidē, sed nō ex spiritu dei, quia nō ex fide quæ per dilectionem operatur, sed ex fide otiosa & ideo mortua. Et hunc timorē oēs quidē & semper dæmones habēt, quia credunt & contremiscunt. homines autē mali non oēs, sed multi desperati habent, quomodo ille, de quo in actibus Apostolorū ita legitur. Post aliquor autē dies, veniens Felix cū Drusilla vxore sua, quæ erar Iudæa, vocauit Paulū & audiuit ab eo fidē quæ est in Iesum Christum. Disputate autē illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, respondit. Quod nunc ardet, vade. Tēpore autē oportuno accersiam te. Simul & sperans, quia pecunia ei daretur à Paulo, propter quod frequenter accersiens eum, loquebatur cū illo. Biennio autē expleto, accepit successorem Felix Portium Festum. Volens autē gratiā præstare Iudæis Felix, reliquit Paulū vincitum. Tremefactus est, sed nō se corripuit, qui tali modo gratiā præstare Iudæis, & correctionis magistrū vincitū reliquit. Sed quid tam longē timoris huius exempla periuimus? Primus homo timore isto timuit, vocē tuā, inquit, domine audiui & timui eo qd nudus essem, & abscondi me. Neq; enim bene timuit qui se abscondit, & culpā cōfiteri noluit. Bonorū differentias timorū supra diximus, quæ videlicet alter seruilis, alter liberalis, alter incipientiū, alter perfectorū est, alter poenā pauet, alter detrimentū gratiæ cauet. Sed & in hoc differūt, quia alter quidē passio vel perturbatio, alter verō pax & requies animi est. Alter enim dicit. Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripas me. Miserere mei dñe quoniam infirmus sum, sana me domine quoniā conturbata sunt ossa mea, & anima mea turbata est valde. Et subinde, Turbatus est à furore oculus meus. Alter verō ita tranquillus, quietus, & ab omni perturbatione remotus est, vt de illo veraciter quidā sapiens dicat. Qui timet dominū nihil trepidabit & non pauebit, quoniā ipse est spes eius. Timētis dominū beata est anima eius ad quē respicit, & qui est fortitudo eius firmamentū virtutis tegumen ardoris, & vmbra culum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutoriu casus exaltans animā & illuminans oculos, dans sanitatem & vitā & benedictionem. Igitur timoris boni quidē sed nondum perfecti & optimi timoris poenam habentis, quem perfecta charitas foras mittit, vera & sufficiens est illa definitio, quam diximus, quia passio vel perturbatio animi est veniens de fide & de spiritu dei.

*De timore bono, sed nondum perfecto, quomodo diuidat hominem contra semetipsum voluntatibus contrarijs.*

CAPVT VI.

**P**rimum hoc habet vtile timor iste, qd hominem vnum eundemq; contra semetipsum diuidit, vt quasi duo sint in alterutro diuisi voluntatibus contrarijs, quemadmodū Apostolus dicit. Caro enim concupiscit aduersum spiritū, spiritus autē aduersus carnē. Hæc enim sibi inuicem

inuicem aduersantur, vt non quæcunq; vultis illa faciatis. Non enim hoc ita dictū est, vt quicq; suffragari putanda sit hæresi illi, quæ animā hominis partem dei habere dixit, corporis verō si gmentum à deo malo factum, & ideo contrarijs sibi bimer diuersisq; substantijs carnē letari, animam contritari, & in quibus exultat anima, carnē affligi. Non est hoc quod dixit, caro concupiscit aduersum spiritū, spiritus aduersus carnē. sed caro totus homo est ante aspirationē timoris dei. caro, inquam, id est, carnalis. Vbi autē aspirat & animę eius incidit spiritus timoris dei, iam partim caro, partim spiritus est, & contra inuicē hæc duo pugnant voluntatibus contrarijs. Pugnā ipsam alio loco idē Apostolus plenius exprimit, dicens in persona cuiusq; infirmi & imperfecti. Ego autē viuebā sine lege aliquando. Quid est, viuebā sine lege aliquando, nisi operabar quæ volebā sine timore? Sine lege enim viuit, qui sine respectu peccati timoris dei, qui læratur cū male fecerit, & exultat in rebus pessimis. Sed cū venisset mandatū, inquit, peccatū reuixit. Ecce origo belli & initium seditionis, de qua dixit. caro concupiscit aduersum spiritū, & spiritus aduersus carnē. Venit enim mandatū, quādo aspirat hic spiritus timoris, & animā facit esse memorē mandati, memorē futuri iudicii. Tunc sine dubio peccatū reuiuiscit, quod antea quasi mortuū fuerat, quia legnius & negligentius vtebat ardor peccati, acrius perurget, & quasi tyrannaz, audiens, quia corra se in arrio eiusdē animæ spiritus ille portitor mandati resultat. Fit itaq; discordia magna concurrentiū spiritus & carnīs, id est, mādati & peccati, siue boni timoris & malæ cupiditatis. Ita diuisus homo post modū dicit. Condelector legi dei, secundū interio rem hominē, Video autē aliam legē in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Hæc est illa pugna siue discordia carnīs & spiritus, quem nō aliter scire potest homo, nisi experiatur. Amplius autē ex eo quod subinde dicit. Igitur ego ipse mente seruio legi dei, carne autē legi peccati, constat vnū eundemq; hominē contra semetipsum diuidi, ita vt aliud faudeat timor dei siue timor mortis, aliud infirmitas siue consuetudo carnīs. Interea timor dei crescit & conualescit, ita vt peccatū in carne habitans abiciatur. & tūc demū qui remanet intus, sit timor sanctus. & loco peccati quod eiecit, loca tandē charitate fruatur. Hoc suspirans inter pugnantū loquitur. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominū nostrū. Quomodo autē iste timor crescat & vsq; ad pacis sanctitatē perueniat, ipse dominus in Euangelio tali similitudine demonstrat. Sic est regnum dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat die ac nocte, & sic semen germinet & increseat dum nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primū herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica.

*De terribili iudicio dei, quod verē magna timoris huius substantia vel causa sit.*

CAPVT VII.

**Q**uid tandem illud est, qd timor iste animā sibi vendicat, & ad consensum sui prouocat? Nimirum terribile iudicium dei, quod futurū in nouissimo die omnis scriptura diuinitus inspirata, iugiter prædicat. Magna planē vis & grādis materia, qua timor idē, si paruus vel tenuis erat, quotidie pascatur & conualescat. Nā vt cætera nunc interim taceā, vel differā, summa illius iudicii cōsideratio est homini scire vel retractare, quia post hanc vitā, maximē autē post illud vniuersale iudicium, peccatori & impio nō magis qd diabolo vlla superest poenitentia. Nonne miserimum esse diabolum perpendit, quisquis considerat in eo quod & accepit, iā pro suæ merito iniquitatis, vt quæ cū liceret proficere noluit, iā proficere nec velit nec possit, & accepturus est in illo iudicii die poenas ignis æterni, quibus nullus sit finis? Oēs quippe angeli cū libero arbitrio conditi sunt, & sic bene constituti, vt in melius proficere haberent. Profecerunt qui voluerunt, qui bonā voluntatē habuerunt. Defecerunt & apostatauerunt, qui sibi met qd creatori suo placere maluerunt. Factum est deinde eorū iudicium, & qui cum peccare possent, peccare noluerunt, firmiterq; in amore creatoris pedē fixerunt, hoc in remunerationē acceperunt, vt amplius iam peccare vel peccando mori non possint. Verbo enim domini cæli firmati sunt, & spiritū oris eius omnis virtus eorū. E contrario, diabolus & oēs angeli eius, qui cū illo iniquitatem operati sunt, ita ceciderunt, & ita moto pede superbiæ expulsi sunt, vt iam amplius stare non possint, talem omnino retributionē acceperunt, vt nunquam restitui possint. accepturi sine dubio adhuc in illo die retributionē ignis æterni. Nonne, inquam, quisquis aduertit, miserimum hoc esse perpendit? Certissimē autē homo quocunq; in articulo est, eiusdē periculi, & rationem habet cum eodē iudice deo conditione simili. Sic enim & ipse bene conditus fuit cum libero arbitrio, vt si veller, in melius proficere posset, & quia proficere neglexit, deumq; contempsit, de paradiso eiectus est. Sed & nunc redēptoris gratiā, in idipsum repositi sumus, & ad hoc in præsentis temporis ecclesiam de cunctis gentibus vocati transferimur, vt ad similitudinē creatoris nostri, vitamq; æternā quā in Adam perdidimus recuperandā proficiamus. Profecerunt & proficiunt ex nobis qui volunt, ita vt filij dei facti sint, & filij dei fiant, qui volunt. Quicunq; nunc ita volentes proficiunt, talem in illa die iudicii remunerationē accipient huius bonæ voluntatis, vt amplius iam deficere non possint, sintq; æternaliter filij dei æterni, & contra, quicunq; ex nobis

proficere nūc negligūt vel contēnunt, talem itidē in illadie remuneratiōē accipiēt, vt amplius iam proficere non possint, sintq; socij & cōparticipes diaboli & angelorū eius in flamma ignis æterni. Magna igit verē causa, magnū iudiciū illud in anima hominis est timoris dei materia. De aduentu tremēdi iudicij, quomodo sedebit ipse super sedem maiestatis suæ.

## CAPVT VIII.

**G**Rande expectaculum. Ait enim ipse rex & filius regis, cui deus pater iudiciū dedit. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eū omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis. Et statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris, & reliqua. Filius hominis veniet, filius hominis apparebit. Sic inde veniet, quomodo hinc ascendit. Dixerunt enim angeli. Hic Iesus qui assumptus est, & grandis timor ac tremor expectantium, quia talis eleuatus est, & grandis timor ac tremor expectantium, quia talis, & sic veniet. Nubes enim illum suscepit, & in nube venturus est. Nam tunc videbunt, ait, filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. Idcirco verē psalmus dixit. Ascēdit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. Apostoli namq; iubilauerunt, sicut scriptum est. Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, sed & vocem tubæ acceperunt, nobisq; auditā fecerunt, qua dictum est. Sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cœlum. Quomodo viderant, qualem viderant euntem in cœlum? Viderant euntem formam serui, viderant in manibus & pedibus eius fixuram clauorum, viderant latus eius lancea vulneratum, & talem susceperat nubes ab oculis eorum. Grande & dulce gaudium intuentium, quia talis eleuatus est, & grandis timor ac tremor expectantium, quia talis, & sic veniet. Nubes enim illum suscepit, & in nube venturus est. Nam tunc videbunt, ait, filium hominis venientem in nube, cum potestate magna & maiestate. Idcirco verē psalmus dixit. Ascēdit deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. Apostoli namq; iubilauerunt, sicut scriptum est. Et ipsi adorantes, reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno, sed & vocem tubæ acceperunt, nobisq; auditā fecerunt, qua dictum est. Sic veniet quem admodum vidistis eum euntem in cœlum. Hęc namq; prænunciatio plena est timoris, tanquam vox tubæ, grande & terribile bellum nunciantis. Et Apostolus idem sentiens, dicit. Quoniam ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tubā dei descendet de cœlo. In iussu, id est, in imperio maiestatis, in voce archangeli, id est, in præconio angelicæ fortitudinis iudicij adesse nunciantis, in tubā dei, id est, in conitru & terrore, qualem solus deus facere possit. Tunc enim idem deus noster, qui & filius hominis, manifestē veniet, & non silebit. Grande igitur expectaculum, vbi sic veniet cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerūt, & plangent se super eum omnes tribus terræ. Venient & omnes angeli cum eo. Et sicut in alio Euangelio ipse testatur, eo veniente virtutes cœlorum mouebuntur. Quodq; amplius pauendū est, qui prius venit in spiritu mansuetudinis, sicut ostendit species columbæ, quæ super eum apparuit, tunc veniet in flamma ignis. Reuelabitur de cœlo cū angelis virtutis suæ in flamma ignis, inquit, Apostolus, dantis vindictam his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi. Illo igne, cœli soluentur, mare siccabitur, vt patrum quidam arbitrantur, & hinc forrē in Apocalypsi Iohannes inquit, & mare iam non est. Cœlos verò calore soluendos apostolica scriptura nō tacuit. Cœli, inquit, qui nunc sunt, & terra, eodem verbo positi sunt, igni referuari in diem iudicij, & perditionis hominum impiorum. Item. Adueniet autem dies domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur. Tunc sedebit super sedem maiestatis suæ. Non tanquam vicarius aut legatus super alienam sedem, ad horam vel ad tempus sedebit, sed rex legitimus & monarcha cœli super suam sedem in sua maiestate sedebit.

Quomodo congregandæ sint ante eum omnes gentes, canente nouissima tuba.

## CAPVT IX.

**E**T congregabuntur, inquit, ante eū omnes gentes. Quomodo congregabuntur, vel vnde congregabuntur? Resurgendo congregabuntur, de sepulchris exiliendo cōgregabuntur. Et mortui qui in Christo sunt, ait Apostolus, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus, qui relinquitur, simul rapiemur cum illis, in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cū domino erimus. Tanta erit velocitas congregationis, siue resurrectionis, vt hi qui viuentes inueniuntur, mortuis domino non occurrant velocius. Nam & hoc astruens, hoc enim inquit vobis dicimus in verbo domini, quia nos qui viuimus qui residui sumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui dormierunt. Non præueniemus, sed simul rapiemur. Nos qui viuimus, ita dixit, ac si diceret, qui taliter in corpore tunc inuenientur, qualiter sumus nos, qui hodie viuimus. Et verē sic dicendo, multum adauget miraculum velocissimæ resurrectionis, in qua hi qui viuentes inuenientur velociores ad occurrendum domino esse non poterunt his, qui iam dudum in puluerem reuersi sunt, quos terra consumpsit, quos mare absorbit, quos ignis deuorauit. Hinc & alibi dicit. In momento, in ictu oculi. Quomodo, inquit, tam cito poterunt inueniri, qui tam diuersis modis in tā diuersas partes dissecti sunt & consumpti? Verē tam cito, quanto citius, tu homo videre non potes illud, quod palmo confringis. Nonne quaqua verum mortuorum cineres dispererunt, omnis caro in terram de qua sumpta est, redit? Er nonne veraciter deo dictum est, terrā palmo concludis? Ergo tam cito deus inueniet quod terra consumpsit, q̄ cito inuenis tu quod palmo confringis, scilicet in momento in ictu oculi. Quomodo

tam

tam cito de tā multis exillent sepulchris, de tā multis aquarū vel terrarū abditijs? Canente tuba nouissima, tonante & omnia cōcutiente maiestate omnipotentissima. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. Quomodo Lazarus quattuordecim annis mortuus resurrexit. Debet enim satis esse pro experimento veritatis, pro argumento velociter & potenter agendæ resurrectionis. Nā idcirco sic illū corporaliter suscitauit, vt fidē faceret eius promissionis, qua dixerat. Noli te mirari hoc, quia venit hora in qua oēs qui in monumentis sunt audient vocē filij dei, & prodeunt, sicut & sororē eius Mariā spiritualiter suscitauit, vt fidē faceret eius, qua itidē dixit. Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nūc est, quando mortui, id est, peccatores audient vocē filij dei, & qui audierint, viuēt. Quomodo ergo illū suscitauit? Tantummodo voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario ligata erat. Mira res. Quomodo prodijt cū ligatus esset manus & pedes institis, & idecirco ad prodeundū neq; manibus neq; pedibus posset vtī? Quomodo vidit quo procederet vel qua, cuius facies sudario erat ligata? Nō ergo suum fuit, q̄ prodijt, sicut nec illud q̄ reuixit, sed vnus idemq; clamor vocantis, qui corpori vitā incussit, sepulchro corpus excussit. Credamus ergo, quia canente tuba nouissima, tuba dei, sic exillent mortui, quomodo ad clamorem illū is qui fuerat mortuus prodijt. Nā clamor ille tubā nouissimā præsignauit. Itaq; resurgendo & cū impetu de sepulchris exiliendo congregabuntur ante eū omnes gentes, latere non valentes. Deniq; si possent, latere vellent, non solū gentes, sed & gentiū reges & principes, sicut in Apocalypsi scriptū est. Et reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis & petris montium. Et dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quoniam veniet dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

Quomodo intelligendum sit, quod Apostolus ait: Mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde nos qui viuimus, qui residui sumus simul rapiemur cū illis. CAP. X.

**N**ec verò solam celeritatē in resurrectione, sed & pauoris nimietatē in cantu tubæ nouissimæ intelligere debemus, cum dicit loco supradicto Apostolus. Et mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Darur enim per hoc intelligi, quia vno eodemq; impetu vel conitru magnæ tubæ canētis, ad vnū eundemq; fragorē archangelicæ vocis, iussuq; tremēdæ maiestatis & mortui quasi dormientes à somno mortis concussi euigilabunt, & qui viui inuenti fuerint, simul in mortē attoniti concident, & de morte confestim resurient. Non enim sic intelligitur, nec sic intelligendū est, nos qui viuimus, qui relinqmur simul rapiemur cū illis in nubibus, vt putemus eos mortē nō virosos, qui viuentes inuenientur, sed sicut iam dictū est, viui inuenti morientur, & eodē concussu quo mortui fuerint, confestim rursus ad viuendū excitabuntur. Magnū & mirabile, q̄ mortui de sepulchris viuentes excurientur, sed maius & mirabilius, q̄ viuentes metu exanimabuntur, & eadē formidine ad vitā sensumq; reuocabuntur. terra quoq; ipsa quæ animā aut sensum nō habet, ita sub illa maiestatis præsentia trepidante, ac si irā sentiat, & sensualiter affligatur. Si tantus terror vel terroris tanta vis in voce vel in cantu tubæ prænuntiantis, quis putas vel quantus erit sensus iræ, vel vindictæ præsentis in ipso actu iudicij? Verē nisi post resurrectionis momentū iā immortales esse mus, si villo modo mori possemus, pro solo visu exanimaremur, videntes tartarū apertū, & paratū impijs ignē æternū. Sed enim iā non poterimus mori, & volentes, nolentes, viuere oportebit. Vnde & verissimē dictum est, quia cupient homines mori, & fugiet mors ab eis. Erit itaq; impijs extunc, si dici potest, mors semper viuēs, vita semper moriens.

De eo quod idem ait, Omnes quidē resurgemus, sed non oēs immutabimur. Cap. XI.

**A**it autem idē Apostolus. Omnes quidē resurgemus, sed nō omnes immutabimur. Item. Mortui resurgent incorrupti, & nō immutabimur. Hęc est spes, hęc est consolatio sanctorum, hęc est fiducia perfectorum, perfectā charitatē habentium. Oēs, inquit, scilicet tam reprobū electi resurgemus, nō autē oēs, sed nos videlicet soli electi immutabimur. Quid enim est, immutabimur? Impassibiles efficiemur, impassibilia corpora resumemus. Non hoc speramus, nō hoc expectamus, q̄ ignē videre, vel igni ipsi, vel ipso igne ardētibus, in illa die interesse nō debeamus, sed hoc promissum habemus, & hoc sperare debemus, quia resurgendo sic immutati erimus, vt per ignē transeuntes, ignē non sentiamus. Tantū valebit veritas nostræ fidei & dilectionis, tantū veritati fauebit iustitia iudicij, vt penes quos erit veritas & iustitia, illos ignis lædere vel contristare nō possit. Hoc est, quod idē Apostolus dicit. Vniuersiusq; opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabit. Et vniuersiusq; opus quale sit, ignis probabit. Hic timor est, hic timore trepidandū est. Quis enim de semetipso præsumere possit, q̄ ex eorū sorte vel numero sit, qui sic sunt immutandi? Quis eorū qui tunc viuentes sunt inuenti, ita castum cor se habere gloriari poterit, vt neq; ligna, neq; scœnum, neq; stipula, sed tantummodo aurum, argentū, & lapides preciosi in opere eius inueniantur, quæ consumere non possit ignis? Nam eorū qui nunc in pace ecclesiæ defuncti sunt, vel defunguntur, multi longa

LLL iij purga

purgatorij ignis vitione indigent, quia nō solum scēnū aut stipulā, id est, leuioia, sed ligna quoq; id est, grauiora peccata super fundamentū Christianæ fidei superedificauerunt. Ergo electorū quoq; illorū, maxime qui tunc viuētes inueniuntur, q̄ plurimi ardentes iudicabuntur, & ardentes in iudicio purgabuntur. paucissimi erunt, qui eorum quæ visuri sunt, quæ audituri sunt, solo pauore purgentur, & impassibilitate confestim immutentur.

*De separatione ouium ab hœdis, & quod quatuor diuisiones hominum in illo iudicio futurae sint.*

CAPVT XII.

**C**ongregatis autē ante eum omnibus gentibus, separabit eos, inquit, ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Et statuet oues quidē à dextris suis, hœdos autē à sinistris. Omnes gentes ante eū congregabuntur, nō tamen oēs homines astabunt, vt iudicētur. neq; ante conspectum eius sententiā accipient qui iā iudicati sunt, id est, qui nō credunt. Nam & Apostolus dicit. Quicumq; enim sine lege peccauerūt, sine lege peribunt. Et quicumq; in lege peccauerūt, per legē iudicabuntur. Sed & illud non prætermittendū, q̄ sequentibus se, dominus noster repromisit. Amen dico vobis, ait, q̄ vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione, cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Duodenario numero significata est vniuersa iudicantiū multitudo propter duas partes numeri septenarij, quo significatur plerūq; vniuersitas. Ter enim quatuor, aut quater tria, duodecim faciunt. Quatuor ergo diuisiones siue ordines hominum in illo iudicio erunt. Vnus erit ordo perfectorū, qui nō iudicabunt, sed iudicabunt. alius eorū qui sine deo sunt, qui nō iudicabuntur, sed iā iudicati sunt, qui sine lege peribunt, quia legē non acceperunt. Duo restant ordines eorū erūt qui legē acceperunt. Nam alij ex his legē acceptā seruauerunt, & idcirco per legē iudicabuntur, & saluabunt. alij legē acceptam nō seruauerunt, & idcirco per legē iudicabunt, & peribunt. Nimirū, quia legē acceperunt, idcirco quasi grex ante pastore congregabuntur, & idcirco quia legē seruauerunt hi, & nō seruauerūt illi, separabuntur, quem admodū dicit, sicut pastor segregat oues ab hœdis. Qui legē seruauerunt, & curā dilexerūt pastoris, isti oues sunt, qui autē non seruauerūt, qui nō dilexerunt, isti hœdi sunt. Separabunt ergo ab inuicē, vt nō in eisdē beatitudinis caulās, cū mitibus agnis & ouibus, hœdi petulci & cornu peræ ingrediantur. Hic interim dū in pascuis sunt, dū foris in agro mundi huius pascuntur, hœdi inter oues mixti obambulant, & inter simplices agnos luxuriantur, interdū & infirmiores quosq; fortiores ipsi perfodiunt & lacerant corniculis elatis & lasciuientibus. sed cū ad illas caulās peruentū fuerit, separabuntur pastoris diligentia, iuxta parabolā zizaniorū agri, quā dictū est. Mittere filius hominis angelos suos, & colligēt de regno eius omnia scandala. Sanē quod ait. Statuet oues quidē à dextris suis, hœdos autē à sinistris, iuxta illud intellige quod alibi legitur. Cor sapientis in dextera dei, & cor stulti in sinistra illius, & supra in hoc eodē Euangelio. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Oues in parte iustorū stare iubētur ad dexterā. hœdi, hoc est peccatores, ad sinistrā, qui semper pro peccato offeruntur in lege. Nec dixit capras quæ possunt habere scrotus, & tonstræ egrediunt de lauacro, oēs gemellis scrotibus & sterilibus nula inter eas, sed hœdos lasciuum animal & petulcum, seruens semper ad coitum.

*De eo quod dicit, rex ijs qui à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei.*

CAPVT XIII.

**T**unc dicit rex ijs qui à dextris eius erunt. Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Esuriui enim, & dedistis mihi manducare. Sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes eram, & collegistis me. Nudus, & cooperuistis me. Infirmus, & visitastis me. In carcere eram, & venistis ad me. Bona verē, & magni boni auditio est, cum dicit. Venite benedicti patris mei. Magnum & verum bonum quod offert, possidere, inquit, paratum vobis regnum à constitutione mundi. Hic iam quærimus, illud regnū quomodo paratum sit benedictis istis, quoniam audiuius quando vel ex quo paratum sit, scilicet à constitutione mundi. non enim dicit ante constitutionem mundi, sed, à constitutione mundi. Porro sancta scriptura, quæ omnia docet nos, & de omnibus responderet nobis, à constitutione mundi incipit, id est, de constitutione mundi primam narrationem facit. Ibi ergo quærimus, & cito inuenimus, quomodo regnum illud benedictis dei paratum sit. Compleuitq; deus die septimo opus suum quod fecerat. & requieuit die septimo, ab vniuerso opere quod pararat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum, quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit deus vt faceret. Extunc paratum esse, Apostolus testatur, cum dicit. Quibus autem iurauit nō introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt. Et videmus, quia non potuerunt introire propter incredulitatem. Et subinde. Quoniam ergo superest, quosdam introire in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est non introire propter incredulitatem. iterum terminat diem quandam hodie, in Dauid dicendo post tantum temporis, sicut supra dictum est. Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset, nunquam de alio loqueretur post hac die. Itaque relinquatur sabbatismus populo dei.

Qui

Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis deus. Nunc quoniam inuenire cupimus, & gaudemus vbi cumq; aliquatim inuenire meremur intentionem spiritus sancti, in scripturis suis, numeremus opera quæ commemorat rex iste ijs, quos à dextris posuit, vt constanter sciamus secundum illam regalem apostolicamq; scripturā, sabbatismum esse legitimum, quo vocat eos dum dicit. Venite benedicti patris mei. Primum est, Esuriui, & dedistis mihi manducare. Secundum, Sitiui, & dedistis mihi bibere. Tertium, Hospes eram, & collegistis me. Quartum, Nudus, & cooperuistis me. Quintum, Infirmus, & visitastis me. Sextum, In carcere eram, & venistis ad me. Sex itaq; sunt opera misericordiæ, post quæ & propter quæ dicitur, Venite benedicti patris mei, possidete regnum. sicut sex sunt dies operum, id est, sex species operum dei, quibus completis, deus requieuit. Igitur regnū illud sabbatismus est, & septimus dies, in quo deus requieuit. & extunc paratum est regnum benedictis illis, quando deus opus suum compleuit, diemq; septimum benedixit, & sanctificauit, in quo & requieuit. Idcirco recte Apostolus dicit. Qui enim ingressus est in requiem eius, etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut à suis deus. Quis autē iste ille septimus dies quem benedixit deus, & sanctificauit, nisi verbum & sapientia filius dei? Nam verē hic filius, hoc verbum, hæc sapientia, in qua deus omnia fecit, requies est, & ludus atq; deliciae dei, sicut ipsa sapientia quodā loco dicit. Ego eram cum eo cuncta componens, & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore, ludēs, in orbe terrarū, & deliciae meæ cum filiis hominum. Quod autē verē istum diem claritatis deus benedixerit & sanctificauerit, ipse dies ore ppriis, ore lucido sic notū fecit, Si illos dixit filios dei, ait, ad quos sermo dei factus est, & nō potest solui scriptura, quæ pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemias, quia dixit, filius dei sum? Est igitur, in qua, regnū illud verbū, & sapientia siue plenitudo verbi & sapientiae dei, quod expectās Apostolus. Nunc, inquit, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autē venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Item, Videmus nunc per speculū in ænigmate, tunc autē facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autē cognosca sicut & cognitus sum.

*Quod hi, quibus dicitur est: Esuriui & dedistis mihi manducare, &c. quod ad eam perfectionem hic non attingant vt nihil possideant.*

CAP. XIII.

**S**imulq; ex hoc liquer illos, quibus à dextris positus hæc dicenda sunt, eos esse, qui ad illam perfectionem non pertingentes, quia dictum est. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, actiuae vitæ inseruiunt, & peccata quidē contraxerunt, sed eadem elemosynis redimere studuerunt. Nam qui contemplatiuae vitæ dediti sunt, eorum non est iudicari, sed iudicare. Imo sicut eorum non est quicquā in hoc seculo possidere, sed omnia pro Christo reliquisse. sic eorum non est esurientem pascere, sitientem potū dare, sed omnia pro Christo reliquisse. sic eorum non est esurientem pascere, sitientem potū dare, hospitem colligere, nudum operire, infirmum & in carcere positum visitare. Martha Martha, inquit dominus, sollicita es & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optima partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Ergo qui cum Martha ministrātes solliciti sunt, & turbantur erga plurima, tunc primū ad regnum possidendū vocantur, quando indicantur & saluantur, eo quod bene ministrando, peccata sua elemosynis redemerunt. nam isti qui cum Maria sedentes ad pedes domini audiunt verbum illius, id est, qui contemplatiuam obtinent vitam, iam ex parte regnant, iam enim vt cūq; apprehendunt partē suam. Regnare namq; siue initium regnandi iam facere, est verbo dei vacare, & propter illud non solum peccata fugere, verum etiam & diuitias, licitas quoq; curas seculi continere. Notandum itaq; vbi dicitur, Venite benedicti patris mei, possidete regnum, non huiusmodi rationem subiungi, propter me enim omnia reliquistis & me secuti estis, sed nec istas, non enim occidistis, nō mœchastis, non furtū aut rapinam fecistis, siue nō concupistis. sed, esuriui enim & dedistis mihi manducare, &c. vt intelligamus, illos esse iudicandos, & in maximo timore futuros, qui peccauerūt negotijs secularibus impliciti, sed peccata sua (vt iam dictum est) elemosynis redemerūt, & in iudicio esse saluandos. illos autē, qui omnia reliquerunt, & dominum secuti sunt, iudicandos.

*Quanta sit remuneratio largitas, vt propter huiusmodi opera homo cum deo in sabbatismum introeat.*

CAP. XV.

**S**omma autem admiratione digna est hæc remuneratio largitas, vt propter huiusmodi opera, homo cum deo vnum & eundem sabbatismum, id est, requiē eius introeat. Quanta enim sunt hæc opuscula, nō iustorū, sed penitentium hominum. quanta, inquam, sunt ista, esurientem pascere, sitientem potum dare, &c. in comparatiōe operum dei, qui sanctos angelos condidit & beatificauit, mundi istius fabricam componens, firmamentum in medio aquarū libravit, maria terminis suis circūdedit, & terram omni genere fructuū vestiens, paradysum plantauit, solem & lunam fecit, vt præessent diei & nocti, & stellas in firmamento posuit, animam viuā tam diuersorum generum, tam multarum specierū, de aquis iussu suo produxit, iumenta & bestias de terra produxit, & hominem plasmavit. Attramen propter sex illa opera in eundem sabbatismū homines inducit, quo & ipse requiescit, qui tales sex operū species fecit.

LLLI iij Adde,

Math. 27.

Roma. 2.

Math. 19.

Math. 13.

Eccle. 10.

Math. 5.

Cant. 4.

Math. 24.

Gene. 2.

Hebr. 3.

Ibidem 4.

Math. 24.

Proverb. 8.

Iohan. 10. Psal. 51.

1. Cor. 13.

Lucæ. 10.

Math. 23.

Gene. 1.

Adde, quod cum iure opifex tantus tamq̃ bonus sabbatizare posset, seruilem formam induit, & hominem qui perierat, non qualiscunq̃ cum opere, sed & cum labore & dolore mortis requisiuit. Quæ est ista ratio, vt talis operarij dei homo propter tantilla opera socius & compariceps sit? Sed ne miremur, artificiosa dei charitas inuenit, quomodo iuste, rationabiliter & legitime posset hoc fieri. Ait enim, Amen dico vobis, quamdiu fecistis vni de istis meis minimis, mihi fecistis. Dixit autem alio loco, Qui recipit vos, me recipit. Et qui me recipit, recipit eum qui misit me. Et continuo, Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. Et qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Ergo consequenter, Qui recipit creatorem, & saluatorem mundi in quo & patrem eius sine dubio recipit, gloriam accipiet eiusdem patris & filij, vt vbi ille sabbatizat vel requiescit per debitum, qui omnia valde bona fecit, illic requiescat iste per gratiam, quia qualia potuit bona cum charitate fecit.

*Qui sint minimi illi, & quod alterius ordinis sint, de quibus ait: Quamdiu fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis.*

CAP. XVI.

**E**T qui sunt minimi illi, quos quasi digito ostendens, quamdiu, inquit, fecistis vni de his minimis meis, mihi fecistis. Qui sunt, vel vbi sunt, quoniam hæc omnibus loquitur, qui à dextris statuti sunt? Sunt ergo alterius ordinis, scilicet ordinis eorū, qui (vt supra diximus) non iudicantur, sed iudicant, iuxta promissum dicentis. Quia vos reliquistis omnia & secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, &c. Isti sunt verè minimi Christi, vt verè preciosa atq̃ laudabili paruitate minimi. quia videlicet cum iam magni essent, & viri barbatii scientes atq̃ valentes repercutere percutientem, irascentibus irasci, scientes & valentes oculum pro oculo, & dentem repetere pro dente, sponte sua conuersi sunt, & facti sunt sicut paruuli, ita vt auferenti tunicam, dimitterent & pallium, percutienti maxillam, præberent alteram. Tales minimi verè sunt magni, quia paruitas eorum de virtutis magnitudine procedit, id est, de spiritu humilitatis, hic se humiliando, vt apud deū mereantur exaltari. Sicut enim illos magister mitis & humilis corde docuit, Qui voluerit inter vos, inquit, primus esse, erit vester seruus, sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Ergo quia propter deū minimi, siue pauperes facti sunt, iusto valde iudicio dicitur, quamdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis, quia nimirum verbū dei iuuat, & verbo dei, quod est ipse filius dei, proficit, quicquid talibus minimis impenditur, idcirco vt verbo dei expediti atq̃ liberi vacare possint quod reuelatum est eis, testante ipso cum dicit. Quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Veruntamen & qui non sponte minimi vel pauperes sunt, sicut fuit Lazarus, ab ista tanti iudicis cura non excluduntur. Sufficit enim apud latissimam charitatis intentionem, quod nomen eius super eos inuocatum est. & pro hoc recte minimi eius dicuntur & sunt, Christoq̃ datur, quicquid talibus pro eo quod Christi sunt impenditur. Idcirco etiam si nonnulla reprehensibilia perpetrare videantur, despiciendi non sunt, & non est de illis desperandum, quia fortasse quos superfluitas tenuissimæ paruitatis inquinat, caminus paupertatis purgat, eorumq̃ vitam magistra paupertas cruciat, quousq̃ ad vitæ reuerentiam perducatur. Hoc vt recogitet quisq̃, illa maxime exigit sententia, qua cum dictum est. Filii recordare, quia recepisti bona in vita tua, continuo subiunctum est, & Lazarus similiter mala.

*Quod non tantum quid, sed & quamdiu faciat minimis istis, debeat in iudicio ponderari.*

CAP. XVII.

**N**Orandum præterea, non solum quid, sed & quamdiu quis faciat minimis istis, in iudicio ponderari. Vigilanter quippe animaduertendū, quia non dixit, quod vni ex minimis meis fecistis, sed quamdiu, inquit, fecistis. Plurimum interesse manifestum est, ita vt iudicare possint parui quoq̃ grammaticorum infantuli syllabici. & si iudicare differant, dubiam sententiam proferant nutabundi, statim ferula magistri digni sunt. Quod enim, inquit, nomen est habens declinationem pronominis, quamdiu verò aduerbiū est significatiuum temporis. Iuste ergo & sicut iudicem iustum decebit, dicit quamdiu fecistis, appendendo videlicet, non solum quid factum, sed & quamdiu factū sit. Exempli gratia, Diues aliquis epulas splendide, cuiuspiam Lazaro iacenti ad ianuam suam, micæ siue reliquias, aut certe si religiosior est, primitias mensæ suæ quotidianæ tribuit. & dum viuunt pauperū memor est, non desinens tale quid facere, ex eo, quod abundat sibi. Alius autem multi possessor patrimonij, fortassis & aurum siue argenti intrus repositi, cænochia siue Xenodochia construit, constitutis redditibus annuis, vnde non solum in vita eius, sed & per mille generationes bene habeant & in commune viuant aliquot ex istis minimis, siue viceni, siue triceni, siue centeni. Nonne igitur (vt iam dictū est) pertinebit in illo iudicio, iustum quoq̃ meminisse pro ratione præmij, vt habeat plus retributionis, qui diutius ministravit.

*Quomodo interroget & discat quid, quamdiu fecerint, & cum fecerint. CAP. XVIII.*

**E**t illud recte quaeritur, quomodo tunc primū interrogent & discant, quid vel quamdiu fecerint, aut cui fecerint, cum tempus discendi vel docendi modò sit, & facere posterius sit quam

quam doceri quid faciendum sit? Et quidem questioni difficilius responderi posset, si existimarem sic ibi interrogandum, & sic respondendū, sicut hic interrogamus, & sicut respondemus. Si ita putaremus, risum sapientibus laceremus, consequens esse dicentibus, vt vnus homo apud patrem in nubibus, sedens in maiestate sua rex magnus, ore grandi vocem suam elementarem sic magnam faceret, vt eam in toto mundo, vel de toto mundo congregatæ audirent & intellexerent omnes gentes. Nunc autem scimus & scire debemus, quia non verbis aut voce elementari, sed cogitationibus latere non valentibus, & certissimè concurrentibus, iudiciū omne perficeretur, testante Apostolo, cum dicit. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum acculantium aut etiam defendentium in die cum iudicabit deus occulta hominum secundum Euangelij mei per IESVM CHRISTVM. Ergo interrogatio illa dicentium, Domine quando te vidimus esurientem & pauperem, sitientem & dedimus tibi potum, & cetera. Cogitatio erit, & conscientia tripudians in manifesto cordis, attoniti atq̃ ammirantis quid fecit quod videt & audit, quia verè quantumuis firmiter cantando & legendo scire vel discere quis possit hodie veritatem rei, valde nouum tunc erit, quod illa maiestas de minimis suis esurientibus & sitientibus contempere curare dignata est, vt in illis esurierit & sitierit, & non solum hoc, sed & reuera passibiliter in semetipsa esuriuit, & sitiuit, & hospes fuit, & vestibus suis à militibus nudata est, & infirmata, imò & mortua fuit, & in carcerem inferni descendit.

*De eo quod dicitur est & ijs, qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum.*

CAP. XIX.

**T**unc dicit & ijs, qui à sinistris eius erunt. Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius. Hæc est auditio, verè & incomparabiliter mala, de qua Psalmista dicit. In memoria æterna erit iustus, & ab auditione mala non timebit. Quid enim auditu tam malum? Quod nomen tam pessimè maledictos dicit eos benedictus & ipsa benedictio rectorum, & discedite, inquit, in ignem æternum. Non est hoc ex amaritudine, vel nimio motu animi in iram cõcitati, sed ex tranquillissima ratione iudicij, ex vera maturitate, vel matura veritate iudicis, rem vel meritum sicut est exprimentis, cum auctoritate scripturæ rum, extra quam nec iudicans dicit aliquid. Nam reuera, & quod illos qui à dextris erunt, benedictos appellabit, Venite, inquit, benedicti patris mei, & his qui à sinistris erunt dicit. Discedite maledicti, secundum scripturam faciet antiquissimæ & diuinæ auctoritatis. Antiquus enim illi omnes, qui ad vitam prædestinabantur, & idcirco ad dextram stantur, benedicti fuerunt, dicente scriptura. Et creauit deus hominem ad imaginem suam, masculum & femina creauit eos. Benedixitq̃ illis deus, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, & subiicite eam, & cetera. Solos quippe electos tunc benedicens nasci iussit, vnde & benedicti vel benedictionis sunt filij, nondum admissio peccato propter quod nati sunt vel nascuntur omnes, quos nascit dei benedictio, dicente eodem ad mulierem post peccatum. Multiplicabo erinas tuas & cõceptus tuos. Vnde quæ benedictio illa nec debuit, nec potuit euacuari, nec mutari, nec inuolui, nec inuolui. Sed hoc tantum dixit, maledicta terra in opere tuo, vnde suo loco plenius diximus. Si ita dixisset, maledictus es super terram, totam enuntiasset maledictam esse massam, totamq̃ prioris benedictionis mutabili animo euacuasset sententiam. Porro ad Cain, de cuius parte omnes & soli sunt reprobi, qui ad sinistram sunt stantur, non dixit, maledicta terra in opere tuo, sed maledictus es, ait super terram, & vno illo omnes, qui imitantur illum maledictos fore denunciauit. & isti sunt, quibus dicitur est iudex, discedite à me maledicti. Igitur (vt iam dictū est) non tanq̃ iratus, sicut comotus dicit nouū aliquid, sed omnia tunc quoq̃ sumet de scripturis, & sicut audiuit, iudicabit.

*Quare, vel qua ratione ijs, qui temporaliter viuentes peccauerunt, dicat: Discedite in ignem æternum.*

CAP. XX.

**Q**uare autem, vel qua ratione ijs, qui temporaliter vixerunt, & temporaliter peccauerunt, discedite dicit in ignem æternum, poenamq̃ ignis æterni pro peccatis rependet temporalibus. addendo etiam, qui paratus est diabolo & angelis eius. Esuriui enim, ait, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere. Hospes eram, & non collegistis me. Nudus, & non cooperuistis me. Infirmus & in carcere, & non visitastis me. Magna verè & valida ratio, & idcirco sententia iusta & irreprensibilis. Idem enim est, ac si dicat. Quia sicut diabolus, fra & vos impoenitēs cor habuistis. Sciendum quippe & memoriter tenendū est, quia non dixit, homines enim, aut fures estis, aut adulteri, sed esuriui enim, inquit, & non dedistis mihi manducare, &c. id est, vestra elemosynis redimere nolulistis peccata. In quo aliter diabolus peccat, quam isti, quorum nulla est poenitentia. Hæc causa hominem diabolo comparem iuste addidit, quia sicut ille poenitentiam non agit, quam tamē nullus vnquā prædicauit aut prædicaturus est ei, sic & iste impoenitens est, & poenitentis fructus facere contemnit, cui non solum per suos, sed & per

& per semetipsum poenitentiam praedicauit deus, & homo iste qui haec dicit. Quia ergo esurienti mihi manducare non dedistis, nec potestienti, quia me hospitem non collegistis, & nudum me non operuistis, quia me infirmum non visitastis, & ad me in carcere non collegistis, quia inquam, sex operum istorum dies vacuos dimisistis, nequaquam in septimo cum deo sabbatizabitis, quae pater benedixit & sanctificauit, suisque benedictis praeparauit, sed discedite maledicti in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo & angelis eius. Constat enim, quia si semper liceret, semper liberet peccare. & idcirco iuste semper ardebit ignis vester, iuste, inquam, semper ardebitis cum diabolo & angelis eius, & ignis vester non extinguetur, & vermis vester non morietur, eritque sicut propheta praedixit ad facietatem vissonis omni carni. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes. Domine, quando te vidimus esurientem & sitientem, aut hospititem, aut nudum, aut infirmum, vel in carcere, & non ministravimus tibi? Sicut iam supra diximus, & haec peccunatio sinistrorum, & ea quae sequitur responsio iudicis, testimonium erit conscientiae ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium. Et enim conscientiae ipsorum quasi libri aperti erunt, & manifestatio iustitiae iudicis, quasi liber magnus erit, qui nimis aperta lectione sua singulis merita demonstrabit, sicut in Apocalypsi scriptum est. Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est vitae. Et iudicati sunt mortui ex ijs, quae scripta sunt in libris, secundum opera ipsorum.

*Vnde ignis tam fortis, aut tam infirmus sit diabolus & angeli eius, vt ad poenam illorum sit ignis praeparatus.*

**V**nde autem, aut ignis tam fortis, aut diabolus & angeli eius tam infirmi, vt igni crucientur, & ignis ad poenam illorum sit praeparatus? Simulque & illud quaerendum, ex quo sit eis praeparatus ille ignis aeternus? Ista quaerentes iure contremiscimus, quia vere mirabilis, qui fecit eum, & vere fortis, qui iudicat eum, deus. Porro superba malitia, vel maliciosa superbia eius nihil stultius in qua illum comprehendit, qui creauit eum prudens & sapiens deus. Cum enim dicitur, qui praeparatus est diabolo & angelis eius, recte subaudimus a constitutione mundi, quod supra dictum est de regno, ijs qui sunt a dextris. Potest etiam subaudiri, ante constitutionem mundi, quia videlicet antequam constitueretur hic mundus, vel distingueretur partibus suis, creatus est ignis. Cum enim dicitur, in principio creauit deus caelum & terram, cum adhuc terra siue arida lateret sub aquis, iam ibi erat ignis in cauernis terrae, vel silicam reconditus venis. Diligentius ergo animaduertendum, quia cum supra dicat, possidete paratum vobis regnum, non hic ait de igne tantum, qui paratus est, sed qui praeparatus est diabolo & angelis eius. Quid enim est praeparatus, nisi ante paratus? Antea videlicet, quam crearetur ipse diabolus. Vnde tandem ipse diabolus tam infirmus, vt igne materiali crucietur? Nimirum ex natura, ex conditione sua. Sicut enim magni patres asserere non dubitauerunt, corpus habet aereum, id est, ex aere factum. Quando tenebrae erant super faciem abyssi, dixitque deus, fiat lux, & facta est lux, tunc angelica creatura facta esse intelligitur de tenebris illis, id est, de tenebroso & humido aere, quippe qui nondum sole, aut vllis illustratus erat luminaribus. Verum pars eiusdem creaturae, vero lumini deo per humilitatem subiecta meruit fieri vel permanere lux per gratiam eius, diabolus autem & angeli eius, quia rebelles luminis extiterunt, ab illa gratia exciderunt, factique sunt tenebrae, & non lux. Sicut homo propter peccatum audiuit, quia puluis es, & in puluerem reuerteris, sic diabolus propter superbiam suam, in istum, de quo sumptus est, caliginosum aerem detractus est, vt ait Apostolus rudentibus inferni, & referuatur in illud, de quo loquimur iudicium, cruciandus cum angelis suis. Itaque angeli, nostri quidem comparatione subtiliora sunt, sed comparatione creatoris, qui solus incircosciprius est spiritus, corpora vel corporei sunt, & sicut iam dictum est, de aere isto conditi sunt. Porro aer palam est, quia igne corrumptur, & cum sit humidus siccitatem nimiam ignis non sustinens, validis interdum tempestatibus, id est, tonitruum fragoribus, fluminumque iactibus, dissectus in partes contrarias usque ad periculum viuentium conturbatur. Igitur ex natura, vel conditione propria, diabolus hoc habet & angeli eius, vt igne materiali conflagrentur, & tunc verae infirmitatis arguentur, quando fortior ignis inuenietur diabolo principe ipsorum, qui contra principem fortitudinis deum extollitur, & non erit sicut ignis, qui arbitratus est, quod posset esse sicut deus. Ergo vere mirabilis, & vere terribilis deus spirituum fortissimus, qui sic illum condidit, vt tam superbus, tam facile humilietur, non manu, aut lancea, siue aliquo genere laboriosi certaminis, in quo laboret, aut ipse iudex, aut quaeliber ex officialibus eius creatura rationalis, sed solo satis idoneo, satis valente, & sufficiente ministerio ignis, iudici ipsi quasi scienter, & libenter ad seruendum assistentis. Ignis enim in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Iratus & seruendus mouebitur ignis, deus autem noster in iudicando & disponendo suavis & tranquillus erit. Tunc ille infernalis, pro deo igne pugnante, dolore victus humiliabitur & deprecabitur, sed non parciam ei, ait, verbis potentibus, & ad deprecandum compositis.

*De eo*

*De eo quod ait: Et ibunt in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam.*

CAPVT XXII.

**E**t ibunt in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Hoc ipsum in Apocalypsi dicitur his verbis. Et iudicatum est de singulis, secundum opera ipsorum. Et infernus & mors, missi sunt in stagnum ignis. Haec mors secunda est. Et qui non est inuentus in libro vitae scriptus, missus est in stagnum ignis. Et vidi caelum nouum, & terram nouam. Primum enim caelum & prima terra abiit, & mare iam non est. Et ciuitatem sanctam Hierusalem nouam vidi descendentem de caelo, a deo paratam sicut sponsam ornata viro suo, &c. Mortem & infernum, diabolus dicit, & eos, qui sunt eius. Librum autem vitae, praescientiam dei, quae falli non potest, de illis, quibus aeterna dabitur vita, in quo scriptum inueniri, est praedestinatum fuisse ad gloriam, non inueniri scriptum, est ad poenam praedestinatum esse aeternam. Haec, inquit, est mors secunda, videlicet ire in supplicium aeternum. Si mors est secunda, est & mors prima, cuius respectu dicatur mors secunda. Et vere. Nam sicut est resurrectio prima, & resurrectio secunda, sic est & mors prima, & mors secunda. Quae autem est resurrectio prima, & quae resurrectio secunda? Resurrectio prima est conuersio, qua in presenti per poenitentiam de morte peccati resurgimus ad Christi gratiam. Resurrectio secunda est, qua resurrexerunt, iij quidem ad supplicium aeternum, iusti autem ad vitam aeternam. Resurrectio prima praecedendo id efficit, vt in illa resurrectione secunda ad gloriam & honorem immortalitatis resurgamus. Idcirco dicit, Beatus & sanctus, qui habet partem in resurrectione prima. In ijs secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes dei & Christi. Prima morte diabolus, & angeli eius tunc mortui sunt, quando de caelo cadentes in istum caliginosum aetrem extincti sunt, & angelicae dignitatis perdidit lucem, sicut dominus ait. Videbam Satanam sicut fulgur de caelo cadentem. Fulgur enim cadendo lucet, lucendo cadit, statimque, imo interim dum cadit, lux ipsa disperit. Sic diabolus, cui dicitur, quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris, nimirum lucens cecidit, & cadendo lucem perdidit. Secunda morte morietur, quando ad poenam trahetur, quando coartabitur vt vagari sibi non liceat amplius, & videntibus cunctis praecipitabitur. De homine quoque certum est, quia prima morte morietur, in Adam mortuus natus, & quicumque de morte illa per Christi gratiam non liberatur, quod est resurgere resurrectione prima, secunda morte morietur, discedendo in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo & angelis eius.

*Quomodo ij vel isti sint ituri, non trique pedibus, sed motu ineffabili per potentiam eisdem, quod audituri sunt, verbi.*

CAP. XXIII.

**Q**uomodo tandem ibunt in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam? Nunquid ambulabunt pedibus, & proficiantur passibus, aut forte trahentibus, siue impellentibus sanctis angelis cum aliqua mora, vt pote inuiti euntes ad loca poenarum vinciti carnis deducuntur? Non vtrique, sed ineffabili atque inuisibili potentia verbi, isti audientes, discedite maledicti, confestim pluuia vel grandine cadente velocius, siue iuxta antiquam domini visionem, quam cito de caelo cadit fulgur, tam cito deuoluentur in tartarum, simul cum diabolo & angelis eius. E diuerso iusti audientes, venite benedicti patris mei, confestim verbi eiusdem virtute, de quo dicit Apostolus, Portantque omnia verbo virtutis suae, sursum rapiuntur, sursum portabuntur. Hoc sciens idem Apostolus, non dixit ascendemus, quamuis in Apocalypsi scriptum sit, ascendite huc, nec dixit subleuabimur, quod curribus, qualibus Helias subleuatus est, siue qualibuscumque vehiculis, aut certe qualicumque ministerio angelorum fieri posse videretur, sed rapiemur, ait, in nubibus obuiam domino in aera, & sic semper cum domino erimus.

*Quenam illa vita aeterna sit, in quam ibunt iusti.*

CAP. XXIII.

**Q**uae tandem vita aeterna est, in quam iusti ibunt? Id ipsum vita illa sine dubio est, quod & illud, de quo supra diximus, regnum. Ibi enim non aliud viuere, & aliud regnare est, imo non aliud ibi esse & aliud viuere siue regnare est. Quae ergo illa est vita, nisi manifesta diuinae visionis gloria cognitione plena & perfecta? Haec est, inquit, vita aeterna, vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Apostolus autem, Videmus, ait, nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Vita igitur illa hic a praedicta resurrectione prima incipitur, quia videlicet nunc in tantum viuimus, in quantum beatam trinitatem cognoscimus, illic autem in resurrectione secunda perficietur, quando vel ex quo facie ad faciem deum, patrem & verbum patris in corde eius & in carne nostra, sanctumque vtriusque spiritum, in vtroque videbimus. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum. A M E N.

LIBRORVM DE SPIRITV SANCTO NONI ET VLTIMI FINIS.

